¶ Beati et venerabilis Simonis de Cassia: sacri ordinis eremitarū Aurelij Augustini: eximij et preclarissimi quōdā professoris: de religione christiana: summa et vigilanti industria nuper diligenti admodum castigatione pluribus a mendis purgatū: aureū opus: Euangeliorū ordine ante inuiso pene angelicam cōtinens elucidationē: tā cōcionantibus q̄z contēplantibus ac om̄ibus christifidelibus ad conscientiarū serenā illustrationem: nō minus necessarium q̄z cōmodatissimū.

¶ Repertoriū bifariā ordinatū eorū que in toto opere cōtinentur.

ANNO M. D. XVII.

ANDREAS HARTMANNI ARGENTINVS, PIO LECTORI S.

Ipsa re liquet innumeros, uel inscitia, uel quauis incuria eorum, qui castigandorum librorū pro suorū libidine animorū prouincia potiunt, succreuisse errores, atq; in dies passim exoriri. Necnō & id nōnunq; (ut uerū fatear) tenaci æris parsimonia bibliographorum accidere uidemus, ne modico dispendio exemplaria prius exactiori limæ, q; pressorio prælo submittantur, obstante. Sunt prohdolor plæriq; tam sacra auri fame illecti, ut potius rei pecuniariæ, q; literariæ consulant, pluris pendentes aurum fluxibile, q; literarum studium nunq; intermoriturū. Quapropter ad quæq; imprimenda, etiā quæ obliterari satius esset, q; per omneis orbis parteis diuulgari, temere ac inconsulto se accingunt, modo fœnoris emolumentum sperent, crumenāq; refartiant. Quo fit, ut egregia, excellentissima illa transcribendorum uoluminū peritia, nobis mortalibus, præsertim Germanis a Deo opt. max. pro amplissimo beneficio cōcessa, hodie in publicam omniū iacturam uergat. Huius quippe impressoriæ artis abusu sepicule euenit, ut tenuia tyrunculorum ingenia, aut falsa pro ueris, obscœna pro castis, capessant & imbibant, aut errorum scaturie, quibus libri nostro æuo inficiuntur, absterriti, ab eorundem lectione prorsus desciscant, ac demū literis quibusuis infesti gymnasia repudiant. Præterea nōnullos scio (quod in primis stomachū mouet) ad exemplū Aesopicæ corniculæ se uenditare plumis, qui Herculeis laboribus seipsos uel cæteros, uelut muli (ut aiūt) scabentes se mutuo, librorū mendas omnifariā obelo dispunxisse, simulatq; asterisco cūcta illustrasse, in illorum fronte inflato calamo præfantur, ceu Gordianum nodum, ut Alexander ille Magnus, Sphingisq; ænigma perplexum, ut Oedipus, sua industria soluerint, plenis buccis gloriantes, qui protinus apiculū in toto opere nec legere, nec tentauerint elimare. Vbi si qua recte, concinne & adamussim fuerint aliorū ope excusa, suæ solertiæ adscribi gestiunt, absonum ac omne erratū in calchographū impingentes. Ecce uersuta, uafra, & cachinno digna huiusmodi uersipelliū purgatio. At de his uberius prosequi, epistolicus character uetat. Porro nostra Basilea inclyta Germaniæ ciuitas (ut ad id quod uolui reuertar) tanto præ cæteris, dignioribus efferetur laudibus, quanto ipsa in castigatis omnigenæ literaturæ impressionibus existit excellentior. Ex qua quidem noster iam prodit Simon Cassianus, pluribus a mendis nostra quātulacūq; opera uindicatus, qui hactenus squalidus, mutilus & saucius puluerulentis in bibliothecis latitabat, nunc nitidus, integer & curatus in lucē exit, id quod & prioris impressionis ad illam collatio satis superq; testabitur. Errata tamē leuicula, siqua inter legendum fortassis me inscio obrepserint, laboris arduitas, temporisq; angustia facillime excusabunt. Quantū profecto quatuor exciperent præla singulis diebus, solus legere ac emendare astringebar, nullius uel subsidiaria opera fretus, nisi q; scripturæ sacræ authoritatū marginarias annotationes interdū in prototypo suis insertas locis inuenerim. Tuum igitur est, candide lector, hoc in amœnissimo euangelicorum florū horto oblectari, a Simone nostro magnis uigilijs, miroq; ordine plātato, ut cassianam christianissimorū morū & theoricæ deuotionis fragrantiā redolens, Christi bonus odor, cum Paulo illo Tharsensi, in æternam uitam efficiaris. Vale, ex ædibus Adæ Petri, ciuis Basileiensis, optimarum literarum patroni uigilantissimi. Anno restitutæ salutis. M. D. XVII. Ad Cal. Aprilis.

PRAECLARISSIMO DEI VERBI SEMINATORI patri Theobaldo, F. Stephanus de Ratiſbona Salutem.

PROPTER SIMONIS CASIANI AVRELIAnæ eremitarum familiæ, nō minus egregio morum amictu & uitæ ſanctimonia ſpectatiſſimi, ꝙ ſolidiſſima & uatidica doctrina uehemētiſſimi ac efficaciſſimi ſua tempeſtate diuinorū eloquiorum ſuaſoris, pater Theobalde concionator facundiſſime, temporū uetuſtate in deſuetudinem atq; abdita dilapſi, artificioſiſſimum laborē, nō ſine continentiſſimis uigilijs & anxiſſimis ſtudijs, in autoritatum quotatiōe, in luciſſimi adiunctiōe repertorij luculenter peractū, quantum tibi non modo noſtra religio, cui in ſingulare cedit decus, uerum omnium uerbi dei declamatorum & fidelium obligatur caterua, haud dignis a quouis dici poteſt præconijs. Reuera non minus laudis perpetuiq; decoris, ꝙ olim Curtius animo & ſanguine excellens, aut Decij generoſi rempublicam uiribus deſtitutam, ſuis deuotionibus recuperantes, perindeq; Gedeon habræus (ut Iudicum octauo patet) de truculento delectam gentem Madian iugo eripiens, uel Ioſeph ſua ferme diuina prouidentia ab imminenti Aegyptios cauens penuria, apud quoſq; peritos tibi uendicaſti. Quis enim doctorum, nullius tamē laudē obfuſcando, noſtro Simone ethologō clariſſimo, ſuis elogijs uehementius, exactius mores informat, facinora refellit, uirtutum palmites inſerit, ſenſualitatem & exteriorem rationi ſubijcit hominem, auget deuotionem, diuino nutrit charitatem fomite. Et nō ſecus ac medicinalis caſia ordinatiſſimarum eruditionum ad æternitatis aditum redolentiſſimos reliquit odores. Quis benedictis ſaluatoris noſtri geſtis, quibus ſe formantes adoptatam conſecuntur ſalutem, tā animaſticas ꝙ etiā corporeas chriſtiani hominis actiōes adamuſſius adaptauit? Quis deniq; charitatiſſimæ incarnatiōis myſterium, unicum ſaluberrimæ paſſionis antidotum, ſententioſius, doctius, deuotius, luctuoſius tradidit? Paulus Euganeus non ſine honore debito nominandus, ſuo æuo omnium theologorum fere & philoſophorum princeps, Egidium Romanū illuminatiſſimum, beatumq; theologum, ac omnimodæ ſcientiæ eruditiſſimum uirum, quodam ſingulari diuino bonitatis munere e cœlo nobis datū memorat. Id quippe de eudoxo Simone noſtro haud ab re autumari ſane debet, qui ſcelerū acerrimus deteſtator, angelicis & ferme diuinis dicterijs, obſcœnis mūdi illecebris item periclitanter ſeductos, affectuoſiſſime ad etheream euocat beatitatē. Cui rei aſtipulari uidetur ubiq; de eo famatum & illuſtre miraculum. Adoleſcēs corā crucifixi imagine uerenter, ut ſolebat, genua flectēs, formoſiſſimum puerum, calicem geſtantem aureum aſtare, ac ſibi arridere cernit, his uerbis exhortās, Puer munde mecū de calice bibe. Quo guſtato inexpertæ dulcedinis ſuauitate abſorptus, ſocijs id quoq; guſtadum porrigi poſtulat. Hinc in ſingulare ſanctitatis ſuæ præſagium tali glorificatur oraculo, Si totum ebibiſſes, uniuerſum mundū aduocaſſes. De huius cœleſtis calicis guſtu, eo pacto ueriſſimus Chriſti imitator effectus, eiuſdem mirificiſſima geſta ordine a nullo ante tentato doctore, in unum congeſſit aceruum, qui nuper tua in luce redactus ope, & de doctrina chriſtiana ab eo appellatus eſt. Cęterū de patientia, ſymboli expoſitione, ſpeculo crucis, ſpiritualium diſciplina, ſeraphica cuſit opuſcula. Epiſtolas inſuper chriſtianiſſimis refertas ſententijs, Florentinis & Senenſibus, necnō aliis priuatis & magnis perſonis direxit, quarum una ad totum populum Florentinum tempore inundationis Arni fluuij, magnam partem urbis diluuiantis, in operis fronte additur. Dono non minus prophetiæ glorioſus, multa euentura prædixit. Claruit tem

pore Caroli quarti. Tu igitur amplissime pater, famiam (ut ita dicam) sermonū in politissimis profundissimisq; sententijs, diu a multis tuis auditoribus quæsitum, in palam exhibens ærarium, teq; ualidissimum spiritualis structuræ uiuū Simonis nostri imitans simulachrū, architectorem. Salue atq; uale Franciscinæ familiæ in nostra Germania præcipuum specimen, tui Stephani Sutoris de Ratisbona, omnium Augustinianorum minimi, in orationibus memor &c.

P. STEPHANO SVTORINO, ORDINIS EREmitarum professo, uerbi diuini Viennæ præconi, sacræq; theologiæ lectori. F. BENEDICTVS CHELIDONIVS.

SIMON eremitis patribus decus utile, uitam
Christi qui panxit rite salutiferam.
Recte & qui patria CASIANVS, odore beati
Q; spiret casias largius eloquij.
Iure tibi colitur STEPHANE amplexate tenorem
Ordinis & sophiæ (non sine laude) parem.
Consilijsq; tuis meliori excuditur ære,
Præsto sit ut semper quem decet usq; legi.
Vtpote quo lecto mentes reparantur inertes,
Et lector mores induit ingenuos.
Christus quandoquidem nobis exemplar haberi
Se uoluit, cuius doctor hic acta docet.

VENERABILIS FRATRIS SIMONIS DE CASsia ad cunctum populum Florentinũ, tempore inundationis fluuij Arni, diluuiantis magnam partem ciuitatis, EPISTOLA.

VNIVERSIS FLORENTINIS CVIVSCVNque status, conditionis & gradus, frater Simon & respirare in deo, uinci a uero, contentari de iusto, & de necessitate uirtutem nec non peccati pœnam in uirtutis & iusticiæ arma transferre. Est effusio lachrymarum, & narrationis materia ubiq; panditur dolorosa, & prodigiosa omnibus demonstratur. Quia italicus incipit deflorari, & secũdum gloriam eius multiplicatur ignominia eius, ut quantum glorificauerit se Florentia, & in delitijs fuit, tantũ ei paretur tormentum & luctus, & uilior fiat omnibus, quoniam super ciuitates alias gloriam præferebat, & redigatur in ima, quæ in superiora propria iactantia ferebatur, & sub omnipotenti manu conculcata subiaceat, quam manus humana humiliare non potuit. Audite audite omnes, & nolite auertere aures a clamoribus ueritatis, sed cõuertite, ut peiores possitis euadere cruciatus. Ad naturalem diuinũq; ordinem iusticiæ pertinet, ut peccata omnino non fiant, aut cum iusticia contempta perpetrata constiterint, q; nullatenus prætereant impunita, & si non ab homine, certe a deo procedat iusta punitio, ut naturalis diuinusq; ordo non pertranseat inseruatus, & si non manifesta peccatorẽ uel peccatores pœna plectatur, in uindictam peracta mala conscientiã uexant, cum lumine iusticiæ peccatores peccando priuantur, etiam si dolores non sequantur, qui plectendis corporibus animisq; seruantur. Necnon exardescit dominus ultionum, naturalem iusticiæ ordinem seruari iubẽs, perturbari uetans in aperta supplicia, ut cognoscant se homines peccatores esse, ac deum super homines iusto iudicio superferri, nec regi casu fortuito creatura rationalis, ad quam non merito eius, sed sua benignitate diuinitatẽ essentialiter copulauit, & ut multi terreantur, exẽplo plerorum pleriq; corrigantur, fit multotiens, & ut e cœlo natum fiat iudicium ultionum. Peccatũ peccauit Florentia, propter quod instabilis facta est, sæueq; punita manifestam pertulit ultionem, & quæ frequenter diuersorũ hostiũ sustinuit impetus, & ibi semper incubuit ubi est uisa succũbere, nec aduersus eam ex toto præualuit inimicus, nunc ab imbribus de cœlo lapsis madefacta sordescit, & muri qui non patuissent arietibus, pluuijs patuerunt, & domus quæ lapides machinarum inconcussæ tulissent, prostratæ iacent guttulis pluuiarũ, & quæ exterorũ totiens pertulit rabiem, & ubi est deficere credita, inde sumpsit augmentum, nunc detrimentum patitur impetu fluuiorũ, & quod improbus prædo nõ rapuit, decurrens aqua destruxit, redditq; inutile quod utile sperabatur. Et hoc propter peccata uestra, quæ longo tempore manserant impunita, dũ uobis misericordia, quæ punit impios, uerteretur ut sua benignitate ad pœnitentiã uocaret. Vos autem thesaurizastis cor impœnitẽs, & iram dei pro benignitate suo tempore messuistis. Sed manus dei a uindicta retracta est, sed ad hoc extenta super floridos peccatores. Cogitauit dominus dissipare muros pulchritudinis uestræ, contererecq; superbiam eleuatam, mandauitq; nubibus desuper, & ianuas cœli aperuit, & uentos aqueos produxit de thesauris suis, ut percuteret in Florentia primogenitam uanitatem, ad eius imperiũ cum impetu aquæ de montibus descenderũt, torrentes ex conuallibus uelociter defluxerunt, inundauerũt aquæ multiplices super terram, irruerunt repente & subito super ciuitatem alti cordis, obicemq; non habuit, scutum protegens tenere non potuit, adiutorium nõ inuenit, in prouidentia defecit, perijt a sapientibus consilium, ut ipsa liberaretur de manibus ualidæ tempestatis. Vbi sunt Florentia terreni domini, amici tui, in quibus habebas fiduciam? Surgãt & opitulentur uobis, & in tanta necessitate uos protegant. Vbi Caroli tui? nonne solum re-

ges Siciliȩ, quos tua beluina partialitate fœdasti? Vbi Robertus superstes, quē simili fœdatione nutristi? Vbi dux eius genitus, quē ob tuā defensionem usq; ad te stipēdijs conduxisti? Vbi lombardi nobiles, dei ecclesiæq; rebelles, quorum aliqui in campo taliter conflixerunt, tuis ditari spolijs aspirantes? Cum quibus te maculasti fœderibus, ut resistere posses dominis, eorumq; uitare dominia, uenientibus de partibus aquilonis, & ut Legarti lombardi tyrannidem possis effugere, sociasti uexilla uexillis, & milites tuos eorum militibus aggregasti, unde conflictū pertulit gens, quæ nomine ecclesiæ militauit. Et tu nomen perdidisti magnificum, quo solebas pro ecclesia sub Petri uexillo fideliter militare. Quamobrem Christi uicarij pateris indignationem merito non placandam. Vbi rex nouus partes ingressus Apuliȩ, quem ut tuis uitiares malitijs, fortibusq; coniungeres, legatorum multitudine præuenisti? Vbi omnes amici tui? ueniant & occurrant, militent & defendant, rogent & interueniant, mitigent & auertant iram domini dei tui. Vbi aurum & argentum tuū, quod diuersis mundi partibus, auaritia auriga, duce superbia, labore remige, uanitate flante, timore comite, periculo sequēte usq; infra tua mœnia conduxisti? Sed unum horum foras projcietur, alterum uero sterquilinium erit, nec te liberare ualebunt in die furoris domini. Cuius oculus & furor non parcit in die uindictæ, nec pro redemptione accipit dona plurima. Posuit te dominus omni populo in derisum. Et qui oderunt te, lætantur super te: qui diligūt, derident te: qui audiunt, iudicant te: qui uident, subsannant te. Ita ut omnes loquantur ore & corde, dicētes: Vindicauit dominus orbem terrarum de malitia florentina. Qua infecti sunt ecclesiæ pontifices, terræ deturpati sunt reges, & oēs finitimi atq; remoti uitiati sunt homines. Disposuit nempe cœlestis altitudo cōsilij, omniū hominum licet non simul humiliare superbiam, subneruare inuidiam, confundere irā, destruere auaritiam, eradicare luxuriam, suffocare gulam, humanam inquietare quietem, abnegare ab omnibus dilectam uanitatem. Merito igitur uersus Florentiam suū omnipotens uertit furorem, & super eā calicē indignationis effudit. Quæ in suos ciues extitit impia, sine causa constituendo rebelles, qui erant ciuitatis optimi defensores, eorum bona locando indignis, atq; depopulatiōe uastando, priuatis dare uxoribus natæ necessitate confectis uirginibus potius coactis meretricari penuria quā honesta monasteria ingredi, aut legitima coniugia copulari. Et quod magis accendit celum altissimū, nō potest in crudeli ciuitate uerbum proferri diuinum, ut tales indulgentias assequantur, inuitentur ad ueniam, innocētibus restituantur bona pro paruulis, ut qui eorum bona tenent, tenere nō ualeant, sed impie teneantur, donec de medio tollantur, de medio a diabolo præfocati. Et qui odio & ira exarserunt in eos, eorum continentia satientur, inopia reficiantur, miseria. Et tunc credant pacifice uiuere, cū in eis pietas moritur, cōtra eos non intelligentes circunspectionē dei, ad quē spectat iudicium ultionis, uindicta retributionis, ut cū non speratur, retributionē, ultionē effundat, cū nō creditur, uindictā retribuat. Auaritiam auxisti usuris, artium falsitate uallasti, roborasti rapinis, furtis multiplicibus dilatasti, exercuisti dolis, uerbis mendacibus & periurijs perpetrasti. Et cū sic parca expendis in conuiuijs, prodiga in effusione sanguinis, libera in subuentionibus necessarijs, in elemosynis parca. Hæc est illa fera pessima, quæ dolis armata inuidiæ, contra naturæ ordinem, infidelium humanitatē, bestiarum more, omen occisionis, effusionis, ut filius patricida, similiter & matricida, frater fratricida, consanguineus consanguinicida, amicus amicida, homo homicida, cupiditate possidendi non debita, tollendi nō sua in te innūerus sit repertus. Hȩc est quæ tuos suffocauit clericos, ut magis propter pecuniam, quā propter partem domini tondeātur, & ut multi in Christi patrimoniū admittātur, subjciuntur inuite, atq; sponte se disciplinæ subjciūt litterali. Monachos in te fœdauit innumeros, qui ea quorum contēptu fuerint monachi, semper quærūt, paupertatis religiosos infecit, ut tanta sit improbitas quæstuandi ut lingua deficeret in narrādo. Qui ædificijs pandunt quā ferūt in corde superbiā, ore querulo, sed potius quæstuoso pandunt auaritiam, quā corde profundissimo & insatiabili conceperūt, beatificantes

prædicationibus usurarios, extollentes uerbis perfidos mercatores, cōmendantes ty-
rannos & nobiles, qui apud eos sarcophagos constituunt, quærūt sua quæ eis tribu-
unt, creditoribus non satisfactis, & cæteris pauperibus defraudatis. Hi sunt qui prę-
dicant pro fauore, absoluunt pro munere, ligant pro re, canūt in excelsis pro pecunia
sceleris. Hi sunt Florentia sacerdotes tui falsi, ꝙ plures prædicatores tui, qui te beatam
dicebant, laudum pręconijs extollebant, & ipsi falsitate decepti non aperiebant igno
miniam tuam. Hæc est quæ iusticiam & dei in te fecit iura peruerti, ut quęstiones ad
uocatorū malicia prorogentur in longū. Et quæ mēsis terminari posset circulo, termi-
nare spaciū anni quærat, ad eliciendā pecuniā & clientuloꝝ pauperum, ad euacuandā
crumenam tabelliones tuos multiplices deuastauit, falsaqꝫ instrumenta exarata legū-
tur, ut alijs semel, alijs bis detur ius non debitū plus petendi. Hæc est quæ testari plu-
res patres non permisit, testamenta mutauit, & post mortē loqui fecit multotiens inte
status, notarioꝝ, proximorum, testiū malicia subintrante. Medicos tuos impios ars cō
demnat, qui aliorum languoribus satiantur, affectantibus infirmitatibus, ita ut eis pe
ritia medicinæ occasio sit ruinæ. Hęc est quæ fidem moresqꝫ eius te fecit relinquere, nō
in deo, sed in mundo sperare, charitatē perdere, currusqꝫ quatuor uirtutū cardinaliū in
te subneruauit. Hæc est quæ christū omnino cōtēnere te fecit, sacramenta male tracta
re, necnon & diuinoꝝ pręceptoꝝ te constituit contēptricē, spiritussancti te fraudauit
muneribus, ęternas beatitudines a tuæ mentis conspectibus aboleuit. Sed habet in me
dio tui aliquem equū diuina potentia, qui superposita onera deportat ad mare, ut un-
de exeunt tua negocia reuertantur. Et gabellæ constituti prohibitos pauperes oppri-
mentes, iura ecclesię offendentes, prædia, uineæ, horti, nemora, prata, domus, officinæ
cameræ uel aulæ, laquearia, fenestræ, fundamenta, tecta, parietes, lecti, ceruicalia, cor-
tinæ, tapeta, coopertoria, uestes, mensæ, tabulæ, cutelli, urcei, cyphi, paropsides, inciso
ria, focelaria, camini, gradatores, picturæ, sedilia, & si qua sunt talium in ciuitate, extra
ciuitatem clamant, & dicūt & ostendunt, non ipsa nos, sed usura & uanitas fecit nos.
Heu heu deturpamur a uanitate utentiū, ob quā in materia creata non fuimus, & ue-
lut gentiliū idola adoramur, propter quod in esse ab omnium authore producta nō su
mus. Fœminæ tuæ adulteræ sunt, & si non adulterantur lectulos maritorum, a naturæ
adulterio non desistunt. Quaꝝ aliquæ relicto decore fœmineo, uiroꝝ appetentes effi
giem, attonsæ sunt, comā, uestes histrionicas sunt indutæ, ut garsiones ex habitu potiꝰ
ꝙ fœminę uideantur. Aliquę capita stercore uermium perornantes, cum capillis alie-
nis proprios fulcientes, tegenda detegunt, & non prodenda produnt. Magistræ perdi
tionis de se natis existunt, gestus, mores, habitus, uestes, oculos, linguā, supercilia, tē-
pora, hulā, collū, pectus, mammillas, compositum gradū, pedes, & omnia membra, &
si qua sunt taliū, procaci audacia perniciosoqꝫ conatu peruertunt, ut omnino clament
luxuriā, indicent impudicitiā, prædicent carnalitatē, cōmoueant honestatē, confun-
dant iuuentutem, & emortuā suscitent in hominibus senectutem, & in religiosis reli-
gionem usqꝫ ad perniciē persequebantur. Et illa uilior quæ non peior, illa gratior quæ
in peiora fuerit peractura. Iustificauit tuus sexus fœmineus iniquitates omnium muli
erum, ut in tantā prauitatē creuerint corda peruersa, & ostenderint corda distrouersa,
ut deum irritauerint in cœlis, et tu Florentia iram eius pro eis acciperes de excelsis. Et
si oīs alia a ciuitate Florētia defecisset iniquitas, ut insons a deo pœnā nō mereretur,
tantarum & tam innumerabilium fœminarum uanitas improba astabat altissimo, ut
nō solum tēporale, sed æqua lance pensata iusticiæ, ad se potius æternā cōtraherent ul
tionem. Et in medio tui fuit qui publice Florentiam dignā diluuio iudicauit, propter
multipliciū fœminaꝝ multiplicationem, & lasciuiæ uanitatem. Sed nec mirum est, cū
una mater omnium Eua totū genus humanū damnationi astruxit propter propriam
uoluntatē. Sed nōdū manus abbreuiata persistit altissimi, sed magis dilatata, ut puniat
Florētiā, quæ nō puniuit gestus & mores meretricū, in quibꝰ doctæ sunt adulterare na
turam finitimæ mulieres. Quid in plura dilabitur sermo literis exaratus, ut uelim scri

pro pandere malitiam florentinam, ad quam declarandam serie literarum dorsa elephantum ferre nequirent uolumina describenda? Nam maior iniquitas tua est, quam aquarum inundatio existit super terram. Cessauerunt quidem flumina impetuose labentia, prohibitæ sunt pluuiæ de cœlo, aquæ sunt diminutæ cum impetu de montibus descendentes, pene sunt desiccati torrentes de uallibus. Sed adhuc decurrunt Babylonica flumina, & iniquitatum torrentes semper fluunt, & inualuerunt super altitudinem turrium & murorum, ut non deficiat ex pœna suscepta de tuis plateis usura & dolus. Nec intelligas uindictam, ut debita pœna corrigaris, & sponte humilieris, quæ inuita damna pateris & ultionem. Facta es quasi polluta mẽstruis in medio nationũ. Et contra te clamat inflicta iusticia, repleta es luto densissimo per plateas, quæ cœno detestabili peccatorum in anima replebaris. Et terrena querebaris, flumina deduxerũt in medio tui, habitacula ceciderunt, in quibus prius animæ collapsę iacebant in fecibus peccatorum. Sed adhuc uæ tibi ciuitas deflorata, quia prius ad cementa & lapides subijciens humeros, ut domos reconstruas desolatas, quasi ut tuas animas per pœnitentiam suscites de multitudine uitiorum. Madefacta sunt mercimonia tua turbinibus uel turbidis aquis, quæ prius falsitatibus nefarijs infecta pallebant. Diruptæ sunt in te tres numero põtes tui, ex quibus mutuus cursus ciuiũ decurrebat, ut mõstretur signo uisibili, quia Christus pontifex, qui nobis de cruce pontẽ fecit ad uitam, de tuis moribus cadebat. Et creatrix trinitas erat dirupta in tuis cordibus sceleratis, ut non esset cõmunicationis transitus uos expectantiũ ciuiũ supernorum. Vinũ tuũ mixtum est aqua, quæ prius iusticiæ uinum laruali pollutione fœdasti. Ciues tui præfocati sunt aquis, quos prius in malorum locum profundissimum dimersisti. O o tibi Florẽtia dicitur, quæ te præterijt iniquitas? quam maliciam non hausisti? quæ lucra nefaria non tentasti? quæ indicibilia nõ commisisti? Merito igitur cũ deus uoluit terrã aquis rigare, pauesces sub undarum formidine situata. Et te a cũctis progerminibus terrę pluuia terrebit, ne aquæ super te simili diluuio inualescant. Nec tantus amor pluuiæ pro fœcunditate terrarum, uinearum ubertate residebit in animo, quin etiam amorem sedem timoris maiestas in mente nõ habeat, ne de terræ superbia delectaris, ut uelut monstrum in orbe terrarum maneas. Cũ amoris pariter & timoris colaphos sustinebis, faciant te tremere semper futura tonitrua, quæ sunt aquarum præsagia futurarum. Et cum cœli lampades excandescent, pauor erit & luctus, cũ deus more solito coruscabit, stridebũt dentibus omnes, & præ timore fient squalidæ facies uirginales. Et cum dominus operiet cœlũ nubibus, ut paret terræ pluuiam, cum solis iubar eripiet ex aere densato caligine, luminaris splendor ob aliquã tenebrositatẽ obibit, cœliq; stellas nõ poteris intueri, uelut amẽs agoniam timidam patieris, ut infra tua męnia cũ securitate nunquam aliquis dormiat soporatus. Iuste in tuo æuo sic timorata mardesces, quæ ut deum timeres in suo penitus non hausisti merito, aqua tegeris, quæ sicut aquam iniquitatẽ bibere non cessasti. Sed uelut ab aliquo exorsus principio, defleo quod defles, plango quod plangis, sed dispari causa, dispari cultu, dispari fine. Defles sane cæca Florentia. Dãna irrecuperabilium rerum non deploras, non plangis pericula peccatorum, animarum damnationem non prospicis. Super destructione uirtutum inuisibilium non anxiaris, angustiam nõ pateris, super disciplinã Christi tui, nec de tuis sceleribus a te fit cõuersio tua, ut ad deum pro indulgentia conuertaris. Exurge exurge igitur Florentia, quæ bibisti calicẽ iræ dei, sed nec ad feces usque. Sed adhuc restat tibi mors uentura ciuiũ tuorum ex corrupto aeris elemẽto, quæ de sua incorruptione ingratissime lætabaris, eo quod humanæ pacis tranquillitate cum leta frueris, in securitatem uanissimam cõuertisti, terræ peregrinationẽ pro patria dilexisti, salutem corporũ ad usum disposuisti pessimum uitiorum, bonorũ affluentiam necessitate relicta in uoluptatis uoragine destruxisti. Pulchritudinẽ personarum amabilium utriusque sexus seruire fecisti luxuriæ, ut ex corruptis animis elatione polluta pro placito unusquisque eligeret, aut uxorẽ delectationis causa potius quam respectu couiugij, aut pellicem, aut adulteram deo cõtemptã sanctione mandati. Et tantus

erat facierum comptarum lasciuijs aspectus, & occursus illippium oculorum, ut humanę propagationis aperta secreta uiderentur, ex corruptis moribus in aperto. Cuius rei causa originali mundo non pepercit altissimus, mirabili diluuio illum delēs, ut illū iterum propagaret, solū octo hominibus reseruatis. Quod diluuiū in te pro parte reuixit Florentia, ꝗuis immerito tibi remanserint milia personarum. Sed nec est infirmata manus domini, sed uiꝗ adhuc in iudicium ultionis extenta. Exurge igitur Florentia, & leua cor tuum accepta malicia, ut salua fias in miserationibus sempiternis. Sustine irā Iudæ in conualle iniquitatis tuæ uias, & scito quid feceris, ut dominū ad iracundiā prouocares, & dicas in corde tuo, Quid feci semp, ꝙ iniuste me dn̄s cōtriuit? Sed clama in altitudine cordis tui uoces certas ore profundo: Iustus es dn̄e in oēs gentes, & rectum iudicium tuum fecisti descendere super nos. Peccauimus de tanta Florentia, iniuste egimus, iniquitatem fecimus domine in omnem iustitiam tuam. Sed tu dn̄e non obliuiscaris, nec auertas faciē tuā a nobis. Sed declinare ad dn̄m a facie tēpestatis nō prodest ab iniquitate descēdentis, nisi maliciæ causa de medio auferat, dn̄m ad iracundiam prouocantis. Corrige igitur iniquitates tibi obiectas in facie, reuoca dispersos per orbem filios tuos, non qui te propria uoluntate deliquerunt negocia inquirētes, sed quos tu beluina, immo diabolica crudelitate pepulisti. Restitue bona plangētibus uiduis, cōiugatis, & cæteris. Redde prædia quæ tulisti, aufer bona quæ uelut indignis locasti agricolis, & iustis possessoribus illa trade, quos tua fecisti feritate rebelles. Non credas malis consultoribus tuis, qui te in hac impietate confiscant, ut ipsi bona possideant depulsoꝝ, quoꝝ clamor in conspectu intrauit altissimi, deoꝗ sabaoth aures ualide propulsauit. Corrige tuarum fœminaꝝ improbam uanitatem, firma per statuta, sanci per populi tui optima consilia, ut stercus uermium deponatur de capitibus mulierum, ut incedāt uelato capite, si sunt tuæ fœminæ christianæ, ut non extēdant humeros, pectus, similiter mamillas, tuis legibus religentur, ut non sint attonsæ comam iuuenculæ, ut nutriant crines statutis immutabilibus arceantur. Hoc potius debuisti legibus refrenare Florētia in honorē Christi tui, firma statutis, ut se possibilitas offert, decentia exigit, honestas requirit, altissimus quęrit, honorem & cultum dei quæ tuis statutis deū totiens offendisti, penitus metu legis multum arceatur audacia, quæ dei timore postposito non arcetur. Quia nisi tu improba debite corrigaris, hæc damna quæ pateris, tibi dico initia esse peiorū, ideo penitus & maiorum, ut relinquaris deserta, uelut ciuitas quæ uastitate hostili crudeliter deuastatur. Sane in omnibus ad quæ potest obuiare cōmunitas, quæ dominum prouocent ad uindictam, facere nō dormitet, quæ ad placendum non retardet; antiquas uirtutū releuare domunculas festinet, quę festinat ut dominus qui percussit, ipse sanet. Et quod hūana potentia nō potuit, sapientia ignorauit, bonitas non habuit, usus non inuenit, natura defecit impetu subito tēpestatis, ipse deus suppleat miseratus. Qui si placatus a uobis extiterit, aut prohibebit, aut se faciet obicem ad torrētes, Per oīa benedictus deus in secula: Amen.

In sequentē operis indicem cōpendiosa prenotatio.

In repertorio sequēti signant̄ euangelia euangelistarum per annū de tēpore et de sanctis/et capitula eorundē. Signantur etiā in eo numeri librorū ꝛ capitulorum de gestis saluatoris:in quibus habentur expositiones euangeliorum siue tractatus/ eisdem euangelijs vel eorundē materie congruentes. Pro cuius euidentiori intellectu sciendū ꝙ in locis hoc in repertorio designatis non semper ponuntur verba euāgeliste descripti/sed aut eiusdē aut vnius aliorum/ qui eadē vel vicina scripserūt. Verbi gratia: Euangelium de festo sancti Andree: Ambulans Jesus ꝛc̄. ſm Mattheum/in hoc libro nō inuenitur. Cuius ratio hec esse videtur: quia ſm aliquos doctores in hoc euangelio et in euangelio dominice quinte post pentecosten/scilicet: Cum turbe irruerēt ad Jesum ꝛc̄. ſm Lucam/vna et eadem vocatio aliquorum apostolorū describitur. Quod autem autor huius libri istius opinionis fuerit/ videtur probabile ex eo ꝙ vltimam clausulam lectionis predicte ſm Mattheum et Marcum/ scilicet ꝙ Jacobꝰ et Joannes relictis retibus ꝛ patre suo zebedeo in naui cum mercennarijs secuti sunt eum/statim subnexuit huic lectioni ſm Lucam. Quapropter vtraqꝫ lectio sub eisdē numeris hic signata est. Notandum etiā ꝙ in capitulis in repertorio signatis non semper statim tractatur de euangelio signato/ sed aliquando alia premittuntur:nec semper euangelice lectionis textus tractando continuat̄/sed alio textu aliquādo interposito differtur. Quorum tamen aliqua: licet particule quedam textus quorundam euangeliorum vel aliquid eis congruens in eis tractetur:propter breuitatem suam in repertorio non sunt signata. Similiter in locis signatis non semper in tractādo seruatur ordo verborū lectionis euangelice:sed aliquando ponitur ordo preposterus. Que omnia diligēti lectori faciliter patebunt:maxime cū verba euangelij quādo primo ponuntur/vel grossiori charactere descripta sint/vel hoc signo ⌊ intercluſa. Et quia euangelica lectio non semper integraliter in vno capitulo tractat̄:sꝫ aliquando tantum quedam pars eius/ vel etiā parua clausula: Et similiter quia aliqua nō solū semel/sed bis vel sepius in diuersis locis tractantur:ideo etiā talia in hoc indice circa euangelium per se signata sunt:in quibꝰ talis ordo seruatur: vt quod in lectiōe euāgelica prius ponitur/ primo signetur: ꝙuis in ordine libri postponatur. Quando etiā in euāgelio vel materia in repertorio signatis pluribus capitulis continuis tractatur: tunc numero sibi asscripto additur est/ ꝛc̄. Quando vero de euangelio nusqꝫ in libro tractatur:tunc ei cifra o assignatur. Si tamē particula aliqua de eo tractet̄: illa prope euangelium per se signatur.

Repertorium siue index euangeliorū per anni circulū. Et primo de tempore.

¶ Dominica prima

aduentus. Cum appropinquasset hierosolimis. Matthei.xxi.libro.iiij.capi.viij.
De ascensu aialiū moraliter. li.iiij. ca.viij.
Feria quarta. Venit Joānes baptista. Mathei.iij.in parte. li.iij.ca.i.
Penitentiam agite prout est verbū christi ibidem.li.ix.ca.vij.
Feria sexta. Dicebat ioānes ad turbas. Luce.iij.li.iij.capitulo.i.
Genimina viperarum quis ostēdet vobis. ibidem.li.viij.ca.xi.ꝛc̄.et iiij.ca.
Itē de eodem. Prout est verbum Christi. libro.vij.ca.xiiij.
¶ Dominica secunda. Erūt signa in sole et luna. Luce.xxi.o
Videte ficulneam et omnes arbores.ibidē li.vi.ca.xxvij
Feria quarta. Initiū euāgelij ꝛc̄. Ecce mitto angelū. Marci.i.li.iij.ca.iij.
Vox clamantis in deserto.ibidē. li.iij.ca.i.
Fuit Joannes in deserto baptizans et predicans.ibidē infra.li.iij. ca.i.
Feria sexta. Amen dico vobis nō surrexit. Matthei.xi.li.iij.ca.iij.
¶ Dominica tertia. Cū audisset Joannes in vinculis. Matthei.xi.li.iij. ca.iij.
Quid existis in desertū videre? Arundinē? ibidem.li.iij.ca.ij.
Feria quarta. Missus est Gabriel angelus Luce.i.li.ij.ca.i.ꝛc̄.
Feria sexta. Exurgens Maria abijt in mōtana. Luce.i.li.ij.ca.xij.ꝛc̄.
Quatuor temporū. De eodē.li.iij.ca.i.
Fecit potentiam in brachio suo. Et deposuit.li.viij.ca.iij.
Sabbato. Anno quintodecimo imperij tiberij. Luce.iij.li.iij.ca.i.

De Tempore index

De sanctis tam in speciali q̄ in cōmuni.

Matthei.xvi.li.ix.ca.xxxix.
Felicis ꝛ Simplicij. Sint lumbi vestri pre/cincti. Lu.xij.li.vi.ca.xxx.
Abdon et Sennes. Descendēs iesus de mō te. Lu.vi.li.iiij.ca.ix.
Beati pauperes.ibidem.li.x.ca.iiij.ꝛc.
Ad vincula Petri. Venit iesus in partes cesaree. Mat.xvi.li.ix.ca.xxxv.ꝛc.
Stephani pape. Homo quidā nobilis. Lu.xix.li.vi.ca.xxix.
Inuētionis sancti stephani. Ecce ego mitto ad vos pphetas. Mat.xxiij.li.viij.ca. (xxxvij.
Quotiens volui congregare.ibidem.libro septimo.ca.xxxij.
Sixti pape. Ecce ego mitto vos. Matthei decimo.li.ix. ca.xx.
De eodem.li.vij.ca.xviij.
Ciriaci et so.cius. Nihil opertū quod non reueletur. Mat.x.li.ix.ca.xxiij.
Nolite timere eos qui occidūt corpus.ibidem.li.viij.ca.xxi.
Nōne duo passeres asse vene.ibid.li.vij.ca. (xix.
In vigilia Laurentij. Si quis vult post me venire. Mat.xvi.li.ix.ca.xxxix.
In die sctō. Nisi granū frumē. Jo.xij.li.xi (ca.xlvij.
De eodem.li.vij.ca.xxxix.
Tiburtij marty. Nemo accendit lucernaꝫ. Lu.xi.li.vij.ca.iiij.ꝛ.vi.
De eodem li.viij.ca.xvi.
Lucerna corpis tui ē oculus.ibi.li.x. ca.38.
Ipoliti et so.cius. Attendite a fermento.vt supra. Joannis et Pauli.
¶ In vigilia assumptionis. Extollens vocem quedā mulier. Lu.xi.o.
In die sancto. Intrauit Jesus in quoddaꝫ castellum. Lu.x.li.ix.ca.xxxiij.
De obsequio exhibito christo a mulieribꝰ.li.ix.ca.xxxij.
In octaua sancti Laurentij. Nisi granum frumen.vt supra in festo eius.
Agapiti marty. Si quis vult post me venire. Mat.xvi.li.ix.ca.xxxix.
Bernardi abbatis. Ecce nos reliq̄mus oia Mat.xix.li.ix.ca.xlvij.
In octaua assumptiōis.vt supra in die sctō
¶ In vigilia Bartholomei. Misit iesus duodecim discipulos. Mat.x.li.ix. ca. xviij.
In die sancto. Hoc est preceptum meū. Joannis.xv.li.xij.ca.x.
Gregorij episcopi. Vigilate quia nescitis. Matthei.xxiiij.li.vi.ca.xxx.
Augustini episcopi. Vos estis sal ter.matthei.v.li.vij.ca.i.ꝛc.
De eodem.li.viij.ca.xvi.
Item de eodē.li.x.ca. xiij.ꝛc.
In decollatione san.Joannis. Misit herodes ac tenuit ioānē. Mar.vi.li.iij.ca.ij.ꝛc
Et cū dies opportunus acci.ibi.li.iij.ca.iij

De conuiuio herodis ꝛ saltatione. li.octauo.ca.tricesimoquarto.
De iuramento. ibidem.infra.
Felicis et Adaucti. Sedente iesu supra mōtem. Mat.xxiij.li.ix.ca.liij.
Egidij abbatis. Ecce nos reliquimus oia. Mat.xix.li.ix.ca.xlvij.
¶ Natiuitatis beatę Marię. Liber generationis iesu christi. Mat.i.li.i.ca.v.
Gorgonij marty. Si quis vult post me venire. Mat.xvi.li.ix.ca.xxxix.
Prothi et Jacincti. Cuꝫ persequentur vos. Mat.decimo.li.nono.ca.xxi.
¶ Exaltatiōis sanctę crucis. Erat homo ex phariseis nicodemꝰ. Joan.iij.li.xi.ca.vi.
Sicut moyses exaltauit serpentem.ibidem li.vij.ca.tricesimoquarto.
In octaua natiui.marię.vt supra in festo.
Lucię ꝛ Geminiani. Attendite a fermento. vt supra Joannis ꝛ Pauli.
Lamberti episcopi. Nihil opertū.vt supra Ciriaci et sociorū eius.
¶ In vigilia Matthei. Vidit Jesus publicanum. Lu.v.li.nono.ca.xvij.
In die sancto. Dū transiret iesus vidit hominē. Mat.nono.li.nono.ca.xvij.
De misericordia dei.li.i.ca.xxvi.
Mauricij et sociorū eius. Cū audieritis p̄lia. Lu.xxi.o.
Perseq̄nt tradētes in synagogis.li.ix.c.xx.
Cosmę et Damiani. Descendēs Jesus de monte. Lu.vi.li.iiij.ca.ix.
Beati pauperes. ibidē.li.nono.ca.iiij.ꝛc.
Michaelis archangeli. Accesserūt ad iesū dis.eiꝰ dicen. Quis pu.ꝛc. Mat.xviij.li.ix (ca.xlij.
De eodē euangelio. li.xij.ca.xv.
Qꝫ si oculus tuꝰ dexter ꝛc.ibidē.li.x.ca.xix
Hieronymi presbyteri. Vos estis sal terrę. vt supra Augustini episcopi.
Remigij et aliorū. Facta est cōtentio inter discipulos. Lu.xxij.li.nono.ca.xlij.
Leodegarij marty. Nihil opertū quod nō reuelabitur. Mat.x.li.nono.ca. xxiij.
Nonnę duo passeres asse veneunt.ibidem libro septimo.ca.xix.
Nolite timere eos qui corpus occi. ibidē. infra.li.octauo.ca.xxi.
Francisci confesso.et Marci papę. Homo quidā peregre.vt supra.
De seruo qui talentum fodit ꝛ abscōdit in terrā.li.sexto.ca.tricesimotertio.
Dionysij et sociorū eius. Descēdens Jesus de monte. Lu.vi.li.iiij.ca.ix.
Beati pauperes.ibidē.li.x. ca.iiij.ꝛc.
Gereonis et victoris. Vidēs iesus turbas ascendit in montē. Mat.v.li.x.ca.i.
Calixti papę. Hō quidā peregre.vt supra.
Galli abba. Ecce nos reliq̄mus oia. Mat/

De sanctis in cōi.

Euangeliorū de sanctis index

Finis

Materiarū per capitula annotatio

Materiarū principalium per singulorum librorum capitula cōpēdiosa annotatio/ seu repertoriū: quo facilius totius operis sententię (quę profecto deuotionis et morū fragrantiā redolent) lectori studioso occurrant.

¶ Primus liber qui

est de mysterio verbi increati/ facti incarnati: sequentia iuxta capitulorum ordinē continet.

Secundus liber de

immaculata virgine Maria/ et eius processu.

Tertius liber de parentibus et ortu atq̧ processu precursoris.

Quartus liber de vita Christi.

Quintus liber de miraculis saluatoris.

Sextus liber de parabolis saluatoris.

per capitula annotatio

Septimus liber de similitudinibus a saluatore positis et assumptis.

Octauus liber de vitijs cōtra que christus loquitur.

Nonus liber de virtuosis et pro virtute sermonibus domini saluatoris.

Decimus liber de sermone domini in monte.

Undecimus liber de disputationibus et disceptationibus domini.

Duodecimus liber

de sermone domini post cenam.

Tertiusdecimus liber

de passione domini: in quo ponitur historia passionis non ꝺm capitula distincta: similiter et vltime cenę vsqꝫ ad sepelitionē christi.

Quartusdecimus liber

de resurrectiōe saluatoris: nec per capitula distinctus/sicut et nec precedens: sed continet totā historiā ipsius resurrectionis

Quintuſdecimus liber de iuſticia chriſtiana ⁊ vera amicitia.

Liber de iuſto iure

dominii et moribꝰ dominandi: cuius capitula continuantur ad precedentia.

Finis

Liber venerabilis

fratris Simonis de Casia/ ordinis fratrũ eremitaruz sancti Augustini super totum corpus euãgeliorum. Quẽ librũ incepit ad instantiam et petitionẽ sui charissimi amici domini Thome de Korsinis legũdoctoris de Florentia/ anno domini. M. CCC. XXXVIII. die sexta/ mẽsis septẽbris/ apud almã vrbẽ. Sed ibidẽ anno domini. M. CCC. XLVII. in vigilia ascensionis dominice infirmat9: et sequenti anno/ die secunda februarij defunctus: nec ipsum librũ relegere et ordinare/ vel corrigẽda corrigere/ si qua essent: nec in aliquib9 tractatibus et capitulis huius libri perficienda perficere potuit vel cõplere.

Prologus primus generalis in libros de gestis domini saluatoris.

A Bono et sup bono creatore omĩum deo sumentes exordiũ/ per ipsum medium ad ipsum finẽ omĩum venientes: super sibi placitis intẽdamus vt expleto vite presentis termino/ in ipso presentium placitũ quiescamus: qui hominẽ creauit ad imaginẽ et similitudinẽ suam: non ẽm corpus/ sed ẽm animã: sed et corpus creauit: cui vniuit et animã. Idcirco ẽm animã per inuisibiles actiones ⁊ inuisibilia placita seruiamus: quia hoc exigit a nobis: non suo/ sed nostro cõmodo: quoniã nostrorũ bonorũ ipse nõ indiget: et in seipso/ ex seipso et per se ipsum perfectus existens: a nobis/ pro nobis perfectiones in anima et corpore sua benignitate reqrit. Ideo mihi libuit/ timeo ne superbe: sz vtinã ex charitate ad deuotarũ animarũ et simpliciũ/ et ad aliã vitã suspirantium eruditionem ordinare anime et corpis christianas atq3 christiferas actiones: vt ex cõformitate ad christũ christianitatis caput prehabita in terris/ agat christiana vita: quã ipse christus de celo ad terras descendens fecit et docuit omnib9 faciendam. Sed quoniã anima dignior corpore: primo sua/ secũdo corporis agenda ponem9. Anima nãq3 vt inuisibili experimẽto probamus/ fideq3 tenemus: trina potentia seu virtute partitur: scilicet intelligentia/ memoria atq3 voluntate. Igitur primo christianice seu christiana exercitatione perficiemus intelligentiã; secundo memoriã: tertio voluntatẽ: deinde totã christianam corporalẽ actionẽ. Et ne opus nimia seu tediosa prolixitate labatur: non curabimus cõtraria heretica ponere seu refellere: sed tantuz que sunt vtilia et necessaria ad salutẽ asserere: vt hec salutaris doctrina magis affirmãdo que ad ipsam proprie pertinent/ procedat in ordine q̃ negando seu refellendo contraria. Nam breuis est affirmatiua doctrina: negatiua vero procedit in longũ. Et si contingat q͂ perficiẽdo intelligentiã de memoria inculcatio fieret: aut pficiendo vtrũq3 de necessitate dicendi annecteretur volũtas: seu quomodolibet doctrinali ordine misceretur: non sit legenti horrori si ordo impositus nõ seruatur: aut si vna potentiarum anime alteri preferatur in prosecutione q̃ fuerit in prefatione preposita: siue de ipsis tractet coniunctim: cũ premissum sit tractare diuisim: Cũ principaliter nostre intentionis existat: primo interiorẽ hominẽ in christiana vita et doctrina perficere. Secundo exteriorẽ in christianicis agibilibus coaptare: in quibus prestante altissimo/ intermissus seruabitur ordo:

Prologus secundus:

Multi multa locuti sunt in euãgelio: aliqui in vno sensu: aliq̃ plus in alio: aliq̃ in vtroq3. Ego nouissime vigilãs simplicitati euãgelice studui in modo tractandi deuitare antiquos: qui tantũ vnius euangelistarũ scriptionem disserere curauerũt: sicut fuit eis in placito: et modernos q̃ euãgelistarum inscriptionem ad declarandũ pro libito assumentes dimiserunt: ⁊ in questionibus veritatẽ et puritatem euangelicã posuerunt: vt sepe videatur ab illa simplici euangelij intelligentia fuisse recessus. Ego autẽ quasi nouissime adueniens apostolicũ/ dictum veritus: ne sicut serpens seduxit Euã astutia sua: ita ne corrumpantur sensus nostri a simplicitate que est in christo iesu: disposui iuxta simpliciorem atq3 minoribus vtiliorẽ intelligentiã/ totum corpus euangelicũ declarare. In quo negocio pstante altissimo iste seruabitur ordo.

Titulus primi libri.

Quoniã igitur factorũ et fiendorũ causa prior est verbum increatũ: Ideo primus liber est de mysterijs verbi increati/ facti/ incarnati:

Titulus secundi libri.

Sed quoniã ad incarnationẽ primarie virgo quedã pparata est: Et ideo secũdus liber est de virgine matre atq3 gestis eius ẽm euãgeliũ.

Titulus tertij libri.

Voluit aũt verbũ increatũ/ factũ/ incarnatũ habere precursorẽ. Ob hoc tertius liber est de parentibus et ortu atq3 pcessu precursoris.

¶ Titulus quarti libri.
Natus autem filius dei qui et verbũ se mundo notum fieri appetẽs/tenuit in seipso vite morumq; censuram: Jdeo quartus liber appellatur de vita domini saluatoris.

¶ Titulus quinti libri.
Ad alios aũt se multipliciter habuit in factis ⁊ verbis: Proinde quintus liber dicit̃ de miraculis.

¶ Titulus sexti libri.
Verbis etiam varijs similitudinarijs/parabolicis⁊ simplicibus vsus est. Jdcirco sextus liber est de similitudinibus.

¶ Titulus septimi libri.
Septimum de parabolis posui.

¶ Titulus octaui libri.
Jn simplici doctrina quandoq; vitia reprehendit: et autoribus cõminatus est. Quandoq; virtutes laudauit: ⁊ factoribꝰ vitã aliã repromisit. Jnde octauũ cõtra vitia ſm euangeliũ nominaui.

¶ Titulus noni libri.
Nonũ de virtuosis verbis inscripsi ſm euangelium.

¶ Titulus. X. XI. XII. librorũ.
Et cũ contra vitia seu pro virtutibus loqueretur: aliquãdo specialem edidit ad discipulos/ et ad turbas omnes/et omnis conditionis aduenientes sermonẽ: quandoq; per disputationẽ et disceptationẽ: quandoq; ad solos discipulos locutus est: maxime ante sue captionis horam: ⁊ vere dici potest testamentũ dilectionis. Quãobrẽ decimũ librum verborum montanorum: vndecimũ disceptationũ: duodecimũ testamentum dilectiõis: id est/libri testamenti finalis instituĩ ſm euangelium.

¶ Titulus tredecimi libri.
Et quia verbũ increatũ/ factũ/ incarnatum post actiones iustas et optima verba: per portã mortis voluit egredi de mundo/ qui per portã ꝟginitatis intrauit: ⁊ multa pati voluit: Tredecimũ de passione dñi vocaui ſm euangelium.

¶ Titulus decimiquarti libri.
Verum quia non potuit a morte detineri: ⁊ resurrexit: et locutꝰ est: et ascendit: et spiritũsanctũ misit: q̃ omnia gloriã arguunt: quartũdecimũ de morali gloria insigniui ſm euangelium.

¶ Titulus decimiquinti libri.
Et quidem eo ꝙ omnia per verbũ facta sunt et fiẽda que restant: et homo propter homines factus est: et ad fines debitos omnia perducit/ sicut et fecit. Jdeo quintumdecimũ librum de fine hominum consignaui.

¶ Prologorũ et titulorũ finis.

¶ Celeberrimi doctoris Simonis de Casia liber primus: de verbo increato pro nobis in tempore incarnato/secundũ Joannẽ solum. Capitulum I

Ipse orationis ordo deposcit: vt post factum magnum cognitũ/precedẽtia et cõcomitantia ⁊ sequẽtia inquirantur. Nullũ vero ab eterno maius factũ/ꝙ verbũ caro factum. Et cum in principio fecisset deus ex nihilo celũ et terram: excedit tamen ꝙ eius filius incarnatus fuit: extra opus adhuc eternus artifex erat: in factione autẽ huiuscemodi ꝑ veram vnionẽ vnũ sunt artifex ⁊ artificiũ eius. Jnuestigandũ quidẽ fide/non ratione: credulitate non sensu: quid contemplandũ in verbo carne facto. Si tẽpus inquiritur/ occurrit eternitas. In principio erat verbum. Jn principio: ante quod nihil quod ante omnia subsistebat: a quo cuncta in suis rationibus peruenerunt. Jn principio non cõprehensibili ab homine puro: vt eternitas credat̃ ex dicto. Nec hoc verbũ situatũ erat in loco: ⁊ modus essendi eiꝰ segregatus ab omnibus erat. Et verbum erat apud deum: non appositiue/aut aliq̃ diuersitate subsistendi: quoniam erat idẽ quod ille apud quẽ erat. Et deus erat verbũ. Et talis essendi modus non temporalis extitit: ſʒ eternus. Hoc erat in principio apud deum. Artifex erat ab eterno verbum: nõ tamen extra seipsum illuxit aut innotuit ab eterno. Nihil erat enim in aliquo participãs ipsum Quoniã omnia per ipsum facta sunt: vt nihil in spiritualibus atq; corporalibus/nihil in visibilibus atq; inuisibilibꝰ excludat̃ quod ipse non fecerit: et in magnis et in paruis/et in his que de merito primoꝝ parentũ aduersant̃ delicate tenerrimeq; nature. Quoniã nature sine ipso factum est nihil. Si clausula punctabitur hic: excluditur/abrogatur atq; negat̃ ois alius creator: quia esse non potest nisi vnus. Et hoc dictũ negatiuum/ante dictũ affirmatiuum roborat. Nã cum dicatur: Omnia per ipsum facta sunt: ergo creator vnus. Et sine ipso factuʒ est nihil: igitur nullus alius. Peccatũ ⁊ omne malũ ab eius factione depellitur: quia omne maluʒ est positiue nihil: etiã nihil aliud subsistentiã habet preterꝙ quod ipse creauit. Si vero ista sententia siue clausula vltra progredietur ad punctum: vt sic proferatur: Et sine ipso factũ est nihil quod factum est: prestabit aliũ intellectũ: vt omne quod factũ est/in preadiacentẽ nihilitatis materiã tenderet/nisi ipse conseruaret. Nam ea

Joann.

dem dei sapientia: qua cūcta ex nihilo facta sunt ne redeant in nihilū gubernātur: redirent quidē nisi tuerētur. Si primā punctationē sequimur: ꝓspiciēdū est ꝙ omnia q̄ facta sunt in ipso / ab eterno viuebant: vt aliter nō produxerit / nisi prout ab eterno producenda cōspexit. Et illa imago cunctarū rerū in ipso habebat vitā anteꝙ̄ deduceretur ad esse. **Quod factū est in ipso vita erat:** videlicet in diuina mente / nō extra. Si secundā: eque aptior sensus est. In ipso vita erat / immortalis videlicet et eterna: omnis vite
Ps.35. origo: qm̄ apud te est fons vite: Psalmista dicit
ctus perseuerans ab Adā vsq₃ in presens/de merito eius in gaudiū dominice natiuitatis cōuersus est: quod angelus pastoribus euangelizat. Unde alia maior aut similis gaudendi ratio prouenire hominibꝰ potuit/q̄ q̄ dei filius homo fieret inter homines ipsos suo merito saluaturꝰ? Ac per hoc nō ociose incarnatus atq₃ natus est inter homines factus homo: sed vt saluaret ab omnibus periculis in excelsis: Nec hūc mirenatū ab re pastoribus angelus nūciauit: sed vt quereretur/quesitus inueniretur. Nā ipse quidē mox vt voluit nasci/voluit ex fide cognosci: voluit inquiri/ te inueniri ab in simplicitate querētibus. Et vt credatur atq₃ queratur/angelus altitonat vt iuuentus agnoscatur/nō ex altis/ nō ex diuinis/nō ex magnis/ sed ex humanis et imis ipm designat dicens: Et hoc vobis signum Inuenietis infantē pannis inuolutū/et positū in presepio. Datur signum de Jesu q̄ nō in apparatu et cultu regio mundū intrauit: q₂ infans a nō fando dictus est: existēs mutus/qui aliis dedit linguā: nō volens disertē suā/qui omnibus loquentibus dat loquelam: Et mirū supra modū videre verbū mutū inuolutū a matre vilibus pannis: vt ex omnibus paupertas ipsa clarescat.

¶ Cur in pannis inuolutio et in pre
sepe reclinatio pastoribus p signo
datur: Canitur ab angelis/gloria in
altissimis deo. Capitulum VIII

Que est ista euangelizatio angelica: vt
ad signandũ iesum christũ dominum
inuolutũ pannis reclinatũ in presepio
clamet? Sunt ne ista tria/infantia/ pannorũ in/
unlutio/et situatio in presepio/perfecte signãtia
saluatorem? Cur pro signo tanti signati aliquid
celeste nõ dedit? Cur nõ induxit in signum illius
noctis insolitã claritatem? Cur ei locutionẽ pro
fide nõ dedit? Cur nõ aliquod magnũ insigne p
signo monstrauit? Inueniũtur alta data signa
in manu Moysi et Aaron et Helie ꝛ Helizei et
multorũ prophetarũ: vt eorum dicta ꝛ facta cre
derentur. Quãobrẽ pro tanto domino vt in co
gnitionẽ veniat/designãdo tam vilia signa sunt
inducta: vt inuolutus pannis/et positus in pre/
sepio saluator omniũ crederetur? Erant ne pa/
stores tam menti alte subiecti/vt tã ex vili signo
eum crederent omniũ saluatorem? Potius aũt
ex signo dato debuit patuisse contemptui. Ve/
rũ quia nihil potuisset inueniri hoc grande my
steriũ/ scilicet dei filium hominẽ factuz inter ho
mines pro saluandis hominibus natum: diuine
signare deficiens/ima pro signandis diuinis as
sumpsit: eo videlicet pretextu ꝙ neqꝫ inuenieba
tur aliud diuinum angelicum siue humanũ/cele
ste siue terrestre cõpetens et pro signo sufficiẽs
ad ea signa se contulit ostendenda/que ostende
rent deũ ab humanis rebus liberum existentẽ.
Et vt sciretur ꝙ nõ venerat in potestate/sed in
infirmitate carnis et contemptu visibiliũ genus
liberare humanum: necnõ et ingressum et egres
sum a mundo voluit concordare: vt in pauper/
tate natus/in illa etiã moreretur. Et cum ipso p
dicante signa de sua magnificentia et in miracu
lis quereretur: aliud ꝙ̃ Jone signũ p sua mor
te et sepultura nõ dedit. Equidẽ consona sunt
signa: quia natus: quia mortuus et sepultus: in
natiuitate inuentus est infans: ꝛ corã Pilato si/
luit ita vt miraretur preses. Signum Jone pro
sua morte ꝛ sepultura imaginẽ quandã cũ signo
dato in natiuitate per angelũ habet. Nam sicut
natus inuolutus est pannis: sic mortuus syndo
ne inuolutus est/prout mos erat iudeis sepeli/
re. Et sicut reclinatus est et positus in alieno p
sepio: sic positus ẽ in alieno sepulchro. Et sicut
per quadraginta dies virgo exclusa a templo in
puerperio stetit: sic p quadraginta horas mors
eius verificata est. Nec etiã aliter credamus hũc
Gabrielẽ angelum aliter perfecisse diuina iussa
ꝙ̃ ab ipso iubente accepit: nec ipsum aliter desi
gnasse ꝙ̃ ipse signandus edixit: quia sic precepit
vt voluit: sic voluit vt decuit: sic decuit vt ab e/
terno extitit ordinatuz atqꝫ preuisum. Cuius rei
querere rationẽ nihil aliud dixerim ꝙ̃ velle in/
uestigare superbe infinitã et irreprehensibilẽ et
debite agentẽ omnia domini voluntatem. Que
cum inuestigari a mortalibus nequit; in aliquo
errare non potest: que laudanda semper ab ho
minibus de omnibus est: nõ discutienda p qua
re: fortassis signũ dabatur vt inuentus cogno/
sceretur: cũ nullus vnꝙ̃ natus sic extitisset expo
situs. Non ideo datũ vt fides huiuscemodi na/
ti infunderetur pastoribus: cum nulla signa suf
ficiẽtia sint ad fidẽ: quã solus deus infundit sua
beneficentia largitatis/nõ merito capientis. Nõ
enim angelus predicabat aut infundebat fidem
sed predicabat credenda etiã speranda et diligẽ
da per illã. Verum quia homines nõ hymniza/
bãt huic clandestine atqꝫ incognite nato: mul/
titudo celestis militie ipsum cognoscẽs/ hymni
zabat: et fiunt in laudibus familiares hominibꝰ
in terris quos in celis sperant habere cõciues.
Et ne credatur vnus duntaxat huic mirenato
angelus astitisse cum precone: primo nouitatez
actã pro hominibus super terram/ celestium ci
uium/separatarum substantiarũ/diuinorũ spiri
tuũ in formatis vocibus ex assumptis corpori/
bus multitudo ꝯsonat. Et subito facta est
cum angelo multitudo militie cele
stis laudantiũ deũ et dicentiũ: Glo
ria in altissimis deo: et in terra pax
hominibus bone volũtatis. Sine in/
tercapedine temporis cum angelo euangelizan
te deuz/celestis militie multitudo collaudat. Et
confestim ꝙ mirenatus declaratus fuit ab an/
gelo pastoribus: insonante per vocẽ sibi militia
celestis alludit in testimonium dati preconij: vt
nõ solum in ore vnius/sed in ore plurium ex ce/
lo dicentium testimoniũ verũ fiat. Et in excellen
tiam noui partus: quia peperit virgo mater: nec
nõ in illã ineffabilẽ humilitatẽ laus illa tẽdebat/
qua deus homo factus voluit mũdo nasci. Mi
rabatur celestis illa militia ducẽ suum talibꝰ ar
mis indutum ad nouum congressum cadentiũ
angelorum. Et deficiens intelligere/laudat vo/
cibus quod miratur. Mos tamen est assistenti
um militũ/regẽ laudare sibiqꝫ applaudere sche/
mate nouo vestitum. Militia quidẽ in ipsa na/
tiuitate celestis apparuit: ꝛ humanis auribꝰ vo
cibus assumptis intonuit que duci suo semp im
maculate in supernis assistit ꝛ ipsum descenden
tẽ ad terras sequitur: nõ querẽs quo eat infalli/
bilis et eternus dux: sed sequẽs quo ierit cũ ad/
uersis parata bellare. Et ne crederetur iste mire
natus homo duntaxat de terra terrenus/sꝫ de
celo celestis: ideo eũ militia celestis laudibus ef/
fert. Que idcirco militia celestis dicitur: quia in
fatigibiliter pro hominibus terrenis militãt/ vt
possint esse celestes simulqꝫ cõciues. In quoruz
similitudinẽ in plenitudine temporũ/ducẽ suum
factũ agnoscunt: qui eos in principio creatiõis
ad imaginẽ suã et similitudinẽ fecit: vt nunc ver
sa vice quod dedit assumpserit. Et hymnizat di
serte illa superna militia/ edisserens quid obue/
nit: quia gloria in altissimis deo: et in terra pax
hominibus bone voluntatis. Nõ gloria noua
deo q̇ ab eterno incõmutabiliter atqꝫ inuariabi
liter gloriosus extitit; neqꝫ ab imis gloria infer/

tur in summis: sed ex noua natiuitate verbi sui ab hominibus amplius glorificādus ē atq laudādus. Peramplius quidē q2 ꝑ nobis verbū caro factū est: q̄ q2 nos fecit ex nihilo: ⁊ in esse produxit. Et ex innouatione facta per verbū/ etiā q̄ blasphemabant: qui idolatrabāt: ad glorificandū et laudandū deū conuertent: sicut Esaias de (Esa. 43.) dño ait: Ecce ego facio noua: et nūc orientur: ⁊ cognoscetis ea. Ponam in deserto viā/ et in via flumina: ⁊ glorificabit me bestia agri/ dracones et struthiones: Quia dedi i deserto aquas/ ⁊ flumina in inuio: vt darē populo meo potū electo meo. Populū meū formaui mihi: laudē meam narrabit. Hec oīa referunt ad verbū incarnatū et ad populum christianū. Ipsum est nouū: q2 nouum fecit dñs super terrā. Ipse christus via ipse flumen/ ipse aqua/ ipse potus. Cetera quidē ad populū collectum de gentibus. Seu etiā q̄a gloria erat hominibus in altissimis coram deo: pax quidē solum bonā voluntatē habētib9: q̄m (Esa. 48. et. 57) non est pax impijs/ dicit dñs deus. Ad impietatem tendit bona voluntate carere: quia nihil ad pietatem prestantius in hominibus inuenit.

¶ De transitu pastorū vsq bethleē et inuentione iesu: et de primis epiphanijs: secundū Lucā solū. Ca. IX

Verum q2 non ab re angelica voce declaratum est: q̄ qui natus est/ saluator est et dñs seculorū: sed vt quereret: et indicatus est per signū/ vt inuentus cognosceret: opportunū erat ex debita et honesta decentia: vt hi qui hoc celeste oraculū audierant/ quia ad querendū illum in animo moti/ simpliciter et in (Luce. 2.) corpore mouerētur. Unde: **Et factū est vt discesserunt ab eis angeli in celum: pastores loquebātur ad inuicē: Trāseamus vsq bethleē: et videamus hoc verbū quod factū est: quod dominus fecit et ostēdit nobis.** Perspicuū est angelos in celo existētes/ aū deitatis cōspectū ad sequendū ducem ipsorū velut milites infra nostra inferiora descēdisse: cum pacta euāgelizatione de mire nato/ ⁊ hymno dicto/ in celum vnde venerant fecere regressum. Pastores autē ammirantes in aīo de tanta oraculi nouitate/ atq de mysterio delectati: ad inuicem conferunt: quid agendū ꝓponunt: et condicūt q̄ non ociose hoc eis extitit indicatū et manifestatum tam ab eterno secretū: et q̄ arguendi essent atq multandi/ si hanc negligēter quererēt nouitatē. Deliberant transitū ab eo loco quo erant: vsq quo saluatoris eis est ennunciata natiuitas visendi causa verbū eternū: quod erat in tpe caro factū: et per angelū eis ostensum. Et seriando verba post angelorū discessum: vt nec eos viderent in assumptis corporib9: neq audirēt in vocibus: pastores ad inuicem sunt locuti: exprimentes ex cōmuni deliberatione quid agendū: dicentesq: Trāseam9 vsq bethleem: ne cunctemur amplius/ ne nostra mora possit esse aliqua frustratio: et videam9 et agnoscamus hoc verbum quod ab angelo factū est nobis: seu verbū scz mysteriū antefactū: seu negociū quod factum est. Luce clarius liquet/ q̄ fidē inhesitantē angelo euangelizāti dederant: cū dicunt quod factū est/ q̄ solus dñs fecit: ab alio nō factum/ neq factibile. Et ostendit nobis: angelo scz docente per fidē. Ostendit omnipotens deus pater verbum ab eterno: nō factū/ sed genitum: per quod omnia facta sunt: inter ipsa oīa caro factum: in angelica seu celica voce pastoribus: vt magni cōsilij angelus ab angelis/ celestis a celestibus: bonus naturaliter/ pastor bonus in effectu futurus: vigilans super salutē generis humani/ vigilantibus pastoribus monstraret: vt a maioribus ⁊ superioribus/ scz ab angelis pastoribus a pastoribus ad subiectos ꝓdeat in hac vita noticia diuinorū: donec euacuet omīs ordo et oīs principatus: et ipse deus homo sit omīa i omnibus. Simplex et affectuosa cōsueuit esse et debet vita pastorū circa subditas oues ⁊ aīalia/ quibus habent ꝓuidere de pastu: et pietatis cultum offerre deo de fetibus/ quos ex ouiū fecunditate suscipiūt. Et qui desuper spectator est omniū respicit super ipsos: vt simul cū muneribus gratos accipiat. Sic quidem primus ouium pastor (Gen. 4.) corde innocens atq manu: et in vtroq iustus in ipsa infantia seculi omnipotentē deum honorabat: cui per omnia gratus: a fraterna inuidia interemptus est. E regione itaq in ipsa renouatione seculi extitit vindicatū: cum verbū caro factum sub celo/ primo pastoribus est ostensum. Multa quidem reponunt in diuinis voluminibus gesta pastorū/ attestantia huic mysterio: q̄ dei filius incarnatus ipsis pastoribus est ostensus: vt nō sit ambiguū recte sapientibus pastoribus animarū/ recte viuentib9/ ꝓ se atq ꝓ subiectis ouibus a deo supra humanū sensum multa monstrari: et ipsorum iusto ministerio agi et gubernari decentius ecclesiā sanctam dei. Nā (Exo. 3.) Moyses in interioribus deserti pascens commissum gregem/ deum vidit in flamma ignis in rubo: et audiuit documenta/ qualiter oppressū (1. Reg. 16.) populū ab egyptiaca seruitute liberaret. Et de (Ps. 77.) post fetātes dauid accept9 a deo rex iudaici po- (Hiere. 3.) puli factus est. Et ꝓphetatum extitit: Dabo vobis pastores iuxta cor meū. Cōgruum eñ erat vt daturus pastores in populo iuxta cor tuū: q̄ ad tale presagium primo vigilantibus pastoribus p̄mo ostenderet filiū suū. **Qui venerūt festināntes: et inuenerūt mariā et ioseph/ et infantē positū i presepio.** Urgebat celeste preconiū corpore festinare pastores: qui ex credulitate festina in animo ad p̄sepium iā vsq peruenerunt: ⁊ eo pedib9 amplius festinabāt/ quo fides āgelicis dictis accesserat q̄ esset qui erat. Spes creuerat ꝓ salute: charitas stimulo ꝓ dignatione illorū animos agitabat. Equidem vsquaq assolutū est velocius agi p̄ corporis effectus/ quod agendū i animo maior vrget affectus. Raro quidem corpus festinat: nisi aliqua mentis affectio festinare cō-

pellat. Nescit amor tarde moueri cum heserit:
presertim cū diuinū apponitur ad amandū. Et
ipsa tarditas ad querenduz nullius aut modici
amoris argumentum existit. Etenim hi qui cor
suū in terrenis thesauris ꝛ rebus perfunctorijs
posuerunt: cum queq; preciosa relatione cogno
uerint dono posse ꝯsequi siue cōmertio: data fi/
de/posita spe/amore adiecto: expellunt omnem
a corporeis actionibus tarditatē: desudāt ꝛ am
bulant: laborant et pergunt: ingruunt pericula
et transuadunt: in interminatione sunt ꝟbera/
plage/expoliatiões ꝛ carcereꝝ: minaꝫ mare nau
fragiū: insidet ī itineribus predo: ꝛ crudelis be
stia dente venenoq; sepe impetit: nec ab his cu
pidi animus deterreꝫ/ne limē domus exeat: ne
cū iter inceperit/ repedare disponat. Afficiꝫ se/
pe fame: conficitur sepe ineptitudine hospitan
di: socios patitur importunos: ab ipsis plerūq;
decipitur atq; necatur: interdū ꝓ hominib⁹ hō
consortia bestiarū/et multotiens luit alioꝝ tor/
menta reoꝝ: et inueniendi cupiditas festinare ꝑ
huiuscemodi pericula cogit. Quanto quidem
esset ocyus pro diuinis muneribus festinandū
vbi talia pericula non obsistunt. Et si aliquan/
do sāctis aliqua molesta illata seu assumpta ex/
titerunt ī corpore: altissima dei premia in remu
neratiōe affuerunt. Monet animos vere credē
tiū festinare ad veras virtutes earūq; actiōes/
cum audierunt ad presepiū festinare pastores.
Presepiū et fenum in quibus christus infans
adhuc iacuit/sunt ipsa fides et humilitas/ cete/
rarūq; fasciculi virtutū. Non cunctentur qui de
celo agenda didicerunt: sed festinent ne ex tar/
do molimine arguantur. Etem̄ omnino de ce/
lo nobis loquentem aduertimus: quoniā de ce/
lo celestis est Christus. Et si qua hominibus
ſm euangeliū eius alia lingua fatur: de celo lo/
Prouer. 9. qui credēda est. Scriptum porro est: Doce iu/
stum: et festinabit accipere. Iusti isti pastores
erant/qui de celo docti festinauerunt accipere
Hebre. 4. quod docebātur. Festinemus ergo inquit apo
stolus/ingredi in illam requiem: vt ne in idipsū
quis incidat incredulitatis exemplū. Per virtu
tis ianuam/ non aliunde ad eternam requiē in
Gen. 18. troitur. Et Abraam festinauit in preparatione
ad obsequiū hospitum: cū sibi diuina sedēti ad
ostium tabernaculi sui apparere ceperūt. **Vi/
dentes aūt cognouerunt de verbo
quod dictū erat illis de puero hoc.**
Videntes oculorū corporeoꝝ intuitu puerū in/
uolutum/in presepio reclinatum/ mariā matrē
pauperem/in nullo terrena pompa fulgentē: et
Ioseph ꝗ̄ senē vtriusq; custodem: cognouerūt
per fidem in corde a deo infusam: ꝙ hic erat il
le puer īfans saluator seculi/de quo eis sermo
ab angelis factus erat. Quid ꝟo plus habuit
ista cognitio: quia viderunt ab illa: quia in voce
angeli audierunt: quodāmodo animuz mouet:
cum vtraq; sit in fide. Quoniam si non credidis
sent/non venissent. Igitur primo cognouerūt
per fidem. Cum autem venerunt et viderūt/co
gnouerunt. Que cognitio si supra id quod hu/
manū erat omnino ferebatur/etiam erat per fi
dem. Non em̄ oculo corporis deus videbatur
in carne: sed pastorū prima cognitio per fidem
erat in verbo angelico vsq; ad datum signum:
videlicet ꝙ infans pannis inuolutus esset/et in
presepio reclinatus. Cū autem viderūt signum
quod supra rerū ordinem erat: etiam et signa
tum cognouerunt de verbo dicto illis ab an
gelo: non de ꝟbo increato facto incarnato nu
perrime mire nato. Et si quod preter signū da
tum in ipso signo et signato diuinū aliquid co
gnouerunt: quod pie credendū est: cū deus nō
eis miserit angelum euāgelizare dūtaxat signū
sed signatum: per fidem tamen/non per speciē
fuit illa cognitio: scilicet ꝙ verbum increatum
esset incarnatum: ꝛ ꝙ hic puer natus esset in sa/
lutem cunctoꝝ. Hoc em̄ erat omne verbū quod
dictum est eis de puero hoc: qui sic natus esset
saluator christus dn̄s in ciuitate dauid: ꝛ ꝙ esset
pannis inuolutus ꝛ in presepio positus. Pro/
inde anteq̄ ꝑuenirent dum euangelicam euan/
gelizationem audirent/crediderunt ꝙ natus es/
set saluator: sed sub dato signo. Cum vero ꝑue
nerunt ꝛ inuenerūt/cognouerūt de omni ver/
bo dicto de signato sub signo et de signo in si
gnato. Cognouerūt signum visibile: quia reuo
lutus inclinatus erat: addiderūt ꝛ credendo co
gnouerūt signatū ꝙ esset saluator dn̄s christus
ꝙ oculo non conspicitur/sed fide tenetur. Et pa
stores inspectis ab angelo dictis/nō scādalizati
in tāta despectiōe/sed ꝑamplius in fide robora/
ti/ceperūt feruenter p̄dicare marie in puerperio
existenti/ioseph custodiēti/ ꝛ cūctis astantibus
de ciuitate/illam claritatem quam viderant et il
lam euangelizationē de puero ꝛ angelicos hym
nos/vt aure intenta ꝑceperāt: ita vt oēs sup̄ sen
sum pariter mirarenꝫ. Nā **et oēs qui audie
rūt/mirati sunt et de ipsis/que dicta
erāt a pastoribus ad ipsos.** Mirabanꝫ
ꝓpter insolita in rusticitate pastoꝝ: qui ad hanc
venerant vrbanitatem verborum vt celestia pre
dicarent. Mirabantur/quia non intelligebant
non intellectum/sed clausum admirationem in
mentibus hominum facit. **Maria autē cō/
seruabat omnia verba hec conferēs
in corde suo.** Non mirabatur velut altiori
cognitione plena: sed conferebat in corde di/
cta pastorum: ꝗ̄ pulchre ꝗ̄ apte alludebāt ei quē
sine corruptione conceperat ꝛ pepererat virgo
mater. Attn̄ erat aliter a ceteris in admiratione
suspēsa ꝛ intēta gestis ꝛ dictis: in fide tn̄ vt ma/
ter existēs. **Et reuersi sūt pastores glo/
rificantes et laudātes deū in oībus
que audierant et viderant: sicut di/
ctum est ad illos.** Reuertebanꝫ pastores
ad ꝓpa ꝛ ad solita ꝯuersi ꝛ auersi. Cōuersi ad in
fantē deū: auersi a stulticia ꝛ a ꝑuaricatiōe iude
oꝝ. Habuit em̄ iesus hoc potestatiue ꝓprii lex
intuitu solū simplicium etiam ad meliora cor/
da mutare. Ideo reuertuntur glorificantes

et laudantes deũ verũ/de deo vero modo nato mũdo monstrato: qꝛ oĩa que audierãt et viderant/vera erãt: qm̃ sicut audierunt/sic et viderãt Nec plus aut melius põt hominũ humana fragilitas ex datis ꝛ acceptis a deo magnis et paruis: ꝙ corda/ora/opera in dei gloriã laudẽqꝫ cõuertere. Nec adest nobis facultas potior dẽ credendo vicẽ/ꝙ de omnib⁹ glorificare et laudare oĩm creatorẽ. Cuius in hac natiuitate ṽbi icarnati prime incipiunt epiphanie. Nã incarnat⁹ non apparuit: nec manifestum se fecit: se totum copulans in vtero virginali. Natus ṽo innotuit primo ṽgini matri ꝙ deus et homo erat: ꝑ clausam portã egressus de templo corporis sui. Et oĩbus ciuib⁹ supernis extitit manifestus: qui eũ in voce vnius euangelizante/in multitudine hymnizante/vigilantibus pastorib⁹ reuelatus est: qui quesierũt/inuenerunt: et viderũt/et glorificauerunt deũ. Ab eo ꝙ mundi creatio cepit/dei epiphanie ceperunt: cũ tale tantumqꝫ opus declarauit artificẽ. Sed nõ illis intendimus: sed eis dũtaxat ꝙ in carne mundo natus manifestus apparuit: et semꝑ de superis declaratus est: qꝛ nõ de deorsum/sed de supḡis erat: cui superna oĩa obsecundabãt. Et qm̃ in sua deitate mortalibus ab oĩbus manifestus esse nõ poterat: carne obtectus est velut sol in suõ pleno fulgore radians reuerberat perualide oculos intuentiũ: vt tã luce valida nõ figank: sed interdũ nube quadã exili obtegik/qua mediante conspicik: Et sic deus sue imagini volẽs innotescere: sub vmbra carnis se posuit: hoc ĩ illa faciens/vt ad manifestationẽ sui sine velamĩe veniatur. Et spũsctũs aĩos in admiratione suspẽdit:

Psal.113. ita vt act⁹ab eo diceret: Dñe quid ẽ hõ/qꝛ innotuisti ei: aut filius hoĩs qꝛ reputas eũ? Stupens super eo ꝙ deus talibus epiphanijs suipsius intenderet: ꝙ appareret in carne visibilis: ꝛ ꝙ vellet ab hominibus sciri/queri ꝛ inueniri.

¶ De circũcisione et declaratiõe nominis christi saluatoris: et de secundis epiphanijs: secundũ Lucam solum. Capitulum X

Circũcidik incorporeus/sed carne vestitus: et ineffabilis noĩatur. Cepit fundi sanguis innoxius ex deo christo: nõ ex forma dei/sed ex forma serui. Et incognit⁹ vocak ex noĩe: neqꝫ non satus/sed satus circũcidenti cultro subiacere tenebatur. Uocatione quidẽ nõ imitatione paterna a christo suscepta ẽ. Etẽm ipsa nõ fuit ex lege/sed ex patribus. Cui⁹ exe-

Gen.17 cutor primus extitit abraam: qui ad distinctionẽ a gentibus alijs: et in fedus ad deuz illã accepit/non ad iustificationẽ in vitam eternã. Et facta est in porta ꝓpagationis humane: in qua pctm̃ quod est pena peccati/scriptũ extitit ab ipõ adã: vt noscat qui ad hanc vitã satus ingreditur/qualiter debeat viuere: cũ ex porta circũcisa traducitur. Hoc firmũ documẽtũ illis debuit esse ꝗ circũcidebank hebrei: nobis autẽ figura: cũ christ⁹ illã accipiens abstulit: altiori modo cõmutãs in illam que agitur cordis. Quam ideo christus accepit: ad confirmandã ꝓmissionẽ factã abrae/illico post edictũ circũcisionis. Sic eñ ait apostolus: Dico eñ iesum christũ ministrum fuisse circũcisionis propter veritatẽ dei/ad confirmandas ꝓmissiones patrũ: que scꝫ erant de ipõ christo futuro/et gloria eius sempiterna. Nec nõ et testimoniũ assumpte carnis perualidũ fuit: ꝙ ĩ octaua die circumcisus est/fususqꝫ sanguis: ꝙ verum humanũ corpus/non phantasticũ habuit. Rom.15.

Et ipse suscipiens testificatus est/ꝙ a deo data patribus erat: nunc terminãda nobiliori permutatione per ipsum: vt nõ habeat vnde causetur fidelis in christo de duricia cultri/et tolerando dolore. Altitudo quidem fidei credendoꝝ leuia corporalia fecit. Ex altissimis est fides christianoꝝ: cũ humana siue diuina de christo credũtur: immo quo viliora eo altior fides: cuꝫ ea que sibi nõ videtur competere: quia deus tanꝙ homõ perfecit. Dignum protinus est cum spiritualia intendunk/ꝙ corporalia remittãtur. Igik fides infusa cordi de omnibus actionib⁹ saluatoris: dura in leuia/ꝛ leuia in leuioribus/ꝛ leuiora in leuissimis ĩ corpore ꝑmutauit. Nemo igik velut fascinatus repetat circũcisionem: postꝙ abstulit ille qui dedit: in se suscipiens vt subseꝙ non subirent: quoniam omnes fideles in illo circũcisi sunt: caput eñ illam pro omnibus suis mẽbris accepit. Sufficiens est quidẽ tale caput agere cuncta pro corpore sibi insepate coniuncto. Octau⁹ etiã dies circũcisionis octauũ diem illum denunciat: qui non erit de septem/sed penitus extra septem: quo veri fideles erunt ab omnibus impertinentibus et materialibus circumcisi/durissimo tamen cultro mortis: que sanctis preciosa in conspectu domini fit pons per quaz transitur in patriã/eternamqꝫ vitam/et in libertatem glorie filiorum dei. Sic eniꝫ euangelicus testis eloquitur: Et postꝙ consummati sunt dies octo/vt circũcideretur puer. Consũmati octo dies a die natiuitatis: ecce ꝙ eternus ex tẽpore mensuratur: quia creatura inter creata factus est: et tangitur manibus hominũ homo deus: et manuducitur et reuoluik/et giratur in latera: et durus cultellus applicatur ad diuinam carnem/seruato cõmuni circumcidendi more in conspectu pluriuꝫ superstite matre: vt veritas humana clarescere: ꝛ oĩs suspicio tolleretur. Intacta quidẽ extitit impassibilis illa diuina natura: et vere passa/vere passibilis: vt cõfodiẽs dolor ad gemitũ cõmoueret infantuluꝫ: vt moris est/turbak ex dolore illa etas octo dierum. Aliter extra sensum humanũ fuisset creditus ille puer/et potius magia ꝙ hõ verus: si non doluisset: si non ostẽdisset ex ploratu dolorem: vt vnio quidem naturaꝝ semꝑ insepata mansit/vtraqꝫ natura manente in ꝓprietatibus suis. Circũciditur in carne deitas incircũcisa: que simplicissima existẽs nihil habet addẽdũ neqꝫ demendũ/aut quomodolibet decidendũ: solũ ens quod habet habẽs quod est. Illa Ps.115.

vero circũcisa caro seu circũcisus homo sic mã-
sit in signato vt accepit in signo. Naʒ ab oĩbus
materialibus rebus ⁊ tempalibus curis ⁊ his q̃
habent possessorẽ cum seculo conformare vsq̄
ad regressum ad celos/christus segregatus in-
cessit: ⁊ hoc erat circũcisionis signatũ in christo
⁊ in corpe mystico sancto suo. Signum autem
erat ipsa circũcisio quaʒ accepit corpi suo/quod
est ecclesia: daturus eaʒ in expoliatione corpis
carnis/ad exhibendũ illam sibi mundã ⁊ imma-
culatã in conspectu suo/vt digna fieret sociari in
supernis cũ substantijs sepatis auferendam: ne
amplius fieret in corpore carnis huius/sed in re
nouatione mentis ⁊ spũs. Mos quidem erat vt
circũcisione peracta/circũcisus puer ad paren-
tum ⁊ cognatoꝝ placitum intitularet̃ ex nomine
quo p̄ter effigiem ⁊ ornatum corporis distincte
homines cognoscunt̃. Proinde vocatuʒ est
nomen eius iesus. Quod vocatum
est ab angelo priusq̃ȝ in vtero conci
peretur. Nomen nõ imponit̃ ab angelo: fue-
rat ante p̄dictum ab actione fienda/nõ facta. Ex
officio et opere nomen est: relatiuũ quidem ad
eos qui saluant̃. Magna quidem ingerit̃ huma-
nis cordibus de noĩe tali leticia: ꝙ tã in magnis
et varijs periculis existẽtibus saluator de celis
aduenerit: ⁊ sic vocari voluit ꝓut saluaturus ad
uenerat. Propriũ est nomẽ ipsi mire nato: quo-
niam solũ sibi ꝓpriũ est posse saluare. Substan-
tiuum est: quia verã ⁊ beatã substantiã facit. Ap
pellatiuũ est: qꝛ ad saluationem oẽs appellat. Ad
iectiuũ est: adiecit quidem multa super naturam
conditam. Cõmune est: cõmuniter oĩbus factus
est iesus. Indeclinabile est: attñ ꝓ nobis decli-
natur. Et inuariabile cum sit ꝑ casus: ex effecti-
bus variat̃. Si p̄mum rectum casum accipimus
per eum nomina saluãdoꝝ scripta sunt in celis.
Si secundũ: per eũ vocamur ad veram refectio
Mat. 11 nem. Ipse quidem dixit: Venite ad me omnes
qui laboratis et onerati estis: ⁊ reficiam vos. Si
Jacobi. 1. p̄mum obliquũ: ꝑ ipsum pater volũtarie genuit
nos verbo veritatis/vt simus initiũ aliquod cre
Jo. 15. ature eius. Si secundum: omnia sibi dedit pater
Mat. 28. in manus. Et est sibi omnis potestas in celo ⁊ in
Ro. 18 terra. Et omnia nobis cum ipso pater deus do-
nauit. Si tertium: accusatos damnat/quos ipse
excusare nõ potest. Excusat aũt coram patre ac
cusatos penitentes. Si quartũ: aufert a suis ele-
ctis omnem tribulationẽ. Figure simplicis est:
qꝛ simplex omnino est deus. Cõposite: quia ho-
mo ex quatuor elementis: ex duobus/ex anima
⁊ corpore atq̄ cõpositione membroꝝ. Singula-
ris numeri est: qꝛ solus vnus deus vnus est chri
stus. Plurificat̃ vero pluralitate bonoꝝ: ⁊ quia
vnius corporis caput in pluralitate membrorũ.
Generis masculini: quia masculini sexus. Femi
nini: qꝛ de femina natus. Neutri: neutram bonã
vitam seruantibus. Cõmunis: cõmunitatem in
omnibus diligens. Promiscui: vtrũq̄ʒ sexũ ser-
uare disponens. Omnis: omniũ creator ⁊ domi
nator existens. Primitiue speciei: quia vt deus a

nullo deriuat̃. Deriuatiue: qꝛ vt filius a patre ge
nerat̃: qꝛ vt homo ab ipso creat̃. Declaratur no-
men illius eo tempe quo nihil noĩat lingua car-
nis: ⁊ mutus existit ꝓ adaʒ/q̃ ex data sibi ex deo
facũdia oĩbus nomen imposuit/sicut scriptuʒ
est: Omne quod vocauit adã anime viuẽtis/ipsuʒ Gen. 2
est nomen eius. Longe ante p̄figuratũ extitit in
ioseph de noĩe saluatoris: cuius pharao cũ po- Gen. 41
pulo egyptiaco vertit nomen: ⁊ vocauit lingua
egyptiaca saluatorẽ mũdi. Jesus autẽ saluator
dicit̃. Sic eñ et angelus euangelizat: qꝛ natus Luce. 2
est hodie saluator mũdi. Et in Josue: cuius no-
men vulgatũ fuit in omni terra: Nã fuit dñs cuʒ Josue
iosue: ⁊ nomen eius vulgatum est in omni terra.
Et deus pater cũ filio ait: Nomen meum vbiq̄
vulgatũ est: qꝛ ipse saluator omniũ est. Et spon-
sa de ipso longe ante p̄dixerat: Oleũ effusum no Cant. 1
men tuũ. Effusum per generalẽ atq̄ʒ vniuersaleʒ
noticiã. Effusum vt oleum per leticiã: qꝛ ipse no
minatus oleo leticie vnctus est. Effusum ꝑ mise
ricordiã: qꝛ oĩbus miseratus aduenit. Et de da-
uid ad noĩs iesu p̄sagium/ꝙ sit vulgatũ atq̄ dif-
fusum/scriptũ est: Diuulgatuʒ est nomen dauid 1. par.
in vniuersis regionibus. Et ipse dauid ꝓpheti-
ce de hoc noĩe ait: Dñe dñs noster q̃ admirabi- Ps. 8
le est nomen tuũ in vniuersa terra. Hoc nomen
potestatis atq̄ officij: quia saluare põt et saluat:
Laudare nominatũ monuit atq̄ ꝯstituit. Sic et
psalmista dicit: Secundũ nomen tuũ sic et laus Ps.
tua. Nomini laus addẽda ⁊ adequãda est. Quid
igit̃ laude dignius q̃ ille qui solus saluare a peri
culis põt/⁊ vult ipsius dũtaxat bonitate: non ta-
men aliquo merito saluãdoꝝ. De cuius ꝯfessio-
ne laudis adiectũ est: Cõfitebor nomini tuo: qm̃ Psal.
bonũ est. Cõfessio laudis bono nomini dãda est
Bonũ autẽ est nomen quod spem salutis credẽ
tibus dedit: Et alibi: Laudate pueri dñm: lauda- Psal.
te nomen dñi. Et a solis ortu vsq̄ ad occasum/
laudabile nomen dñi. Et rursus: Laudabo no- Eccl.
men tuũ assidue. Hoc quidem nomen suꝑ omne
nomen ꝓ laude ⁊ ꝓ effectu. Sic eñ ait aposto-
lus: Dedit illi nomen quod est suꝑ oĩe nomen: Phil.
vt in nomine dñi iesu omne genu flectat̃: celesti-
um/terrestriũ ⁊ infernoꝝ. Et in actibus aposto-
rum: Preter hoc nõ est aliud nomen datũ ho- Act.
minibus in quo oporteat saluos fieri. Et ipsi di-
scipuli saluatoris non solũ verbo/sed facto in tri
bulationibus ⁊ morte ipsum nomen vtiq̄ lauda
uerũt: qm̃ ibant apostoli gaudentes a cõspectu
ꝯsilij: qm̃ digni habiti sunt ꝓ nomine iesu contu Act.
meliam pati. Morale quid astruit ipsa circumci
sio ⁊ nominis declaratio: cum post natum dñm
p̄fert̃ nomini saluatoris/quod ante conceptionẽ
angelus nominauerat. Vex qꝛ ipsa nominis ap
pellatio cum leticia pariter intulit ⁊ timorem: cũ
omnes ipse saluator saluos esse voluerit potuis-
setq̄ saluare: non tñ omnes eius actione saluan
tur: sed spũales circũcisos salus ipsa consequit̃:
ideo circũcisio salutari nomini p̄rogat̃. Est autẽ
esseq̄ debet fidelibus christi nõ manufacta car-
nis/sed circũcisio spũalis: vt sequat̃ effectus no

minis saluatoris: de qua in Deuteronomio scri
Deu.10 bit: Circūcidite pputiū cordis vestri: & ceruicez
Deu.30. vestram ne induretis amplius. Et rursum: Circūcidet dñs deus tuus cor tuū & cor seminis tui: vt diligas dñm deū tuum in toto corde tuo & in tota anima tua. Cor quidem circūcidendum est: ne sit in ipso duricia in credendo: neqꝫ impenitentia post peccatum & ab omni malo & imperti nenti affectu: vt solus deus et dñs sup omnia di
1.Co.7 ligat. Et apostolus ad Corinthios: Circūcisio enī & pputium nihil est: sed obseruatio mandatorum dei. Et alibi: Circūcisi estis non circūcisio
Col.2 ne manufacta in expoliatione corporis carnis: sed in circūcisione christi. Ecce signata circūcisio: ecce veritas vmbre pterite. Ecce translatio actionis carnis ad spm̄. Ecce circūcisio spūalis qua circūcisos saluat virtus nominis saluatoris quod vocat iesus: qui omnes saluari volēs & satagens: non tñ saluat nisi spūales circumcisos. Neqꝫ pteriti circūcisi patres salui facti fuissent expectato aduentu saluatoris ex obseruato federe date circūcisionis in pputio carnis, nisi veram habuissent circūcisionem in interiori pputio cordis. Declaratio vero iam impositi nominis hoc ostendit in mēbris, vt per omnia virtus christiani noīs inclarescat: cꝫuis mēbra eius nō vocant nomine iesuano, aut latina lingua nomine saluatoris. Attamen hoc mentibus hominū debet esse pfixum, nō adesse virtutē nominis saluatoris: nisi nomen vnctiōis corde, verbo & ope re fuerit custoditum: aut porrecta venia p delicto. Patent autem & clarescūt secunde epiphanie dñi saluatoris: cū in circūcisione apparuerit homo verus in homine declarato, ꝙ sit vere deus qui solus saluare in perpetuū potest: desup est nomen: desuper insinuatū est per angelū ad virginem: nunc nomen datum eidē a deo quod est super omne nomen, declaratū est apud oēs: etsi per supernū nomē epiphaniatus est.

¶ De ortu noue stelle in ortu saluatoris: in cuius apparitione credēdorum nouitas excitatur. Et de tertiis epiphaniis: secundum Mattheum solum. Capitulum XI

Mat.2. AD noue supersubstantialis, inuisibilis insituate, increate creatricis in carne assumpta: nouiterqꝫ apparentis stelle, inaccessibilisqꝫ lucis manifestatione: stella noue luminositatis, insoliti gressus, inaudite directionis apparuit: vtqꝫ celestibus supercelestis sub celo in terris editus designet: vt eius membra futura felicia in ortu noui syderis excitentur. Que in orientali regione pmicando apparens ostendit ꝙ ille qui natus est, oriens est nomen eius: et ad occidentem vadēs, ꝙ omnia mala occisurus erat occisus. Et contra occidentez culpam siue maculā occidendā & occidentales tenebras depellēdas illuxerat: peramplius illustratura humane mētis meridiē, & calefactura septentrionē Et ex situ mire natū monstrabat esse celestem. Que mire facta oculos intuentium puocauit: & animos in admiratione suspendit: in pfundā cōsyderationē intrusit: fidez pstitit intellectui: vt in nouo signo magnū signatū crederet: & non esse cunctanduz huiuscemodi velociter inuestigare signatū. Erexit in superis spem, ex supernis apparens. Inflāmauit affectū nouitas claritatis illius: qr deus charitas erat dñs eius. Perstrinxit exterius oculos noui syderis lux: & interius illuxit per fidē: vt tres sapiētes oriētales cōmoueret in peregre, vt quererent eum qui se venerat ostendere requisitū. Mysteriū quidē magnum est ꝙ stellam stella demonstrabat. Precesserat longe ante hominis pphetia dicēs: Orietur stel
la ex iacob. Que non de alio ꝙ ex deo erat: ex illius lumbis multis generationibus intermedi is sm carnē, per carnem traducta: ad cuius ortum expleto matutino stella noue claritatis apparuit. Necnō a stellis adūbrato mysterio isti9 stelle deifice fideles consignati erant: dū abrae multitudo per ipsum propaganda monstratur. Cui a dño dictum est: Suspice celū, et numera stellas si potes. Et dixit ei: Sic erit semen tuū: quod de semine fidelium christi pnunciatū est: qui designabāt in stellis. Et nouitate stelle oriētalis admonentur in deifera stella stelle futuri celestes. Sic & moyses multitudinē populi numerare nesciens, cōsignauit dicēs: Dñs deus noster multiplicauit vos: & estis hodie sicut stel le celi plurimi. Et alibi: Gloria celi, species ē stel larum. Et ipse stella suas cōstellas agnoscit: iuxta quod scriptum est: Qui numerat multitudinem stellarum: et omnibus eis nomina vocat. Nō loquebatur stella ista & admouebatur: nec signum existens nominabat signatū: motu contrario mouebatur a planetis: neqꝫ motu firmamenti mouebatur cum ceteris. Ipsa segregata singulari distinctione a cunctis existens, segregatum a cunctis ostendebat deum & dominum iesum christum: cꝫuis hominē segregata bonitate omnes bonos & oīa bona excedēte. Et mirum quidem & ꝯtemplandum ꝙ iudei scꝫ pastores qui signa petebant, signis magnis assoliti erant: rationalem legem habebant: acceperūt euangelizationem in voce euangelica de excelsis: signum autem in imis ꝙ infans esset inuolutus in pannis. Gentiles vo naturalibus scientiis & mathematicis intendentes, stellam nō loquentem viderunt, & animo & corpe moti sunt: hoc in animo pintelligētes, ꝙ singularitas stelle, singularitas esset signi: ad designandū singularem & incōprehensibilē excellentiā designati: Attamen vox angelica, stella noua. Illa pastoribus, ista magis: illa in oriente, ista in meridie: fereqꝫ in occidente de mire nato astruere fidem: Et vt ad puer veniret, audientiū & videntiū corda et corpa cōmouerūt. Sed iudeis pastoribus signū et signatū extitit ipse de celo euangelizatus infans, pannis inuolutus, et in psepio positus: gentilibus vo magis stella solū extitit, non signatū. Magnā ꝯsyderationē magni mysterii ratione vtentibus intulit: ꝙ sic varie, sic differē

Marginal notes (right column): Num.24 (beside "Orietur stel"); Gen.15 (beside "Cui a dño"); Deu.1 (beside "Dñs deus"); Eccl.43 (beside "Gloria celi"); Ps.146 (beside "Qui numerat")

ter mystice iesus in ortu suo iudeis atqꝫ gentili-
bus intimatus ē: et ꝙ eadem hora qua christus
natus est/vox angelica pastoribus in iudea fie-
ret: ⁊ stella noua magis in oriente visibiliter ap-
pareret. Et qui ꝓximiores erāt deo ex federe cir
cūcisiōis/obseruātia legis/ex latrie cultu: citius
ꝓpinqui⁹ atqꝫ festinius inuenerūt: qui aūt remo
tiores fuerūt a diuinis federib⁹/tardius accesse
runt: omnes vero de celo susceperunt indiciuꝫ.
Nec refert quibus ducibus quisqꝫ ambulet at-
qꝫ ducaꝶ/dūmodo veniatur ad christū. Octo au
tē stellas in mysterio istoꝝ magorū repimus dif
ferēter ⁊ mystice se habētes: que quasi quadā in
vmbra colligūtur: collecte vero sanis intellecti-
bus se ostendūt in quadā inuisibili claritate. Nā
stellam videbant sydus nouitatis: stellam habe
bant fidē veritatis: stellā sequebātur ducē clari-
tatis: stellam querebant regē equitatis: stellā in-
uenerunt pueꝝ humanitatis: stellā cognouerūt
archimatrē virginitatis: stellā adorauerunt ver
bū dei patris: stelle obtulerunt amatori pauper
tatis. Sed stella visa signū dirigens ad signatū:
que cū sequentes magos ad eū perduxisset/eua
nuit. Non em̄ ad aliud nouiter facta erat: nisi vt
celeste signū terrenos hoies ad regē mire na-
tū et celestē perduceret/ꝓcedendo sequentes: et
per ipsum tertie epiphanie fierent dn̄i saluato-
ris. Nā prime per angelos facte erant ea nocte
qua eū peperit virgo mater: in circūcisione secū-
de. Que ideo statim euanuit peracto ministerio
ne crederetur vna de ceteris: quarū numer⁹ nū-
ꝙ̄ a prima ꝓductione auctus aut diminutus est.
Et ne si mansisset/credita fuisset suꝑ christū ha
bere decretū: ꝓut de constellationib⁹ mathema-
tici opinanꝶ. Ipsam quidē deus creādo denuo
apparere fecit: et apparendo creauit. Cui⁹ appa
ritio ad vtilitatē homini facta est: vt mundo in
carne nouiter apparentē ostenderēt. Sed nec
mansit in specie aliarum: sicut illa columba que
descendit super baptizatū iesum: et ille ignis/il-
leqꝫ lingue in quibus misit apostolis spiritūsan
ctuꝫ: desinētes omnino esse post ꝑactū officiū.
Nam tertie epiphanie saluatoris omnium facte
sunt per editā nuperrime stellā: vt si in circūcisi-
ne apparuit ꝙd humanū/hic cognoscaꝶ totū eē
diuinuꝫ: si ibi velut homo de terra/hic tot⁹ de
celo: et in noua ꝓductione syderis appareat po-
tentia pueri vagientis. Quod si oīa sunt horro-
ri velut ima in imis stella demōstrat quid sit iste
in summis: et quid operari possit in terris.

¶ Qꝫ magi noui syderis ductu/ab oriente hierusalem veniunt: et interrogant/et enunciabant: secundū Mattheum solum. Capi. XII

Mat. 2 Cum natus esset iesus in beth
leem iude in diebus herodis
regis: ecce magi ab oriēte ve-
nerunt Hierosolymam/dicentes:
Ubi est qui natus est rex iudeoruꝫ?
Uidimus enim stellam eius in oriē-
te: et venimus adorare eum. Descri-
pta est per tempus et locuꝫ alma natiuitas: que
sub octauiano cesare augusto/orbi dominante
vniuerso terrarum: et sub Herode iudeorū re-
ge: non de iudeis/sed de gentilibus facta est:
nunc ad sequentia disserturus sermo deriuatur
Nouiter mire natus ilico vniuersū cōmouet or
bē: et suꝑcelestes virtutes ad sui testimoniū at-
trahit de suꝑnis. Et in isto ethere habitabili vi
cino telluri/signū noui syderis claruit: quod sine
sono vocis/et ꝓter articulatū sermonē mētes sa
pientiū mūdi ꝑmutauit: et ad incertū locū certa
peregrinatiōe disposuit. Unde cū statim natus
esset iesus in modica et fere incognita ciuitate/i
diebus regū: sub quoꝝ imperio/eorūqꝫ decreto
mūdi gesta nouitatesqꝫ insolite apparentes/in li
bris annalibus annotabantur/ad tradendum
memorie posterorū: vt futura de Jesu ꝓdicatio
ꝑ apostolos ī orbe terrarū/apud futuros inimi-
cos nominis christi in/eorū libris quoddam te
stimoniū reperiret. Ac per hoc spūssancti ordi-
natione factū est: vt euangeliste alta christi my-
steria sub quib⁹ principibus regnātibus erāt fa
cta describerēt. Unde nato Jesu sub huiusce-
modi regimine principū: ecce magi ab oriēte ve-
nerunt. Supplemento ad historiā opus ē: vt cō
texatur in dicendo rectus ordo gestoꝝ. Erant
in regione aliqua oriētalis plage tres viri nobi
les: parui tamē reges: magi a sapientia sic dicti
more quodā loquendi: vt quos nos sapiētes di
cimus/magi alibi appellētur/mathematice sciē-
tie intendentes. Qui nescij futuri mysterij reue-
landi: sed ꝓ consyderatione syderū: quoꝝ decre
to putabant omnia ista inferiora disponi: simul
ꝓuidentia diuina conuenerant/de dispositione
celestiū corporū inuicē colloquētes. Et cū anio
in cōtemplatione suspenso: et oculis quantū hu
manitatis patiebatur exiguitas/intuerentur in
celos seu in planetarū orbes: si ex motibus eo-
rum sub mansione signorum aliquid noui futu-
ri capere potuissent: ⁊ vn⁹ alteri scientiā ꝓut no
uerat/eructabat. Et cū contemplarenꝶ stellarū
veterē legē/solitūqꝫ cursum/⁊ antiquū decretū:
mox ex nihilo apparuit sydus nouum: vt eis et
posteris scientia prestaretur/iesum non esse na
tum sub decreto stellarum: pro quo stella noua
claruit ad obsequium. Quam magi intuentes/⁊
sollertes in animo: redierunt introrsū/velut at-
toniti et stupentes in apparitione superne clari
tatis. Et videntes ipsam ab alijs stellis singula
ri lege discretā: quo nec ab eorum aspectibus
se tollebat: nec erat in firmamento/nec in ali-
quo planetarum circulo: subgrossam etiā igne-
am spheram in aere stantē: tremulam/velut mo
ueri dispositā: excepto sole omībus alijs in cla-
ritate prelatā: ⁊ forsan humanā effigiē nuꝑrime
nati pueri ostendentē: et iterum ab introrsuꝫ in
verba proruperunt adinuicem dicentes: vt pe-
nitus mouerentur ad inquirēdū id quod signū
insolitū demōstrabat: et regem aliquē existima-
uerunt mire natum in aliqua mūdi parte: qui ꝑ
stellam nouā declarabaꝶ in ethere. Uolentesqꝫ

cognoscere quisnam esset: si ab eis inueniretur cogitauerūt eū ꝑ terrena dona tentare: non pretendentes in donis magnitudinē ꝫ preciositatez/ sed rerū significationē. Nam solitum erat hūana sapientibus rerū significatiōibus dare fidē: Quāobrē aurum/thus ꝫ myrrhā in suis donarijs attulerunt: assumptis compēdijs opportunis/cum dispositione debita in ꝑegrinatiōe comitū: sup̄ regionarijs animalibus vecti: clarissimo stelle ducatu hierusalē vsq̧ venerunt: quia ciuitas regia/sacerdotalis/ ꝓphetalis erat: famosa ex tēplo/ex numerositate ciuium ꝫ ꝑdecessoꝝ regum: ꝙuis tunc in deditionē rhomanoꝝ veniens/eorum imperio regeretur. Vulgatū porro erat atq̧ famosum/ꝙ in iudea ꝫ hierusalē reges dabantur a deo in vnctione sacerdotum et reuelatione ꝓphetarum. Unde non immerito crediderunt de mire nato in tāta ciuitate fuisse querendū: non tamē ꝙ aliquis rex preteritus iudeorum talibus indicijs vt puer iesus extitit declaratus. Quā ciuitatem ingressi/feruido anīo/ diserta lingua/sine timore de rege mire nato incipiunt ꝑcunctari: non autumantes displicere regentibus ꝫ habitantibus ciuibus: sed cōgaudentes cum eis/quos de mire nato gaudere putabant/tanꝙ de glorioso domino: qui regnum israel restitueret ꝫ eriperet a tyrannide rhomanorum/dicentes: **Ubi est qui natus est/ rex iudeorum?** Ad accusationē iudeoꝝ est magorum aduentus ꝫ interrogatio: quia ibi deferunt iudeis/non rhomanis: ꝫ pluris estimant in conspectu dei iudeorum populū ꝙ rhomanorum: qui orbem vniuersum alte premebāt: cū apud iudeos credunt mire natum regem: non apud rhomanos maiores impio/aut apud alias nationes: Cui populo ingrato ve/qui suam dignitatem non agnouit: qui ab omnibus nationib⁹ dei populus dicebatur: eo ꝙ circūcisionē a deo acceperit: ꝫ legem in monte/ꝫ reges ī regimine/sacerdotes ad offerendum/prophetas ad futura videndū. Quem nunc magi cū sic interrogant/prehonorant per propriam linguā: quā forte ante didicerant: aut per interpretes/ quos secum ducebant. Qui cum interrogarentur/quare sic quererent: vnde de iudeoꝝ rege nato didicerant/cum ipsi ignorarent: ilico testimoniū intulerunt: **Uidimus stellā eius in oriente.** Sed cum omnes stelle sunt eius/ quare nunc singulariter ista stella dicitur eius? Aut quia gerebat eius imaginē: aut quia signū eius erat ꝫ indiciū: ad cuius ducatum ipsi veniebāt. Cum ṽo ab eis amplius quereretur/ q̄re venirent/quare quererent: addiderunt gaudentes: **Et venimus adorare eum.** vti dicerent inhesitanter: Dicite nobis de vestro mire nato rege: quoniam non ad iniuriam querimus: sed venimus adorare eum. Alia īterrogatio/si feratur in deum. Quoniā qui vbiq̧ est/qui nusꝙ deest. Interrogatio ꝫ responsio ab ipsis ꝓprijs non capiunt̄ autoribus. Non adierant magi primo regē: sed plebeos seu quoscūq̧ primō viderant/interrogabāt. Noui ex effigie/noui ex vestib⁹/ex ṽbis/ex moribus: noui ex nouis admirationē magnā ciuib⁹ intulerūt. Ex solito more referēdi a subditis p̄ncipib⁹ nouitatē/ṽbū interrogationis huiuscemodi ꝑuenit ad regē.

¶ De turbatione herodis regis et hierosolyme ciuitatis in auditu noui regis: secūdū Matt. solū. Ca. XIII

Turbant̄ rex ꝫ hierosolyme ciues ī nouitate ṽboꝝ: nondum certi si plena rei veritas subsequat̄. Grande mysteriuz p̄sagiebat ista turbatio: ꝙ rex de gētib⁹ maior/ꝫ famosior turbat̄ ciuitas de iudeis. Turbata iam erat in intellectu gentilitas/sculptilibus subdita ꝫ ante ꝓstrata lapidibus: ꝫ idola ꝫ demones venerata: ꝫ solū intenta presentibus: q̄d ṽo futuꝝ esset post hanc vmbraticā vitā/q̄ ab eius cōtēplatione desierat: ꝫ velut amissura dignitatem/ quā sub cultu idolatrie retinebat/iā in suis principibus turbabatur: ꝫ amans terrenā dignitatem/ pauescit ne potētia supioris amittat. Semper aūt erat p̄puciatis circūcisio carnis odiosa. Idcirco paganus iudeū natum regem horrebat: ne forte iudeus fieret pagano superior: cui iam iudeus ceperat subiacere. Timebat autē ne iterum cesarem rhomanūq̧ senatum offenderet/si regem nouū permisisset insurgere: sibiq̧ timebat ex proprijs/si ortu noui regis potestate ipsa regia priuaretur. Necnon ꝫ ipsa hierosolyma turbabatur eo prisco demerito/quo reges ꝓprie gentis perdiderat ꝫ ꝓphetas. Lex in obseruatione viluerat: inualuerat auaricia ꝫ idolatria ꝫ iniusticia/homicidiū/furtum ꝫ rapina: ꝫ omnis violatio bonitatis et iniquitatis tyrannis increuerat. Jam pro parte didicerat mores gentiū: iam a diuinis mandatis recesserat: ꝫ luxuria publica erat in precio: ꝫ vanitas mulierū semetipsas diabolo mancipauerat: ꝫ viroꝝ animas p̄dabatur. Mala huiuscemodi prophete predixerant et reprehenderant: ꝫ aduersus sacerdotes ꝫ reges signis/ portentis/verbis acerrimis insultabant: vt secaret̄ Esaias: Hieremias in carcere poneretur: ceteri ꝓphete damna ꝫ ꝯuitia paterent̄. Quod si q̄s ꝓphetias ipsoꝝ ꝓphetarū legeret: non ignorat quāta mala sup̄ hierusalē viderint in moribus/ꝫ a ꝓprijs vitijs ꝯturbatā. Et quoniā amabat malā et terrenam ꝑfunctoriamq̧ pacē/regem ex celo signatuz in animo ꝑhorrebat: magis ꝯtenta incircumcisis idolatris ꝫ alienigenis subijci/ꝙ a rege misso celitus gubernari. Graue protinus ꝫ egrū erat et detestabile/ꝙ rex herodes natus ꝫ nutritus gētiliter de celesti dn̄o turbabat̄: sed ꝑamplius incōparabiliter atq̧ detestabiliter graue/ꝙ hierosolyma cū rege idolatra ꝫ pagano turbata sentiebat: cui sacerdotalis dignitas ꝫ sciētia ꝓphetalis nō ꝓfuit vt auerteret̄ a malis. Uex q̄ erat demonstrāda in abyssali malo degere gentilitas/ꝫ populus iudeoꝝ ab omni virtute deficere: necnon ꝫ gentilitas erat a celestibus vatib⁹ inuitāda/ꝫ in parte credtura propensius: vt cult⁹ ido-

Mat. 2

latrie verteret in latriam: ⁊ ostendenda erat va-
nitas iudeorũ/ ⁊ legalis iusticia deprimẽda: q̃ nõ
custodita ꝑamplius cõstituit peccatores: custo-
dita vero neminẽ iustum fecit/ vt solũ in fide iesu
esse iusticia crederetur: ideo in aduentu sũmi re-
gis magniꝗ sacerdotis iudaismus ⁊ gentilitas
cõturbant: ille cõmutandus/ ista ad meliora vo-
canda. Non enim talis passio affuisset/ si cogno
uissent causam mire nati: ⁊ quid in carne deꝰ ho
mo factus opaturus aduenerat. Et sensualitas
homini affecta patentibus ⁊ sensualibus rebus
priuari timens: in aduentu celestis potestatis ta
bescit. Hinc est quod scriptum est: Audiẽs
autem herodes rex turbatus est/ et
omnis hierosolyma cum illo. Audi-
uit rex ꝙ ex inquisitione magorũ per hierosoly-
mã ferebat de ortu noui regis: ⁊ omnis hiero-
solyma/ sciȝ omnis populus hierosolymitanꝰ ex
hoc cũ rege cõturbatus est: nõ affecti amore gẽ
tilis regiminis aut ꝑsonalis honoris quo graua
ri potius ꝙ̃ releuari putabant: sed timentes ꝑn-
cipis celestis regnum/ quo regulariter ⁊ ad iusti
ciam cogerentur: nõ in ea perniciosa libertate q̃
impuniti mores liberi vagabantur. Et precaue
re cupiens rex ne in iudea ⁊ hierusalem regnuȝ
mutaretur: credidit versutia sua/ consilio pluriũ
hominũ diuinũ turbare consiliũ. Et congre-
gans omnes principes sacerdotuȝ
et scribas popli/ et sciscitabatur ab
eis vbi christus nasceretur. Cõgregat
sacerdotes ⁊ doctores legis ciuitatis hierusalẽ:
neminẽ de gentibus ad hoc cõsiliũ vocat: quia
non hiabat rex gentiũ/ sed iudeorũ: cuius si ven
turꝰ erat apud sacerdotes et scribas/ ex lege at-
ꝗ prophetis debebat esse noticia. Necnõ ⁊ sci-
re in dolo volens/ si huic inquisitioni cõgaude-
bãt: magis delectati in futuro eis desuꝑ rege/ ꝙ̃
in ipso quem habebant a cesare: inquirebat ab
eis vbi christus nasceret. Nõ fuit verbum hero
dis nominare sic apertissime christũ: sed euãge-
lista sic posuit. Ipse autẽ interrogauit sicut per
ciuitatem ferebat de rege iudeorum: aut fortasse si
cut audierat a iudeis de ab eis expectato messia
At illi dixerunt: In bethleẽ iude: si-
Mich. 5 cut scriptũ est ꝑ ꝓphetã dicentẽ: Et
tu bethleẽ terra iuda nequaꝗ̃ mini
ma es in principibus iuda. Ex te enĩ
exiet dux qui regat populũ meũ is-
rael. Validũ est testimoniuȝ de dei filio/ ꝙ ſm
carnẽ mundo nasciturus erat: qm̃ est ab inimi-
cis et ab ipis legisperitis/ qui legẽ et prophetas
sepius lectitabant: cum ipsi iã de ipso turbati lo
cũ natiuitatis ostẽdũt: nõ eorum peritia prophetã-
di/ sed sancti ꝑteriti prophete vaticiniũ recitan-
tes. Et a seipsis sunt accusati et cõdẽnati: a ne-
mine ꝟo excusati et liberati: prophetatũ et pro-
phetantẽ locũ et prophetiã in cõtione consona
voce/ nemine dissidẽte/ sub herode rege publice
asserẽtes. Ostẽdũt iudei ducẽ/ quẽ natum timue
rũt. Magnũ factũ seq̃ noluerũt: q̃ dux recti erat
itineris: vt sequẽtes via regia graderent/ quous

ꝗ in superna cõscẽderẽt. Nec eos disposuit ad
bellũ/ ꝙ armis et effusiõe sanguinis agitat. Ipse
pax omniũ propellens cruentũ bellũ: pro q̃ pace
quousꝗ obtineret/ semper esset bellandũ: sed oĩ
no bella inuisibilia posuisset iudeis sicut posuit
seq̃ntibus ceteris: vt cũ vitijs vsꝗ ad extremũ
exitiũ bellaret. Ecce ostendũt corã herode ex
dicto prophetico israelitici populi regem: quẽ
corã pilato inualescẽtibus vocibus negauerũt
dicentes: Nõ habemus regẽ nisi cesarẽ. Sed Joh. 19
q̃stione pulsat animus/ cur istã tam verissimam
prophetiã inq̃siti ab herode protulerint: an ad
placitũ sciscitantis: an vt ipse iam natũ conare
tur extinguere: an in magorum directioneȝ: an vt
q̃reret ad obedientiã vel ad mortẽ: nec ipsi pa-
ti vellent super se virtutẽ regnare celestẽ. Quo
quo aũt modo illorum intẽtio proferẽdi huiusmo
di vaticiniũ fuerit/ verũ de iesu testimoniũ pro-
tulerunt: et semetipsos inexcusabilẽ dãnauerũt
intelligentes prophetiã: nec inficiari valẽtes ve
ritatẽ inclusaȝ: etiã cũ rege turbato turbati sem
per et peramplius/ quousꝗ in illũ vere credide
rũt ꝯturbandi. Tunc herodes clam vo
catis magis diligẽter didicit ab eis
tẽpus stelle que apparuit eis. Ampliꝰ
tremefactus herodes ex prophetia in ꝯtione a
legisperitis recitata ꝙ̃ interrogatiõe magorũ:
q2 magi dũtaxat interrogauerũt: iudei ꝟo diui-
nũ oraculum protulerũt: vt esset oĩno possibile
atꝗ credibile fieri/ regem iudeorum nasci: de quo
magi de partibus oriẽtis interrogãtes et inq̃rẽ
tes aduenerãt. Proinde clam eos vocat vt in
terroget studiosius: et ipsi clamdestine securiꝰ
ad inq̃sita respondeãt. Et q̃siuit scire ab eis tẽ-
pus quo stella eis apparuerat: apprehẽdere sa
tagẽs nati regis etatẽ: vt sciret q̇d sibi pro per-
sona/ q̇d ꝟo pro patria esset agendũ. Non aũt
sano animo sibi et patrie prouidebat. Proui-
disset q̇dẽ si se et patriã suo imperio subdidisset
Et ꝟsutus a simplicibꝰ in fide tẽpus stelle didi-
cit/ vt q̃siuit: et eis aperuit quod in ꝯsilio iudeo-
rũ inuenit: videlicet ꝙ̃ in bethleẽ iude rex iudeo
rũ nasciturꝰ eẽt. Et mittẽs illos in beth-
leẽ dixit: Ite et interrogate diligen-
ter de puero. Et cum inueneritis/ re
nũciate mihi: vt et ego veniẽs ado-
rẽ eũ. Dirigit herodes magos in bethleẽ ꝑut
a scribis ⁊ ꝑncipibꝰ sacerdotũ acceꝑat/ velut hu
ius regis natiuitatis locũ: suadet eis diligentiã
inq̃rendi/ ne mõ aliquo fallerẽt. Sed nec ad ma
gorum deuotionẽ cõplendã/ sed ad suã seuitiã exer
cendã eos ad diligentẽ inq̃sitionẽ monendo ꝑ-
strinxit. Puerum vocat eũ cõputãs tẽpus stelle vt
accepit a magis: ſm ꝙ vltra illius nõ ferebatur
etas. Postulat renunciari inuentum/ falsam la
triam spondens: vti vos itis ad adorandum si
inueneritis: oro referte vt ⁊ ego vestra oratiõe
ꝑhabita eque adorem eũ. Simulabat herodes
diuinũ ꝑficere cultũ/ q̇ in aĩo parabat exitiũ: vt ꝗ
ipse idolatra cũ vere latrijs se miscebat dũtaxat
verbo: vt facto conceptã iniquitatẽ ꝑficeret. Si

timor de incognito rege iam plurimorũ mẽtes turbauerat: quid cum manifeste indicatur⁹ adueniet? Dñs deus noster manifeste scilicet ad iudicium veniet: deus noster et non silebit: ita vt eum videat omnis oculus ꝛ qui eum pupugerunt. Terret homines illa puericia in cunabulis vagiens/ꝛ inuolutus in fascijs/ꝛ in presepio reclinatus: ꝛ virginea vbera lambens: vt iam ex ipso exordia sciant/quanta sit potestate donandus: quanto sublimandus imperio: quanto terrore pressurus impios: quanto munere remuneraturus pios.

Ps. 49
Apoca. 1

¶ De recessu magorum a hierusalẽ vsq ad mire nati pueri pandochiũ ꝑuenerunt: secundum Mattheum solum. Capitulum XIIII

Si historiã rei geste inspicimus/ essent hi merito arguendi qui habẽtes ducatum diuinum/consilium quesierunt humanũ. Et si a nouo sydere ducebantur: cui⁹ ducatu vsq hierosolymã ꝑuenerunt: non erat cũctandum ꝙ vsq ad puerum ꝑduxisset: quam ob causam eis tam in partibus remotis apparuit. Sed diuina prouidentia mysteriũ ad futura maximũ agebatur: quod ecclesia sancta tenet/ꝙ oĩbus recte incedere volentibus viam dei quousq perueniatur ad christum/in mente debet esse prefixum. Nam sepe sunt superne reuelationes visiones ꝛ apparitiones ꝛ dulcedines intellectũ quandoq ꝛ sensum hominũ excedentes: sunt ꝛ sathanice ab inferioribus ascendentes: que plerũq habent similitudinẽ cum supernis: vt iste ꝓ illis capiãtur: vt homo recipiens sepe fallatur: quarũ discretores rari/plurimi vo decepti. Et est scriptura sacra/cuius iudicio quales fuerint discernuntur: sunt ꝛ sacramenta: sunt ꝛ̃tutes: sunt ꝛ superiorũ regimina/ꝛ obedientia sancta. Hec omnia sunt in hierusalẽ ex adumbrato mysterio: lex/ꝓphetia/ sacramẽta/virtutes/obediẽtia sancta/et templũ sup omnia sanctum dei scꝫ ipsa christifera fides/ꝛ visio pacis ꝛ hierusalem: Nec obstat ad signatum/si in signo regnat herodes ꝛ hominũ corrupta ciuilitas: cũ in signato sit puritas ꝛ honestas: cum quibus existentibus hierusalẽ eorũ que aliunde aduenisũt/oportet esse concordiã. Igitur neq reuelationibus/ visionibus ꝛ apparitionibus credendũ est: neq acceptande dulcedines: si discrepant a lege/a prophetis/ab euãgelio/a sacramentis/a virtutibus/a fide/ab obedientia: etiam a quãtalibet veritate seu ostensione clarescerent. Ac ꝑ hoc magi ordinato mysterio/relicta stella de supis/hierosolymã ingrediunt habere colloquiũ cũ in lege peritis: ne suscepissent decepti falsa ꝓ veris. Ad doctrinam subsequentiũ sic gestum esse credamus. Precellit atq precedit sacrarũ authoritas scripturarũ ꝛ fidelis ipsarum ratio cause signum atq exemplũ: ꝛ apparẽs quomodolibet supra sensum. Etiam (vt audacter loquar) ipse christus deus nec talia operaret/vt veritatẽ excluderet scripturarũ. Nam nouitas non modica erat/ꝙ noua stella magis in partibus oriẽtis apparuit in signum mire nati regis. Attamẽ nõ sic apparuit vt de signato non esset prophetica veritas in scripturis. Sic ꝛ magi post signũ de celo datum inquirentes meruerunt audire vaticinium prophetarum. **Qui cũ audissent regem/abierunt:** scꝫ versus bethleem/ ad quam directi erãt: non ex stella/quã hierusalẽ ingrediendo dimiserant: sed ex prophetia/quam a scribis audiuit herodes. Et apte factũ est/vt stella eos ingredientes in hierusalem nõ sequeretur: quam ipsi ab oriente fuerant ante secuti: ne peruerteretur ordo ducendi: vt idẽ esset dux ꝛ ductus/preuius ꝛ sequens. Nec alternant cũ hominibus diuina decreta/donec compleãtur: ꝛ vt post preuisum signũ de rege mire nato aperiretur veritas scripturarum: necnon abolenda erant signa a iudeis: qui semper signa petunt: vt ipsi compulsi necessitate prophetiarum veritatem inquirerent. Aut forte nec digni erant videre nouam stellam homines perducentẽ ad verbum carnem factum: quod nõ credentes crucis patibulo affixerunt: pro quo sol antiquus obscuratus est. Et si vidissent hierosolymite noui syderis signum/in eum ex nouitate intendẽtes: non expressissent vaticinium ꝓphetantis: cum nec rex herodes intendisset cõgregare iudeos: nec ipsi ad discutiendum vocati in contionẽ venissent: aut reprehẽsione quadam dixissent: Si ducem habetis diuinũ/vt quid queritis humanum? Si ducem celestem/vt quid terrenũ inquiritis? Necnon ꝛ ista summa occultationis stelle illa prouidentia diuina/que neminẽ fallit: vt ipsi magi hierusalem ingrederentur/ꝛ quererent et inuenirent: vnde ꝑamplius firmarentur tãꝙ noniti ꝛ ex gentibus nouelle plantationes. Sed cum magi hierusalem egrederentur: **et ecce stellã quam viderant in oriente/ antecedebat eos vsq dum veniẽs staret supra vbi erat puer.** Preit eos celestis illa claritas: que illis primo in partibus oriẽtis apparuit: que in hierusalem preuium iter faciens/sed expectans eos/solitum peregit officium: reuera et de facto ad bethleẽ preuiũ faciens quam ipsi audierant ab herode: vt non solũ ciuitatem/sed etiam pandochialem locum vbi puer erat/ostenderet: ꝛ staret super eum locũ authoritate illius qui eam de nouo fecit oriri: ꝛ supioris indicij ad eum qui de superis ad infima nostra venit. Et staret immobilis velut nõ progressura ꝑampli⁹: sed defectura pacto sui ducat⁹ officio. Que cũ nõ fuisset creata cũ ceteris die q̃rta creationis: in nihil vnde sumpta reuersa ẽ. **Videntes aũt stellã magi/gauisi sũt gaudio magno valde.** Viderũt stellã magi: et recognouerunt eandẽ esse quam in oriente primo conspexerant: quam vsq illuc preuiam fuerãt subsecuti. Et gauisi sunt in visione illi⁹/ quã hierusalem ingredientes ꝑdidisse crediderant: Sed gaudio magno: eo ꝙ in hierusalẽ scripturam propheticã cum signo celesti ad signatum

regem consonã inuenerũt: vt prouocati a signo
eruditi a prophetali vaticinio ad pagendum la
trie cultũ ⁊ obsequiũ munerũ securius gauderẽ-
tur. Valde protinus sunt gauisi: ꝙ etiã post do
cumẽta prophetarũ/p ora scribarũ a ducatu nõ
desijt: vt signum in illa ostensum confirmaret a
vaticinio prophetarũ: iterũ confirmaret a signo
dum ipsa vt prius ducatus peregit obsequium.
Nam de celo datum est vaticiniũ ad prophetã:
⁊ de celo ad magos signũ preuiũ est porrectũ:
Et prophete ⁊ scribe ⁊ magi vtiq₃ homines de
terra terreni fuerunt: vaticiniũ ⁊ signũ fuere ce-
lestia: vt in natiuitate tanti regis oĩa vero cõ-
centu cõueniant: ⁊ hunc mire natum puerũ cele
stia ⁊ terrestria venerentur.

¶ De psecutione magorũ vsq₃ ad puerũ mire natum: et adoratione et oblatiõe quã faciunt: secũdũ Mattheum solum. Ca. XV

Mat.2 Perosequunt magi stellam preuiã: et p-
ueniunt ad optatũ locum: pro quo tan
to labore sudauerunt. Et signum stat
super signatum: non lingua/ sed gestu loquens
⁊ docens: Dimittite amodo signũ: ingredimi
ni ad signatũ. Si signo amplius delectati/ priua
bimini visione signati. Omne signũ exceditur a
signato. Signũ propter signatũ: nõ aũt signatũ
propter signũ. Aduertunt magi quid agendum:
Non enim secuti fuerant signum preuium pro-
pter semetipsum: sed vt ducerent ad signatum.
Plus intelligebant in animo/ ꝙ ostenderetur i
signo. Auertunt a stella oculos corporis: intrãt
pandochium. Et statim viso signato/ signũ stel-
le disparuit. Hinc est quod dicitur: **Et intrã-**
Matt.2. **tes domum inuenerunt puerum cũ**
Maria matre eius. Ingrediuntur magi
pandochium/ suppellectili nulla instructum/ hu
manis copijs et rebus familiaribus ex oĩi par-
te priuatum. Et animo religiosi/ mente puri/ fi-
de firmi/ ex signo desuper dato/ eis vsq₃ illuc p-
uio facto/ ex vaticinio hierosolyme inuento: nõ
perturbantur: non scandalizantur ꝙ nihil inue-
niunt: nihil vident aptum regie maiestati. Et cũ
regem quererent iudeorum/ inueniunt puerum
impotem fandi: seruata serie temporis in au-
gmento molis corporalis: quanq₃ potestate lo-
qui potuisset post vterum tertiodecimo die a die
natiuitatis: sicut Joãnes exultauit in vtero sue
matris. Sed qui ordinem inordinatis daturus
aduenerat/ in seipso ante seruauit. **Inuene-**
runt puerum cum maria matre ei⁹:
a qua nec auertentes aspectum/ cognouerũt iu
uenculam morum ordinatione grandeuam/ sa-
pientem/ prouidam/ apte verecundam atq₃ mo-
destam: pauperem/ et in ipsa paupertate letan-
tem. Dei tamen prouidentia factum est/ vt tunc
deesset ioseph: vt non a magis sicut a pastorib⁹
cum puero ⁊ Maria fuisset inuentus. Nam Jo
seph erat cognitus in iudea tanq₃ maritus ma-
rie: non autem in orientem fama eius peruene-
rat. Et edificantur magi a puero: quem non so
lum ex signo/ sed etiam ex omni lineamento cor
poris indicant elegantem: cui in aliquo natura
non defuit. Edificantur in matre pueri: quã ve
lut celicolam autumant: cuius animus non in-
clinetur ad terram: cuius mens fixa maneat in
supernis: et studiũ sit ad curam edite noue pro-
lis: quam mente/ corpore ac muneribus venerã
tur. **Et procidentes adorauerunt eũ**
Quem primo illa que genuit/ adorauit: adoraue
runt angeli: adorauerunt pastores: ⁊ nunc quar
to magi ante ipsum procidentes adorant. Inci
piunt ab oriente mysteria: vt in carne dei filius
adoretur: quoniam qui suscitauit ab oriente iu-
stum/ vocauit eum vt sequeretur se. Sic Esaias
ait: Ipse suscitauit in signo: vocauit in fide ori- Esa.
entis populum ad sequelam. Orientis enim po
pulus est omne hominum genus: quoniã in ori
ente multiplicari ceperunt homines super ter
ram. Et ibi peccauit Adam: a qua plaga vẽtum
est ad christum: vt homĩes iustificentur in fide.
Adorant reges regem regum et dominũ domi-
nantium: flectant genua mundi sapientes ante
puerum paruulũ: vt omnis mundi sapientia an-
te christi simplicitatẽ incuruetur. Sed pro mul-
tis pauebat apostolus/ dicens: Timeo ne sicut 2.Co.
serpens seduxit euam astutia sua: ita ne corrum
pantur sensus vestri a simplicitate/ que est i chri
sto iesu. Adorant mathematici puerum: non fa
tatum a stellis/ sed tanq₃ stellarum dominum et
factorem: vt renunciare mathematicorum iudi
cijs videantur: asserentium omnia inferiora/ eti
am mores/ ortus ⁊ fines ex decreto pendere stel
larum: cum ipsi geniculant ante puerum. Hoc
quidem potissime in adoratione huiusmodi my
stice agebatur: in eo ꝙ adoratores hi erant re
ges/ sapientes/ diuites/ orientales/ ⁊ nũero tres:
ꝙ omnia mundi regimina/ omnia dominia/ om
nis iusticia/ omnis sapientia/ omnes diuitie/ om
nis sub celo in hominibus claritas/ omnes ani
me virtutes/ memoria/ ratio et voluntas/ ad in-
carnatum dei filium referantur: et adorent/ ⁊ ve
nerentur: quoniam sicut sine ipso increato fa-
ctum est nihil: sic sine incarnato proderit nihil.
Nemo autem cunctetur istos puerum iesum ali
ter ꝙ adoratione latrie adorasse: non enim bo-
nus dominus eis in melioribus defuit. Nam si-
cut prestitit verum signum: sic veram fidem in-
fudit in animo ad signatum. Frustra quidem a
tam remotis partibus tanto fuissent pducti stu
dio: nisi eos in pura fide solidasset: qua cum in il
la puericia/ in illa forma serui/ in illa carne mor-
tali/ in illis cunabulis/ in illis vilibus fascijs/ in il
lo pãdochio desolato adorassent verbũ eternũ/
verbũ incarnatũ/ verbũ increatũ: sed pro nobis
caro factũ ⁊ vniuersorũ dñm: cui deberet oĩs
honor et omnis gloria in secula seculorũ. Sed
quẽ animo pio colunt/ flexo corpore venerant/
etiã muneribus profitent. **Et apertis thesau** Mat.
ris suis obtulerunt aurum/ thus et
myrrhã. Mystica sũt hec i designatiõe ado
rati: qs/ qlis/ qntusq₃ existat: ⁊ i designatiõe vere

colentiū christum/quid ei in spiritualib⁹ donariis offerant:et in quibus significatis sua vota persoluant:non discutienda p singula/sed pspicacibus animis relinquenda. Sed nec christus suis manibus ista suscepit: put multorum erronea pietas credit: qui nil amplius de seipso eis ostendit ꝙ puer tredecim dierum ostendere visitantibus posset:ne ipsi pdidissent meritum/ si vidissent experimentū:et si mos superasset etatem. Nam mos et etas in ipso taliter extiterūt/ vt in nullo distare viderentur. Sed pia mater eius paupercula/in peregre posita/donaria illa suscepit ad fidem piam offerentiū in designatione pueri/in designatione mysterii paucis verbis reddens vicem/confirmans fidem. Et potius fuisset trahendum ad vitium ꝙ ad aliquid honestum:si puer tredecim dierum manus extendisset ad munera: forte quia capesso ex decreto stellarū aut magia/et non sit puer homo. Sic quidem ex omibus visis et gestis magi crediderunt omnia esse diuina: vbi p omnia humana defuerant. Et cum omnia iuxta vota vidissent/immo pamplius ꝙ crederent et sperarent: quoniam bonus dominus sperantibus in eum anime querenti illum meliora eis tribuit ꝙ acceperit:et potiora ꝙ posset puehi spes humana. Pro auro fidez: p thure spem: pro myrrha conseruantem ab immundiciis z corruptione charitatem. Et qui deduxit in signo remisso: in verbo nō humano/sed angelico reduxit. Nā cū ipsi inter se quererent reuersione pposita/q̄ via esset ad patriam repedandū:herodi fidem dicētes esse seruandā:desup a domino pangelū admonent: ac p hoc responso accepto in somnis ne redirent ad herodem/ p aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Non spoponderant herodi sibi renunciare inuenta:quāꝙ ipse postulasset. Et si spopondissent/a superiori domino absoluūtur: maxime cum in fraudē fuerit facta postulatio. Nā si sponsio fieret ad male au: fraudulēter petita/nō est seruanda. Supponit em̄ sponsio petitionē iustam/licitā. In omi autē causa supior potest suū inferiorē in authoritate subiectum/a sponsionibus sub ipso factis iuridice liberare. Deus autem super omnia dominus/in somno responsum dedit p angelum suū/ne redirent ad herodem:liberans eos a dubio de agendis/et a verbis impiissimi herodis. Qui p aliam viā non ducatu stelle reuersi sunt in regionē suam. Reuersi/sed cōuersi ad dominū omniū deum: quē in carne adorauerunt pueri. Reuersi/sed auersi ab omni seculi vanitate/ab omni supstitiosa sciētia:quoniā cognouerunt in puero fatū nullum adesse stellarū:ac esse per doctrinā docentē simpliciter gradiēdū. Et ꝙuis gressu corporis aliā viam ꝙ venerant/repedando ad patriā incessissent:longe alia via qua venerant motu mētis ad propria sunt reuersi. Nam venerūt in fide signi:reuersi sunt in fide signati. Venerūt mathematici:reuersi sunt in fide catholici. Venerūt vagi:reuersi sunt religiosi. Regio illorum erat orientalis plaga:ciuitas vbi nati z aliti erant subticetur. Oriens quidem omniū hominū:in cuius regionem oportet reuerti/cum p fidē cognouerimus christum:est illa prima z immaculata creatio rationalis anime:que facta est ad imaginē z similitudinē dei:lumen/cuius vultus signatur super illam. Nec mihi ex aliqua parte lucet: si videre mores velim:vt reuersionem a peccato tāgam in eternam patriam:quoniā isti nō sunt reuersi a peccato/sed a christo quē venerant adorare:potius autem credendi cum venerunt ad christum/reuersi reliquisse peccatum. Proinde prefigitur forma:vt ab oriente condite nostre nature veniam⁹ ad cognitionē gratie:a qua nō deserentes/sed nobiscū ferentes: prout christū portauerunt in mente/ relinquētes in corpore: reuertamur iterum ad orientem nature cōdite: sed p aliam viam:scilicet p imitationem operuz christi:quam cōdita natura non habuit/ quousꝙ dei filius carnem assumpsit: Et alia est via nature:qua quisꝙ verum z bonum querit. Alia est via gratie:qua inuenit. Est oriens deo deus pater:a quo venitur ad christum filium:a quo iterp viam crucis reuersio fit ad patrem.

¶ De latione pueri iesu ad templū: vbi sūt epiphanie quarte celebrate: secundum Lucam solū. Ca. XVI.

Defertur ad templum puer in presepio iam adoratus a magis: vt in tēplo cognosceretur ab ipsis iudeis. Custodita est lex in latione eius voluntate/ nō necessitate:ne iam puer a solutiōe legis inciperet. Et iterum per tempus computatur eternus:dum cōpletis quadraginta diebus est latus in templū: quod ante per Salomonem factum/ z diruptū/ z iterum reedificatum est: z ad eam imaginem quod nullum abhorreat corruptum atꝙ desertum/si reintegratum est:etiam si illa prima facti operis pulchritudo perdatur. Irrecuperabilis quidem est illa prima innocentia/si perditur: ꝙuis possint alia ornamenta superapponi. Non enim Esdras z Neemias vt templum primo fecit Salomon/refecerunt:neꝙ fuit in illo copia illa auri/vt Salomon posuit: z multa que habuit illa nobilis edes. Attamen ita refectum est/ vt domus dei diceretur z orationis z obsecrationis/z propiciationis pro populo: z angelus nitus illud fuit. Et in illo apparuit zacharie: z multa signa in illo celebrata sunt:etiam post exterminium primum cum extitit reparatum. Agitur spes magna prerogata est ab iniquitate destructis:si nouerunt restaurare seipsos. Hinc z puer Jesus/qui ab eterno verbum deus nostram humanitatem non abhorruit:quam fedauit Adam. Etenim quia reparationi apta erat:quam et ipse reparauit. Apparet igitur in templo puer Jesus quis qualisꝙ sit: cum infans nihil aliud ꝙ infantiam monstrans : ab vtroꝙ sexu et etatis grandeue testimonio / ꝙ plus ꝙ homo erat accepit. Symeon / Anna vidua

spiritu prophetico contestantur: sicut alibi declaratum est. Et q̃uis humana lingua ⁊ corruptibilis/magna ⁊ mirabilia de ipso pronunciet: desuper est qui cordibus infundit hoc quod loquitur lingua carnis: vt etiã in templo epiphaniatus existat per linguas/per spiritũsanctũ domini eruditas: vt illã de hoc puero loquerẽtur/ quorũ nemo nisi per spm̃sanctũ potuit habere noticiam.

¶ De quintis epiphanijs: quas de seipso duodẽnis factus fecit iesus secundũ Lucã solum. Ca. XVII.

Noluit ꝑ omnia latere christus in puerili etate/anq̃ ad illaz que dicitur adolescentia pueniret: quin aliquid de seipso supra illã etatẽ ostenderet/ ⁊ ꝙ plus in ipso q̃ i cũctis suis coetaneis erat: ⁊ not⁹ puer fieret apud scribas ⁊ pontifices templi ob aliquid insigne virtutis: ne cum perfecte fuisset etatis: q̇s est hic/velut esset incognitus/sibi obijci potuis-
Lu.2. set. Factus duodẽnis veniẽs cum parentibus in templum in hierusalem: ipsis ignorantib⁹ remansit in ciuitate. Accessit ad templũ audiens/ interrogans: ita vt oẽs mirarenť etatẽ pro sciẽtia/ ⁊ scientiã in etate/ ⁊ cõpositos mores/ ⁊ oẽz sui consistentiã/nihil habentẽ impertinẽs: ⁊ ꝑhibentẽ talia ꝙ ꝑ oĩa virtus superaret etatẽ: vt merito credi posset excessum ab hominibus habuisse diuinũ: vt etiam non solũ hi alij astantes/ sed mater que illum genuerat mirareť. Cui querẽti quare sic fecerat/clara voce disseruit: ꝙ nõ ioseph/sed patrez habebat deũ: ⁊ a seipso q̃uis corpore degeret in terris/velut a superno supne semꝑ existente suꝑ omnẽ intelligentiã ⁊ lucẽ inaccessibilem inhabitante/ꝙ dei esset filius declaratus est: sicq̃ in templo epiphaniatus. Gestorũ series ⁊ vtilitas alibi tacte sunt.

¶ De baptismo Jesu et sextis epiphanijs: secundũ Mattheũ/ Marcum/Lucã et Joannẽ. Ca. XVIII

Baptizatur a ioanne iesus in iordane: non indigus ad ipsum/ sed ad nos pro q̇b⁹ ipse voluit indigere atq̃ agere: velut si necessitate premeretur/sicq̃ nostra egit vt sua: q2 ipse caput omniũ nostrum: si quid exorauit ad patrem pro nobis/acsi ipse illam indigentiã patereť. Qui cum aquis immergitur vti esset peccator: quem nullũ potuit maculare peccatũ: apparuit ex voce paterna quis ⁊ qualis esset: spiritussanctus in columbina specie/in visione atq̃
Matt.3 attestatione Joannis. Sic enim oẽs euangeli-
Marci.1 ste tradunt. **Baptizatus autẽ iesus cõ-**
Lu.3.
Joã.1. **festim ascendit de aqua: et ecce aperti sunt celi: et vidit spiritũ dei descendentẽ sicut columbã/et venientẽ supra se. Et ecce vox de celo dicẽs: Hic est filius meus dilectus: in quo mihi cõplacui.** Dicta vero ceterorũ euangelistarum huic consona veritate respõdent: ideo nõ ponunť. Ecce igitur sanctificaturus aquas in illis intingitur/non purgandus. Et mirabiliori modo a ceteris ꝙ sic dei filius epiphaniat⁹ est in etate virili/magnis agonibus ⁊ operationibus apta: vt diuine credať fieri omne quod agitur: cum ipse velit cum hostibus inuisibilibus ⁊ visibilibus habere congressum: patris legationem perficere: destruere legem tartaream: diabolicam superare tyrannidẽ: soluere sanguinis precium: pro captiuis fabricare gradus vero ascẽsionis in celos: vt supra illos inferat/ quos ĩ doctrina/morib⁹ ⁊ vita poterat habere sequaces: vt nulla sit hesitatio inter homĩes/ꝙ iste sit dei filius factus homo: quẽ pater voce ꝓpria manifestat: ⁊ spũssanctus in assumpta protunc dũtaxat columbina specie protestatur.

¶ De mysterio totius vite Christi post baptismũ: et qualiter epiphaniatus est: secundũ omnes euangelistas indeterminate. Ca. XIX

Baptisatus iesus ascendit de aqua iordanis/ad maiora se tollens: vt virtus seq̃tur ad virtutem: ⁊ bonis meliora nectãtur: ⁊ morum disciplina p̃struať in omnib⁹ actionibus ⁊ sermonibus eius: vt sequamur vestigia ipsius. Non ampli⁹ agi potest q̃ posse fieri christiformẽ: difformitas vero trahit in mortẽ. Deus erat: poterat ferre auxilium. Homo erat: omnibus prestitit exemplũ: vt quemadmodũ ipse ambulauit/ ⁊ nos debemus ambulare. In omnib⁹ actionibus eius se verum deum ⁊ hominẽ verũ esse mõstrauit: nec vana natura in aliquo ab altera est confusa: cum suis ꝓprietatibus semper manentibus iesus fecit humana diuine/ ⁊ diuina humane. In duplici forma operatus est: in forma domini/ ⁊ in forma seruili. Distincte quidem sunt huiuscemodi actiones: quarum ad aliquas inuitamur ad adorandum ⁊ venerandũ: ad aliquas ꝓ imitatione vocamur. Quod actũ est per dñi formã/nõ est imitabile: neq̃ ad hoc inuitatio facta est. Quod vero fecit in forma serui: si nõ ꝑ omnia/ꝑ plura imitabile prouocamur ad illud: nam nõ quia deus/ sed q2 homo dedit ⁊ reliquit exemplũ. Et sic ꝑ difformes actiones manifestatus est: nõ ꝙ vna forma preter q̃ in opibus potuisset videri ⁊ agnosci: in altera vero visus ⁊ cõuersatus est ⁊ agnitus homo: nõ operans sibi/sed nobis: preintendẽs notũ fieri his ꝓ quibus assumpserat actiones vt credereť: et iusticia pro premio dareť in fide credẽtibus. Et faciebat potestatiue vnde de perditione liberaremur: ⁊ saluaremur in excelsis ad eius visionẽ eternam: q̃obrem aliq̃ diu carne vestitus stetit in terris. Qui locus in aquis ilico deserta penetrauit: dedicans se totum altissimo: subtrahens se a seculo inuoluenti: nõ sibi timens aut cauẽs: existens incorruptibilis ab omni quod maculare mores hominũ potest: sed sequentibus prestrinxit viuendi formam: q̃ cauta sit cõuersatio eorum qui purgationẽ acceperunt veterum delictorum: in quocũq̃ sit ordinata purgatio: vbi esuriuit homo/et tentatus est homo. Et sic manifestatus in forma serui: in forma vero dñi dedit

improbo tentatori conflictum. Inde egressus predicauit diuina humane: et legens in synagogis vt prophetatum erat de ipso/ prophetiā impleri asseruit: et semetipsum manifestauit/ vt in fide caperetur. Super naturā facta miracula declarauerunt deum/ increpatum equor vndosum et venti per obedientiā: et expulsi ab obsessis corporibus demones/ confitentes q erat christus filius dei viui: et petrus a deo patre doctus/ sic cō-
Mat.17. fessus est. Et iterum pater declarauit in monte/ di-
Marci.9. cens: Hic est filius meus dilectus/ in quo mihi
Luce.9 cōplacui. Et in templo: Clarificaui/ et iterū clari-
Joā.12. ficabo. Et doctrina in verbis eterne vite/ dimissio peccatorum/ cognitio cordiū humanorum/ etiā futurorū/ et similia: manifestauerunt in corde credentiū esse deum. Cetera vero quia fugit: quia fatigatus est: quia esuriuit/ comedit et bibit et dormiuit: lachrymas fudit: tristatus et pauefactus/ captus et ligatus/ ductus et opprobriatus et verberatus est: damnatus ad mortē: sicque et mortuus et sepultus est: totum exprimit formam serui. Sed etiam inter opprobria: et dum viliter est in agonibus illa forma seruilis/ etiam potestas dominabilis forme innotuit: quam prodit cognitio proditoris/ prostratio hostium/ obscuratio solis/ terre tremor/ scissio veli templaris/ diuisio saxorum/ et monumentorum apertio. Ac per hoc vt crederetur: vt in ipso speraret: vt amaretur: vt sibi obediretur: vt eum homo sue salutis amator imitaret: sic in vtraque forma totiēs epiphanias accepit. Proinde incredulis certa dānatio: credentibus negligentibus nulla saluatio: quī omne suffugiū excusationis adimitur.

¶ De mysterio corporis et sanguinis dñi saluatoris: vbi nulla epiphania/ sed celata potestas: secundum Mattheū/ Marcum/ Lucā. Ca. XX

Joā.1. Processu incōprehēsibili egit eternum et increatum verbū. Per ipm oīa facta sunt: et ipse sua potestate incarnatū se fecit: et in verbo eructuato docuit humanas mentes agenda/ et speranda/ et diligenda/ et odienda. Donauit sanitates: suscitauit mortuos: et
Mat.26. demones expulit ab obsessis. Et seipsum aliter/
Marci.14. non alium in verbo suo fecit: transsubstantians
Luce.22. terrena et mortalia in corpus et sanguinē suum:
Joā.6 vt essent hoibus in aīa cibus et potus: vt iam in deserto vite psentis pararet mēsa peculiari populo dei: nō in fomentū corporis/ sed mētis: nō vt caro/ sed vt aīa nutriret: et vna mensa hominū et angelorum: si non in eodem loco/ saltem in eodem cibo: vsque dū esset oīa in oībus deus: et euacuaretur ois ordo et ois pncipatus: et spes prorogaretur hoibus puemendi ad deū/ et fruendi deo: cū in hac vita deitate in rebus transsubstantiatis in corpus cibantur et potant. Recessurus a nobis reliquit legē/ sm quā ageremus: virtutes/ sm quas viueremus: pacem/ in qua custodiremur: sacramenta/ qbus mundaremur: et seipsum velut obsidem/ pignus et arram sub stipulatione solēni: vt pollicitationē firmā teneremus ad eternā beatitudinem capessendā: vt angeli diligerent/ et custodirent feruentius: timerent horrendius inuisibiles hostes: dum vtrique conspicerent nos tertios inter eos/ apud quos sunt tam alta dona deposita. Non sumus angeli: possumus et peccare: et subiacemus penalitatibus: et in valle miserie habitamus. Nō sumus demones: possumus enim et errata corrigere et penitentiā agere pro erratis. Ab illis angeli sunt liberi: in istis sunt demōes obstinati. Nos q inter eos mediī positi sumus: nec liberi vt angeli: nec vt demones obstinati. Uniri cū creatura volens/ angelos non apprehendit: demones abhorruit: vt esset homo inter hoīes: et vnionē naturarū fecit. Et nunc suū corpus illi nature a qua sumpsit corpus/ in duplici specie reliquit: insinuans dignitatem dilectionemque ad homies: quasi iā vicem reddens: vt illi nature que dedit ei assumenti corpus/ et relinqueret suū corpus: ita relinquens quod ferens: sic ferens quod oīno relinquēs: vt quod tenemus/ iam sit in celo: et quod est in celo/ et nos inhesitanter in terra teneamus. Sed debitores sumus magni depositi: emphitheotecari nō possumus: saltem immaculati custodiamus. Aduertendū esse pspicacissime dixerim peculiaris populi dei dignitatē christianorum/ nō iudeorum. Alie nationes fecerunt sibi deos suos/ quos colerent: quos pro suis votis orarent: populus electus dei non sibi deū fecit/ sed ab eterno existentem deū credidit. Nunc autem in nouissimo ptātem accepit sacramētaliter facere quem posset orare/ atque cultu latrie adorare. Sed in virtute verbi eius facit ille/ cuius interest ex ordine/ sacramentale christi corpus efficere transsubstātiando naturas. Attamen pmus huius mysterii actor extitit ille christus vnigenitus dei filius: q res quas natura solita et solito et in solitis pduxit/ artis peritia sic eduxit: i corpus suū et sanguinem mirabili potestate cōuertit. Actio porro laudabilis: modus incōprehensibilis: finis desyderabilis. Precesserat ex nihilo creatio vniuersi/ et vnio spirituū et corporum creatorum. Precesserat vnio dispariū naturarum creatricis et create: spūs increati ad spūm rationalem creatum et ad corpus creatum. Facta erat vnio extremorum: et in hoc quasi descensus celebratus est: cū semetipsum exinaniuit/ formā serui accipiens. Et acceptū vtique magnificatū est: nō aūt in natura mutatū. Sic et accipiens p oīa mansit in suis eternis. In isto aūt mysterio neque descensio/ neque assumptio/ neque vnio facta est: sed puersio substantie in substantiā: nō in substantiā deitatis/ sed assūpti corpis. Quod quis inseparabiliter deitati vniretur: sicut i vnione nulla est naturarum pmixtio/ neque pfusio/ neque additio ad alterā naturā: et neutra natura pam plius quod habet natura existens: vna vt increata/ altera vt creata: sic puersio non est facta in deitatis substantiā: nihilque sibi addi/ aut aliquid ab ea demi pōt: sed assumpti corpis: ita vt substantia in aliā trāseat in potestate verbi: et trāseū

tis substantie ꝓprietates/seu q̄ dicuntur accidē
tia maneant:substantia eis debita non manēte
vt erat:neq̃ transeant cū substantia transeūte:
vt sint illius in quā facta est cōuersio. Sequunṫ
quidem substantiā quātitas ⁊ qualitas:vt quod
substātia caret/quantū vel quale non sit. Quod
ꝟo substantiā habet/quantū vel quale habeat
cōpetentia sibi iure indite sibi nature. Non em̄
sermo est de his que apponūtur ex arte:aut ali-
ter euentu ꝓueniūt. Igitur transsubstantiatiōe
facta ꝑ verbū/in transsubstantiato quātitas et
qualitas/aut aliq̄d accidens nō querantur: que
p̄exstiterunt ⁊ fuerūt. Sed si querēda sunt hec/
in illa querantur in qua facta est mutatio:et tūc
non querantur/nec inuenientur esse substantie
transeuntis: q꞉ desijt quod fuit:nec substantie
permanentis:cū in illam non sint conuersa acci
dentia:sed dūtaxat ipsa panis ⁊ vini substantia.
Frustra ⁊ suꝑuacue a vere fidelibus queriṫ de
his que relicta sunt obijcibilia sensibus:cū sub-
stantia non subsit amplius eis. Et vt me non
fallat error:aptius dixerim ꝙ accidētia in sacra-
mento appareant potius q̄ꝫ existant: de sub eis
omnino remota p̄existente substātia. Magnus
⁊ sapiens ergo dn̄s/⁊ laudabilis in oꝑibus eius:
q̄ sic ꝓuidit homini/quem creauit.

¶ De mysterio fidei catholice. Capitulum XXI

Altissima virtus q̄ deus est/obūbrauit
creature hūane:fidē videlicet vmbrā
faciens/sub qua homīs oculus reqe-
scit:⁊ velut aspersus nebulis ignorantie/ pulue-
re carnis respersus/in terrā defixus / innixusq̃
solū intelligentie naturali:respicit in altissimam
virtutē/nobis se ꝑ fidem vmbrā contēperantē:
vt per ipsam possimus intelligere illa que huma
na ratione negatū est apphendere:sicut ī Esaia
Esa.7. scriptum est: Nisi credideritis/non intelligetis.
Qua credulitate seu fide primū erigamur ī deū
omniū conditorē/visibiliū ⁊ inuisibilium:nec ali
q̄d extra se habens quālibet entitatē/nisi ab ip̄o
⁊ nec sine ipso creatū: q꞉ omnia ꝑ ip̄m facta sūt
entitatē habentia:⁊ sine ipso factū est nihil:pec
catū aūt entitatē non habens:qui creauit ⁊ an-
gelos/substantias videlicet separatas: celū glo
rie/stellarum firmamentum/et stellas. Elemen-
ta distinxit:elementata sensibilia et insensibilia
fecit:postremam creaturam rationalem homi-
nem ad imaginem ⁊ similitudinem suā faciens:
quem in mundū velut in regnum omnibus pa-
tronatum introduxit in regem: eius subijciens
ditioni omnia corruptibilia/sensibilia et insensi
Psal.8. bilia:sicut scriptum est: Omnia subiecisti sub pe
dibus eius. Qui non velut indignus operis sui
omnia creauit ex nihilo: quia spiritus dn̄i/ scili-
cet voluntas eius ferebatur super aquas nostre
productionis:non sub aquis alicuius necessita
tis:quoniā in deo nulla necessitas/neq̃ indigē-
tia:sed liber atq̃ liber/et ex amore puro fecit q̄
voluit in celo et in terra/ et in mari et in omni-
bus abyssis; omnia bona valde cōponēs; vt cō
municaret seipsum bonis rationabilib⁹/a se so-
lū per amorē creatis/angelis et hominib⁹:quia
nō erant quos bearet/⁊ quib⁹ innotesceret: ni-
si ante creasset:⁊ mansisset incognitus/ nisi sibi
soli:⁊ imparticipatus/nisi a seipso:si creaturam
talem non fecisset: que ipsum per intellectū ⁊ fi
dem cognosceret:⁊ in amore per eternā fruitio-
nē participaret. Cetera vero creata seorsum ab
istis ad vsum mentis per considerationē/⁊ cor
poris per sustentationē ad vniuersi pulchritu-
dinē facta creduntur. Et ideo nō sunt equalia: q꞉
si essent omnia equalia: nō essent om̄ia nec vni-
uersi pulchritudo perfecta/⁊ velut nō indigen-
tia:sed pia voluntate ita non alieno auxilio fe-
cit qui fecit:quia nullus ante ipsum/nullus cum
ipso/nullus post ipsum in opere creationis p̄sti
tit/p̄stat p̄stabitq̃ subsidia. Etiā dominaṫ om̄i-
bus:⁊ regit omnia sine motu: presidet om̄ibus
sine situ:presens est omnibus sine loco: et inti-
matur magis cuilibet creature q̄ꝫ sibijpsi creatu
ra intimeṫ. Et mensure tēpoꝝ/horarū et dierū/
hebdomadarū/mensiū ⁊ annoꝝ longe sunt ab
ipso. Accidētia vlla non recipit: nomīa de eo di
cta nihil sibi addunt/aut imponunt:nec alter ex
altero redditur simplici nature deitatis: cui ni-
hil addi vel minui potest. Ineffabilis est deus:
saltem eo modo quo ineffabilis dicitur:ineffa-
bilis non est. Excedit intellectum angelicū ⁊ hu
manum incōprehensione:quia incomprehensi-
bilis est: affectū omniū creaturarū in bonitate:
quia nullus amor equatur bonitati eius aman-
do:vt diligatur quantum sua requirit bonitas:
nec in huius vite tenebris/nec in partibus supe
ris. Non narrat eum ad plenum scriptura legi-
bilis:nec lingua volubilis explicat quid sit de⁹.
Sensus corpalis nunq̄ꝫ percipit: q꞉ incorpore⁹
est. Etsi ex tpe verbū caro factū est:nihil in dei-
tate mutatū est:vt nec etiā ī illo corpore deitas
sensibus percipi posset:nec in cena et sacramē-
to deus mandens deitatē cōpressit: nec gustus
percepit:nec oculus vidit:nec olfactus olfecit:
nec auris audiuit: nec tactus respersit nec im-
passionata carne assumpta/deitatem vnitā atti
gerunt quomodolibet passiones. Nec dolores
⁊ tristicie anime christi dei affecerunt in aliquo
deitatē. Unus est ī substātia:trinus est in perso-
nis. Nec vnitas substātie personarū trinitatem
excludit:nec personarū trinitas substātie vnita-
tem discreta seu continua quātitate multiplicat
Nec inducātur exēplares ꝓbationes in elucidā
do predicta/et non probata:et omnib⁹ fides in
suo maneat robore: premiūq̃ magis crescat in
pura credulitate:sed solum sufficiat ꝙ diuerso-
rū vna forma/in qua diuersa creata conueniūt:
et nexus vnus et durans perpetuus creatorum
arguit vnitatem:et eē cuiuslibet rei forma ⁊ vti-
litas seu bonitas pronunciat trinitatem. Nam
esse rei cuiuslibet patrem creatorem enunciat:
forma qua distinguitur a ceteris /sapientiā filij
clamat :vtilitas seu bonitas cuiuslibet rei spiri-
tussancti bonitatē eloquiṫ. Et pater a nullo: fi-

lius genitus a patre ſolo: ſpirituſſanctus proce
dit ex patre atq; filio. Nec maior pater filio aut
ſpũſancto: nec filius ſpũſancto aut patre maior
eſt: nec ſpũſanct⁹ maior patre ſolo/aut filio ſo-
lo: nec vna cuiuſq; perſona maior aut minor ẽ
duabus: nec due maiores aut minores vna per
ſona perſiſtunt. Jn deitate nulla prioritas: nul-
la poſteritas inuenit̃ ex trinitate perſonarum.
Equalitas in eternitate/in impaſſibilitate/ĩ im-
mẽſitate/in immortalitate/in increabilitate: in
potentia/ſapientia/et bonitate reperit̃ in eis.

¶ De omnipotẽtia dei. Ca. XXII

Bonus eſt inquã ducatus fidei: qui ſub
omnipotentia dei ducens/de ipſa nos
facit recta ſentire qua credimus. Et cũ
omnia iſta ita ſint/ꝙ non poteſt deus niſi bona
nam quodlibet minimũ inconueniens impoſſi-
bilitatem dicit in deo. Et ſi ſm prophetam dici-
Amos.3. tur: Non eſt malum in ciuitate quod deus non
faciat: permiſſiue/non poteſtatiue qui legit/in-
telligat. Jgitur ita eſt vere omnipotẽs: ꝙ nõ po
teſt aliquid male facere/cogitare aut loqui: nec
actus penales: vt metuere/dolere/triſtari/tede-
re/eſurire/ſitire/calere/frigeſcere: aut quomo-
dolibet pati aut mori: nec facere ꝙ ſit et nõ: pre-
ſens et preteritum et futurum ſint idem: nec fa-
cere maiorem ſe vel alium/vel aliquid finitũ in
quacunq; ſubſtantia/viſibili aut inuiſibili/ſenſi-
bili aut inſenſibili: nec actus corporales: vt co-
medere aut bibere/ambulare/ſedere/dormire/
et his ſimilia. Si qua enim corporeitas in toto
et ex toto et a toto creatore omnium remouen-
tur ĩ ſeipſo et per ipſum et a ſeipſo: excepto ꝙ ta
lia creare poteſt extra ſeipſum: nec tamen de ſe-
ipſo: quia non ſolũ corporalia/ſed etiam ſpũalia
non de deo tanq̃ ex materia/ſed a deo tanq̃ a
ſuprema et efficiente omniũ cauſa credunt̃ crea
ta. Cum autẽ in ſcriptura ſacra leguntur verba
actus corporeos deſignãtia: nõ eſt intelligendũ
ꝙ deus corporaliter fecerit: ſed q̃m ſcriptura lo
quebatur exiſtentibus in corpore/ꝑ ſenſus cor-
poreos: nõ fruſtra datos/ſed ad hec percipiẽda
quodãmodo ordinatos: percipiẽtib⁹ potiſſime
in lingua narrãtibus: aure audientibus in extem
plis: que ſi corporalia non ſunt conſyderãtibus
⁊ in corporea ⁊ ex corporea natura genitis. Jõ
ſacra ſcriptura nullius loquendi generis verba
de deo vitauit: dũtaxat omnipotentiã inſupera-
bilẽ/indeficientem/inculpabilẽ/irreꝑhenſibilem
nunciarent: et ſapientiã infallibilẽ/incõprehen-
ſibilem/omnia comprehendentẽ: inintelligibilẽ
oĩa intelligentẽ: ⁊ p̃terita et futura vt p̃ſentiã/
preſentia preſenter p̃ſentia cognoſcẽtẽ: inuaria
bilem/omnia variata et varianda variantẽ pro
clamarent: bonitatẽ incõparabilẽ/indeficientẽ:
omnia ſuperexcedentẽ/oĩa implentẽ/omnia re-
ficientem: inperturbabilẽ/impermutabilẽ: ⁊ his ſi
milia enarrarent. Horũ ſiquidẽ declaratio vo-
lumen magnũ requireret. Nomina vero ſi qua
ſunt quibus nominatur deus/noĩa diſpoſitio-
nũ ſunt: ſed nullũ reperit̃ nomen eũ totaliter ex-
primens/manifeſtans aut declarãs. Sed nomẽ
ſubſtantiale ei innotuit Moyſi/cum diceret ei:
Ego ſũ qui ſum. Cetera vo agnominationũ et Exo.3.
diſpoſitionũ ſunt nomina: ꝑ nulla et ĩ nullis cre
atorem reddẽtia variatũ/neq; poſſibile variari.
Jn hoc igit̃ maxime omĩpotens credẽdus ẽ: ꝙ
male agere/ſeu in aliquo deficere nõ poteſt. Po
teſt vero deus omnia ꝯueniẽtia omĩbus modis
q꞉ poteſt ꝑducere non eſſe in eſſe per creationẽ
multiplicare per ꝓpagationẽ: de incõpleto com
pletum facere: vnũ in aliud mutare: vt panem ⁊
vinum in chriſti carnem et ſanguinẽ tranſſub-
ſtantiare. Et de omnipotentia fuit/ꝙ potuit ſic
incarnari et naſci. Apparuit dei omnipotẽtia in
mũdi preteritis: q꞉ res creauit ex nihilo. Appa-
ruit in medio: q꞉ creata verterentur in nihilũ/ni
ſi ſua potentia contineret. Apparebit in fine: q̃a
corpora ſumma celeritate ſuſcitabit.

¶ De ſapientia dei. Ca. XXIII

Claritas fidei noſtre ad cognoſcendã
claritatem ſupreme ſapientie nos inui-
tat: de qua chriſtianitate iſta tenẽda ſũt:
ꝙ ſapientia dei limpidiſſime cognoſcit omnia/
bona et mala/preterita/preſentia et futura: actu
alia/poſſibilia/et incomprehenſibilia nobis/et
infinita: nec diuerſificatur in ſeipſa: licet diuer-
ſa nomina ſortiatur. Jnquantum eſt cognoſci-
tiua omniũ poſſibilium/dicitur ſcientia ſiue co-
gnitio. Jnquantum cognoſcitiua omnium que
in mundo ſunt/dicitur viſio. Jnquantũ cogno-
ſcitiua omniũ que bene fiunt/dicit̃ approbatio:
Jnquantũ cognoſcitiua eorũ que damnãda ſũt
dicitur reprobatio. Jnquantũ cognoſcitiua fu-
turorũ/dicitur preſcientia ſiue preuiſio. Jnquan-
tum cognoſcitiua eorũ que ab ipſo fienda ſunt/
dicitur diſpoſitio. Jnquantũ cognoſcitiua eo-
rũ que premianda ſunt/dicit̃ predeſtinatio. Et
nõ ſolũ cognoſcitiua omniũ/ſed ratio cognoſcẽ
di. Cognoſcit contingentia infallibiliter: muta-
bilia immutabiliter: futura preſenter: tpalia eter
naliter: dependentia independenter: creata in-
create: cogitanda et cogitata/et finem omniũ
nouit: ſaluandorũ et damnãdorũ numerum in-
fallibilẽ infallibiliter cognoſcit. Cognoſcit nu-
merũ/põdus/mẽſurã/quantitatẽ/qualitatẽ oĩm
rerum. Huic ſapientie nõ deperit tempus: nec
latet locus: nõ ſubterfugit act⁹: patet oĩs intelle
ctus: nullus eſt effectus occultus.

¶ De voluntate. Ca. XXIIII

Datũ eſt fidei chriſtiane attingere inac-
ceſſa/et inuiſa comprehendere: ⁊ abſ-
q; meritis eſt donũ fidei: cum qua et
ex qua et per quam nobis diuina volũtas inno-
tuit. Que primo a ſeipſa libera eſt/⁊ in ſeipſa/et
per ſeipſam: quam ad aliquid peragẽdũ aut vo-
lendum nõ pepulerunt extrinſece ſeu extranee
cauſe: nec diuerſa volita diuerſificant volunta-
tem. Que ſic eſt efficax/vt nullo modo poſſit im
pediri: ſic recta/vt nullo modo poſſit obliqua-
ri: ſic ſapiẽs/vt nullo modo poſſit errare: ſic bo-
na/vt nullo modo poſſit maculari. Que cauſa

est omniũ factorum et fiendoꝝ prima ꝛ summa/ et rationabilis/ꝛ ineffablis / et iustissima causa visibiliũ et inuisibiliũ/per iussionẽ et ꝑ permissionẽ: cui volũtati nẽo resistere põt. Sepe ioseph frẽs suos de sua vẽditiõe ne timerẽt confortãs
Gen.45. ait: Nolite timere: non dei possumus resistere voluntati. Hester.xiiij. habetur dum oraret: Domine in ditione tua cuncta sunt posita: et nõ est qui tue possit resistere voluntati. Et si peccatur contra voluntatem dei: nõ tamen resistit volũtati dei. Non eñ peccaretur/nisi ipse permitteret: nõ ꝑmitteret/nisi vellet: nec vellet nisi quod iustũ est. Aliq̃ eñ iustissima ꝛ occultissima causa est apud ipsum/non perscrutabilis nobis: qua ipse peccata fieri omnino permittit. Cuius voluntatis causa nullo modo est querenda: cũ ipsa sit omniũ causa infinite cõp̃hensionis: que a finita ratione creature cõp̃hẽdẽda non est. Et tantũ scire pro hac parte sufficiat/ ꝙ iniquitas apud deum non est: nec iniquiter/ sed iustissime vult que vult. Cui voluntati attribuerunt sancti ꝓprios bonos actus: vt iacob cũ exquireretur a patre isaac: cur tam cito cibos sibi placitos inuenisset: respondit: Volũtas dei fuit/ vt cito mihi occurreret quod volebam. Et Joseph cum venditus esset a fratribus/ delatusq; in egyptũ: factusq; egypti dñs per Pharaonem ad prouidendum populo in annis sterilitatis: mirãtibus et pauentibus fratribus dixit: Non vestro consilio/ sed dei volũtate huc missus fui. Et Dauid in psalmo confitetur in bonis diuina voluntate
Psal.72. deductũ/ dicens: Tenuisti manũ dextere tue: et in voluntate tua deduxisti me. Sed meli9 indicaui/ omissa ꝓfunditate consyderationis ei9 de ipsa: ꝓut supra nos fert edicere: qua ꝑfecta i nobis et a nobis/ salutẽ conseq̃mur: non impleta a nobis/ iuxta eq̃ssimã exigẽtiã eius iuste damnamur. Unde ꝓut fertur in nobis ꝛ super nos/ ad eternã salutẽ theoria et actu per vniuersã fidez inuitat: quod ipse vnigenitus eius i assũpta car
Joan.6. ne ꝓclamat: Hec est volũtas patris mei q̃ misit me: vt oĩs qui videt filiũ et credit in eũ/ habeat vitã eternã. Hinc et apostolus ad Timotheum
1.Tim.2. scribens ait: Uult deus oẽs homines saluos fieri: et ad agnitionẽ veritatis peruenire. Quod dictum sane intellectũ/ mentis dubia remouet: cum humana presumptio semꝑ de diuina volũtate causet/ dicens: Si vult oẽs homĩes saluos fieri: quare non omnes salui fiunt: cum ait apostolus: Uoluntati eius quis resistet? Sed interpositionis soluit argumenta presumptionis. Non eñ ita vult vt nolentes saluentur: nam diuina voluntas liberum non aufert / quod dedit creature arbitrium: nec necessitat aut violentat aliquem ad salutem. Repugnat omnino bonitati diuine/ ꝙ in homine sit ad bonum ꝛ ad malum arbitrium liberum: et cum tali libertate cogatur ad bonum: et necessitate bonus iusta premia non nanciscitur: nec deus largitur hominibus quod angelis nõ concessit: qui libertatẽ arbitrij recipiẽtes a deo/ ꝑ libertatẽ se mutuo diuiserũt: quoꝝ aliqui adheserunt diuine bonitati ꝑ liberã voluntatẽ: in ipsa statim adhesione cõfirmationẽ recipiẽtes in gratia ꝓ suscepta gloria: reliqui ad seipsos cõuersi/ de seipsis/ i seipsis delectati/ ad eoꝝ creatorẽ inuidi et superbi/ per liberã voluntatẽ recesserũt a deo: damnationem eternã suscipientes in pena. Et q̃ per suã liberã volũtatẽ/ nõ necessitate oĩa ꝯdidit: ita ꝑ nostrã liberã volũtatẽ/ nõ necessitate bonos gratia/ beatos i gloria querit. Sue igitur potestatis et voluntatis est dare: nostre ꝟo est recipere voluntatis. Huic volũtati assentientes sanctificãtur: qꝛ ſm apostolũ: Hec est volũtas dei/ sanctificatio vestra: vt abstineatis a fornicatione: sanctificatio videlicet per virtutes deo placẽtes: abstinentia a fornicatione: ab omni ꝓfecto re preter deũ/ et absq; deo placente. Ab hac dissentientes penas iustissimas susceperũt: christo testãte/ qui ait: Seruus qui scit voluntatẽ dñi sui/ et non fa- Luc
cit/ plagis vapulabit multis. Proinde orare docuit dei fieri voluntatẽ: quã sancti patres et zelũ dei habẽtes/ mutuo facere affectabãt. Scribebãt machabei ad eos quos credebãt legis fides zelatores: Det vobis deus cor omnib9: vt cola- 2.M
tis eũ: et faciatis eius voluntatẽ i corde magno et animo volenti. Adaperiat cor vestruz in lege sua/ et in preceptis suis: ꝛ faciat pacẽ. Uide q̃ legis verborũ efficaciã: ꝙ voluntatẽ dei epistolantes/ appetũt fieri corde magno. Quid eñ est cor magnum: nisi cui preter deũ nihil est magnum? Quid enim est cor magnũ: nisi ꝙ mundo se preferens/ despicit mundum magnũ? Quid enim est cor magnum: nisi vbi per dilectionẽ laudabilis nimis/ et sapientie innumerabilis habitat dñs magnus? Quid enim est cor magnũ: nisi ꝙ omnia sensibilia estimata magna/ cõparata i ordine ad veritatem/ reputat parua? Quid est cor magnũ: nisi ꝙ corpus paruũ deserit seipsum/ excolit magnũ? Quid est cor magnũ: nisi ꝙ ad maiora se ordinat: et ad maxima per virtutes inuisibiles se abscondit? Nec aliud etiã est animus volens: nisi ꝙ nõ violentatus/ sed ex toto libẽs exequitur quod iubetur. Quid aliud oratur cũ dicitur/ ꝙ aperiat cor vestruz in lege sua: nisi voluntas vestra in volũtate sua perficiẽda illustretur? Nam lex dei voluntas eius nota ẽ. Quid est/ faciat pacem: nisi quia nunq̃ pacem habebimus/ nisi eius voluntatẽ inculpate faciam9?

¶ De iusticia dei. Capi. XXV

Eneruat fides rationes humanas: atq; supergreditur planũ rationis iudiciũ/ intelligentie humane aspectũ: dubietatis tenebras fugat: retrahit hominũ mentes ab iniustis et impijs querelis: que aduersus iusticiã dei ꝛ misericordiã ab insipiẽtibus sepe ꝓcedũt: si tñ frenabiles ipsa lorizet. Quoniã ergo enarrant scripture iusticiã et misericordiã dei: de quibus titubat vtplurimũ human9 animus/ nisi esset fidei scuto protect9: igit sub ꝓtegente fide has duas vias inuestigando humiliter incedamus. Ait eñi Dauid: Uniuerse vie Ps

Ps.100 dñi/misericordia et vitas. Et alibi dicit: Misericordiam et iudiciũ cantabo tibi dñe. Sed p̃mũ de iusticia dei quid tenendũ sit/ christiane videamus. Ps.118. Justus est dñs (ait psalmista) et Ps.10. rectum iudiciũ eius. Et alibi: Justus dñs et iusticias dilexit. Nec est iustus eo modo quo nos iusti sum9. Supexcedit iusticia sua oẽs iusticiã: qr ipsa oĩm est origo: et rephẽsiõe caret: qr nihil i rephẽsiõe agit. Inflexibilis est et imutabilis et eterna: qr si qd est i deo/deus est: iõ iusticia dei deus est. Sed dirigitur sup nos velut solaris Psal.18 radius: nec est q̃ se abscondat a calore eius: nec est q̃ effugere possit gladiũ eius: que aut patenter aut latenter operatur. Sed dum patet/ erudit et timorẽ adducit: et dũ latet/animos in admirationẽ suspẽdit: quia sepe ignoratur ab hominibus quod deus iustiter facit. Thron9 dei/ est iusticia dei. Nam thronus idẽ est quod sedes. Psal.96. Et in psalmo legitur: Justicia et iudiciũ/ correctio sedis eius. Et thronus angelicus velut iudiciaria/imo iusticiaria virtus semp assistit: de quo throno sm q̃ in apocalypsi ioãnes se vidisse testatur/ pcedebant fulgura/voces et tonitrua. Fulgura nãq; ictus celestes subiti et improuisi sunt: q̃ fulgura pcesserant de iusticia scz throno dei velut eius subite actiones. Primo in angelis: qui statim post conceptã superbiã de celo eiecti sunt: de qbus subita punitis 2.Pe.2 actione iusticie inquit Petrus: Deus angelis Job.4 peccantibus non pepercit: sed rudentib9 inferni detractos in tartarũ tradidit in iudiciũ cruciãdos reseruari: qr nulla interposita mora/ dignã ex iusticia susceperunt retributionis mercedẽ: et sine spacio peccatũ secuta est pena. Et Gen.3. in primos parentes fulgurauit diuina iusticia: vt statim nudi a paradisi delitijs pellerẽtur: qui mandatũ tam facile contẽpserunt. Et si non statim actualiter et in corpore fulguris impetus pcutit post delictũ: subito tamen pforat in occultis: cũ lumine veritatis/necnõ et vitate ania peccando priuatur. Quod impellitur/noscitur fieri dedecus culpe sine decore iusticie. Nec tam subito lapis peccati cõstruitur: q̃n magis subito in peccantẽ de nube iusticie fulgur punitionis pcedendo pcutiat: conscientiã crucians: in occulto virtutes debilitans: in secretis imaginẽ dei/ad quã facti in anima sumus/turpãs maculis nõ manifestis/impalatis: inimicos deo et angelis faciens: demonibus amicos cõstituẽs: priuans ipsam gratia: dissocians a superna gloria: bonorum omniũ imparticipẽ reddẽs: et inferni ciuẽ ascribens. Nã iste sunt occulte subiteq; interdicte/pcedentes more fulguris de iusticia dei: absq; eo q̃ corpus manifesta pena plectatur. Rursus atq; subtilius pspectet sub fide cõtemplans humana omniũ mens: pro quadam altissima/benigna et pia discretione frenat diuina iusticia: ne in peccãtes tam subito fulgura punitionis emittat. Nã si oẽs peccãtes subita pcussione puniret: impius crederet cõditor omniũ/ipos ad penitentiã non expectans. Sed quia benignus et misericors est/sm prophetam: Jobe.2. et prestabilis sup malicia: non vult mortẽ peccatoris/sed vt puertatur et viuat: ideo pius pater statim dissimulat. Et Apostolus ad Romanos scribens/arguensq; non reuertentes peccatores dicit: An diuitias bonitatis illius et patiẽtie Ro.2. et longanimitatis ptemnis: ignorans quoniam benignitas dei ad penitentiã te adducit: scz expectando ne feriat p peccatis. Et p obduratis statim apls subdit: Secundũ duriciã aũt tuã et cor impenitens/thesaurizas tibi iram in die ire et reuelationis iusti iudicij dei. Differt siqdẽ alia pia causa in peccatores ilico fulgurare sagittã: vt ex peccatoribus sumat iustos ppagatos ex semine/renatos ex fide. Nã habet ecclesia p in supna gloria inserendos: quorũ patres peccatores infern9 tenet et tenebit detrusos. Procedit vlterius diuina piaq; discretio mitigando iusticiam/ne statim pcutiat malos mundi rectores: quorũ mala meruerunt penas eternas: et in ipos subditos existentes legalis iusticia deseuisse: ad hoc bene regant alios/seipsos male atq; impune regentes. Multi nãq; male recti/bene alios rexerunt: incorrecti correxerunt: inordinati ordinauerũt: impuniti alios iustissime punierũt: et tutauerũt rempublicã dño rerũ omniũ inimici. Et malus transit vt plurimũ impunitus: cuius malicia meritorie pficit/exercetur pficiturq; iustus. Necnõ plerũq; in pharetra sua sagitta vlciscitiua conuertit: vt impetat in p̃latos/aut in aliquos ecclesiastica dignitate/aut scripturarũ claritate fulgentes: quorũ opa infera iuste petũt cũ p eos sit in subditis directio ad supna. Multotiens et infallibiliter p̃lati/sacerdotes/ doctores/declamatores ad populũ aliq: sed non oẽs quos iuste sententia expectat ad supernã gloriam/authoritate sacramentorũ/administratione/ p̃dicatione: diuina supposita gratia/ plurimos transmiserunt: in seipsis et pprijs meritis dãnationem eternã infallibiliter acquirentes. Vult enim deus ex omni hominũ genere ad tempus peccatoribus parcere: vt ex eis velut ex quadã materia durante semp habeat/in qbus formam christiane vite atq; puersatiõis inducat: aut de ipsis quomodolibet malis aliqd vtilitatis pro suis puersis eliciat. Et si nunc fulgurãtis iusticie actio oẽs subito et manifeste impeteret: non remaneret i finali extremoq; iudicio quod feriret. Procedunt voces de throno iusticie post fulgura declarate atq; notissime admonitiões vt vnusquisq; se caueat/ne inueniat quod puniat. Amat enim diuina bonitas magis parcere q̃ ferire. Ideo premittuntur cautele debite voces: vt sibi deputet q̃ punitur: non de deo querulet qui contẽpsit. Nõne hec vox processit ex adam/cum in paradiso collocaretur: Ex omni Gen.2 ligno paradisi comede: dixit dñs ad adã: de ligno autem sciẽtie boni et mali ne comedas. In quacũq; enim die comederis ex eo/morte morieris. Cui ergo nisi sibi deputabit adam/ qr penam iusticie pertulit: qui vocem premonitiõis

iusticie contempsit? Sic Cain pmonitionis si-
ue premonentis iusti voce affat⁹ est dñs dicẽs/
Gen. 4. cũ inuidia in fratrẽ armauerit cor eius: Quare
iratus es: et cur cõcidit facies tua? Nonne si be-
ne egeris/recipies? Si autẽ male: statim in fori-
bus peccatũ aderit. Cui ergo imponet nisi sibi
homicidiũ et debitã sibi penã: qui deũ contem-
psit/ꝛ fratrẽ iterfecit? Accessit a throno dei vox
iusticie per moysen decies verbis et signis vsqꝫ
pharaonẽ. Aduersus quẽ causabit ꝙ decies pu
nit⁹ rex erat/eiusqꝫ exercitus submersus: nisi qꝛ
pplm dei non dimisit: nisi perualide quem tene
bat captiuũ: et in moyse diuinũ contempsit pce
ptũ? Nonne vox tonãtis iusticie fuit: ne peccan-
tes auertamur ab ipso: quã per moysen ĩ deute
Deute. 32. ronomio emisit/dicens: Uidete ꝙ ego sim solus
et non sit alius deus pter me: ego occidã/ ꝛ ego
viuere faciã: pcutiã/ꝛ ego sanabo: et nõ est q̃ de
manu mea possit eruere. Si acuero vt fulgur
gladiũ meũ/et arripuerint iudiciũ manus mee:
reddã vltionem hostibus meis: et his qui ode-
rũt me/retribuã. Inebriabo sagittas meas san-
guine: et gladius meus deuorabit carnes. Idẽ
Psal. 7. et per dauid clamat: Nisi cõuersi fueritis/gladi
um suũ vibrabit: arcũ suũ tetendit/et parauit il-
lũ. Et ĩ eo parauit vasa mortis/scꝫ homines pec
catores: sagittas suas ardentibus effecit. Et in
Mat. 18 euãgelio: Nisi conuersi fueritis: et efficiamini si
cut paruuli non intrabitis in regnũ celoꝝ. Et
Luce. 13. alibi: Nisi penitentiã egeritis/ omnes peribitis
Que sũt he voces/nisi pcedentes a throno iu-
sticie dei: q̃ sũt he voces/nisi cõminatões/pmoni
tiones/admonitiões: ne auertamur a deo/vnia-
mur deo? Quot voces premonẽtes/etnũ ve cõ-
minãtes ĩ diuia scptura reperiũt: deficeret ĩ enar
rãdo temp⁹ potius ꝙ̃ scptura. Quibus ergo p̄e
terq̃ ipsis imputabunt mali/et puniti/obstina-
ti et inconuersi: q̃ tot audiũt voces premoniti?
Procedũt etiã voces a noiato sepius throno:
id ẽ certissime rationis sup manifestis iusticiis
atqꝫ iudiciis/nostre mentis caligãtibus ocul' oc
cultatis. Nã erit plerũqꝫ manifesta punitio: cu-
ius ratio sepe latet: qꝛ puniti hoĩs culpa non pa
tet: ꝙ si culpa esset in patulo: mens non esset ĩ li
tigioso iudicio: nec quereretur quare tãtũ esset
punitus/ si cognitus fuisset malignus. Facili-
ter nãqꝫ quiescit humana sententia/cum notuꝫ
reum punit. Sed videt atqꝫ credit iustum seu in
nocentem sollicitari flagellis: ipsa nõ cessat pe-
nitus a querelis cũ ipso aut sine ipso. Sed quã-
tum se nostre mentis intelligentia feret: facia-
mus de vocibus rationes: vt mens hominum
accusando deum quiescat: et summã iusticiam
summa diligentia diligat/ veneretur atqꝫ perti-
meat. Affligntur plerũqꝫ boni cum malis/ aut
sine malis: quia male dissimulatur a peccato-
ribus arguendis/ab ignaris docendis/a disco-
lis monendis/ab improbis obiurgandis/ab er
rantibus corrigendis: aut cum tedet laboris:
aut quia verecundia detinemur: aut inimiciti-
as ex hoc puenire causamur: aut ne in tempora
libus quomodolibet noceãt: ne non habita im
pediamur acquirere: aut habita phorrem⁹ amit
tere. Et qꝛ talibus parcimus: iuste hanc amarã
patimur vitã: quã dulcem in aliis nolumus con
tristare. Quod si forte ad corrigẽdũ ppt captã
dũ tempus in suo tempore corrigendi fiat dila-
tio: non malignitatis/sed charitatis operi ascri
batur: dũ tamen tempus veniens non pretere-
at a correptione vacuũ/quod ad hoc fuerat ex-
pectatũ. Quod si pterit/non iniuste flagellat: ꝙ
sic preterire q̃ potuit/non corrigendo permisit.
Nec tamen ab huiusmodi culpa noscit eẽ liber/
qui prelatus non est: aut super aliis societate ac
necessitudine coniũgitur/si suo modo nõ arguit
quod peccatur. Iure igitur pariter puniuntur
cum eis qui societate delectati/ socios nõ argu
unt in delictis. Alia vero flagelloꝝ causa subne-
ctitur: cũ aliqualis amor vite huius regnat ad-
huc in eis qui boni sunt. Et licet non agãt cum
malis similem malam vitam: diligunt pfecto ca
ducã. Adiungitur causa diuine percussionis vti
lior: cũ deus hũc mundũ tot repleuerit miseriis
atqꝫ molestiis: vt etiã qui boni sunt /inuoluãtur
in eis: vt argumentũ sit nolle laborare aut pati
p mundo: qui amicis et inimicis in deficiendo
et inferendo aduersa illudit. Probationis no-
stre mentis ad deũ causa feriuntur pleriqꝫ: vt in
ipsa passione an magis deũ/an magis tpalia di-
ligamus appareat: et sibi animus ĩnotescat pa-
tiendo probatus/qui non patiẽdo extiterat im-
probatus: et tonsionibus qualis est seipsum co
gnoscat/qui ante sibi incognitus erat. Quomõ
si tribulatio non esset ad bonos/vir iustus dice
re poterit: Probasti cor meũ et visitasti nocte: [...]
igne me examinasti: et non est inuẽta in me ini-
quitas: et ppter verba labiorũ tuorũ ego custo-
diui vias duras. Et neglecta et multis et a mul
tis et p multis disciplina verberum aduocauit:
vt durioribus arceatur/qui leuibus non dedit
assensũ. Oportebat etiã mundũ erudiri per bo
nos: et ipsos in mundo isto instrui: vt paterẽtur
magna et exquisita tormenta propter Christũ:
qui tanta priusqꝫ boni essent: aut per cõparatio-
nem qui adhuc mali sunt: patiuntur propter au
ruꝫ. Et gratiã oportebit preferri nature maiori
preconio verberum: cum in natura et propter
ipsius dulcedinem multi non effugerũt verbe-
ra flagelloꝝ. Et necnon superna et ineffabilis
eternaqꝫ vita suos athletas talibus examinati
onib⁹ volebat exactos: per cõparationẽ ad istã
que suos vexationum non habebat ignaros: et
confunderentur hui⁹ seculi dilectores: qui gra-
tulabantur pro aliqua re perfunctoria sustinu-
isse penã: cũ viderent bonos pro alia paratos
perdere vitam. Et arcenda penitus erat posses-
sorum ꝛ non habitorum humana cupiditas: vt
deficiẽte facultate sanctior fieret ipsa volũtas:
que nunqꝫ fieret nisi adesset ipsa paupertas. Et
si inter ipsa tormenta non habet quispiã quid
amittat: saltem confiteatur paupertatẽ/ꝛ christũ
qui vapulat. Subrogãtur cause plurime supra-

dictis: vt pius pium videns afflictũ/ laudet se-
cretũ ⁊ diuinũ iudiciũ. Nec impius aut quilibet
a christo quomodolibet alienus / adulationib⁹
inuitãd⁹ erat ad deũ: si christi serui nulla paterẽt
discrimina: si florerẽt ⁊ exultarẽt gaudijs inter
mundi prospera amena: sed ꝓbata virtute abdi
cationis ⁊ passionis christo erat vniendus / qui
totus est virtus. Adhuc aũt ipsa diuine iusticie
bonitas libentius hic q̃ alibi suos tribulationi
bus purgat: ⁊ si nõ ad totũ/ saltẽ ex ipsis minuit
alias penas. Merito etiã laudãdus erat deus ⁊
hõ christ⁹ de⁹ in sctis suis: q̃ multis penis int-
minatis pluribusq̃ illatis/ magis elegerũt seipsos
ꝑdere q̃ deũ negare: aut ĩ penis ĩ modico mur-
rare: vt deũ eoꝝ ⁊ oĩm dñm eẽ ꝯfiterent ĩ aduer
sis: quem mali etiam moribus ⁊ verbis recipro
cato periculo negauerunt in prosperis. Notari
⁊ nempe differentijs oportebat presentis vite ꝑ
amorẽ ciues pariter ⁊ superne: q: hec suos q̃rit
floridos/ ⁊ a tribulationibus alienos: illa vero
hic suos despectos ⁊ tribulationibus implica-
tos/ demũ ꝑ mortẽ ĩ superis inferendos. Nam
⁊ si serui dei nihil paterent aduersi: multi ei⁹ ser
ui fierent/ non ob aliam causam nisi vt pericula
deuitarent. Et nescio in quo electoꝝ ⁊ reprobo
rum seruorum dei ⁊ demonũ in moribus esset
diuersitas/ si oĩbus cõis eẽt amenitas: nullaq̃
adesset diuersitas. Nec nõ ⁊ exẽplo ꝟtualis vite
docetur: q: recẽtes ⁊ vsui apte animaliũ carnes
nullo ꝓueniente fetore/ sale condiunt: ne scate-
ant vermibus: multo magis boni/ ne in virtuti-
bus ocio marceant/ aguntur aduersitatib⁹. Et
in omnibus his iusticia dei reprehendi non po
test: quia iuste si reprehenderet iusticia/ vera nõ
esset. Nam cũ iustus iniuste ab homine patit/ in
iuste a deo ad patiendũ ꝑmittitur: sed de occul-
ta iusticia eius procedit aliquid/ cuius non inno
tuit causa: sed nec quia innotuit iusticia vni⁹ dei
⁊ iusti. Juste igitur fecisse in talibus diuinam iu
sticiam debemus credere: q̃uis ⁊ mens nostra
non possit ꝑcipere. Quid de abortiuis viuis et
animatis: quid de infantibus inter christianos
natis: q̃ nondũ regnaturi sunt ꝑ baptismũ: quo-
rum punitio est ꝑ diuinũ regimen ⁊ descensus
ad limbũ? Quid de eoꝝ penis/ quas languescen
do patiuntur dum infirmantur: cum nihil actu
ale fecerũt vnde mereantur? Nec etiã more ad-
ultorum eruditionẽ suscipiunt dũ patiuntur: q̃-
uis vident/ admirent/ ⁊ terreant. Quid de his q̃
q̃uis adulti/ nunq̃ habuerunt rationis vsuz: sed
velut amentes vixerunt: ⁊ quod sustinẽt/ nõ me
ruerũt? Quid de his ad lucem vite deductis: in
q̃bus natura defecit in multis: aut supra ordinẽ
eius superfecit in membris? Qui ordo licet diui
us in naturante iusticia. Quid de infantibus a
q̃buscũq̃ aut qualitercũq̃ innocẽtibus: ⁊ si nõ
ex originali peccato/ saltem ex actuali ⁊ cogita-
bili: quia cum impijs peccatoribus ꝓpinq̃s aut
carne remotis: quia aut terremotu/ aut excidio/
aut depopulatione/ aut ab igne vrente/ aut ab
aqua inundanti per maria seu torrẽtẽ per flu-
mina super carceres: ⁊ quecũq̃ ꝑicula pariter q̃
sunt passi: qui moribus ⁊ animo semper fuerũt
diuisi: aut cõsyderatis paruulis nunq̃ vniti: q̃d
de huiusmodi oportet dicere aut declarare: nisi
ad diuina volumina cum humilitate recurrere?
Ait certe scriptura: Judicia dei abyssus multa: Ps. 35
q: sicut abyssus multa vorago est impenetrabi
lis: sic iudicioꝝ iusticie dei/ ratio ẽ imperscruta-
bilis. Que vox de throno procedẽs iusticie/ ser-
nabit animos hominũ/ in diuersitate tantarũli-
bet actionũ: cum iustus iustã causam in iudicio
agens succumbit: ⁊ iniustus ꝑ iusticiam ꝓpter
litigium vocatam iusticiã obtinebit: in quo dis-
crimine iudei se protegunt: quia dei filiũ interfe
cerunt/ dicentes: Nos legem habemus: ⁊ ẜm le Joã. 19
gem debet mori: quia filiuz dei se fecit. Euadit
plerũq̃ fur debitum sibi laqueũ: ⁊ iustus ⁊ inno-
cens traditur ad suspendium. Comprehẽditur
qui nõ peccauit: ⁊ q̃ peccauit/ patuit tuta fuga.
Preualet homicida: ⁊ occidit tutor vite. Spo-
liatur vestiens nudos: ⁊ de velleribus nudi vesti
tur expolians pauperẽ. Pauperꝝ hospitis incẽ-
ditur domus: ⁊ predonũ habitacula intacta ma
nebunt. Grandine seu hostiliter paupis destru
itur vinea: crepat vehes/ ⁊ vinũ effundit. Dissi-
patur plerũq̃ cisterna eius qui sitiẽtibus ꝓpina
bat: nec talia eueniũt qui hominũ sanguinẽ bi-
bunt. Carceratur q̃ soluit ⁊ visitat compeditos
⁊ q̃ tales carcerat/ liber abibit. A deo aut ab ho
mine infirmabitur fouens infirmos: ⁊ infirmãs
sanos sospes erit. Arcebit fame famelicos pa-
scere volens: preripientis vitaz impinguabitur
ager: ⁊ horreum plenuz erit. Natus ⁊ nutritus
in infidelitate plerũq̃ baptisma suscipiet: bapti-
zatus ꝟo negabit moribus christũ. Male ĩcho
ans adipiscetur bonũ finem: ⁊ bene inchoãs cõ
fundetur. Alius querit ocia ⁊ implicat inuitus:
⁊ alius repellitur ab actu voluntarie implicat⁹.
Alius dum defendit/ offenditur: ⁊ alius defẽdi-
tur dum offendit: alius periclitatur fame: alius
euomit saturitate: alius sitit: alius ebrius est: ali
us diues ⁊ subsannabit pauperes: alius pauper
vix fouet seipsum. Alius orbus liberis censabit
heredibus alienis: alius circũfultus natis vix
alimentabit eosdem. Alius innocẽs ⁊ ignarus
in aliena torquebitur causa: ⁊ qui deliquit/ a tor
toribus erit liber. Alius nil mali conscius/ vt no
cens inuenitur: in tortionibus erit: fortassisq̃
morietur: cui ꝓ quo torq̃tur/ astabit ridens: aut
ne capiatur/ q̃ret securã viã euadẽdi. Amatoris
reipublice publicabuntur bona: possidebit illa
correptor populi. Quis talia dinumerare pos-
set? Multiplicantur talia sup arenam maris/ ca
pitisq̃ capillos. Quõ igitur cessabim⁹ a q̃relis?
Quomõ exclamabimus ad deum? Quis quieta
bit animas nostras? Quis amplexabitur iustici
am in suis effectibus tã diuersam? nisi cũ Aplo
dicamus: O altitudo sapientie ⁊ scientie dei/ q̃ Ro. xi
incomprehensibilia sunt iudicia eius/ ⁊ inuesti-
gabiles vie eius. Aut quis cognouit sensũ dñi?
Aut quis consiliarius eius fuit? Quis es tu ho-

Esa.29. mo vt respõdeas deo? Nunquid potest vas di-
cere actori suo: en me figule cur me fecisti sic?
aut opus factori suo: non intelligis. Sed hic so
lum est adoranda diuina iusticia: quia hoꝝ non
modo/sed in futuro erit scientia: qm̃ iusticia dei
deus est: ⁊ deus infinitus totaliter est: quẽ com
prehendere humana fragilitas nõ potest. Deo
aũt demus iustam iusticiã: nobis aũt ignoran-
tiã tribuamus. Sicq; quiescamus a talium dis-
cussione: si coram deo esse volumus sine offen-
sione. Temerarius est seruus/qui totam secre-
torum dñi voluntatẽ exhaurire festinat. Et su-
perbissimũ est nobis sub celo querere/quod su-
per celũ reseruatum est scire. ¶ Necnõ ⁊ a se-
pius fato throno tonitrua terrentia ꝓcedũt: q̃
hominũ animos concutiunt/conturbãt: admi-
rari faciũt ⁊ pauere. Sed que sint ista tonitrua
tam tremende super nos sonantia/videamus.
Tonitrnũ ꝑsonat auribus nostri cordis: cũ ni-
si baptismi sacramento renatus saluus esse nõ
possit: ꝙ tanta multitudo infideliũ non baptiza
Jobe.2. ta perit. Sed qm̃ scriptum est: Omnis q̃ inuo-
cauerit nomen dñi/fide scilicet ⁊ opere: saluus
Ro.10 erit. Et apostolus dicit: Quomodo inuocabũt
eũ in quẽ non crediderũt? Quõ credent ei quez
non audierunt? Quõ audient sine predicante?
Quomodo p̃dicabunt nisi mittant̃? Ex quibus
sane verbis excusari videntur si non inuocant:
quia non credunt: si nõ credunt/ q2 nõ audiũt:
si non audiunt/q2 eis non est predicatum. Pre-
dicatores ꝟo non excusantur: quia nec a deo/
nec ab ecclesia pleno ⁊ conuenienti studio missi
sunt. Quod humana ratio atq; iusticia diuina/
rationem ⁊ iusticiã non intelligens/cõqueritur
dicens: O si p̃dicatum esset eis/forte crederẽt/
⁊ inuocarent/⁊ salui fierent. Et si sonus ⁊ pre-
dicatio apostolorũ exiuit in omnẽ terram: et si
miracula facientes fuerunt per omnẽ mũdi pla-
gam: forte non omnes crediderunt: forte ꝙ ver
borum semina non remanserunt. Et multa p̃te
rierunt tempora: vt sint tradita memorie q̃ fue
rant ex fide. Quod si modo forte per predicatio
nem impeterent̃/forte cõuerterent̃. Et cũ null9
possit venire ad christũ/nisi trahatur a patre:
quare nõ trahunt̃ ad christum/ad quẽ facti sũt:
vt nõ descẽdãt in infernũ/ ꝓpt̃ quẽ facti nõ sũt:
cum nullum deus pater creet ad penam: q̃uis
omnes non ꝑcipiant gloriã? Et si credituri nõ
essent vt venirent ad veniam: angitur nunc ani
mus iusticia tali. Cur ergo deus creat tantam
multitudinẽ/in eternũ demonibus sociandam?
Nõne ergo iniquitas apud deum? Absit. Et de
infidelium paruulis questionis nos aura con-
turbat: vt si adulti qualificati vitijs/donum fi-
dei non merentur: quare eorum damnant̃ par-
uuli/q̃ non peccauerũt? Sed non inter christia
norum paruulos viuos morientes ante regene
rationẽ/⁊ infideliũ paruulos decedentes meri-
torum distinctio: cum sit equa vtrorũq; condi-
tio. Quia sicut ex christiano non nascitur chri-
stianus: ita ex infideli vt infidelis est/non nasci
tur infidelis: q̃uis ex primorum parentum ꝓ-
pagata ꝓpagine nascitur quisq; cũ macula pec
cati originalis: his solum exceptis q̃ sanctifi-
cationem in vtero spũssancti gratia susceperũt
aut suscepturi sũt. Sed ne huiusmodi tonitrui
questio trahatur in longum: decens esset vt eã
possibilis responsio terminaret: sed non est
possibilis responsio questioni cuius ignota est
ratio: nihilominus cum fide/humilitatis deuo
tione/cum charitate: non ad plenũ/sed scintilla
riter aliquid declaremus. Cum deus sit summe
iustus/summe optimus/summe sapiens/ sũme
misericors/summe potens: omnia irreprehensi
bilia facit: sed humana presumptio se vltra suũ
terminũ extendens/diuina opera reprehẽdit.
Nam cum deus sit summe iustus/ nihil iniustũ
facit: sed omne quod facit/eo ipso iustũ est quo
ipse facit: quia nihil seipso/⁊ a seipso/⁊ ꝑ seipsuz
est iustum: vt deus extra seipsuz inueniat aliq̃d
iustum: ⁊ illud operet̃ quod faciat iustum: sed a
factione dei iusta sunt facta dei. Et cũ nihil ſm
Job/in terra sine causa subrogabitur: igit̃ cau
sa nobis ignota cur sic procedit ex deo iusticia
iusta. Cũ sit summe optimus/bonũ opat̃ absq;
admixtione contrarij: cum sit summe sapiẽs/nõ
errat in opere: cum sit summe misericors/ nihil
facit impie: cũ sit summe potens/ordinẽ vniuer
si/pulchritudinẽ iusticie/ magnitudinẽ imperij
sui dehonestari per aliquod iniustum nõ sinit.
Et intantũ hec omnipotenter custodit: vt ea q̃
fiunt ab hominibus peccando deformia: cum
eis ordo vniuersi seruatus permaneat: iusticie
pulchritudo nõ turpeat: ⁊ imperij magnitudo
in sua honestate subsistat. Juste igitur infide-
les sic in infidelitate moriuntur: q2 soli deo no-
ta est causa ꝙ non reuocantur. Et cum questio
fuisset excogitata verbis/⁊ scriptis ventilata ꝑ
multos: cur deus non ante ꝓuiderit generi hu-
mano: vt filiũ suũ citius mitteret: in quo ipm̃ sal
uare disposuerat: responsio statim esset irroga
ta. Quia ſm apostolũ/nondum venerat plenitu
do temporis: nondũ mũdus ad ipsum recipien
dũ fuerat aptitatus: nondũ homo lapsus se pro
bauerat/per seipsum non posse resurgere: si sta
tim affuisset releuans manus. Nonduz tantus
dñs ſm decentiam fuerat proclamatus: nondũ
pena culpe cõparabatur: nondũ eijciẽdus erat
princeps huius mundi/cui se voluntarie manci
pauerat: ꝓpter quod iuste diabolus eum tãto
cursu tẽporis detinebat. Et pctm̃ in lege natu-
re meruit/vt deus filiũ suũ differret: a quo pec-
cato nulla hoĩs adulta ratio ꝑ ignorantiã excu
sationem valeret habere. Que lex scp̃ture ori-
ginali mũdo insonuit in finẽ: ⁊ mũdus ille cõtra
legem nature peccando/dignas penas sustinu
it. Nam si originalis mũdus excusari potuisset:
iniuste deus tã crudeliter castigasset. Que lex a
tẽpe noe vsq; ad moysen nisi lex nature insiste-
bat hoĩbus: ꝯtra quã legẽ in pluribus ⁊ a pluri
bus offensus est de9? Quaꝝ rñsionum efficacia
satis cõpetit cũ supradicta q̃stione/q̃ de infideli

bus ventilata ꝑ aliquos fuit. Et certissime tene-
amus nullum infidelẽ/nullamq; infideliũ multi
tudinẽ nõ vocari/nisi causa iustissima: nullũ vo-
cari nisi diuina misericordia. Et magnũ siquidẽ
tonitruũ de dei ꝓcedit iusticia: ꝙ de christi passi
one q̄ causa salutis est omniũ/prius damnatus
est iudas ex iusticia q̄ȝ petrus saluatus ex miseri
cordia. Et penaliter sedens in crucis throno i-
iuste/iustissimus index sententiã misericordie ex
Lu.23 verbis expressit: cum latroni dixit: Hodie mecũ
eris in paradiso. Justissime vltricis sentẽtiã ta-
cendo ꝑfecit: cum aliũ reseruauit eterno suppli-
cio. Tonitruũ magnã admirationẽ incutiẽs/de
sede iusticie tonat: cum post susceptam dignissi
mam christi fidem statim hereses surrexerunt:
Quod statim soluitur/ si ad apostolũ recurrat:
1.Co.11. q̄ dixit: Oportet hereses esse: vt qui ꝓbati sunt/
manifesti fiant in nobis. Oportebat ecclesiã im
probari ꝑ fidei sectas: vt appareret ei⁹ sana do-
ctrina: q̄ dogmata ꝑuersa queq; ꝯfundit. Et he
reticorum impugnatio mõstrat in ecclesia/q̄ sit
vitalis ⁊ vera doctrina. Cur autẽ tanta difficulta
te/tanto periculo hominũ/sanguine tanto fuso/
tanta diuersitate moriendi/fides christi mundũ
cõuerterit: animus hominũ sub tanto tonitruo
se cõturbat. O si cõsyderamus q̄d in seipso ca-
put nostrũ christus fecerit: nõ turbabimur q̄d ĩ
membris suis in posterũ egerit. Nã ipse caput
nostrum noluit in potentia orbem transforma-
re terrarũ: qui nõ in multitudine graui ⁊ forti/sȝ
per virginẽ ingressus est mundũ: non regias so
cietates/non ciuitates munitas accepit: nõ re-
gio apparatu apparuit: sed vilis ⁊ pauꝑ ab ho-
minibus reputatus. Qui proximus passiõi sub-
misit omnẽ visibilẽ potentiã: semetipsum volun
tarie tradens in manibus peccatorũ. Et petro
humana vtẽti potentia/prius pie increpato/ po
Mat.26. stea dixit: An nõ possum rogare patrẽ meum/et
ipse exhibebit mihi modo plus q̄ȝ duodecim le-
giones angelorũ? Quõ ergo implebunt scriptu
re ꝓphetarum? Quia sic oportet fieri. Et ꝑ oĩa
vt malefactor tractat⁹/in se mortis accepit sen
tentiã indilate traditam factioni: ⁊ ꝑ mortẽ dele
uit mortem: ⁊ chirographũ decreti quod erat
inter nos ⁊ diabolũ/tollens de medio deletum
affixum cruci: ⁊ redemit in sanguine: q̄ solo ver-
bo/immo velle poterat liberare. Que igitur fuit
ista iusticia: vt innocens ꝓ nocentibus tradere
tur: affligeretur iustus ꝓ iniquo? Sed cum non
esset iustũ q̄ȝ christus sic pateret: iustũ tamẽ fuit
vt diabolus ꝓpter audaciã plus petendi ab eo
in quo nihil habebat/id quod tenebat/ amitte-
ret. Unde ipse saluator ꝓdixerat ante mortẽ su-
Joã.12 am/quod est in sua morte ꝑfectũ: Nunc iudiciũ
est mundi: nunc princeps huius mũdi eijcietur
foras ꝓpter iniusticiã plus volẽdi. Propterea
Joã.14. ⁊ alibi ipse saluator dixit: Uenit enim princeps
mundi huius: ⁊ in me nõ habet quicq̄ȝ. Igitur q̄
legis/itellige. Si caput in humilitate ingressus
est: quõ aliter q̄ȝ ꝑ humilitatẽ ꝓdicabit ⁊ annun-
ciabitur credituris ⁊ nõ credituris: nisi ꝑ vilita-
tẽ ingressus/siue ꝑ stulticiã crucis: quã sic appel
lat reprobus mũdus? Quõ ꝑ sapientiã aut ma-
gnificentiã/aut quamcũq; sublimitatẽ: nisi ꝑ cõ-
traria mũdo ꝓdicabit christus? Propterea in-
quit ad Corinthios Paulus: Nos predicamus 1.Co.1.
christũ crucifixum: iudeis q̄dem scandalũ/genti
bus aũt stulticiam: ipsis aũt vocatis iudeis atq;
grecis christum dei virtutẽ atq; sapientiã: quia
quod stultũ est dei/sapientius est hoĩbus: quod
infirmũ est dei/fortius est hoĩbus. Uidete enĩ
vocationẽ vestrã fratres: q2 nõ multi sapientes
ꝭm carnẽ/nõ multi potentes/nõ multi nobiles:
sed q̄ stulta sunt mũdi/elegit deus vt confundat
sapientes. Et infirma mũdi elegit deus/vt ꝯfun
dat fortia: ⁊ ignobilia mũdi ⁊ cõtemptibilia ele-
git deus/⁊ ea q̄ non sũt: vt ea q̄ sunt destrueret:
vt nõ glorietur omnis caro in cõspectu eius. Ui-
de igitur ⁊ cõsydera ꝑ quã iusticie portaȝ deus
voluit ingredi ad mentem humanã. Infallibili
ter ordo diuine iusticie req̄rebat: vt christi vir-
ginalis natiuitas ⁊ immaculata/ꝑ virgines im-
maculatos ꝓdicaretur: vt eius doctrina supra
vsum ꝑ hoĩes insolitos doceretur: vt passio sua
ineffabilis ꝑ passiones ineffabiles notaretur: vt
mors vnius omniũ eternã mortẽ ex seipsa de-
struens/ꝑ mortẽ plurium cognosceretur: ⁊ san-
guis christi ꝓ oĩbus fusus/hominuȝ sanguine
cõpensaret. Nec christi fides aliter in orbe ter-
rarũ introducenda erat/q̄ȝ fuerit ꝑ verum deuȝ
⁊ hominẽ introducta. Inualidior fuisset fides:
nisi hoĩm cruore/⁊ tyrannorũ fuisset consecra-
ta terrore. Nec expediebat omniũ regi regum/
vt statim ex fide reciperetur: ⁊ virtus fidei non
ꝓbaretur. Et q2 introducebat in orbẽ terrarũ:
quod vsus nõ habuit: natura nesciuit: rõ igno-
rabat: ꝑ intellectũ mens nõ capiebat humana:
rõnis ordo poscebat: vt ꝑ inusitata/ ꝑ nature cõ
traria/ꝑ rõni humane nõ consona/ꝑ incõꝑhẽ
sibilia intellectui/christus ⁊ eius fides declara-
retur. Expediebat oĩno ꝭm dispositioneȝ sũme
iusticie/vt mors morti christi testimonium da
ret: vt q̄ mortuũ ꝓdicabant per mortem destru
xisse mortẽ/⁊ attulisse vitã: q̄ ꝓ tali mortuo mo-
rerentur: ⁊ experirentur mortẽ ignominiosam/
quam a christo ꝓdicabant susceptam: ⁊ q̄ pate-
rentur ꝓ passo/quem sic passum volebãt ab ho
minibus credi: ⁊ q̄ sanguinẽ funderent huma-
nũ/q̄ ad credendũ inuitabant mundũ fusum fu
isse sanguinẽ in cruce diuinũ. Et q̄m in nouã vi
tam ꝑ christũ transformandus erat mũdus: id
fieri oportebat ꝑ nouũ moriendi genus. Euan
geliũ nãq; christi docuit mundũ quod ignora-
bat: persuasit ei quod nolebat: cõpulit credere
⁊ amare crucẽ ⁊ mortẽ/quã ipse mundus horre-
bat. Quõ ergo reciperet tanta nouitas: nisi fu-
isset in ꝓmitiuis christiferis tãta patiendi volun
tas/⁊ actualiter tãta penalitas? Jure igitur ꝭm di-
uine iusticie ineffabilẽ rõnẽ sicq; actũ est: euãge-
liũ ꝓdicatũ: regnũ dei ãnũciatũ: christ⁹ adorat⁹
fides suscepta: vita christiana pro eterno regno
pacta: idola destructa: ⁊ vni deo exhibita latria:

Tonitruat de ſede iuſticie/quod nimiꝝ hūanas
cōmouet mentes: cur chriſtianitas a chriſto nō
ꝓtegitur: ꝙ plerūqꝫ ab ipſis infidelibus ꝓpulſa
tur: vt innumerabiliū hominū mortes/ciuitatuꝫ
deſolationes euenerūt. Cur ⁊ in ſeipſa chriſtia/
nitas ſe laceſſit: vt regnū inſurgat aduerſus re/
gnum: gens ꝯtra gentē: ciuitas ꝯtra ciuitatem:
ꝓgenies aduerſus ꝓgeniē: homo aduerſus ho
minē? Cur diſciſſa partialitatibus guelfinis et
gibellinis/vocabulis friuolis ꝑ diabolū intro/
ductis? Cur partita eccleſia ī imperialibꝰ? Que
bellandi cauſa: que certādi ratio: cum chriſtia/
nis bellare non cōpetat: niſi ꝓ fide chriſti/⁊ mo
ribꝰ fidei/aut ꝓ eterno regno? Ad q̇d huiuſmo/
di ſeua bella/feroces hominū turme? Ad q̇d te/
lis ex aduerſo ſe impetunt? Cur hoīm actiones
ad crudelē mortē ſe pacto conſtituūt? Ad q̇d tri
ſtem dum moriuntur homines/dant ſonitū tu/
be? Ad quid buccina diſtincte ꝓclamitat/ vt vi/
uentes ad mortē conueniāt? Ad quid ſonitꝰ or/
ganorū ⁊ vniuerſi generis muſicoꝝ: dum in bel
la homines infeliciter moriuntur? Et que inuē/
ta fuerunt ad gaudia/in ſceleratiſſimis funeribꝰ
audiuntur. Concurrūt de vniuerſis ꝑtibus ſtre
nui bellatores: ⁊ ad occidendū a quibus leſi nō
ſunt/ſtipem infelicē recipiunt: ⁊ grigia damno/
ſa ſectantur. Que occidendi ſuaſio? Quis finis
ledendi? Que iuſticia inter hoīes vētilata? Que
conſultorū ⁊ in conſilijs regnoꝝ ⁊ ciuitatū pro/
ponentiū/ ꝓclamantiū guerras/⁊ partita facien
tiū: vt innocentibus inferant violentias? Nam
aut ambe partes ex aduerſo cōſtitute/ habebūt
iuſticiā ⁊ bellandi licitam cauſam: quod eſt im/
poſſibile/ꝙ ꝓ vna re a duobus conſtitutis bel/
letur iuſte: aut ambo impetu feruntur ad bellū/
iuſticia ⁊ ratione carentes: quod ſepe cōtingit:
aut vnius cauſa tuitionis aut defenſiōis erit iu
ſtiſſima/⁊ alterius leſionis ⁊ inſultatiōis erit in/
iuſtiſſima cauſa: quod verius ⁊ plurimū ⁊ in plu
ribꝰ euenit. Quomodolibet ſe habeat ordo rei
omniū iniuſte pugnātiū: qui ſi certaminis impe/
tu moriuntur/eſt ſm̄ fidem manifeſta dānatio:
quia odio iniuſtiſſimo circūuenti/dum volebāt
occidere/occiduntur nulla correptione preuen
ti. Que eſt ergo iſta diuina iuſticia: vt ſic ad ſe in
uicem ſe effodiant chriſtiani: ſic vt in iſtis bellis
ad inferni profunda deſcendunt? Sed abſqꝫ eo
quod dn̄s in euangelio ꝑnunciauerit/debere ta
lia mundi finem ⁊ iudiciū ꝑuenire: dicens diſci/
21 pulis ſuis: Cū audieritis ꝑlia ⁊ ſeditiones/noli/
te terreri: oportet primū hec fieri: ſed nondum
ſtatim finis: Surget gens contra gentem/ ⁊ re/
gnū aduerſus regnum: alia reſponſionis cauſa
ſuboritur: ſi dignitas ⁊ ſublimitas fidei et vite
chriſtiane penſetur: ⁊ diaboli chriſtiani nomīs
inimici/ ſubtiliſſima indignatiōe odiū/ inuidia
⁊ aſtutia in chriſtianos ꝑ oīa ꝑſciatur: ⁊ quieta
bitur mens in tali tonitruo: ⁊ immēſas gratias
referet deo. Nā ſublimitas ⁊ dignitas fidei trā
ſcendunt humanū oīmode intellectū: inferunt
agibiles ſuos in ſupernū regnū: ⁊ chriſtianice

chriſtianicis ꝑ vnigenitū dei filiū repromittit
equalitas angeloꝝ: ſicut Mattheus ⁊ lucas re/ Mat
ferunt dn̄m dixiſſe/cū de reſurrectione queſtio Mar
haberetur: Erratis neſcientes ſcripturas. In Luc
reſurrectione neqꝫ nubent/neqꝫ nubentur: ſed
ſunt ſicut angeli dei in celo. Et angeli cuſtodes
noſtri ſunt. Et ideo deo mandante cuſtodiūt:
vt cuſtoditi ab eis cū eis ſeruent/ſi habent ali/
q̇d ſimile: vel acq̇rant/ſi vident ipſos oīno ca/
rere: non ſolū que gratie/ſed etiā in his q̄ ſunt
glorie. Necnon ⁊ dignitas vite ac fidei chriſti/
ane ſolū ſociat angelis/aut equat: ſed diuidit a
demonibus/⁊ ab infidelibus ſeparat: ⁊ reponit
in celo terrenos/ī ſuꝑmis partibus imos: clau
dit infernū: aperit celum. Cui dignitati ac eius
virtutibus demones inuidentes: ne ipſorū lo/
ca in ſuꝑnis ꝑdita capiamus/ac equalia poſſi/
deamus: aut ne nos intremus/vnde caſum ipſo
rū ex fide cognoſcimus: ſcientes ꝙ niſi ꝑ virtu/
tes paſſionis chriſtiqꝫ meritū/ſuperna nō capi/
mus: furorē potentie/deceptionē maligne pru
dentie/ꝑuerſitatē malicie in nobis ⁊ aduerſum
nos ſollicitare/imo excitare non ceſſant. Nam
excitant aduerſus nos pleriqꝫ infideliū ferita/
tem: vt eorū vexationibus occupati/non reſpi/
ciamus in authorē vite/cōſummationē ieſu/et
paſſionē eius. Ad cuius reſpectū apoſtolus ad
Hebreos loquēs/amātiſſime nos hortatur di/
cens: Deponentes omne pondus ⁊ circūſtans nos
nos peccatū/ꝑ patientiā curramus ad ꝓpoſitū
nobis certamē: aſpicientes in authorē fidei et
ꝯſummatorē ieſum: q̇ ꝓpoſito ſibi gaudio ſuſti
nuit crucē/omni cōfuſione ꝯtēpta. Recogitate
eū q̇ talē ſuſtinuit a peccatoribus ꝯtradictionē
aduerſus ſemetipſuꝫ: vt nō fatigemini animis
veſtris deficientes. Sed ne hoc fiat/ ꝑ infide/
les quādoqꝫ impediūt demones/friuole dicen/
tes: Bonū eſt ab infidelibus excitari: aut ipſos
ſollicitare vt armis pugnemus ad inuicē: q2 nō
peccamus ſi occidimus: ⁊ ſi occidimur/corripi
mur: licet iſta nō ſit intētio demonū. Quādoqꝫ
iſta penitus omittamus: reuertētes ad ea q̄ iter
ſeipſos chriſtiani ꝑagunt mala. Nā chriſtiani
tatis virtutes altiſſime ſunt: charitas/pax/hu/
militas/veritas/caſtitas/ paupertas/ abſtinen/
tia/oratio ſurſum ducens/penitentia deo recō
cilians/⁊ ſacramentū chriſti corꝑis purgās: ad
uerſus quas furie infernales inſurgūt: volētes
ſi poſſent abolere ꝑ totū aut impedire/ne produ
cantur ad actum: ꝙ a ſubtili mentis acumine
ac experimento cognoſcūt per ipſas ⁊ cuꝫ ipſis
nos regna captare celeſtia: vnde ipſi miſerabili
ter corruerūt. Quibus virtutibus infideles ca
rentes/plerūqꝫ demones nō impugnāt: nos cō
turbantes/⁊ ipſos pacatos dimittūt: q2 in eis
nullas virtutes agnoſcūt/q̇bus ad ſuꝑna feran/
tur/gratiam ꝓmerentes: non credentes ī chri/
ſtū: ſine quo nō/ꝑ quem virtus habet ⁊ meritū:
⁊ meritū reddit poſſeſſorē ad deū/aptitatqꝫ ad
regnū. Sed q2 vident chriſtianos his pollere
virtutibus: vt deſtruāt charitatē/cōmouēt homi

nū animos in alicui⁹ rei amorē illicitū: vt quod
debet esse cōmune/sit ꝓpriū: ⁊ sit meū quod de
bet esse tuū: ⁊ versa vice ꝑagif: ⁊ quod sit istius/
quod debet esse alterius: nascentur rixe/ discor
die/odia/ꝯuitia/opprobria/lites/contentiones/
schismata/inuidie/secte/maledictiones: ⁊ simi-
lia. His subortis pessimis causis/⁊ charitas ef-
fugiet de cordibus christianis: ac ꝑ hec ꝓcede-
tur ad bella: iniuste acies mouebūtur: propulsa-
bunf aliorum indebite fines: pax que bellare nō
nouit/longinquā appetet regionem. Et q̄ vna
pars aliā oīno supare cōtendit: fugabif humili-
tas/q̄ hoīm animos equat: veritas tollif de me
dio/cū insidijs ⁊ falsitatibus quis querit effice-
re quod nō erat a ṽitate ꝑmissum. Corrūpef ca-
stitas morū/ex societate corrupta: qm̄ huiusmo
di facinora querūt: q̄ cū virtute integritas nō
bellatur. Corrumpetur ⁊ castitas animoꝝ ex in
ordinato affectu: plerūq; castitas corpoꝝ turpi-
tudinis damna portabit: q̄ malū trahit ad ma-
lū/qui factor est eius. Et deuictis hostibus luxu
riabitur ꝑniciosa licentia: q̄ sibi obicē non vide
bit/stuprabit ad placitū virgines: viduis nō par
cet honestis: si pulchras esse cōspexerit/incestu
abit: plerūq; nuptas adulterabitur/ ꝓ nihilo re-
putans opprobria maritoꝝ. Aufugiet pauꝑtas
ab his q̄ alienis ditati sunt spolijs. In spoliatis
aūt nō merebitur pauꝑtas inuolūtaria: q̄ nūq̄
est vera/nisi fuerit leta. Abstinentia repudiabif:
q̄ nullū locū habebit parsimonia ciboꝝ/vbi ad
bellandū exq̄ritur ferocitas corporum. Silebit
oratio inter armoꝝ strepitus: ⁊ cū ipsa tendat ī
deū: nō verbis/sed mentis intuitu. Quō ergo fi-
et sancta aut grata erit oratio/cuius mēs nihil
aliud q̄ mala in ꝓximo meditatur? Penitentia
recōciliatiua nō erit: q̄ nō penitet ṗteritorū qui
aīo ⁊ corꝑe mala malis accumulat: ⁊ ad proxi-
moꝝ peiora ꝯstruif. Non erit cōmunio veri cor
poris christi: vbi mēbra eius ad ꝑnitionem aut
spoliationē seu depressionē cōueniant. Cōmuni
onē oportet habere cū ꝓximo/q̄ vult dignus fi
eri sacramēto: nec purgabit a delictis continue
delinquentē: sed si q̄s indigne interṗtaret acci-
pere: penā ⁊ iudiciū ſm apostolū/nō christi gra-
tiā mādūcaret. Luce clarius patet quare demo
nes magis christianitatē q̄ alias gentes exagi-
tant: vt virtutes christiferas tollant: aut eorum
actus impediant: vt finaliter nobis claudaf ce-
lū/quod ipsi ad cadēdū patulū habuerūt: ⁊ ape-
riatur infernus/ quē ipsi cū suis cōplicibus in
fine mūdi eternaliter inremotis repagulis ha
bebūt firmiter clausum: Et q̄ iudei merito pa-
tiuntur seruitutē/dispersionē/inclusionē: q̄ cō
tempserūt christū ṗdicantē/ morientē: iniustius
hec mala nos ꝯturbāt: q̄ per ꝑditos mores cō-
temnimus ipsum in celo regnantē. Et proscin
damur in nobis discisi a christo: diuidamur ī
nobis diuisi a deo: cōfodiamur ferro: q̄ quātū
in nobis est/peccatis nostris adhuc christū in
cruce configimus: q̄ hactenus ꝓ nostris pecca-
tis extitit corpore crucifixus.

De misericordia dei. Ca. XXVI

Fides diuina ꝑquirit: et eo virtuosior
est animus/quo q̄sita ꝑ fidem ab inue
stigatione rationis absoluit. Nec ali-
ter sentit de diuinis/nisi ꝓut sentiēdū veritas
summa mādauit. Et multi ad dei misericordiā
indebite animū subleuāt: idcirco de ipsa est fi-
de christianica disserendū: nō humana presum
ptione tentādū. Misericordia dei/iusticia dei
est: q̄ ipm̄ misereri iusticia est. Et iustū est sū-
mū ⁊ verū deū esse misericordia plenū: vt ex ple
nitudine sua/misericordia dei plena sit oīs
terra: quod psalmista canit: Misericordia dei Ps.32.
plena est terra. Sed aliū prestat legentibus in-
tellectū/cū dicif charitas dei/benignitas dei/
pietas dei/largitas dei/⁊ his similia: aliū cū di
citur misericordia. Nā misericordia ideo sic
appellata est: q̄ miseriā nostrā respicit: aut iam
habitā/vt auferat: aut futurā ṗuenit/vt non ve
niat. Que nr̄a miseria vel erit culpabilis vel
penalis: aut spūalis vel corporalis. Culpabilis
miseria primo fuit in angelis: que nō est dei mi
sericordiā cōsecuta: quia illoꝝ natura semel fu-
it vertibilis/vt a deo auersi nunq̄ ad ipm̄ ver-
terentur ꝯuersi/vt essent dei misericordiā cōse
cuti: q̄ licet respiciat auersum/nunq̄ datur nisi
ad ꝯuersum. Et statim post culpe miseriā secu-
ta est miserabilis pena/nunq̄ misericordiā cō-
secutura: quia non ad penitentiā reuersura. Ea
dem miseria fuit in parentibus primis: ⁊ iusti-
cie merito secuta est in nascentibus ceteris: et
suꝑ quā diffusa est dei misericordia: q̄ secuta ē
peccatoris penitentia/⁊ penalis ad tēpus vin-
dicta: ꝓ eo q̄ reuertibilis ad deū fuit humana
natura: ⁊ liberata est humana fragilitas a cul-
pa ⁊ eťna pena. Nā sua mīīcordia ꝓpiciat⁹ ē de
us ꝑ vnigenitū suū oībus iniq̄tatibus nostris: ⁊
sanauit oēs infirmitates nostras: ⁊ redemit de
īteritu vitā nostrā: nō auro ⁊ argēto/sed sangui
ne ꝓprio: iuxta Esaie ꝓpheticū dictū: Gratis Esa.52
venundati estis: ⁊ sine ṗcio redimemini. Et in ṗ
ma canonica sua Petr⁹ inq̄t: Scientes q̄ non 1.Pe.1.
corruptibilibus auro ⁊ argento redempti estis
de vana vestra cōuersatione paterne traditio-
nis; sed precioso sanguine quasi agni incōtami
nati ⁊ īmaculati christi iesu: ṗcogniti quidē an-
te mundi cōstitutionē: manifestati aūt nouissi-
mis tꝑibus ꝓpter vos/q̄ ꝑ ipm̄ fideles estis. Et
cū ipse deus ꝑ sanguinē nos redimeret/a pater
nis ⁊ ꝓprijs debitis solueret: contra originale
pctm̄ abluitiuū baptismatis instituit sacramen
tū. Et q̄ ſm apostolū ad Hebreos/ impossibi- Hebreo.6
le actū est peccantē post baptismū/ꝑ ipm̄ posse
recōciliari ⁊ reformari: sacra sunt alia instituta
vt ipis mediātib⁹ reformemur/mūdemur/ acce
ptabiles fiamus/in gr̄a placeamus/gloriā acq̄
ramus: q̄ statim abolita culpa ꝑ pniam/ aufere
tur pena ꝑ mīīcordiā. Et lʒ pena relinq̄f pur-
gatoria: de ineffabili misericordia dei ē q̄ iuxta
merita nō daf eťna: q̄ iuxta Dauid sniam/mīa
tor ⁊ mīīcors dn̄s/lōganimis/⁊ multū miseri- Ps.102.

cors. Non in ppetuũ/quia misericors est/irasce-
tur: neq in eternum cõminabitur: quia crudelis
non est. Non sm peccata nostra fecit nobis: qr
inferna ꝛ puationẽ sui meruimus. Neq sm ini-
quitates nostras retribuit nobis: quas innume-
rabiles fecimus: et ipse penitentibus non retri-
buit mala iratus. Quoniã sm altitudinem celi a
terra corroborauit misericordiã suam sup timẽ-
tes se: quia ipse celũ est/nos terra sumus: ipe de-
us verus/nos homies puri sumus: ipse iustus/
nos peccatores existimus. Idcirco suã seruãs
bonitatẽ eternã et indeficientem: quantum ipe
superaltatur a terra nostre iniquitatis/intãtum
miseretur nobis sue gratia pietatis: vt tamẽ mi-
sericordia firmetur tm̃ super eũ timentes: vt nõ
psumant dei timore carentes/et ad penitentiam
nõ reuertentes. Et quantũ distat ortus ab oc-
cidente/longe facit a nobis iniqtates nostras:
vt tãtũ iniqtates nostre si penitẽtiã susceperint/
longe sint a nobis pena dimissa: quor occidẽs
seu occasus est culpa cõmissa: quantũ ipsius cõ-
ceptio/natalis et vita/mos/doctrina/passio et
sepultura fuit sine admissa penit9 culpa. Et quõ
ps.102. miseretur pater filior/misertus est dñs timenti-
bus se: quoniã ipse cognouit figmentũ nostrũ.
Similitudinẽ paterne dilectionis in filiũ indu-
xit sermo dauidicus ad timẽtes. Pater nãq na-
turali amore fertur in filiũ: vt misereatur sibi p
offensionibus eius. Qui licet peccet/paternaz
dilectionẽ nõ extinguit in patre: quin velit filio
prodigo cũ reuertitur/misereri. Sic fons dile-
ctionis/et pater misericordiarũ/et totius conso-
lationis deus naturali amore misericordiã ex-
hibet timentibus eũ/et ex penitẽtia petentibus
illum: quia misericordia dei ab eterno ꝛ vsq in
eternũ sup timentes eũ: quoniã ipse cognouit fi-
gmẽtũ fragilitatis nostre: qui ex nulla nr̃a virtu-
te sustineri valemus/nisi sua misericordia solide-
Sap.4. mur. Hinc ꝛ sapientia clamat: Gratia dei ꝛ mi-
sericordia est in sanctos eius: et respectus i ele-
Sap.15 ctos illius. Et alibi: Tu aũt deus naturalit sua-
uis et verus es/patiens/et in misericordia dis-
ponens oĩa. Et miseretur oĩbus sibi volẽtibus
misereri: nõ superbia/sed humili volũtate. Mul-
ti eñ volunt misericordiã/retinẽdo pcti miseriã
et orant misereri: sed nolũt emẽdari. Superbia
maxima est petere misericordiã/et in vitijs vel-
le manere. Magna est nostra miseria: cum su-
mus in culpa mentis ex volito/aut in culpa cor-
poris ex actu puerso. Magna/cũ expetita pati-
tur aĩa penã: et corpus resoluitur in terrã/resu-
scitandũ in multis: nõ ad gloriã/sed ad gehen-
nam. Magna miƀia spũalis/cũ aĩa ignorat aut
peccat. Magna corpalis/cuz tot penalitatibus
corpus ipsum subiaceat. Propterea clamabat
Ps.50. Dauid: Miſere mei deus sm magnã miƀicor-
diam tuam. Quia vbi magna est miseria/opus
est magna misericordia. Igit ipa misericordia
(vt prefatum est) aut remouet inherentem mi-
seriam/aut preuenit ad futurã. Et ex ipsa miseri-
cordia detinemur ne cadamus: cadentib9 ma-
nus datur vt resurgamus. Ipa nos adiuuat/vt
vincamus: ipsa nos saluat/ne pereamus: ipa ex-
pectat dulciter/cum redire tardamus: ipsa por-
rigit manũ/dum petimus: aperit/cum pulsam9:
inuenit ipa bonũ quod querimus: reuocat/cum
erramus: vlcisci dissimulat/cum peccamus: su-
scipit hilariter/cum redimus: emollit cor ad pe-
nitentiã: cito dimittit offensam ꝛ peccatũ: factã
non tenet iniuriam: dat largiter gratiam: multi-
plicat datã: seruat multiplicatã. Miris ꝛ occul-
tis modis deus ex misericordia impedit/ne fiat
peccatũ: dat aduersa/vt purget pactum. Largit
prospera/vt ad amorem prouocet: dat sacramẽ-
tum/vt meritũ cumulet: dat precepta/vt donet
premia: ꝯfert gratiã/vt faciam9 illa. Ex ipa oĩm
deus pater punit citra ꝯdignum: non solum in
hoc muudo/sed ꝛ in inferno. Et plerũq pctorẽ
quem non preuidit ad gratiã reuersuruz/citiore
preuenit morte: ne diu viuendo peccata multi-
plicet: quor multiplicatiõe sua pena ꝯcresceret.
Dat supra petitũ: premiat supra meritũ: remune-
rat supra speratũ. O q̃ multiplex ꝛ magna ẽ mi-
sericordia dei: non multiplicans nec maiorẽ fa-
ciens deum. O q̃ bene q̇ ad ipam refugiunt. O
q̃ male qui non bene vtuntur: cum in pctis mul-
tis iaceant sub respectu eius. Plures peccãt p-
textu illius: et volunt diu egrotare in pctis sub
spe misericordie affuture: cũ nollent in corpore
chronice pati penas sub expectatione sanitatis
vẽture. O q̃ multi expetunt miƀicordiã: ꝛ ipsa ex-
pectata venit: sed expectãtes nõ inuenit: aut suo
tpe imparatos inuenit. Quid autẽ de iustis di-
cã? Non indigẽt misericordia? Sed inspice dili-
genter q indigent. Si sacre scripture textũ per-
quiras/cito ipsos indigere misericordia innote-
scet. Inqt Esaias: Oẽs iusticie nostre quasi pã-
nus menstruate. Uide igitur q̇d meremur ex iu-
sticia nostra sine misericordia: cũ taz sit vilis no-
stra iusticia reputata. Ipse saluator noster iusti-
cie ꝯfidentiã destruens dicit: Cũ oĩa bene feceri-
tis: fecistis quod debuistis: dicite/serui inutiles
sumus. Et apostolus: Non sunt ꝯdigne passio-
nes huius tpis ad futurã gloriã/que reuelabit i
nobis. Et ad Titũ scribens iterũ dicit: Non ex
opibus iusticie q̃ fecimus nos/aut facimus/seu
faciemus: sed sm suã misericordiã saluos nos fe-
cit. Et ad Philippenses iter de seipo nõ iustifi-
cato neq iustificando p iusticiã legis sue/sz per
iusticiã fidei ex misericordia dei dicit: Ut inueni-
ar in illo non habens meã iusticiã/que in lege ẽ:
sed illam q̃ ex fide est iesu christi: q ex deo est iu-
sticia in fide ad cognoscendũ illũ/ꝛ virtutem re-
surrectionis eius/ꝛ societatẽ passionũ illius: ꝯfi-
guratus morti eius. Que oĩa misericordiã/non
iusticiã nostrã clamãt. Quod ꝛ nos dicere pos-
sumus de iusticia noue legis: quã si vsq ad api-
cẽ minimũ ꝛ iota nullũ ptermissum seruaremus
vitã non mereremur eternã: neq opa nr̃a cau-
sa essent salutis: sed nostris opibus existentibus
bonis/misericordia dei salutẽ ꝛ ad salutẽ opera-
tur in nobis. Et idẽ apostolus dicit de seipo ad

1.Co.4 Corinthios: Nihil mihi cōscius sum: sed in hoc iustificatus non sum/ scz vt vitam eternā merear. Et ad Romanos ꝓ omnibus dicit: Non est volentis neqꝫ currentis/ sed miserentis est dei. Quid enī est/ non est volentis: nisi quia non sufficit desyderiū/ non affectus/ non volūtas quantumcūqꝫ excessiua salutis? Quid est/ neqꝫ currētis? Id est/ quantūcunqꝫ bene operantis opus. Quia non sufficit Abel iusticia sua: non enoch mūdicia sua: non Noe rectitudo sua: nō Abrae obedientia sua: non isaac diligentia sua: non iacob patiētia sua: non ioseph tribulatio sua: nō moysi mititas sua: non aaron sacerdotalis puritas sua: non iosue fortitudo sua: non caleph virtus sua: non samueli dedicatio sua: nō dauid saluauit similitudo sui cordis ad deū/ nec penitentia post peccatū: non saluauit salomonē sapientia sua/ et studiū in diuinis/ nec penitentia post peccatū: non heliam saluū fecit zelus: nō ezechiam fletus: non iosiā destructio idolorū/ et diuini reordinatio cultus: non ꝓphetas eorꝫ auctoritas: non machabeorū martyriū ipsos introduxit in regnū: nec iusticia zacharie vxorisqꝫ sue saluos illos fecit: nec symeonē senem expectatio: non longa castitas et oratio templaris vidue: non ioannis sanctificatio vterina/ et ꝓ veritate pena suscepta: non innocentes innocentia martyrū: non latronē sua confessio introduxit in celum. Idcirco dicit/ neqꝫ currētis: sed misericordia dei miserentis saluauit cū huiusmodi operibus bonis quemcūqꝫ saluatū. Sed fortasse mutabitur in talibus sententijs animus: habēs vnde excusationē conficiat/ dicens: Nondum christus erat mortuus: nondū resurrexerat a mortuis: nondū ascenderat in celū ipse qui dixerat Joan.3. Nemo ascendit in celū: nisi filius hominis qui ē in celo: supple ascenderit prius. Confiteor quia ita est: bene dicitur/ quia verū est. Sed declaratio sermonū dei et scripture illuminat mentes ignaras: paruulis veritatis intellectū infundit. Nam eadem sententia Pauli simpla ꝛ vna manet ad post mortē et ascensionē christi futuros/ sicut predecessores tenebat inclusos. Nam sane verum est: quia nondū crucifixus fuerat mortis morte destructor: nondū sanguinis preciū erat solutū: nondum vectes fracti fuerāt infernales: nondū de limbo sancti educti: nondum patuerat celū: nondū christus loca paraturus ascenderat. Sed his a christo pactis/ miserāte deo/ comitantibus operib⁹ bonis/ ascensionē christi precedētes/ ipsum preascendentē sequūtur: cum ipso sedente ad patris dexteram quiescentes. Sed in quo factum sequentes ꝛ posteros ad ascensionem/ audeo inferre sententiā: vt sanctificatā ꝛ sine peccato viuentē/ sanctā sancti sanctorū matrem nō excludamus: sed dicemus ipsam saluari: quia sanctificata ē: quia mater christi facta est: quia humilis: q꜡ virgo: quia omnib⁹ ornata virtutibus extitit. Et ꝙuis credamus virginē dei matrē a peccatorū vinculis liberā: non tamen credimus ipsam sine dei misericordiā ex ꝓprijs virtutibus iustificatā/ celoqꝫ insertā. Absit: neqꝫ ipsius bene currentis/ sed dei miserentis extitit ꝙ salua fuit. Et sic absoluimus/ a suis operibus non saluari dei matrē post filij sui ascensionē celestia regna petentē/ nisi per deū miserentem. Quid dicem⁹ de apostolis ꝛ martyribus/ quid de virginibus ꝛ confessoribus: quid de ceteris iustis? Quid de paruulis qui nihil merent: ꝛ in aliena fide captantur: qui post christi ascensionem salui facti sūt? Multorꝫ quorū merito patrocinari querit ecclesia: ipsosqꝫ veneratur digna honorificētia: ꝛ quorꝫ honore construxit ꝛ templa: nisi quia nō suffecerunt opera iusta: vt eos saluaret solum ipsorū iusticia/ sed dei misericordia? Ideo neqꝫ volentis neqꝫ currentis: sed ꝙ quis saluus sit dei est miserentis. Fecimus quod debuimus: de sup nos delapsa v͛tute: serui tñ inutiles sum⁹: Nam si salus ex iusticia bonorū operum esset: frustra christus crucifixus est: ꝛ gratia nō esset gratia/ si saluaret nostra iusticia. Misericordia dei nō esset misericordia/ quā ꝓ iustis ꝛ peccatoribus cōtinue querit a deo ecclesia. Ipsam igitur inuocemus: ipsam queramus: ad eius curiam a sententia diuine iusticie appellem⁹: ipsi subdamur: sub eius alis qescamus ꝛ dicamus/ Misericordie dñi q꜡ nō sumus cōsumpti: nec defecerūt aut deficiēt miserationes eius: q̄ misereri non deficiēs: dedit nobis vnigenitū suū: qui ꝺm apl'm factus est nobis a deo sapientia ꝛ iusticia ꝛ sanctificatio ꝛ redēptio: vt nō in nobis sim⁹ ꝯfidentes/ sed i ipso. Sol est misericordia dei: q̄ radios sup vniuersos effundit: nā ipse omniū ꝓ suo modo miseret. Misericordia dñi sup angelos: misericordia dñi sup homies bonos ꝛ malos: misericordia dñi sup viros ꝛ mulieres: sup iuuenes ꝛ senes: sup fortes ꝛ debiles: sup sapiētes ꝛ insipientes: super nobiles ꝛ ignobiles: super diuites ꝛ pauperes: sup reges et populos: super ꝓncipes et ꝓuincias: super ꝑlatos ꝛ subditos: super doctores et discipulos: sup vigilātes ꝛ dormiētes: super ambulātes ꝛ qescētes: super artifices et inertes: super coniugatos et monachos: super cenobitas et anachoritas.

Marginalia: Rom.9 (beside "ar. Et ad Romanos"); Tre.3. (beside "Misericordie dñi"); 1.Co.1. (beside "qui ꝺm apl'm factus est")

¶ De diuinis beneficijs. Ca. XXVII

Gratāter grata ꝛ gratis dei bñficia ad nostrā reuocant memoriā. Que licet penes nos ex effectu sortiant diuersa vocabula: vnū tñ sunt i mente diuina. Que bñficia ideo dicunt/ q꜡ nobis gratis diuīa bñficē ia elargit. Nam cū non eramus/ deduxit in esse. Quid ei dedim⁹ nō entes vt daret esse? Gratis ergo dedit essentie bonū: cui et multa bona cōferet in posterꝫ. Et tale nostrū esse differentiauit ab omib⁹ sub celo: tm̄ entibus/ ꝯferēdo vitā: a viuentib⁹ solū/ ꝯferēdo sensū: a sentiētib⁹ solū/ cōferendo rationē: a multis rōnē habentib⁹/ ꝯferēdo fidē: et a multis fidelib⁹/ aliquos ꝑ bonā operationē: Quod donū singulare dei est/ posse bñ operari. Ut breuiter aliq̄ bñficia nota fiāt: ex qbus deo aia grās agat: vt gratā se deo faciat: q

hec legit/intelligat q creati sumus ad imaginez & similitudinē dei: nō sm corpus/sed sm aīam. In quo bñficio excedimus in dignitate/nobilitate/virtute celū/solē/lunā & stellas/ qtuor elemēta: & oīa elemēta corpea/viuentia & nō viuētia: qr oīa facta sunt pter nos/non pter ea/nos facti. Et ipsa facta est anīa imortalis/arbitrio libera: impfecta qtū ad virtutes: pfecta qtuz ad potētias naturales: scz memoriā/ q̄ compēdit pterita/psentia & futura: qtū ad intelligentiā/ q̄ cognoscit deū supra se/se i se/angelos iuxta se: qcqd aliud celi & tre ambitu ptinet/itra se. Intelligit tn̄ cū discursu q̄ sibi cōcessa sūt itelligere intelligit bona & mala/iusta & iniusta/ corpalia & spūalia. Perfecta etiā p liberā voluntatē/suā ptātem ad quodcūq voluerit inclinationē conuertibilē & reconuertibilē ad bonū & ad maluz: capax virtutis et vitij: susceptibilis pene vel pmij: pfectibilis in virtutibus: caret pondere/figura/colore: eo magna quo capax est eternitatis: eo recta quo appetēs est bonitatis: eo btā quo pticeps est deitatis. Pōt accipe & accipiunt multe signaculū fidei/gratiam spūsscti/fieri sponsa christi/vocari p adoptionē filia dei. Et in his nullū nostrū pcessit meritū/vt daret huiusmodi beneficiū. Nascimur more bestiaruz: possumus accipere celū: & cōsortiū expectam9 angelorū. Et nō solū hec: dedit etiā posse nos diligere ipsum. Et tāte capacitatis fecit: vt repleri aut ptētari nō possit aīa nisi p ipm. Dedit hec oīa: pmisit celestia: prorogauit maiora: immo dedit & maxima: vt qd det vltra & excellenti9 nō habeat: cū p nimiā charitatem q̄ dilexit nos ab eterno pr oīm deus misit filiū suū: vt ipm habeamus in nostra natura similē/quem in sua dissimilē nesciebamus: vt habeamus doctorez actu & theoria in doctrina supna: non hereamus in terrena: vt habeamus in cibū & potū: quē q̄ mā ducat & bibit/viuet in eternū. Et morientem habemus in pcciū: qr nos vnde possemus soluere/carebamus. Et resurgentē ascendentēq in celū habemus in pmiū: q̄ tota est merces et retributio meritor. Quid em̄ in oībus his pmisit hūana fragilitas meriti? Quid obtulit obsequij? None nos deus puenit creando/preuenit amando/puenit beneficia ineffabilia cōferēdo/ puenit redimendo? None hec oīa inuitātia sūt ad amorem: cōstringētia vt gratiar reddamus possibilem actionem? Unde bona est beneficiorū memoria: ne simus ingrati: sed ad repēdēdū debita pmpti. Nā ingratitudo recepta perdit: pmissa non recipit: ductū gratie infūdende intercidit. Facit declinare penitus a pctīs/ beneficior dei iugis memoria. Et q̄ consyderat q̄re dederit/insistit opibus bonis. Oīa nāq q̄ nobis a deo data noscuntur/nos ad deū quasi qbusdā funibus trahunt: sicut p Osee pphetam

Osee. xi. dicitur: In funiculis adam trahā eos: & in vinculis charitatis. Funiculi adam sunt beneficia q̄ contulit parentibus primis. Uincula charitatis sunt beneficia q̄ contulit nascentibus ceteris. Non offendit benefactorē memor beneficiorū: qr beneficia nature quisq consyderat animo & actu/non peccat: qr ipm malū ingratitudo contra nature beneficiū militat: necnon et dabit bonis opibus operā/si quare deus tāta nobis contulit consyderat causam: qr nullū donū deus dedit aduersus seipsum. Et dono dei modo vtitur/gratis contra voluntatē dei: si ad eius honorem oīa nō ordinauerit: ad cuius honorē oīa sunt collata. Utilis est igit beneficiorum dei memoria.

¶ Libri primi de mysterijs verbi increati/facti incarnati/finis.

¶ Liber secundus de virgine Maria eiusq pcessu: Et de his q̄ in ipsa et p ipsam p nostra redēptiōe gesta sunt/vsq quo spūssanctus apostolis missus est. Caplm I

Ita omniū & cōditor deus/datā hominibus nolens deserere vitā: quā p mulierem antiqtus hostis auferre conatus ē: & primo abstulit creatricē vitā/q̄ dederat vitā: Ante oīa em̄ in malor exordio a deo q̄ est vita separatio facta est: demū vita insufflata mortis pmiū sumpsit. Oblatio mortē inferentiū prime porrecta est mulieri: ex q̄ oīs est dānata ppago & ppetuata dānatio: quousq p altitudinē diuine puidētie sueq benignitatis tpe pfinito adesset nouiter mūdo pducta mulier: cui vite pciū imo ipa vita possit offerri. Que cū ab eterno pdestinata/puisa/pfigurata/ pphetata fuisset: ppe finē seculor nascitura nūciat ab angelo: & ex vtroq sterili parente cōcipit: in ppagatiōe ipsa dānatione seruata/q̄ originaliter procedit infectio. Aniat ordine seruato nature: sed ilico sctificatur. Nascitur ex originali purgata ptagio: & in ipa pmo natura hūana reuersa est in puritatē: in q̄ primus factus est ptoplastus. Naturalibus crescit augmētis: educat pie put decebat futurā dei spōsam filijq matrē. Offertur in templo p legē: spōsatur sctō viro. Qua nōdū ab ipo traducta in cōtuberniū/ipo nesciēte: ipsaq vacāte diuinis qbus solita erat itēdere: die q̄ mulier prima cōdita est/sil' & pceptū diuinū pterijt: accedēte ad ipam diabolo in serpēte horrendo celebrato dialogo decepta est: decursis ab ipis ptoplastis sm quosdā qnq milibus qngentis septē annis: sm alios qnq milibus ducentis vigintiseptem: sm alios qnq milibus nonaginta octo: ad celebrādū nouū cōmerciū diuinūq mysteriū/ad exordiendā redēptionē pdite libertatis/ad cōsulendū de vita cū femia: qr cū ipsa de morte fuerat in dolo puisum: missus est angelus ad mariā. Sic em̄ lucas assertionē facit dicens: In mēse aūt sexto missus est gabriel angelus a deo in ciuitatē galilee/cui nomē nazareth/ ad virginez Luc. i

desponsatam viro/cui nomē erat io
seph de domo dauid:et nomē virgi
nis maria. In mēse sexto a cōceptione ioan
nis:ꝑ cuius mirabilē conceptionē ex sterili atq̄
sene quodāmodo astruenda erat fides in virgi-
ne:ꝑ cuius vocē etiā mūdo christus primo nun-
Gen.i. ciandus erat. Sexto die creatus est hō:q̄ eodē
die deliquit. Sexto die creatura mixta sub celo
cōfabulationē diuinā habuit/⁊ funestā: duplicē
siquidē primā/ꝓcepti ⁊ argutionis ꝓtermissi:al-
terā deceptionis dūtaxat. Sexto die cōpletus ē
mūdus:celebratus est esus:etiā in speciebꝰ ope
rari cessauit omps. Sexto die nuditas laudabi-
lis mutauit speciē ⁊ ruborē:q̄sierunt subterfuge
re aut se abscondere delinquentes. Sexto die
sunt req̄siti ad vesperā:⁊ celebrata exilia labori-
osa:⁊ lignū custoditur. Sexto die post rebellio
nē ad deū/ilico ⁊ caro aduersus animā rebella-
uit. Sexto die imago creatoris sumpsit ex lapsu
similitudinē pecoris:naufragari virginitas cepit
nobile nature decus:⁊ libidinosa facta est ꝓpa-
gatio hūani generis/q̄ fuisset ex castis:et corru
pta/q̄ fuisset ex integris:⁊ ꝓ honestate verecun
dia ꝓnuba successit. Et vt ꝑstringā/fons indefi
ciēs oīm maloꝝ vbiq̄ deriuādus ꝑpetuo die se-
xto exortus est. Sexto die quasi nescio vnde/ca
stramentari ceperūt in tam orbe pulcherrimo
conturmatim ⁊ globatim cuncta mala corpo-
rea:et turbe fantasmatū in cordibus hoīm sim
pliciter castra posuerūt:vitia cōtra naturā cru-
deles acies direxerūt. Alterari ceperūt in cōpo
sitis elemēta:penalitates ꝓpe:ī agonē agmina
festinarūt:ꝓlia/seditiones/homicidia/ fraudes
sua fixere tētoria:terremotus/tēpestates/pesti-
lentie:omneq̄ molestū/horrendū atq̄ tremēdū
hostilis ꝯtra hominem obsidio venerūt. Sexto
die inhiauit infernus: ⁊ tristia cum spiritibus
apostaticis facta sunt federa:q: diuina sunt fra
cta:⁊ hō demonibus repromissus est ad penale
cōsortiū/ante ꝑdens diuinū. Limbus paratus ē
⁊ alius limbus:⁊ oīs mense dolorose ip̄o die se
xto ad miserabiliter ꝯuiuandū ꝓparatio facta ē.
Sexto die sub celo prima leticia exorta est:quia
exultauit rōnalis creatura cū dn̄o cognoscens
dn̄m. Nō em̄ in q̄nq̄ pactis diebus aliq̄d crea-
tū legimꝰ/quod leticiā ī dn̄o accepisset/atq̄ ip̄z
exultādo cognosceret. Neq̄ celū et terra/ neq̄
lux/neq̄ ignis/aer/aq̄:neq̄ sydera celi/aut ger-
minātia terre:nō volucres celi/nō natantia ma-
ris/nō quadrupedia/nō reptātia suꝑ terrā/gau-
dia de dn̄o susceperunt:neq̄ illis collatum fuit
interne posse gaudere. In sexto die sub celo ꝑ-
ma gaudia sunt exorta:⁊ e vestigio ⁊ e regione
prime atq̄ secunde tristicie habuerunt initiuz:
Volucres celi ⁊ pisces maris/q̄ ꝑambulāt semi
tas maris:bestie terre/atq̄ vniuersa pecora cā
pi/timori facta sunt homi:q̄ sub eius imperio fa
cta erant:⁊ ab ipsoꝝ viribus corporis hō mino
ratus est:q̄bus ī eisdē supior factus erat. Quid
in plura defluimus? Eximia bona et mala sub
celo in die sexto sunt condita:illa a deo/ista ab
homine cū operante diabolo introducta. Ve-
rūtamē dei sapientia edens ⁊ calculans tempo
ra/et ad ordinis concentū cuncta deducēs:in
mense sexto non ꝓut annus cōstruitur reuolu-
tione solaris orbis:sed prout tēpus incepit no
stre redēptionis a cōceptione ioannis iam ela-
psa parte tēporis. Erat in tēꝑe sexte etatis sexto
die:quō multis reuolutis anni circulis/eodem
die quo primus homo conditus est: missus est
angelus ad virginē incorruptā:vt in vno quod
sibi offerebatur sempiterno dei verbo:in gratia
q̄ euanuerat in natura:ꝓuincia galilea ⁊ ciuitas
nazarea mysterio ꝓrsus cōueniunt. Iam appa
ruerat ⁊ ꝑ multa tēpora rotata fuerat rota vna:
erat addenda rota alia: vt rota esset in medio
rote. Galilea em̄ rota interꝓtatur. Rota vete-
ris testamenti dum rota erat/multos in orbe iu
stos effecit/multosq̄ ꝓscripsit:non tamē iustos
regno celoꝝ ꝑficere potuit:alioq̄n suꝑflua fuis-
set passio saluatoris. Addenda erat et rota me
liore orbe volubilis:cuius volubilitate iustifica
rentur ꝑ oīa peccatores:⁊ regni celoꝝ ꝓmissio
certa daretur credentibus:et transmigratio in
dubitata parabatur ad aliā vitam. Proinde ad
futuroꝝ bonorum ꝓsagium decebat hanc vir-
ginē/in qua tam alta mysteria condebātur/pro-
uinciā incolere galileam:vt illo flagremus amo
re transmigrandi ab ista misera vita in aliā vi-
tam. Flos qui ascensurus de radice iesse/in flo
re nunciandus erat. Et similiter virgultum co-
rā deo in alta protendendū/ad dn̄andū oīm na
tionū vn̄ ꝓcederent vera sceptra dominantiū:
initiādum erat in figuratiuo virgulto. Et sum-
ma sanctitas a qua et per quam oms sanctitas
et consecratio bonorum omniū:ex quo conse-
crandi erant homines in virtute/in sacramētis/
et in omni statu gratie:in sanctitate et consecra
tione prenuncianda erat. Ecce prouincia /ecce
ciuitas/ecce virgo simplex/pura/recta/ timens
et diligens deum:recedens ab om̄i malo/adhe-
rens bono:inimica vitiis/amica virtutibus an
gelicis:spiritibus similis:singulariter electa:ni
hil relicto ad ꝑficiendam eam:parata in his lo
cis/in q̄bus erat aptitudo ad celebrandū diui-
na sponsalia. Humana siquidem iam celebrata
erant:quia eam ioseph iustus acceperat/quā in
templo sponsauerat:sed necdū eam cognoue-
rat. Cognouerat ipsam mente/nō carne:amore
casto/nō amore corrupto. Sed spōsata erat ad
euadendū tetros et ad sigillandum ora obloq̄n
tiū iudeoꝝ/imo cunctaꝝ nationū:ne quod nasci
turū erat de spū sancto/stuprali turpitudini ap-
propriaretur. Vir iustus erat ex lege/ iustus ex
fide/iustus ex moribus:ioseph nomen eius cui
sponsata erat. Nomen augmenti erat virgina-
li sponso/sibi cōgruum magisq̄ mysterio: quo-
niam omnia erant augmentanda per gratiam:
et mundi detrimenta iam ad incrementa reuol
uebantur. De domo dauid propagine seruata
descenderat:vt regalis dignitas pro regimine
sancto virtutis adesset. Et q̄ nihil peruage/ ni-

hil precipitio/nihil irregulate: sed om̄ia sub ter
minato regimine agebantur/que spectabant ad
redemptionē hominū captiuorum. Et ad dire-
ctiuū vite hominū factū ē: ꝙ de regali ꝟtutū de
scēderat ꝓgenie/ꝗ spōsalia presumpserit ī ma-
riam. Non in illam dixerim que fuit dn̄i carnis
mater: quia hoc dūtaxat erat: sed in illam ꝗ sur-
sum est omniū mater nostra. Necnon et manu
fortis dicebatur dauid: vt fortitudo sit in ani-
mo ꝛ moribus hominū: qui supernā vitā ꝛ eter
nam sponsam ꝑoccupare contendunt. Aptius
tamen hec ꝓgenies terminatur in christum: vt
ipse sit regia excellensꝙ maiestas: ip̄e manufor-
tis: ipse decorus/multumꝙ desyderabilis: ipse
bonorū augmentū. In ipsoꝙ figurata proge-
nies carnis per virtutem in ꝟitate transfundit.
Nomen ꝟo virginis maria. Quod sibi cōgruit
ꝛ mysterio. Insigne nomen in paucis preterꝗ̄
Exo.19. in sorore moysi ꝑcesserat: ꝗ hāc tympanizādo
signauit. Decebat em̄ vt ex ꝓprio nomīe tanto
mysterio aptaret. Etenim filiꝰ nomē habuit cō-
petēs actiōibus eius. Sic ꝛ matrē talē habere
voluit: vt intrinseca ꝛ extrinseca/nomēꝛ gesta in
vnum cōcentum concurrerēt: in vnuz conflata/
vnum ens virtutis immaculatū efficerēt: vnum
vas ederetur/in quo reponerentur omnia diui-
na mysteria. Sed angelus est qui mittitur nun
ciare ineffabile sacramentū: nec decebat homi
nem talia nunciare: quoniā omnis homo men-
dax. Et si missus non a seipso loqueretur: veruz
equidē: sed primo contagio penitus oēs obno-
xij subiacebant patriarche similiter et ꝓphete.
Et si magne virtutis viri velut corpore: non vir
gines non cōpetebant virgini. Et hominū cau-
sa tractabatur: cuiꝰ ipsi ꝓseuche fieri pro nullo
pacto debebant. Sanctificari prius aliquis po-
tuisset in vtero: ꝛ deinceps ad virginē delatum
fieri affirmauerim: sed nec ꝑter semen cōcipien-
dus extra nature vsum/ꝑ cōceptos ex semīe de
buit in sua conceptione nunciari: quāꝗ̄ natus ꝛ
passus ꝛ resuscitatus sit ꝑ conceptos ex semine
ꝑdicatus. Sed diuersa erant mysteria: illud sic
ꝛ istud sic decentiam habuit. Unde regis erat
nouus aduentus/inde debebat esse precedens
legatus. De celo tunc prior eius expectabatur
aduentus: igitur om̄ino celestis debebat esse ꝑ-
currens/qui etiam nullis criminibus teneretur
obnoxius. Et ex nomine/ex ordine/ex omnibꝰ
ad legationem suam cōgruentiā habet: pro eo
ꝙ ad virginē mittitur omnino impollutā. Uir-
go scilicz in vtroꝙ homīe decus nature portās
existens quod facta erat: fulcita optime in natu
ra/peramplíꝰ ex gratia. Una vni apta/sola so-
li: nō multiplicans affectum neꝙ opus: nō cor-
pus nisi ab vno/ꝛ eundem vnū. Uirginea enim
virtus/deitatis prima imago. Unus siquidem
solus est deus: nequiens facere alium deū. Sed
si pater gignit filium: idem cū patre filius. Per
sonalis enim distinctio/deitatis substantiā non
distinxit. Uirginitas quidem germane se habet
ad deum: seipsa vna existens. Uirgo primitiuū
femine nomen. Appellauit enim adam sue natu Gen.2
re primam cōsortem virago: eo ꝙ de viro sum-
pta esset: sed syncopato verbo remansit hoc ꝙ
dicimus virgo: que est secunda pulchritudo hu
mane nature: vt prima ꝙ sit/secūda ꝙ virgo cō
sistit. Uirgo ꝓtinus est depurata natura/im-
maculata mens: incorrupta per libidinez caro:
affectio vnica: sanctitatis studiū: tota deditiua
deitatis: sanctuarium spiritussancti: immorta-
lis actio: theoria laudabilis: honestas alliciens
supra naturā sensus: pugna propugnans: soluz
ex celo sperans auxilium: cum senserit ingruere
bellum: auxiliarij sui sunt ignei spiritus: splēdo-
res superni luciferi. Sed diuina virgo/filia pa
tris eterni/mater eterni filij/habitaculum spiri
tussancti: plus habet in occultis suis/ꝗ̄ capiat
hominū mens/ꝗ̄ possit sermo proficere/ꝗ̄ scri-
bi membranis: quam sibi totam coaptauit il-
le qui condidit: ad nil aliud ꝗ̄ ad diuina pre-
struens/vt dei mater esset ꝛ filia. Moribus ex-
terioribus signabatur mirifice: vt nec quidem
motꝰ corporis exorbitaret a iudicio rationis.
Tota in se formosa erat: ꝛ tota in virtutibus et
actiōibus forma. Exemplar eterni exemplaris:
exemplar vt nil artificio celestis mysterij exercē
dorum morum: capessende vite atꝙ agende in-
ueniretur: quod non redderetur compossibile
atꝙ aptum in edificio ascensionis in celum.
Uitium nihil in ipsa vendicabat: virtus regna-
bat in pace: non habebat quid expugnaret: nec
marcebat virtus eius hoste sopito. Uiuifice vir
tutes infusionem fundentes potius ꝗ̄ acquisi-
tione adherebant ei: vt preter illam internam
intuitionem qua deitas videbit/quod sic est: cō-
munem siquidem quempiam in virtute insignē
excederet viatorem. Disponentes ꝟo singula-
res atꝙ cōmunes hominū mores ad id/ proti-
nus erant ei: quoad melius esse non possent:
nec quisꝗ̄ ad magis arduum potuisset illas intē
dere. In illum finem aptitate protinus erant/
propter quē omnia fiunt/aut fieri desinunt: qui
ad finem alium non constituitur. Prudētibus
enim cunctis ipsa prudentior: dum species om-
nibus id solum elegit/quo melius inueniri neqt
precauens quicquid esse potuit minimū ad offē
sam: adinueniens quicquid per rationem ꝛ vir-
tutem inhesitanter placet. Justicia ex omni sui
perfectione assistebat: dum tota se reddidit ei a
quo tota in subiecto natura ꝓcessit: et ei super
omnem viatorem operata est gratia quam acce
pit: ex qua existens quod erat/in vacuū nō tenu
it minimā sui partem. Fortis omnia vincens/a
nulloꝙ victa: nec aīo hebes: ad opꝰ decēs ipel-
lebat ꝛ corpꝰ. Nūꝗ̄ mēte fracta ex magnis rex
euētibꝰ: ī fide magnanimis: in illa oībꝰ deficiēti
bꝰ nō defecit. Hoc solū/sz sāctū ꝛ irreꝑhēsibile
habuit imbecille/ꝙ in passione morteꝙ filij do-
loris gladio diuerberata est. Fuisset enim seue
re mentis/non fortis: non fieri illius altissimi fi-
lij cōsociā passioni. Et audacter dixerim: ip̄am
pre ceteris decebat acriori dolore perfodi: hoc

enim amplioris cognitionis ⁊ excessiui amoris
ratio suadebat. Regula modestie tenebatur: vt
nihil plus sibi/nec minus in omnib⁹ ꝙ iuris or
do poscebat/adesset. Exemplo eius alias ĩ san
ctimonia virgines alloquamur: ostendentes
quas esse oporteat: que nuncios ex celo suscipi
unt: que diuinas reuelationes inquirunt: q̄ cir
ca se gratulantur angelos militare: que consor
tium/alloquiũ/auxilium appetunt ciuium sup
norũ: que non carne/sed spiritu volũt fieri chri
sti matres. Non est ꝑ omnia imitabilis ista vir
go: vt nulla deinceps sit aut fecundetur ad tam
alta deputanda mysteria. In donis superoga
tionis nulla similis sibi fiat in his q̄ gratificãt.
Et si manet imitabilis/non tamẽ equa propor
tione possibilis: cum ⁊ suaꝝ virtutũ/meritis an
geloꝝ vicerit dignitatẽ: quoꝝ prerogatiua me
ritorũ non solũ ex acceptis: sed etiã ex his q̄ re
pendit/extabat. Sed sint saltẽ hanc virginẽ se
ctatrices in ꝓuincia galilea: habitẽt in ciuitate
q̄ dicit nazarea: vt rotentur ad euangelicã ro
tã. Sed ſm ꝙ quatuor rote euangelice eleuant/
sic ⁊ ipse pariter eleuentur ad altitudinẽ virtu
tũ/ad spem supernoꝝ: ⁊ illa mente sedula ꝯtem
plentur/que rote euangelice cõtemplari docue
runt. Non enim vera extat quecũq̄ alia cõtepla
tio mentis/si ex euangelio exordita non fuerit.
Stent cum stantibus/vt vltra euangeliũ nõ ꝓ
cedant. Nil aliud sapiant: nil plus in moribus
addant: ⁊ cũ euntibus vadant: quoniã spũs vi
te agende similiter ⁊ significande penitus est ĩ
rotis. Querant trãsmigrationẽ virgines/virgi
nẽ virginũ imitantes: vt in nullo visibili virgina
lis ligetur affect⁹. Nil diligat quod castissimi spõ
si dilectionẽ impediet: nec q̄rat diligi a quo de
ceat separari/q̄ non possit beare. Et si rota cuz
voluitur/tangit ꝙ quisq̄s diligat proximũ sicut
semetipsum: quis virginem nõ diligentem pro
ximũ excusabit? Nemo siq̄dem. Sed cõmunem
neminẽ ꝓprie diligat. Affectus nãq̄ cõmuniter
diligẽs nemini alligatur: eo ꝙ oẽs dil gitur/ab oĩ
bus liber manet. Trãsmigrationibus intendẽ
tes non grauantur ponderibus. Virgines ga
lilei nihil terrenũ querunt. Animalia sunt pẽna
ta: deuitant viscaria terrenorum: ne penne vir
tutũ ac desyderioꝝ impediãtur ex visco. Pau
pertas eis in p̄cio est: ⁊ eo amplius quo ex ipsa
maior approximatio fit ad sponsum: qui paupe
res requirit: sed diuites non repellit. Verũtamẽ
virgo pauper ꝓpius accedit ad crucẽ/nuda re
bus tẽporalibus. Virgo nudam crucẽ astringit
ardentius: ⁊ tanto illius arboris fructus gustat
sapidius/quo sibi fructũ terrenaꝝ arboꝝ inter
dixit. Conuenit dicatis deo virginibus ciuita
tem nazareth incolere ꝓpter florem campi/⁊ li
lium ꝯualliũ dñm omniũ christũ: ad florendum
ꝑ eũ ⁊ iuxta eũ ad aliaz vitã: quoniã in ista nihil
manet aut floret/quod in vespere non decidat
⁊ arescat vel marcescat: ⁊ sub virgulto directio
nis eius fieri: qm̄ virga directionis/virga regni
eius. Exorbitauerũt angeli q̄ nõ steterũt sub vir
ga directionis eius: ⁊ ꝓtoplasti obmiserunt se
mitas eq̄tatis. Alia quecũq̄ virga ꝑcutit/sed nõ
dirigit. Virga vero eius anteq̄ ꝑcutiat/dirigit: ⁊
dirigendo ꝑcutit/⁊ ꝑcutiendo in viam rectã de
ducit. Virga eius virtutis est virga: imo ipse vir
tus ⁊ virga quã ex sion misit omnipotens dñs
oĩbus dominari ad directionẽ patrie/nõ ad ty
rannidem vie. Cõsecratio ⁊ sanctitas sunt in ci
uitate nazareth: quã incolit virgo dauidica/im
mo virgo diuina: que ꝑficiunt v̄gines hui⁹ vir
ginis sectatrices: ⁊ omnẽ animã celestia suspi
rantẽ ⁊ cõtendentẽ captare: quod ⁊ in virtute ꝑ
fectũ/quod ꝯsecratio ⁊ sanctitas ex seipsis ꝓturi
unt. Sed nec ꝯsecratio sine sanctitate: nec san
ctitas sine cõsecratione. Cõsecratio aũt est cuz
aliquid ad dei cultũ ex oĩbus suis partibus ordi
natur. Sed melior ꝯsecratio templi viui q̄ mor
tui: cũ homo ex omni se ordinatur ⁊ offertur ad
deũ: nihil retinens ad seipsum/nec se conuertẽs
ad alium vsuz. Fas enim nõ est vasa dicata deo
in alios vsus inuertere. Punitus fuit ꝓtinus
balthasar: quia vasa templi ad cõmunẽ mẽsam
adduci fecit: vt cũ eis biberent ꝯuiuantes. Nul
lum maius sacrilegiũ reperimus: nisi cuz quis
semetipsum iam ex fide atq̄ sacramentis sanctũ
se abstulerit a sancto sanctoꝝ/ad deteriora con
uersus. Ex sacrilegio interdum anathema iter
hoĩes incurrit: ⁊ ꝑter restitutionẽ ablate ꝯsum
pteq̄ rei ꝑ penitentiã indulgentia inuenit. Con
secratus vero deo ad alia reuolutus/nisi ad dere
licta reuersus/ nullam misericordiam cõsequit.
Sed nunq̄d dicata virgo/deinde stuprata: quo
quo mõ in id quod reliquit/faciat aliquando re
gressum? Nullo modo dixerim. Est enim virgi
nitas si ꝑditur/ irrecupabile bonũ. Poterit si
q̄dem penitens misericordiã ꝯsequi: nõ autẽ co
ronam asseq̄ virginalẽ: neq̄ illud cantare can
ticũ/quod solũ centũ quadragintaquatuor mili
bus corã agno cantare conceditur. Statimq̄
cõsecrationi sanctitas iungit: quia eoipso q̄s san
ctus efficitur/ꝙ dño consecratur. Sed nec vir
go sancta/q: virgo: sed q: dedicata deo. Et cũ
sanctus aliquis factus aut sancta/siue aliq̄d san
ctum/vlterius violare non licet: sicut non vult a
deo disperdi. Hinc enim apostolus ait: Tẽplũ i.Co.3
dei sanctũ est/quod estis vos. Si quis violaue
rit templũ dei/disperdet illũ deus. Non tamẽ il
lam appellauerim sanctitatẽ ea que vulgo dici
mus miracula ꝑfecisse: sed sup naturã ꝑ gratiã
in vita ⁊ affectibus atq̄ moribus fidei. He sũt
igitur regiones/hec ciuitas/quas virgines de
bent excolere: quas inhabitare debent q̄ diui
nas theorias inquirunt: ⁊ volunt fieri bonoruz
atq̄ perfectorum hominũ sectatores. **Et in
gressus angelus ad eam dixit: Aue
gratia plena/dominus tecum: bene
dicta tu in mulieribus.** Aduocat a deo
in illa contione intellectualium substantiarum
singularis spiritus administratorius dei fact⁹:
⁊ nulla meditatione corporalium vocum sibi se
creta panduntur. Exponitur sibi virgo: q̄ quis

suis virtutibꝰ iã in celestibus cognita: non tñ
ad thalamizandũ vnigenitum dei filiũ: clausum
hoc mysteriũ ab eterno preuisũa cognitione
oĩm angeloꝝ. Et ꝗuis deitatẽ oĩes angeli ce-
lestes intuerentur: hoc ab eis inapprehensibile
stabat quousq; deus pater voluit reuelare. Insi
nuatur ad creaturã creator velle assũptiue ꝓce
dere: non ad spũalem/sed ad compositã. Et in-
gressus summi opificis suũ denũciatur ad opus
⁊ tempus miserendi eius/quando ꝑfinitũ vene-
rat tempus: datur determinata legatio ꝙ incõ-
ꝑhensibilis virginali claudetur in aluo: ⁊ vt eã
salutet almifice/seriose docet. Stupet auditor:
mirãtur oẽs insimul hierarchie celestes: ꝙ ad
huiusmodi legationẽ nũcius celestis egreditur/
quẽ ilico est secutura diuina maiestas. Suspen-
duntur illorũ altis cõsyderationibus mentes: ꝙ
deus ad hominẽ/immortalis ad mortalẽ/incor
poreus ad corpus/inuisibilis ad visibilem/sim-
plex ⁊ incompositꝰ ad cõpositã creaturã/infini
tus habitator ad finitã edẽ/ad peregrinationẽ
vbiq; existens/ad miseriã temporis eterne bea-
tus velit accedere. Plus in admirationibꝰ au-
get: cũ voluntas omnia possit repente ꝑficere/
ꝙ deus in carne velit fieri actuosus. Hac lega-
tionis insinuatione intellectuali/paranymphꝰ
ille celestis in forma suscepta properauit ad ter
ras/tũc in superiori hemisperio nocturnalibꝰ
tenebris occupatas: ⁊ insolito lumine splendẽs
a tabernaculo virginis tenebras abstulit/et in-
tus irradiauit: ne ipse phãtasma fortassis a ꝟgi
ne crederet: ⁊ ne quod sibi explicaturꝰ aduene
nerat/verteretur in dubiũ non ꝯspecto legato:
Ingressus angelus ad eã. In conclaui erat vir
go/nec tunc lecto cubabat: non eam excitauit a
somno deꝑssã: vigilantẽ inuenit: deditã lectiõi/
aut orationi vacantẽ. Mox appendebat ex me
dio: nec adhuc tenella virgo sua mẽbra in ꝗete
collegerat. Nec ꝑdocta huiuscemodi prestola-
batur ipsa legatũ. Nec ĩ ista fide viuebat/velut
dei cito futura mat: ꝙꝙ ex spũsctõ potuisset ad
uertere quampiã virginẽ dei matrẽ esse futurã:
nõ tamẽ velut humilis/et in hoc a spiritusancto
limitata/de seipsa rem altissimã huiuscemodi
presumebat. Ecce ingressus est angelus nullo
aperto ostio/nullo dimoto repagulo/nullis se-
ris ex aliquo defirmatis: ad honestũ cubiculũ/
ad virginale reclinatoriũ/ad pudice studiũ. Ni
hil obstabat glorificate atq; spũali substãtie: cor
pus quod assũpsit similiter introduxit. Aliquã
eñ formã corporis iuxta mandatũ dñi angelũ
credimus assumpsisse: in quo sonantibus voci-
bus in auribus alme virginis loqueretur. Ecce
in ꝯclaui creature due insignes assistunt/ange-
lus ⁊ maria: in maiori vero ꝯclaui terrestris cu-
rie paradisi/diabolus ⁊ eua. Precessit dialo-
gus vnde sunt mala oĩa subsecuta: nunc incipit
vnde oĩa bona ꝓueniũt. Magnus angelus/ma
gnaq; maria. Maior angelus/maiorq; Maria:
Magnus et magna: qr vterq; vt creatura rõna
lis esset accepit. Maior angelus in natura: ma-
ior maria ex gratia: que in terris existens visita
uerat internis speculatiõibus angelos in celis:
nũc ab ipsis ꝑsonaliter visitatur in terris. Cele-
stis ⁊ terrestris celestẽ superans/in modico loci
spacio cõuenerũt: de pace dei/de ineffabilibus ⁊
diuinis mysterijs/de reparatione hũani generis
absq; interꝑtibus tractaturi. Nõ sic locuturus
erat angelus/vt non intelligeretur. Nõ sic igna
ra erat virgo vt non intelligeret. Quis ibi tabel
lio: vt vtriusq; dicta notaret/cõmendaretq; stilo
ad memoriã posterorũ? Quod si Lucas scripsit
ꝑsens ibi non fuit. Qui dicendorũ testes? Quo
decernente iste dialogus ꝯdebatur? Quis inter-
rogationum et responsionum iustus iudex? O
si quis astitisset appositis auribus ad verba ca-
ptanda: ꝗta potuisset exultatione iocundari: cũ
ad virginẽ angelus orsus est dicens: Aue gra-
tia plena. Ecce in ꝑtoriolo virgineo agebantur
nostre salutis mysteria. Ecce dicebantur in oc-
culto que in publico differenda erãt. Et que ty
rannorũ non erant silenda terrore/clamdestine
atq; nocturnis silentijs ferebantur. Ecce cele-
stis virginitas terrestrem virginitatem alloqui
tur: superna imam/spũalis vtrãq; scilicet spũs et
carnis affatur. Exultate qui creditis: gaudete
qui cognoscitis: qm̃ missus est angelus ab om-
nipotente deo ad mariã virginem. Ingressus
ad desponsatam/loquitur angelus ad mariam:
Aue gratia plena. Non apprehensus an-
gelus/neq; apprehẽdẽdus: quia nunꝙ deus an-
gelos apprehendit ad naturarũ vnionem: sed se
men abrae. Quam in qua erat apprehendẽdum
alloquitur/dicens: Aue gratia plena. Ap-
paruerũt angeli agar/abrae/iacob/moysi/iosue/
gedeoni/mltisq; ꝓphetis/ꝑ multisq; mysterijs:
non aũt totius hũani generis nũciauere salutẽ:
nisi cũ galileã virginem alloquuntur: quorũ sin-
gularit destinatus dicit: Aue gratia plena. Om
nia plena sunt suis ꝯtentis: ꝓut natura vacuum
aliquid esse non sinit. Et multa ꝯcertatio est in
rebus anteꝙ possit vacuum statui: aut si arte fu
erit aliquando statutum/ipsa natura non pati-
tur. Proinde oĩa capabilia esse plena cernũtur
et vbi plenitudo vnius rei adesse cognoscitur/
alterius remouetur. Alia siquidem est plenitudo
nature/alia gratie: neutra tamen alteram exclu-
dit: alteram altera semꝑ admittit. Precellit aũt
gratia oĩno naturã: ⁊ eius plenitudo ꝑfectionẽ
habet: quam decebat deificã virginẽ: ⁊ ex hoc
angelus inquit: Aue gratia plena. Domus regẽ
peregrinantẽ hospitatura expectãs/annona re
gi apta debet oĩno cõpleri: alioquin rex ab epã-
dochio declinaret. Rex eternus deus/futurus
peregrinus ĩ terra/ꝑmũ intrare decreuerat ho-
spitiũ virginale: ⁊ ne preteriret defectu delectã-
tium regiam maiestatem/omnibus regi placitis
virgo ꝑfusa ẽ: ꝓpter quod angelus ad eã: Aue
gratia plena. Multa siquidẽ sunt quare vir
ginem oportebat gratia oĩno repleri: sed salu-
tatio de celo ꝑmittitur. Non a seipso angelus sa
lutare presumẽs: sed officium ex parte mittẽtis

exequitur; excludens omne ve/ꝓferendo virgi-
ni aue. Preter cōditionē hoc verbū fuit ad vir-
ginē: quoniā prius omnē radicē iniq̄tatis abie-
cerat. Ad ceteros aūt apposita est conditio: vt
si excluderēt ꝓpter quod eternum ve infligitur/
cum aue oīno manebunt. Omnis salutatio aut
salutis enunciatio tristiciā remouet/adnectens
quod potest esse leticia/tacite aut expresse: duo
hec oīs vera salutatio p̄intendit. Sicut in dece
ptione prime mulieris satagebat diabolus sibi
omnē auferre leticiā auferendo deum: quo dere
licto penam oēm inducebat: sic angelus salutā-
do mariam excludit omnē tristiciā/⁊ diuinā leti
ciam administrans. Et sicut ille malignus blan
de hostis/seuere amicus non solum illos ꝑmos
ꝓtoplastos his malis/sed omnē sobolem ꝓpa-
gandā ex eis disponebat inuoluere: quod et fe-
cit: ꝓuidens acutate intelligentie sue/ ꝙ ex eis
ꝑ traducē innumerabilis hominū vtriusq; sex⁹
erat ꝓpagāda propago: sic gabriel angelus nō
dumtaxat virgini pro seipsa/sed ipsam salutan
do totius mundi simul cum illa nūciat adesse sa
lutem: ⁊ eterne tristicie fiendam depulsionem.
Minatur dn̄s per ꝓphetas suos ob iustas cau
sas hominibus ve: q̄bus remotis ꝓ omnibus
Esa.1 marie indicitur aue. Ve genti peccatrici/popu-
lo graui iniq̄tate/semini neq̄ā/filijs sceleratis.
Gens peccatrix que semꝑ in fluxu mali peccare
nō desinit. Populus aut homo quilibet iniq̄ta
te grauis/q̄ maiora mala peccando superappo
nit. Semen neq̄ā sunt q̄ malos imitantur: a q̄-
bus velut semina seminantur: ⁊ in alios etiā se-
mina iniq̄tatis diffundunt. Scelerati autē filij
sunt in seipsis absq; pudore peccantes: quibus
vite dn̄s eternū ve ꝓmittit. Quibus malis abie
ctis/ad meliora cōuersis videtur virgini pro eis
dici aue. Peccauerat hierusalē contra dn̄m lo
quens/⁊ adinuentiones faciens in peccatis: et
ex cognitione peccabat: ⁊ peccatum suū iactan
Esa.3 ter extulerat. Cui statim dicitur: Ve anime eoꝝ:
quoniā sunt reddita eis mala. Noli ergo exerce
re linguā tuam contra dn̄m: nō querat adinuen
tiones in peccatis/cū cognitio peccatū arguit:
oīno de vita non efferas quod te deliquisse co-
gnoueris: ⁊ tuis auribus intonabitur aue. In-
Ibidē quit etiā: Ve impio in malum: retributio manu
um eius fiat eis. Impius est q̄ deum in veritate
non colit/ad religionē contrariā affectu ⁊ ope-
re colligatus: cui eternum ve repromittit: cū di
uina dictante iusticia/malū agēs retributionē
manuū suarū in vltione suscipiat. Sic etiā Job
Job.10 asserit de seipso: Si impius fuero/ve mihi est.
Ad religionem vero pietatis conuersus/ aue alla
tum virgini sortietur. Interminabilis ambitio
in humanis rebus/⁊ insatiabilis appetitus ad
eternum ve: cōtraria vero applicant ad aue. Scri
Esa.5. ptum est enim: Ve q̄ cōiungitis domum ad do
mū/⁊ agrum agro copulatis. Nimis ambit qui
aptitudinē nature aut artis velit sub suo domi-
nio copulare. Ex aptitudine nāq; nature omēs
cōiuncti sunt agri: nō terre moles discontinuat

in parte: nisi ꝙ maria mediterranea in eius su-
perficie rōne ꝓfundarū vallium/que receptacu
la sunt aquarū/interponi videntur. In abyssa-
libus vero ꝑtibus terra non interdicitur. Et ꝙꝙ
terra vna/moles vna/cōtinuatio vna/diuersita
tem multiplicē sortitur ex dn̄is: tamē vnitas ē
naturalis elementi. Domificatio est ex arte/ma
teriē p̄parante natura. Et oīs domus in ciuita-
tibus ⁊ inhabitationibus/ alteri ꝓ vsus cōmo-
ditate respondet. Vellent aūt multa/imo cūcta
improbi appetētes oīa simul iungere dominio
suo/ꝓut sunt ex natura ⁊ ex arte cōiuncta. His
iuste ve. Charitatē vero diligentibus castū aue.
Multi sunt q̄ ebrietatē sectantur: nō dūtaxat vi
ni/sed amoris ꝑuertentis affectum: q̄bus ꝑ Esa
iam eternum etiā ve dn̄s cōminatur/dicēs: Ve Esa.5.
q̄ mane cōsurgitis ad ebrietatē sectandā. Ebrie
tas protinus est vbicūq; abijcitur/aut nō tene-
tur ordinata mensura: quā p̄termittentes ordi-
nantur ad ve: q̄ vero illam in oībus seruant/dis
ponuntur ad aue. Omnis iniq̄tatis actor/ reus
est coram deo. Iniq̄tas autem est stante cogni
tione veritatis ⁊ boni/fuga optimi ⁊ sponta-
nea cōtrariorum electio. Contra quos ꝑ Esaiā Ibidē
dicitur: Ve qui trahitis iniquitatē in funicu-
lis vanitatis: ⁊ sicut vinculum plaustri pecca-
tum. Trahitur iniquitas in funiculis/cū addū
tur peccata peccatis. Vanitas aūt cū animus
per inania diffunditur/funiculorum facit ipsa
cōtextum. Peccatū vero in vinculati plaustri
similitudinē ducitur: cū ex ꝯstitutis male ver-
gentibus rotis/parte posteriori eleuata/ante-
riori depressa/peccator homo detrahitur. Qui
vero ad contrariū trahendo se prestruit/ disso
ciabitur a ve: ⁊ quod ꝓ omnibus virgo alma ꝑ
cepit/coniungetur ad aue. Peruertentes iudi
cium/ꝑuertentur a deo. Contra quos ꝑ Esaiā Esa.5
dn̄s eternum ve cōminatur: Ve qui dicitis bo
num malum/⁊ malū bonū: ponentes tenebras
lucem/⁊ lucem tenebras: ponentes amarū dul-
ce/⁊ dulce amarum. In quo amplius peruerti
posset iudiciū rōnis: ꝙ quod est naturaliter bo
nū/aut ex eo quo bonū eterna bonitas esse de-
creuit: in malū quod substātia ⁊ positiōe caret/
iudicādo conuertere: aut malū oī bonitati ad-
uersū/ ī bonitatē male decernēdo trāsferre. At
tribuere tenebris habitū lucis/⁊ luci horridi-
tatē tenebraꝝ īferre/subuerse noscitur iudiciū
rationis. Gust⁹ infect⁹ remota excusatione cē
seretur: si amaꝝ dulce/aut dulce amarū oīno iu
dicaret. Ac ꝑ hoc bonū dicūt malū/q̄ in aliquo
iudicāt p̄rem oīm deū: q̄ de sua ꝓuidentia mur
murant: q̄ cum iuste punit/ei seuitiā/sibiq; in-
nocētiā tribuūt: q̄ abyssū iudiciorū ei⁹ non itel
ligētes/⁊ īprouidū aut acceptorē ꝑsonarū opi-
nātur: q̄ sparsas suꝑ hoīes penalitates/q̄b⁹ pos
sint ad meliora conuerti/rep̄hēdūt: q̄ flagellis
ei⁹ pijs aut iustis detrahūt: q̄ misericordiā ⁊ pa-
tientiā ei⁹ ī peccatores/⁊ in his malis q̄ conti
nue fiūt ꝯfundūt. Tenebras vero lucē ponunt/lu
cēq; tenebras: cū mendaciū in veritatē/ verita-

tem in mendaciū transferre conant̄: cū quod ha
bet imaginem tenebrax/luce vestiūt: et quod est
ad similitudinē lucis/tenebrositate obuelare cō
tendūt. Amax vero dulce fore ꝑdicāt: cum vite
huius amaritudine velut a dulcedine pascūtur
illecti. Dulce amax dicūt: cum abdicationē tem
poralium rerū/cum spūale studium abominent̄
decepti. Quibus iuste donabitur ve. Conuer
sis ad contraria/merito et in perpetuum ꝓsta
bitur quod ꝓ oībus marie dicitur aue. Sapien
1. Corin. 1. tia huius mundi stulticia est apud deum: ⁊ pru
dentia carnis mors est. Et pleriq; sapiētes sunt/
vt faciant mala: bn̄ aūt facere nescierunt. Non
querit aūt deus huiuscemodi sapientes: sed eis
Esa. 5. eternam miseriam cōminatur dicens: Ue qui sa
pientes estis in oculis vestris/et coram vobis
metipsis prudētes. Sapientes in oculis suis sūt
qui in his que cupiūt siue agūt/non iudiciū veri
tatis/non sententiam aliox recte viuentium: sed
ꝓpriam regulationē attendūt: et vsq; adeo sibi
placentes/et cōsentanei sibi sunt: vt in nullo eis
contradici posse videatur. Ut suam sapientiam
inferant/asserunt esse stulticiā sapientiam cete
rox. Nec exquirūt a doctoribus honesta consi
lia: oblata respuunt: nō credentes extra seipsos
in alijs sapientiā inueniri: magis autem sapien
tes in ꝓprijs oculis esse videntur ⁊ prudētes in
semetipsis: qui spreta omni vtilitate cōmuni et
ꝓximi/ꝑuatis cōmodis student: omnē industri
am quam possident a natura: quā didicerant ex
vsu: quam ex alijs tradentibus ꝑceperūt: spretis
ceteris ad se conuertūt: et actione dumtaxat re
ciproca sibi ꝓuident in futurum. Erit istis nisi
resipiscant/ꝓtinus vndiq; ve: resipiscētibus ve
ro adijcitur aue. Amat in omnibus consistenti
am iusticie: ꝑ quam omnia pacata consistūt: nul
le insurgūt in animo ex moribus passiones/nō
questiones forinsece: respublica in pace quiescit
non deflet damna miser/quod aduersus eum ꝑ
ualuit male causans: non lachrymabitur quispi
am de ꝑuerso iudicio. Eos aūt qui ob causaz or
dinem iusticie ꝑuerterunt/debita pena ꝯsequi
Esa. 5. tur. Nam scriptura dicit: Ue qui iustificatis im
pium ꝓ muneribus: et iusticiaz iusti aufertis ab
eo. Ad regiminis sceptra tenentes factū est ver
bum istud: quorū est exercere iusticiam/illamq;
distribuere/auferre siue conferre. Sed cum ip
sa in obliquitate se porrigat ad ꝓmium siue sup
plicium ſm exigentiam meritoruz: sepe quibus
incumbit in illa ex autoritate decernere: ex mu
neribus ꝑuersi/ꝑuertunt et tribuunt eius censu
ram/cui aduersatur ipsa iusticia: et quem ipsa cō
demnat/ipsi absoluunt: et fit impius iustus/qui
reus est ipsa iusticia decernente: a iudicio egre
ditur liber iniquus: vbi remanet innocens con
demnatus. Eque malum dixerim/impium iusti
ficare in iudicio submissione munerū: et a iusto
debitā sibi auferre iusticiam. Supgreditur aūt
si hec adderet̄ iniqtas: ꝙ impio deliberato/iu
stus traderet̄ exitio. Nā quanq; malū sit impium
iustū dicere/⁊ iusto auferre iusticiā: excedit aūt
oīno si iustus ⁊ innocēs punientur. Differt em̄
ꝑ omnē modū: nō subuenire iusto de sibi cōpe
tēti iusticia/⁊ ipsam ꝑ iniusticiā ledere: cū aliud
sit nō inferre iuuamē/aliud inferre iacturā. Iu
ste iniusticiā ꝑuertētibus apponitur ve: ꝓ ipsa
vere laborātibus virgini oblatuz est aue. Quid
aūt in moribus hominū dānosius inueniri pos
sit/ꝙ iniquitatē firmare ꝑ leges? Nā quis rector
fasces portabit/si ſm legē iniquos sentiat insub
iectos? Unde respublica sumet argumentū: au
cta quō stabit/si ex iniquis legibus ꝓsidentium
erit ꝓlata censura? Si exorbitatio ex legibꝰ est:
exorbitantes quō reducentur ad equum? Unde
arcebuntur vagi hominum mores? Fiet omni
no iudicium: autoritatē habebit iniquitas: nun
ꝙ equa erit retributio meritorū. Malus malus
erit: deplorabit damna ⁊ exilia iustus: innocens
discriminibus subiacebit. Confusa erit humana
conditio: ad vitia nemo obex: ad ꝟtutes nullus
adiutor. Erūt paupes emolumenta crassantiū:
ab eis iusticie iudiciū ꝓcul erit. Oppressi recla
mare non poterunt. Uim patientur humiles: in
quirentes pacem improbe vexabuntur: vidue ꝑ
da fient: pupillorū substantia in direptionē erit.
Quamobrem per Esaiam dominus dicit: Ue Esa
qui condunt leges iniquas/⁊ scribentes iniusti
ciā. Scripserunt vt opprimerēt in iudicio pau
peres: ⁊ vim facerent cause humiliū populi mei:
vt essent vidue preda eorum/et pupillos diripe
rent. Clarent ista ⁊ expositione non indigent: ⁊
ꝑ eos contra quos ꝑ ꝓphetam dominus loque
bat̄/futuros similes arguebat: quod si ad cōtra
riam relabitur partem/ꝓ ve donabit̄ aue. Mul
ta ve in sacra scriptura repimus/ac varias ma
ledictiones: habent tamen suppositis ex malis
actibus rōnes: q̄ singula hic annectere/fastidio
esset opus. Ideo tn̄ ista posuerim: vt aue quod
ab angelo nūciatū est virgini/ꝓmo remotionez
eius quod ve iportat insinuat. Attn̄ sic vt id ꝓpt
quod infert̄/ab effectibus ⁊ actibus hominū ex
cludat̄. Ex hoc loquēdi genere ad alia cūcta q̄ in
veteri ⁊ nouo testamēto/sub q̄cūq; cōminatiōe
aut interminatiōe repiunt̄/potest esse aptitudo
⁊ habilitas disserendi.

¶ Benedictio virginis edita per angelum. Capitulum II

Quod aūt ista salutatio tā mirifica ex ce
lo ad ꝟginē ꝑ angelū in ꝯclaui delata:
nō solū alme ꝟgini/sed oīuz indicet es
se salutē: nomē futuri filij manifestat. Et ꝓseq̄ns
angelus sue legatiōis officiū/salutās nomē ꝟgi
nis reticet: ab eo quod plꝰ in eo erat denoīans/
dicēs: Gratia plena. Cōsiderat ei oīpotēs q̄ Luc
delegauerat eū/q̄ ⁊ q̄lis eēt hec ꝟgo: ⁊ q̄bus co
pijs ditata ꝯsisteret: cū omniū abiecta copia re
rū solum polleret plenitudine gratiax. Nex na
turalium fulgor pallet/compositus plenitudini
diuinorū charismatū. Erant siquidē in virgine
grē superogate: ad quas nulla sua merita potuis
sent accedere: sz solū accepit bonitate donātis:
q̄ sic eā replere ab eterno decreuit/vt ad theo

roconiū decentissime aptaret. Ipsa vero ex acceptis omni virtute se gratificauit ad omnium deū patrē: ⁊ oīmode grā plena salutat ab isto celicola q̇ ad terrā missus/ad eā tā festine descēderat. **Dominus tecū.** Sic q̇dem o virgo est: nulla plenitudo grē tibi amplior ꝯsistere potest Ois lingua deinceps balbutit/cū in tuam nitit laudē: venerari te silentio decētius esset. Si dn̄s est tecū: ⁊ cum ipse in oībus rōnibus sit: dispari tamē essendi modo: tecū tn̄ intrinsecacius ⁊ diligentius adest: vt p̄ter vnionez quā in thalamo ventris tui celebrauit cū hūana natura/cū nulla creatura dn̄s colligatius astringatur: vt nec solum ad seipsam sit gratia plena: sed vt refundat in ceteros exigentes: ⁊ detur in illa intelligi ꝙ plenitudinem gratie futura christianitas possit accipe: que numerositate singulari virgini p̄ferenda erat. Etenī ad totam christianitatē ordinabatur quod fiebat in virgine. Sicut vna p̄ma virago non ꝓ seipsa tantū/sed ꝓ omnibus plenitudinez culpe suscepit: nec vt dumtaxat cū hac virgine dn̄s deus esset: sed ex p̄sagio monstraretur ꝙtum ad futurā fidelium plebem dn̄s potuisset astringi. **Et bn̄dicta tu in mulieribus** dicta est/propter id ad quod ordinata est: et ob hoc ꝙ ipsa se totam tradidit in placitum eam de sup elegentis. Neq₃ ista bn̄dictio sibi soli ꝓpter eam solam applicata est: sed vt in ea omniū bn̄dicendoꝝ ⁊ vocatoꝝ in extremo iudicio ad percipienda regna celestia/similiter ⁊ eterna benedictio ante celebraretur/enunciata ꝑ angelum/de numero angeloꝝ: in quoꝝ similitudinem beatitudinis electi sunt transferendi. Non benedicitur sup homines/ne filium diceretur excedere: magis aūt in distinctionem sexus ista in mulieribus bn̄dicitur: qm̄ christus in viris/ipsa in mulieribus: ⁊ viri ⁊ mulieres in ipsis in benedictionibus celestibus bn̄dicantur: quanq̄ ex ip̄o christo benedictio in omnes homines sua pietate ꝑueniat.

¶ Hesitat tacite virgo turbata/nouitatē verborū cogitās. Ca. III

Que cum audisset/turbata est in sermōe eius: et cogitabat qualis esset ista salutatio. Cōflauit in vnum hec verba virgo in animo suo: ⁊ quod dicebatur per angelum/sibi peregrinuz et insolitum videbatur: maxime cum se tam humilem reputaret: et supra id quod existimabat de se/huiuscemodi salutationem esse cognosceret. Percepit auribus quod angelus ꝓferebat in voce. Corde cogitabat quod audiendo ꝑceperat/qualis esset ista salutatio celestina/ī terrisq₃ peregrina. Cogitabat mittentem: similiter ⁊ legatum in suis fulgoribus ꝓcessibus et sermonibus orenotabat. Et cum in animo verba salutationis distingueret: sepabatur ab eis/et eoꝝ amplitudine vincebatur. Hesitabat secū loquens: et in tanto sermone angeli turbabatur. Nō turbabatur dolens: non aliquid male patiens: non stomachans angelum: non abhorrens verbuz: nō vllis malis passionibus mota: sed velut ignorans admiransq₃ salutationis huiuscemodi nouitatem. Ignorantia eīn admirationem et turbationem semꝑ cōsueuit inducere: velut quis in animo turbaretur/non intelligendo quod legit: seu que repente accidit nouitatem in animo nō aduertit: aut non apprehendēdo quod ab alijs audit. Ex pietate turbatio ista erat: nō ex indebita passione. Improuisus aduētus celicole/insolita salutatio magnum mysterium continens/non repentina cōp̄hensio agendoꝝ/turbationem piam atq₃ prudentem adduxit: ⁊ virginalez animum pauidum fecit. Ex his argumento factum est: ꝙ virgo ꝙuis plena spū/se matrē deiferam ignorabat: alias turbationem ex sermone angelico in animo non sensisset: quā nec turbatam/aut vllo modo pauidam ex angelica p̄sentia scriptura cōmemoret/velut visionibus angelicis assuetam/et eoꝝ singulariter fultam custodijs. Dumtaxat ex sermone angelico virgo admiratiue turbata est: cogitationem suā non in aliud ꝙ in qualitatē salutationis immittēs. Qualis erat ista salutatio/remouens ve culpe/similiter ⁊ pene: inferens plenitudinem gratie: cui altitudo glorie subsequa facta est? Qualis ista salutatio: que creatorē creature/deū homini/immortalem mortali/beatū misero cōnectebat? Que in salutatione altior qualitas ꝙ dicere: dn̄s tecum? Qualis ista salutatio: que omne maledictum antiquum expulit/et omnez bn̄dictionem induxit? Nō improuide virgo cogitabat qualis esset ista salutatio celica/hec annūciatio tam sup̄ma. Nō dabat angelo virgo responsum: nec hūano more faceta vocem resalutando repēdit: aut velut familiaris ex pristina ꝯsuetudine illi celicole/aut verecunda censura modestie: magis autem dixerim occupata in ꝯsyderatiō: dictoꝝ: sicq₃ turbata reticebat. Mos etiam appositus deo dedicatis virginibus est: vt plus audiant ꝙ loquant: nec ꝓferant ad incerta sermonem: interrogate responsum suspendant: nisi p̄us quod offert intelligant. Admirationi audientium ex raritate loquendi esse debet sermo virgineus. Hinc virgo alma p̄us vult intelligere ꝙ quid loquatur: ⁊ ante discere ꝙ respondeat. Idcirco admiratur et cogitat: turbatur et deliberat: audit et reseruat: et omnia tacite secum confert/et conferendo timet: non penam presentem siue futurā: sed ignorans timebat: timens turbabatur: quā sic p̄noscens angelus agitari salutatam taz eximie declarationem adnexit.

¶ Remouet angelus timorem a virgine: quam gratiaz inuenerit apud deū insinuans. Capitulum IIII

Ne timeas maria: inuenisti eīm gratiā apud deū. In declaratiōe nomen virginis exp̄mitur: quod in prima salutatione tacebatur. Nam p̄us ꝙ angelus experiretur q̄d humilitatis eēt in virgine: cū ad theotocomium nosceret affuturā: ex eo ꝙ ab omnipotēti deo in legationē acceperat: velut alte

dignã ipse indignioꝛ nominare ipsã verit⁹ est: etiam preintendẽs gratie plenitudinẽ qua potioꝛ erat: vt supra pretulimus. Nunc vero ipsã consyderans verboꝝ nouitate timentẽ/dubietatis timoꝛe turbatã: statim ad ꝓpellendũ dubiũ ⁊ timorẽ/ipsam iterum allocutus est dicens: Ne timeas maria. Frustra timoꝛe cõcutit/ quã deus ex alto salutat. Cur alma virgo times? Suggereris animo conditionem celestiuz spirituum quot ⁊ in humana natura ꝓducti sunt/tu sane ꝑcellis. De celo tibi ministratur salus: ⁊ ꝑ omnibus tibi offertur: non ad turbationẽ animi tui non ad incutiendam timoꝛis passionez. De celo descendi: sed vt hec tollẽtur de coꝛdibus hominũ: ⁊ si que peioꝛes fuerint passiones in causa tua ⁊ omniũ/te primo adoꝛsus sum. Quã sacrosanctus ꝓcessus angeli: qui turbatã virginẽ atqꝫ verboꝝ nouitate timentẽ sic confoꝛtat/ sic docte remouet eius animi passiones/ dicens:

Ne timeas maria: inuenisti enĩ gratiã apud deũ. Ecce concipies in vtero et paries filiũ: et vocabis nomẽ eius iesum. Hic erit magnus: et filius altissimi vocabitur. In altioꝛa virginis animũ cũ declarare nititur angelus/ ex admiratione suspendit: ꝙ virgo que in domo domini se reputabat abiectam/apud deũ huiuscemodi gratiã inueniret: vt cõciperet filiũ quẽ sibi videret in humanitate subiectũ/ pendentem ad vbera/alioꝛum moꝛe vagientẽ: quem non solũ ꝯceptura similiter ⁊ paritura erat ad pꝛopꝛiã filiationẽ atqꝫ maternitatẽ/ sed totius humani generis saluationez. Quãobrẽ ꝑ effectu futuro angelus nomen nunciando pꝛedicit. Et vocabis nomen eius iesũ: quod ab alio euãgelista expꝛessũ est. Ipse enĩ saluũ faciet populuz suum a peccatis eoꝝ. Sed quomodo hec serena virgo gratiã apud deũ inuenit: cũ inuenire nil aliud sit nisi cũ homo venit in id quod querit/ aut quasi cũ ad eum venit? Non hanc gratiã virgo querebat: non pꝛestiterat studiũ dei filio maternari: non oꝛauerat: non ieiunauerat: non se affecerat vigilijs: non ad huiuscemodi contemplationẽ noctes ducebat insomnes: nil offerebat ex voto/vt hanc gratiã inueniret. Que inquã mulier a seculo pꝛesumpsisset hoc inquirere: vt vndecũqꝫ ꝯcipere aut parere potuisset hoĩem hoĩm saluatoꝛẽ? Que inquam sancta virgo ab humilitatis terminis excessisset: vt in alto pꝛeces poꝛrigeret/vt filij altissimi esset mater? Nõ minoꝛ fuisset hec suꝑbia ꝙ illa luciferiana/ que altissimo similis fieri satagebat. Ac ꝑ hoc si non quesiuit/ quomodo inuenit? An pꝛeter intentionem fuit inuentio? Sed quis inuenit quod non intendit? ⁊ si foꝛte vsu loquẽdi multa inueniri dicantur que non exquirũtur: omnino ab inuentione est aliena ꝓpꝛietas/cũ ad inuentionẽ penitus inquisitio pꝛeferatur. Nã si quispiã inuenit lapidem pꝛeciosum/quẽ non cognouerit: si salutiferam herbã/ cuius virtutẽ ipse ignoꝛat: si egrotans obuiũ habuit medicũ/quem ad suã sanitatem multo laboꝛe quesierat: quem solũ audiuit ex noĩe: faciẽ eius intuens nõ cognouerit: quomodo dixeris inuenire: cũ in cognitionẽ neuter istoꝝ venerit: nec ad animã hoꝛuz/ lapidis/herbe/medici venerat plena cognitio? Unde igitur hãc inuenit gratiã nõ quesitã/ aũ quã nulla ratione cognouerat? Uerũtamen in hoc nec moꝛe humano facienda est dissertio: quoniã cum ab eterno diuina maiestas disposuerit hanc gratiam generi humano conferre: vt esset vnio naturarũ/diuine scilicet ⁊ humane/in vna electa virgine celebꝛanda: in qua verbum caro fieret: ad habitandum in nobis/similiter ⁊ nobiscum: ad redimendum nos/ad moꝛiendũ ĩ carne pꝛo nobis: inuenta est vna virgo ex alto/ diuinis muneribus fulta: vt tali esset apta commercio: que non inuenit gratiã quã nõ querebat: sed omnes creaturas ⁊ alias virgines suis meritis trãscendendi hec gratia oblata est. Querebat humanũ genus redemptoꝛis gratiã: nã valide ꝓmebatur ab hoste: vita debellabat a moꝛte: affligebat pena naturã: nonduz gratia redemptionis aduenerat: nũc dicitur inuenisse vna virgo hãc gratiã/quam querebat damnata ꝓpago: ex qua singulari sanctificationis munere libera facta est: que gratiã non inuenit qꝛ ipsã in seipsa quesiuit: sed qꝛ sibi ꝑ omnibus digne ad hoc dicate de⁹ obtulit/ideo inuenit. **Ecce cõcipies in vtero et paries filiũ.** Subticet adhuc mod⁹/quousqꝫ virgo deposcat. **Et vocabis eũ iesum.** Non tu nomẽ impones: nõ nomẽ ex genere/sed ex euentu. Non ex placito cuiuscũqꝫ/sed ab effectu quẽ ipse cõpleturus est. Impositũ erat angelo anteꝙ de celo descenderat/ cũ legationem a deo accepisset ad virginem: ꝙ tale nomen autoꝛitate paterna imponeret eterno dei filio/nuper in carne ꝑ hominib⁹ nascituro. Inuariabile autem est quod discernit pater eternus. **Hic erit magnus.** Hic superflua est omnis verboꝛum dissertio/ si de huius magnitudine disseratur. Quid de huius magnitudine dici potest: cum sit omnimode infinitus: quia est eternus filius dei? Et ꝙuis ex assumpta foꝛma sit homo: est etiam infinite virtutis copulatus per omnia deitati. Non enim de mole coꝛpoꝛis angelus contendit edicere: que non excessit cõmunem hominum foꝛmã: cuius quantitatẽ multi pꝛecelluere gigantes: sed de illa magnitudine que omnino ineffabilis est. Nam ma- Ps.
gnus dominus et laudabilis nimis: et magnitudinis eius non est finis.

❡ De dignitate pꝛolis ex patre. Capitulum V

Et fili⁹ altissimi vocabitur. Nõ vocaret nisi esset: tamẽ esset si nõ vocaretur. Poꝛro res excedẽs sensũ hoĩm/ similiter ⁊ angeloꝛum: vt filius altissimi et filius hominis esset in filiatione cõmunis: nõ tamen in natura filiationis. Nam alia est filiatio que inuenit in natura deitatis: alia que ĩ humanitate fit virtute traducis. Illa eterna sine coꝛruptio-

ne atq; multiplicatione substantie: vt idem in substantia sit filius q̄ ꝛ pater: idem cū patre filius/filioq; cū patre: ista ṽo temporalis cū corruptione: q̄uis corruptio depelleretur a virgine. Ista cū multiplicatione substantie: vt alius sit parens/alius filius. Alter in substantia q̄ generat/alter qui generatur: vt preter id quod hab; relatio substantialiter fiat oīno diuisio. Et nūc indicitur/ꝙ dei ꝛ hoīs vnus ꝑsonaliter filiꝰ sit cōmunis. Et si virginē angelus alloqueretur dicens: Uirgo ne timeas: nā ex inuenta gr̄a quez es conceptura similiter ꝛ paritura/non erit filius atq; dicetur homīs imi/nō serui/non proceris humani siue terreni: sed vocabitur filius altistimi. Nec ita dicetur filius tuus/q̄uis ẜm carnem ex te cōceptus ꝛ natus: quin ꝓut est ab eterno filius altissimi: sic a vere credentibus appelletur in tēpore. Ac per hoc vnus filius est dei similiter ꝛ marie.

¶ De dignitate ꝓlis et anteritate. Capitulum VI

Lu. 1. Et dabit ei dn̄s deus sedē dauid patris eius: et regnabit ī domo iacob in eternū: et regni eius non erit finis. Ad formā serui angelus verba cōuertit: ad ostendendū quantū potuit illa forma subuehi: postq̄ edisserit quantum altissimi forma potuit inclinari. Sed vnde pater dauid/nisi ex forma serui? Nam in forma dei ꝑ spiritum/dn̄m eum vocat/inquiēs: Dixit dn̄s dn̄o meo: sede a dextris meis.
Ps. 109
Quā scripturā cum a iudeis quid eis videretur de christo/exquireret: respondentibus quia dauid: saluator obiecit/quia dauid christū sane dominuz ante vocauerat: sed hoc ẜm formā dei/quam iu dei nō intelligentes in christo/ duntaxat dauid filium appellabāt. Et vere sic erat ex carne quā de virgine traxit. Proinde angelus dauid eius nominat patrē: non illa ꝓpinquitate aut effusione seminis/qua practicatur in carne: sed ratiōe deducte ꝓpaginis/qua q̄s pater generis dicit̄ ex longa traduce. Ac ꝑ hoc promissionē factaz dauid de christo angelus nunciat iam adesse: cū eum eius nominat patrē/ cuius sibi dominꝰ daturus est sedem. Et omne ambiguū ꝓcul repellitur: quoniā ex dauid descendit: atq; per mariam genitus est ex carne. Sedes aūt dauid regis data est christo/in eo ꝙ homo erat: vt ipse sit rex regum/dn̄s dominantiū. Sedes est iudiciarie potestatis: vt ex typo dauid qui iudicaret omnē populū circūcisionis/pater omne iudicium filio suo dedit: ꝛ potestatē plenarie dedit ei iudiciū facere: quia filius homīs est. Nec nō ea in hominibus iustis in hac vita degentibus/a deo filio suo christo traditur sedes: quoniā aīa iusti/sedes est sapientie. Porro regnū eius cū domo iacob/sc; cum eis q̄ mundū istū in maligno positū/virtute gratie supplantauerunt/erit in eternū: nō erit finis rōne infiniti regis ꝛ beatitudinis īterminabilis. Quā altis ꝓmissionibus virgo allicitur: vt dictis angelicis ꝓstet assensum: q̄ magnis cōmercijs fit adorsio: q̄ magna humilitate diuinitas: q̄ altitudine magna hūilitas sit censenda: vt trahatur ad id quod in ꝑcio humane redēptionis offertur: vt q̄ ꝯcipiēdus atq; pariendus ꝑdicitur/effectu ꝛ nomine sit saluator. Infinitus sit magnitudine: filius q; est/vocetur altissimi. Sup sellam sessurus sit iudiciarie potestatis/ꝛ regnaturus in eternum in domo iacob: sup illos filios quos dū morereẜ ī egypto/morti vicinus dans benedictionem enigmatice manifestat. Bipartitur aūt regnū eternum sicut in hoc seculo tēporale/atq; sicut ī ecclesia mysticū. Et quāq̄ dicat apl's/ ꝙ christus diligit ecclesiā non habentē maculā neq; rugā: sed in hac vita macula est ꝛ ruga. Quoniam ad ecclesiā dei pertinēt oēs baptizati: nō tamē oēs facti sunt salui/omnes credenda credētes etiaz si mali: vt in arca noe coruus ꝛ columba/ homines ꝛ aīalia. Et in vna ecclesia boni ꝛ mali/ q̄uis credentes incessanter reperiūntur: quoniā in ecclesia est fides vna: ꝛ e regione ipsa eadem potest esse mortua: de qua dicitur: Fides sine opibus mortua est.
Ephe. 5.
Jaco. 2.
Proinde si christus sic ecclesiam diligit absq; macula ꝛ ruga: hoc ē vt ita sit: non q; sic ipsa tota cōsistit: aut aliā ecclesiam suā ipse non diligat: sup quam christus in hoc ꝓcursu temporis regnat etiā sup omnes q̄ cōtra eius ecclesiam diuiduntur. Itaq; sup oēs beatos ꝛ reprobos equa ꝛ vna potestate regnabit: beatifice super bonos: horrende atq; terribiliter sup malos: tā eterne q̄ eternus est deus: vt infinitati finitas nulla succedat. Ista dauidice sedis donatio ad formā serui refertur: nulliꝰ nouella honoris accessio ad formā agitur. Nec de nouo regum accepit eternum eterna dei forma: q̄uis creaturā sup quam regnaret/ex tēpore fecerat: non ad augmentū honoris ꝛ cōmodi sui/sed profectum cōdite creature. Proinde si creatura est ex tempore/regnū est ex eternitate: sed ad homīs formā/ eterni regni traijcitur ipsa largitio. De impio huiuscemodi atq; durabilitate tradēdis homini christo/sacre scptu re veteres ꝑdixerunt. Nā in figura dictū dum saltē legimus: Ipe erit mihi in filiū: ꝛ ego ero illi in patrē: firmaboq; soliū regni sup isrl' in eternū. Nō spectat hoc nisi ad formā seruilē: ipe erit mihi in filiū: qm̄ ex forma dei semp cū p̄re filiꝰ.
1. Pa. 22
Et in psalmo septuagesimoprimo/q̄ scribit ad salomonē: ꝛ in psalmo octogesimooctauo/ qui scribitur intellectus ethim israelite: enigmaticis ṽbis plenissime sunt disserta. Nec nō spūs ꝑ Esaiā hoc etiā sub clariori enigmate mōstrauit de ipo q̄ ꝯcipiēdus ꝛ in mundo nasciturus erat. Paruulus em̄ natus est nobis: ꝛ filius datus ē nobis: ꝛ factus est ꝑncipatꝰ sup humer eiꝰ. Uocabiẜ nomē eius admirabilis/cōsiliarius/deus fortis/p̄r futuri seculi/ꝑnceps pacis. Multiplicabitur eius imperiū: ꝛ pacis nō erit finis. Sup soliū dauid ꝛ sup regnū eius sedebit: vt ꝯfirmet illud ꝛ corroboret ī iudicio ꝛ iusticia/amodo ꝛ vsq; ī sempiternū. Tāta luce ista se intellectibꝰ
Esa. 9.

offerunt/ꝙ amplioꝛ declaratio potius obuelaret. Ac per oīa supradicta corpoꝛe absentes/ spū ꝑsentes/hanc almā virginē theotocam alloquāmur. Placet ne tibi virgo legatus sacrosanctus celicola? Nōne altipendis mittentem? Nam deus eternus est. Nōne tibi salutatio est in voto? Noua est: sed ad nouitatē vite. Peregrina est: sed pꝛo patria sempiterna. Insolita ē: sed ꝓ ɔsuetudine gratie ɔsequende. Nōne ablatiua doloꝛum/⁊ collatiua bonoꝝ? Nōne copias habet gratie sursum agentis? Nōne dominum tecum offert? Nōne te subleuat in benedictionibus super merita mulieꝝ? Quid igitur in tanto sermone turbaris? Quid cogitas qualis salutatio sit/ꝙ nihil habet aduersi? An ignoꝛas quāta munera secum defert: ꝙ sunt ineffabilia dona q̄ ɔtinet? Ecce tibi angelus cogitanti aut hesitāti/⁊ turbate in eius sermone respondet. Hoꝛtatur ne metuas vel timeas: nā frustra te illa passio molestabat. An ne tibi placet: quia gratiā inuenisti apud oīm creatoꝛē: nō ad teipam tantū vertēdā/sed ad omnē tibi nature ɔsoꝛtem? Eia virgo non tibi pꝛestat ineffabilis delectationis augmenta/ꝙ ɔceptura sis in aluo: paritura etiā vtero impolluto filium/effectu ⁊ nomine saluatoꝛem/infinite magnū/altissimi filium/sessurum in sella dauidica/regnatuꝝ suꝑ oīa in eternitate deitatis: cuius regni non erit finis? Nonne ista omnia tibi sunt grata virgo? Respondit itaq̄: Sunt vtiq̄ ꝑ oīa grata: nihilq̄ detestoꝛ: nihilq̄ abhoꝛeo: supꝛa esse/ supꝛa cognitionem/ supꝛa vsum/supꝛa sensum sunt que ab angelo nunciāte percepi. Et cū oīa sint in placito: dūtaxat mihi modus detegitur.

¶ Cum omnia virgini sunt in placito: modum conceptionis et partus exquirit. Capitulum VII

Protinus iure virgini oīa grata erant merito siq̄dem: qm̄ nunq̄ ante fuerūt tam alta cōmercia/ neq̄ futura succedent. Et alte censura silentij agebatur: cuꝫ vsq̄ ad inq̄sitionē modi virgo non loquitur: sed di-
Lu.1 xit maria ad angelum: Quomō fiet istud: quoniam virum non cognosco? Virginitati videbatur iam virgo dicata: cū modum ɔceptionis ⁊ partus inquirit: acsi per oīa plene ad sua vota respondeant. In modo hesitatio tantū erat: cū sibi esset virginitas ex natura/placeret ex gratia: ex spiritusancto quo plena erat agnosceret ꝙ magnis ⁊ eximijs esset ditāda muneribus: ex illa placere studuerat creatoꝛi. Nouerat ex scientia qua dotata erat ex vsu humano/ex mulieꝝ damnata ꝓpagine: ꝙ nō esset cōceptio sine coꝛruptione/sine infuso semine: non poꝛtatio sine grauedine: nec partus sine doloꝛe: etiā ꝙ absq̄ viro a pꝛimis parentibus deinceps non fuerat celebꝛata cōceptio. Et quanq̄ virgo tam sancta in huiuscemodi speculationibus animū non versaret/diuinis semꝑ theoꝛijs intenta: non tamē hec subterfugiebant scientiā eius/ꝙ illa ꝑter ista in decursu ꝓpagationis humane non fuerant. Et ipsa virum nō cognouerat ex ɔiunctione: neq̄ cognoscitura erat ex voluntate. Nā quāq̄ ioseph desponsata esset eam nō tamē ipam secū ad habitandū traduxerat: aut sibi carne copulandus erat. Nec obstat virginē viro veꝝ ꝑstitisse assensum: cum aliter vera desponsatio nō fuisset: sed nec carne ɔiungēdi erant: quoniā vterq̄ vtiq̄ virginitatis amatoꝛ: vterq̄ seruaturus illā deo ꝓmiserat: vterq̄ subiacens diuinis directionibus/⁊ expectans decreta diuina: nec de illis duobus ɔiugibus est vt de ceteris asserendū: singulariter q̄ppe diuinitus agebantur. Nec in matrimonio hoꝝ ⁊ omniū virginū derogatio apponatur: ꝙ si nō intersit coꝛruptio carnis/nō sit veritas cōiugalis: qm̄ vt audacter affirmē/eo matrimonium dignius atq̄ honestius est censendū / quo maioꝛ castitas ipm fouet. Quod si semꝑ habenat atq̄ gubernat deo dicata virginitas: nihil habꝫ vnde causetur: magis autē vnde diuinis muneribus fulciatur. Hinc virgo incōcusse tenēs virginitatis ꝓpositū: manētibus in suo placito angelicis dictis/modū ɔceptionis ⁊ partus inquirit/dicēs: Quō fiet istud: quoniā virū non cognosco? Acsi ꝑter id quod ipsa seruare firmauerit/aliud sapientia diuina decreuerit. Virgo siq̄dem sum: virginitas mihi placet: altipendo eā: ꝓ ea defendenda toꝛmēta subirem: virū non cognoui: cognoscere non decreui: meipsam virginē obsecraui altissimo: ex illa credo ineffabilia dona soꝛtiri: de ipa mihi spiritussanctus illuxit: dei ex oīi me facta sū. Quid igitur angele de me oꝛdinauit altissimus? Fiet istud cū viro/an ꝑter virū? A te dicta meo grata facta sunt animo: ⁊ tacite mecū versans pauesco. Edissere modū quē possim mente ɔsyderando reuoluere: an velut expositū gratus accedat. Nulla per me tibi erit diffinita respōsio/nisi clarūerit modus factionis. Quā succincta virgo verbis: ꝙ in responsione pꝛudens: vt nihil de expositis expetat: animū ⁊ verba trāffert ad oꝛdinē fiendoꝛum: vt plene foꝛmet ad inquisita responsum. Cōnectenda sunt oīa pꝛius: si facta modis/si factis modi cōuenient. Ex his q̄ppe clarefacta ratio/ea que nouit respondenda pꝛonunciat.

¶ Aperit angelus modū: vt animū virginis alliciat ad consensum. Capitulum VIII

Respondens autem angelus lu
dixit ei: Spūssanctus supueniet ī te: et virtus altissimi obumbꝛabit tibi. Iam aderat spūssanct9: nec cunctandū est cū supuenturus ꝑdicit. Si vero quod dicit/refertur ad locum: vt desuꝑ spūssanctus venire diceret: non aliquem fallat opinio: quoniā spūssanct9 nō mouet de loco/vt vadat relictis spacijs ad aliū locū: sed spūssanctus iaꝫ astiterat sibi: cū eā sanctificauit in vtero: purgās ab illo cōtagio/quo tota humana ꝓpago cum traducebat ex ɔcepto semine/tencbatur obno

ria: ꝛ purgationē dūtaxat fecerat virginis. Ne
scim9 an in illa sensū accelerauerit: vt ipsi9 ani/
ma p̄ter sanctificationē illustraretur ampliori
lumine: sicut fecit postmodū in sui filij precurso
re: q̄ vltra id ꝙ sanctificatus fuerat/existens in
ventre dudū sterili/exultauit ad gestatū dei fili/
um in vtero virginali. Pie tamē credendū san/
cio/ ꝙ ad similiter cōtingentia hec ꝛ ampliora
illa fecisset. Sed nec spiritussanctus operat̄ in
uanū: nec alicui precipuā gratiam cōcedit in cas
sum: nec ad ꝓphetiam/ad omnē cōsolationem/
ad ꝓuectū ꝑfectionis/ad miracula spiritum san
ctū sibi credimus defuisse: q̄uis quod spiritu ꝓ
phetico cognouerat/stilo non cōmendauerit:
nec sibi obuenerit opportunitas miracl'a faciē
di. Spūs autē sanctus qui nunc supuēturus in
virgine dicitur/non refertur ad virginē/sed ad
filij conceptionē: que acta non est virtute inie/
cti seminis/sed spiritussancti in ea superuenien
tis. Proinde omnis aduentus spiritussancti vs
q̄ ad superuentionem eius sit ad virginem san
ctificandam/ purificandam / ꝛ ad diuina my/
steria coaptandam. Hoc autez quod superue/
nire dicitur/ad conceptionē filij referatur: que
spiritussancti operatione/non alia facta est: vt
cum modū cōceptionis ꝛ partus ab angelo vir
go perquireret: vt alliciatur/vt assentiat: ꝓpel/
letur corruptio: libido non aderit: eodē modo
semꝑ se habebit virginitas: addetur tamē tā di/
gna/imo diuina fecunditas: ad modū insinuan/
dū spiritui sancto tribuit actionē: cuius est pro/
pellere vitia: conseruare virtutes: separare repē
te supra id quod sperare potest mortalis infir/
mitas: acsi ab angelo virgini diceretur: Omnia
dicta sunt delectantia mentē: solū modus hesi/
tationē adduxerat. In velamento tibi erat: edis
se: o ꝓut a mittente suscepi: assensum p̄stare nō
differas. Modus nihil habet humanū: ex diui/
nis est totus: esse nequiret honestior in natura
gratior nullus. Ex spiritusancto est modus: effi
cit mox ꝛ p̄ter molestiā agit: erit ipse pro semi/
ne: cōgregabit ad se purissima corporis tui: sub
ministrabit creatura materiā. Coagulatio car/
nis subito ꝛ ex nihilo aīa creata ꝛ creatrix dei
tas/videlicet verbū patris ilico simul erūt. In/
explicabili tēporis breuitate in te creabitur ho
mo nouus/dei ꝛ tuus filius. Hoc efficiet i te su
perueniens spiritussanctus. Non exquiras hu
iuscemodi rationē: miraculū enim est nō simile
in seculis tēpoꝝ. Singularitatē in oībus habet/
nō causam. Ipsa em̄ dei voluntas incomp̄hen/
sibilis est causa. Sed q̄obrem nimia charitas:
ꝓpter quā deus diligens humanā naturā/p̄me
p̄uaricationi parentū totā subiacentē/ obnoxi/
am: in te ꝛ ꝑ te mittit filiū suū in terris: vt media
tor dei ꝛ hoīm bō christus iesus/tuus futur9 fi
lius/ꝓ eterna recōciliatione se offerēs interce/
dat. Sit oīno modus in placito: qm̄ ꝛ virtus al
tissimi obumbrabit tibi. Nō ex hoc ꝙ obūbrare
virtus altissimi dicit̄/in mentē audientiū aliq̄d
obscuritatis obueniat. Nihil em̄ vmbrositatis
esse pōt/vbi lux eterna refulget: ideo ꝓpe in car
ne lux v̄a veniebat/ vt oēm hoīem appropinq̄/
re volentē suis fulgoribus illustraret. Sed hec
virtutis altissimi obūbratio ad tectionē traijci/
tur: vt a v̄tute illa suꝑna tota virgo tegatur: vt
nihil sit in aīa eius ꝛ corꝑe/quod nō obtegatur
diuina virtute. Ad defensionē ꝛ munitionez ab
oībus ɔtrarijs obūbratio illa ꝓmittitur: vt caro
virginis dona nature nō perdat. Qm̄ ex natura
etiā ex corruptis oīs nascit̄ virgo: vt cōcipiēdo
ꝛ pariēdo: ꝛ deinceps ita inuariata in carne ꝑ/
maneat/sicut ex materno ventre nascēdo ꝓces/
serat: ꝛ sic vndiq̄ munita consistat ab illa obū/
bratione/vt sibi nihil in virtutibus desit: expu/
gnās oīa/inexpugnabilis ipsa ꝑ oīa. Et sicut in
alijs supra p̄tulimus: aliqua virgo nō solū ad se/
ipam/sed etiā ꝓ nobis ipa suscepit: q̄uis q̄dam
sic appropriate ad eā sint facta/vt neumodoli/
bet alicui alteri possint eē cōmunia: ꝛ ita sūt my/
sterialia/vt nūq̄ possent esse moralia: nec ꝑ simi/
litudinē in mores traijci/nisi rei geste v̄itas mu
tata: q̄ in tropologicis locutiōibus oīno seruā/
da est. Nā eoipso ꝙ v̄itas historialis in suo vi/
gore non stabit: sensus tropicus inde sumptus
friuolus erit: ex eo ꝙ ex imitatiōe historie capit̄:
q̄uis in se sine trāssumptione bona multa cōti/
neat. Aliud eni est bona moralia quecūq̄ irrela
tiue dicere: aliud in relatione gestoꝝ. Inculpa/
bile primū: culpabile oīno secundū: si nō stabit
historie v̄itas: ex qua tropicus sumit̄. Quoniā
oportet ſm censurā diuine ꝓuidētie in exponē/
dis sacris scripturis/ex eis sumpta moralia cō/
mēsurari penitus cū eisdē. Hoc siq̄dē ꝓ tāto di
xerimus: vt eoꝝ q̄ de virgine ad virginem dicta
sunt/aliqua sibi tantū/aliqua possint ad nos si/
ne historie p̄iudicio tropica locutione cōuerti.
Nā virtutis obumbratio sacra ad virginē ꝓ cō
ceptione filij/ad nos deriuanda est in omni ꝓ/
tectione spūalis auxilij: vt ab alta virtute obum
bremur ad obtectionē/ad defensionē/ad muni
tionē: sicut obumbrata virgo extitit ad dei con
ceptionē. Etenim hec oīa christus nobis est fa
ctus: vt sub vmbra alaꝝ suaꝝ ꝓtegamur/a facie
impioꝝ: q̄ prius affligere conantur. Et sub vm/
bra diuinaꝝ alarū speremus: donec transeat il/
la iniq̄tas/qua nostrorū affectuū ꝛ morū om̄is
eq̄tas cōturbata est. Sumus in bello cōtinuo:
nec inimici nr̄i ex parte aliqua sunt pacati. Im/
pugnat nos ex omniuerso sathan. Et cū in su/
is agonibus esset dauid/in se nostrā imaginem
p̄ferens: velut gratias agens dn̄o dicebat: Ob Ps.139
umbrasti suꝑ caput meuz in die belli: vt ereptio
ab inimicis aut de illis reportata victoria / nisi
obumbratione diuine virtutis/penitus non fu
isset. Nec nos de inuisibilibus hostibus nisi ob/
umbraret nobis virtus altissimi/felicem posse/
mus habere victoriam. Altissimi nāq̄ virtus sa
than cōterit sub pedibus nr̄is: vt tropheantes
de hostibus/in castris triūphalibus eius eter/
na btitudine coronemur. Proinde p̄rogatum
est virgini ꝓ conceptione filij dei/quod nobis

ꝑ auxilio fuerat alte dōnandũ. Sed ꝓut angeli verba virginẽ exhortantur ex superuentione spiritussancti / ex obumbratione virtutis altissimi adijcitur de nascituro. **Ideoq̧ quod nascetur ex te sanctũ / vocabitur filius dei.** Equidẽ impossibile oīno est / vt ex spũsancto ⁊ ex virtute altissimi aliud ꝙ quod sanctum est nascatur: sed hoc quod ex virgine / vocabit̄ filius dei. Supra vocãdus altissimi filius dict⁹ est: nunc aũt filius dei. Dissonantia hec verborum dissonantiã in rei veritate non facit. Idez altissimus ⁊ deus. Non tibi pudori sit virgo: ꝙ cum deo patre filium vnũ habeas: qui tecum ex tua integritate / non ex corruptione participare disposuit. Nec ad opprobrium tue virginitatis concipietur atq̧ nascetur. Cum ṽo coalescet: cum in noticia hominũ venerit quod ex te natus est: cum appellaberis mater: fortassis hesitas de opinione hominũ falsa: ꝙ mater virgo in ṽitate consistens / inter corruptas matres a cõiter indicãtibus deputeris. Sed speculare altius virgo: q̄d tibi de opinione vbi apte veritas claret? Nemo rectus incessit / q̄ opinionibus deseruiuit. Gaudiũ apud se possidere nõ valuit certans in opinionibus hominũ viuere. Veritas hec est / ꝙ virgo ⁊ mater es. An te amplius molestabit falsa opinio / ꝙ sis mater cõmunis: ꝙ rei ṽitas / ꝙ virgo ⁊ mater existis? An ignoras qm̃ veritas huiusmodi apud electos manebit ex fide: falsitas apud reprobos ex opinione cõmuni? Quoniã preterq̄ tu / nulla fuit aut erit virgo mater. Non ergo mireris si vulgare iudiciũ cũ singulari veritate certabit. Longa experientia ꝓ incredulis est visus ratio ⁊ corrupta natura. Quid igitur ad te alma virgo ꝑtinet de iudicio reproboꝝ? Ad electos deriuatur mysteriũ: q̄ tui filij ex odoptione fratres erunt: q̄bus cum ipso tu oībus pia mater. Cum cõplebitur mysteriũ / quod in te pater adorsus est: cũ inualuerit fides hoīm / quã in cordibus operabitur: q̄ hoc in te oꝑatus est spũs: diceris virgo mater: ⁊ fili⁹ tu⁹ dicetur filius dei: quẽ aliter nõ decebat q̄ de virgine nasci. Proinde tue virginitatis derogatio redundabit in filiũ: q̄ alte vlciscens / ꝑpetuabit in eternis doloribus ꝯtumaces. Si ṽo alia opinio q̄ erat in hoībus / te confodit: ꝙ sponsus q̄ te non tetigit: q̄ nihil oꝑatus est ad conceptũ: altissimi filij reputabitur pater: excusatio tua in exordio isto erit: quousq̧ futura fides hoībus clarescat: qua sponsus a paternitate pellet̄: cui⁹ tu sola es ex carne virgo mater: ⁊ deus eternus solus ẽ pater. Euanescãt igitur ista ex tua mẽte virgo: electi a filio tuo vt sunt in te ṽa gesta credent: venerabunt̄ te pro his: ꝓseuchas tibi ponent / vt intercedas ad filium: post quẽ singulare subsidiũ atq̧ refugiũ oībus facta es. Cuz ṽo totius seculi cõsummato mysterio iudiciũ clarũ erit: ⁊ electi ⁊ reprobi matrẽ virginem te cognoscent. Illi ad gaudium eternum / isti ṽo ad supplicium sempiternũ: qꝛ increduli existentes / aut creduli ꝑuerse agentes / sub tuum presidium cõfugere correctis moribus nescierunt.

Ut virgo credat se posse cũ integritate cõcipere / senẽ et sterilẽ introducit. Capitulum IX

Ad faciliorẽ credulitatẽ virginẽ inducendã / grauida sterilis ⁊ senex in exemplum inducit̄: **Et ecce helisabet cognata tua: et ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mẽsis est sextus illi q̄ vocatur sterilis: qꝛ nõ erit impossibile apud deũ omne verbũ.** Luc

Quibus ꝓlocutionibus angelicis helisabet deuenerit in cõceptũ / supra declaratũ est. Que virgini ad fidẽ astruẽdã offertur: cui cognata erat ex eadẽ parentela descendens: que filiũ in senectute cõcepit / renitente lege nature. Quod senex ⁊ sterilis erat / miraculũ porro fuit: vbi natura destitit / aut nõ poterat oꝑari: via credẽdi virgini mõstratur habilior / ꝙ ⁊ miraculose poterit ipsa conciꝑe: sicut senex ⁊ sterilis ante cõcepit. Non tamẽ in sterili ⁊ virgini agitur eq̄ portione miraculũ: quoniã si miraculũ est / quoniã sterilis cõcepit: nõ tamẽ ꝓter senẽ: non sine carnis corruptiõe ꝓhabita: nõ sine grauedine. Neq̧ vno momento in sterili cõceptio ⁊ animatio facta est: nõ in momẽto corporis lineamẽta cõpleta sunt: nõ partus sine dolore / neq̧ ianua clausa. Hec siq̄dem oīa in virgine cõceptionis ⁊ partus miracula ꝑfecerunt. Sed satis erat angelo virgini potuisse monstrare / vt dictis eius animũ inclinaret: ꝙ supra naturã in sene ⁊ sterili potuisset esse cõceptio. Valent nãq̧ preterita vt futura credantur. Et vnũ incredibile aut difficiliter factũ / aliud arguit posse fieri. Et sextus mensis erat a conceptione sterilis / vsq̧ in illam horã qua virgo exquirebatur ab angelo ad cõceptum diuine prolis. Ad rationẽ ṽo / q̄ ex veritate diuina est: que ex authoritate diuina est: q̄ ⁊ responsum cõtradictionis nõ patitur: virginẽ angel⁹ includit: qꝛ nõ erit impossibile apud deũ omne verbũ. Si nihil apud deũ est impossibile: nec sterilis ꝯceptus / nec virginis virgine⁹ cõceptus ⁊ partus. Quod enim potuit / voluit: quod voluit / hoc effecit: nihil ꝓter indecẽs sibi ex impossibilitate repugnat. Et in hac fide ipsa nutrita fuerat / ꝙ deus erat omnipotẽs: nec habebat vnde de potentia diuina nutaret / si hoc crediderat deum velle. Ad quod figure precedẽtes / similiter ⁊ prophetie sibi testimonio erant: ꝙ hoc eternus deus ⁊ omnipotens facere dignabatur. Nuperrime vero ad ostendendã iã diuinam fieri voluntatem nuncius celestis astabat: cõmonefaciens virginem / sibiq̧ suadens per veritatem altissimi / vt diuine voluntati sine tarditate assentiat. Ecce omnis cõpleta est nuncij superni delegatio: facta est salutatio: ꝓcul pulsus est hesitationis timor: declarat⁹ est modus / quo possunt diuina humanis / et diuinis humana coniungi: insolubilis ratio apposita est: quoniã nihil erit impossibile apud deũ: nihil restat fieri ex parte legati vt verbum caro

fiat: solum superest vt respondens virgo tã alte legationi prestet assensum. O si homines hunc dialogum agnouissent. O si tempus ⁊ loc⁹ tũc foret/quãdo ad quẽ potuisset esse accessus. O si diuulgatũ scienter in mundi partibus ante fuisset. O si adam cũ omni sua ꝓgenie ab ipso vsqꝫ ad ipsas penaliter/inculpabiliter propagata sciuisset. O si cũ omnibus patribus/cũ qbus tenebatur inclusus/ad secretum cubiculum virginis cuꝫ corporibus aut in animabus potuisset accedere. O si eua ⁊ seua mater cum cunctis in partus dolore damnatis/sciens que ab angelo cum virgine de se longe genita agerent/ obtinuisset licentiã ꝓdeundi. Accessissent protinus oẽs ꝓuolute ante cubiculũ eius: ꝓseuchas homines porrexissent: dantes in alta voces: ꝓfundentes deorsum lachrymas: singultib⁹ atqꝫ gemitibus nõ parcentes: exposuissent miseriam q̃ ꝑmebant: mala que incurrerãt ex prima oim matre. Quomodo subiugabãtur a mortis imperio: ⁊ eos tyrãnis diabolica includebat: q̃diu extiterant ab amenis sedibus exules/q̃diuqꝫ futuri. Quõ erit spes oĩs redẽptionis adempta: ꝑterq̃ in eo q angelus exigebat: ⁊ q clausa erat vite via: repagulata erãt vndiqꝫ regna celestia. Inimicitie firme stabãt cõtracte in ꝓtoplastis: deus ab homine offensus erat/a nulloqꝫ placatus. Celestis exercitus terrenas acies abhorrebat: exterminassetqꝫ castra: nisi qꝛ retinebat ab eo q̃ disponebat eruere. Totales cohortes hostiliter in hoĩes priuatis auxiliarijs seuiebant. Quasi cõfusis vocibus hec virgini disseruisset humana cõditio: vt sicut rex omniũ/decorẽ huius virginis ad redemptionẽ humani generis exquirebat: sic ipa in hanc obedientiã suũ animũ inclinaret. Vim fortassis fecissent tabernaculi postibus/⁊ dulcẽ insultũ virgini: ne differret apologiã facere alloquenti: quoniã ꝑ eã hec penalia remouenda erant. Omne pondus certaminis sup eã vertebatur. In responsum eius incumbebat omniũ hominũ salus: ⁊ tollende ꝑ eius adorsum inimicitie ad creatorẽ ⁊ ad ciues supcelestes: ptinus erant ꝑ eã bona mortua/rediuiua futura: ⁊ ab eterno disposita/ in tempore ꝑ peccatũ dilata reordinabãtur in priscũ. Merito vice necessitatis illã natura humana compulisset ꝓseuchis humilibus: vt pro causa omniũ/que agebatur cũ ea in secreto cubili sub eterna sanctione/ad deũ se totã omni exceptione deiecta transferret. Sed q̃uis non essent q̃ pro cliue huic virgini supplicarent: etiã sua causa illi celicole assentire cogebat: quoniam nec sanctificatio vterina eximebat a limbo: nec infra celestia p̃mortuã transtulisset: nisi per suũ assensum duarum naturarũ in suo aluo fuisset celebrata cõiunctio. Ratio flagitabat ⁊ cognitio/ quam ex deo acceperat: vt esset prima ⁊ palmaris virgo prudentior: cui datũ erat/vt sibi ⁊ omni humano generi ꝓuideret. Nã cum multe filie cõgregarent diuitias: ipsa sola supergressa est vniuersas: ⁊ in diuitijs sapientie cunctas excedens: sibi ⁊ omnibus cõsulens: a seipsa suasa prudẽter/et ab angelo: q̃ tam docte ex diuinis ꝓmissionib⁹ ⁊ operationibus ipsam ad expectatã responsionẽ induxerat: que oĩno erat infinitis pendenda muneribus/⁊ nulli cõparanda sermoni: quã virgo angelo prestolanti/pia humilitate/ sine ꝯtradictione/sui ⁊ omniũ miserata perfecit/dicens.

¶ Assensus virginis in humilitate fundatus. Capitulum. X

Ecce ancilla dñi/fiat mihi secũdũ verbũ tuũ. Lu. I. In ꝓfunda se deiecit. Que inuitabatur ad alta et ad dominatum/in ancillatum animum conuertit ⁊ corpus: cũ respondit: Ecce ancilla dñi/ scilicet sui ⁊ omniũ. Nihil sibi virgo retinuit: totã se posuit in diuino famulatu. Noluit ipsa de seipa decernere: cũ audisset factũ/intellexissetqꝫ modũ: preterq̃ obedientiã/nõ amplius habuit q̃d possit obijcere: qb⁹ se ad sua vota relatis optabat sibi fieri: ⁊ in ea oĩa celebrari secundũ angeli cũ dictum: Fiat mihi sm verbũ tuũ: vt cõcipiã et pariam iesum/infinite magnũ/⁊ vocatum altissimi filiũ/sedentẽ sup sedem dauid/regnantem in domo israel in eternũ: cuius regni etiã nõ sit finis. Sed nec alias virgo dedisset assensum: nisi verbũ angeli ꝑ omnia seruaret: nisi sibi sm verbum angeli expositũ/ex parte omnipotentis fieret ꝯceptus ⁊ partus. Dixerim non esse hic aliquid questionibus huiuscemodi disserendum: cum virgo totã se dedit in voluntatẽ dñi. Nec sibi ad decentiã prudentie imputatum fuisset: si aliter q̃ inquisita ⁊ clarefacta in facto ⁊ mõ protulisset ipsa ⁊ responsum: ꝓpheticos enim dialogos in alia nõ debebat cõclusione terminari. Apprime nãqꝫ in omni dialogo agitur/si sm ꝓposita ⁊ quesita formatur respõsio: ab eo videlicet qui finalem apologiam habet respondere: quod prudentissima omniũ virgo sane ꝑfecit.

¶ Subita et instãtanea incarnatio ilico post assensum virginis subsecuta est. Capitulum XI

Ad quam cõplendã mox superuenit spiritussanctus: obumbrauit virtus altissimi: coagulati sunt ex virgine ꝓ mole carnis purissimi sanguines: affuit deitas/scilicꝫ verbũ patris eternũ: anima ex nihilo creata infusa est: ⁊ factus est ꝑ omnia ꝑfectus vnus nouus homo ab illo instanti: viator ⁊ cõprehẽsor/beatus ⁊ miser/mortalis ⁊ ĩmortalis/moriturus ⁊ nõ moriturus/omnia sciens/omnia ꝓspiciẽs: ꝑterita/presentia ⁊ futura equa cognitione cõplectens: talis conceptus/qualis ⁊ natus: talis in vtero/ qualis dum obuersaretur in seculo: qualis in vtero/talis in patibulo: qualis in vtero/talis ⁊ in celo: qualis nunc/talis tunc: vt excepta mole corporis que per incremẽta temporum creuit/per omnia siquidem esset equa perfectio. Nec obstant penalitates assumpte/passiones illate/tolerata mors: quam assumpsit voluntarius/non tolerauit inuitus. Exquisiuit a puella virgine omniũ miserans pater/quod tũc

miſerendi erat ⁊ venerat tempus: volens per aſſenſum eius omnibus miſereri. Et ꝑ alloquium factũ virgini / celeſtis nuncius executus eſt. Diuinis theoꝛijs alma virgo cõſenſit: ⁊ emiſſo ſermone vitalis obedientie / ſine vlla intercapedine tempoꝛis / ineffabili atqꝫ incompꝛehenſibili celeritate repente cõcepit: ⁊ verbum in ea caro factum eſt / vt deinceps habitaret in nobis ineffabilis. Et miranda ꝯceptio: vbi per auriculã ingreſſo verbo angelico / per os emiſſo v̾bo virgineo / ſpiritu ſancto inſenſibiliter operãte / verbo dei eterno nõ ꝑ ſenſus ingreſſo / ipſa ſupercaſtiſſime facta eſt ⁊ inſeparabilis vnio naturarum: vt ex vna parte deitas in ſimplo / ex alia humanitas in duplo / in ſimul conuenirent: vt ſimplum ⁊ duplũ nulla rõnẽ ſoluerentur. Et duplũ v̾bo ſemel in diuoꝛtio factum erat reuniendũ inſeparabiliter ⁊ eterno. Nondũ diſceſſerat angelus repetiturus ſuperna: ⁊ hec ineffabilis cõceptio ex toto perfecta eſt. At vbi omnis eiꝰ eſt completa legatio: diſceſſit ab illa angelus: non relationẽ acturus: omnia eñ nouerat qui illum legauerat: ſed diſceſſit: quia cognouerat effectum ſuuperueniẽtis ⁊ obumbꝛantis virtutis / ⁊ cõpletam cõceptionẽ / ⁊ totius deitatis adeſſe pꝛeſentiã. Quid amplius facturus erat / vbi ſciebat virginẽ ex om̃i ſe in myſteria diuina migraſſe? Non eum decebat in inferioꝛibus vltra morari / poſtꝙ̃ iuſſa ſuperna ꝑfecerat: ⁊ aduenerat ad virginalẽ aulam / cuius fuerat ipſe p̃curſoꝛ. Sed nec diſceſſit quin amplioꝛi reuerentia illã veneraretur / ꝙ̃ ſalutando fuerat veneratꝰ: quoniam quod in illa pꝛenunciabat futurum / nouerat iam completum: ⁊ deitatem cuius legatꝰ extiterat / virgineo iam adoꝛabat in aluo: illa ſupna latria qua diuini ſpiritus deum adoꝛãt in ſuperis / gabꝛiel angelus veneratꝰ eſt in vtero virginis. Et diſceſſit / maioꝛi cedens qui venerat: ĩſinuans eſſe completum ſecretum eternũ / a ſeculis abſconſum tunc in virgine maria: nõ tamẽ relinquẽs cuſtodiã eiꝰ: ſi cuſtos eius erat / ſicut annunciatoꝛ tanti myſterij.

¶ Aſcenſus virginis poſt cõceptionem / vt ſenem et ſterilem inſpiceret graueſcentem. Ca. XII

Et cum operationẽ diuine virtutis / ⁊ conceptionem ineffabilez iam in ipſa nouiſſet / ad exemplum ſibi poſitum ab angelo de cognata viſenda: viſura ſe contulit: non velut in dictis angelicis heſitans. Maioꝛa iam in ipſa celebꝛata cognouerat: ſꝫ vt miraculũ miraculo cõiungeret: nouitatẽ nouitati ſociaret: ⁊ veneratur in ſterili diuĩa myſteria / que ſuũ conceptum paritura erant. Spũ enim ꝓphetico multa virgo nouerat: ⁊ illam ſterilez geſtare pꝛeconẽ / cuius ipſa deferebat iudicez. In magno autem myſterio: quoniam lex ⁊ euãgelium in magnis montibus hypantare inuicem ſe debebant.
Lu.1 Proinde Exurgens autẽ maria in diebus illis / abijt in mõtana cum feſtinatione in ciuitatem iuda: et intrauit in domuz zacharie et ſalutauit heliſabet. Feſtinat Maria montana cõſcendere: non voluntate vagandi / aut ad curioſitatẽ oculoꝛum in montibus dilatandam: ſed ad illã dũtaxat ciuitatẽ in domũ ingreditur: vbi noui ꝓphete / ſuiqꝫ filij pꝛecurſoris nouerat eſſe matrem: ſeruans humilitatez / ſterilem matrẽ mater virgo ꝑueniens: ⁊ illũ naturalem humilẽ moꝛem / quo a iunioꝛibꝰ eſt antiquioꝛibus deferendũ. Pie tñ crediderim: ꝙ ſi ſterilis cognouiſſet de virgine quod angelo nunciante virgo cognouit de ſterili: velut altioꝛibus muneribus dotatã / in viſitatione virginez ſterilis pꝛeueniſſet: niſi quia potuiſſet ocyꝰ ambulare iuuenioꝛ. Attamẽ ꝓtinus ſterilis nõ illam expectaſſet in domo: potius obuiam pꝛoceſſiſſet. Sed cognouit ex pꝛeſentia viſitantis / quod ante non nouerat. Magna nobis documenta exhibentur in iſta viſitatione / quam virgo ſterili exhibet: ad ſeruandã humilitatem / ad viſendũ a quocũqꝫ / in quocũqꝫ inuenta fuerint ſemina ſanctitatis: in quo relucent diuina myſteria: in quo deus operatur ſuper nature virtutem: vbi plus gratia ꝙ̃ natura refulget. Magna eſt cõtemplatio creaturarũ magnarum / celi atqꝫ ſtellarum. Magna cõſyderatio elemẽtorum ⁊ elementatoꝛũ ex eis. Magna ſpeculatio ꝓceſſus naturalis oꝛdinis / eiuſqꝫ pulchꝛitudinis: ⁊ elimatio inde naſcitur ad maioꝛa: vt ex cõtemplatione creature creatoꝛ poſſit agnoſci. Sed maioꝛ eſt meditatio / ſpeculari opus diuine gratie / ſanctitatẽ animarũ / moꝛũqꝫ grauitatẽ / ſapientiã diuinoꝛũ / habitũ virtutis in anima que nature operationes tranſcendunt. Sãcta itaqꝫ ꝑgit ad ſanctã: ⁊ que maioꝛi ſanctitate reſplendet / humilioꝛibus atqꝫ ardentioꝛibus moribus agitur. Sepe quidem maioꝛis virtutis ſignum eſt actio. Non paruus eſt fructus etiam cum electi in hac vita ſymbolum faciũt. Intrat igitur virgo in domũ zacharie: a quo domꝰ poſſeſſio dignius dicebat̃: ⁊ ſalutauit heliſabet cognatam ſuam: nõ quia cognata: non enim cure virgini erat familiarẽ ſe pꝛeſtare ſm̃ carnem cognatis: que iam cognita ⁊ cognata celeſtibꝰ ſpiritibus facta erat / ⁊ totius deitatis hoſpitium: auulſus erat ab amicis ſm̃ carnem: amoꝛ eius ſolum agebatur ad deum ſpiritu: quo permota ſalutauit heliſabeth: quia in ipſa ſpiritusſancti operationes factas agnouerat. Salutauit ſiquidem: ſed neſcimus quibus verbis. Foꝛtaſſis vt mos erat ſalutare iudeis. Magis aũt fuit adiectum: quoniã tanꝙ̃ ſterilẽ atqꝫ ſenẽ diuine atqꝫ miraculoſe operationis officinã virgo humilis ſalutauit: velut ſi omnibus qui bene vixerunt in lege ſterili atqꝫ ſene / nunc per eam ſalus adueniat que ſalutat. Reſpõſio ſiquidẽ heliſabet / quã in ante expoſito libꝛo pꝛetulimus / ad hoc concidentiam facit: admirans ꝙ ad eam mater domini ſaluatoꝛis acceſſerit: ⁊ ĩ ſpiritu facta dixit ad virginem: Benedicta tu in mulieribus: et benedictus fructus vẽtris

tui. Cū benedictione angelica helisabet ī hac parte consentit/ꝙ super omnes mulieres benedicta consistat. Sed ipsa sterilis/nunc grauida plus adiecit: cū fructū in virgine diuinū existere precognouit/benedicens eum: quoniam diuina fruitio per illū sanctis in eterna patria dāda erat. Et benedictus fructus ventris tui. Claret illa hora/qua virgo verbū obedientie protulit/cōcepisse: cū statim ascenderit ꝛ manserit mēsibus tribus cum helisabet: que fructum vētris eius spiritu ꝓphetico bn̄dixit: ꝛ ipsa virgo partum sterilis expectauit. A die siquidē conceptionis virginis vsq₃ ad partū sterilis/ tres numero menses sunt.

¶ Oraculū helisabet ad virginē mariā: ad quā helisabeth reuersa est. Capitulum XIII

Lu.1 Et btā es q̄ credidisti: quoniā ꝑficientur in te q̄ dicta sunt tibi a domino. Beata virgo ab helisabet predicatur/ex eo ꝙ credidit angelo nunccianti. Spiritu reuelante nouerat ꝙ diuina recepisset alloquia: que credens ad seipsam ꝛ pro omnibus saluandis beata erat. Sed querendū nobis est: cum angelus dixerit benedictā/ ꝛ helisabet benedictā ꝛ beatā: quid interest inter benedictam ꝛ beatā/seu benedictū ꝛ beatū? Sed aliud benedicere deū: aliud benedici a deo: aliud benedici ab hominib⁹. Benedicere deū est in omnibus que in mundo fiunt/sibi attribuere bonitatē: nobis autem maliciā vel defectuз: vt in camino ignis ardentis fecerunt tres pueri. Dan. iij. Benedici a deo est: cum ipse reb⁹ omnibus tribuit propriā bonitatē: quā nos naturalē vocamus: ꝛ cū omnibus in his que agunt aut volunt/tribuit prosperari: sicut Job primo ca. sathan dn̄o de iob inferebat/dicens: Operibus manuū ei⁹ benedixisti. Ac si diceret: Nec mirū si iob timeret deum: quoniā bonitatē ꝛ ꝓsperitatē tribuisti operib⁹ manuū eius. Et ali-
Job.42 bi: Benedixit deus vltimis iob. Cum autez die sexto deus crearet primos homines: benedixit eis bonitatē dans/datā insinuans sup omēs su-
Geñ.2 percelestes creaturas. Similiter ꝛ diei septimo benedixit singulariter/quietis bonitatē illi tribuens. Sic etiam benedicere dicit: cum omēs gētes in christo suo filio bn̄dixit: ac singulis benedicit/vt possint adipisci salutē. Omnibus q̄ bn̄dicuntur in christo/illa bonitas tribuit: qua illa salus tribuatur/quā ipse acq̄siuit in sanguine. Ab hominibus ṽo benedici est: cum gesta hominū reuocantur in laudabilē rerum partē: aut cum ex his que a deo donantur/datarij benedicti vocantur. Ac per hos si benedictio virginis ꝙ ab angelo ꝛ ab helisabet benedicta in mulieribus predicatur/a deo protinus sic erat: vt illam ei dn̄s bonitatē conferret/ qua sibi sup omnes posset placere/ac dei filiū generare: ab hominibus etiā talis erat benedictionibus extollēda: vt nihil in ea ꝛ ex ea in alterā rex partē/ q̄in virtutū bonitatē possit inflecti: vt ex ventre ipsius ille benedictus q̄ venit in noīe dn̄i/afflueret sup oēs. Beata siquidē ꝑdicabat viatrix existens: qꝛ crediderat angelicis dictis: ꝛ qꝛ in ipa dicta ꝑficienda erāt. Uirtutis erat existētis in anio ista beatitudo: vt nil posset repugnare futuris: nec ipsa in mente habebat aliq̄d impacatū. Beatitudo est sic virtutibus adijci/ vt nihil aduersum eax impediat actionē: ad quā beatitudo interminabilis sequit: cū sit assumptio ī superna. Inquit igit helisabet: Beata q̄ credidisti: qm̄ ꝑficient in te q̄ dicta sunt tibi a dn̄o/ scз angelo nunciante.

¶ Canticū marie corā helisabet. Capitulum XIIII

Et ait maria: Magnificat aīa mea dn̄m. Lu.1
Nō magnificat ṽgo deum/vt ipm magnum efficiat: a quo ipsa etiā magna facta est: sed sic eū anīa marie cōsyderat/vt quod vult efficiat: ꝛ quod in re parua/ magna possit efficere: ad magna ṽo ea que sūt exigua/subleuare. Magnificabat anīa virginis dn̄m/cū laudabat dn̄m eterne/atq₃ ꝯtēplabat ꝙ magnalia in se ancilla ꝑfecerat: ꝛ ad infinitatem eius deficiens/ab illa magnitudine vincebatur. Et propter magna q̄ statuit in re parua: Exultauit spūs meus in deo salutari meo. Exultauit spūs virginis: qꝛ in ea superuenerat spūsſctus: q̄ docuit eā: fecundauit eā virginē seruauit intactā. Ex his nempe q̄ a spū sancto suscepit/exultauit spūs eius in deo salutari suo: in filio videlicet quē gestabat in vtero. Nō sic suo/quin etiā omniū. Sup quē symeon
ꝓphetauit/cū natū portauit ad tēplū: Quia vi- Lu.2
derunt oculi mei salutare tuū: quod parasti ante faciē oīm populox. Quare exultauit? Quia respexit humilitatē ancille sue: ecce enim ex hoc beatā me dicent oēs generationes. Ad quā veritatē virgo se ꝯtulit vnde a dn̄o respecta est aduertamus. Quia respexit humilitatē ancille sue. Uirgo hec nouerat/q̄d gratā corā dn̄o ipsam potuisset efficere. Quod cū repperisset: cunctis visibilib⁹ pretermissis/sibi asciuit in voce. Non ꝓpinquitatē generis/nō pulchritudinē corporis/non artis additamēta/nō eloquentiā/nō humanā prudētiam/ nō diuitias: nō cetera taliū/vt a deo respiceret enunciat: necnō ꝛ q̄ maiora sunt reticet: nō sanctificationē in vtero/nō virginitatē in placito/ nō orationē/nō ꝯtēplationē/nō sensuū custodiam. Alias oēs silet ipsa virtutes: dumtaxat sibi de humilitate blandit: ꝙ illā in ipsa pre omnib⁹ vernātibus bonis intuitus esset altissim⁹. Apte porro: quoniā a cōtraria fenestra eius se prima mulier cū omni sua ꝓle de arce bonitatis deiecerat. Et inde lucifer de altissimis sedib⁹ ad pallidas sedes cū suis sequacibus potenter eiectus est. Mirū in modū nō prodit fidē: subticet spez: nō nominat supercedentē oīa charitatē. Cūcte virtutes in silentio facte sunt: ꝓ hūilitate soluз se respectā a domino gloriat. Quia respexit humilitatē ancille sue. Nō ab re: nā cū hūilitatē di-

ꝑit illã obedientiã oĩm ⁊ oĩs eius quod erat no-
minauit: qua inexceptuate creatura deo subijci
tur: qua oẽm voluntatẽ/intentionẽ ⁊ affectionẽ
⁊ actionẽ transfert in eum: nihil sibi ꝓ humane
cõplacentie voto reseruans. Preit enim dicata
obedientia deo cũctas virtutes/graditurqꝫ cuꝫ
oĩbus. Nã quõ quis crederet/nisi obediret vo-
canti ⁊ p̃dicãti: ⁊ captiuaret omnẽ intellectũ in
obsequiũ fidei? Nã quõ quis speraret/nisi obe-
diret? Quõ quis diligeret diligenter diligenda:
nisi vellet ex obedientia iubentis mãdata ꝑfice-
re? Unde ipsoꝝ digna obseruatio/nisi ex obedi
entia digna? Uñ inuisibiles theorie in alta ten-
dentes? Unde honeste atqꝫ fructifere hominũ
actiones: nisi ex illa humilitate ꝓfunda/q̃ hoĩm
animus fit subditus deo: factus obediẽs in ma
lis tolerandis etiã vsqꝫ ad mortẽ: in cauẽdis vi-
tijs sine termino in bonis agendis: quousqꝫ dũ
viuit possit esse ascensio? Est enim humilitas il
la prima nature libertas: qua hõ libere sine im-
pedimẽto poterat supioris cõplere mãdata iu-
bentis. Est humilitas illa prima creature subie
ctio ad diuine agentẽ: quã virgo habẽs loq̃tur
ꝯfidenter: Quia respexit humilitatẽ ancille sue:
vt in illã videlicet diuine atqꝫ humane possit ꝑfi
cere quod ab eterno nõ decreuerat. Ecce enĩ
ex hoc beatã me dicent oẽs genera-
tiones. Frustra beataꝫ diceret/nisi esset: sed
vnde beatã? Quia huiuscemodi humilitatẽ pos
sedit. Unde beata: nisi qꝛ in ea dominus ineffa
bilia oꝑatus est: cum in illa eternũ dei verbũ sit
in plenitudine tꝑis caro factũ? Unde spũs vir-
ginis etiã exultauit. Quia fecit mihi ma-
gna qui potẽs est: et sanctum nomẽ
eius. Multa magna p̃tacta sunt/q̃ in illa do-
minus oꝑatus est: quoꝝ nõ exq̃renda est a mor
talibus ratio: cũ in his magnis que supra sensũ
⁊ apprehensionẽ hoĩm oꝑatur/qꝛ potuit et vo-
luit/illa ratio sit palmaris. Hinc virgo decãtat:
qũi potens est. Ideo mihi magna fecit: qꝛ oĩpo
tens est: ⁊ qꝛ sanctũ nomẽ eius. Quid hic ad fa-
ctionẽ magnaliũ sanctitas? Quid sanctitas in
nomine/cũ in ꝑsona taceatur? Quis ordo loq̃n
di? Nulla est vera potentia/ si sanctitate caret:
nec p̃ter illã magna põt efficere. Ueritas poten
tie id exquirat/vt sibi sanctitas sit germana. Et
factoꝝ magnaliũ est/vt sanctitate resplendeãt.
Reprehensibilis est oĩno potentia/ nec lauda-
bilis actus: si sanctitas non assistit. Est igitur
sanctitas illa infallibilis veritatis atqꝫ iusticie
regula: que affectũ ⁊ intentionẽ etiã in modico
exorbitare atqꝫ pigrescere oĩno non sinit: q̃ vi-
res interiores ⁊ exteriores exercet/vt omne ꝓ
grediatur in fas: que sic cuncta disponit/vt nul
la possint improbitate causari. Sanctitas autẽ
in deo/deus est. Est enim deus oĩe quod ha-
bet. Sed cum deus ad creaturas suo ineffabili
modo aliq̃d operando ꝯtrahitur: sanctitas de
ipso eo sensu dicitur quo stabiliter/vtiliter/irre
prehensibiliter/laudabiliter atqꝫ mirabilr̃ ope
ratur. Cõpetit igitur sanctitas ad factionẽ ma
gnorum. Et cum nomen dicitur sanctũ/ ad no
ticiam refertur: ⁊ ad effectum nostre salutis:
quoniam iesus appellabitur nomen eius. No-
mina etiam que ſm linguam hebream atqꝫ gre-
cam habet/ omnia sanctitatem insinuant. Nec
hic sumpsimus differenda nisi hoc paululum:
ne canticum virginis indiscussum preterisse vi
deamur: Et misericordia eius a proge
nie in progenies timentibus eum.
Nõ solũ sibi a deo magna facta mater virgo cõ
memorat: sed vt oĩb9 timẽtib9 eũ a ꝓgenie p̃mi
hoĩs/ꝑ oẽs ꝓgenies filioꝝ hoĩm/dei misericor
dia magnifice sit p̃standa. Una siquidẽ fuit ho-
minũ prima ꝓgenies: que deinceps in multas
ꝓgenies est diffusa. Et ab oĩ alia ꝓgenie distin
cta erat ꝓgenies iudeoꝝ/dũtaxat vnius dei cul
tũ tenentiũ: q̃bus primo credita sunt eloq̃a dei.
Et ad israeliticas oues primo dei filius missus Mat.
erat: vt eis prius/deinde oĩbus misereret. Naꝫ
ꝑ Osee dominus dicit: quod etiã apl̃s ad Ro- Osee
manos cõmemorat: Et vocabo nõ plebẽ meaꝫ Ro.
plebẽ meã: ⁊ nõ dilectã meã dilectã meã: ⁊ nõ mi
sericordiã cõsecutã/misericordiã cõsecutã. Et
alibi: Cõclusit enim dñs oĩa in incredulitate: vt Ro.
oĩm misereatur. Et in sapiẽtia scriptũ est: Mi- Sap.
sereris oĩm domine: qm̃ oĩa potes: ⁊ dissimu-
las peccata hoĩm ꝓpter penitentiam. Diligis
enim oĩa que sunt: ⁊ nihil odisti eoꝝ que fecisti.
Cantat virgo adesse dei misericordiã omni ꝓ-
geniei: sed timẽtibus eũ. Nihil excluditur a mise
ricordia dei: nisi qui dei misericordiã ꝑ impeni
tentiã exclusit. Sed nec ita misericors/vt iudici
um nõ faciat: nec ita iustus/vt misericordiã ex-
cludat. Cõpetentibus enim cõpetẽtia facit. Et
dauid ꝓspiciens decantat dicens: Misericor Ps.
diã ⁊ iudiciũ cantabo tibi domine. Sic ⁊ virgo
mater post misericordiã subiunxit dicens: Fe-
cit potẽtiã in brachio suo: dispersit
superbos mente cordis sui. Uulgaris
vsus loquẽdi hoc habet: quod cum aliquid ma-
gnum quis fecit in hostem/vt virtus referatur
in brachiuꝫ. Sed non sunt hec verba virginea
immo ⁊ spiritusancto deprompta: non excludẽ
da in angustũ: alte lateqꝫ diffundi possunt. Bra
chium quod virgo cõmemorat/in quo deus su
am potentiam fecit eterni patris: eternus est fi-
lius/in corpore virginis filius factus: vnde illũ
extollit quem gestabat in vtero. Quod autem
brachium eius sit vnigenitus ab eterno filius
eius/nunc in tempore caro factus: ex mire fa-
ctis atqꝫ facturis sacra scriptura cõmemorat.
Nam prima tympanistria ad presagium protu
lit/que nunc secunda decantat: Irruat super Exo.
eos formido et pauor in magnitudine brachij
tui. Aduersus egyptios illo in tempore soror
moysi et aaron intẽdebat ex verbis cantici ei9.
Preuidebat aũt in mysterio quod nunc maria
v̾go recitat de filio ei9. Nã in magnitudine di
uine potentie super egyptios formido ⁊ pauor
irruit: sicut ĩ illo trãsitu maris gesta manifestãt
vt egyptius suffocar̃. In magnitudine v̾o chri

sti super vniversum orbem terrarum pavor irruit et formido: cum in ortu eius trepidauerunt reges et geniculauerũt. Alij ne perderent mundi regnũ/pauoribus flagellati sunt. In die mortis eius totus mundus expauit: resurgens terruit inimicos. In subsequis eius in timore cõcussit reges terre: aut idolatricum populũ omnino idola et phana demoliendo/terrendo turbauit. Dominus cum Job vellet reprimere/dixit: Et si habes brachium sicut deus. Brachium dei/eius est filius: eternus ex patre/temporalis ex matre. Quod brachium aut Job aut nemo hominum habet/vt magna sicut deus possit efficere. Magna in isto brachio virgo deuz fecisse decantat: quod David ante preuiderat dicens: Redemisti in brachio tuo populũ tuuz/ filios iacob et ioseph. In quo redemit populũ/ nisi in filio suo? Quid igitur brachium eius/nisi humanatus filius eius? Que hac magnitudine maior/ꝙ redimere populum diabolo subiugatum/criminibus abstractum/per filium cruce suspensum? Redemit igitur in brachio populum omnium nationum: filios iacob/aut filios circũcisionis: ⁊ filios ioseph/videlicet gentiles ꝓ eo ꝙ nati sunt in egypto. Filij ioseph filij sunt augmenti: qui ꝑtinent ex significatione ad alias nationes: cum magis ex eis ꝙ ex iudeis sit ecclesia dilatata. Fecit igiṫ potẽtiã in brachio suo: cũ in ipso creauerit celũ ⁊ terrã. Fecit potẽtiã in brachio suo: cũ dispsit supbos mente cordis sui. Et i psalmo scptũ est: Tu hũiliasti sicut vulneratũ supbũ: in brachio ꝟtutis tue dispsisti inimicos tuos. Qui aũt inimici dei/nisi demones supbi: ac etiã hoĩes q̃ eiꝰ mãdata ꝯtẽnũt: q̃ eius impiũ paruipẽdũt? Demones dispsit eripiendo predam: superbos autem homines humiliat aut damnat. Hoc est brachiuz quod spcias scilicet animas electorum legit: brachium quod omnibus dominatur: brachium quod difficiliter per fidem et mortem ⁊ sanguinem ⁊ in multis miraculis reuelatum est. Ad iudicium etiaz iusticie sue ꝑtinet ⁊ quod sequitur. **Deposuit potentes de sede: et exaltauit humiles.** Neqꝫ nouum est hoc virginis verbuz: longe ante predictum est: necnon ⁊ experientia claret. Ad dei iusticiam pertinet deponere ad ima qui nequiter sublimia tenuerunt: ⁊ exaltare humiles tenentes virtutem/dum abiecti videbantur. Hinc in Job scriptum est: Qui ponit humiles in sublimi: ⁊ merentes erigit sospitate. Pro humilibus quidem dicta sunt hec: pro depositione vero superborũ potentum/⁊ exaltatione humilium clarius in sapientia legitur: Sedes ducum superborũ destruxit dominus: ⁊ sedere fecit mites ꝓ eis. Radices gentium superbarũ arefecit deus: ⁊ plantauit humiles ex ipsis gentibus. Si ꝑ allegoriam vellemus discutere: depositio iudeorũ ⁊ gentium exaltatio intelligitur. In moribus etiam talia fieri sepe videmus. Cum vero finis vite hominis venerit: rota voluetur rationis humane infra rotam di

Job.40.
Psal.76.
Psal.88.
Job.5.
Eccl.10.

uine iusticie: vt ẜm virtutes/non ẜm opiniones hominum merita tribuantur. Et in euangelio saluator plerũqꝫ verba huiuscemodi iterauit: Omnis qui se exaltat/humiliabitur: et omnis q̃ se humiliat/exaltabitur. Perseuerat adhuc in verbis iusticie virgo mater: et illã explicat alio loquendi genere. Infert equidem: **Esurientes impleuit bonis: et diuites dimisit inanes.** Nondum natus erat Christus: et mater gestãs eum/predicabat que ipse predicaturus erat. Nam factus adultus/aperiens in monte os suum dixit: Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam: quoniam ipsi saturabũtur. De ista esurie virgo preloquebatur: nõ de illa que dicitur panis et vini. Defectum esuries portat: et prout certat cum corpore/vacuitas eius est. Sed oportet etiam omnino lege nature vacuum impleri: natura enim ipsa vacuum abhorret. Sed terrenis vacui/celestibus replebũtur: insaturati suapte perfunctorijs/complebuntur eternis. Esuries animati corporis est impatiens appetitus eorum/que possunt ẜm naturam sustentare naturam. Esuries autem anime rationalis est deuenire in verum ⁊ optimum. Cum vero anime rationali fuerit addita gratia: in ampliora tendit esuries: vt etiam impatienter appetaṫ liberari a vitijs/inherere virtutibus: et penis intentatis et morte appetere non desistat: et semper subiaceat laboribus quousqꝫ obtineat. Post istam vero beatitudinem esuriens/quam virtutibus repositam credit. Huiuscemodi esurientes qui potens est/impleuit bonis: ⁊ diuites dimisit inanes. Diuites scilicet in terrenis: qui non in deo/non in virtutibus/sed in seipsis diuites sunt. Consona in psalmis verba precesserant his que nunc virgo decantat. Diuites eguerunt ⁊ esurierunt: inquirentes autem deum non minuentur omni bono. Inquirere dominum/ad esuriem anime rationalis refertur: que cum fuerit gratia predita/ipsum impatiẽter desyderat. Diuites vero mũdi egebunt/⁊ esurient/⁊ dimittentur inanes. Et alibi. Animam esurientem satiauit bonis. Merito aĩa bona incessanter desyderãs/bonis repleta est. Quod semp facit ille q̃ potẽs est: q̃ etiã nouit ꝙto desyderio ad ꝟtutes anima eleuetur. Hinc etiã diciṫ: Qui dat escã esuriẽtibus. Escã virtutũ/que aĩas alit: ⁊ escã sui corpis ⁊ sanguinis/quam omnibus fidelibus ꝑparauit: in ostẽsionem amoris ineffabilis/quo diligit nos: ⁊ in tutelã a malis purgationẽ criminũ: in terrorẽ spirituum nobis aduersantiũ ad salutẽ. Sed diuites seclĩ/existimãtes maiores diuitias opes ⁊ bona ꝑfunctoria egypti ꝙ improperiũ christi/omnino dimisit inanes. Et hoc habet ꝓpriũ bonitas/ꝟtus ⁊ sapiã: ꝙ post esum iterũ esuries sequtur: ⁊ gustata desyderium reaccendũt. Sic ꝑ sapientiã diciṫ. Qui edũt me/adhuc esuriẽt: ⁊ qui bibũt me/adhuc sitiẽt. In argumẽtũ inherẽtis ꝟtutis ista verba depromunṫ: ꝙ ãplior bonorũ gustatoꝝ esuries illa iã adesse demõstrat. Arguit

Mat.23.
Lu.14
Luce.18.
Mat.5.
Ps.33.
Psal.106
Psal.145.
Eccl.24

in anima esse virtutem ad ipsam desyderium pamplius inardescens. Hos esurientes bonis implet largitas eius qui cūcta potest: inanitate remanente apud diuites insatiabiles/quoꝝ anima terrenis satiari nō potest. Post decreta iusticie/mater misericordie ad misericordiaȝ dei canticum suum iterū reconuertit. **Suscepit israel puerum suum/recordatus misericordie sue.** Pro populo suo hic singulariter loquitur: ꝙ populum israeliticū quasi puerum ab eo ꝑ multa erudimenta nutritum: velut misericordie recordatus: cuius vnꝗ̄ obliuisci non potuit: nunc saluare dignatur: suscipiens illum in humeris eius: crucem portans ꝓ peccatis illius. **Sicut locutus est ad patres nostros abraam:** quibus facturus talia repromisit. **Et semini eius vsq̄ in finem seculi:** quod saluare disposuit. Ecce compleuit maria canticum suum/plenum laude/actionibusq̄ gratiarum: dei misericordiam ꝛ iusticiam plene demonstrans.

De mora Marie cum Helisabet. Capitulum XV

Luce.i **Mansit autem maria cum illa quasi mensibus tribus: et reuersa est in domū suam.** Magna fuit in pmo congressu istarū ꝓphetissaruȝ mirabilium verborū celebrata collatio: nec ilico in p̄sentiarū corporū est secutus abscessus. Grata est eñ ista societas duarū excellentium mulierū: que diuinis refecte mūeribus/fetibus grauidate/delatrices operū spūssancti: quanꝗ̄ dispariter: vt alteram altera ꝑ omnia excederet non excessa: vt in superna verbis et affectibus inhiabant: ꝛ dignum suaueq̄ duxerant insimul ad tempus contubernium facere: vt diuinū ad inuicem possint habere colloquium: quaꝝ mēs nihil disputare nouerat de terrenis/que dona celestia in anima ꝛ corpore congestabāt. Quid ꝛ q̄ntum eis credimus affuisse gaudij: dum de diuinis sole confabularentur: dum referebant ꝙ non ꝓprijs meritis/sed ex diuina gratia talium fetuum facte fuerant portatrices: tam magnorum filiorū se p̄noscerent esse matres: tam hospitum magnoꝝ hospitia: qui non ab hospitijs/sed ab ipsis hospitia firmabantur. Nesciebant diuortiari ab inuicem/quas amor celestis coniunxerat. Senex non repellebat iuuenculā: neq̄ suam remittebat in domum. Magis vero illaȝ tanꝗ̄ deum gestantem hortabatur ad moram: alte ditari consyderans/dum dei filium in virgine suo retineret hospitio. Nec virgo libens discedebat a sene: quā festinanter animo visendi accesserat: et quousq̄ videret natum/ quē miraculose audierat ab ipsa sterili fuisse cōceptuȝ/quem sui filij nouerat p̄cursorem. Non tam cito dimittenda bonorū consortia/vbi possibilitas est morandi. Nō leuitate animi recedendū est ab his/in quibus vere virtus adesse cognoscit. Hoc eñ est examē virtuosoꝝ: libēter synngiū facere/separi cū tedio. Si discēdū est aliq̇d a puritate fulgētibus: nō ꝯtinuo apphēdunt ea cta: nec subito ad ꝑceptionē veniūt recte agentium mores: ꝛ ꝑseuerare apud virtutis compotes est iusticie vita/ꝛ mos incondēnabilis iudicatur. Coartant ad melius vnius ad alterum reflexo exemplo: cū insimul conueniunt virtutum celestium sectatores: ꝛ vnus ab alio plus addiscit. Specula sunt vnius ad alterum/cū insimul conueniūt regere cupientes: vt vnus in altero videat quid sibi in actione deficiat: ꝛ q̄tuȝ possit decorari ꝟtutibus plus agnoscat. Nō ꝙ iste talibus indigerent: vna plena omniū gratiarū/altera gratiā habens: sed vt posteris in actionibus huiuscemodi ꝑfecte agendi p̄berēt exemplum. Et optime sedulitatis est finem p̄stolari ceptorū. Hinc virgo expectat p̄cursorē filij nasciturū. Quo nato/ꝛ exhibito sue honestatis officio: didicit ꝛ cognouit partū cōmunis corruptionis/partum sterilis: vt pamplius exultaret in partu virginitatis: quo expedito ꝑ omnia/completis tribus mensibus/repedaret ad domum.

Qr virgo anteꝗ̄ cohabitaret cuȝ ioseph/inuenta est ab ipso pregnās ex spūsancto. Capitulū XVI

Que cum esset desponsata ipsa maria mater ioseph. anteꝗ̄ cōuenirent/inuenta est in vtero habens de spiritusancto. Supra diximus angelum ad desponsatam virginem missum: ꝛ desponsationis causas paucas adneximus. Sed decens erat vt desponsata esset/non cognita/virgo paritura deum: que anteꝗ̄ conuenirent illa scilicet et ioseph: non in copula carnali/sed habitatione comuni: et ab ipso ioseph inuenta est in vtero habens de spiritusancto. Ecce sponsus transiuit in testem: cui aptius erat testificari de sponsa suscepta: quoniam virgo erat: quam ipse non tetigerat/non cognouerat. Sic eam inuenit ioseph habentem fetum in vtero: non de alio/ sed de spiritusancto: et hoc anteꝗ̄ simul conuenirent: quoniam nō statim desponsatam traduxit ipsam in domum ioseph. Iterum angelus mysterium maioris desponsationis exequitur. Quo ꝑfecto maria mōtana conscendit: vbi cum helisabet mansit mēsibus tribus: deinde reuertens in domum/ab ipso grauida per spiritum sanctum inuenta est: non experientia tactus: sed quia illam cognouit ex exterioribus gestis: ꝙ aliquid gestabat in vtero: et squalidabatur facies virginis/ et attenuabatur in carne. Cognitio vero helisabet per exultantem in suo vtero filium/in illis tribus mensibus iam ad iustum peruenerat. Uel forte ipse ascenderat ad mōtana/sciturus quid sua sponsa ibi ageret: et visitaturus affinitateȝ est. Unde patuit data fide dictis/quod virtute spiritussancti habebat in vtero. Dubio tamen suspendebatur ioseph. Nec credendus est tante virginis sponsus/tāte ꝟginitatis custos ꝛ testis/exclusus a scientia diuinoꝝ: Quis in il-

lox cognitionē paulatiue deuenerit: moderante
Mat. 1 spūsancto/⁊ angelo reuelante. **Joseph autē vir eius cū esset iustus: et nollet eā traducere: voluit occulte dimittere eam.** Justus ex lege/iustus ex bona volūtate/ iustus ex bona oꝑatione: ⁊ si nihil aliud ad testimonium sue iusticie: ꝙ vrrgo/ ꝙ virginis matris sponsus/ꝙ christi nutritius est electus/ additamentum facit. Et nolebat eam traducere/ velut ꝑplexus/nesciens quid futurū esset. Nam ꝓpositū ꝟginitatis erat in eo: ⁊ mariam credebat ꝟginē: sed ipso nescio grauidatam: ꝙuis si res postulasset de illa disserere/sermo dubius erat. Nam si dixisset illam ꝟginē ⁊ grauidam/ sicut erat: videbatur insolitū ⁊ incredibile. Si virginem ⁊ non grauidam: alterū horū vertebatur oīno mendacium. Si neutrū edixisset de illa: vtrūqꝫ subiacebat obnoxium falsitati. Proinde in re tam dubia deuitabat iudiciū: testimonium ꝓferre nolebat. Meditabatur fugam: et occulte illam dimittere disponebat. Et hoc quidem quia iustus erat: cupiens seruare iusticiā: vt non ꝓferret hesitanter quod ꝓ certo nō nouerat: ratus meliorem partem secedere ꝙ ꝓ re dubia deuenire in causam. Sancta em̄ puritas agitabat eum: nō aliqua sinistra suspitio de maria. Non em̄ ꝑmittebat deus tantū sponsum/senem fidelem/de matre sua iniqua meditari. Alias nec iustus merito dici posset. Obliqua em̄ et incerta suspitio contra ꝓximū/iniusticiam non iusticiam arguit. Sed supra intellectum suum attollebantur gesta que in ꝟgine videbatur aduertere: ꝙobrē occulte illā dimittere cogitabat. Quō occulte? Nemini ꝓpalaturus sui secessus causam: sic occulte/vt a nemīe sciri posset vt ꝗd ⁊ quo iret. Nolebat em̄ aliꝗd cōferre cū aliquo de maria: ipsaꝫ diuine dispositiōi cōmittēs: quousqꝫ huius rei veritas aliter elucesceret/absentiā meditatus. Expeditioris ꝓtinus est ꝯsilij explicari ꝙ dubijs implicari.
Mat. 1 **Hec illo cogitāte: Ecce angelus domini in somnis apparuit ei dicēs: Joseph fili dauid noli timere accipere mariam coniugem tuam. Quod enim de ea natuꝫ est/de spiritusancto est.** Argumēto palmari factū est/ꝙ nulla suspitione iniqua ioseph ad virginem mouebatur: quoniam ei ꝑ angelū dn̄s in sua ꝑplexitate desuꝑ ⁊ de celo subuenit. Nō em̄ in sacris volumībus inuenimus/ꝙ dn̄s iniquis atqꝫ nequiter cogitātibus/⁊ fingentibus nequia ⁊ dubia cōtra ꝓximū/ꝙ spūssancti oꝑationes occultas ⁊ secretas/⁊ secreta mysteria semꝑ a seculis reuelaret. Dum in animo ioseph pia ꝑplexitas insideret: apparuit ei angelus dn̄i: bonus siquidē ⁊ non malus: verificans eum/⁊ non eludens: certificans/non in ampliorem hesitationē deducens: qui eum blando retundit alloquio: incognito tn̄/cū in somnis monefaceret eum. Cui apparuit in illa certitudine visionis/quā sibi ioseph indubitate credere potuisset: vt quāꝗ a somno sensus illius tenerent oppressi: non tn̄ somniaret vt somnijs fidem daret: quoniā qui credit somnijs/ex toto reprobus est. Sed spiritu eius iaꝫ in extasi facto/ angelus ad hoc deputatus a deo/diuina mysteria facta in sponsa virgine declarauit: quē preter annunciatorē alium esse nō credimus. Hic cū aperit spūssancti mysteria: marie sponsum hesitantē ex nomine ⁊ progenie vocat dicēs: Joseph fili dauid: vt nomen ꝓ mysterio ⁊ virtute dicatur: quoniā omnia erāt augmentāda per iesum. Ex progenie dauid: vt de tribu descendēs regia/in virga ferrea decreto paterno regeret orbē vniuersum. Sed quid? Cum ioseph pater non fuerit saluatoris: cū nihil sibi concipiēdo contulerit: nempe de virgine tollitur dubiū: seruatur honesta consuetudo scripturarū: cū filij denominātur a patribus. Et si nihil cōtulit ioseph in carne saluatoris: ita vt per eū iesus nō possit dici de domo regis dauid. Nec ꝟgo ex qua carnē assumpsit/nihil contulit vt esset rex regū ⁊ dominus dominantiū. Significatiōes ⁊ imagines ista sunt: vt quia descendit de progenie dauid/habeat diuinū regnum: sed quia dei est filius/catholicum habet imperium.

❡ Remouet angelus dubium a Joseph: edisserens vnde concepit virgo: et quis sit ipse conceptus. Capitulum XVII

Post remouet angelus timorem dubij: quo tenebatur/ et qui eum retinebat: ne Mariam coniugem suam ad secuꝫ contubernandū acciperet: quoniā quod ignorabat vnde maria omnino intacta conceptum haberet/ex spiritusācto protinus est. Nā quod in ea natū est/de spiritusancto est. Nondū natus ex vtero iesus/et in vtero natus dicitur: vt conceptio tam noua dicatur natiuitas: ad illā conceptionē que fit ex semine/a virgine remouendam: vt conceptio et natiuitas eius equaliter pro mirabilibus attollantur. Quid paritura erat ꝟgo iam audierat: sed necdū nouerat ipse ioseph. Proinde angelus apte subiecit. **Pariet autem filium: et vocabis nomen eius iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorū.** Mat. 1
De hoc nomine virgini angelus supra predixerat: nunc iterum notificans sponso ioseph adiecit effectum. Ipse em̄ saluum faciet populū suū a peccatis eorū. Horrenda/sed iusta diuinātis: qm̄ non salui fient qui non sunt de populo dei. Quem aūt appellauit deus populum suum/nisi populū circūcisum: vt spūali circūcisione se cernat qui de populo dei satagit nūerari? Sed ꝗs populus dei/nisi qui flagellatus est in egypto? Flagellis erudiri oportet qui vult esse in populo dei. Populus dei est qui dimisit spiritualeꝫ et obscuram egyptiacam regionem: qui effugit seruituteꝫ inuisibilis pharaonis: qui cessauit ab opere laterū: nec terrena igne auaricie solidat: qui sequitur moysen ⁊ aaron/legem ⁊ sacerdotiū/doctrinam ⁊ gratiā/euangeliū ⁊ sacramēta:

qui transit mare seculi sicco vestigio: ne pedes
animarū intingant mala doctrina ⁊ luto tempo
raliū rerū: qui mūdi discrimina transit illesus:
qui videt egyptios malarū delectationum in li
tore suffocatos: qui ꝑ deserta sequitur christuz:
qui ꝑuenit ad montē diuine legis/quā sub polli
citatione seruandi accepit. Populus ergo dei
custodiēs mādata dei/sabbata dei/cerimonias
dei. Proinde huic a dño dictū est/facta enume
Leui. 26 ratione pactoꝝ. Uosq́ꝫ eritis populus mihi: ego
dñs deus vester. Hinc moyses in sua expetitio
Deute. 4. ne cōmemorat: Uos autez tulit dñs ⁊ eduxit de
fornace ferrea egypti vt haberet populum here
ditariū. De hoc eodem populo etiam moyses:
Deu. 7 Te elegit dñs deus tuus/vt sis illi populus pe
culiaris: de cunctis populis qui sunt sup terraz.
Igitur populus dei est qui ꝓmpto animo eius
Deute. 26. mandata custodit. Sic rursum scriptum est: Et
dñs elegit te hodie vt sis ei populus peculiaris
sicut locutus est tibi/vt custodias omnia ꝑce
pta eius. Et sine intercisione verborū de sua sa
lute sequitur: Et faciet te excelsiorē cūctis genti
bus: quas creauit in laudē ⁊ nomen ⁊ gloriaz: vt
sis populus dñi dei tui: sicut locutus est. Ecce
populus dei dictus electusq́ꝫ ꝓpter custodiam
mandatorū eius: ecce salus: vt sup omnes nō in
hac vita/sed in alia fiat excelsus. Omnia siquidē
in figura ꝯtingebāt illis: vt nō terrena/sed cele
stis celsitudo credat. Sepe dei populuz in terra
flagellatū/⁊ afflictū/⁊ subactum recolimus. Nec
aliquē moueat celsitudo terrena populi christia
ni: qm̄ nō omnes salui fient: sed illa ꝑs christia
ni populi excellentior in salute cognoscitur/que
hic magis subacta iacuit. Interrogemus mar
tyres ⁊ pauperes: ⁊ respondebūt nobis. Quam
igitur signanter angelus locutus est: Ipse em̄
saluum faciet populuz suum a peccatis eorum:
Ac per hoc credentes saluari condemnabun
tur/si non sunt de populo dei: de cuius nūme
ro aliter q̄ ꝑ virtutē nemo potest esse ꝯscript9.
Hinc etiā Moyses per nomina filiorum iacob
populū hunc benedicendo in figura conclusit:
Deute. 33 Beatus es tu israel: quis similis tui popule qui
saluaris in domino? Qui a virgine gestabatur/
vnde esset ignorante ioseph: ipse saluum faciet
omnē populum suū a peccatis eorum. Sed an
gelica verba in admirationē traijciunt. Si po
pulus dei/quomodo peccator: cum a peccatis
primo saluus fiendus est? Si peccator/ quomō
populus dei? populus est dei: peccator est po
puli. Saluabit populum suū a peccato suo: nō
merito populi/ sed eo merito quo dignatus est
nasci et mori. Sed si in populo dei non possit
esse conscriptio/nisi per virtutē: a quib9 pecca
tis saluandus/ vbi assistit ⁊ virtus? Prima nē
pe salus est a criminib9 introductione virtutū:
quā iesus in populo qui suus esse satagit/opera
tur. Alia xō cū in superna producit. Multi ex
pectant a domino saluari/dicentes q2 sui sunt:
quoꝝ facta e regione consistūt. De quibus per
moysen in cātico suo quod edidit paulo ante q̄

moreretur/perspicacibus animis declaratū est
Hoc autē totum factū est/ vt adim
pleretur quod dictū est per prophe
tam dicentē: Ecce virgo ī vtero ha
bebit: et pariet filiū: et vocabitur no
men eius emanuel: quod est inter
pretatū/nobiscū deus. Sepe diximus ⁊
dū cōtinget/similiter edicemus: ꝓphetias nō
esse causas eorum que in carne christus imple
uit: sed q2 sic impletur9 erat/ipsas ante ꝓmisit.
Hec ꝓphetia quā matthe9 allegat/ī libro scribi
tur Esaie. Et ex hoc soluitur obiectio iudeorū
dicentiū: q̄ de virgine nō debebat intelligi: cū
in hebreo scriptū sit alma/⁊ nō virgo: qm̄ euan
gelista mattheus ꝓ virgine christi matre ī sua
editione cū scriberet euangelium/ introduxit.
Ostēderat spūssāctus Esaie ꝓphete: cū achaz
nollet signū petere in ꝓfundū aut in excelsum:
quod dñs in signū liberationis populi sui da
ret mundo: virginē pariturā nō purū hominē/
sed deū ⁊ hominē: vt esset nobiscū de9. Hoc no
men quo vocādus erat expressit: q2 vocabitur
nomē eius emanuel: quod dicitur a nobis/ no
biscū deus: deus ī se caro factus nobiscū: eque
cū omnibus est in humana natura/ ꝓut illā as
sumpsit: que nisi vna nō est: dispariter autem in
virtute nobiscū sit: ⁊ in gloria maxima differē
tia erit/prout exigunt nostra merita/nō natura
Studendū est igit rationib9/nō virib9 satagen
dū esse cū illo qui vult esse nobiscū: sine quibus
totū est quod est: sine quo nos nihil aut miseri
sumus. Preanticipauit ipse nobis sociū fieri:
et omnibus modis factus est socius/ excepta
societate peccati: vt etiam penarum nostrarum
et malorum a quibus nos exonerare querebat
voluntarie oneratus est. Querit vicē: tenemur
illam omnino rependere: et simus socij eius/cō
municantes passionibus eius. Ad hanc socie
tatem apostolus satagens actu perfecit/idipsū
cōmonefaciens nobis. Ueruntamen existimo
omnia detrimentū esse/propter eminentē scien
tiam Jesu christi domini nostri: per quē om
nia detrimentū feci/et arbitror vt stercora: vt
christū lucrifaciam: et inueniar in illo: non ha
bens meam iusticiā que in lege est: sed illā que
ex fide est Jesu christi: que ex deo est iusticia/
in fide ad cognoscendū illum/⁊ virtutē resurre
ctionis eius/⁊ societatem passionis eius: confi
guratus morti eius ꝑ omnia. His verbis apo
stolus cū christo se velle esse denunciat: vt alibi
sic christum secum esse cognouerit: quod au
dacter asseruit: An experimentū queritis ei9 qui
in me loquitur christus? Permaxime Christus
in paulo/et in christo paulus erat: cū ipse loque
retur/christū affirmabat audacter in ipso fuis
se locutū: Palmarē vero huiuscemodi symbo
li rationē/in canonica sua Joannes edocuit di
cens: Deus charitas est: et qui manet in cha
ritate/in deo manet/⁊ deus in eo. Grata ꝓphe
tia/⁊ gratior adimpletio: vt virgo sic pariat quod
nobiscum sit deus.

¶ Declaratus ioseph ab angelo/virginem ad contubernium accepit. Capitulum XVIII

Mat.1 Exurgens autem ioseph a somno/fecit sicut precepit ei angelus: et accepit mariam coniugem suam. Et non cognouit eam donec peperit filium suum primogenitum. A dulci somno surrexit ioseph: in quo angelica documenta ꝑceperat. Et ꝑfecit tanq̄ p̄ceptum id quod sibi fuerat declaratū. Accepit nāq3 mariam ꝯiugem suam: vtiq3 spūsancto cōprobatam atq3 fecundatam: in cōmunē habitationē ⁊ ꝯtubernium honestum. Quam cognoscēs ex nomine/ex sanctitate/atq3 ipsam factam habitaculum dei suꝑ terram: tactu/approximatiōe corporis/nec aliquo motu matrimonij ꝯsummādi ꝑ copulam carnis cognoscebat eam. Etem̄ virgo insigne hoc habuit: cum esset pulcherrima mulierū: ꝙ nec a viro/nec ab aliquo ipsam aspiciente/in carnis copula honeste aut turpiter potuit concupisci. Et sic ioseph nō cognoscebat: p̄sertim sciens ꝙ matrimoniu3 ⁊ seminalis virtutis bonum/quod est ꝓles/de celo in vterum eius ꝓdierat: donec pareret filiū suū p̄mogenitū. Nec deinceps cognosciturus erat: qm̄ partus virginis non erat terminus cognoscendi/quo pacto esset ioseph liberior licentia in mariā: sed erat terminus cognoscendi dei filiū suꝑ terram/quo iā cognito esset in reuerentiā omnibus virgineus aluus seruandus in ꝑpetuum castus: ex quo verbū caro factū ꝓdijt: nec esse posset accessus ad illā v̾gineā portā: ex qua egrediens deus hō/ipsamq3 sanctificās reliq̄t intactā: postea velut ante in ꝑpetuū clausam.

¶ Quo tēꝑe/quo loco pepit filiū suū virgo mater. Capitulum XIX

Luce.2 Et cū edictū egrederetur ab augusto cesare de orbis descriptione: ioseph q̄ traduxerat mariā ex angelico dicto ad cōtubernandū secū: ascendit a galilea ciuitate nazareth in bethleem/cum maria desponsata sibi vxore pregnāte. Factum est autem cum essent ibi/impleti sunt dies vt pareret. Et peperit filium suum primogenitum: et pannis eum inuoluit et reclinauit eum in presepio: quia non erat ei locus in diuersorio. Nō hoc in loco ꝓ christi natiuitate disserēda/sed ꝓ marie gestis intendimus. Accepit ioseph secum habitare/atq3 custodire mariam. Ideo secum ducit/dum ad ꝓfitendum sub cesare bethleem ascendit: ignarus tamen ꝙ virgo sic esset proxima partui. Similiter et ipsa non cognouerat tempus: quoniam sicut preter legem susceperat fetum: sic nesciebat si naturali ordine nouem mensibus calculatis/esset editura partum. Et cum gestasset in vtero molem illius diuini ineffabilisq3 conceptus: pondera vētris in alijs pregnantibus solita ignorabat. Ferebatur em̄ leuiter a quo portabat. Diuina dispensatio ꝑtinens fuit/ꝙ virgo ascenderet cum ioseph in ciuitatem bethleem: vt accepta societate laudabili ꝓphetatum mysterium erat implendum: ꝙ virgo in bethleem pareret: ex qua dux recturus populum israeliticum egressurus erat: non necessitate ꝓphetica/sed ordinatione diuina. Non venerunt p̄uisi vt ibi virgo pareret: sed casu magni fastus velut compulsi/ꝙ mundus in hominibus viuentibus describebatur. Alte in hoc contemplari docemur/quod totum erat diuinum quod in virgine agebatur: vt nec ipsa in his que agebantur in ea/esset cōscia futurorū. Cuius tēpore orbis totius descriptionis celebratus est partus: qui sine tabellionibus describentibus et absq3 p̄fectis vigentibus vno intuitu p̄scos p̄sentes nouerat et futuros. Nec esse poterat latendi locus a cognitione eius. Et peperit filium suu3 primogenitum. Non tamen secundogenitum/aut deinceps filium habitura: sed eo sensu sic dictum legimus ꝙ p̄mogenitus aut vnigenitus ꝓferatur. Et pannis eum inuoluit: vilibus siquidem. Erat em̄ virgo pauper et in peregre constituta/carpentario indigno coniugata: ope modica fouebatur. Reclinauit in presepio filium: cum sibi non esset cum ceteris diuitibus locus. Aspice mundi reginam incedentem peregre ducatu vnius hominis/q̄uis iusti senis. Sola edidit ex vtero filium: nulla pedissequa/nulla cognata/nulla femina secum. Ipsa dūtaxat se coaptat ad partum: veruntamen doloribus non preuenta: nullis agitata molestijs: angustijs nullis artata: obstetricum officia ibi penitus non fuerunt. Ipsa primo emissum partum in terra iacentem adorauit primaria super terram. Ipsa eum ꝓprijs manibus de terra in gremium et super genua sustulit: ipsa sola paupercula suis pannis inuoluit: ipsa deficiente cunabulo in presepio reclinauit. Hec omnia virginis paupertatem exaggerant: etiam christi/qui alio ineffabili ordine dicendus est pauper. Apta paupercula apte christo sacra est virgo mater: vt pauperem in terris genitricem haberet: qui cum esset omnium diues/egenus ꝓ omnibus factus est.

¶ Conseruabat virgo mater que de filio dicebantur. Capitulū XX

Et cum de digno digna dicerentur ab angel' atq3 pastoribus: maria considerabat omnia verba hec conferens in corde suo. Lu.2. Attēte audiebat maria que de nouo partu suo mirabili dicebātur: et conseruabat omnia/ne a memoria laberentur. Non auditrix surda neq3 immemor auditorum: sed conseruabat delectantia interiorem sensum: quoniam auditio diuinorum est pastus suauis interiorum. Audit ab angelis maria/omnium magistra virtutum: ⁊ velut a sapientioribus verba deprompta custodit. Audit a pastoribus: ⁊ ipsoꝝ velut maxima suscipit documēta: retinet ⁊ ꝯseruat: humilitate3 suam protestatur/

ꝙ audit ab eis quibus est ipsa superior: et affe-
ctū mouet in prolē: cū omnia que de ipsa noui-
ter dicebātur/ex delectatione captu animi reti-
nebat/ↄferens in corde suo. Nō cū ioseph/non
cū aliqua creatura/noua ⁊ insolita verba virgo
ↄferebat. Nemo sibi aderat tam solers mente/
tam viuax eloquio/ad collationē auditoꝝ suffi-
ciens. Fit sepe collatio duorum inter duos aut
plures: aut ad inueniendā concordiā eorū que
dicunt: aut ad percipiendā doctrinā: aut ad in
quirendā possibilez actionem: sed in corde suo
ↄferebat: vbi nullus nisi solus deus inspector.
Et ↄferebat angelorū verba/similiter ⁊ pastoꝝ
si concētū facerent ⁊ symphoniā. Cōferebat in
corde suo/pleno diuino spiritu: in corde vbi ve
ritas interlucet: vbi tacita inquisitio plus inue-
nit ꝙ clamosa. Quid em̄ est conferre ī corde: ni
si eorū que audiūtur/per rationē aut p̱ fidē no-
ticiā inuenire? Quid est conferre ī corde: nisi stu
diosa meditatio mentis in ducatu rationis vel
fidei/veritatē rerū potissimū inuestigās? Et se-
ipso prius est facienda collatio/si dicta sunt du
bia: si recte capi aut fide pñt ab homine comp
hendi: si quid habent impertinēs/vel inhone-
stum/propriū vel annexū/consulēs siue iubens/
mysticū vel morale/tēporale siue perpetuū/diui
nū siue humanū/indifferens siue relatū. Confer
Luce.11 uemus igitur verba: q꞉ beati qui audiūt verbū
dei/⁊ custodiunt illud. Illud audisse non suffi-
cit/si audita ex memoria elabūtur: maxime queq
de agenda vita tradūtur/⁊ de canone credēdo-
rum. Et ↄseruatio diuinorū verborum dilectio-
nem habet ad christū. Sic em̄ ipse testatus est:
Jo.14 Qui habet verba mea ⁊ seruat ea/hic est qui me
diligit. Consyderemus in cordibus nostris: q꞉
virgo conferebat in corde suo. Exemplo nostre
virginis matris animemur: vt interna mēte my
steria meditemur: vt fide nos viuificent: spe eri-
gant: dilectione pascāt. Conferamus in corde
que de verbo eterno dei eterne tēporaliterq꞉ di
Joā.1 cuntur. Nā eterne: ī principio erat verbū: ⁊ ver-
bum erat apud deū: ⁊ deus erat verbum. Siqui
dem temporaliter: ꝙ hoc idē verbum caro fa-
Philippē.2 ctum est: ⁊ habitauit in nobis. Hic christus ie-
sus qui cū in forma dei esset/ non rapinā arbi-
tratus est esse se equalē deo: sed semetipsum exi-
naniuit formā serui accipiens: ī similitudinē ho
minū factus/⁊ habitu inuētus vt homo. Confe
ramus dei dignationē ⁊ hominis dignitatem:
dei humilitatē ⁊ hominis exaltationē: quantū
potuit altitudo diuina inclinari/⁊ humana in-
firmitas prouehi: vt illa istā susciperet: ista ve-
ro susciperetur in illa: vt deꝰ homo/ ⁊ vtiq꞉ ho-
mo fieret deus. Si conferamꝰ/ exultabimus et
amabimus: ⁊ apponetur cōfidētia: ne aliqua de
speratione frāgamur. Et iterū hanc sententiaz
Luce.2 de maria matre dn̄i Lucas cōmemorat: cum in
duodecim annis filiū in medio doctorū reinue
nisset in templo: que sic vt prima disserit: nisi ꝙ
maioribus contēplationibus ⁊ piis suspitioni-
bus est apposita virgo mater: cum audiuit a fi
lio/ꝙ in his que patris erant/eum esse decebat.
De qua re disserenda restat alius locus.

¶ De purificatione et oblatiōe prolis et hypanti. Capitulū XXI

Cum vero cōpleti essent dies purgationis eius: scz quadragenarius dierū numerus a partu eius: cū
filio ascendit in templū: seruans legem que legi
non subiacebat/ꝑ eo ꝙ semen hoīs non susce-
perat ad conceptū: sed spū̄sancto agebatur: vt
hanc ↄsuetudinē obseruaret: ne in primordio
christi nascentis p̱ legē vt contumax haberet:
⁊ in suis initiis iesum portauit in templū: ī quo
docturus erat gentē perfidā iudeoꝝ: vt sic euz
suscipiamus in tēplo cordis nostri/sicut est ob
latus a matre: nec velimus eū supra fidē in ma-
iori agnitione suscipere/ꝙ ꝙ humanatꝰ est de-
latus ad templū. Et adhuc paruulus impotēs
fandi/admonet quales nos ad eū oporteat fieri
scz malicia paruuli: si secū ī eterno volumus tē-
plo versari. Defert mater eum velut oblationē
nouā ꝑ omnibus mūdi criminibus expiādis: ⁊
ꝑ ip̄o pie obtulit munera pauꝑtatis: insinuās ꝑ
senibus atq꞉ posteris: ꝙ mundi diuitias non
habebat. ⁊ ꝙ nec in magnis muneribus placa-
tur oīm rerū conditor: sed in affectibus ⁊ in vir
tutibus magnis/quibus virgo fulgebat. Non
ad quantā ordinationē legis/sed quāto affectu
legem implere posset/virgo tentabat. Et altuz
quidē atq꞉ secretū: ꝙ cum oblatione que ꝑtinus
est eterna ⁊ incorruptibilis/ tꝑalia et corrupti-
bilia offerūtur: scz par turturum/seu pullus ge
minus columbarū. Sed hoc est quod typicus
sensus habet: vt cū ipso bona nostra sociata si-
ant/factaq꞉ valeant. Et nihil reprobationi sub-
iaceat quod cū christo venit in templū: nil repu
dietur christo sociatuz. Ad nostre spei augmentum
factū agnouimus: ꝙ expulsioni non dantūr que
sibi christus associat: nec ex aliqua deformitate
ꝑpelletur/quod cū christo ⁊ ꝑ christo offertur
in templū. Sed nec excludamus castū sponsum
a sponsa castissima: cū christū ad templū manu
factū ambo portarent: ⁊ non subiecti legi legis
iussa p̱ficerent: qm̄ ꝑ quo huiuscemodi agebā
tur/legē non venerat soluere/sed adimplere. Jo
seph ṽgo/putatiuus pater ex carne: maria vir-
ginior/vera mater in carne: iesum deducunt cū
illis significationibus oblationū: vt gemētes p̱
voces/contēplatiui p̱ pennas simus. Et potior
ecclesia ꝙ christi vicarius: nam ille moritur: ista
in suis directionibus remanet. Remansit spon-
sa virgo post mortē ṽginis sponsi: ⁊ ecclesia oī-
bus mortuis p̄sidentibus simpla manet. Et eti-
am si diu morte p̄sulis remaneret acephala: non
ipsa in fide deficeret. Sed ad aduentum christi
pueri s̄m legē/non ex lege ad templū et delatorū
parentū iustorū obuiationes fiūt. Non em̄ chri
sto exitur obuiā aliter ꝙ in templo. Et in templo
fidei sibi obuiā fieri ⁊ sibi occurrere cum adue-
nit/iusticia est. Quā apostolus nō legis/ad Phi
lippenses scribens/gloriatur habere dicēs: Ut

inueniar in illo: nõ habens meã iusticiã q̃ in lege est: sed illã q̃ ex fide est christi iesu: que ex deo est iusticia in fide. Per iusticiã eñ fidei salui facti sunt patres: nõ legis/ q̃ ad pfectũ neminẽ duxit. Unde symeon et anna christo venienti occurrunt: q̃ vt sisteret domino scribat. Ad hominẽ nõ ad deũ ista sistentia ptinebat. Ab eterno eñ semp cũ patre filius. Sicut scriptũ est in
Exo.34. lege dñi: Quia oẽ masculinũ adaperiens vuluã/ sanctũ dño vocabitur. Magnũ sacramentũ ꝓrogat signata distincta locutio: vt masculinũ primogenitũ/ non femininũ domino sisteret: qm̃ omne quod virile et forte et firmũ esse cognoscit/ est domino ꝯsecrãdũ: quod vo est ꝯtrarie actionis/ domino in suo tẽplo deferre nõ ꝯuenit. Nam et lex domini sic desanxit: quã p eo q eterna est/ imutari nõ licet: et hostia p eandẽ domini legẽ offerenda est. Non enim offertur aut seruitur deo/ aut colitur arbitrio nostre voluntatis/ aut iudicio electionis et directionis humane: sed decreto sue legis eterne. Et ecce hõ erat ĩ hierusalẽ/ cui nomen symeon: et homo iste iustus et timoratus/ expectans consolationẽ israel. Erat in hierusalẽ obuiaturus christo: q̃ visio pacis dicitur: nõ tamẽ pax: qm̃ in hac vita nullus viuit in pace/ vndiq sonantib9 bellorũ fragoribus. Et si parcitur interdũ a bellis hominũ: nõ tamẽ parcit a bellis diaboli atq vitiorũ: nec q̃ iusti sunt/ in pace oĩmoda viuũt: etiã si nõ turbato aĩo ꝓpulsant. Habent ꝓtin9 iusti si nõ manifesta/ saltẽ occulta certamina: cũ quibus inuise ꝯfligant: et si nõ a vitijs/ tamẽ ꝓ cõseruatione virtutis. Sed bene sunt in visione pacis: q: cognoscũt quale sit bonũ/ ad quod tpaliter suspirant eternũ. Erat itaq symeon in visione pacis: q: p spm̃ christũ verã pacem agnouit.
Ephe.2. Nã vt ait aplus: ipse est pax vera/ q̃ fecit vtraq vnũ. Mansio optima in visione pacis: quoniã ingruente bello/ mẽs pace delectata q̃escit. Et cũ insultus aduersi ꝓueniũt: aĩa videt pacem. Nulla religiosa et honesta est habitatio preter pacẽ. In qua vir obediẽs habitat: nã ꝑter obedientiã nõ habitat in pace. Hoc enim prenotat vocabulũ symeonis/ si p interꝑtationẽ transfertur. Et hõ iustus iste erat/ q̃ viuebat ex fide: quo
Ro.1. niã iustus ex fide viuit. Et timoratus erat: q: vt
Eccl.1. scriptũ legitur: q̃ sine timore est/ nõ poterit iustificari. Et nõ ꝓpriã/ sed totius populi expectabat salutẽ. Preferebat cõmune bonũ ꝓprio: velut qui p iusticiã nouerat meliora decernere. Et spũssanctus erat in eo/ ad sanctificãdũ et ad docendũ futura. Et que ventura erant/ ipse monstrabat: a quo in aĩo suo absq testimonio alieno responsum acceperat: nõ visurũ se mortẽ/ nisi prius videret christũ dñi. Non solet dare respõsum/ nisi aliquid interroganti. Et ab eo responsum dicitur quod inq̃renti repẽditur. Sed vbi symeon interrogauerit/ aut quõ a spũsancto flagitauerit/ ignoramus. Sed incunctanter asserimus: q de christo ꝓphetias intelligens eo spũ qui in ipso erat/ orauit ostio clauso in secreto loci: magis vo in cubiculo cordis: vt nõ sentiret corpis mortẽ/ nisi videret in corpe oĩum vitam christũ. Expectans huiuscemodi non ab hoie/ nõ ab angelo/ sed a spũsancto p occultã infusionẽ accepit responsum: nõ visurũ se mortẽ in corpore/ nisi videret vitã in carne. In magnã contemplationẽ traijcitur animus: si homo iste spũsancto monstrante in aĩa sua christi sacramẽta videbat: cur carneis oculis videre exiuit: cur sic videre respõsum accepit: cur sic adimpletũ quotidie lectitamus et credimus: maxime cũ oculis carnis ꝑterq christi carnẽ nõ potuisset aspicere? Non enim erat oculis subiecta incarnata diuinitas: nec vita q̃ christus est/ poterat corruptibili visu videri. Quid igitur est q illa visiõe intrinseca nõ cõtent9/ forinsecã expectabat? Pl9 enim est mẽte q corpe quippiã cõspexisse. Mente veritas nõ oculis est facta visibilis: nec bestias excedimus et volucres et serpentes in visione corporea: sed q: mente decernimus aspecta per corpus. Si iã symeon totũ mente videbat quod aspicere gliscebat in corpore: attamẽ et spiritu venit in templũ/ scz quo plenus erat. Et iustus et timoratus/ hoc est spiratus ad christi sciendũ aduentũ in tẽplo sibi obuiã factus. Ecce iustus obuiat iustificatori et portitorib9 eius: et ĩ tẽplo cõueniunt infans in carne verbũ/ et gestãtes in carne deũ. Et iust9 huic obuiat trinitati. Quid Maria nisi fides? Quid ioseph nisi spes? Quid christus delicatus nisi charitas? Procedit a fide et spe vera charitas/ velut a patre et filio spiritussanctus. Quid senex iste iustus/ nisi oĩs chorus iustorũ: qui ad ecclesiã sanctã venit/ has virtutes aĩo et in actionibus suscepturus? Ac per hoc datur intelligi q̃d senex iste spiritu videns/ corpore videre satagebat: cõformitatẽ operũ exteriorũ ad diuinas virtutes volebat offerre. Et genus humanũ peccato veterascens/ putrũ in puro puero fieri annuebat: et christiformitatẽ in corpore hoĩm fieri erat oĩno ꝑsagiũ. Proinde omni cõpleta cõsuetudine legis ꝓ christo ipse symeon/ nõ tẽpli sacerdos accepit eum in vlnas suas/ et benedixit deũ. Non erat illud sacerdotũ/ tenere in manib9 christũ: q: p iusticiã legis credebãt ꝯferri salutẽ: quã etiam nõ impleuerãt: sed alius de hierusalẽ veniẽs ipm accepit/ trãslationẽ templi et sacerdotij et synagoge ꝓnunciãs. Senex erat: antiquior gentilitas q synagoga: q̃ christũ synagoga reprobante suscepit. Et bene sunt impleta vota petentis: q̃ de seculo erumnoso exire nolebat/ nisi prius videret seculi cõditorẽ atq reparatorẽ: et horrebat mortẽ/ nisi spes infallibilis ꝑstaretur de vita: ꝓ qua cõquirẽda et tenenda oẽm fortitudinis actionẽ exposuit. Et eo typo quo eũ symeon accepit in vlnas/ fecit et facit ecclia/ et in membris suis vsq in finẽ seculi est factura: et benedictura deũ in donis suis: quorũ nullũ altius q q filium dederit terris/ vt terrenos redderet celis. Nihil tã obligat hoiem ad reddendã possibilẽ vi-

ex/ et ad eius seruanda mandata: q̄ q̄ seipsm̄ de⁹ hoib⁹ tradidit humanatū. Proinde cū alia nō possimus rependere: benedictio et laus de ore atq̄ corde hoim nō recedat: iuxta ꝓpheticū di Ps. 33. ctum: Benedicā dn̄m in oī tp̄e: semꝑ laus eius in ore meo. Et benedicēs ꝓrumpit in canticū: Lu. 2. **Nunc dimittis seruū tuū dn̄e secundū verbū tuū in pace.** Uiso et tacto christo/ in pace dimittitur seruus dei: magis cōtēplatiua mentis q̄ corporis visione gauisus. Dimittitur in pace sm̄ verbū/ scȝ resurrectionis: quod a spūsancto susceperat/ ꝓmittente infallibiliter visionē. Fidelis enim deus in v̄bis suis semꝑ efficit quod ꝓmittit: si ꝓmissarius sua iussa custodit. Dimittit in pace seruū suū: nō idolorū/ aut quorūlibet vitiorū/ seu rerū tp̄aliū seruū: nec eū q̄ tp̄alibus dn̄is seruit in pctīs: aut euȝ q̄ in licitis actionibus infideliter seruit: sed seruū suū: qui voluntatē eius nouit et facit: q̄ nihil faciendū omittit: q̄ vnū ꝓ alio nō postponit: q̄ cū oīa benefecerit/ se inutile sentit: et nihil se fecisse indicat: pensans altitudinē p̄ceptoris/ et sui deficientiā seruientis: q̄ nō ꝯtēnit ad verbū: nil graue iudicās quod iubetur: cui nullum p̄ceptū displicet: q̄ dn̄i placitum suū facit: q̄ etsi non possit plene ꝑficere quod iubetur: nō ad impossibilitatē p̄cepti/ aut indiscretionē dn̄i hoc asscribit: sȝ suo defectui deputat quod non fecit. Et hic est seruus dn̄i/ quē dn̄s dimittit in pace. Sed quid est q̄ hic senex nō videbatur sibi de hoc seculo migrare cū pace: nisi christū dominū taliter aspexisset? Nōne et ceteri sancti patres mortui sunt in pace? Nōne et ceteri ꝓphete domini/ quanq̄ aliq̄ fuissent crudeli morte ꝑempti? Sed quō ad dei regnū spectabāt/ si cū pace mortui non fuissent? An iste pacē dicebat mori morte nō ab aliis irrogata? Quid iste tantus senex asscribebat ad pacē? Id ꝑfecto dixerim: q̄ alij longa expectatione viderunt in fide atq̄ spe certissime tenebāt q̄ sic futurū erat: incerti penitus erāt quādo maiestas diuine ꝑficeret. Et hinc certi ex fide/ securi de spe/ incerti de tp̄e/ ante hūc senem p̄res ceteri decesserūt: iste v̄o de tp̄e certus/ vitā finiuit in pace. Et pie credendū est q̄ p̄ter id quod christus puerulus/ imo infantulus in ei⁹ brachijs requieuerit: q̄ in eius mente aliq̄d diuinū et arcanū ostenderit: vnde se fatebat̄ in pace dimitti. Sed si q̄ hanc gratiā sortiri cupim⁹/ habitemus in hierusalē: q̄m̄ nō cōmouebitur ī eternū q̄ habitat in hierusalē. Ueniamus in tēplum in domū scȝ orōnis et obsecrationis et laudis/ in ꝯtēplationē diuinorū: q̄m̄ tēplum a ꝯtēplādo reperimus: et in locū mysteriorū christi. Et suscipiamus manib⁹ puritatem: ꝯcutiētes illas ab oī oꝑe malo: vt nobis fiāt actiua que nouimus digna fieri. Magis aūt ip̄e causam subrogat q̄re sit dimissus in pace. **Quia viderunt oculi mei salutare tuū.** Que viderunt illi⁹ senis oculi? Carnem/ nō deitatē christi. Sed mēte itellexit/ q̄ ipse penitus erat salus dei/ ab eterno cunctis mortalibus hominibus preparata.

Unde sequitur: **Quod parasti ante faciem omniū populorū.** Uere ante faciē posuit/ nō a tergo: vt illam aspiciamus/ illamq̄ cognoscamus in anteriori ꝑficiētes: nō retrouertentes ad ea que ꝓ melioribus antepositis abdicauim⁹. **Et lumen ad reuelationē gētium: et gloriaȝ plebis tue israel.** Lumen illuminans positū ante conspectus hominū: vt si nō recte ambulatur/ non asscribatur lumini: sed errare volenti/ et oculos claudenti ad splendorē eius: quod reuelat gentes ambulantes in tenebris: quoniā gentiū popul⁹ q̄ ambulabat in tenebris/ vidit lucē magnā: et sedētibus in regiōe vmbre mortis/ lux orta est eis. Et gloria erit israelitice plebi: cū in fine seculi isr̄l saluus erit. Necnō lumē est ad gentes/ scȝ ad homines peccatores: vt de tenebris reuertantur ad lucē. Et ad israeliticos scȝ iustos: vt non aberrent a luce: sed in ipsa interne splendente ꝑficiant. Hac cōditione omnibus christus est lumē: vt peccator tenebrosus lumē veritatis aspiciat/ detestatus tenebras ꝑ lumē: et iust⁹ in lumine palmate ꝑficiat/ delectatus lumine/ effugiēs tenebras. **Et erant pater eius et mater mirantes suꝑ his que dicebātur de illo.** Suꝑ his admiratio fit que sensum et intellectū hominū oīno transcendunt: et quorū veritas intellectui nō equatur: nec ad illā intellect⁹ sua virtute ascendit. Suꝑ omne quod humanū est/ symeonis verba tonabant: vt etiam parentes eius in admirationē leticia plenam inducerent. Et quāq̄ pia mater spiritū symeonis excederet: et pre cunctis mortalibus plura videret atq̄ sentiret de filio: attamē non desinebat admirari q̄ sic eū senex iste cognouerat: sicq̄ alte de ipso ꝓnunciabat. **Et benedixit illis symeon:** scȝ duobus parentibus/ aut tribus cū filio: nō velut supior authoritatē habēs: sed velut deuotus gratias agens. **Et dixit ad mariam matrē eius:** nō ad patrē ioseph: quia nō tanta dilectione velut mater ferebat̄ in christū. Aut q2 spiritu p̄nouerat ante christi passionē esse moriturū: nec illi penose cruci cū matre debere assistere. Solā ergo matrē in hoc vaticinio alloquitur: q̄ crucis futura erat discipula: et sui filij ꝑ oīa cōsocia passiōi. Quid enim hic senex de filio ad hanc iuuenculā matrē virgineȝ dixerit audiamus. **Ecce positus est hic in ruinā et in resurrectionē multorum in israel: et in signū cui cōtradicetur.** Letis tristia miscet: supremis ima cōnectit: et duci bellum parat: et glorie ignominiā coniungit: et que sunt dei et hominis cantat: et simul virtutis et infirmitatis prosequitur actiones: et formā dei et hominis/ domini et serui adesse simul in vna christi persona declarat: vt sic cōnectātur que ad formā deitatis/ et que ad formā humanitatis/ ordine debito tribuuntur. Salutare et lumen omniū gentium/ et gloria populorum/ diuinitatis est forme. Et q̄ ruinam infidelium atq̄ non credentium/ et aliorum delinquentiū et pec-

cantiū faciat: & resurrectionē in his q̄ vere crediderunt/ & conuersi ad deū fuerint operet: etiā forme attribuitur deitatis. Quod vero signū sit cōtradictū/ humanitatis est forma. Et q̄ signū sit/ est hominis & nō dei. Semp enim signum signato noscitur minus. Et quoniā virgo in passione filij velut pungēti gladio erat fodiēda dolore: humanū totū esse insinuat: q̄ hic puer crudeliter & innocenter moriturus erat: adiecit em̄ Et tuā ipsius animā ptransibit gladius: vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Vide quanto amoris vinculo matrē ligauit cum filio / filiumq̄ cum matre: vt animā matris/ animā filij esse denunciet: nō in vna substantia/ sed in dilectione oīno indiuidua. Et vere anima matris aīa filij erat prout omnes anime sunt: sed ipsa tanto ligatior/ quanto in eius amore feruentior est reperta & pre cunctis decorius ornata virtutibus. Aut alia sit relatio seu verbor̄ conexio: Et tuā aiam gladius ipsius ptransibit. Sed quomodo vba cōnectāt ur/ sentētia vna elicit: videlicet vt anima virginis matris in passiōe filij doloris gladio foderetur. Aliter esse nō poterat/ nec debebat: vt tam alte digneq̄ dilectus/ sine diligētis dolore acutissimo sic amare moreretur. Nec ad matris imperfectionē cedit/ q̄ humanitus doluit tam acute pro filio: quoniā p omni homine innocenter & iniuste morti tradito/ hec pia virgo doluisset: sed maxime pro ipo dolere debuit: ex qua carnē in qua pateret/ eduxerat: Et apte videbat se in passiōe filij sui redimi: que nec aliter potuisset & ipsa saluari. Nam & ipa q̄uis immaculata/ in passione filij sui nihilominus in causa/ & hoc summe ad dolorē eius faciebat augesim: vt etiā excederet ex dolore martyrū passiones. Quod aūt adijcitur: vt reuelētur ex multis cordibus cogitationes: vt credentiū & nō credentiū/ iustorum atq̄ iniquor̄/ diligentiū & odiētiū futura sit nota pditio. Passio enim christi discretauit reprobos & electos. Ecce quomō beatus symeon allocutus est virginē: qualia pphetauit de prole: vt post prospera ilico aduersa cōnecteret/ & dulcibus amara sociaret: vt discamus in filio & in matre inter ipsa inculpate transire: Audi que virgo mater audit in templo: et cum ipsa symeonis de christo auscultat presagia: et mirare in cōtemplationē animū dirigētis: & humilitatē agnosce marie: q̄ nō velut mūdi regina & eterni regis mater/ sed vt discipula accipit vba senis: nō stomachans verbum: nō dedignās auditum: equanimiter leta & tristia recipit: verecunda facie/ moribus compta: obmissa enim responsione atq̄ repensione verbor̄: vt preroga ret omnibus audiende veritatis formā: & virginibus loquendi auferat audaciā. Et vt incōtra dicte audiant vba q̄ de christo dicunt: ipa & putatiuus pater silenter oracula diuina suscipiūt: & animo constans/ seruansq̄ in lingua censurā non mutata facie in auditis de sua ple magnis & seuis passionibus: & q̄ sit doloris gladio fodiēda: eandem cōsistentiā conseruauit: vt nec leta de letis/ nec tristis de tristibus videretur. Et pstata fide dictis disputationē & causar̄ inquisitionem abiecit: nam vere intellectis aut creditis q̄ dicuntur/ supuacue cōtendit auditor: & magnā criminis notā habet velle disputare de certis. Sed si bona virgo audisti: cur gratias nō repēdis? Si vero indigna/ cur hunc senē non arguis? Spectat ad celicolā virginē in omnibus lingue seruare modestiā: nec in laudes & verbor̄ blandimēta prorumpere: nec arguere seniores. Et quoniā ab omni etate/ & similiter sexu christus erat testimonia suscepturus: qui hoīes vtriusq̄ etatis & sexus saluaturus erat: anna longo tēpore vidua supuenit spū plena: de iesu altissime loquebatur: causas sui aduentus exponens expectantibus redemptionē populi israel: quā ipse pfecturus aduenerat. Et insonuerūt hec verba virgineis auribus: vt iam in templo in his q̄ ipa sentiebat de filio/ inuenisset vtriusq̄ sexus homines in veritate concordes. Resonant in tēplo apte pphetie/ cōcordes de christo voces: & preterq̄ in dei tēplo/ nō inuenitur iste concentus. Et vnū est dei templū/ patres veteres cōtinēs & modernos. Una est omniū veror̄ fideliū ecclia: eorum sc3 qui de christo equaliter sentiunt. Una fides veter̄ & nouorū: vna spes oīm saluandor̄: q̄uis pro iusta & ordinatissima distributione tēporū fuerint sacramenta diuersa. Nec mirum q̄ in tēplo veteres & annosi clamāt & pphetant/ & iuuēcula virgo tacet: quoniā testamentū vetus plus extitit in verbo q̄ in facto: nouuz vero plus facto q̄ verbo. Et silentio/ nō verbis pstatur fides dictis: & corde/ nō lingua pphetie recipiunt in fide: sed in moribus viuendi forma porrigatur hominibus. In sene forma pfecte iusticie/ boni desyderijq̄ cōmunis: in anna forma sancte viduitatis & castitatis pscribitur his qui post nuptias vitā celebrē tenere decreuerint. Hec a viro in iuuenili etate soluta/ monogamiam vsq̄quaq̄ seruauit. Quod & apls in poster̄ tradidit in consiliū: Soluta es a viro/ noli querere virū. 1. Co. 7
Sed nō oīs vidua vere vidua: sed q̄ p christo castitatē custodit. Et hec honoranda si expedit/ vt alimētis ecclesie ipsa pascatur: vt ad Timotheū scribit apls. Nō est christi vidua/ nisi vi 1. Tim. 5.
due huius tā antique formā accipiat/ vt nō discedat a tēplo. Et cū phas nō sit mulieribus ī manufactis ecclesijs semper consistere: non tamē recedat cor de templo sacre doctrine: nec anio cōmunitatē vere credentiū intermittat: ne discrepet ab ecclesia: extra quā veri sacrificij & boni alicuius digni pmio nō est locus. Non viuat Ibidē
delicione: q̄ vidua in delicijs viuens mortua ē: sed ieiunijs & abstinentijs corpus afficiat: ne deliciate viuēs in libidinē expumet: & philocapta viuat turpiter etiam preter virum. Refrenāda sunt omnino ieiunijs incētiua libidinis: nec sufficit pulla vestis si exculta caro nitescit: si ex cibo crassescit: si ex nimio potu somnescit. Nō sit vaga discursibus: sed obsecrationibus & oratio-

nibus crebris insistat: nō seruiat mūdo/sed do-
mino: nō vbera/sed sterilia pferat: sed eius sint
de deo & de virtute sermones: & aliqd expediēs
loquat his qui secū in christifera virtute parti-
cipant. Necnō & huius vidue nomē & genealo-
gia si in interpretationē deueniant/ put in euā-
gelio scribitur: mores viduis debitos pamplius
Lu.2. cōmendabunt. Inquit enim: **Et erat anna
pphetissa filia phanuel de tribu a-
ser. Et hec pcesserat in diebus mul-
tis: et vixerat cum viro suo septē an
nis a virginitate sua: et hec vidua
erat vsqz ad ānos octogintaqtuor.**
Optimā quadrā hec vidua in annis viduitatis
pfecerat: vt solida ex omi sua parte persisteret.
Et octies decē āni/ pcepta decē pro octaua ve-
re seruasse insinuant. Et quatuor reliqui deco-
re quatuor moraliū virtutū esse prefultā: magis
vero ad rotas quatuor euāgelij preparatā. Que
nō discedebat de templo: in honesto loco consi
stens: quoniā decet eligere viduas habitacula
honestatis: & que sua corpora virtute castitatis
ascribunt/ibi habitare pfigant/vbi testes deui-
tare non possunt. Confert ad custodiam castita
tis/vbi humani deuitari non possunt aspectus:
maxime illorum qui decentiam templi habent.
Surrepit sepe importuna tentatio delinquēdi
vbi nullus timetur aspiciens. Nec deserēda sūt
loca/q cōferunt ad officium sanctitatis. **Ieiu
nijs et obsecrationibus seruiēs do-
mino die ac nocte.** In loco dicato deo/ p
ter que dei sunt/oīno fiēda nō sunt: quoniā do-
Ps.92 mū dei decet penitus sanctitudo. Ve autē eis/
qui domū orōnis in secularia facta conuertūt:
Virtutibus seruitur/& nō mechanicis actioni-
bus dn̄o: sed impretermisse/scz die ac nocte: vt
nō dies diuino seruitio/nox vero somnolētie tri-
buatur. Nec noctes p deo ducant insomnes:
dies vero in ocio culpato aut maculate ptrāseāt.
Necnō in die psperitatis/& nocte cuiuscūqz ad
Ps.1. uersitatis seruiendū est dn̄o. Et beatus est vir
qui in lege meditatur die ac nocte. **Et hec ip-
sa hora supueniens cōfitebatur do-
mino.** Supuenit hora qua christus aduenit:
cum quo in templo cōuenit. Quo aūt & quomō
supuenit/si nō discedebat de templo? Dum sy-
meon virginem alloquebatur/aduenit: & ad de
stinatū locum templi in quo fiebat primogeni-
torum oblatio/supuenit: & frustra tam diu fuis-
set obseruata in templo/si cum iesu non conue-
nisset in ede. Nulla preteritorū patrū sanctitas/
nulla eorum virtus/nulla obseruatio legis ces-
sisset ad meritū/nisi puenisset ad christum: neqz
vnius confessio suffecisset/nisi christo daret cō
fessionis honor. Et oīa mortua opa prisca erāt
nisi reuixissent in christo. Supuenit igitur anus
ista debita hora: qm̄ ante illam venisset incas-
sum: qr scriptū est: Vanū est vobis ante lucē sur
Ps.116. gere. Vanū porro cūctis viuētibus factū erat/ añ
lucē que est christus/boni aliqd peregisse: post
venisse protinus ignauie asscriberet. Cepit ho

ra cōuenire posse cū christo/ab eo tēpore quo i
mundo incarnatus apparuit: & vsqz ad secliter
minū pdurabit. Post mortē vero hec hora in su
is gradibus finē sortietur interminū: vt qui cū
christo in hac hora/in hoc templo non conue-
nerint: post mortē conuenire nullatenus possint.
Et cū omnes habeant horā: ve qui pdiderit cō
ueniendi horā cū christo: qui omnē semp para-
tus est ad horā/quando ad ipsum redire decer
nimus. Et cōfitebatur dn̄o/scz offerens ei in tē
plo sacrificium laudis: quod deū honorat/ vbi
ostenditur salutare dei. Hinc p pphetam dn̄s
dicit: Sacrificium laudis honorificabit me: & il Ps.
lic iter quo ostendam illi salutare dei. Confite-
bantur dn̄o completa fuisse in christo/que ipsa
prophetico spiritu pnouerat: q legerat de pro-
phetis: & omnia mysteria legis. Et eo spū quo
prophetissa erat/officium euāgelizandi assum-
pserat: vt de puero iesu oblato in templo loque
retur cū expectantibus redemptionē isrl: qd ipse
puer erat tunc delatus ad templū: qd votū datū
erat expectantibus: qd erant cōpleta vota iusto
rū/& adimpleta iusta desyderia patrū: & qd inde-
fesse puer iste currebat nō quietus: nisi p mor-
tem & sanguinē omniū faceret in cruce redem-
ptionē. Optima cuiuscūqz locutio/cū solum de
salute tractatur: nam nil tam mortalibus est sic
expediens. Optima predicatio / cum diffidētia
remouetur: spes profutura promittitnr. Huius
cemodi erant templaris vidue sermones: & an-
teqz euangeliū conderet/euangeliū pdicabat: p-
phetissa enim erat: & eius spiritus pamplius ex-
citatus est ad noticiā futurorū/cū christum con
spexit in templo. Adimplere protinus venit bo
na: nō soluere atqz terminare habentibus am-
pliora. Hec oīa virgo mater audiuit in templo:
admirās verba/letabatur in prole. Gaudio mi
scebat tristiciā: neutrū ex altero pmutabat: sci-
ens filium esse deū/et suā imaginē esse redēptu-
rū. Ex omni verbo euge multiplicia resultabāt:
sed propter mortē et sanguinem dolor et tristi
cia fodiebant: neutro ex altero terminato / nisi
resurrectionis pacta victoria. Nouerat hec oīa
virgo/etiā si nō venisset ad templū: sed fides ad
posteros facta est solidior/ et ipsa virgo deuo-
tior: cum collatio celebrat in templo. Paratur
omnibus forma scientibus: vt quanta sciendo-
rum appareat certitudo: atqz docendarum rerū
videatur certa scientia: quod expedit in ecclesia
et cū ecclesia orthodoxa exemplariter atqz colla
tiue cōferre. Nec quisqz confidat etiam si desu-
per spiritus gratia illucescere videatur: nam cū
apostolus decadē vnā cōtinue pdicasset: ne in- Ga
uacuū cucurrisse videretur: cū his qui predica-
bant hierosolymis/euangeliū cōtulit: quāqz nil
aliud qz id quod ipse a deo acceperat/sibi contu
lissent. Omnis heresis procul ppellitur: oīs ab
rogatur disceptatio: schisma intrare non sinit:
vbi tenetur concordia scripturarū: vbi omnes
in templo cōueniunt. Omnē formā sciēdi atqz
addiscendi et viuendi/ad soliditatē virtutum et

instarũ actionũ nobis virgo prestrixit: veniẽs purificari ad templũ: audiens a senioribus diuinas theorias in templo velut discipula diuinorũ. Grata sibi oĩa erant: ⁊ ipsa grata gratis assistit. Omnibusq̃ pfectis iuxta censurã legis / reuersi sunt in galileã in ciuitatẽ nazareth: vnde ascenderat in bethleem: vbi preuenta partu ꝑ dies quadraginta stetit: quousq̃ purificari venit in templũ in ciuitatẽ hierl'm.

De fuga virginis cũ puero ĩ egyptum. Capitulum XXII

Mat. 2. Post que decreto patris altissimi / reuelatione angeli: regũ timore malorũ / ne ꝑdant teneram prolẽ: fugere cogitur: peregrinari cõpellitur in extraneas nationes. Nec sua titubat fides / ꝙ alta in templo de ipsa ꝓ ple audierit / ꝙ ilico datur in fugam: nec sua credulitas minoratur ad filium / q̃n sit altissimi: q̃ꝫ nis terreni regis edicto superno decernat̃ vitare tyrannidem. Agnoscebat sup eo diuinã prouidentiã: ⁊ ꝙ in eo quod de se matre susceperat ordinabatur ad fugam: non in eo quod de celis aduenerat. Et iam incipiebat cudi acutus doloris gladius: cũ tam cito noua sua teneraq̃ proles cogeretur regũ timore quos terrebat / ꝓuincias egyptiacas incolere. Et mirũ in hoc infante tenello / ꝙ terrens terrebatur: ⁊ territus plus terrebat: qui ob hoc fugiebat / quia ab ipso terrebatur herodes. Itaq̃ celebratur fuga ꝓ prole / que fugiebat ex matre: ac mater ꝓ filio damna exilij sustinebat. Uadit in peregre angelorũ dña: ⁊ superna ciuis ciuibus sociata supnis / originali relicta patria / querit extraneũ incolatuz. Sed nulla patria sibi erat ad propriam: cui preter q̃ virtus nihil erat ad propriũ: ⁊ nihil habere omnino sibi vendicabat in ꝓprium. Nec aliquam regionem sibi cõputabat extraneã: q̃ solum habitabat in regione virtutũ. Que patria extranea esse potest ꝓpriã nõ habenti? Que aliena patria qui mundũ nõ diligit: qui oẽm in hac vita incolatũ dicit exiliũ: qui incessanter ad supna suspirat: qui cũ sapientia contuberniũ fecit? Que potest esse horenda ꝓuincia / cui de sensibilibus nihil placet? Que grata / cui viuere pena est? Que ꝓpria / vbi manere nõ sinitur? Sed quibus hec virgo mater inexperta cõuersandi iuuencula / humanis fulciatur auxilijs: quibusue pedissequis / aut famulorũ copia societ̃: q̃b⁹ vecta curribus aut eq̃s: q̃b⁹ ornata schematib⁹ vadat ĩ ꝑegre: q̃ apicẽ euãgelicũ scrutaris aduerte. Ut pauꝑis carpẽtarij vxor pauꝑcula ĩcedebat: ipo solo ɔtẽta comite ꝓ cura: ⁊ ei familiaris ⁊ ĩ testimoniũ honestatis / ⁊ nutrimẽto ꝓlis. Ecce regina mundi egyptiacas ingreditur ciuitates / nullo humano comitata fastu: sed nec pedissequaz vnã legimus habuisse: incognita mũdo / ignorata in populo: quã si q̃ erat cognouisset egypti⁹ / apparatu ⁊ magnis copijs occurrisset. Conducit hospitiũ carpentarius: introducit matrẽ cũ prole fugientẽ. Cõgregat suppellectilẽ modicã ad fonendã matrẽ ⁊ prolẽ: artis carpentarie instrumenta producit. Incipit inquirere si ex illa possit captare modicã stipem: denunciat se ĩ arte peritũ. Explorat si quis ad ligna bipennibus ⁊ dolabris habet opus: facturum se dicit placide ꝓ mercede: vt sustẽtet virginẽ matrẽ: vt posset alere prolem. Nec nõ ob id etiã huiuscemodi artis se actuosum insinuat: vt euadendi fulcimenta ex illa cõquireret: ne ociosus aut in fraudem alicuius videret̃ ad illam prouinciã accessisse. Non tamẽ vt abraam saram ꝑmonuit iste Gen. 12. mariã: vt diceret se ipsius esse sororẽ: veritus ꝓpter eius pulchritudinẽ mortem / si se fateretur vxorem: que specie sua ⁊ pulchritudine sua sarã ⁊ rebeccam supauit. Nec ipsa sublata est in domo alicui⁹ egyptij regis / vt sara in domo pharaonis: sciebat enim ꝙ melius q̃ꝫ sara custodiebatur ab angelo: a quo sepe ipsa responsa accẽperat. Et talẽ gratiã in matre virgine deus posuit: vt nec ꝓpter eius excedentẽ pulchritudinẽ potuisset ab aliquo ob ĩmũdiciã cõcupisci. Nouerat hoc ioseph experimento sui: qui nunq̃ꝫ ex ipsa carnis tentationẽ ꝑsenserat / q̃uis secũ pariter habitaret. Stat in egypto puerula mater cũ puero: nec procedit in publicũ: nõ verita hominũ fraude: sed custodiens honestatẽ / formaz prestans iuuenibus / qualiter cõstantes in peregre cõuersentur. Net / suit / laboratq̃ manibus: ⁊ querit sic cõpendia vite. Nullas vicinales visitat edes. Fit nota omnibus ꝑ modestiã magis q̃ꝫ si ingrederetur limina vicinorũ. Admirationi fit oĩbus: sermo diffunditur ꝙ in egypto similis mulier nunq̃ꝫ fuit. Trahit oẽs in sui ɔsyderationẽ ꝓpter insitã honestatẽ: que velut magnes ad se ferrũ secreto tractu vere trahens / omnes ad sui admirationẽ trahebat. Subdita viro / intenta ꝓ filio / ⁊ in suis quieta negocijs se positaz in peregre letabatur: abiectui faciens quicq̃d de patria potuisset esse amenũ. A nexibus soluta: quibus fere omnes humanus nectit amor. Nõ incipit aliquando tintillare virũ / si iã repatriandi tẽpus adesset: Nõ ꝓferens q̃d delectabile reliquisset in patria: nec q̃d amplius cũ cognatis reuersa possidere potuisset. Non subinfert ꝑegrinationis incõmoda: que cito solent in patriã reuocare ꝑegrinos: sed quid pater eternus decernat / expectat. Non cõturbat virũ velut insolers: nõ ĩfestat more mulierũ / multa req̃rens: nõ querulat̃: tantũ intenta supius / vt iussionibus diuinis obediat.

De reditu virginis cum puero in iudeam. Capitulũ XXIII

Itaq̃ angelus iterũ eius virũ affat̃ in sompnis: vt redeat in iudeã. Non alloquit̃ eã de cura viandi: ne videret̃ mulieri supra virum ꝑstare velle ducatũ. Nec omniũ agẽdorũ noticia sibi refulsit in animo: quãq̃ꝫ sup homines plus nouisset: vt innotesceret nemini viã eius cõmisisse / sed sibi reseruasse de filio. Nõ decens erat ꝙ plena esset in terris noticia mysteriorum / que filio pater ab eterno decreuerat: et vt in futura ecclesia seruaretur ista censura: vt Mat. 2.

nō viri a mulieribus/sed mulieres a viris agendorum documenta susciperent. Reuertit in iudeam cū prole: sed adhuc ipsa cū viro timorib⁹ angitur. Regnante archelao ꝓ patre suo herode defuncto: ex angelica admonitione ipa ⁊ vir suus nō vadunt in iudeā: sed secedunt in galileam in ciuitatē nazareth: vbi cōsensu suo in ventre dei filius fuerat incarnatus. Et eandem sue vite morumq̄ cēsurā sicut in peregre in patria retinebat: nec exultauit amplius in patria/ q̄ in peregre letata fuisset. Nō enim variabat in animo ꝑ loca/ꝑ tpa: vbiq̄ eandē consistentiam seruans: tota intenta ꝓ filio: q̄ apud eam deus existens/vt puer sub cura materna constitutus degebat.

¶ Q̄ꝫ virgo mater in duodecimo etatis filij anno perdens eū alloquitur inuentum. Capl'm XXIIII

Lu.2. QUem in duodenis annis deducens in templū/ ad tēp⁹ obmisit: ꝓ quo velut impatiens ad absentiam eius/inter cognatos ⁊ notos dei filiū queritabat. Anxia semper erat mater ꝓ filio: ⁊ absentia modica produbat in longū: nec a questione desistens/ipa cū viro redit in templū: vbi repperit eū alte agentez in medio senioꝝ atq̄ doctoꝝ. Stupet in ꝓle mater: ⁊ exultat ad prouentū eius. Nō impedit verba doctorū: sermonibus filij sedulū prestat auditum: diligens ⁊ admirans/ꝯsyderās ⁊ exultās: sed dato fine verbis pia mater pie alloquitur filium/ex honore p̄ferens virū/dicens: **Fili/q̄d fecisti nobis sic? Ecce pater tuus et ego dolentes querebamus te.** Maternali authoritate vsa est virgo/ cum dei filiū filiū suū appellauit: nō in deitatē/sed in humanitatē ꝯsumens: q̄uis vnus sit dei filius ⁊ marie. Non potuit amplius ꝯtinere affectū: cū in verba excessiui amoris erumpit. Nō aliunde ipsuz denominās: nisi q̄ ipse sit filius/ipa mater. Stupor ⁊ gaudiū humanis mentibus ministratur: q̄ virgo mater dei filiū nomine filiatiōis appellat. Omnis amoris signū in isto verbo superatur/fili. Lingua in amore manifestare plus nequit dicēs/fili. Nihil ex amore breuius/nihil efficacius ad proferendū q̄ cū dicit/fili. Tota cōmouentur viscera matrū/cum prolē nomine filiali denominant. Nulla loquendi copia pl⁹ apposuit/q̄ filiale nomē. Diffundit anima matris in filiū: quē videt de suis puris humoribus generatū. Amat ꝯtin⁹ pre cūctis filiū mater: a quo pre ceteris se nouit amari. Sed nec virgo mater ꝑ cōparationē ad alios hunc filium diligebat: p̄ter quē alium nō habebat: sed ip sa pre cūctis diligebatur ab ipso/ab eterno p̄electa mater. Prestatur nobis magna securitas/ cū virgo sic suū natum alloquitur: cū talis filius sic se patitur nominari sine federe nostro: quoniam est frater nr̄. Quid fecisti nobis sic? Non increpat mater: nec hoc increpationis est verbū: sed querit causam cur se ab eis distraxerit. Defert humilis virgo viro: quē in loquendo p̄ponit/ se q̄ ꝑposterat: vt sepe de ipa diximus: q̄m oīm bonoꝝ morū atq̄ ꝟtutū est norma: vt discāt mulieres suis deferre maritis: ⁊ nō solū in alijs/sꝫ etiā in loquēdo p̄ferre. L.2. Dolorē virgo ꝓtestatur: nō inq̄rendo filiū: sed passa sollicitudinē ⁊ laborē/ scꝫ nō reperiēs ꝓ voto quesitū. Nō fit dolor in actionib⁹ pijs/etiā si laborare ꝯtingat: sed cū iusta ⁊ pia desyderia defraudātur: quāq̄ si ꝑseuerāt/differri possunt/fraudari nō possunt. Dolor vbicūq̄ in corpibus adest/bone nature testimoniū est. Nā bonum est q̄ natura dolet: q̄uis posset esse malū ꝑpter quod dolet. In animab⁹ aūt dolor aut bone aut male volūtatis ē testis. Nā dolor ꝓ amisso bono/ꝓ malo cōmisso/pro nō habēdo quod habendū est/ bonā voluntatē insinuat: sic a cōtrarijs dolor fallacē arguit voluntatē. Bonus erat virginis dolor: quia q̄rēs iesum inter cognatos ⁊ notos/non inueniebat amissum. Ex virtute dolet q̄ ob peccata cōteritur: q̄ agitur impatiētia quousq̄ bonū vel eque quod amisit/inueniat: quousq̄ possideat / sine quo se nō existimat felicē. Sed mirū q̄ppe q̄ nūq̄ matrē virginē legimus iesum christū p̄terq̄ hic/filiali vocabulo nominasse. Ad magnū mysterium res ipsa reducit/q̄ reinuētus christus a matre virgine fili⁹ appellat: vt sit spes nostra solidior: q̄ velut piam matrem impossibile sit a pio filio derelinq̄: sic q̄ cuz pie ⁊ pure dilexerint christū/impossibile ꝯtin⁹ est ad inferna demergi. Et vehementius est gaudiū cū reinuenit deperditū: quod anteq̄ ꝑderetur/quasi nō curabatur: vt velut maiori fiducia mater ꝯsumat in filium/q̄ ad extremū nō ꝑmiserit cōtristari. Querant ex hac ꝓrogata materia virgines cū virgine matre filium: etenī ipse magis est virginitatis filius q̄ virginis: cuius oēs sibi dicate virgines possunt esse ꝑticipes: sed non inter cognatos ⁊ notos s̄m carnē: q̄ in carne supra carnē ē christus: nō traductus ex semine/sed diuina ꝟtute. Nō nouerunt hi q̄ s̄m carnē viuunt: q̄ solū q̄ terrena sunt sapiunt: nutriri christo/sed mūdo: nō illā ornare ꝓ dei filio/sed ꝓ homis filio fucare criminaliter didicerunt. Nō imortali spōso cōsecrant: sed mortali sepe ad ꝑditionē adijciunt: ⁊ ꝓ mortalib⁹ nuptijs magna impendūt munera: longo tpe parta dispergunt: exhauriūt crumenas: accipiūt sepe sub fenore: q̄ habēt chariora suppignorāt: vt tradāt ꝟgines seruituti hominū: vt ꝯiūgāt matrimonia dissoluēda ꝑ mortē. Et ex his q̄ nō ꝑuisa ꝓueniūt/si possent vellēt retractare iā factū: vt christi sint/etiā secum habitare nō sinūt. Nō q̄ mr̄imoniū dixerim criminosum: sed illū ꝑ oēm modū p̄fero/vbi ꝓ christo seruat integritas. Igit virgines cognatos ⁊ notos s̄m carnē dimittite/si christum cupitis inuenire. Redite ad tēplū aīe vestre/vbi christ⁹ inhabitat: non extra vos inq̄sitio fit de christo: intra vos citi⁹ inuenit. Sed non carne matres: spū mr̄es spōseq̄ fieri potestis. Et rfisiōe pacta **descēdit iesus cū ill' nazareth: et erat subdit⁹ ill'.** Pro ꝟgine matre sumpsim⁹ dil-

Luc.2.ca.17. referendum: nam in hac parte de christo alibi dissertum est. Ecce habet virgo mater subditum/ quē vniuersitas dn̄m habet: et virtutū omniū celestium cunctorūq; regem exercituum supernorum/ in humanitate virgo mater suis lorizat habenis: et pfertur virgo filio/ in eo q̄ ei se subijcit: et eius facta est abbatissa/ qui oīa fecit. Eum gubernat/ qui sua sapiētia formā et differētias omnibus dedit. Eum dirigit humanatū/ cuius bonitate ne in nihilū redeāt/ oīa pseruātur/ et depdita restaurant. Erāt em̄ in illa etate puerili omnes thesauri sapientie absconditi: nec sibi aliq̄n scientia creuit ex tpe. Proinde mentē in alta suspendit/ q̄ eum subditū sic vna virgo possedit. Magna virginibus ē dignitas prorogata: q̄ christus duobus virginibus factus est subditus: vt nouerint hoc sacramentū hoīes: q̄ illorū christus complet vota: desyderia pficit: q̄ se puritati et mūdicie tradiderūt. Et spes magna facta est amātibus celibē vitā/ q̄nta eis sit christus in alia patria familiaritate donādus: q̄ duobus castis in hac vita fact9 est subditus. Quali q̄ntoq; studio/ q̄nto syncero affectu virgo mater tēdebat in plem: cui subditus in hūanitate dei filius fact9 erat: qua sollicitudine agebatur in illum: quis enarrare psumat: cum videret ipsum ad se pclinium: nil puerile gerentē: expectantē tpa pfinita p implenda volūtate paterna: in quem mat solum ferebat pietatis officia: et illam curam ad natum/ ad quā deputataz se nouerat. Nec in eū credatur psumpsisse blanditijs: aut eū gestibus palpasse cōmunibus et humanis: vt assolent matres que amore feruēt ad filios. Sed q̄uis se matrem in humanitate cognosceret: tamen q2 deus erat/ in omnibus se fatebatur ancillam: stupensq; q̄ in terris erat socia persone deifere: atq; q̄ simul cū homine deo sibi cōtuberniū erat. Non suppetebant merita/ quibus sibi tanta necessitudo erat ad filium. Suspēdebatur animo in aspectu eius: et semper in contemplationib9 erat/ videns apud se diuinā degere maiestatē: et introrsus mirabatur vehementer: non comprehendens deū: quē in humanitate habebat subiectū. Porro defecisset in se: nisi quia nouerat illam eternā et infallibilē prouidentiā latere in filio: qua nil agebat impertinēs: et q̄ sine mysterio nō loq̄bat neq; tacebat. Erat pfusus amor eius in prolē: et nihil ad seipsam virgo: sed tota erat ad filiū: et amplius ferebatur in eū q2 deus/ q̄ quia filius: q2 iesus/ q̄ quia natus: ampli9 cōmunitate nature/ q̄ quia illa caro ex pprio ventre. Tota in rationibus et virtutib9 erat: nec vincebatur affectu carnis/ quā spiritus infuderat Nec animus eius festinabat ad prolis augmentum: prenoscens q̄ illa humanitate oīa pgrediebantur diuine. Non interrogationibus agitabat eū: velut curiosa parens sepe facit ad filiū quid fecerit/ aut quid sit facturus interrogans: tacens intendebat in eū: et in silentio audiens si quippiā aliq̄n loqueretur. Seruabat ad ipsuz pudorem virgineū: et verecundie moderamina firma censurā tenebat: nullo impertinenti verbo/ nullo gestu/ nullo motu/ neq; visu/ preter q̄ sub censura spūssancti fiebat ad eū. Erat em̄ in psentia maiestatis diuine: quā effugere nullus potest: sed aliter q̄ omnes ipsa sentiebat: et sup hoc diuini filij verebatur aspectū: quē secū corporaliter habitantē habebat. Nil agebat argutione dignū: nihil sibi placebat de seculo: non implicabat mēs eius: solū pttēta de filio: cui aliunde delectatio nulla erat: nulla placita veniebāt. Huic matri vgini oīa filius erat: hic amor eius: hic solamē eius: hic desyderiū eius: hic ptēplatio eius: hic q̄stus eius: hic sollicitudo eius hic beatitudo eius. Extra filiū nihil se hr̄e nouerat: oīa virgo mater possidebat in filio: et in omnibus diues erat in illo. Intēdite vgines et regine vginū coaptate mores: oīs vester ornat9 interior christus existat/ et tota iocūditas: et ad ipsuz exēplo virginis matris inculpate vestros mores dirigite: in illo facte diuites/ cui corpus et animā dedicastis.

¶ Q̄ virgo mater nuptijs interfuit: et obedire oēs suo filio verbo predocuit. Capitulum XXV

In nuptijs acsi paranympha seu pnuba foret/ se inuenit virgo mater: non velut apta cōniuio: sed apta mysterio: phonorās sua psentia nuptias: qm̄ ex nuptijs nata erat Nō eligēs illas ex aīo: q2 ipsa mater virgo. Nec q2 tāto dedicata vginitatis decore videret abijcere piugatas: qm̄ et p piugatis talis filius sibi erat. Cui nihil videbat indignū/ quod de diuino pcesserat sacramēto: et diuina puidētia piugiuz nouerat ordinatuz: quanq̄ ex christianismo seu ex paganismo sint ordinata coniugia: acsi nec ex gratia/ nec ex circūcisione/ aut ex pputio cōiugia sunt instructa. Solū q̄ tali sacramento in indiuiduis ppagaret hūanitas: et homini viro simile adiutoriū esset ad plem: nō libertate vagādi et appetēdi: sed debita certitudinis lege: ne si esset in cōiunctione maris et femine voluptas effrenis/ multa sequeretur: sicut in libro de christiana iusticia monstratū est. Nā coniugiū non ob hoc institutū est: q2 christianitas ē: neq; q2 circūcisio/ neq; q2 pputium. Ante hec omnia/ et ante pputij discretionem coniugiū nouimus institutū: quod tam diu pcelebre mundo fuit quousq; cepit clarere virginitas: cuius serenissima conseruatrix nuptias non abhorruit: cum inter bona ipsarum ex ipsis nascatur virginitas: quē nō solum ex licito coitu/ sed ex turpi pcubitu ipsa vtero grauidato descendit. Non tn̄ de concupiscentia et libidine/ que regnat in mēbris: sz de bono nature/ quod cōditor iste creauit. Stabat virgo in nuptijs nō oblectata cōuiuio/ sed sociata filio: cui amore indiuiduo iungebat: cuius nō satiabatur aspectu: cuius velut in oblita memorie verba captabat: et alte cōsyderabat quid illa diuinitas humane opabatur in terris. Et p magno sacramento in nuptijs assistit filio/ in opportuno tpe itercessura p nuptijs: cū defecit Joan.2.

vini videlicet interne leticie atq; supne ꝯsolationis adesset. Nam deficiẽte illo materiali vino/ mater ad supplendũ defectũ pia securitate intercessit ad filiũ: id quod minꝰ erat/ aut quod deficiebat enũciãs: vt ipe q erat omnipotẽs ilico que voluisset facturus: nulla tpis intermissa capedina liberaret ab illa oportunitate cõuiuas: spõsi reuelãs inopiã: verecũdiã ꝓpulsans qbus ꝯfundebat nuptiaꝝ autor. Nouerat ꝟgo mat omnẽ creaturã subiacere defectui: expugnari ab inopia: debitã nõ habere leticiã: turpissimis subiacere pudoribus: ⁊ ꝯfundi ex defectu veri boni: dũ in ꝑfunctorijs nuptijs letaret. Quãobrẽ intercessit ad filiũ/ dicẽs: Vinũ nõ habẽt. Nõ faciẽs ipm memorẽ/ q oia nouerat: sed interpellans locuta est: acsi ad eã cura omniũ ꝑtineret. Et oium hoium aduocatã se sciẽs/ q ꝓ oibus creatoris cũctoꝝ facta fuerat ꝟgo mater: officium aduocatiõis ⁊ pia auxiliatricis assumpsit: cum videret inopiaz: q nec rogata ꝑuenit: acsi opus nõ sit ipsam ꝑcibus excitare: q oẽz oculũ sue pietatis direxit in nos: ꝑsciẽs indigentiaz nostrã: ⁊ se cũctoꝝ oiuz matrẽ pietatis agnoscẽs: sollicita ꝓ filijs irreqsita etiã ad diuinũ filiũ intercessit. Nõ expectat sedula mater ⁊ ꝓpẽsa in filios/ ꝙ clamoribus excitet: cũ eos cognouerit subiacere defectui: ab amore inherẽte fortius vrget in illoꝝ reuelationez intendere. Amplius angit quẽpiã diligentẽ internus amor/ ꝙ ꝓseucha forinseca. Cõpellit oĩo vehemẽs amor in occultis exire in publicũ: cuz dilectus minus habet: aut si eum aduersa ꝑturbãt: ⁊ deducit in officia sensus: vt ferãt opẽ ei quẽ amor fecit obiectuz. Hinc ꝟgo mater interue cõmota/ ꝓrũpit in verbum: vt ꝑstaret iocunditas hoibus: quos amabat: quos indigere cognouerat. Nihil reboãs in auribus corꝑis eius a deo cõmouisset: sicut inuisus amor. Si hoc nõ rogata ꝑfecit/ qd rogata ꝑficiet? Si hoc viatrix existens/ qd cuz regnat in patria? Si hoc apud filium morti tꝑali subiectũ: qd cũ mortem supauit: carnẽ immortalem reuocauit a tumulo: collocauit in celo: paternam sedet ad dexterã: tenens totius ⁊ oĩs regionis ⁊ potestatis imperiũ. Prerogat in terris qd sit ꝓ nobis in celo factura. Et magna sibi erat de filio inserta fiducia: vt nullis proseuchis interiectis/ patefacta rei carentia/ se a filio credebat audiri. Nouerat benignitatẽ eius amplius se velle infundi ꝙ suscipi posse: seu ꝙ auderent opportuni gratia postulare. Sed recõpingit filius verbũ matris: nõ iratus ad eã/ aut indignatione factus: sed docens illã pariter ⁊ astantes: si quo iure virgo ꝑsumpsisset in euz/ dicens: Quid mihi et tibi mulier? Nondum venit hora mea. Nõ appellauit matrem ex carne: qui tantuz virtutes in hoibus querit. Ac si dicere voluisset: qd tu mihi es ad ꝯdenda miracula? Nihil. Quid a te in supnaturalibus habeo? Nihil. Quid a te seorsuz a cõmuni natura? Nihil. Quod a te habeo/ nõ splẽdet miraculis: sed subiectũ opprobrijs est. Nondũ venit hora mea in q daturus sum generi hũano leticiã. Nõdũ venit hora mea: vt ostendã ꝙ deus sum: q nõ suz ꝙuis fuerim in te. Que ꝟba velut maximi sacramẽti ꝟgo mat accepit/ ad sui documentum atq; cũctoꝝ: ⁊ in ꝓfunda humilitate degẽs/ interna pace potita: sciẽs in certitudine mẽtis sue ꝙ nihil nisi sanctũ ⁊ iustũ ex ore filij laberet. Optima discipula filij ꝟgo mat: ꝟba q videbant in cõceptu astantiũ resonare repulsam/ in humilitate audiuit: ꝓ doctrĩa recepit: cur hec diceret/ a filio nõ exigit. Habet hoc ꝓpriũ mens ꝑfectibus anxia/ humilitatis ornata decore: sine contradictiõe cogitatiõis atq; ꝟboꝝ subijcere animuz veritati: etiã si videat nostris volitis atq; sensibꝰ aduersari. Proinde virgo mat sic leniter increpata/ maiorẽ fiduciã sumpsit in filio: nõ qr filiꝰ carnis erat: sz qr deus/ indeficiẽs virtus aduenerat ad indigẽtes: ad mistros verba cõuertit: in certitudine facta ꝙ summa bonitas in necessarijs nõ deessz. Inqt eis: Quodcũq; dixerit vobis facite. Per obedientiã eos ꝑparat ad gratiã capessendã. Nihil sic ꝓpe grãz dei meruit atq; suscepit/ ꝙ decretis obtempare diuinis. Inexceptuate ꝑmonet virgo mater: vt omnne quod infinita sapientia precipit/ faciamus. Nihil est exceptuandũ a ꝑceptis diuicis; Irreꝑhensibilia quidẽ sunt oĩa/ impossibilia nulla. Unde nouit sapientiã filij virgo que genuit: ⁊ indigentiã hominũ nõ ignorat: quã nisi per obedientiã releuandam aliter nõ decernit. Lucerna mentiũ omniũ humanarũ est deifera virgo: que per factionẽ omniũ mandatorũ nos parat ad filium: si calamitates volumus a nobis excludere deprimentes. Et sua mititate nos instruit/ cũ nõ disceptat cũ filio: quales diuinorũ verboꝝ esse debeãt auditores. Et ꝑstat nobis de seipsa fiduciam: cũ a se mota intercessit. Dat sanã doctrinã: cũ obedire ꝑdocuit/ dicens: Quodcunq; dixerit vobis facite. Videbitis mirabilia/ si obtẽperabitis huic: qui velut hõ in hac mensa recũbit: qui sup omnẽ creaturã meusam vberem in omnibus alte tenet. Qui humane ad humanas nuptias inuitatꝰ: si eius iussa cõplebitis: diuine ad diuinas et ineffabiles nuptias inuitabit. Preuia existẽte matre ad rogandũ ꝓ eternis nuptijs: que ꝓ tꝑalibus nõ requisita etiã intercessit: facilior spes erigit in superna posse conscẽdere ad nuptias veri ⁊ immaculati agni: qui ꝓ nobis ꝑ virginẽ in ista inferiora descendit. Nec ob aliud filij eterni tꝑaliter facta est virgo mater: ꝑ quã eius ⁊ nos sumꝰ fratres: nisi vt interpellet beatũ filiũ ꝓ fratribꝰ eius miseris/ eterne stantem ꝓ caducis/ iustum ꝓ iniquis/ deum ꝓ hominibus/ verum filium ꝓ filijs adoptatis.

¶ Qr virgo mater filij requirebat presentiam: cuius nõ ferebat absentiam. Capitulum XXVI

Alte diligens dilecti egre absentiã sustinet: ⁊ ꝑcunctat reparare presentiam: cum in ista quietem/ in illa turbationẽ

exꝑimẽto ꝯsenserit. Et infirmitas est patiẽter se
hñre in absentia optimoꝝ: ꝟtus aũt reqsisse ꝓpẽ
sius. Hinc ꝟgo maṫ filij reqrebat ꝑsentiã: dãnũ
nimiũ rata si diu patereť/sine quo bñ esse nõ po
terat. Quod euãgẽlista refert denũciatũ esse sal-
Mat.12 uatori. Ecce mater tua et frẽs tui foris
stãt/querẽtes loqui tibi. Nemini nisi fi
lio ꝟginis amor inheserat: nihil aũt amare didi
cerat ꝙ ꝟtutẽ. Nec spũssctũs in illã sua opatiõe
descendẽs/aliquẽ terrenũ amorẽ abegit ex ea: q̃
in sanctificatiõe occulta ꝓusꝙ ꝓdiret in partuz/
purgationẽ originalis culpe suscepit ⁊ tutamẽ.
Nescit viles amores ĩducere. Nec erat hũanis
amoribus apta: quã spũssctũs amoribꝰ diuinis
aptauerat. Solita solũ diligere quẽ diuine con
cepat atq̃ genuerat: alio nõ vinculabať amore:
vnici eius dilectiõe ꝯtẽta. Preterꝙ amare ne-
sciebat: ꝓuari nolẽs ad modicũ q̃n reqreret fili-
um: semꝑ alloquijs insatiata manẽs. Miser est
animus hoiuz ineptis amoribus deditꝰ: quos
⁊ ꝯsuetudĩe sepe reqrit: ⁊ difficulter diuelliť hu
iuscemodi colligatus. Nulla vincula corꝑa ma
gis nectũt ꝙ animi ꝓmitiui amores/siue hone-
sti siue inhonesti existãt: a q̇bus solui habẽt mor
tis imaginẽ/ĩ his q̃ honestate carẽt ⁊ turpitudi
nẽ habent: quos velut deceptas aues laq̇us/sic
illos amoris hamus ĩuasit: a quo raro q̇s soluiť
nisi ãplioris dilectiõis vehemẽtia: siue hũana si
ue diuina dilectio illa ꝯstiterit. In his vero qui
christi charitate nectunť: si palmaris fuerit: ne-
q̃ blãdimẽta/neq̃ tormẽta/neq̃ si q̃ sunt q̃ ha-
bent asperꝝ sensum/dulces eiꝰ nexus soluere po-
tuerũt. Et ip̃a terribilis mors potius ꝙ a chri-
sto/a corꝑe aĩaz sepauit. Hinc apl̃s ad Roma-
Ro.8. nos ait. Quis nos sepabit a charitate christi?
Et cũ multa enũerasset: nihil quod separe pos-
set inuenit. Quã bonũ vt a ꝓmeuo aĩa ꝓmitias
honesti amoris depascat: illo se imbuat: cũ illo
pariter coalescat: vt ex vsu amor iustus in natu
re potentiã transeat. Quo assolita ꝟgo/ab alijs
actiõibus vacãs: iura honestissime dilectionis
exequiť: reqrens iuste dilectum: nõ tãtũ qꝛ suus
filius erat ex carne/ꝙ qꝛ dei erat ex deitate. Ta-
lis vniuscuiusq̃ amor/quale amoris obiectum.
Diuinum erat in quo amor virginis ferebatur:
pura in purum/mũda in mundũ/casta in castũ/
virgo in virginem/humilis in humilẽ/prudens
in sapientiã/pauperculi in pauperẽ/virtuosa in
virtutez ignitis amoribus agebatur. Et opibꝰ
ostendebat quibus interiꝰ ignibꝰ estuabat: a qui
bus succẽsa/motibus corporis ꝓdibat in pu
blicum: que consueuerat semper tenere secretũ:
nihil in reprehensione arbitrans dignuz in re-
quirendo virtutem. Fiat interdũ in exteriora
processus: si ꝙ domi vtilitas potior: si necessi-
tas exigit: si charitas vera compellit: si fructu-
osior potest esse peruentio ad requirendũ chri
stum. Non tempus/non locus/non natura/ nõ
generositas/ non etas/ non sexus/ non religio
potest esse pudori. Honestus est ille discursus/
qui debitum peruenit in finem: nã finis omniũ
christus: ad quẽ omnis religiosa festinať inten
tio: Nõ verebatur christifera ⁊ christola virgo
christũ expectare ꝑ foribus: ⁊ inter multitudinẽ
disciplinabilẽ exhibere formã: vna suꝑ ceteros
equanimiter tñ auditura christũ cũ ceteris assi-
stebat: ⁊ inter auditores humiles ipsa ĩ humili-
tate ꝓcliuior: nec ausa ĩ filiũ vt eũ autoritate ma
terna deposceret: sed ꝓfunde subdita silẽter sta
bat ad verbũ: cedẽs doctrine publice ꝓ publi-
ca vtilitate/ potiꝰ ꝙ vellet sibi filiũ reducere in
priuatũ. Nõ violauit diuinã doctrinã: quã ip̃a
toto haustu pectoris dulcisone capiebat: potiꝰ
abstrahebať ĩ verbis ad sanitatẽ verberãtibus
animos: quoꝝ doctorẽ supra naturã ip̃a genue-
rat. Nec ipsa dixit quod ille iudeꝰ ꝓtulit/ꝙ ei lo-
qui vellet: sed aut christũ increpare satagẽs/ꝙ
ex pauꝑcula natus esset/etiã alta docẽs: aut hu-
mane discretus ad matrẽ/autumãs ipsaz assiste
re ꝑ foribus ꝑstolãtem vt filio loqueretur. Sed
ipse aut dolos aduertens/aut alte decernẽs: ma
ternitatẽ spũs carni ꝑposuit. Nõ aũt dedigna-
ta mater in hoc iudicio: q̃si se denegataz agno-
scẽs/seu postpositã matrẽ carnis ei matri q̃ ꝑ di
uinũ spm̃ efficiť: q̇nimmo altius verba christi in
telligẽs/se cognouit duplicẽ matrẽ: carnis vide
licet: qꝛ vere sic erat: ⁊ spũs suꝑ oẽs aĩas: qm̃ ꝑ-
amplius dei voluntatẽ ipsa ꝑfecerat: que plene
ꝑfecta iuxta sententiã saluatoris/eam animam
que fecerit/efficit christi matrẽ. In qua mater-
nitate ꝑfectius virgo ꝓfecit/ꝙ in illa que soluz
est carnis: magisq̃ in illa grata facta filio/ꝙ in
illa ꝑ quã ipsum gestauit in aluo: natuz nutriuit
in gremio: posuit in cunabulo.

¶ Qr virgo fuit filij consocia passio ni: et cõpassiue et contemplatiue asti tit cruci. Capitulum XXVII

SIlet de ꝟgine alma euãgelicus textus
quousq̃ ad assistentiam crucis: quãuis
pie credatur/ velut discipula filij pri-
ma/inter primam illam discipulorum ⁊ discipu-
larum modicam turbam semper magistro filio
astitisse: conuersantemq̃ cuz eo prout decebat
cum dei humanato filio conuersari: postposi-
ta omni autoritate materna/tacite sub eo de-
gens admirans ⁊ laudans mirabiles actiones
eius: non inquirens causam actionum eius: in-
dubitata fide ad eum existens ꝙ omnia diuine
atq̃ inculpate/ voluntate non coactione/ no-
stra non sua re in assumpta humanitate facie-
bat. Nullum sibi ad eũ ausum vendicabat/quia
in carne filius: sed ꝓfunde reuerebatur/quia in
hũana natura deus: ⁊ optime nouerat iura hu-
mani seminis/quibus ipsum nec ipsa concepe-
rat: ⁊ iura virtutis altissimi/qua in aluo gesta-
uerat/incorrupta enixa fuerat. Quamobrem di
uina iura mente adorabat: nihil ex his vendi-
cabat in ꝓprium: sicut corrupta mater quan-
dam autoritatem habet in filium: quia femina
corrupta suscepit: quia grauescuit: quia pon-
dera sensit: quia elanguit/quia cum dolore par-
turiuit: quia molestiã plurimaz tulit/velut mole-

stũ lactãs: qꝛ somnos ꝑdidit ad ĩprobos clamores pupuli: qꝛ vigilias multas exercuit/ excubãs ne lederet ad cunas. Ista ꝛ filia ꝓ filio nõ senserat ꝟgo mater/ quẽ sciebat esse dei filiũ: ꝛ si humanatũ/ tñ diuitus angelicis ꝛ spiritibus custoditũ. Uere ꝓtinus mater erat: sꝫ lege altiore illustrioꝛ: ad quã quicq̃d est nature/ quicq̃d est humane potẽtie/ quicq̃d inuisibilis ꝟtutis atq; visibilis/ nõ potuisset attingere: nisi se diuinitas inclinasset. Huic subdit ꝟgo mater: nihil sibi appropriãs ex carne de filio: in nullo audẽs in eũ: nisi q̃ ante ꝯceptũ ꝛ partũ ꝛ post partũ sibi ancilla subsistat: vt hec dĩtaꝑat sit sua ꝟtus: sit eiꝰ gloriatio in filio: sit ptãs: hec sibi sint iura materna. Id vnde grata facta deo: mater facta filio. Attñ quanq̃ ꝟginis gesta cũ filio silẽtio multa ꝑtereãt: magnoꝝ moꝝ magniq; mysterij sunt credẽda: q̃ vsq; ad expirationẽ filij pendẽtis in cruce subdita doctrine/ ꝯformis verbis dedita moribus: tandẽ ꝯsocia passioni: quã christus in cruce pendẽs/ ipsam virginẽ cuidã ꝟgini discipulo cõmẽdauit: indicendo nouã filiationẽ atq; maternitatẽ: nõ alterãdo naturam: sed ꝑferẽdo gratiã: cuius noua ꝓcessio agebatur sub cruce. Sic q̃ppe cui cõmendatio facta est/ euãgelista

Joan. 19 describit. Stabant aũt iuxta crucem iesu mater eius: ꝛ cetera. Comitata fuerat filium virgo mater: ꝛ tota facta erat ꝯsocia passioni: alta mẽte cõtractans eas quibus se subiecerat filius passiones/ plus spũ indiuisa q̃ corpe. Illa scꝫ hora se comitem tremebundã/ nimiũq; dolentem: se cũ illa turba occidentali que vocibus christũ morti iudicauerat/ tradidit sicut decuit moderamina spũssancti: quanq̃ in illa turba esset quedam mulierũ naturalis humanitas: ex qua compassione quadam animo fodiebant: in consyderatione iusti ꝛ adiudicati iuuenis/ curantis infirmos earũ/ ꝛ instruentis animos imperitos/ neminẽ q; ledentis. Nec nõ ꝛ illa sententia suspecta fere omnibus erat: cum illoꝝ inuidia in causa fuerit/ nõ christi culpa. Et conspicabant virginem/ non vt virginẽ: sed vt honestã/ modestã/ paupculãq; matrẽ: non fultam cognatoꝝ auxilio/ sed vnico mirabili pilati sententia iam priuatam. Et ꝓfundis agitata doloribus cũctis id quod erat incognita/ cum tristibus tristioꝛ: ꝛ cum letis ꝓuata leticia: sequebat aspiciens crudele spectaculũ/ crudelius ꝛ spectura: affectiori aĩo intẽdens in hũc innocentẽ ꝛ iustũ qꝛ dei filius/ q̃ qꝛ filius: cũ sciret ex luce fidei/ q̃ nec patiebat/ nec erat passura deitas passiões/ nec subitura mortẽ. Et cũ illa societate partim honesta/ partim q; funesta/ in nullo iusta/ incedens: semꝑ oculis cordis ꝛ corpis intendens in filium: ꝑuenit ad locũ supplicij destinatũ: intuitura seueritatẽ decretã suꝑ illam carnem quam ex spũsancto genuerat. Multa contemplabilia fidelibus cõsyderationibus obijciũtur: si mens fidelium niteretur pie ꝑquirere quid ex tãto crudore filij ageretur in matre. Uidit naq; affigi patibulo: ꝛ suꝑ clauos audiuit valide malleari: ꝛ post erectum patibulũ mesta ꝛ flebilis astabat ipsa cruci. Hic euangelista consocius verba resumit: de cruci formitate virginis dicens: Stabant autem iuxta crucẽ iesu mater eius. Ad quid mater iesu iuxta crucem eius? Insolitus mulieribus mos q̃ filioꝝ sequantur corpora damnatoꝝ: q̃uis ipsis assistant sedulo/ si in domibus et lectis ꝓprijs moriantur. Uitant humane matres videre crudelia exitia filioꝝ: ꝛ atrocẽ ab atrocibus illatã mortem spicari repudiant: ꝛ fere sustinere possunt ipsos inter manus ꝓpas aĩas exalare. Si erat in hac matre crudelitas: aberat ab ipsa materna compassio: non aderat humanitas. Que mentis fortitudo? Que animi virtus? Que interna constantia? Quid ista statio iuxta crucẽ? Que mater secuta filium ad truncationem capitis/ mutilationem membrorum/ ad effossionem oculorum/ ad incendium: ad si qua crudeliter per asperum sensum et tenerum sensum/ iuste vel iniuste hominibus a potentioribus iudiciaria seu autoritate tyrannica inferuntur? Raram vel nullam dixerim. Et hec virgo mater videre filij supplicia non veretur: quibus nec se ipsam potuisset auertere vsq; ad crucem filium prosecuta. Intonabant auribus eius mallei ferientes/ confodiẽtes clauos immaculatam carnem ꝛ virgineum tenerumq; cor eius alte percutiebant. Et clamorem intercessionis eiꝰ quo pro crucifixoribus interpellabat ad patrẽ/ suspenso animo audiebat: admirans crudelitatẽ ꝛ incomprehensibilem benignitatẽ filij patiẽtis. Sortionem vestimentoꝝ eius/ ꝛ sortem desuꝑ missam ipsa conspexit: contemplans quid ageretur: preautumans quid futurum. Sed magis intenta christi passionibus: ex earũ confixa doloribus/ nihilo pendebat ꝛ vestes: nec aliquid de filij rebus repetebat in sortem/ ad suã sustentandã pauperiem/ more matrum bona repetentium filioꝝ. Aspiciebat in filiũ impendentem ꝓ hominibus vitã: multo magis ꝛ vestes: que ad futura signanda mysteria sunt diuisa: ꝛ incõsutilis magne fidei ꝛ charitatis ꝓ integritatis mysterio indiuisa ex sorte venit in sortẽ. Nõ stabat virgo mater ociosa intelligentia/ sed cõtemplatione altissima iuxta crucem: doloris confodiẽda gladio: ex preacto Symeonis vaticinio per mortem atrocem: ꝛ mirabatur compatiens: et cõpatiebatur admirans in filium dei et suum: decreta paterna tam seue in illa carne ꝑ ministros mortis impensa. Et letabatur dolens/ et letabunda dolebat/ q̃ offerebatur sacrificiũ vespertinum in saluationẽ sui/ et in redemptionẽ omnium nationum: quo placabatur iratus: q̃a non pecoris/ sed iusti sanguis immolabatur innoxius: et precium soluebatur in illo ligno diuinum: quo genus liberabatur humanũ. Et ipsa se in illa cruce iuxta quam stabat/ redimi ꝛ liberari sentiebat: prenoscens et gaudẽs q̃ sic erat et q̃ ante illum sanguinem fusum premortua cum ceteris descendisset ad limbum. Alteq; dolebat contemplãs cruciatũ et crucẽ: q̃ de carne

ipsius erat redemptio eius. Ad cumulum dolo-
ris vergebat: ꝙ de carne quam ipse contulerat
filio/eius liberatio per mortem et sanguinē pro-
cedebat. Et post illas dignationes qua in vtero
sanctificata: qua electa virgo mater sine dolore
pariens: qua nutritus ab illa: obligatam am-
plius cognoscebat: ꝙ per mortem sui nati sal-
uabatur in cruce. Protinus equidem illa crux
virgini matri necessaria fuit: et si non ad abolen
da peccata/ a quib⁹ mundabatur ex vtero: sal-
tem vt illi sicut saluandis ceteris clauis esset ad
regnum: que Esaie vaticinio super humerum fi
lij danda erat. Unde proxima cruci stabat: non
amore arboris/sed dilectione pendentis: velut
prima discipula huius hominis cruciati/⁊ ma-
gistra sequentium: vt stent iuxta crucem: ex qua
salus animarum/et peccatorum occasus/et in-
ferni clausura/et apertio celi: non iuxta mundi
delitias/et delectantia sensum: que subuertunt
mentes mortalium: et a christo auertunt: ⁊ tan-
dem ad inferna demergunt. Cruci debet assiste
re omnis vita mortalium: postq̄ finiuit per cru
cem immortalis: ꝓ nobis factus mortalis: non
vt maneret mortalis: sed vt mortalis fieret im-
mortalis. Et cōmorari cum virgine iuxta cru-
cem in altitudine contemplationis ipsa chari-
tas docet: suadet veritas: necessitas omnino cō
pellit. Rependenda gratitudo nos trahit: vt cō
templemur q̄te dignitatis homo extiterit: qui
deum imitari potuit: talibus inimicitijs non sol
uendis nisi per crucem intereuntem. Quantum
deo peccatum displicuit: q̄ magni ponderis fu-
erit: vt pro illo per dei filiū deueniretur ad cru
cem. Quam homo fuerit dilectus: vt requireret
per crucem. Que dignatio/que humilitas/que
charitas ineffabilis: vt voluntarie dei filius in
carne ꝓ nobis pateretur crucem. Et q̄ omnis
alius moriendi modus deuitatus est: cum mul-
ti essent: dumtaxat voluit subire crucē. Que lex/
que iusticia iustum ꝓ iniusto/sanctum pro ini-
quo iudicauit ad crucē? Stat iuxta crucem vir
go Christi mater: quia eua iuxta vetitam ar-
borem stetit: non verita penas futuras si tange
ret. Illa vero intuita posteriores glorias/si q̄s-
piam in illam ascenderet: contemplatur et nos
cum illa. Quid sibi vult tale signum in fine ap-
positum euangelio sancto christi: nisi ꝙ euan-
gelica doctrina hoc docet: vt vita sequentium
christum agatur in cruce: terminetur in cruce/
decidente delectantia sensum ꝓpter superna ex
cedentia sensum. Intuebatur animo quomodo
supernaturali ordine christianis de cruce pena
li delectatio nascitur: de opprobrio eius honor
immensus: ⁊ de cruce tantum necatiua corpus/
corporis ⁊ anime vita vitalis exoritur. Uiciha-
batur virgo arbori decore fructus eius: qui non
naturali ordine/sed superna virtute in illa erat
insertus. Stabat iuxta crucem: cum qua et nos
pariter assistamus. Adhuc enim in virtute stat:
quanq̄ illud lignum ex monte caluarie sit defixū
que licet pene vocabulum teneat; necnon ho-
minem exteriorem conturbat ⁊ sepe interimat:
pie tamen tolerata delet culpam: gratiam au-
get: paratq; amatoribus suis gloriam tortura
eius. Sed nec ob hoc diligenda quia torquet ⁊
necat: cum nec ex natura seu lege aliqua sit indi
ctum: vt tortores ⁊ tortorū instrumenta queran
tur vt torqueant: sed vt iniecta patienter tolerē
tur: quia si ꝓ pietate/supernam gloriā parant.
Stemus iuxta crucem velut iuxta apothecam
aromatum: ex qua vulneribus nostris vera me-
dicina defluxit. Et velut iuxta lucem: qua ful-
gente in mentibus hominum/ nunq̄ ambula-
tur in tenebris. Uelut iuxta fontem: in quo ab-
luti sumus: quo inundante potamur. Uelut sub
vmbra: sub qua requiescere potest malis ardo-
ribus estuatus. Stemus iuxta crucem corpore
similiter ⁊ mente: immo magis mente q̄ corpo-
re. Solus quidē christus stetit in cruce: sed dei-
formiter: intacta deitate/et anima imperturba-
ta circa ledentes/et sine delicto et peccato: non
viator solum/sed comprehensor existens: non
spe premij vt mercede promissa pateretur: sed
quia hominum creatorū supernaturaliter erat
amator: vt moriendo vitam mortuis omnino
tribueret. Uirgo et ecclesia orthodoxa stare no
scitur non in cruce/sed iuxta crucem: ⁊ suas pe-
nas cruciatus ⁊ merita illi approximat: in ea fi-
de qua reformamut ad gratiam: ⁊ ꝓ christo ani
mamur ad penas. Stat iuxta crucem altigena
virgo mater/ad intuendum vnde fecit exortū:
nam ex duobus lignis: vno contempto scilicet
vitali: altero scilicet scibili contra inhibitionem
tacto: ipsa velut ex duabus amaris radicibus
prodijt. Nec alia genimina fecere crucem: in
qua christus penaliter et diuine stetit: iuxta quā
virgo mat̄ stetit: nisi negligere debitū/et oparī
prohibitum. Necnon vt iuxta virtutis exercen
de imaginem ipsa stetit. Quadrifaria enim vir-
tus et comprehensio optimi in illa consistit: sub
limitatis/longitudinis/latitudinis et profun-
di: que dimensiones dum indagate comprehē-
duntur/iuxta crucis virtutem non ociose con
sistitur: prolixe dissertiones existentes inexqui
site pretereunt. Igitur facta per omnia christi
formis et cruciformis: stat diligens et diligen
ter iuxta crucem: auditura loquentem filiū ver-
ba doctrine atq; gratie septiformis: et nouam
gratie filiationem/dum audit: Mulier/nō ma-
ter: ecce filius tuus: et velut alij assignata: Ec-
ce mater tua. Et hinc de virgine sciiptura sa-
cra silet: q̄q̄ multa deduci possent in piam nar
rationem: vsq; quod expectabat cum ceteris
apostolis spiritumsanctum/quo plena iā erat:
qui in eam iterum superuenerat: qui eam solaz
diuinis mysterijs aptauerat: ab humanis ine-
ptās: ipsam super angelos celo parans.

¶ Libri secundi de virgine Maria finis.

¶ Liber tertius/de parentibus et ortu atqꝫ ꝓcessu precursoris Ca. I

Lu.1. FUit in diebus herodis regis iudee sacerdos quidam nomine zacharias/de vice Abia. Et vxor eius de filiabus aaron:et nomen eius helisabet Erant aūt iusti ambo ante deū:incedentes in omnibus mādatis et iustificatiōibus domini sine querela. Ut ad christū ⁊ ad gesta eius ⁊ verba veniat: ꝑut a spūsancto acceperūt euāgeliste:narrationis ordinē ꝓtulerūt. Et qm̄ sanctussanctorū ipse christus qui venerat:ꝓco sanctus ꝓmittendus erat: non solū laudabilis ꝓpria/sed etiam sanctitate parentū:qui nec etiā origine incognitus esse debebat/illū annunciaturus qui oīa nouit:quē nihil latet:qui oībus volentibus venerat sui dare noticiā. Quāobrem Lucas incipit a fama parentū domini ꝓcursoris:notans illos ꝑ tēpora terreni regis maxime gentilis:quia iā iudea regibus ꝓprij generis ꝓuata erat. Et chronicandū fuit sub illis regibus de gestis domini saluatoris/eiusqꝫ ꝓcursoris:quorū facta inter gentiles Romanoꝝ decreto in libris annalibus magno studio scribebant:vt certissima gestoꝝ memoria ex tēpore ꝓfinito posteris traderetur. Et quedā ꝓrogabat congruitas ⁊ animatio:vt euāgeliū ꝓdicandū ocyus a gentilibus reciperetur quorū regnātibus regibus illa incarnati verbi condebatur historia:⁊ illucescebat superna doctrina. Fuit igitur zacharias sacerdos iustus ex nomine:iustus ex officio:iustus ex vice familie de qua erat: quoꝝ interpretatio nominū congruit mysterio ꝓcursoris. Sed nec ex vno parente dūtaxat ꝓcursor tanti regis cōmēdandus erat:nisi ⁊ adderetur alterius fama notabilis: nā et vxor sacerdotis ꝓcursorisqꝫ mater de ꝓximo affutura/erat de filiabus aaron:cuiꝰ nomen etiā ipsam extollebat:que helizabet vocabatur. Bene originaria ꝓgenies precursori cedebat in famam : magis ꝟo moralis vita parentum: quoniam erant iusti ambo ante deum/incedentes in omnibus mandatis ⁊ iustificationibus dn̄i sine querela. Bonitas parentum precursorē attollebat laudibus nasciturū: sed ipsis tantū retorquebatur in premiū. Non em̄ quorumcūqꝫ sanctitas in alios ad meritū glorie transfunditur/ nisi dumtaxat sanctitas christi:que meritū est omniū: sine qua etiam nil meretur sanctitas singulorū. Siquidē ambo iusti erant:nō vt vnius ab alterius ꝓgrederetur iusticia:nec ꝙ alter ad alterū iusticie causa esset ꝗuis vnus alteri ad iusticiam possit prestare iuuamen. Sed ipsi mutua voluntate in illa conuenerant/facti sancta ꝯuentione cōcordes:vt neuter vellet ꝙ ad bonitatē alterum impediret:vterqꝫ alteri prestaret quod virtutis posset esse cōpendiū. Hec est em̄ omnium vera societas/ vera qꝫ sodaliū amicitia/⁊ optima conuersatio ceterorū:vt in iusticia illa sectanda cōueniāt:qua recisa de medio/turpis est omnis cōuersatio hominū: feda est dilectio animorū:⁊ amicorū amicitia in damnationē venit. Ipsa em̄ est que reprehensione caret. Sed neqꝫ bonū esset/si solū ocijs hominū deseruiret:nisi ante deū incedant in placito sancto suo/ qui eius splendoribꝰ vestiūtur. Proinde subsequitur: **Ante deum incedentes in omnibus mandatis et iustificationibus sine querela.** Ecce totū quod habet perfecta iusticia:ecce ī quo versatur iusta hominū vita/hic prefigit:hic est incessus eius. Uie cetere sunt distorte:cūcti ad inferos incessus hominū penetrāt: nisi per iusticiā diuina mandata seruentur:nisi ante deum suo placito/nō humano in mandatis omnibus incedatur. Unū enim aut plura seruasse nō sufficit/si cetera vel minimū negligātur: quoniam qui in vno offenderit/factus est omniū reꝰ: et exceptionē aliquā diuina mandata non sustinent. Addebatur autē ꝙ in omnibus iustificationibus dirigebātur. Iustificationes dn̄i sunt omnia que a delictis retrahūt/virtutibusqꝫ coaptant:in quibus recte conuersantē oportet incedere. His porro mandatis talibusqꝫ iustificationibus agebatur David/cū sepe dicebat: In mandatis tuis exercebor:et consyderabo vias tuas. In iustificationibus tuis meditabor: nō obliuiscar sermones tuos. Optimū exercitium dn̄i mandatorū/viasqꝫ ꝯsyderare diuinas: que ꝑtinus ad nos sunt misericordia et ⁊ veritas. Infinita protinus est consyderatio viarū dei: nullaqꝫ contēplatio mortalibus aptior/ꝗ̄ mente in ipsis intēdere:cū misericordia hominē retinet ne labatur:reuocatqꝫ labentē:erigit spelapsum:qua omne aspexit genus humanum:qua deductus ipse plasmator ad plasma:qua ꝗ erat immortalis/se mortalitate vestiuit: ⁊ in veritate fieri speculatorē/cultus est deitatis. Etenim ipsa docet/dirigit/conducit ⁊ introducit in potiora ꝗ̄ a quibus est exclusus adā:qr om̄is homo mendax:nisi ex diuina volūtate fiat per omnia verax. Et vnicuiqꝫ sua mentitur iniquitas: nisi veritas diuina illam excludat:qua ꝓ nobis in foribus assistēte iudicij/nō est vnde causetur aduersus animā nostrā:que omnino in obscura loca detrudit/cū sibi reppererit aduersantē. Quāobrem alio loco dauid ipse ꝓdixerat: Misericordiā ⁊ iudiciū cantabo tibi dn̄e. In iustificationibus ꝟo domini meditari se dicebat psalmista:in quibus hi iusti coniuges incedebant: in quibus omnis humane mētis actio est dicanda: quoniā in omnibus frustratur studiū mentium humanarū:preterꝗ̄ cū iustificationes domini meditātur. Hoc em̄ omnis sedulo meditando agat/vt iustificatus existat. Uera sui cognitio/⁊ debita confessio peccatorū:⁊ cū intunsione interni pectoris deū inuocādo ꝓpiciū:indi-

gnũ oĩno se reputare celestibus: neq; ꝓsumpte
appropinquare diuinis/sed humiliter: nõ despe
rate longe fieri ab eisdem obice inspecto pecca
ti: iustificatũ hominẽ fecit. His enim regulatio
Lu.18 nibus publicanus euangelicus a phariseo iusti
ficatus descendit in sue cõscientie atq; ecclesie
sancte domũ. His meditationibus act9/sermo
nũ dñi non fiat imemor: etenim ⁊ ipsi iustificant
Joã.15 ⁊ mundant: saluatore dicente: Uos mũdi estis
ꝓpter sermonẽ quẽ locutus suz vobis. In ipis
siquidẽ consistit iustificatio animaꝝ. In his ꝓ
cursoris genitores corã domino incedebãt: vt
etiam nulla in eoꝝ operibus posset esse quere-
la. Optima queq; virtus siue hominũ vita/ cuz
sic graditur corã deo: vt etiã hominibus nõ pa
ret materiã querulandi: ⁊ sic se cõtinet infra tẽ-
perantie gremiũ/vt nihil vnde iure calumniaz
patiatur efficiat: quis iniuste possint facta q̃q;
bona hominũ a male iudicantibus reprehẽdi.
Sed nec timenda est iniusta querela: vbi quere
Lu.1 le iuste nõ prestatur occasio. **Sed his duo
bus sic iustis nõ erat filius: eo ꝙ eẽt
helisabet sterilis: et ambo processis-
sent in diebus suis.** Potuisset esse ante fi
lius zacharie si ei vxor fecunda/nõ sterilis asti-
tisset: quoniã nõ ipse/sed vxor de sterilitate cau
satur. Nã animus hominis semꝑ apt9 esset fru
ctus educere: nisi caro sterilis repugnaret. Sz
ꝓcesserant ambo iã in diebus suis: ⁊ vnus pro
pter sterilitatẽ ⁊ ꝑmortuã senectutẽ/alter ob se-
nectutẽ filijs priuarent. Ecce vni etas ⁊ sterili-
tas/alteri tantũ in causa noscitur etas: quod se-
pe in moribus hominũ agitur: vt qui sterili vi-
te in iuuẽtute se sociat: nisi speciali munere gra
tie/bonũ nõ possit agere cũ senescit. **Sed fa-
ctum est in altero istorũ bonorũ: cũ
sacerdotio fungeretur zacharias ĩ
ordine vicis sue ante deũ: secũdum
cõsuetudinẽ sacerdotij sorte exijt/vt
incensum poneret: ingressus in tem
plũ dñi: et oĩs multitudo popli erat
orans foris.** Sacerdotio fũgebat zachari-
as: quia sacerdotiũ veteris testamenti erat neq;
vsq; in finẽ secli duraturũ: ante finẽ debitũ post
seculum accepturũ. Hoc tamẽ erat bonũ dispo
nens ad melius: quod secũdũ ordinez agebat.
Nam qui ordinẽ obmisit in rebus/optatum sibi
finem ademit: seruatus autẽ ordinaticios in mẽ
sa refectionis discumbere fecit. Nõ anteriorã-
dus aut ꝑposterandus est ordo: sed exercẽdum
est mysteriũ etiã ministeriũ/cũ in sua vice ordi
ne disponente vnũquẽq; cõtingit. Ante deum sa
cerdotiũ est in suo ordine ministrandũ: non eñ
flamines paganoꝝ ante deum verũ/sed ante de
os quos finxerant/ministrabant. Et quicũq; ex
sacerdotio humana fulcimenta cõquirit/añ de
um suo sacerdotio nõ fungitur: sed añ id quod
ex illo affectu sectatur. Ue qui ante homines et
propter lucra sectanda/nõ ante deũ sacerdotio
fungitur: vtilius porro esset ligonibus ꝙ̃ sacer-
dotio captare stipẽdia. In retrouerso aspectu
⁊ inobliquato penit9 ad mercedes/sacris opor
tet insistere: quis altaribus fideliter seruiẽtes/
iuste cõsequi possint necessariã vite stipem. An-
te deum ⁊ ꝓpter deũ: vt ipe sacerdotalis myste
rij premiũ fiat: ⁊ huiuscemodi etiã et cuncta sũt
exercenda mysteria. **Secundũ consuetu
dinẽ sacerdotij sorte exijt/vt incen-
sum poneret.** Traditio erat hominũ ex an-
tiqua ꝯsuetudine introducta: vt sorte sacerdos
thurificaret pro populo: sed submittuntur ele-
ctiones ⁊ humana iudicia/cũ in agendis sortes
obueniunt: quaꝝ q̃ sit approbatio in cõspectu al
tissimi/diffinire nõ possumus. **Et zacharia ĩ
grediente templũ/multitudo popu
li foris erat.** Nõ enim vulgaribus panden
da sunt secreta mysteria: ⁊ imperitia vulgaris a
noticia occultoꝝ excluditur: vt amplius vereat
que minus agnouit: ⁊ ne diuina vilescant apud
indoctos. Audiant moralia populi/extraq; ma
neant: scripturarũ secreta rimentur sedulo sa-
cerdotes: plura ⁊ speculabilia oportet scire do
centẽ ꝙ̃ populũ audientẽ. Hoc tamẽ populus
addat: vt iuuet orationibus sacerdotẽ: auxiliet
precibus ꝑdicantẽ. Non est populi cõficere sa
cramenta/neq; cognoscere: sed credere q̃ agun
tur. Nõ est ex authoritate/sed ex participio ac-
cedere ad altare: neq; ipsoꝝ est scripturarũ inq̃-
rere altissimos intellectus. Orent dũtaxat ⁊ iũ
gant orõnes eoꝝ precibus sacerdotũ: ⁊ ꝓcami-
na doctrinalibus addant. Et dũ hora est acce-
ptabilis incensi/populus nõ discurrat: sed oret
extra videlicet illud quod apprehendere neq̃t.
Nõ tamẽ expedit in ecclie nouitate secludi cor-
pore ab edibus vbi diuina mysteria celebran-
tur: sed in hoc tãtũ extra fieri/ne in eis pl9 deo
decernẽte ꝑsumat. Oret siquidẽ corde: veneret
corpore: lingua laudet. Cũ aũt zacharias age-
ret quod sibi ex officio cõpetebat/⁊ ex sorte ꝓ-
uenerat: ⁊ populus suo modo clamaret oratio-
nibus in auribus dñi sabaoth hora incẽsi: **ap-
paruit enim ei angelus dñi stans a
dextris altaris incẽsi. Et zacharias
turbatus est videns: et timor irruit
super eum.** Hora incensi apparuit angelus
⁊ cũ extra popul9 moraretur in laudib9: vt ostẽ-
deret omnipotens fiduciãq; prestaret: ꝙ orati-
onem humilẽ nõ respuit sacerdotum: sed acce-
ptat etiã ꝓcamina populoꝝ: maxime autem cuz
vtrorũq; in iustis petitionibus ⁊ in humili spi-
ritu facta est cõnexio. Forma vero apparitionis
talis fuit/qualẽ decebat eũ q̃ alloqui venerat sa
cerdotẽ: qualemq; sacerdos tolerare potuisset.
Ecce prima supernorum spirituum apparitio: q̃
nostre salutis intrauit exordiũ: ex qua supra spe
ratum exauditũ se zacharias agnouit: ⁊ popul9
suꝑ petitum consequi poterat libertatem. A de-
xtris apparuit altaris incensi: quoniã oĩa erant
in meliora mutanda: ⁊ a dextris ponendi erant
omnes credentes ea que ipse nũciaturus adue-
nerat. Stabat siquidem a dextris/non discur-
rebat: quoniã futurum sacerdotiũ non erat am

plus nutabundum: et stabilitas firma donāda
erat his qui de leua in dexterā vocabūtur. Sed
zacharias ex repentina visione turbatur: quo-
niā turbādū erat sacerdotiū ⁊ omne ministeriū
iudeoꝝ/illucescente christifera veritate: quā ex
scriptura sic repente aduenire non nouerat: ne
q̄ cognoscebat ꝙ essent oīa tanta nouitate do
nanda. Ac etiam sensu alio turbabatur: qm̄ ad
insolita ⁊ que supra ipsam sunt/cū repente ꝓue
nerint: subito expauescit hūanitas: neq̄ zacha-
rias his visionibus assuetus erat. Semper cor
da ⁊ sensus hominū/quousq̄ intelligant super-
na/nouitate terrentur: ꝓpter quod cū vidisset
zacharias/timor irruit sup eū. Presagium enim
erat: quoniā oēs terruit: ⁊ sup omnē orbē timor
magnus incubuit: cū magni consilij angel9 ap-
paruit. Sed nec culpabilis huiuscemodi timor
fuit/aūt de pena peccati: cū ordo p̄eminētie in-
sit9 creaturis exposcat: vt minor a potiori/cū
subito ⁊ improuise aderit/terreat. Necnon in-
culpabiliter agitur: cū ipsa natura secū ferat/vn
de ab insolitis expauescat. Bonoꝝ tamē spiri-
tuū cū ad solamen apparuerint semꝑ ꝓpriū est
cōfortare pauentes: sed cōtraria est oīno cōdi-
tio aduersoꝝ. Proinde **dicit ad illū ange-
lus: Ne timeas zacharia: quoniā ex
audita ē deprecatio tua. Et vxor tua
pariet tibi filium: et vocabis nomē
eius ioannē.** Mirū prorsus quoniā zacha-
rias ꝓ filio illo tunc nō fuerat deprecatus: cū
iam desperasset pro sterilitate vxoris/ac etiā ex
vtriusq̄ assistentia senectutis: cū angelus in pa
riendo filio nunciat exauditū. Salutē quidē suā
⁊ populi tunc sciscitabatur a dn̄o: pro peccatis
proprijs ⁊ populi incensa porrexerat: quid est
quod in filio eius deprecatio exaudita perhibe
tur? Sed nec hesitatio corda conturbet: qm̄ fi-
deles ad vtilitatē exaudiuntur potius q̄ ad vo-
tum: ⁊ aliter q̄ petatur diuina prouidentia petē
tibus prestat auxiliū: vt cū sacerdos ⁊ populus
postularent a dn̄o libertatē: hanc orationē de
celo exaudiuit altissimus: ⁊ ꝑ angelū precem nū
ciauit admissam: eo videlicet ordine/ꝙ preco ꝑ-
mo nasciturus erat: nō in quo populi salus eēt:
nō qui liberaturus: nō in quo ponenda esset ho
minū spes: sed qui precederet predicando/cla-
mando necessario venturū illius ⁊ omniū salua
torē. Sed p̄cursori nomen nō homo/sed celica
virtus imposuit/cū dixit: Et vocabis nomē ei9
ioannē. Cōgruum enim erat vt nomen a celesti
bus sumeret/q̄ ad tanta mysteria parabat: nec
omne nomē/sed gratie: que sola christo desuꝑ
venienti animos preparat: ⁊ tali receptui quan-
tum phas noscitur/dignos facit. Et subintu-
lit angelus quid conferret iusti ortus. **Et erit
tibi gaudiū et exultatio: et multi in
natiuitate eius gaudebunt.** Patri ꝑ-
mittitur gaudere in filio: quoniā gloria est p̄ris
filius sapiens: magis aūt filius virtutibus ful-
gens. Sed nec cōmune bonū vnius dūtaxat de
bet esse leticia/sed etiam plurimoꝝ. Et tāto bo-
num melius/quanto diffusius: ⁊ tanto minora-
tur/quanto ad priuatum redigitur. Unde mul-
ti in natiuitate eius gaudebunt. Gaudiū ⁊ exul-
tatio parentibus in eius origine parabat: gau-
dium multis eius natiuitas fuerat illatura. Nil
enim hominibus tam deberet esse ad gaudium
q̄ cum ex voluntate aut ex carne vxorio iure in
virtute subiecta/gratiam pariāt: ⁊ ꝙ ex eis fru-
ctus egrediatur acceptus: maxime cum vite hu
ius appropinq̄t occasus. Sed nemo a deo mit-
titur ad vnius tantū auxiliū siue gaudiū: q̄n eti-
am ex eo efficiat quod bonum possit esse mul-
torū. Gauisuri siquidē multi erant in natiuitate
ipsius: nō ex eo ꝙ nasciturus erat: sed in his ꝓ-
pter que missus fuerat. Sic enim alius euange-
lista testatur: **Fuit homo missus a deo: Joh.
cui nomē erat ioannes. Hic venit in
testimoniū: vt testimonium perhibe
ret de lumine.** Stabat presens seculū igno
rantie peccatorumq̄ tenebris obuolutum: quas
cum assunt/vnusquisq̄ festinat pro posse depel
lere: ⁊ dum patienti aderit impossibilitas remo
uendi: vtiq̄ magno gaudio exultaret/si remoue
re valentis nunciaretur aduentus. Hinc patri
⁊ pluribus nascituri p̄cursoris exultatio ⁊ gau-
dium presto erat: quoniā in testimonium missus
erat luminis sempiterni: non tamen ipse lumen
potestatiue fontale aut lux originalis existens:
sed vt oēs qui sedebant in regione vmbre mor-
tis/magis autem in pessimis tenebris/per ip̄m
crederent indefectibilē lucem. Porro lux ipse
nō erat: vt gaudiū ⁊ exultatio ex ipso tanq̄ a ra-
dice ꝓcederent: sed vt testimonium perhiberet
de lumine: quod seipso/in seipso/ꝑ seipsum/et
ad alios velut lux vera diffunditur: illuminans
in hunc mundū omnē hominē venientē: obte-
nebrans diligentē: obscurans quēpiam mane-
re volentē. Igitur in hac vita vmbratica viuen
tibus/preterq̄ de ortu gratie/de nullo sit gaudi
um: Et in tenebris ignorantie peccatorūq̄ se-
dentes non letentur: nisi cum lux affutura nun
ciatur. Etenim Tobias dicebat: Quale gaudi- Tob.
um est mihi qui in tenebris sedeo/⁊ lumē celi nō
video? Non est nec hominib9 esse debet ex ali-
quo gaudium: nisi cum gratia ⁊ virtus in aīa
inceperit vigere. Proinde multis erit in eius
natiuitate iocunditas: quoniā eterne lucis affu
ture verissimū testimoniū erit. Radius est lucis
qui lucem annunciat. Habet suam aurora lucē/
que sequentis lucis est preuia: ⁊ eo amplius in
clarescit/quo ꝓpinquius lux illam insequitur.
Propterea celestis nuncius subiūgebat dicēs
Erit enim magnus coram domino. Lu.
Parum fuisset esse magnū/nisi coram dn̄o: im
mo nec magnus nunciaretur/nisi esset corā di-
uino conspectu: Porro magnus futurus erat
fama/preconio/vita/fuga seculi/collatione ba-
ptismi/animi cōstantia mitis: quod plus est/sub
limitate virtutis. Apud deum nulla pensat ma-
gnitudo: nisi que de virtute grandescit: ⁊ q̄ in-
uisibiliter in fastigijs suis attollitur. Soli dn̄o

nota est magnitudo virtutis: qui nõ fallitur in sciendis. Homines vero sepe falluntur: cuz plus in homines autumant q̃ virtutis inhereat: aut quod minus q̃ ipsa desistat. Beatus igitur qui coram dño in virtute magnus agnoscitur/maxime cum existit: nõ huic oberunt derogatiões mortaliũ: nec erit necessaria fama viuentium: quod de ipso sit in opinionibus hominum/sibi nõ cedit in causam: nec sibi cure fuerint cũ despicitur. Habet vnde cũcta despiciat: habet vnde cuncta cõtemnat: habet vnde desyderia cõpleantur: qui corã domino magn⁹ existit. Que infra creatorez in omni alio magnitudinis genere magna dici possunt/huic magnitudini ptinus incõparabilia sunt: non huic magnitudo celi equabitur: nõ giganteorũ aut excelsorum & sensibiliũ corporũ: nõ scientie/aut pecunie / seu imperij magnitudo: nõ chiliadica & bina vel trina etas: nõ locorũ immẽsa magnitudo: nõ quorumcũq; corruptibiliũ bonorum magnã cõgeries cõponetur virtutis magnitudini corã deo. Non potuit amplius precursor nondũ natus extolli/q̃ vt corã domino magnus esset. Quaz magnitudinem per comparationem ad ceteros magnos/iudex quem precurrebat/prenunciaturus erat atq; dicturus: Inter natos mulierũ nõ surrexit maior ioanne baptista. Festinãdum igitur est ptinus s̃m illam dignã embolaz magnũ fieri: atq; in virtute: sine qua oĩs ẽ paruus/& fiet penitus pusillus abiectus: & quãq; in eadẽ magnitudine fieri equa portione nõ possumus: nihilominus vnusquisq; se coartet: ne deses remaneat quo posset esse pprectus. Ecce iaz in parte angelus magnitudinẽ nasciturĩ pcursoris denunciat dicens: Uinũ et siceram non bibet. Scimus in corpore ab huiuscemodi abstinuisse ioannẽ: & qui deserta fere a cunabulis adijt/corpis renunciasse delitijs. Magis autẽ atq; prestantius a se abiecisse significata mala p vinũ: & abdicasse figurata p sicerãz: vt nulla ei ebrietas humani amoris adesset: nullã concupiscentia leticie temporalis: nulla hilaritas mundane dulcedinis cor eius vel in modico ppulsaret: cũ alia inuisibilis magnitudo quã replendus erat/istã excluderet. Quoniaz et spiritusctõ replebitur ex vtero matris sue. Quod apostoli iam etate pfecti/vocati a domino/exercitati cuz christo/instructi salutaribus disciplinis/supnaturalia speculati/quinquagenario resurrectiõis dñice die habuerunt: iste nondũ natus obtinuit. Nec de ipsis apostolis amplius fertur: nisi q̃ repleti sunt spiritusancto. Illi in cõclaui: iste in vtero. Illi cuz linguis: iste iam existens elinguis. Illi cũ sonitu: iste nondũ aurium officio fungens. Illi cum igne: iste adhuc maternis visceribus inuolut⁹/illorum calore confotus. Hec est protinus incõparabilis in hominib⁹ magnitudo: cui queq; alia oĩno subijcitur: cum quis spiritussancti plenitudinẽ habet. Uide aliã officij magnitudinem: & ad quid repletio spiritussancti det agnosce. Quia multos filiorũ israel cõuertet ad dominũ deũ ipsorũ. Erat oppertunũ mundo/vt auersi cõuerterentur ad dominũ: & medius interponendus erat: nã pseuerãs auersio in inferna detrudit. Duo igitur mediatores aduenturi erant: vnus qui corda filiorũ israel cõuerteret ad christum/deũ & dñm omniũ nationum: & alius qui reconciliaret ad patrem. Proinde ioannes mediator erat: & corda hominũ pront in ipso erat cõuersurus ad christũ: christus vero recõciliaturus ad patrẽ omniũ deum. Rectus vsq; quo pcessus: q̃ primo gratia homines disponat ad christũ: christus vero alia & maiori mediationis lege ad deũ/ad se cõuersos plene cõciliet. Igitur nullus in hac vita psumptione degat: quoniã nisi gratia primo ad christũ reduxerit hominẽ/ipse nunq̃ recõciliabit ad patrem. Hoc de helia longe ante pphetatum fuerat: Et ipse ioannes precedet ante illũ in spiritu et virtute helie: vt cõuertat corda patrũ in filios/et incredulos ad prudentiam iustorũ. Quẽ precedet ioãnes? Christum. In quo spirite? In qua virtute? Helie. Textus immo nuncians angelus videtur asserere: sed adhibendus est cautior intellectus: quoniã vnus spũs tam ille qui dicitur anima/non transit in alterũ: nec ille qui infunditur homine medio/in quoq̃ trãsfertur. Et ioannes ex vtero repletus spũsancto nũciabatur: absq; illo q̃ in eo spiritus effunderetur helie. Uirtus enim vnius nõ potest esse alterius: nec iure hereditario a decedente homie derelinqui: q̃uis multi possint diuini spũs & vnius virtutis esse participes. Terrenarũ possessionum potest heres institui/non virtutũ: & nullus efficitur qualis qualitate p̃mortui. Sed hoc ad similitudinẽ trahitur date pportionis: vt in ea mensura spũs atq; virtutis peat ioannes christum/in qua helias precessit/speratur iterumq; venturus. Sed quid facturus preco redemptoris? Quid fecisse scribitur preco iudicis? Cõuertere scz corda patrum in filios. Sed quis pater tam ferus/qui cor ad filium de se natum nõ habeat vsq; quo cõuersum? Filij quidẽ sunt oẽs qui renouantur in gratia noui testamenti. Patres sunt qui p̃cesserunt/illi tantũmodo applicandi: qui dño inexceptuate placuerunt. De q̃bus vtrisq; psalmista: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Psal. 44. Pro patribus veteris testamẽti/noui testamenti filij sunt exorti. Corda igit̃ patrum ad filios cõuertenda sunt: vt illa credam⁹ que illi crediderunt: speremus que sperauerũt: diligamus que dilexerunt: & creatori placeam⁹ illa synceritate cordis/qua ipsi placuerunt: inhesitanter incedentes ad omne imperiũ sanctũ eius. Nã oẽs patres sub nube fuerunt: & omnes mare transierunt: et omnes in moysi baptizati sunt in nube & in mari: & oẽs eandẽ escam spiritualẽ manducauerũt: & oẽs eundẽ potum spũalem biberũt: imobili fide/incõcussa spe: nec sibi ipsis in laboribus et actionibus pepercerunt:

Quid aũt in fide fecerint: quãtaq; cõstantia ꝓditi fuerint patres veteris testamenti: quorum corda in filios noui testamenti / ioannes scilic3 gratia noua data cõuersurus erat: qui epistolã

Hebreo.10. Pauli ad Hebreos ad plenũ legerit / oĩno intelliget: ab illa sc3 parte qua hortatur ad patiẽtiã / dicens: Patientiã enim vobis necessaria est: vt q3 quasi ꝑ tantã nubem testiũ eos quib9 scripse-

Hebreo.12. rit / dixit cõfirmatos. Ideoq3 ⁊ nos tantã habẽtes impositã nubẽ testium / deponentes oẽ pondus ⁊ circũstans nos peccatũ: ꝑ patientiã curramus ad propositũ nobis certamen: aspicientes in authorem fidei ⁊ cõsummatorẽ iesu3. Ecce corda patrum: ecce fides ipsorum: ecce actiones venientes de soliditate cordiũ: que conuertenda sunt in animos filiorꝫ: que tunc conuersa feruntur in filios / cũ filij hisdem directionibus aguntur in nouo testamento quibus illi in veteri agebantur. Fuit enim ipsorꝫ vna credulitas expectantiũ christũ / que ⁊ nouorꝫ filiorꝫ qui eum ꝓcessisse iam credunt. Nec a vero absonat intellectus: vt gratia id efficiat ꝙ qui priores sunt / eos qui minorant / tanꝙ filios facta pietate gubernent. Satis aũt catholice veritati se sociat: ꝙ patres authoritate ad filios intuitu gratie inclinent. Nulla dissonantia in ecclesia turpior: nulla damnosior possit esse scissura: ꝙ si patres in spũalibus ꝓsidentes / filios subditos suos nõ ducerent regia via: nõ instituerent sacra doctrina: seu si se nõ ꝓberent sancte imitatiõis exemplũ: si nõ reuocarent erroneos: si nõ solidarent infirmos: si pusillanimes nõ cõfortarent: si nõ corriperent inquietos: si nõ cõpaterent egentibus: si indigentibus nõ subuenirẽt: si nõ tractarent singulos affectu paterno: si amor rect9 nõ traheret ad corda filiorꝫ. Sed hoc bonũ suadet gratia: hoc fieri ipsa sollicitat: quã signat ꝓcursor / quã ioãnes in oĩ sua imagine ꝓfigurat: qui etiã cõuersurus nunciabat ab angelo incredulos ad prudentiã iustorꝫ. Omnis incredulus insipiens est: ⁊ oĩs insipiens incredulus est. Quo-

Psal.13 niã dixit insipiens in corde suo / nõ est de9. Unde insipiẽs? Quia incredulus: dicẽs in corde suo: quia nõ est deus oĩm creator / atq3 in humanitate redemptor: Et ꝙ nõ est ille ꝗ humanatus humilia gessit / docuit / ⁊ miracula operatus est: ꝗ sic humiliatus est / vt tanta opprobria pateret: vt crucem tandẽ mortẽq3 subiret. Eque autẽ incredulus: nisi quia insipiens in insipientia sua ꝑsistens / nolens humiliari ad credendũ. Nã insipientia ostendit incredulitatẽ: incredulitas ṽo pandit insipientẽ. Sed est gratie mysteriũ: vt incredulos ducat ad prudentiã iustorꝫ. Proinde cognoscat vnusquisq3 incredulitatẽ insipientiam / immo stulticiã esse: cui iustorꝫ prudentia ex aduerso obijcitur. Proinde relicta incredulitate in sapientiã atq3 intelligẽtiã ꝑuenitur: Esaia dicente: Nisi credideritis / nõ intelligetis. Qui nõ credit / nõ intelligit: ꝗ nõ intelligit / insipiens est / aut sapiens esse nõ põt. Iustorꝫ aũt prudentia credulitas vera est: quoniã iustus ex fide vi-

uit. Unde viuit iustus? Ex eo ꝙ credit. Que iusti vita? Ipsa est sapientia. Porro id agit gratia / vt ad iustorũ prudentiã veniat. Uerũtamen si discutimus / est prudentia paganorũ: qui non iusti: qm̃ ceruices idolis inclinabãt. Est ⁊ mundanorũ: que teste apostolo / stulticia est apud deum. Est ⁊ carnaliũ: quo etiam tradente dicitur: Prudentia carnis mors est. Est ⁊ seculariũ: secularia queq3 sectantiũ: de ꝗbus saluator cõparatiue disseruit: Dico vobis: quia filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et filij agar exquisierũt prudentiã que de terra est. Iustorꝫ ṽo prudentia illa est que in diuinis prouidũ facit: iuxta quẽ intellectũ loquebatur Dauid: Sup inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: q2 in eternũ mihi est. Ille qui christi est amicus / inimicos habet inuisibiles tetros: qui omnibus inimicant christi seruis / nullo interpossibili feciali ad patrẽ: qui sup oẽs sunt atrocissimi / penis insatiabiles: ⁊ quod nefandi9 est / omnifarie deceptores: fulgẽtes adhuc igenij subtilissimi claritate: imagine pleruq3 virtutũ fucantes mala que suggerunt: vt inuadãt hostilius: hostilius sepe cedũt: ꝗ aut trahunt in baratrũ vitiorꝫ: aut extollunt: aut cõtristant: aut fallunt in actiõe virtutũ. Sed satis factus est prudens sup huiuscemodi inimicos / ꝗ eos potuit ꝓcauere: ꝗ eorum laqueos deuitauit. Prope modũ excessit ada3: qui supra inimicos inuisibiles factus est prudens: quorũ fortitudo ꝑualida / sapientia nõ obtusa. Sed nemo fit prudens nisi mandato dñi: nõ q2 mãdat / sed obseruando quod iubet. Inimicus mundus: inimica caro: inimica nouerca natura: inimici hoĩs domestici eius. Perstat prudẽtia: stultus est ꝗ ad hor um declinauit insidias. Ab ipsis illesum existere prudentia coronabilis est. Siquidem mandato dñi hec prudentia dirigit: prudentẽq3 facit authorẽ: hec em̃ initiũ prudentie est iustorũ. Plena ṽo est theoria ⁊ actu virtutib9 perornari: maxime illis ꝗ aĩam reuiuiscere faciunt a morte infidelitatis ⁊ a mortuis curis vite labentis / eijcientes possessorẽ in eũ ꝗ ꝑ mortẽ liberauit a morte. Hec ꝓtinus est iustorꝫ prudẽtia: vt ab omni dissoluat visibili: ad inuisibilẽ deu3 / in carnẽ visibilẽ factum suũ cõtubernalẽ inducat: ꝓpter quẽ stultũ mundo fieri apex est prudẽtie. Quid igit hac dissertione angelus intendebat cũ ioannẽ dicebat ad prudentiã iustorꝫ incredulos ꝯuersurũ: nisi prudentiã illã edicere cũ actione preconis: que omnẽ aliã stulticia3 appellat. Humana prudẽtia vsq3quo trãscendit: cũ crucifixum stultũ / crucẽ stulticia3 / sequaces crucifixi terrena sapientes dixerunt esse vesanos. Sed quod stultum est dei / sapientius est hominib9. Ad quam stulticiam gratia ⁊ intelligentia veritatis ꝗ in ioanne signatur / inuitat: vt in hoc ista conueniant: vt populus in conspectu dei fiat in veritate perfectus. Quod angelus subsequenter addu xit / dicens: Parare domino plebem perfectam. Nullus perfectus est po-

pulus: Concio nulla recta. Omnis cõgregatio
publica res hebescit: nisi omniũ dño sit para-
ta: in illa ꝑfectione dũtaxat qua ꝓpter christum
maioribus prestatur sancta obedientia: consuli
tur ꝓpense minoribus: vt exigit indigentia sub
uenitur: qua tollantur iniurie: qua fides vera est
vades: qua iusticia est cõmunis: qua nulli ven-
ditur quod sibi de iure debetur: qua ꝓpulsatur
iniquitas: qua innocẽtia nõ succumbit: qua re-
gnũ nõ tenet nequitia: qua honore inuicẽ homi
nes se preueniũt: qua plus attollit sanctitas ꝙ̃
scientia: qua virtutes verbis ⁊ eloquentijs ꝓfe-
runt: qua populus cõgregatur in nomine dñi:
qua diuine virtuti condita ciuitas cõmẽdatur:
qua nihil statuitur legibus quod diuinã legem
effugiat: qua plus morũ ꝙ̃ meritorũ cauet ꝑdi-
tio: qua cor vnũ ⁊ anima vna plebeorũ oĩum est
in dño: qua nõ in hoc mũdo aut in seipsa tãtũ/
sed in christo dño gloriatur: qua nil ad ꝓfectuz
vendicatur: nilq3 ad defectum euenisse causat/
preterꝙ̃ in ratione virtutis: qua ꝓpter illã nõ ti-
metur vulgare iudiciũ: qua deridetur exempta
machera: mine vt inania/tormẽta velut somnia
estimantur: qua verũ nõ terrore siletur: qua est
omniũ quod singulorũ: ⁊ singulis offert in cõ-
mune deductũ: qua intendit vt numerositate vir
tutũ populꝰ augeat. Sed que celestis celestiũq3
nũcius arcanorũ terreno sacerdoti nũciabat/ꝑ-
optime sibi placuere: sed suã ⁊ vxoris ꝓcogitãs
senectutẽ/posse fieri hesitauit: ꝓpterea dubitan
ter exquisiuit ab angelo. **Cui dixit zachari
as: Quomodo? Unde hoc sciam? Ego
enim sum senex: et vxor mea ꝓcessit
in diebus suis.** Humana sapiẽs/rationes
ꝓtendebat humanas: cũ supra naturã penitus
nõ aspiceret: quã in seipso ⁊ in vxore ad cõditi-
onem ꝓlis defecisse causatur. Sed supra natu-
re virtutẽ ex sterili atq3 sene nasciturus erat ioã
nes: quoniã nõ de lumbis nature/sed de virtu-
te sup̃ne potentie virtus ⁊ gratia ipsa procedit.
Sepe quoq3 in hominibus agitur: vt spũs inue
terauerit in terra nõ sua: ⁊ caro ꝓcesserit in de-
lectationibꝰ suis: ꝙ̃obrem difficile videat posse
gratiã ꝓmereri. Sed optimus arcanorũ ⁊ im-
positorũ dissertor nõ sua/ sed posse fieri asserit
virtute mittentis: cũ dicit: **Ego sum gabri
el qui asto ante dñm: et missus sum
loqui ad te/et hec tibi euangelizare.**
Non sua voluntate aut authoritate angelus se
venisse dicebat: cũ suã assistentiã esse dixerit añ
deum ad iocundã fruitionẽ/⁊ ad obedientiã ex-
equendã: nec se venisse/sed missum fuisse dicit/
vt loqueretur zacharie in templo a dextris alta
ris incensi: ⁊ euangelizare/id est talia bona non
sperata/nõ petita nũciare sibi. Pretulit ad cer
titudinẽ respõdendo angelus suũ nomẽ/ ꝗ dei
fortitudo interpretat: vt id efficiat diuina potẽ
tia/nõ virtus angelica: Et questioni ex hesitati-
one ꝓposite: vt quod dicebatur/vnde fieri pos-
set agnosceret: ꝓ signo future rei ⁊ ꝓ multatio-
ne ĩcreduli taciturnitas ẽ adnexa. **Et eris ta
cens et nõ poteris loqui vsq3 in diẽ
illum quo hec fiant: pro eo ꝙ nõ cre
didisti verbis meis/que implebun-
tur in tempore suo.** Quoniã oĩa tempus
habent/que suis dispositionibus currunt/ vni-
uersa sub sole: alium locũ dissertionis habet in-
credulitatis ista multatio. Sed vera taciturni-
tas cõpetebat/quousq3 ꝓnunciatus ioãnes ab
angelo nasceretur: quoniã imponendũ erat sy-
nagoge silentiũ: ⁊ legis cerimonie abolẽde: cũ
noua mundo figura gratia parabatur. Magis
autem esse vetus testamentũ tacendo cõstabat:
quousq3 noui testamenti gratia desup̃ illuxisset:
aperuissetq3 labia elinguium: ⁊ disertas faceret
linguas mutorꝝ. Siluisse dicitur loquens nõ ex-
auditus: ⁊ qui postulata nõ obtinet/ac si tacuis-
set. Nã clamor moysaice legis/omnis exclama-
tio ꝓphetarũ/tota precatio veteris sacerdotij/
oĩs bestiarũ oblatio/taciturnitas quedam erat
cũ vsq3 in id tempꝰ dñs inexorabilis extitisset: ⁊
nubẽ opposuisset/ne transiret oratio peccato-
rum. Nec nõ ⁊ iustorũ precamina repudiabãtur
ad gloriã: quousq3 plenitudo temporis aduenis
set: in quo signanter sacerdos multaretur silen-
tio: quia nõ erat ille summus sacerdos/ ꝗ semel
ꝑ ꝓpriũ sanguinẽ intraturꝰ erat in interiora ve
laminis: ꝑ quẽ erat soluenda captiuitas pecca-
torum: danda remissio adoptionis: prestãda li
bertas: ⁊ sup̃ne patrie petitio admittenda. Nõ
erat illud sacrificiũ occisi pecoris offerẽdũ in ꝓ
cium: sed sanguis christi/ clamaturus de terra
ꝓ omnibus exaudiendus in cruce. Intrãte ve
ritate noui testamenti/merito taciturnitate sa-
cerdotiũ erat plectendũ: quasi semꝑ in silentio
ꝑmansisset: donec mundo pateretur ꝗ ĩ lachry
mis ⁊ clamore valido ꝓ sua reuerentia exaudi-
retur in cruce. Et vnũ esset sacerdos et hostia/
eternus vterq3: vno clamore vterq3 ꝓ eternis
exauditꝰ eterne. **Interea erat populus
expectans zachariam: et mirabatur
ꝙ tardaret ipse in templo.** Laudabilis
mos est tãdiu expectare sacerdotẽ/ꝙ̃diu sacrifi
care ꝑficiat: vt sit ꝑseuerantia vtrorũq3. Sed mi
ratur populus diuinorũ nescius arcanorũ: cuz
moram facit qui diuinas suscipit theorias. **Et
egressus nõ poterat loqui ad illos.**
In tẽplo multatus/egressus extra nõ loquitur:
vt virtus alia ꝙ̃ humana credat astitisse in tem
plo: cõplens silentio veterẽ sacerdotem: in quo
sc3 christus nouus noua docens/sup̃na ꝓmul-
gans/reprobandus erat/ac si tacuisset/aut si fu
isset locutus inania. Egressus extra nõ loquit/
penã possidens quã accepit: quasi populo innu
eretur ꝙ sacerdotũ oratio ad exhaurienda pec-
cata inualida extitisset: ⁊ ꝙ ad nouũ aliũ se para
rent/cũ a veteri nõ potuissent habere respõsuz:
⁊ desperatio indicebatur/cum a muto doctri-
na non posset egredi/neq3 consilium. Sed spes
ex aduerso constabat: vt in se rediret populus
meditans quomodo sperare posset in aliũ. **Et
cognouerunt ꝙ visionem vidisset i**

templo. Cognouerunt ꝙ vidisset: sed ignora
uerunt quid viderat: vt reparentur introrsus in
meditatione spiritus / ꝙ a ꝯditione templi nūꝙ
simile extitisset: qui velut rudes terrenis adhuc
implicati / nesciebant ex paruis eximia cogitare:
nec se transferre in altitudinē fiendorum. Sed
illis innuens permansit mutus. Aliorum mem-
brorum signo ⁊ motu notū fecit: vt populus a
templo recederet / nec amplius expectaret: quo-
niā ipsi pro sua vice incensa posuerat: et ꝙ ipse
impotens loqui erat. Nam quanꝙ lingua disse
rens muta consistat: tamē multis alijs signis at
ꝙ figuris testamenti veteris cūcta mysteria re
cessum innuebant a templo: ne amplius redem
ptio expectaretur ab illo: ⁊ ꝙ in spiritu ⁊ verita
te locus orationis ⁊ exauditionis futurꝰ omni
no erat: ⁊ ꝙ omni posito incenso veteris testa-
menti protinus erat christus. **Et factum
est vt impleti sunt dies officij eius /
abijt in domū suam.** Redeat vnusquisꝙ
ad seipsum: vacet vtilitatibus ꝓprijs: ocio non
marcescat / qui est amotus a publicis. Post
hos autem dies vxoris corpore fungens / nō ex
citatus ardore libidinis / sed promisse motꝰ de-
syderio prolis: vxor eius helisabet casta mente /
non corporis excitata libidine / immissione semi
nis in originali culpa concepit: quam spiritus-
sanctus paulo post anima infusa corpori penitꝰ
expiauit: vt gabrielis verificaret ꝓmissum: quo
niam spiritusancto adhuc existens in vtero re
plendus erat. Et occultabat se helisabet mensi-
bus quinꝙ: pudicitia repressa senili: eo ꝙ in se-
nectute aufugisset sterilitas: ⁊ transacta iuuen-
tute adesset fecunditas. Bonus est pudor: sed
non operibus creatoris. Bonus est pudor / sci
licet quo culpa cauetur: non quo virtutis opus
obtunditur. Laudabilis erubescentia: que ita
refrenat ne procedatur in nimiū: ne in id quod
non expedit / declinetur: ne id quod est imperti
nens / in actionem deueniat. Sed nec quisꝙ de
bet erubescere a superiori impositā actionē: aut
quod est miraculi seu bene ꝯstitute nature. Nec
quisꝙ plus sibi in honestate tribuere / ꝙ decre-
uerit iusti amoris authoritas. Plus debito sibi
arrogat / qui in seipso magis cauet insolitam ꝙ
domini facilem actionem. Habebat siquidē ta-
lis occultatio aliquid humani respectus: ⁊ por-
rigebat audientium risus / ꝙ steriles ⁊ senes car
nalibus actionibus se dedissent. Timebat ad-
huc infamiam: ⁊ famā amabat humanā: cum se
se quinꝙ mensibus occultauit: tacite secum cō-
ferens / dicens: **Quia sic fecit mihi dñs /
in diebus quibus respexit auferre
opprobrium meum inter homines.**
Vir mutus effectus vxori quod viderat ⁊ audie
rat in templo / nunciare non poterat: idcirco he
lisabet talibus suspitionibus laborabat: a quo
si audiuisset mysterium / non talibus angustijs
angeretur / aut perplexitatibus titubaret. Sed
quid est quod dicit: quia sic fecit mihi dominꝰ?
Sic vt in senectute atꝙ sterilis existens cōcipe
ret: vt duo nature ordine penitus obuiarēt / ne
cōceptio fieret: sed in his que supra naturam fa
cta noscuntur: siquidem reputatur quod conce
pit etate grandeua ⁊ sterilitati subiecta. Sꝫ hoc
ad maius credendum prerogabatur mysteriū:
quoniam virgo erat conceptura pariter ⁊ pari
tura omniū salutare. Sed fecit hoc quando dis
posuit illi auferre opprobrium inter homines.
Opprobrium inter homines infecūditas erat:
sed non apud deum damnabatur opprobrio:
cum non sit in hominis potestate / sed in domi-
ni voluntate posse concipere. Sterilitas atꝙ fe
cunditas solum a creatore dependent. Proin-
de multa velut opprobriū in conceptu sunt ho
minū: que apud deū defectuū nota carent. Sed
cum deus hoc voluit remouere opprobriū / ste-
rili dedit ipse conceptum: que virgini virginū
ad faciliorem credulitatem ab angelo eodē in-
fertur: dum sibi saluatorem omniū concepture
atꝙ pariture nunciatur. Quam cum se quinꝙ
mensibus occultaret: maria ab angelo nuncia
tam in sexto mense detexit / cum montana con-
scendit. **Et intrauit domū zacharie / et
salutauit helisabet. Et factum est vt
audiuit salutationē marie helisabet
exultauit infās in vtero eius. Et re-
pleta spiritusancto helisabet / excla-
mauit voce magna et dixit: Benedi-
cta tu inter mulieres: et bñdictꝰ fru
ctus ventris tui. Et vnde hoc mihi
vt veniat mater dñi mei ad me? Ec-
ce enim vt facta est vox salutationis
tue in auribꝰ meis / exultauit infans
in gaudio in vtero meo.** Non hic aliqd
sumpsimus disserendū ꝓ parte marie / sed ꝓ my
sterijs ꝑcursoris ⁊ matris. Detegit helisabet
ne amplius delitescat / cū maria virgo illā visita
tura ꝓcessit: cū hec mirabilia ī eis nō fecerit na-
tura / sed dei discreta potētia: ꝙ sterilis ⁊ senex
preconē / ⁊ ꝙ virgo sine semine ꝯceperit iudicē.
In illa mirū ꝙ senex ⁊ sterilis: in illa mirandū
ꝙ fecunda / sed ꝑter virtutē seminis. Sed saluta
tur helisabet iam onerata ꝑcone a virgine / ꝙ sal
uatorem sine ponderositate gestabat: vt salus a
nouis mysterijs referatur ad priscos: ⁊ per vir-
tutem noui conceptus vetera liberentur: Anti-
quior mundo fuerat helisabet ꝙ maria: ⁊ ioan-
nes christum in conceptione precesserat: sed so
lus processit a lege noua per hominem nouum
in eos qui precesserant ad salutem predestina-
tos: Qua salutatione percepta / conceptus se-
xti mensis agnouit mysterium: dum exultat in
vtero anteꝙ nascatur: et officium peragit ad
quod erat: et gaudio adoritur / cum voce non
possit edicere. Impotens fandi exultatione do
minum profitetur: nondum percepto visu lu-
cis corporee / etiam in carne velatam inuisibi-
lem lucem mundo aduenisse cognouit: ⁊ occl[illegible]
tus occultum / seruus dominum / miles regem
preco iudicem / precursor postsequum impera-
torem sine sensuum argumento preuidit; ⁊

proprium fecit in eo sensum diuina potentia/ quem sic ante nemo habuerat ex natura. Uide quanta simul ex omni parte conueniunt: vt tanta mirabilia oriūtur. Hinc helizabet/ inde maria gratia plena: hinc vxor sacerdotis/ sed ab eo caste cognita: hinc vxor fabri/ ab illo intacta: hinc senex/ inde iuuencula: hinc sterilis/ inde fecūda: hinc sanctificati parens/ inde sanctisanctorum mater: hinc iustorū filius/ inde ab eterno ex deo patre progenitus: hinc saluatus/ inde salus: hinc creatus/ inde creator duplici carne velatus. Proinde ad exultationem Joānis prophetica virtus adnectitur: cum Helizabet continuo spiritusancto repletur: quo concitata prorumpit in vocem magnā affectu/ magnā nouitate mysterij/ magnā studio disserēdi/ magnam vtilitate credendi/ magnā cōsyderatione sui: quia mater puri hominis: magnā existimatione matris omniū redemptoris ad eā venientis: magnā protinus ex veritate/ quā spiritu dictante prenūciat. Ait enim: Benedicta tu inter mulieres: et benedictus fruct9 ventris tui. Sed nec vt maior/ q̄uis antiquior helizabet Marie benedicit: quā ex spiritusancto matrē dn̄i esse cognouit. Non ex autoritate illi dedit benedictionem/ acsi esset illi aliquo iure prelata: nec p̄phetat futurū quod mente conspicit factū: sed extollit laudibus virginem: eo q̄ benedicta prius a domino extiterit quē gestabat: quo virginaliter grauida erat: non benedictione cōmuni/ sed illa que omnes excessit penitus mulieres Ac etiā fructum quē absconse virgo gestabat/ agnouit. Cui nec etiā benedictionē inferens benedicit: sed enūciat quod sibi spūssanctus ostēdit. Non autem benedicit fructū ex arbore: sed arborem ex benedicto fructu asserit benedictā. Ecce due arbores fructuose/ noua poma ferentes in fructib9: vt vna gratiā/ altera ferret gratie largitorē. Sed vnius benedictior suauiorq̄ fructus/ et vsq̄quaq̄ profusior: in quo erat oīm salus: per quem solum omniū humanorum fructus esset acceptus: preter quē omniū esset ineptus. Et secum mirans helizabet/ quasi mentis pateretur excessum: quia regina mundi ipsā visitatura conscenderat/ etiā clamando adiecit: Unde hoc mihi/ vt mat̄ dn̄i mei veniat ad me? asserens ea que infans quem gestabat in vtero/ exultando pfecerat/ propter fidē marie: q2 credidit denuncians esse beatā/ vnde perficiant̄ i illa ea que pficiēda restabāt: huic pphetico spū helizabet iā facta pariter et futura nunciabat.

Que cū impletum esset tempus pariendi/ peperit filium. Et audierunt vicini et cognati eius/ quia magnificauit deus misericordiā suam cū illa: et congratulabantur ei. In lege veteri velut ioannes in vētre/ gratia et veritatis intelligētia claudēbatur: reuelāda tamē in tpe suo In cuius completione mysterij iā plena dieb9/ ioannē peperit helizabet. Hoc etiā cōtingit in moribus hominū: vt sepe bona mēte concipiāt sed nō semper tempus agendi: cum vo disponēte altissimo tempus affuerit/ cōcepta in animo virtus pcedit in actum. Non paruū est bonū/ cum concipientibus virtus aderit pariēdi. Nā concepisse quid proderit/ si partus defecerit? Nec em̄ boni agendi sufficit desyderiū: nisi cū possit/ succedat effectus. Filium/ non filiam peperit: vt tam pro mysterio q̄ p agende vite studio cognoscam9 quantū sacra scriptura demonstrat/ nunq̄ angelo reuelante/ neq3 supra naturam in conceptu mirabili feminā esse cōceptā/ aut pdisse de partu: sed semp predicente virtute superna pceptus fuisse mirabiles: et part9 fuisse viriles: vt non effeminate/ sed fortes fiāt hominū actiones. Nec ex hoc velut reprobata teneatur natura feminea: sed i significatione p9 attollitur.

Et audierūt vicini et cognati ei9 q2 magnificauit domin9 misericordiā suam cū illa: et cōgratulabātur ei. Uere sic gesta sunt hec: siquidem fama noui ortus diffunditur: q2 p omnē orbē diffundenda erat fama maioris: quē ioānes ordinatis dispositionibus pcedebat. Et quod cōmune nascitur bonum vbiq3 reboatur: vt fiat participiū amatoribus bonitatis: et cognoscantur ex publico hominū affectus: qui letantur ad gratiam: et cū fructus iusticie prodeunt: nam iusta parēs iustum fructum pduxit. Sed vicini sunt et cognati qui audiunt: hi etiā qui letantur. Expedit siq̄dem ppinquū fieri vite sanctoꝝ et iusticie conuersatione: et velut generis propinquitate coniungi: si volumus audire mirabiles/ ac etiam salutiferas nouitates: et congratulari his quib9 deus sua magnalia cōferre disposuit. Nec credatur de9 denuo suā magnificare misericordiā: que semper vtiq3 magna ē: sed cū helisabet tūc magnā ostendit dando pceptū educēdo ad partum cuius vuluam ante cōcluserat. Miris modis agit in hominibus diuina potentia: vel cū peccatores miserando conuertit: aut cū iustos in altiora opera pueh it: et vbiq3 misericordia magna: donis diuinis nostris meritis non equatis. Et pars est superne vite aliorū prosperitatibus colletari: et congratulari eis quibus alludit diuina potestas. Hinc videt̄ inuidia trāsmigrasse ac in extremum pfecisse: suppressum odium: vera charitas illuxisse. Hinc in beatitudinis cōfinia secessisse: vbi nō est cōgratulatio de puectibus proximorū. Nā quod est vnius leta festiuitas/ dicit̄ omniū: et quod est omniū/ esse noscitur singulorū. Eia inq̄ bono examine positi noscuntur/ qui aliorū virtutibus et bn̄ficijs gratulātur. Habet in se q̄sq3 pfecto quod in alijs amat nec virtute priuat̄ qui in veritate diligit virtuosos

Et factum est in die octauo venerunt circūcidere pueru: et vocabāt eum nomine patris sui zachariam. Circumcisio diei octaui que non ex lege/ sed ex patribus erat/ includebat mysteriū: scilicet a q̄bus mat̄ in octaua resurrectōis futura sit plebs fideliū circūcisa. In mortali hoīz vita castita

tem ⁊ continentiã notat ex mẽbro:necnon abdicationem placiti ⁊ decisionẽ superflui. Quod autem eum nomine paterno vocabant/deferebãt origini naturali ⁊ dignitati paterne ſm cõsuetudinem multarum nationum:ꝙ primogenitus nomine paterno censetur. Sed quoniã iam natura defecerat in parentibus/vt per nature legem venire potuisset ad ortũ: magis vero gratia presta batur:decens non erat vt nomen sortiretur paternum/neq̃ alicuius cognati. Proinde **mater eius respondit dicens: Nequaq̃: sed vocabitur ioãnes.** Adhuc helisabet spiritussancti virtute ꝓphetabat:immo a spiritu didicit/quod non didicerat a marito. Non ipsa in tẽplo audierat de noĩe precursoris:nec maritus mutus existens poterat nũciare:sed hoc sciebat superna reuelante virtute ꝙ sic iã diffinitũ erat/vt ioannes filius eius vocaretur:quod nomen non erat ab hoĩbus inuentum:sed ab eterno preuisum/⁊ per angelũ tẽpore cõgruo reuelatũ. Etenĩ sepe nouimus sacras scripturas acute scrutantes/noĩa multis cõpetere ratione bonitatis atq̃ mysterij:ac etiaʒ sic a primeuo fuisse imposita/in pluribusq̃ mutata: quod in posterũ rerũ mõstrauit euentus. Cũ aũt ꝓphetica mater sic filiũ vocari assereret:cognati ex hũana consuetudine responderũt/ignorantes gratiã tali consuetudine non teneri/dicẽtes: **Quia nemo est in cognatiõe tua qui vocetur hoc nomine.** Igitur magis congruũ erat vt nomen nõ habitũ haberetur/ꝙ in alio repeteret quo quis antea censebat. Et ꝗppe verũ erat/ꝙ in cognatione carnali tantũ existens nomen a celestibus non accepit. Quam cognationẽ carnalibus fieri expedit adeptione gratie/non extinctione nature:in cognatiõe spirituali cognatum esse virtutibus qui priuilegia nominum querit:quoniã non ſm nomen quod ab hominibus imponitur/ascribimur in libro viuentiũ: sed ſm nomen quod sortimur in cognatione virtutũ. Sed hi cognati ex carne/nõdum supra ipsam facti: **Innuebant patri eius quem vellet vocari eum.** Innuebant patri eius vt ipse innueret:quoniã adhuc mutus. Innuebant cui iure nature maior erat potestas in filio:vt ipse dissereret quo noĩe natus filius vocaret:nõ ꝯtẽti quod sua mater dixerat. Qui voce ꝓuatus/signo aliquo postulans pugillarẽ/scripsit dicens: **Joannes est nomen eius.** Scripsit in pugillari/in aliqua scilicet tabella que infra manũ portabilis erat:ipsorũ more qui notare ad firmiorem memoriã aliqua consueuerũt. Sed nec ipse scribendo nomẽ imposuit:sed quod ab angelo audierat in tẽplo/reserauit. Joannes est nomen eius. Ac si aperte dicat: Non sibi mater/non ego potior parẽs huic nomẽ imponimus:sed hoc est penitus nomen eius. Nos sibi non damus:vosq̃ cognati more solito in alijs nato huic nomen non imponetis:habet nomen:tenet nomen:de celis non de terris est nomen. Frustra de huic imponendo vocabulo litigatis:quod de superis est sancitum/humanis iudicijs non transfertur:velleq̃ transferri criminis damnabilis notã habet. Igitur **Joannes est nomen eius.** Ad quam scripturã nomen huiuscemodi differentem/**mirati sunt vniuersi.** Quare mirati? Nouitate gestorũ:que illorũ nõ penetrabat acuitas intellectus. Nouum enĩ atq̃ incognitũ semper consueuit homines in admirationem adducere. Sed maior admirationis occasio subdebat. **Quia apertuʒ est ilico os eius: et loquebatur benedicens deum.** Uidete mirũ:corde annotate quod geritur. Predixerat angelus zachariã voce priuandũ quousq̃ hoc quod dixerat compleretur:sed iã completũ erat/quoniã natus erat:cur igitur in natiuitate aut in ipso ortu Joannis os zacharie non fuit apertũ:sed vsq̃ in octaua die dilatuʒ? Quia nascendo noscebat quia filius:in noĩe vero eius mysterium pandebatur:cuius nati dignitas attollebatur ex mysterio plus ꝙ̃ ꝙ nat⁹ esset homo. Et ex hoc non credimus zachariam mutitate punitum/eo ꝙ incredulus esset de filio:sed Psal.
ꝙ ad tantũ pararetur mysteriũ/hesitauit. Proinde filio nascente lingua nõ soluitur:sed declarato ioannis noĩe in octauo die os increduli aperitur. Ecce potestas celici noĩs:vt quod hesitatio claudit/ipsa resoluit. Et ab eo liberatus est pater ꝑ quo multatus extiterat:vt quod est causa culpe/sit venie:quod pene/sit premij:si in partem contrariam transferatur. O magnũ nomen:quod patri vocẽ/conciuẽ ciuibus/vicinuʒ conuicaneis/populo sacerdotem/ vxori virũ/ꝑ vsum loquele restituit. Et magno factũ est hoc presagio futurorũ:qm̃ sola gratia linguas hominũ facit in veritate disertas:sola gratia miracula opat:sola gr̃a est ꝑma saluatoris:sine q̃ plectimur:qua inherẽte liberamur. Sʒ bñ die octauo quo puer circũcidit:quo ei⁹ nomẽ venit in publicũ:senis hoĩs veterisq̃ sacerdotij lingua resoluit:cũ muta fuerit oĩs antiqua conditio/⁊ ministratio veteris testamenti:cuius os ⁊ lingua in aduẽtu noui hoĩs/in ortu noue lucis/reconciliatisq̃ gr̃e/mox resonet in laudẽ. Et hoc fuit testamẽti tota ꝑfectio:qm̃ prefigurauerat christum: que resolutis vocibus ⁊ magnis laudũ ꝑconijs resonabat benedicens deũ:q2 fecit nobiscũ misericordiã suaʒ. **Factus est autem timor super omnes vicinos:et super omnia montana iudee diuulgebantur omnia verba hec.** Timor terrenis incutit cũ supna clarescũt:q̃ aut terret incredulos/aut cõmouet ad credẽduʒ:sʒ ꝯtingit vicinos corpe/ vt plus mẽte virtutibus vicinent. Semꝑ enĩ timor qui de mirãdis virtutibus exit/ad veritatẽ intelligendam virtutemq̃ peragendaʒ inuitat. Et fit timor super omnia montana iudee:quoniã omne quod altũ in mundo credit/ virtus diuina deterret ⁊ timere facit dũ clangit. Sed nec credat timor immissus:magis aũt ex consyderatione mirandorũ exortus:quoniã filius ex vete

ranis vltra naturalē virtutē ꝑdierat: qm̄ nomen
ab angelo/nō ab hoīe accepat: in cuius virtute
solutū erat lingue vinculū senis hoīs/iam octo
diebus ⁊ nouem mensibus mutescentis. Hec in
admirationez homines induxerunt: hec fecerūt
pio timore pauētes: qm̄ ista tam insolita ꝑ mon
tana iudee/⁊ ꝑ loca vicina vulgabātur: ⁊ fecerūt
homines redire introrsus ad conspicuaz consy
derationem gestorū. **Nam et posuerunt
omnes qui audierant in corde suo/
dicentes: Quisputas puer iste erit?
Etenim manus domini erat cum il-
lo.** Quid posuerunt in corde suo? Ea que audie
rant. Quare? Ut consyderarēt: vt memoriter te-
nentes qui viuere possent/mirabilem rerum ex-
pectarent euentum. Ea que diuinis theorijs au
diuimus/ omnino sunt in corde ponēda. Etem̄
cor nostrum sic creatum est/vt sit ī terra quod-
dam armarium atq3 repositorium diuinorꝝ. Po
nenda sunt in corde sancta mysteria verbaq3 di-
uina: vt credamus ⁊ diligamus: vt in illis sedu-
lo meditemur: ⁊ ex eis fiat directio gressuū no-
strorꝝ: ne a vero deuiantes/in aspera incidamus
Psal.118. Etem̄ hoc sensu propheta dicebat: In corde
meo abscondi eloquia tua: vt non peccem tibi.
Et hi de Joanne verba huiuscemodi audien-
tes posuerunt in corde: vt intra se dicerent/aut
foris loquēdo cōdicerent: Quisputas puer iste
erit? Admiratiue loquebātur rerum nescientes
euentum: existimantes tamen ex ipso atq3 sperā
tes magnum euenire ꝓuentū: qm̄ manus dom
ni/virtus scilicet dei/potestas altissimi erat cuz
illo in opatione futuri mysterij ⁊ opatione tanti
miraculi: paterni oris in suo nomine resoluti.
**Et zacharias pater eius impletus ē
spiritusancto: et prophetauit dicēs:
Benedictus dominus deus israel:
quia visitauit et fecit redemptionez
plebis sue.** Multa ⁊ excedentia sensum sunt
donata parentibus in huius virtute nascentis:
vt helisabet ⁊ zacharias spiritusancto replerē-
tur: repleti vero in verba ꝓphetica ꝓrumperēt.
Nam pater mutitate depulsa/spiritu afflatus/in
altitudinem ꝓphetie verba depromit: a laude at-
q3 benedictione incipiens creatoris: Bn̄dictus
dominus deus israel. Non dij gentiū: sed ille dū-
taxat quem populus israeliticus a pncipio sue
institutionis coluerat. Et quanq̄ esset deus et
dominus omnium nationum: deus israel tantū
latrio cultu erat: in quo multa miranda profece
rat ab eo quo eum disposuit educere de egy-
pto: quem insuper visitauit: et fecit redēptionē
illius per vnigenitum filium eius. Uisitauit se-
pe dominus plebem suam: sed adhuc redempti
onem non fecerat. Sed nunc zacharias ex cer-
titudine quam habebat/verbis expressit vt fa-
ctuz. Et benedixit: quia benedictus est ab eter
no. Benedixit eum qui in celestibus benedi-
xit: cuius benedicti omnes electi. Benedixit q̄
omnibus benedicit. **Quia visitauit:** a crea
tione hominis vsq3 in p̄sens visitare nō desijt:
plebem suā: quā etiā ꝓprio sanguine in cru
ce redemit. Et visitationē protinꝰ nostre oppor
tunitati cōnexit. Nam post peccatuz ilico visi-
tauit Adam/dicens: vbi es? vt ad semetipsū pe
nitendo rediret: qui iussum contemnendo/a se-
ipso ac etiam a deo discerpserat. Uisitauit cain
ante actum criminis quod operari decreuerat/
ne ꝑficeret: visitauit post scelꝰ vt peniteret. Ui-
sitauit Noe vt a diluuio eripiendus intēderet:
post diluuiū quomodo viueret. Abraaz/isaac ⁊
iacob sepe sepius: necnon ⁊ eorū vxores ꝑ ange
los ⁊ oracula/ꝑ non speratos ꝯceptus: docēdo/
reuelando. Necnō moysen in deserto ꝑ rubum.
Et populum in egypto: pharaonem ꝑ moysen
⁊ aaron: demū ipsum ⁊ egyptum ꝑ validas ⁊ mi
rabiles plagas. Sepe populū in deserto: gedeo
nem/sampsonem: annam in conceptu: heli per
reprehensionem/⁊ alterius sacerdotij predicen
do successionē. Samuel dirigēdo quid ageret:
dauid/salomonem: plurimosq3 reges. Prophe-
tas per spiritūsanctū: ⁊ populos in clamoribus
prophetarū. In plenitudine quoq3 temporuz:
zachariā per angelū ipsum/⁊ vxorem eius ꝑ no-
uum filium. Et omnem populum vniuersumq3
mundum per redemptorē omniū christū/eter-
nū dei filiū/in tēpore filiū hoīs factū/misericor-
diter visitauit. Proinde zacharias a mutitate
iam liberatus/spiritusancto repletus exclama-
bat: Benedictus dominus deus israel: quia vi-
sitauit ⁊ fecit redemptionē plebis sue. Quod eti
am dauid longe ante predixerat. Redēptionez Ps.110.
misit dn̄s populo suo: mandauit ineternuz te-
stamentum suum. Hoc idem saluator cum pre-
dicaret asseruit/dicens: Filius hominis nō ve- Mat.20.
nit ministrari/sed ministrare: ⁊ dare animaz su-
am redēptionē ꝓ multis. Et apostolus ad Co-
rinthios iam factum exclamat/dicens de dei fi
lio: q̄ facta sit nobis ab ipso nostra redemptio. 1.Corin.1.
Et alibi: In quo habemꝰ redemptionē per san- Ephe.1.
guinem eius. Et ad Timotheū de huiuscemo-
di fide instruxit. Unus em̄ deus/vnus media- 1.Timo.2.
tor dei ⁊ hominū hō christus iesus: q̄ dedit re-
demptionem semetipsum ꝓ nobis. Qui intro-
iuit semel in sancta/eterna redemptiōe inuēta.
**Et erexit cornu salutis nobis in do-
mo dauid pueri sui.** Erectū esse cornu sa-
lutis in domo dauid asserit zacharias: et nouo
loquēdi genere monstrat adesse salutē. Et vela-
mentū est ī narratione verborꝝ: quod statim au
feretur cū trāsimus in christū. Cornu quasi os
est: et discreta origine ab alijs ossibꝰ ꝓcedere ꝑ-
spicuū est: qm̄ cetera corio ⁊ carne velātur: cor
nu vō carnem excedit: preter coriū ⁊ supra co-
rium se protendit: ⁊ alicui animali preterq̄ ī ca
pite nō apparet. Arma sunt animaliuz cornua
in capitibꝰ orta. Cornu signatur regia potestas
quoniā in veteri testamento oleo quo vngeban
tur reges/ferebatur in cornu: iuxta quod dictū
est samueli/cū reprobatus esset saul: Imple cor 1.Regū.16.
nu tuum oleo: ⁊ mittam te ad Isai bethleemitē
prouidi enim in filijs eius mihi regem. Quod

samuel vsqquaqz perfecit. Proinde cornu erectũ in domo David/est regia christi potestas: qui ſm carnem de lumbis david scriptura tradente/genealogia diligẽter inspecta (vt Matheus et Lucas cõmemorant) mũdo natus apparuit. Erecta est christi potestas: quoniã omnis depressa erat potentia iudeorũ: quib9 omis spes salutis erat adempta/ nisi redderetur per christum: et omnis humana potestas male pes fundata vitijs subiacebat: qꝫ etiam humano fastu romana esset diffusa per orbem. Nulla prsus est erecta potestas: nisi erigatur super vitia: nisi ad celestia subleuetur. Nempe depressa erit omnis potestas in moribus nequiter subiecta demonibus: post hanc vitam suis includenda carceribus. Que regalis hominum/que imperialis potestas mortalium: que nec seipsã neqz subditos poterat a potestate tartarea liberare? Sed christo vt dei filio: qꝫuis esset ab eterno summa potestas: in plenitudine ꝟo temporum erecta dicitur in domo David: ex cui9 semine per incorruptam virginem factus est homo ſm carnem: antiqua promissione nunc tradita veritati: cum sibi legimus: Et ponam in se-
Psal. 88. culum seculi semen eius. Et iterum: Semel in-
Ibidem. raui in sancto meo si david mentiar: semẽ eius in eternum manebit. Et alibi dictum inueni-
Psal. 131 mus: De fructu ventris tui ponaz super sedem tuam: O qꝫ erectum cornu salutis nostre: cum semen David in filio dei sedeat super sedem alti omnipotentis dei. Omnifarie cornu salutis nostre erectum dicitur: cum dei filius davidica carne vestitus/ celos penetrauerit: superna conscenderit: ⁊ a dextris sedeat altissimi dei. Et velut cornu excedit carnem ⁊ coriũ/ sic christus terrã excessit omneqz celum: cui a patre in celo ⁊ in terra omnis est collata potestas. Hoc Anna ꝓphetico spiritu longe ante preuiderat/
1. Reg. 2 dicens: Domin9 dabit imperiũ regi suo: ⁊ sublimabit cornu christi sui. Erectũ est cornu: sublimatum est cornu. Salutem dat Christus in suo cornu: liberat a demonib9 in suo cornu. Nã ⁊ David ante preuidit/quod nunc zacharias in ortu filij de christo nondum nato prophetauit/
Psal. 17. dicens: Protector meus et cornu salutis mee. Protector est christus ab omnibus incursantibus malis: et omnibus sperantibus in euz est cornu salutis/ et in eo merito subueniens nobis/ quo de lumbis ſm carnem descendit: in qua passus/mortuus/sanguinez fudit: resurgẽs a mortuis superna conscendit. Hoc per david deus pater ante predixerat: cuz introducturus esset filium in orbem terrarum ad confringendum omnia cornua superborum: qꝫ cornu eius esset erigendum/ et super omnia exaltandum.
Psal. 74. Et omnia cornua peccatorum constingam: et exaltabuntur cornua iusti. Nemo iustus inter homines//nisi qui peccare non potuit. Et qꝫqꝫ multi dicantur iusti: non tamen proprio/sed istius iusti merito sunt facti participes: cũius exaltata sunt cornua/videlicet crucis; que propheta dicente fuerunt in manibus: in quibus stat abscondita fortitudo illius. Et vt ad aliud loquendi genus me transferam: christiana potestas in cornu natura signatur. De carne cornu consurgit: sed carnem omnino esse negamus. Qui cornu nunc vtitur in carne viuens/ super carnẽ fact9 agnoscitur. Cornu vtitur q a carnalibus vitijs omnino recessit: qui in virtute solidatus/non mollescit terrenis delicijs: qui mundũ ventilat a seipso excutiens: qui repugnat impugnantibus: qui cornupetit inuisibiles demonũ potestates: qui velut cornu sustinet aereas potestates: qui carnem per omnia superat: qui tẽporalium rerum pellem per omnia suppeditare cõtendit: qui manet impassiblis ad forinsecas actiones. Etenim cornu in his impassibilis dicitur esse nature: vt neqz pluuiam/neqz aeris serenitatem/neqz aeris qualemcũqz ꝑ tempore intemperiem expauescat: qꝫuis et bestiarũ pili hac impassibilitate potiantur: sed carent ꝟtute qua possint violenter aut vltro aduersa depellere. Dicam cuiqz qꝫ ei sit bene: si existens in carne/ ipsam excessit: degens in corpore/ ipsaz superauit: corporali pondere pressus/ spiritualiter vixit: in terrenis habitans/in celestibus mẽte cõuersatus est. Sed hoc cornu non insurgit a natura corrupta: non a nobis radicatur in capite erectum est nobis in domo david pueri sui/serui dei/famuli dei: scilicet in christo/ ĩ eiusqz domo/in ecclesia sancta eius: vbi est omnis sanctitas eius. Domus christi ecclesia christi. Extra illam nemini erectũ est cornu salutis. Nulli salus qui de ipso non erit. Domus christi/dom9 virtutũ/domusqz donorũ: vbi nobis erecta sũt cornua. Nam ⁊ ioannes vidit agnum tanqꝫ occisũm: in cuius capite cornua septem. Cornua septem/virtutes septem: dona septem/ beatitudines septem: quibus omne ad salutem nobis oppositum impugnemus: non in nostra/ sed in agni virtute: qui tollit peccata mũdi: vt nõ condemnetur/ sed saluetur mũd9 per ipsũ. Sicut locutus est ꝑ os sanctorũ: qui a seculo sunt prophetarũ eius. Nõ qꝫsi de nouo ꝑ eũ ꝓphetatũ hoc loqtur zacharias: sed asserit multifarie antedictũ per ora prophetarũ. Et vt fides dictis indubitanter accõmodetur/ sanctos fuisse testatur: non autem a seipsis missos/sed ab ipso deo directos: quoniam multi ꝓphetauerunt non missi: non vera/sed falsa predicentes in seipsis decepti. Sed sancti prophete/ ab eo seculo christi aduentum incipientes predicere/in quo deo patri placuit reuelare. Nã Moyses scripsit quid ante se de christi visitatione: ĩ qua incarnatio eius atqz natiuitas ⁊ omnis eius conuersatio apprehẽditur: extiterit prenunciatũ: quidve sibi fuerit scire cõmissum. Scripsit nẽpe qꝫ fluuius egrediebat de loco voluptatis ad irrigandum paradisũ: christi videlicet in illo egressu commemorans: quem misit pater ad visitandum hoc seculũ. Et Abraam descendit in Egyptum/vt peregrinaretur

ibi. Unigenitus dei ex paterno ꝓcepto descen-
dit/quasi peregrinus visitare hunc mundum. Gen.21
Et visitauit dominus saram sicut ꝓmiserat: et
impleuit que locutus est. Concepit ꝛ peperit fi-
lium in senectute sua. Uisitando autem saram/
synagogam in futuro visitaturus erat. Que cũ
senescens deficeret/concepit in virgine filium:
ꝛ mundo edidit almum partum. Hoc idem ia-
Gen.49 cob iudam filium benedicens ꝓphetauit: Non
auferetur sceptrum de iuda/neq3 dux de femo-
re eius donec veniat qui mittendus est: et ipse
erit expectatio gentium. Clara est in his ꝓphe-
tia: ꝙ christus ꝓphetabatur mittendus/ꝗ nunc
missus iudeorum populum ꝛ gentium visitauit.
Et impletum est in christo quod moyses a deo
Exo.3 poposcit dicens: Obsecro domine/mitte quem
missurus es. Ipse ꝓtinus de quo zacharias lo-
quitur/erat mittendus: hicq3 missus omnem po
pulum visitaturus apparuit. Et Balaam sub
nomine stelle ad illuminationem orbis iesu3 mũ
dum visitaturum/in ipso nasciturum ostendit:
ꝛ velut virgam correctionis ꝛ directionis ꝛ ple
Nu.24 ne dominationis asseruit. Orietur stella ex Ja-
cob: ꝛ consurget virga ex israel. Stella ex Ja-
cob christus est: ex ipso per dauid ordinata/et
non pretermissa propagine: vsq3 etiam virginee
coniuges peccatorum ignorantie tenebras fu-
gaturus apparuit. Et virgã iusticie in mani-
bus eius: ad dirigendos bonos in viam eius:
perimendosq3 ineuitabiliter rebelles sermoni-
bus eius. Multa sunt testimonia ꝓphetarum/
per quorũ os locutus est deus: que si per singu
la vellemus disserere/longa volumina ederen-
tur. Sed vt breuiter absq3 alia declaratione per
stringã: ad affirmationem eius quod de christo
ꝓtulit zacharias/etiã dauid locutus est dicẽs:
Ps.2 Dixit domin⁹ ad me: filius meus es tu: ego ho-
Psal.71 die genui te. Quia descendit sicut pluuia in vel-
Psal.84 lus. Et ipse veritas existens de terra orta est:
quia vt homo natus est in sionitico populo. Et
Psal.97 lux orta est. Et notum fecit dominus salutare
Ps.110 suum. Et redemptione3 misit dominus populo
Psal.111 suo. Et exortũ est in tenebris lumen rectis cor-
Psal.17 de. Et dei filius celos inclinauit ꝛ descẽdit. Et
Psal.143 emisit manum suam de alto altissimus deus: cũ
filium manifestauit in carne: ad ostendendam
sue virtutis potentiam: ad conferendum bona
bonis/ꝛ supplicia digna dignis. Et Esaias suo
modo testimonia dedit: que fuerunt prophetie
Esa.1 penitus futurorum. Nisi dominus reliqsset no
Esa.2 bis semen/quasi zodoma fuissemus. Et erit in
nouissimis diebus mons domus domini/pre-
paratus in verticem montium. Et confluent ad
Esa.5 eum omnes gentes. Idem: Apprehendent se-
Esa.7 ptem mulieres virum vnum. Et alibi: Ecce vir
go concipiet ꝛ pariet filium: ꝛ vocabitur nomẽ
Esa.9 eius emanuel. Idem: Paruulus natus est no-
bis: ꝛ filius datus est nobis. Et que sequuntur
quod intenditur exprimunt. Et alibi vt factu3
Esa.16 iam agnoscamus: Emitte agnum domine do-
minatorem terre: de petra deserti ad monte3 fi-
lie sion. Et Hieremias: Nouu3 fecit dominus Hiere.31
super terram: et mulier circũdabit virum. Da-
niel: Lapis precisus est de monte sine manib⁹. Dan.2
Quid enim iuuat omnes prophetas percurre-
re? Ac etia3 omnes prophetias suis modis ob-
uelatas reperire difficillimũ esset. Sed hoc ne-
mini diuinas scripturas scrutãti in dubiũ ve-
niat: ꝙ omnes veri ꝓphete/ sicut zacharias in
suo cantico protulit/de visitatione domini ve
re atq3 mystice sunt locuti. Et salutẽ erexit sci Lu.1
licet nobis: ex inimicis nostris: et de ma-
nu omniũ qui oderũt nos. Erectu3 est
cornu: sed nec frustra: quoniã in ipso nobis ere
cta est salus ab inimicis nostris inuisibilib⁹: ne
vltra violẽter animas raperẽt: ne iustas aĩas
patrũ amplius detinerent. Ipse saluat de ma-
nu implacabiliter odientium. Ipse cornupetit
omnes homines/suos electos cornu ꝑsecutiõ
nis ꝛ sup̃bie impetẽtes. Erectũ est cornu salu-
tis: Ad faciendã misericordiã cũ pa-
trib⁹ nostris: et memorari testamen
ti sui sancti. Temp⁹ erat miserendi: quia ve-
nit tempus quo sancti patres excluderentur a
potestate tartarea: quo preda sanctorum ab in-
iustis raptoribus tolleretur. Erat ammodo ce
lebranda misericordia cum antiquo patre adã
qui fletibus ꝛ penis culpam ad posse diluerat.
Necnon et cum misera prole sua: quam a para-
disi sedibus/a diuina gratia per inobedientiã
propriam fecerat exulare. Danda erat noe mi-
sericordia: qui euadendi spe ꝓ reparationis hu
mane munimine centenariam arcam constru-
xit: a quo condita sunt seculi testamenta. Faci-
enda erat cum omnibus patribus misericordia
qui fidem veram/obedientiam promptã domi-
no seruauerunt. Et cum omnibus sanctis pro
phetis: qui vera hec futura predixerũt: ꝛ ꝓ veri
tate ludibria ꝛ mortes ꝛ vincula passi sunt. Di-
lata erat misericordia/non ablata: prorogata/
non denegata. Sed nunc canit ꝓ gaudio zacha
rias: quoniam deus visitauit ꝛ fecit redempti-
onem: ꝛ cornu salutis erexit: ad faciendam mise
ricordiam cu3 patribus nostris: ꝛ memorarite-
stamenti sui sancti. Testamentum sanctum est
promissio futurorum/promissio filij sui sancti
sanctorum/ꝛ firma pollicitatio supernorum: cu
ius memoratus est cum plenitudo temporis ve
nit. Hec iam in figura expetiuerat Dauid: Me- Ps.118
mor esto verbi tui seruo tuo: in quo mihi spem
dedisti. Spes diuinorum duntaxat datur ex
verbo. Nunquã aliter spes in diuinis/preterꝙ̃
ex verbis innascitur. In humanis aute3 ex ver-
bis que adinuicem homines pollicitando con-
ferunt: aut ex consuetudine nature: qua semina
ex seminibus/fructus ex arboribus capiuntur.
Proinde Dauid spem tenebat ex verbo: cuius
memorem pollicitatorem dominum esse querit.
Sed est testamentum sanctum/ꝛ est testamentũ
sancti sui. Testamentum sanctum vetus est: iu-
xta quod si nobiscum incedit/nihil aliud immo
minus ꝙ̃ patres nostri suscipiemus. Sed inqt

Psal.73. dauid: Respice in testamentum tuum: In eum
videlicet quod disposuit p filiũ sanctũ suum: cu
ius zacharias dicit dñm memorari. Etiã Hie
remias longe ante de testamento huiuscemodi
Hiere.31. pphetauit. Ecce dies veniunt dicit dñs: & feriã
domui israel & domui iuda pactũ nouũ (alias te
stamentũ nouũ) Nõ ꝟm pactũ quod pepigi cuz
patribus vestris: in die qua apprehendi manũ/
vt educerem eos de terra egypti. Et que sequũ
tur/in hac declaratione conueniũt. Nouum pa
ctum nouũq; testamentũ non est sicut ex quo in
hereditatem pterq; temporalia nõ cedebãt: sed
est quo morte testatoris cõfirmato/celestis atq;
superna cõfertur hereditas: non quo terrena sa
lus corpalisq; sanitas/ sed quo eterna spũalisq;
psperitas cõfertur. Testamentũ sanctũ sangui
nem habet hircoꝝ/vituloꝝ & alioꝝ animalium.
Testamentũ sui sancti sanguinem pprium ha
bet filij dei. Neq; salus erat in sanguine anima
lium/nec liberatio captiuoꝝ: sed in sangnine te
stamenti sancti dei: put per alium zachariã p
Zacha.9. phetã fuerat ante pdictum. Tu quoq; in sangui
ne testamenti sui emisisti vinctos tuos de lacu
in quo erat aqua. Qui sanguis ante passionẽ im
passibiliter datur discipulis: quibus saluator di
Mat.26. cit: Bibite ex hoc omnes. Hic ẽ sanguis meus
noui testamenti: qui p vobis & p multis effunde
tur in remissionẽ peccatorũ. Et ideo christ9 sui
Hebre.9. noui sanctiq; testamenti mediator existẽs: quod
cõfirmatur sue mortis intercessione: in redem
tionem earũ puaricationum que erant sub priore
testamento: remissionẽ accipiãt omnes qui vo
cati & electi esse participes hereditatis eterne.
Ubi eñ nouum testamentũ est/mors necesse est
vt intercedat testatoris. Testamẽtũ eñ in mor
tuis confirmatũ est. Quod spũ pphetico vide
bat zacharias dei memorari huiuscemodi testa
menti: quod ab eterno disposuerat: p pphetas
pmiserat: in quo salus: in cuius sanguine libera
tio: in quo superna hereditas vocatis & electis
tribuitur. Quod morte confirmandũ ipse vide
bat: nosq; in fide inhesitãte aspicimus cõfirma
Lu.1. tum. De quo: **Iusiurandum iurauit ad abraam patrem nostrum daturum se nobis.** Quoniã in semine suo benedictio
nem constituit omniũ gentiũ. **Ut sine timore de manu inimicorũ nostrorũ liberati/seruiamus illi.** Porro nisi a demo
num dominatu liberemur/deo in veritate serui
re nõ possumus. Prius eñ a demõibus est ha
benda libertas: ante sunt soluenda vincula pec
catorũ: quibus voluntarie nosmetipsos innexi
mus. Prius a carceribus oportet dimitti/q̃ in
stũ deo famulatũ exhibere possumus. **In sanctitate et iusticia corã ipso omnibus diebus nostris.** Quibus in timore ac mise
re viuimus super terrã. Ecce a quibus est habẽ
da libertas. Ecce in quibus cõstituitur pietas.
Libertas ab inimicis: euasio a peccatis. Pie
tas vero qua deo seruitur/in sanctitate & iusti
cia plene cõsistit. Ad hec p moribus christi age
batur aduentus: vt liberaremur ab inimicis & a criminũ nexibus solueremur: vt sibi in sanctitate & iusticia diebus oĩbus seruiremus. Cõnectuntur tria hec adinuicẽ in ordine recte agendi: quorũ vno deficiente/moralis acceptaq; latria non consistit. Primũ liberari a maligno: secundũ in iusticia & sanctitate seruire: tertiuz sit oĩbus pseuerare diebus. Sed vbi spũs/ibi sancta libertas. Et quoniã inimici semp impugnãt: ideo saluator docuit nos quotidie dicere: Sed libera nos a malo. Et vt liberet/ipse nobis factus est cornu. Fit libertas cuz a visibilibus & corruptibilibus expeditur affectus: cum amor rerũ non allicit: cũ timor non inflectit ad nefas. Sibiq; in sanctitate seruitur: cũ supra sensum hominũ agitur vita: cuz affectiones in superna ascendũt: cũ mores agũtur in omni directione virtutũ. In iusticia porro altissimo famulamur cũ dilectio est dignorũ/vsus & debitorũ. Sed in his oĩbus pseuerãtia opus est: sine q̃ nemo boni operis pmiũ apprehendit. Et post hec conuertit ad puerũ ppheta sermonẽ: & vates de vate vaticinium canit. Maior etate/minor ministerio: de minore per tempus/& maiore per gratiã exhibet pphetiam. **Et tu puer ppheta altissimi vocaberis: preibis enim ante faciem domini parare vias eius.** Acceperat zacharias in templo per oraculũ ab angelo/qualis esset iste futurus: et q̃ preitur9 esset dñm in spiritu et virtute helie: vnde hoc quod de puero nato die octaua dicit soluto vinculo lingue/magis est patefactio suscepti oraculi q̃ canticũ pphetie: q̃q; ipse spiritu prophetico loqueretur: Puer vocãdus erat Ioannes: quãdo hoc promebatur a patre/q̃ vocãdus esset propheta altissimi. Sed parũ erat q̃ vocãdus erat nisi euidens & index ppheta fuisset. Qui etiaz vt angelus dixit/parare viã christo ĩ cordibus hominũ baptizando & predicando pueniuit. Laudatur omnino preire/ad honorem & preparationem dñi subsequentis. Uituperatur autẽ qui ppria directione pambulat. Subsequitur dominus quos ipse pmittit: et pdicatores qui viam christo parare omni virtute cõtendũt/fouẽdo postergat. Ad quid etiã preiturus ioãnes? **Ad dandã scientiã salutis plebi eius/in remissionẽ peccatorũ eorũ.** Plebs dei prime salutis scientiã non habebat/& p quẽ futura erat/iã latebat in vtero: & de longinquo adhuc expectabatur a plebe. Salus aũt prima tẽdebat in remissionẽ omniũ peccatoꝝ: cuius tũc ioannes scientiã plebi dedit/ cum dixit: Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Predicatorũ officium & intentio in his que zacharias de puero vaticinatur aut edicit/ostenditur preire christũ: nõ a seipsis/sed missi ab ipso aut ab autoritatẽ habente. Preire ante faciem eius vt semper christi noticia subsequatur. Parare vias eius/scilicet pdicare virtutes: quibus iter est quo ad homines veniat altissimus filius altissimi dei. Et vt dent auditoribus scientiã de

salute: vt ostendant plebi: nõ in q̃bus corporis
sed in quibus anime salus vera consistit: vt in-
struãt populum in quibus sit tota remisso pec-
catorum. Quo aũt affectu fiat ipsa remissio/ad
Lu.1. huc vaticinãdo profert. Per viscera mi-
sericordie dei nostri: in quibus visi-
tauit nos oriens ex alto. Per illa interi
ora sui cordis vitalia: sc3 amores inuisibiles mi
sericordie sue: q̃bus motus ex alto veniẽs nos
visitare dignatus est: vt in illa sua ineffabili et i-
cõprehensibili dilectione/ peccatorum hominibꝰ
tribuatur remissio: qua incarnari/ nasci/ visita-
re/cõuersari/docere/pati/mori p nobis voluit.
Quibus visceribus/qua dilectione Illumi-
nare disposuit his qui in tenebris et in
vmbra mortis sedẽt: ad dirigẽdos
etiam pedes nostros in viam paci
Esa.9. Hoc Esaias multo p̃dixerat tempore: Populꝰ
gentiũ qui ambulabat in tenebris/ vidit lucem
magnã: sedentibus in regione vmbre mortis/
lux orta est eis. Corporales tenebre ille sũt/ vbi
omnis est priuatio lucis: eiꝰ siquidẽ absentia re-
gnũ cõstituitur tenebrarũ. Quanq̃ nihil pona-
tur in rerum natura: tamẽ sic est ordo loquendi
vt priuatione lucis tenebrarum possit esse co-
gnitio: Ipse lucem apprehendere nunq̃ pos-
sunt/que per priuationẽ fiunt. Tunc fugantur
a luce: qua recedente veniunt. In tenebris ṽo
sedere nõ situaliter dicimus: situm enim ipe nõ
faciũt: sed in locis vbi nulla est presentia lucis.
Sed nec de his corporalibus tenebris / seu de
corporali luce istorum pphetarũ fuit intentio:
sed de tenebris ignorãtie atq3 peccatorum/qui
bus anime inuoluuntur. In quibus sedebãt iu-
dei et populi nationũ: p eo q̃ in his positi erant
sedẽtes: velut q̃ corpalibꝰ tenebris circumscri-
pti/cum quo pergãt nesciũt: etiam inuiti seden-
do quiescũt. Nec lux ista veritas iam orta fue-
rat: quam sequi possent/ne in tenebris ambula-
rent. Que cũ exorta fuisset/et apparere cepisset:
Joã.8. in moribus et in verbo clamauit/dicẽs: Ego su3
lux mundi: qui sequitur me/nõ ambulat in tene-
bris: sed habebit lumen vite: quam q̃ secuti sũt/
tenebras eua serũt: tam ex iudeis/ q̃ ex populis
Esa.60. nationũ. Hinc etiam hierusalem dicebat: Sur
ge illuminare hierusalem: quia venit lumẽ tuũ.
Et post: Et ambulabũt gentes in lumine tuo.
Ut zacharie vaticinium de illuminatione illorum
qui sedebãt in tenebris/nõ solu3 ad iudeos/sed
etiam referatur ad gentes. Quod vero vmbrã
mortis adiũgit/in quandã secretiorẽ cõsydera-
tionem immittit. Est em̃ mors/et esse dicitur vm-
bra mortis: et vt a corporalibus ad spũalia trans
eamus: in his disserendi sumamus exordium.
Mors est priuatio vite: aut separatio anime vi
talis a corpore vitam habente: que a mordẽdo
nomen accepit: aut quia nimis mordet: aut q2
morsum solũ facit in parte: nõ enim in toto cõ-
posito mors potest habere dominiũ. Non de
animalibus ratione carentibus/sed de homini
bus loquimur: in quibus mors virtute precedẽ
tis doloris corpori sensum adimit: vnde anima
ipsa recedit: in qua mors non potest ampliꝰ de
seuire: vt illi sensum adimat/et ad nihilum redi-
gat. Proinde mors in parte mordet: in morsu3
totum vendicare nõ potest. Umbra vero mor-
tis est somnus siue dormitio: que pprie dicitur
mortis imago. Est etiam vmbra mortis omnis
infirmitas/qua perualide corpus opprimitur:
quando extasis aut sensuũ alienatio inualescit.
Nam sicut vmbra prout in corporibus agitur/
est aer carens sole: sic cum in hominibus dici-
tur/est quedam vita sine vsu rationis et sensuu3
corporis. Sic in spiritualibus reperimus mor-
tem/et vmbrã mortis. Mors spiritualis anime
cũ peccando separatur a deo: qui est omniũ vi
ta: et cum eterne in inferno detruditur. Umbra
ṽo huiuscemodi mortis est carẽtia vere cogni
tionis/carentia veritatis et fidei et lucis eterne.
Fit vmbra in aere ab obiecto corpe luci: quo
remoto aeris pars illa clarescit. Sic aliquid fit
in animabus hominũ/quod superne atq3 inter
ne luci obijcitur: vnde illa vmbra mortis gene-
ratur. Sed remoueri dum viuitur potest / quo-
usq3 detrudantur anime in infernũ/omne quod
luci opponitur vt vmbra generetur. Hinc za-
charias disserendo fatur: Illuminare his qui
in tenebris et vmbra mortis sedent: ad dirigen-
dos pedes nostros in viã pacis. Claret de cor-
porali luce ac corporalibus tenebris non prelo
qui zachariam/sed de spũalibꝰ: vt tenebris hu-
iuscemodi ia3 depulsis/vmbra mortis abiecta/
pedes nostri affectus pariter et intellectus / pa-
cis dirigantur in viam: illius scilicet quã mũdus
ignorat: quia carens alijs conferre non potest:
sed in illam que superat omnẽ sensum: quã pro-
ximus passioni suis discipulis christꝰ dereliq̃t.
Deinde redit euangelista in declarationẽ p̃cur
soris: ob quem supra posita sunt cõtexta/dicẽs:
Puer autem crescebat: sc3 mole sui cor Lu.1.
poris: et confortabatur spiritu/ sc3 san-
cto: quo ex vtero plenus erat. Qui accessit
ad desertum: in quo moratus est vs
q3 in diem ostensionis sue ad isra
el. Tempus accessionis scriptura non expli-
cat: sed a puerilibus annis desertum incoluisse
credendus est: et loca quesiuisse custodie remoti
oris cõsistentie/apta cõtemplationi/oratiõi cõ
gruentia et amica meroribus: vbi tam diu stetit
diuinis reuelationibus vacans/et ex omni se di-
uinis theorijs intendens: quousq3 mãdato do-
mini ad israel in opere sacri mysterij monstra-
retur. Et habebat vestimentum de pi Mat.3.
lis camelorum: et zonam pelliceam
circa lumbos eius. Esca aute3 eius
erãt locuste et mel syluestre. Agrestis
erat vita ioannis: neq3 delitijs aliquando legi-
mus studuisse: qui ex teneris annis deserticola
factus est. Qui contempta carnis mollicie / hi-
spida veste ac rigosa indutus est/de pilis scilic3
camelorum. Decens vestimentũ cuilibet chri-
stiano: vt vanitate careat: vt nõ pascat oculos

intuentium: vt sit sine nota lasciuie: vt carnem delicate non tegat: vt signet huius vite contemptũ: vt vilitati ⁊ abiectioni cõueniat: necessitati non voluptati cõmensuratum. Maxime autez ei competit vestis inculta/ qui superna categorizat: qui catechizat indoctos: qui ad contionẽ profert rudimenta salutis: zona vero pellicea circa lumbos ex aduerso confundit baltheos superborum: qui etiã in zonis vanitatẽ ostẽdunt: ⁊ in cingulis extollentiam pandũt: ⁊ que prohibiturus erat quẽ precurrebat/ in se carendo dãnauit. Quoniam saluator dicit: Nolite portare aurum neqꝫ argentũ in zonis vestris. Cibus eiꝰ non esca electa/ sed vage locuste: vt etiam bene famelicis comedere sit horrori. Syluestre mel illud erat quod ex syluestribus apibus cõdebatur: non hominũ studio/ aut apparatu receptaculorum: sed prout in cõcauitatibus arborꝫ his auiculis natura dictabat. Igitur admirãdo cõsyderate hunc puerum adolescentẽ/ quanta inedia corporali ꝯtinuo laborabat: qui christũ imitabatur: ante quẽ factus erat: quẽ vita ⁊ ꝑdicatione preibat. Paternas edes abhorrens/ desertum horridũ cepit incolere: parentũ alludimenta deuitans/ diuinis directionibus agebat: cognationẽ omnẽ dimisit/ in ꝓprijs laribus derelinquens. In deserto celũ ꝓ tecto suscepit: cui ad impressiones aereas penitus obex non erat. Familiaritas hominũ nõ eũ vinculauit in seculo: sed in deserto bestijs domesticus erat: nõ lecto recubuit: nõ opertorijs vsus est: sed gubernationi diuine totus expositus subiacebat. Accuratio ciborum/ sollicitudo rerũ/ cõpassio corporis/ a suo animo ⁊ moribus exulabãt. O amabilis ⁊ admirabilis adolescẽs/ spiritu pleno/ sanctitate in vtero immaculate cõstans: que te traiecit necessitas in desertum? Quid te aduersuz te tam rigiduz fecit? Que te culpa premebat: vt ad illam abstergendã tot passionibus subdereris? Multa tibi iã erat de te mittente noticia: ꝓ quo cũcta sic aspernabaris. Porro suspirabas indubitata fide in aliã vitã: ꝓ qua istã sic paruipendebas. Erat tibi pro stercore mũdus: cui repudij libellũ tam subito intulisti. In mẽbris adhuc rebellionẽ nõ senseras: ⁊ ipsa quasi ab infãtia cruciatibus mancipasti: tibi nullã alimoniaz carni delectabilẽ ꝑstãs. Suspenso in celo spes humane vite viluerat. Noueras certe mysteriũ tuum/ ad quod predestinatus atqꝫ missus eras. Proinde te seruabas in desertis ĩmaculatũ: vt purus purissimo occurreres venienti: cuius ꝓpheta altissimi dicebaris: ⁊ qui debebas aqs intingere saluatorẽ/ ne te macula cõtingeret precauisti. Ad cõtẽplandũ hunc iuuenẽ sacra euangelij scriptura offert omnibꝰ sectatoribus veritatis/ christianeqꝫ virtutis: vt sit forma viuendi valentioribus in christi amore: atqꝫ forma hũilitatis his qui ad tam ardua manũ mittere nequeuerunt: aut velut tepidi noluerunt. Qui ab ipsis primordijs quibus eras hominũ absqꝫ adminiculo itinerare potest/ habitator deserti factꝰ est hirsuta veste vtens: qua magis caro pũgeretur ad tactum/ ꝙ ad solamen acciperet. Insolitus cibus ⁊ asper/ ⁊ potus amnis erat. Et hoc is ꝗ non peccauerat: ꝗ a spiritusancto ablutus erat in aluo. Quid autem ex isto sumendo normam facere deberent hi qui peccauerunt? Qui tamdiu hec in desertis agebat/ quousqꝫ in iussu domini mũdo ad mysteria cõplẽda patesceret: nõ tamẽ vite agrestis mutata censura. Tempus vero manifestationis euangelista seriosa narratione descripsit/ dicens: **Anno quintodecimo imperij Tyberij cesaris: procurante pontio pilato iudeã: tetrarcha aũt galilee herode: philippo autem fratre eiꝰ tetrarcha ituree et trachonitidis regiõis: et lysania abilenes tetrarcha: sub principibꝰ sacerdotũ anna et caipha: factũ est verbũ dñi super ioannem zacharie filiũ in deserto.** Quia hic fuit missus a deo. Hic venit in testimoniũ/ vt testimoniũ ꝑhiberet de lumie: vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux: sꝫ vt testimoniũ perhiberet de lumine. **Et venit in omnẽ regionẽ iordanis.** Descriptio temporis ad euidentiã est factorum/ similiter ⁊ fiendorũ. Habet etiã inclusum mysteriũ: mores vero intendimus/ nisi per violentiã non contineret. Manifestatio tamẽ ꝑcursoris se fideliũ obtutibus magis offert: que nisi per mandatũ dei facta nõ esset: ad omniũ valentiũ verba proferre exemplũ: ne preter mandatũ dñi foris loquendo ꝓcedant. Tumiditas est velle notum fieri: et per virtutẽ prodire in publicũ/ non parue temeritatis: nisi desuꝑ iussio veniat ⁊ directio/ vbi semina diuina iaciãtur. Virtus in necessitate est cuilibet ad seipsum: verbũ vero ad alios habet opportunitatẽ: non tamẽ ex ꝓpria volũtate/ sed ex alterius directione: sed vbi volũtas ⁊ necessitas pari modo aut dispari quandoqꝫ cõcertãt: necessitas ꝑualeat/ nõ voluntas. Hic vero fuit missus a deo: ⁊ venit in testimoniũ eterni luminis quod mundo apparuerat: vt de ipso ꝑhiberet testimoniũ eorum que visurus erat. Et vere agnus dei erat: qui mundi venerat auferre peccata. Et testimoniũ erat daturus superuenientis spiritus in specie columbina/ ⁊ paterne vocis que intonuit super eum. Proinde tot virtutibus preditus erat ioannes: ⁊ a teneris ãnis disponente dño deserticola factꝰ erat: vt ocyus reciperet testimoniuz eius de christo a populo iudeorum. Lux vero fontalis ioannes nõ erat: nec sua virtute refulgens: quanꝙ plurimũ participaret de lumine: sed christus cui testimoniũ dabat/ erat lux vera: non alterius participio/ sed suo ortu proprio ⁊ eterno. **Venit igitur iussu domini in omnem regionem iordanis: in quo christum intincturus erat: predicans baptismũ penitentie in remissionem peccatorũ. Et vt penitentiam agerent: quoniam appropinquabat regnum celorũ.** Hec

Lu. 9.

Del

Esa.

ſiquidem verba de penitentia ſaluator etiam di
xit: que iam ſunt diſſerta per modicum. Sed di
uerſitas videtur in verbis: cum vnus referat di
xiſſe ioannem/agite penitentiã: alius dicere vi-
deatur/predicans baptiſmũ penitentie in remiſ
ſionem peccatorum. Etiam ex euangelio plene
colligimꝰ/ꝙ ipſe perſonaliter baptizabat. Da-
bat ioannes baptiſmũ in preuiũ baptiſmi chri-
ſti/quem predicabat: non tamen baptiſmus io-
annis poterat peccata diluere. Expediebat em̃
ſuos intinctos baptiſmo chriſti ablui: vt ſeq̃-
retur remiſſio pctõꝝ: Diſponebat porro io-
annes verbo illos/qui baptiſmo chriſti abluen-
di erant: actu vero etiam corpora preparabat.
Baptiſmũ ꝟo chriſti ⁊ penitentiam predicabat
in remiſſionẽ peccatoꝝ: nam baptiſmus penitẽ-
tiã includit: penitentia ꝟo ad baptiſmũ perdu-
cit: vt nemo ad baptiſmũ accedat/niſi ꝓmo pe-
niteat: penitẽtia nõ valeat/niſi aqua perfundat.
Et verbum interne factum ſuper ioannem/duz
morabatur in deſerto ſolitarie: ipſum ilico in-
ſtruxit/vt virtutem dandam elementis per ver-
bum prolatum agnoſceret: nec ſalus hominibꝰ
eſſet niſi corporalis eſſet intinctio: que per vir-
tutẽ inditam verbo inuiſibiliter animas lauat:
his dũtaxat exceptis/qui in ſanguine aut flami-
ne abluuntur. Duo protinus ad initiandũ ho-
mines ad aliam vitã ꝑdicabat ioannes/penitẽ-
tiam ⁊ baptiſmũ: penitentiã ſcz ⁊ receſſum a vi-
tijs/ab erroribus/ab infidelitatibus: quibꝰ ho-
mines tenebãtur: ⁊ ablutionẽ/qua ab huiuſmo
di contagijs lauarent initiati ad actionẽ virtu-
tum. Sic enim Petrus dicebat his qui timue-
Act.2. runt/querentes de euadendo conſiliũ: Penitẽ
tiam inquit agite: ⁊ baptizet vnuſquiſq; veſtruz
in nomine ieſu chriſti/in remiſſionẽ peccatoruz
veſtrorum. Hec predicatio ſemper in neceſſita
te conſiſtit: etiã his q̇ ab originali contagio ſũt
abluti/ſi alijs cõtagijs ſunt infecti: vt videlicet
penitentiã agant/⁊ iterũ baptizentur: nõ tamen
Hebre.6. rebaptizentur: quoniã vt ait Apoſtolꝰ: Impoſ-
ſibile eſt eos qui ſemel illuminati ſunt: guſtaue-
runt etiã donũ celeſte: ⁊ participes facti ſũt ſpi-
ritusſancti: guſtauerunt nihilominus bonũ dei
verbũ: virtuteſq; futuri ſeculi: ⁊ prolapſi ſunt: re
nouari rurſus ad penitentiã: renouari ſcilicz ba
ptiſmo: quo culpa dũtaxat originalis deletur/ ⁊
omne crimen quo intingendus illa hora eſſet ĩ-
fectus. Sed a poſterioribus vitijs poſt illã pri-
mã ablutionẽ/nõ eſt renouatio ꝑ eandem. Atta
men ſunt alia baptiſmata/in quibus reabluitur
qui reſorduit/cum penitentiã egerit. Omnia ſi-
quidẽ ſacramenta/excepto ꝓpagationis huma
ne/ablutoria ſunt/baptiſmi ſunt. Uirtutes etiã
lauatoria ſunt: quibus lauari poſſunt hi/ qui ꝑ-
mã ablutionẽ poſterioribus peccatorum macu
lis fedauerunt. Confirmatur autem predicatio
ioannis vaticinio Eſaie/cum dicitur: **Sicut
ſcriptum eſt in libris ſermonũ eſaie
Eſa.40. ꝓphete: Ois vallis implebitur: et
omnis mõs et collis humiliabitur.
Et erunt praua in directa/ et aſpera
in vias planas.** Impletio vallium/ exalta-
tio eſt humiliũ. Humiliatio montiũ ⁊ collium/
depreſſio eſt ſuperborum. Qui depoſuit poten Lu.1.
tes de ſede: ⁊ exaltauit humiles. Et alibi: Ois Lu.14
qui ſe exaltat/humiliabitur: ⁊ qui ſe humiliat/ex
altabitur. Et Iacobus apoſtolus: Superbis Iaco.4.
deus reſiſtit: humilibus autez dat gratiam. Et
Eſaie textus ſic continet: Omnis vallis exalta
bitur. Hec ſiquidem per aduentũ domini/⁊ per
operationem chriſti hominibus prouenire de-
nunciat. Et erunt praua in directa/⁊ aſpera in
vias planas. Et videbit oĩs caro ſalutare dei.
Obliquati erant homines/⁊ praui facti erant:
nec erat in eis rectitudinem reperire: cum ſyna
goga receſſerit ab obſeruãtia preceptoꝝ: ⁊ cul-
tibus idolorum erat dicata gentilitas: q̃uis in
populo iudeorum pauci reperirentur adhuc ze
lum legis habentes. Et inceſſanter homĩes in
prauitate cordis ſui ambulabant: nec erat q̇ ad
veritatem dirigeret: neq; qui ad rectitudinẽ ho
mines reuocaret. Altitonabat Ioannes illam
mundo adueniſſe iuſticiã: que prauũ reuocaret
ad rectum/⁊ aſperũ ſua virtute molliret. Nã q̇d
prauũ ⁊ aſperum ſit in rebus/ipa euidentia do-
cet: ⁊ loquendi cõſuetudo demonſtrat. In mo
ribus alius ſe obijcit intellectus. Nam prauus
eſt omnis qui ex vſu longo ⁊ cõſuetudine mala
didicit male agere: rectitudinẽ rationis ⁊ iuſti-
cie in animo ⁊ moribus pretermittens. Corrigi-
tur autem per iuſticiã: quoniã ipa eſt que de pra
uo rectum facit: ſiue iuſticia fidei/que prauos ꝑ
incredulitatẽ dirigit. ſiue moralis/que homĩes
in perditis moribus deprauatos ad recta faciẽ
da reducit. Prauus eſt ꝑuerſus ab aliquo vitio
intantũ/vt intentionẽ pariter ⁊ actionem in ſe-
ipſo peruertit. Prauus eſt omnis qui ſe obſti-
nate tuetur in malo: ⁊ aduerſus quod eſt bonũ
obdurate conſiſtit. Aſper eſt autem omnis qui
inequalitatẽ habet: ⁊ qui eſt diſſuauis eloquio
⁊ conuerſatione moleſtus: qui aſpernatur ſalu-
tis monita: ⁊ plus rigide increpat euz iuſtiſſime
increpantes/ꝙ fuerit increpatus. Erunt igitur
praua indirecta/⁊ aſpera in vias planas: cum
ꝑuerſi per iuſticiam dirigentur: ⁊ iniqui ambu-
labunt vias ⁊ ſemitas equitatis. **Et videbit** Lu.3
omnis caro ſalutare dei. Salutare dei
eſt dei filius oſtenſus in carne. Aliter oculꝰ car-
neus videre nõ potuiſſet/niſi eſſet ab eo noſtra
ſuſcepta natura. Sed omnis caro rationalis
hominis/nõ irrationalis animalis: omnis ca-
ro iudei ⁊ greci: quoniã carnis nomĩe in hoc
loco ſignatus eſt homo. Sic ⁊ in Geneſi legit:
Omnis caro corruperat viam ſuam. Nõ enim Geñ.6
deus de carne animaliũ irrationabilium dicit:
quoniam eorum merito deus non diſpoſuerat
diluuium inducere ſuper terram: q̃ peccare aut
aliquid in virtute agere recte non poterãt. Sed
propter peccata hominum volebat deus mun
dum vniuerſaliter baptizare: vt aperte totũ di-
ceretur: omnis caro/id eſt omnis homo corrũ

perat viam suam. Sic ⁊ aperte totum in dicto
prophetico quod allegat Joannes/accipitur:
vt omnis caro/id est omnis homo videat salu-
tare dei: scilicet humanatū filium dei. Et quāq̄
in hac vita singulariter eum omnis homo non
viderat: attamen si vnus dūtaxat vidisset/ recte
dici potest ꝙ omnis vidit: cum nec sunt pl9 ho
mo omnes homines q̄ vnus homo. Etiā si dū
vixit/ab hominibus non est visus: videbiꝶ ab
omnibus dum veniet iudicaturus: non tamen
in deitate sua/sed humanitate suscepta: iuxta il-
Apoca.1 lam sententiā qua dicitur: Uidebit eum omnis
oculus: ⁊ qui eū pupugerunt. In hoc ꝙ Joan-
nes de Esaia testimoniū ꝓtulit/ ꝙ videbit oīs
caro salutare dei: quedam questiuncula me con
stringit: videlicet ꝙ hoc non sequiꝶ ad id/quod
primo allegauit. Nam cū dicitur: erūt praua in
directa/⁊ aspera in vias planas: statim sequiꝶ:
Et reuelabitur gloria domini: ⁊ videbit omnis
caro pariter quod os domini locutū ē. Et hoc
quidem dicitur: cum hierusalem esset in baby-
lone futura captiuitas: ne desperatione hiero-
solyma frangeretur. Quod autē in euāgelio cō
muniter scribitur/etiā ex Esaia sumptū est: sed
multis mysterijs interpositis pro illo tempore
quo populus in egyptum descendit/ assyriorū
calumniā passus. Nō tamē omnibus verbis q̄-
bus in euangelio scribitur: sic eñ illa scriptura
Esa.40. dicit: Et videbunt omnes fines terre salutare
dei nostri. Sed est sane cōcordia concentusq̄
verboꝝ: si cōnexio sententiarum ⁊ causa intelle
ctu ꝑspicaci colligitur. Uerūtamē vt sententia-
rum ꝯcordiā possimus agnoscere/prius verbo
rum dissonantiā videamus. In Esaia scribitur
Et videbit omnis caro quod os domini pari-
ter locutū est. Idem Esaias dicit: Uidebūt oēs
fines terre salutare dei nostri. In euāgelio aūt
Uidebit omnis caro salutare dei. Quod sequi
tur cōtinuo ad id quod Joannes allegat/sc3 ꝙ
os domini pariter locutū est: idē est quod salu-
tare dei: hoc eñ os domini locutū fuerat/ꝙ in
plenitudine tempoꝝ voluit ipse deus mūdo re-
uelare. Juxta quā sententiā etiā symeon senex
Lu.1. benedicēs dominū dixit: Quia viderūt ocl'i mei
salutare tuū: quod parasti ante faciē omniū po
puloꝝ. Quod dicit oīs caro idē est ꝙ omnes fi
nes terre/scilicet homines qui sunt in omnib9
finibus terre: sensum verboꝝ/ nō seriē accepit
aut Joannes allegans/aut euāgelista scribēs.
De visione vere fidei atq̄ glorie nō est ꝑ singu
Matth.3. la differendū. **Tunc exibat ad eum hie-
rosolyma/et omnis iudea/et omnis
regio circa iordanem: et baptizabā-
tur in iordane ab eo/cōfitentes pec-
cata sua.** Ecce predicatio ioannis sortieba-
tur effectū: quia penitentiā agebant/cōfitentes
peccata sua. Et querebant remissionē/cum ba-
ptisma susciperent. Et iam late dispersa erat fa
ma ioannis: cum solū in regione iordanis exi-
stens/nō solū illa regio: sed etiam de hierosoly
ma ⁊ de iudea vt predicationem audirent/⁊ ba
ptisma susciperent/ ꝓperabant: peccata etiā cō-
fitentes. Sed hec omnia dispositiones erāt ad
christum: ⁊ ad illam sacramentorū formā/ que
post spiritumsanctū tradita est ecclesie orthodo
xe. Nam predicatio ioannis quanq̄ ex omnib9
vera esset: attamen ad condendum euangelium
disponebat baptismus eius ad eum quem chri
stus daturus erat. Confessio vero turbarum di
stincta non erat: vt singuli singulariter peccata
ioanni confiterentur: velut ecclesia spiritusan-
cto predita/tradidit omnibus fidelibus in pre-
ceptum: vt si delinquūt recepto baptismate/ad
illam veniant iterum abluendi. Et nec ioānes
huiusmodi cōfessioni potuisset intendere: cum
turbarum multitudine vallaretur. Sed audien
tes predicationē eius cōpungebantur ⁊ confite
bantur publice in legis peccasse iusticiā: nō in
iusticiam fidei/quā nondū susceperant: cū chri-
stus adhuc predicare atq̄ palam fieri nō fuisset
exorsus. **Uidens autem multos pha-
riseorum et saduceorum venientes
ad baptismū suū/dixit eis: Proge-
nies illie genimina viperarū/ quis
demonstrabit seu ostēdet vobis fu-
gere a ventura ira?** Pharisei sunt qui ob
aliquid insigne foris ostensum/magis religiosi
a ceterisq̄ diuisi videbantur. Saducei etiam iu
sticiam quā non habebant/pretendebāt: negan
tes resurrectionē/abrenunciantes ꝓphetis: tm̄
quinq̄ libros moysi recipientes: ⁊ asserunt ani
mas cū corporibus interire. Quì an recto zelo
an fallaci venerunt ad baptisma ioannis/non
immerito dubitaꝶ: ex eo ꝙ ioannes eos tā au-
dacter argueret/dicens: Progenies seu geni-
mina viperarum. Diuersitas est vocabuloꝝ
non sententie: quoniā ꝓgenies ⁊ genimina idē
in significato ⁊ effectu rei cōueniūt. Quare au-
tem hos appellauerit filios serpentis/est querē-
dum: ne nos posteri in hanc nequitiā veniam9:
aut si venimus/abscedamus: q̄uis hoc plurib
sit dissertum. Filij autē serpentis qui pessimos
⁊ fraudilogos imitantur: qui terrena sectātur:
quoniā terra illius est cibus/qui anfractuose ꝓ
cedunt: qui humanā habent prudentiā: nō di-
uinam/non celestē: sed omnino terrenā. Proin
de ioannes sic eos arguendo cōfundit: imo ne
in posterum cōfundanꝶ/in cōsyderationē caute
dorum imisit. Quis demonstrabit aut ostendet
vobis fugere a ventura ira? Parum enim vo-
bis ad me pro baptismo venisse/nisi vobis me
lius ꝓuideatis in futurū. Si ostē sum est vobis
vt ad me purificandi veniretis: si tremuistis ad
verbū meū: si vos qui sapientes ⁊ iusti videba-
mini ab alijs similiter ⁊ in oculis vestris/humi-
liastis animas vestras: vt vos in aqua intinge-
rem patiamini: vobis oīno nō ꝓderit: nisi vt ab
ira ventura fugiatis/ab aliquo ostendaꝶ. Quis
ergo ostendet vobis si ficte venistis: si animo cō-
temnitis/quod ope diligere demōstratis: ꝙ cum
multitudine turbaꝝ curritis: si fidē sequimini ple
beioꝝ: ne discordantes ab eis etiā iniqui habe-

renim: qui queritis iusti videri: vobis non cedit in ꝓspex/nisi futurũ iudiciũ caueatis: a quo sententialiter ⁊ eternaliter nõ inuolui quis mõstrabit vobis? Sed quia penitentiã ꝑdicaui/cõpuncti estis: nisi penitẽtie veritatẽ intus agatis/ nõ
primo ⁊ potissime necessaria luridis est: siue cōtraxerint aut commiserint quod deturpat: nec possunt suscipere ornamenta virtutū/ nisi abiecerint q̄ a sordibus detinent. Purgatio ṽo virtutē nullatenus cōfert/ sed disponit: gloriam nō prestat in cōsortio beatoꝝ. Misericordie dei est nō purgationis atq; virtutis: nihil cōdignū est ad gloriā expectatam. Nā dare propter infirmitates hominibus purgationes/ nō est inducere sanitatē: sed preparatio ad eandē. Loculū infixum defigere nō fuit sanatio vulneris/ sed remotio ꝓhibētis. Alia em̄ oportebat apponere medicamenta ꝓ reconiungenda carne/ que diuisa erat ex telo. Abrasio tabule nō fecit imaginem multicolorē: sed ad colorū susceptionem aptauit. Nec nouacula scripturā fecit in charta/ cū nouaculator cū ipsa radebat: alijs instrumētis opus erat ad faciendā imaginē ⁊ scripturā. Dixerim hec dūtaxat de purgatione que sacramētis agit: circa quā nostra nō versat intētio: sed alia est purgatio/ cui subijci cogitur qui prime puritati expectat ascisci. Virtus omnis purgationē cōtrarij facit: cui nihil nisi vitiū aduersatur: que sue bonitatis effectū ad corpora non extendit. Non enim habet ipsa cōtactum vt tangat aut tangatur a corpore: inuisibilis ad inuisibile fit actio eius: que si aderit tota/ totū purgabit aduersum: si ṽo de aduerso remanserit q̄piam/ virtus ꝑfecte nō aderit. Totus ⁊ primus aspectus virtutis est ad abolitionē aduersi: aliter nāq; suū regnum in anima nō stabiliret. Et semꝑ innitet sua potentia/ vt cōtrariū totū adimat: quod si nō fecerit/ fit implacabile imo impaciscibile bellum. Si aūt vitio porrexerit ipsa conflictū/ stabiliet proculdubio regnū eius propter impediētis abiectionē: cū eius secūdꝰ aspectus sit esse quod est/ ⁊ vbi debet et quomodo: vt statim exurgat in actum ꝓpter omniū beatificum finē. Nec pro tanto erit purgatio/ si purgetur animus ab auaricia/ ⁊ turpetur fece luxurie: aut si ab hac mundabit quispiam: ⁊ in dominandi libidine voluptet: aut si dominandi fuerit abiecta libido/ et detineat a voragine gule: Igitur deus per scopam virtutis vitia queq; purgat: purgatoriū cuius dulcissimū est/ ⁊ nihil sentit amari: cui tamdiu debemus esse subiecti quousq; virtus dici possit non purgatorie/ sed anime iam purgate. Concertant fullones/ quousq; maculas tergant: cōcertāt dealbantes: cōcertant nitidantes: vt impuritates depellant rerum suis officijs subiectaꝝ: nec est pax eis quousq; insit nitiditas vel albedo: aut illa puritas/ quam exquirit subiecta materia/ seu disponit an

thoꝛ inducere. Sic etiã virtus in animabus no-
ſtris ipſa concertat. Igiꝉ pꝛimũ vniuerſale pur
gans/pꝛimũ abluens inuiſibilis virtus eſt: aut
omniũ authoꝛ per eam. Eximius ꝓphetarũ cõ
traxerat maculã: purgationẽ animo ⁊ verbo in
Pſal. 50. facto querebat/dicens: Amplius laua me ab ini
quitate mea: ⁊ a peccato meo mũda me. Si am-
plius querebat / iam in aliquo lotus erat foꝛte
per contritionẽ cõmiſſi ſceleris: ſed amplius la
uari optabat/quas requirebat virtutes. Laua-
toꝛiũ enim virtutũ ad pꝛopoꝛtionẽ viſionis in
ducit: ⁊ mundaꝉ quis a peccato in virtutũ bal-
neo requieſcens. Quotquot lauationes in ve-
teri teſtamento hominũ in cerimonijs delinq̃n
tium veſtiũ/vaſoꝛum imundiciarũ/animaliũ of-
ferendoꝝ/lauationes figurabant inuiſibiliũ vir
tutũ: quia omnia in figura cõtingebant illis. Et
4. Re. 5 naaman ſyro dictũ eſt/vt lauareꝉ ſepties in ioꝛ
dane. Ioꝛdanis ſane riuus eſt iudicij. Septena
virtute in riuo iudicij eſt lauandũ. Riuus nãq̃
fluit: ⁊ fluuius etiã iudicioꝝ interpꝛetatur ioꝛda-
nis. Iudiciũ ṽo fluens ratio diſcurrẽs. Ut me-
lioꝛ aũt addatur intellectus/fluuius iudicioꝛum
eſt multitudo iudicioꝝ dei: diſcurrẽs ab initio
mundi vſq̃ ad finẽ ꝑ omnia mundi climata: vt
numerari nequeat/nec intelligi: ſed maxime dei
pia iudicia ipſa ſunt virtutes: in quibus fedatus
abluiꝉ: ⁊ omnis peccatoꝛũ turpitudo lauaꝉ. Et
vere nomẽ iudicioꝝ virtutes habere feruntꝉ: qꝛ
ſicut per iudicia iuſtus ⁊ reus diſcernuntꝉ/cõſti
tuti ante tribunal: ſic pꝛofecto virtutes abſol-
uunt/imo abluunt a criminibus in eis firmiter
ſe lauantẽ: ⁊ damnationi aſſcribunt/qui earum
Dan. 13 thermas ignoꝛat. Poꝛro Daniel interp̃taꝉ iu-
diciũ dei: qui abſoluit ſuſannã ſe lauantẽ a fal-
ſo crimine: ſacerdotes ṽo nepharios damnati-
oni pꝛoſcripſit. Et in iudicioꝝ taliũ fluuio ſepti
es lotus/mundatus eſt a lepꝛa: ⁊ ab omni turpi
tudine inuiſibili liber erit/qui ſe lauerit talibus
aquis. Pꝛoinde ſaluatoꝛ a perfecta etate inci-
piens/facturus mirabilia ⁊ vtilia mũdo ad no
ſtram infoꝛmationẽ petiuit ante ioꝛdanem: do-
cens nos ad omnia purgabilia humiliter apti
tari. Defecatos nos eſſe opoꝛtet celeſtia regna
petentes ⁊ mundos/qui pꝛimã mundiciã inſpi
Mat. 5 cere cõcupiſcimus: ipſa dicente: Beati mũdo
coꝛde: quoniã ipſi deũ videbunt. Purgatio nẽ-
pe peragiꝉ per ea que habent aſperũ ſenſum: vt
per ignẽ aut limam ferrũ ſeu omne metallũ: ſic
ſepe hominũ vita per tribulationẽ purgatur ⁊
penam. Purgatio enim ꝓpꝛie diciꝉ impertinẽ-
tis aut ledentis abſterſio. Purgauit igiꝉ igno-
minia impertinentes aut ledẽtes honoꝛes: pau
pertas diuitias: abſtinẽtia delitias: vigilia ſom
nos: perſecutio quietes: tribulatio conſolatio-
nes: flagella carnis libidines: cohibitio ſenſuũ
ipſoꝛũ illicitas voluptates. Mala igitur coꝛpo
ralia que in hoc ſeculo patimur: aut ſunt imme
diate a deo: aut voluntarie queruntꝉ: aut inferũ-
tur ab hominibus: aut a demonibus irrogantꝉ:
aut a defectu nature inſurgunt: ſed nõ omnia ⁊

ſemper inſtrumenta purgationis exiſtũt. Ma-
la autẽ que deus immittit/eos nõ purgant qui
ſenſualiter delectationes querentes tota inten
tione ipſis malis repugnant. Nam pharao de
cem plagis a deo immiſſis/nõ ſolum purgatus
nõ fuit: ſed induratus magis ipſe ꝑmanſit. Et ſi
gnum eſt repꝛobationis/qui ex flagellis nõ pur
gati dureſcunt: de quibus ꝑ Hieremiã dicitur
Fruſtra cõflauit cõflatoꝛ: malitie eoꝝ non ſunt Hiere.
cõſumpte. Argentũ repꝛobũ vocate eos: qꝛ do-
minus pꝛoiecit illos. Omnipotens conflat ho
minẽ quẽ creauit: quia ꝑ ignẽ tribulatiõis atq̃
per verba doctrine in vnũ vult redigere/quem
diſperſum in multa cognouit: ⁊ purgare q̃ ſe ꝓ-
pꝛia voluntate infecit. Sed ſepe tribulationis
ignis ardet/nõ purgat: ⁊ doctrina ſuſcipitur/⁊
non emendat: nõ defectu agentis/ſed ꝑuerſita-
te patientis. Econtra electi quo magis affligũ-
tur/eo magis purganꝉ: de quoꝛũ numero ſe da-
uid fatebatur eſſe/dicens: Diſciplina tua coꝛre Pſal.
xit me in finem: diſciplina tua ipſa me docebit.
Tunc diſciplina coꝛrigit/cũ quod ledit animã
aut ad ipſam nõ pertinet/abſtergit. Tunc coꝛri
git atq̃ purgat/cũ ſub ipſa humiliter aĩa omĩa
tolerat: eſtimans ad ſe diuinã fieri atq̃ inclina
ri pietatẽ: cũ per flagella in hac vita ſuſcipit pur
gationẽ. Melius nãq̃ hic fit tempoꝛalibus ad
purgationẽ macerari moleſtijs/q̃ ſupplicijs de
putari eternis. Purgat docẽdo dei diſciplina
quos diuina pꝛouidentia in ſuperna pꝛenoue-
rit inferendos. Ideo ꝓpheta ſecurus adiũgit:
Diſciplina tua ipſa me docebit. Qui doceꝉ/ante
patiebaꝉ ignoꝛantiã: a qua purgaꝉ ꝑ illatam do
ctrinam. Purgat doctoꝛ in ſcholis diſcipulos
quos nouit ignaros: ⁊ ipſe animus addiſcentis
cognoſcit/cũ ſe videt purgari a tenebꝛis ignoꝛã
tie ꝑ lucẽ ſane doctrine. Sic diſciplina diuino-
rum flagelloꝝ hic erudit: vt finem optimũ quẽ
opeamus/pacẽ ⁊ quietẽ quã volumus: nõ in mũ
do iſto ſic flagellato/ſed alibi queramus. Pur-
gationẽ certe maximã accepit in animo: qui di-
uerſitatẽ regionuꝫ vmbꝛe moꝛtis ⁊ vite aſpexit
atq̃ cognouit: ⁊ odiens tenebꝛas ſuſpirauit in
lucem. Paſſiones electe eoipſo nõ purgãt/quo
ꝓ terrenis cõmodis toleranꝉ: ſi autẽ ꝓ eternis
ſuſtinenꝉ/contrarioꝝ adijciunt purgationẽ. Ab
hominibus aut a demonibꝰ mala irrogata nõ
mundant eos qui patiẽtia carent: ⁊ licet aliqua
videanꝉ auferre que nõ ſunt neceſſaria ſiue cõ-
ferentia vite: nõ pꝛo tãto purgatio ſequiꝉ: quia
ira ⁊ odium in animo perdentiũ reſeruantur: ⁊
vbi vitium remanet/purgatio facta nõ eſt: pur-
gabit ṽo ſi patientia nõ ficta tolerantur illata.
Malum a natura coꝛrupta inſurgens/q̃uis re-
frenet a multis: purgatione ſalutifera purgat a
nullis: ſi donũ dei non exiſtimat ille qui ſentit:
purgaret ſane ſi conditoꝛis ⁊ patientis cõcoꝛs
eſſet vna voluntas. Pꝛoinde fruſtra conflat cõ
flatoꝛ per ignem tribulationis/aut per doctri-
nam veritatis: que dirigit/minatur atq̃ ꝓmit-
tit: ſi hominũ malitie atq̃ nequitie non conſu

muntur. Sed velut argentum quod in cōflato-
rio non purgatur/dicitur reprobū: sic qui ꝑ do
ctrinam sacram/ꝛ tribulationē a deo immissaꝫ
aut ꝑmissam nō corriguntur/reprobant. Nul-
lum sane reprobationis signum certius/ꝙ pur
gatorijs per deum ordinatis nolle purgari. Id
ꝑfecto quod saluator agit ꝛ loquit/hoc intēdit
vt a malis purgemur: ꝛ ſm eius iusticiā nostra
Malach.3 opa faciamus. Hinc ꝑ Malachiā ꝓphetā dici-
tur: Ipse est quasi ignis conflans ꝛ quasi her-
ba fullonū. Et sedebit conflans ꝛ emundās ar-
gentum: ꝛ purgabit filios leui: ꝛ colabit eos q̄si
aurum ꝛ quasi argentū: ꝛ erunt domino offerē-
tes sacrificia in iusticia. Nam sacrificia in chri-
stiana iusticia offerre nō potest qui ab immun-
dicijs voluntarijs purgatus nō est: sed qui non
purgant/argentū reprobū vocant. Ideo per
Hiere.6. Hieremiā dicit: quia dominꝰ ꝓiecit illos. Sed
bonos deus nō ꝓijcit/ꝓ quibus supna ꝑpara-
uit: sed reprobatio est causa ꝓiectionis: ꝛ proie
ctio est testimoniū reprobationis. Igitur dū in
hac vmbrosa vita ꝑsistimus/omis rei purgati-
uam intellectualiter virtutē habenti: humiliter
colla subdamus: ne talis reprobatio veniat cui
approbatio nulla succedat: exemplo iesu dul-
cis ꝛ humilis: qui se subdidit velut purgatorijs
amicis.

¶ De deserto iesu atq; morali vita deserti. Capitulum IIII

Mat.4 Mar.1 Lu.4. Christus post aquas abijt in desertum/
a spiritusancto ductus: vt ꝛ a ꝓpria vo
luntate que spiritus vehens hominem
est/incipit innotescere qui mā serat in virtute oc-
cultus. Sed videnda sunt insignia probitatis:
ꝛ innotescentie mirabiles actiōes. Quid em̄ est
quod ad quē nullus in celo ꝛ in terra existima-
tus est: cū palā fieri voluit aquas petijt: post q̄s
desertum per denarium quater ductū habita-
turus intrauit? Sunt ne ista insignia magni re-
gis: sunt ista que decebat primo in probitate ꝑ
agere regē regū subijci? Istud firmū teneamus
in corde: vt nulla ima oratio eius derogauerit
magnitudini eius: sed eo quelibet eiꝰ actio ma-
gna fuit/quo ipsam mundi dn̄s ꝛ saluator exer-
cuit. Verūtamē quia nō agimus de robore cor-
porum/atq; virilitate membrorū: in quibus no-
bis plurime bestie atq; animalia ꝑferuntur: sed
de inuisibilibus virtutibus: que regnant in sedi-
bus animorū: ꝛ disponunt ꝛ ordinant mores cor
porū. Proinde ad virtutū insignia nostra ver
bula deriuamus. Prima igit virtutis insignia
in quolibet possessore virtutū sunt ad seipsum:
ꝛ omnis virtutis actus primo reciprocatur ꝙ
transeat: se primo subiectum perficit proinde
ꝙ deriuet in alium. Sterilis enim esset virtus
habenti: si nō sibi ꝓpagaretur ad alios: ac per
hoc opus grāde virtutis in seipso posse humi-
liari. Et si quispiā sibi subiecerit barbaras na-
tiones: nihil fecisse dixerim sibi stans elatus in
animo. Et si amenitate verborū diserta lingua
perornata doctrina humiliauerit audientes: ni
hil ad eum referam vtile/nisi mentis fuerit hu-
militate deiectus. Magnum ergo virtutis in
christo preconium: cum se indignum velut egē
tem subdidit aquis: Et cū inter cetera data na-
ture humane hoc sit precipuum delectabile/sue
speciei delectari consimili: ac sue nature semꝑ
secum habere consortem: habent enim anima-
lia similibus copulari: tamen preter ab eis co-
gnitam rationē: Quis hoc exigat ratio ipā natu
re: homo autem cum cognita ratione in ratiōe
nature. Proinde homines personaliter deuita
re/appellauerim quid insigne virtutis: ꝛ absti-
nentie magne hac consolatione priuari ꝛ segre
gatim fieri ab hominibus: vt cōtemplationis
oculus imprepedite dirigat atq; attentꝰ in au-
thorem/altiorem partem dixerim occulte virtu
tis. Segregatur profecto dominus noster Je-
sus christus/author superne glorie/moralis vi
te dux atq; magister: ꝛ relinquens homines in
locum secedit desertum. Vere desertus ab ho-
minibus in desertum vadit: deserens homines
loca deserta petit. Sed quid nobis christi mo-
ra deserti aperiat intendamus: Quis nō omniū
sit habitare solitudinē atq; posse: nam si possi-
bile omnibus fieret/desertū ciuitas esset. Qua-
si desertum accepit adam delectabilem paradi
sum: in quo q̄diu desertus mansit/a similitudi-
ne speciei delectauit authorem: solam sibi con
solationē in animo reaccipiens: ꝛ angelorum
quos mente nouerat/cum quibus se sociādum
agnouerat: creaturas ceteras ratione carentes
ad vsum acceperat atq; dominiū: ꝛ mā sit de deo
dilectus q̄diu stetit humana societate desertꝰ.
Ubi vero humana societas affuit: quod sequit,
taceatur. Bonū est igitur solum ab hominibꝰ
fieri: societatē in animo gerere creatoris/ et in-
corruptibilium ciuiū supernorum. Sociatū ve
ro humane hūanis si non semꝑ/sepe vidi delu-
sum. Lachryme nostre acceptabile sacrificiuꝫ
sunt altissimo: que ꝓfundius ꝛ acceptius inue-
niuntur in locis solitarijs merooribꝰ aptis. Le-
gitur in libro Genesis/ꝙ anan filius sebeon cū Gen.36
pasceret asinos sui patris in solitudine/inuenit
aquas calidas. Anan ꝟo iste qui pascit asinos
patris in solitudine/est qui asinos bestiales sci
licet motus ꝛ quinq; corporis sensus in solitu-
dine pascit: eos ab amenitatibus ciuitatum hu
mane conuersationis auertens: ne illiciantur:
ꝛ a creatore omniū auertātur ꝛ domino. Time-
bat enim dauid propter peccata sua dei auersio
nem: Quis suam faciem auerti peteret a pecca-
tis. Sed cuꝫ in deserto quis pascit sensus suos
ab amenis auersos: ꝛ motus animales retinet
in deserto: inuenit aq̄s calidas/lachrymas deo
acceptas: in corde igne charitatis decoctas:
Si autem huius patris aut filij nomina interꝑ-
tarentur/eandē sententiā moraliter resonarent.
Vellent cōmuniter homines inuenire vite re-
fugium in mortis articulo constituti: ꝛ gaudiū
sit maius ꝙ ante cum inuenerint. Joseph nāq; Gen.37
filius iacob ex subortis causis odiosus erat fra

tribus suis:in quorũ manus cũ in patris absen
tia deuenisset/ab aliquibus eorũ est adiucatꝰ ad
mortẽ:⁊ vix aliquo eorum renitente mortis eua
sit imperiũ: cui cisterna que in solitudine fossa
erat absq aqua/vite remediũ fuit. Quippe mun
dus multos spiritualiter occideret: qui ꝓpter
fragilitatẽ nõ habent potentiã resistẽdi : ꝗbus
expedit ꝓpter infirmitatẽ ꝑeligere fugã:⁊ ꝓijci
voluntarie pro refugio iuste vite in solitudinis
cisternam. Cisterna sine aqua est nostre vite se-
cretũ/carens ꝑiculo submergente. Defossa eñi
erat : Consyderatio sepulture multos auertit a
malo. Sed erat in solitudine. Desertus siq̃dem
locus vitam secretã habet sine abundantia re-
rum:que signant in aqua. Nam si abũdaret de-
sertum:nõ desertũ/sed delitie dicerẽt. Et mor-
tis ⁊ sepulture memoria ꝓ deuitatione malorũ
magis sedulo agitur in deserto:quod signat in
terra defossa cisterna. Uide hominẽ solum ob
aspectum terre defosse pro sepeliendo cadaue-
re resculptũ ex dolore in corde/auersum a ma-
lo/mutasse pristinos mores. Indubitanter qui-
libet teneat/ꝙ si cisternã id est sepulturã in ter-
ra defossam:in qua cõmuniter humana corpo-
ra resoluenda claudunt/indeposite per memo-
riã secũ ferret:⁊ cõsyderatione intenta ingrede
ret in illã anteꝙ insensibiliter inficeretur in ipa
cadauer/eterne damnationis deuitaret exitiũ.
Sed inter obstrepentes hominũ voces et tur-
bas talis memoria defuit: cuius ꝑsentie causa
locus desertus existit. Inter cetera preter vlti
mã dei visionẽ/que in hac vita nimie appetant
aliqui virtute pollẽtes dei aliqualẽ visionẽ/no-
ticiam/cõsolationẽ/reuelationẽ/certã allocutio
nẽ pro certitudine vite agende desyderant:sed
Exo.3. moyses cum ingrederet ad interiora deserti/vi
dit dominũ in rubo velut ignẽ inflammantẽ:cõ
solationẽ accepit in animo/quã ante nunꝙ legi
tur suscepisse:noticiã habuit diuinorꝫ:⁊ reuelati
onẽ secretorꝫ dei:⁊ alloquiũ eiꝰ de his ad q̃ a deo
ꝑordinatus erat. Non viderat dominũ in egy-
pto:neq per subiectã creaturã audiuerat vocẽ
eius. Desertus enim locus diuinis est oraculis
aptus:nec assistunt stolidi laudatores/qui suis
laudibus bona nostra dispergant. Et orare in
recuruate volentẽ oportet esse inuisum:imo tã
a turba remotũ: vt nõ cogitet hominũ tintilla-
tiones ad cellam ꝓ incõmoditate adeundi:nec
ipse persistat intentus/ne a ꝓximo expectet:ex-
cepto eo qui obediẽtie patris in solitudine sub-
est:qui ad ipsius imperiũ tenet ab actuali orati
one recedere. Aliter autẽ expectans ⁊ expecta-
tus quietem ⁊ inrecuruatã orationẽ raro fudit
aliquando. Querunt mũdi principes atq oẽs
qui gerunt in orbe terrarũ aliquã prefecturam
habere suos vernaculos / expeditos ministros
in eorum obsequio explicatos:implicitos vero
seruos in alijs paruipẽdũt:plerũq de suis ha-
bitationibus procul pellunt. Fas enim non est
domini seruũ/preterꝙ in domini seruitio impli
cari. Populus autem dei a pharaone ĩ egypto
pro suo seruitio implicabatur. Uoluit ergo do
minus populũ suũ explicari ab egyptiaco serui-
tio:⁊ ad sacrificandũ sibi fieri liberum in deser-
to. Proinde misit dominꝰ moysen ⁊ aaron ad Exo.
pharaonẽ: vt dimitteret populum suũ/vt sacrifi
caret ei in deserto: vbi expeditior erat ꝙ in egy
pto:⁊ in solitudine sacrificabit habilius ꝙ in ci-
uitatibus residens. Et solerti mente intuendũ
est quod est sacrificium/quod a nobis a deo ex-
quiritur:⁊ expeditiꝰ redditur in deserto. Quia
mores eligimus: literalia sacrificia ⁊ israelitici
populi dimittamus. Sacrificium dixerim esse
quod sanctitatẽ in anima aut in moribꝰ sonat/
seu sacrum anime aut corporis factũ. Proinde
omne quod deo redditur acceptum/sacrificiũ
est. Nihilominus tamẽ oportet singulari differ
tione intendere. Sacrificium deo gratum Da
uid in psalmo explicat: cum ad sacrificãdũ oẽs
muitat/dicens: Sacrificate sacrificium iusticie Psal.
⁊ sperate in domino. Sacrificiũ iusticie vniuer
sale in virtutibus noscitur esse bonũ: vt redda-
mus deo bonũ omne quod possumus/⁊ sibi cõ
uenire cognouimus. Ex hoc nãq dicto nullũ
excluditur bonũ quod non sit deo reddendum
aut dilectione anime aut opere corporali :ꝙuis
omnia bona nõ sint omnibus apta: magis vero
nec ab omnibus singulis sint exacta. Nam ma-
trimonij bonũ nõ exigitur a professione celebis
vite. Nec cõuertitur certe quod dicitur. Nec ele
mosyne bonũ ab eo qui a se omia sequestrauit.
Et sepe cõditiones ⁊ status impediunt: ⁊ sexꝰ
diuersitas nõ cõsentit. Ualitudo ⁊ infirmitas ⁊
his similia contradicunt: vt nõ omnibus acti-
ue conueniant: sed non obsistunt: q̃n omne bo-
num regi superno gratum/ſm aptitudinem/ꝓ-
fessionẽ ⁊ decentiã in se atq in omnibus diliga
tur: ꝙuis omne bonũ non reddat deo actu cor-
poris: nec sit reddendũ a singulis. Erit igit sa-
crificium iusticie/ quod sacrificabitur domino:
omnẽ suam cõsistentiam anime ⁊ corporis vsi-
bus mancipasse diuinis: vt totum se dedicet in
eius seruitio a quo id esse quod habet accepit:
⁊ solum vacare deiferum est sacrificiũ perfecte
iusticie: quod maxime peragitur in deserto: ad
quem locũ omnipotens suũ populũ ad sacrifici
um inuitabat. Lectio/ meditatio/itellectualis seu
vocalis oratio: ꝯtemplatio /inquisitio sui: custo
dia sui: silẽtij profundũ: quies mentis: fragilis
vita: carnis maceratio: abstinentia nociuorũ
agon rectus: que omnia sacrificia sunt iusticie:
quod in deserto magis imprepedite peragi-
tur. Sed nemo credat ꝙ a nobis in christia-
nam vitam vocatis/ sacrificium mactati peco-
ris exquirat aut effusi sanguinis/neq rei visibi
lis sine sacrificio mentis. Unde per psalmistã
dicitur: Non in sacrificijs arguã te. Non acci-
piam de domo tua vitulos: neq de gregibꝰ tu-
is hircos: neq mãducabo carnes taurorũ: aut
sanguinẽ hircorꝫ potabo. Acsi dñs ꝑ ꝓphetã di
cat aperte: Nõ sunt ista sacrificia que requiro.
Iã enim dauid intendebat in nouã vitam: ⁊ exi

miū sacrificium cognoscebat. Subdit em̄: Immola deo sacrificiū laudis: & redde altissimo vota tua. Et paulopost secutus adiūxit: Sacrificiū laudis honorificabit me: & illic iter quo ostē dā illi salutare dei. Laudis vero sacrificiū ē ipsa gratiarū actio de acceptis. Laudis sacrificium est in aduersitatibus & psperitatibus laudare dn̄m. Dicebat sane ipse Dauid: Bn̄dicam dn̄m in omni tempe: semp laus eius in ore meo: vt si patiar: si affligar: si maledicar: si reprobus habear: si oia mūdi mala ptra me pflenk: i vnū semper laus eius in corde atq̧ ore meo. Si mihi assint psp̄a cūcta: semp laus eius erit in animo: & nec lingua tacebit. Hinc & dominus p pphetā dicebat: Infrenabo te laude mea. Qui frenum gestat in ore/ pgreditur & sistitur: dextratur & sinistratur: gyratur & voluitur ductu eius. Ac per hoc sacrificium laudis immolat/ qui de omnibus & in loco & tempe dn̄m laudat. Hinc etiam psalmista dicebat: Lauda anima mea dominū: laudabo dominum in vita mea: psallā deo meo q̄diu fuero. Necnon in occultis iudicijs eius/ sacrificium laudis tenemur offerre: nam q̄to ipse operatur occultius/ tanto sapientius. Ecclesiastici em̄ dicitur: Sapientie domini astabit laus. Et ab omnibus creaturis laus diuina exquiritur: quod vltimi psalmi dauid insinuant. Offert etiam sacrificium laudis/ qui de dei p̄uidentia in nullo remurmurat. Et hoc est sacrificium laudis quod deum honorificat: cum in omnibus dei potentiā/ sapientiam & bonitatem adoramus atq̧ laudamus. Proinde illic ē iter ad salutare dei. Diuia em̄ laus aio gesta/ ore digesta/ ope acta pducit ad salutare dei. Que tanto studiosior in solitudine agitur: q̄to psistētia hominis a nemine impeditur. Est & sacrificium quod maxime conuenit offerre his qui deliquerunt & qui non seruauerūt pacta diuina: nec aliud munus occisi pecoris/ seu frugū & arboris/ siue signati numismatis ita placat deū offensū: quod & dauid p se obtulit in remediū adulterij pditionis & homicidij. Inquit em̄: Sacrificiū deo spiritus contribulatus: cor contritū et humiliatū deus non despicies. Quomodo erit sacrificiū deo spiritus ptribulatus: cum alia scriptura dicat: animus gaudens etatē floridam facit: spiritus tristis desiccat ossa? Reprobatur a deo tristicia spiritus: sed nō omnis tristicia bona: nec omnis tristicia mala. Spiritus tn̄ contribulatus est voluntas eo sensu dolēs/ quo delectata fuit in malo: vt tādiu quotidie tribulek/ donec dolor cōmissi criminis ad equalitatem pueniat aut excedat puerse delectationis: vt tāta vel excedens tribulatio fiat in anima/ quāta delectatio fuit in culpa. Et alibi ppheta dicebat: Anxiatus ē in me spiritus meus: in me turbatum est cor meum. Anxietas spiritus est tristicia p peccatis: & turbatio cordis p fractione diuinorū pactorū. Nihil est sup quo sit inducēda tristicia & anxietas nisi sup peccatū: & in nullo cadere debet turbatio/ nisi cum offendimus creatorē. Istis remotis omnia recta manēt: neq̧ supest quod fleatur: sed anxiari p malo commisso vtiq̧ bonū est. Sequitur em̄ exaltatio sup christum: hoc dicebat Dauid: Dum anxiaretur cor meū/ in petra exaltasti me. Secundū apl̄m: Petra autem erat christus. Ad hoc vero sacrificium offerendum exquiritur sepe desertū: nam innumera multitudo loca semper quesiuit apta meroribus: nec querere desistunt qui pter delicta & peccata tribulari sedulo querunt. Habet etiā sepe mūdus leticias suas: quas obijcit volētibus p peccatis & diuinis offensionibus ptristari: nec suis implicationibus pmittit aliquem ad se ingredi: vt introrsus sue mesticie rationabiles causas inueniat: cū vnusquisq̧ non solū dei offensor/ sed etiam qui videk iustus/ dolendi causas possideat: dispari tn̄ rōne atq̧ intentiōe penitus inequali: peccator q: offendit: iustus quia offendere potest: & plongatur eius cū periculo incolatus: & habitat semp cedar cū filijs hismaelis. Ac p hoc omniū creator et dominus peculiarē populū in manu moysi & aarō vt sibi sacrificaret voluit inducere in desertum/ commonefaciēs nos vt sacrificia spūalia offeramus: & in p̄finito tempe hūanatus per actus nos docens deserti est incola factus. Sed nec in talibus laudamus ita desertum: vt alijs viuēdi modis christianis quomodolibet derogemus posse perfici per virtutē: sed deserti cōmoditates p diuersitate temporū atq̧ locorū pditionis hominum atq̧ virorū edicimus. Bonū igik est desertū: sed habet et pugnas: habet similiter et victorias: & orationibus vincitur potius q̄ ensibus amalech: habet serpētes innumeros morsibus mortē inferētes: habet et serpentē eneū solo aspectu sanantē patientes: habet amaras aquas: habet quod dulcorat: habet aduersa: habet & ppitia. Sed ve hodie: q: speciosa deserti cōbussit ignis. Ubi dei ppl's in deserto? Ubi helias? Ubi heliseus? Ubi discipuli pphetarū? Ubi ioānes baptista: qui desertum ab infantia tenerrimus habitauit? Ubi deserti egypti habitatores? Ubi thebaide? Ubi sichie? Ubi mōtis nitrie? Ubi montis syrie? Ubi raychu? Ubi armenie? Ubi altioris grecie? Sed ve huic generatiōi: quia deserta sunt ad hominibus facta deserta: & q̄ remāserūt sunt delitiarū loca sensuali deseruik vita: nec vt assolet/ vita hominum monachorū aspera & agrestis. Deuitāt cultores christi loca deserta/ que sunt amica meroribus: & facti sunt quasi ciues in medio ciuitatū: & facta est cum secularibus tāta ciuilitas vt plerisq̧ turpetur honestas. Sed ad dn̄m iesum incolā deserti factum oculus interior dirigak: & multo intuitu ipm absentem tanq̄ p̄sentem sedulo contemplemur: et moueak affectibus anima: contrahak merore atq̧ turbetur: suspendatur in admiratiōe/ cum christum intueak in deserto. Stulticia est sapiētibus mūdi/ derisio delicatis/ incredulis fabula q̄ christ⁹ steterit i deserto. Quid em̄ est videre iuuenē delicatum/ im-

Marginal references: Psal.33 · Esa.48 · Ps.145 · Eccli.15 · Psal.49 · Psal.50 · Prouer.17 · Psal.142 · Psal.60 · 1.Corin.10

maculatum:⁊ absqꝫ peccato esse cum bestijs in
deserto? Quid faciebat rex regum ⁊ dominus
dominantium:factus incola in deserto:huma-
na consolatione priuatus:squalida facie ab in-
edia ⁊ ieiunio cruciatus? Non secum patrem/
non matrem/non aliquem habens in illo deser
to sodalem:sed angeloꝝ non carebat consortio
qui hominum consortia deuitabat. Non foue-
batur vt homo:supra hominũ naturã agebat.
Carebat lectulo:nec puluinar supponebat di-
uino capiti humanitus quiescenti. Sedile ⁊ nõ
erat ei. Terra vero stratũ erat ⁊ sella:non ope-
riebatur nocturno tempe pannis. Carebat tu-
gurio:nullã habebat ediculaꝫ: nec aliquo tecto
tegebatur ab intẽperie aeris. Hyems nẽpe fri
goribus algens erat:cum in deserto squalido
versabatur. Locus deserti aut arboribus infron
dosis ꝑditus erat:prohibebat certe hyems in
plantis viriditatem atqꝫ amenitatem folioruꝫ:
aut totus squalidus erat locus:aut bipartitus
erat:vt sibi esset quedã peregrinandi varietas
in deserto: Habitaculum fecisse non legimus
vbi stetissent firmi penitus pedes eius:⁊ omni-
no sibi penam dabat locus ⁊ tempus:cũ a quin
ta ianuarij die vsqꝫ ad quartamdecimam febru
arij in deserto fuerit mora eius:quod tempus
aut imbribus aut est frigoribus aptũ. Nihil ve
ro ad remedium de ciuitatibus tulit:aut quicq̃
postulauit a matre:pauperes enĩ erant. Pauꝑ
accessit:pauperqꝫ moratus:nec igne aliquãdo
calefactus est. Ubi mũdi reges? Ubi quos am
bit multitudo populorũ? Ubi delicati? Ueniãt
⁊ contemplentur omnium regẽ ab animalibus
sociatum/⁊ humana dignitate pallenteꝫ. Quid
faciebat hic singularis homo/singulariter viuẽs
singulariter degens? Orabat ne quotidie? No-
ctes ducebat insomnes. Legebat? Nõ enĩ por-
tauerat codices thesauris sapiẽtie plenus. Cõ
templabat incessanter:erat mens in suspẽse fixa
celo. Plorabat interdum:ludebat forte cũ be-
stijs:nouerat enĩ eas:⁊ vocate venissent/obedi
uissent:hoc enĩ ꝑmus homo ĩ delicato deserto
suscepit in dono. Quid ergo faciebat tam no-
bilis heros:omnino irreꝑhensibilis in moribꝰ
⁊ actibus suis? Non enĩ poterat errare nec no-
uerat. Quid igitur faciebat? Forte dormiebat
interdum. Quid faciebat qui nõ ꝑbebat homi-
nibus tunc exemplum:quia nec ab hominibus
videbatur:sed videbatur ab angelis quibus nõ
oportebat tẽꝑalia exẽpla virtutis inferre. Be-
stie exẽplificari non nouerant. Quid faciebat?
Temerariũ est diffinire quod celici notarij nõ
scripserũt:sed illud faciebat quod facere dece-
bat hominẽ diuinũ/hũana diuine/diuina hũa-
ne operantẽ:nihilqꝫ sine causa ⁊ rõne aut steri-
liter agentẽ. Et acta eius intellecta siue igno-
rata digna sunt adorari:⁊ eo magis quo nõ pos
sunt inuestigari. Sed incunctãter credamus q̃
in oĩbus agebat ⁊ intendebat salutẽ omniũ no-
strũ ꝑ exemplũ/documentũ/⁊ ꝑ affectũ:ꝑosten-
dens ꝑus debere hominem esse suiꝑsius q̃ al-
terius:⁊ ante ad seipsum q̃ ad aliũ fieri:⁊ ꝑ ora-
tionem ⁊ contemplationẽ querere quod debet
docere:quod ⁊ monstrat aptitudo deserti. Sed
q̃ nec visitauit quispiam hominum dominũ ie-
sum:hoc maximum testimonium erat:quia nõ-
dum notus erat:nondum discipulos fecerat:vi
sitassent enĩ eum atqꝫ requisissent. Sed pia ma-
ter eius cur sustinebat absentiam eius? Noue-
rat ipsa filij voluntatem ⁊ eius infallibilẽ actio-
nẽ:⁊ amodo subijcienda erat in regimine filio:
quem vsqꝫ modo more humano habuerat ipsa
subiectum:⁊ cognoscebat in eo eternum ꝓposi
tum voluntatis ꝓ saluatione humani generis/
quantũ ꝑmittebat sibi cognoscere quem porta
uit in ergastulo mortis ⁊ lactauit mamillis:et
nunc morabatur in deserto cum bestijs/carẽs
potibus atqꝫ cibis. Sed beatus qui te fideliter
in charitate visitasset:⁊ attulisset de nature bo-
nis que tu deus factus homo creasti:⁊ tua fruis
set allocutione potitus. Uerũtamen nemo attu
lit sibi cibum/nec aliũde venire fecit. Jeiuna
uit enim quadraginta diebus et no
ctibus:postea esuriuit. Jeiuniũ christi
pena est sui corpis:sed totius hũani generis ẽ
refectio:⁊ sibi est ad suppliciũ:nobis ad benefi
ciũ. Jeiuniũ christi suũ est ⁊ nostrũ:suũ ꝑ actua-
lem penã corpis:nostrũ ꝑ exemplũ:nostrũ ꝑ do
ctrinam:nostrũ ꝑ dietaꝫ que fiebat in capite ꝑ
liberatione mẽbroꝝ:Christus est caput nostrũ:
nosqꝫ mẽbra eius. Si aũt ꝑ exemplũ nostrũ est
ieiuniũ:almifico ꝓrogato exemplo ꝓtinus ieiu
nemus. Et cũ multa viderim atqꝫ legerim de ie
iunio diffinita:sermo angustabitur parũ quid de
ipso edicere volẽs. Jeiuniũ est ꝟginitas instru
mentorũ vocis:vt purior emittatur oratio:⁊ mun-
dior sit psalmodia ⁊ sermo aliquid postulãs an
te deũ. Jeiuniũ est vẽtris tenuitas:quo attenua
to adest in orando aut legendo libertas. Jeiu-
nium est euigilatio ⁊ solertia sensuũ:est ⁊ libe-
ratio q̃dã a fantasmatibus malis. Jeiuniũ ap-
plicauit mẽti q̃sita:⁊ serenauit supra mentẽ diui
na meditari volentẽ:⁊ subiecit membra corpis
rationi:cuius veritas ⁊ acceptio in rõne funda
tur. Nã ieiuniũ sociatũ vitio cruciat ⁊ ficticiat
nõ meretur:suppliciũ habet certũ/ꝑmiũ nullum.
Uirtus ⁊ vitiũ semꝑ habẽt diuortiũ. Jmpius ie
iunãs aĩaꝫ torquet ⁊ corpus:auarus ieiunãs fa
cit similiter:iracũdus vero copulatur eisdẽ. Hypocri-
taliter abstinẽs cibis ⁊ diuinis mũeribus pari-
ter se ꝑuauit:⁊ fit oĩno duplici cõtritione cõtri-
tus:vt in anima ledatur ⁊ corpe. Jeiuniũ corpis
nõ est virtus:sed actus est ꝟtutis. Quid corpe
agitur/nõ est virtus:sꝫ actus ab ipsa ꝓcedẽs. Uir
tus enĩ generãs temꝑantia est:sed hoc est fieri
etiam in moribus paganorũ. Jn christianis ve
ro etiã ieiunium corpis non est virtus mentis:
sed virtutis actus ꝑ corpus mõstratus. Uirtus
ieiunij nõ in corpe:sed in aĩa vere ꝑsistit. Erit
igitur ieiuniuꝫ de christianis actus charitatis q̃
fertur in deũ. Nã hõ ex charitate diligit deũ:q̃ si
vltra ꝓgreditur/plus diligit q̃ seipm:multo magis

facta ꝓpter seipsum despiciet: ꝑinde despiciet escas ꝓpter deum/ vt non videat ad eas affici ꝓpter deū excepto sustentamēto nature: quod omnibus inculpate cōcedit qui creator est omnium. Igitur ieiunium probatio est amoris ad deum in abstinentia delectabilium ciborū propter deum: quia nec a cibis abstinendum est velut a re dānata in natura: quia nulla natura mala: nec a re damnatā per culpam: quia quod virtutem non recipit/ nec vitiuz potest admittere.
Timo.4 Et aplus dicit/ ꝙ nihil ꝓhibitū est quod cum gratiarūactione percipitur. Sed abstinētia fiet a bono creato ꝓpter bonū increatum: cū diuinum cognoscitur placitū. Igitur ieiuniū quedā ꝓbatio est potioris amoris in deū/ minoris ad escas: ⁊ ipsuz est signū negati amoris ad corpus ꝓpriū ꝓpter christum: ⁊ cōpassio tanta diffederata cum corpe christum acquisiuit in federe. Nisi vero tanta corpis amicitia ⁊ compassio dissoluant: ⁊ inuisibilibus cōpassionibus ⁊ diuinis muneribus priuabitur anima/ et forte celestibus cum a corpe dissoluetur. Nec ꝑ hoc agatur aut tale fiat ieiunium/ vt infirmitas aut debilitas in corpe subsequatur: maxime in diuino seruitio inexceptuate mancipatis. Nō em̄ deus fecit hominē debilē/ sed fortē: et qualē fecit talē voluit ꝑmanere: vt fortis esset in animo virilis in corpe ad operandū diuina mandata. Christianū ergo ieiunium semꝑ tenebit modū ne ieiunans deficiat ⁊ ne comedens effluat. Ieiunans cum ledit/ multipliciter ꝓbet seipsum: nec ꝑmis debilitatibus cedet ⁊ secundis ⁊ tercijs. Habent em̄ demones plerūq; debilitare abstinētes: vt pusillanimes fiāt: ⁊ nutriāt plus debito corpa/ que nouerūt ex ieiunio infirmari: ⁊ fiet colluuio ⁊ illusio ex sumptione ciborum. Plerūq; vero ieiunantes patient in nocte aut somnis plurimas turpitudines: ⁊ ascribentur debilitati nature/ vt fiat recidiuū ad escam. Cuz vero diuersa diuersimode corpoꝝ experiētia facta fuerit: serenius iudicabit de seipso qui patitur: aut aliū discretiorē inquiret. Nō omniū ieiunia sunt equalia nec eiusdē meriti apud deū: nec in ieiunio pensatur abstinentia/ sed passio ieiunantis. Et diuersitatē possident hūana corpora: sicut diuersitatē habent ligna/ lapides et metalla: quoꝝ aliqua molliora/ aliq̄ vero sunt materie durioris. Ieiunās sepe lapideus in oratione/ post cibū vero lachrymas videt effundere: quod aut deceptio est maligni aut passio colligata. Ieiuniū existit multis ꝑparatio gule: cū effusus in escā effundit cū resoluit. Iracūdus videbit quis anteq̄ edat: post alitū corpis sedabit ire ꝓcella: sed certe ꝙ hic nō accepit mētis dominiū ex virtute. Bonum est ieiunium a delicatis: bonū ab accuratis: bonū a ꝑciosis: sed melius a sumptuosis ⁊ delectabilibus ⁊ ab inflāmātibus corpus. Ieiunauit quis ab hmōi: sed vilioribus cibis ex multitudine oppressit anime sensum. Multi studuerūt vincere ꝑ ieiuniū passiones gule: sed ꝓpter indiscretionē ꝑdiderūt orationis fauū: magis vero fructū. Expedit oīno vt agon a maioribus ⁊ ꝓ maioribus virtutibus dirigat: ⁊ ex altioribus captemus ꝑmia q̄ optamus. Quia vex est ieiuniū non esse virtutē/ sed actū ipsius: magna discretiōe nēpe opus est: ne sensibilis virtutis actus inuisibilē virtutē mentis impediat. Si dieta expedit corpi humano in infirmitate fatiscenti/ vt a noxijs caueat: multomagis ⁊ anime cum opprimit a varietate ciboꝝ. Nam melius ⁊ tutius esset agoniste fideli qui gule libellū repudij dedit/ aliquo cibo q̄uis delicato refici/ ꝙ rustico satiari obnubilante animū: aut talē molestiā iuferēte/ vt medicis expediret intēdere: aut ab oratione seu cōtemplatione cessare. Aurum cōmutauit in plūbum qui virtutez molestauit in aliquo propter actū: sed ꝑmo seipsum in certo examine ponat/ si molestia fit a cibo aut a maligno. Cōsueuerūt em̄ maligni multā molestiam immittere post cibū: vt cibi duricia seu indigestibilis materia nō ipse accusetur. Duruz ꝑfecto erit cognoscere an a cibo an a demonio fiat: veruntn̄ dabit deus suis paruulis ⁊ fidelibus intellectū/ aut ꝑ aliuz aut ꝑ seipsiz. Ubi agoniste fideles hypocrisim ⁊ simulationē ⁊ cōplacentiā ⁊ omē figmētuz ficticiū incitauerūt in animo: q̄uis tentent iteruz ab eisdem: certum fiat ꝙ in oībus aut a domino aut ab aliquo directore ſm deum ⁊ dei timorem dabitur claritas in agendis: ⁊ serenabuntur mentes que in omni fide se domino subdiderunt: ⁊ obtulerunt inrepetite omnē mentis ⁊ corpis consistentiā saluatori. Si mensura ciborum pensabitur in ieiunio/ sequetur confusio si corpoꝝ valitudo ⁊ dispositio/ erit directio. Naz quis ex modico cibo statim reficit: ⁊ fastiditus est stomachus: nec gracilatur ⁊ corpus. Alius vero multā sumit cibi quantitatē: nec reficitur: nec stomachus nauseat/ sed amplius appetit et corpus arescit. Igit in ieiunio non quātitas cibi/ sed corpoꝝ est cōsyderanda conditio. Spiritus ⁊ caro ꝑ similitudinē sitularū aguntur: quarum si vna descendit/ altera sursum fertur: si altera sursum/ reliqua petit omnino deorsuz: ⁊ mirum ꝙ corpale depssum spirituale faciat sursuz ferri. Tenuitas corpis ex ieiunio decēter assumpta tenuē sensum causauit in anima. Pondus sup pondus impositū onerifero animali/ sepe illud incuruauit ad terraz: ⁊ sarcina sup sarcinas animalia robusta confregit. Corpus nostrum pondus est anime horrende ponderans sup illam. Sapiētia dicit: Corpus quod corrūpitur Sap.9. aggrauat animā. Escarū autē appositio iterum aggrauauit: vt sub escis et corpe sepe aīa in sua virtute frangatur. Ieiuniū vero non apposuit onera/ sed exonerauit imposita: nā aut extenuauit corpus/ aut non ꝑmisit pinguescere. Induxerūt sepe somnum epule atq; ieiunium: sed ab illo tardius ⁊ grauius/ ab isto citius ⁊ leuius euigiletur. Cura corpis ꝓpter deum relicta/ in curam anime inflexit autorē: et corpus sustētauit sepe aliter q̄ ꝑ cibuz. Alia enim est cura nature/

alia voluptatis: illa permittitur etiā quibuscū
ꝙ abstinentibus: quia natura modicis conten
tatur / nec accuratis intendit: illa dissuadetur:
quia recedit attentius a prima rerū natura / ꝑm
quam originalis mundus vixit: nec delitijs pre
stauit studium neqꝫ curam. Ieiunium quotidi-
anum ꝓportionatum complexioni laudatur a
sanctis: violentum vero ⁊ interpositū sepe dā-
natur. Sempꝫ dandum est in quolibet homine
quod appetit complexio naturalis / non quod
appetit voluntas carnis. Sed cum esurit atqꝫ
sititur / et corp⁹ incipit agitari: difficile discer
netur an naturalis seu voluptatiuus sit appe-
titus. Non enī est ieiunium institutum contra
naturam conditam / sed ad refrenanduꝫ corru-
ptam: ⁊ ne multitudo escaruꝫ inualescat supra
debitum ordinem: quia dum querimus reficere
ventrem / sepe inficimus mentem. Igitur absti
nentia stabit quousqꝫ tolerari potest sine detri
mento nature atqꝫ impedimento exercitationū
sanctaꝝ visibilium ⁊ inuisibilium: ad quas om
nis verus agonista debito diuino ligatur. Est
ieiunium a multitudine ciborū: non autē a nu-
merositate comedendi: ⁊ bonum est: est ieiuniū
a numero horarū siue dierum / sed non a copia
rerum: ⁊ etiam bonum est: sed si vtrūqꝫ pagitur
incorrupta manente natura / beatificant agen-
Gen.3. tem. Stetit ieiunus in paradiso adaꝫ: comedēs
vero passus est exiliū: non ꝙ rem malam come
derit / sed quia ꝑter obedientiam comedit. Ie-
iunauit ⁊ a carnibus originalis mūdus: nihilo
minus ꝓpter luxuriam est deletus: igiť non va
Exo.12. lēt ieiunia criminosis. Farinā tantūmodo ab-
stulerūt ab egyptijs israelis filij: carnē ⁊ vinū ⁊
si qua lacticinia non legūtur abstulisse. Ibant
Exo.17 enī in desertum. Ad ipsorū situm soluꝫ est aqua
Nume.20. de petra educta: ⁊ ad duodecim fontes aquarū
Exo.15. non vegetes vini peruenerunt in helym: vt re-
Ibidem ficereť qui sitim patiebātur. Inuenerunt semel
aquas amaras: ⁊ dulcorate sunt ligno. Si ama
ra est potio aque: ligno crucis dulcificať. Non
est ieiuniū absqꝫ ratione. Quotquot vero ieiu-
nauerūt / aut supposuerūt causas / aut acceperūt
aut posuerūt finē: nō enī agendū hoc opus est si
Iudicū.20. ne ꝑeunte aut sequēte causa laudabili. Ieiuna-
uerunt filij israel in vno die quo receperunt a
beniamitis conflictū vsqꝫ ad vesperā: primo ꝓ
dolore ꝯflictus q̄ acciderat: ⁊ ꝓ multitudine in
terfectoꝝ: ⁊ qꝛ credebāt iuste agere / volentes
vindicare tantū scelus: vt ex multitudine ꝯcū
bētiū mulier moreret. Mirabanť ꝙ tā felices
habebāt hostes: qui debebāt iusta vltione pu-
niri: quasi ꝑ ieiuniū a dn̄o expectarēt decretū
quid in hac causa foret agendū. Ieiuna et tu si
cōflictū sustines ab inuisibili hoste: nā nō for
titudine corporis / sed debilitate vinciť. Ieiuna q̄
si penitentiā agens / ⁊ dolēs de virtutib⁹ interfe
ctis in aīa inuisibiliter: ⁊ visibiliter aptis mori
bus desolatis ī numero magno / nō puo. Ieiu-
na: ⁊ a malicia purga teipsū. Ieiuna vt virtute
christifera hostes deuincas: quos corporū fe-

rocitate / atqꝫ armorū industria nō vales deuin
cere. Filij israel cū arguerenť a samuele / ꝙ ado 1.Reg.
rauerāt deos alienos / baalim ⁊ astaroth: ⁊ vel
let eos ꝯgregare in masphath / ad docēdū eos
dn̄i bona: pactū facientes cū dn̄o de nō adorā
do idola: ⁊ ꝯfessi sunt se peccatores: ⁊ ieiunaue-
uerūt ob penitentiā: aut ꝑ amorē subiectū inde
bite ad creaturas / ⁊ ꝓ suscipiēda doctrina. Sē
sus epulis nō opꝑssus facile suscipit documē-
ta virtutū. Et viri iabes ieiunauerunt septē die
bus ꝓ sepultura saul. Et ꝓ mortuis ī fide chri-
stiana portāda est corporis pena: vt eorū aīe a pe
na releuenť in charitate christi / cōmunicatiōe
facta dolorū. Siľr Dauid et qui cū eo erāt / ie- 2.R
iunauerunt vsqꝫ ad vesperā sup mortē Saulis
cū audirent cōmunicantes secū in penis: quia
credebant in fide / in alia vita passurū: vt certū
in fide teneamus / animas glorificādas releua
ri a penis / ꝓpter penas viuorū ꝓ ipsis in cha-
ritate toleratas. Nec obstat ꝙ saul fuerit repro
batus: qꝛ nō est viuoruꝫ ferre certa iudicia sup
absolutos acta: hoc solū nouit altissimus. Nō
enī debemus penitus officia charitatis ipēde-
re ꝓ his q̄ nobiscū equale sortiti sūt sacramen-
tū: nisi cū eius negatione decesserit. Et ꝓ filio 2.R
infirmo ieiunauit dauid / volēs eū a morte auer
tere: qui ꝓ peccato paterno morti ꝓphete iudi-
cio tradebať: quis nequiuerit. Proculdubio
ieiunia mūda magne sunt ꝑces ī cōspectu dn̄i
ad obtinendū quod petiť: vt si nō ad placituꝫ /
saltē ad vtile q̄ petit / exaudiať. Achab rex isra- 3.R
el cū argueret ab Helia ꝓpheta de scelere pa- Para.
cto in naboth iesraelite: ⁊ sanguis ei⁹ lābēdus
esset a canib⁹ in eodē loco / vbi naboth fuerat
lapidatus: statim scidit vestimēta sua: ⁊ operu-
it cilitio carnē: ⁊ ieiunauit: ⁊ dormiuit ī sacco: ⁊
ambulauit demisso capite: a quo ꝓpter humili-
tatē suā trāslatū est peccatū suū / ⁊ in filio reser-
uatū ad puniendū: vt ieiuniū numeretur inter
opa / ex q̄bus vindicta dei differť / aut ex toto au
ferť. Neemias audiēs destructionē et captiui- 2.
tatē hierusalē / ieiunauit ⁊ orauit. Ieiuniū meri
toriū et acceptū orationi sociauit: insinuans ad
inclinandū diuinā maiestatē precibus nostris /
animā in oratione contritā fieri oportere. Cor- Mar
pus vero afflig ieiunijs declarauit Iudith vi-
dua: que erat elegātis pulchritudinis: ⁊ ieiuna-
bat omnibus dieb⁹ vite sue / ꝑter sabbata ⁊ neo-
menias / ⁊ festa domus israel. Ista vero preter
mittebat: nō ꝓpter gulā ⁊ relaxationē: sed pro- 2.Esdr
pter familiā / cui se cōmunicabat in cōsolatiōe
atqꝫ participatione sui tempore festiuitatū: ac
etiā rōne cognatorū ⁊ coniūctorū: si ad eā visi
tandi gratia in tali tēpore accessissent: in alijs
vero tēporibus ieiunij non relaxabat censurā:
vt domaret iuuentutē: refrenaret pulchritudi-
nē: honoraret ieiunio castitatē. Est etenī ieiu-
niū castigatio iuuētutis / pallor pulchritudinis
⁊ castitatis honor atqꝫ fomētū. Hester ꝑmoni-
ta oppido vt ingrederet ad regē Assuerū / vita
suaꝫ timuit: nec propter firmatū decretum au-

sa erat ad eū ingredi ꝑ liberatiōe totius sue gē
tis: nisi ꝓmo oībus iudeis q̄ erāt in Susis/per
dies tres indixisset ieiuniū/ipsa similiter cū an-
cillis suis ieiunaturā ꝓmittēs: post que ingres-
sum ꝓsumpsit ad regē: ⁊ totius sue gētis libera-
tionē obtinuit/inimico iudeorū ad patibuluꝫ e
regione damnato. Triduum ieiunium certū est
ꝙ corpus attenuat/sensum euigilat. Triduum
magis ieiuniū appellaui quod in cultum trini-
tatis admittitur: ⁊ vbi cor/lingua ⁊ actus a no-
ciuis ⁊ ad rem non ꝑtinētibus abstinent. Ieiu
nium indixerat Hester liberandis: ⁊ ipsa libera
re cupiens ieiunabat: vt placaret deus: vt incli
naretur deus ad miseriam hominū ꝓpter affli-
ctionem corporū: ⁊ compateret his qui sibi nō
compatiebant. Omnipotētis benignitas con
sueuit compati sibi non compassiuis. Ubi ho-
minum compassio cessat/ad seipsos diuina sub
sequit: dumtaxat ꝙ ꝓpter deuꝫ incōpassio fiat.
Est eñ ieiuniū incompassio quedā corporum:
dum alimēta ꝑ tēpore subtrahunt: aut nō dan
tur q̄ a voragine gule appetunt. Nouerat He-
ster corda principū in manu domini: et ad que
vult illa inclinat: igitur volens inclinare in suā
petitionē principē temporalē ⁊ terrenū/ꝑus stu
duit ꝑ ieiunium inclinare celestem atq̄ eternuꝫ.
Porro in oībus tribulationibus a quibus ani
ma desyderat liberare/oportet dei auxilium in-
uocare: sed eū prius placare ieiuniorū muneri-
bus. Signū est ieiunium contriti spūs et hu-
miliati cordis: ad quod deus respicit: ⁊ ſm mul
tiplicationes dolorū in anima et corpe deus a
Para.20. nobis periculosas auertit erūnas. Iosaphat
vero rex iuda cum videret aduersum se multorꝫ
hostium ⁊ potentiū bella consurgere: timore ꝑ
territus/totum se contulit ad rogandū deum:
sed primo predicauit ieiunium vniuerso iuda.
Credebat per ieiunium placare deum/et peri-
cula inimicorꝫ effugere: magis vero spiritu co-
gnoscebat orationis ꝓambulū ⁊ ꝓnium esse ie-
iuniū. Nam ieiunium corpis dispositio est men
talis atq̄ vocalis orationis: qua rogatur atq̄
placat omnipotēs/necnon ⁊ impolluta lingua
laudatur. Labia vero crapulis dissoluta disp-
sam laudē ⁊ orationem domino decantauerūt.
Mat.7. Et quis quod i os itrat ſm sentētiā saluatoris
nō coinquinat animā: nihilominus multitudo
escarū atq̄ varietas et vini potentia opprimit
sensum: vt fumo vaporantiū ciborū magis cor
dis intētio fit onerata ꝙ ornata laus atq̄ ora-
1.Esdre.8 tio. Esdras cuꝫ esset in babylone/ obtenta licē
tia de redeundo in hierusalē: congregatis ꝓnci
palibus familiarum et familijs: accepta multi-
tudine auri et argenti ꝑ donarijs ad honorem
et decorē templi: anteq̄ caperet iter/seu repeda
re cepisset/ꝓmo indixit ieiuniū dicēs: Predica
ui ibi ieiuniū iuxta fluuiū hana: vt affligeremur
corā dño deo nostro: ⁊ peteremus ab eo viā re-
ctā nobis ⁊ filijs nostris ⁊ vniuerse substātie no
stre. Erubui eñ petere regis auxiliuꝫ ⁊ eqtes/q̄
defenderēt nos ab inimico in via: quia dixera-
mus regi: Manus dei est sup omnes q̄ querūt
eū in bonitate: ⁊ imperiū eius ⁊ fortitudo eius
⁊ furor sup oēs qui delinquūt illū: ieiunauimus
añt ⁊ rogauimus dominū nostrū ꝑ hoc: ⁊ eue-
nit nobis ꝓspere. Uide hominē humiliter al-
ta sapientem: qui magis confidebat in afflictio
ne carnis ꝙ in auxilio regis: magis in ieiunio ⁊
maceratione corporū ꝙ in apparatu militum.
Patenter igitur dicit qua ratione predicaue-
rat ieiunium: vt affligerentur coram domino ⁊
ꝓpter dominū: nouerat altissima fide afflictis
ꝓpter dominum ⁊ coram ipso/non ad gloriam
hominuꝫ/ eius auxiliū non deesse. Amat eñ di
uina bonitas sibi nō parētibus parcere: ⁊ diffi-
sis de humano auxilio suuꝫ impendere: idcirco
noluerunt a rege tutelam neq̄ subsidium confi
dentes solum in domino ꝓpter ieiunium. Un-
de ꝑ experientiam fidem facit verbis dicēs: Et
euenit nobis prospere magis ꝓpter ieiuniū ꝙ
si a rege habuissemus copiam milituꝫ: quia in
ieiunio nobis ꝓpicium fecimus omniū verum
⁊ summū deū: ꝓpter quē erubescendū satis est
in omni re auxilium mendicare humanū. Huc
cruciatum quare deus voluerit in hominibus
fieri humanus intuitus non videbit: nisi ꝑ fidē
supra seipsum animus noster fiat. Fecit omni-
potens deus omnia in ordine ad seipsum: vt a
quo creata sūt omnia/ad eū ordinata manerēt
sed ꝓpinque ꝓpinquissime /remote atq̄ remo
tissime: sed sub celesti ordine sermo noster intē
dit. Omnia que sub celo sunt/his differētijs di
stinguitur: ⁊ his ordinibus ordināt: donec in
creatorem ꝑ creaturam sibi maxime ꝓximā ve-
niatur. Habet hic mūdus entia multa: quibus
solum id quod sunt/et omni alio addito carent:
quorū aliqua sunt ad vsum humanorꝫ corporuꝫ
⁊ bestiarū: similiter ⁊ dissimiliter in sustentatio
ne anime cū corpe: imo corpus cū anima rōna
li aut vegetabili: ⁊ ista nullo modo ad seipsa/sꝫ
ad aliud sunt ordinata. Que tñ veniūt in vsum
corporū ⁊ que nō veniūt/ad consyderationē de
bent fieri animorꝫ: ⁊ in oībus laudet magnificē
tia creatoris. Sensibilia irrationabilia similit
mūdus habet/que solū entibus ꝓponunt: quo-
rum aliqua veniūt in vsum humanorū corporū
⁊ ipsorꝫ similiter ⁊ dissimiliter: ista vero talia ex
periētia plus ꝙ eloquētia docet. Et sunt multo
plura que in vsum corporꝫ nulla ratione deue-
niunt: imo plura que corpa humana interimūt:
sed in consyderatione animarꝫ nostrarum fiunt
vt etiā in his laudetur potentia creatoris: que
oīa facta ⁊ ordiata sūt in vsū vtriusq̄ hoīs: nec
ordinata sunt immediate neq̄ ꝓpinque ad deū:
sed remote atq̄ remotissime in ordine dignita
tis ⁊ ꝑticipationis diuine. Corpus vero huma
nū ad animā ordinat ⁊ ipso aīa in suis sensibus
vtit: sed corpus anima non vtit: nec ad corpus
tanq̄ ad suum equale aut inferius anima ordi-
nat: que corpibus omnibus supfert nobilitate
seu dignitate nature. Anima igit solū ⁊ imedia
te atq̄ ꝓpinquissime ad deū ordinat. Proinde

habes ꝙ oīa inferiora nō solum situ corꝑis aut
in virtute ꝯsyderatiōis vt laudeꝛ bonitas crea
toris:anima vero dūtaxat ordinaꝛ ad deum:vt
dū est in via/ipsum contēpleꝛ/amet:ꝛ rōne/intel
lectu/memoria/volūtate atq; moribus querat.
Quod vt melius ipsa ꝑficiat/noluit effundi per
escā:ꝛ in inqͥsitione diuersorū appetibilium/gu
stuq; delectabiliū:ne in his occupata ꝓfouēdo
delectabiliter corꝑe auertereꝛ a creatore. Ipsa
cibis non alitur:detrimētum aut incremētū nō
suscipit:valitudinē aut infirmitatē ex cibis non
recipit. Cibus anime veritas ꝛ amor. Corpus
vero corꝑalibus cibis crescit atq; decrescit/in-
ualescit ꝛ tabet:sed modicis nutriꝛ/gubernatur
atq; foueꝛ ad sui conseruationē ꝛ ad anime li-
bertatē:quā corp⁹ vltra modū vegetū atq; fotū
necesse sit vt impediat:ex quo anima sustinebit
a creatore auersionē:aut nō faciet sibi debitam
hesionē:ꝛ his qualificata contagijs indurabiꝛ
quasi lapis. Corpus vero tēperate nec exquisite
nutritū nō inferet molestiā anime/qua infra ip-
sum iacet inclusa:nec ipsa suis intēta curis va-
cabit steriliter in se ferēs causam qua creatori
ꝛ eius theorijs assistat. Fructus autē ieiunij ꝛ
huius cruciatus declarat/quāta ipsum oporte
at diligētia custodiri. Sāctos igiꝛ patres mēte
Exo.24. interrogemus ꝛ respondebūt nobis. Moyses
4.Reg.2. ieiunus accepit legē ꝛ diuinū alloquiuꝫ:helias
Dan. vltimo. raptus est in paradisum: Daniel conclusit ora
leonū:ꝛ ieiunus homo a ieiunis leonibus ho-
noraꝛ. Experiētia vero agonistarū verorū in au-
ribus intellectualibus magis clamat:declarās
ieiunij bonitatē:magis vero tutā opportunita-
tē. Adiungebaꝛ ieiunio mētalis ꝛ corꝑalis vigi
lia:ꝛ ad vtrūq; ieiuniū ꝑstat fomentuꝫ. Et ꝗuis
non legaꝛ explicite quid in deserto fecerit chri
stus:tñ credendū est ꝙ agebat vt homo diuin⁹
In hierusalē ascēdit iesus. In pacē fit totalis ascēsio ei⁹. Pax erat ⁊ ad hierusalē pacis visionē ascēdebat: hoc eīn ipē erat ad quod ascēdebat. Sed trahit nos post se: nos ꝙ curram⁹ in suaue olentes sctissimos mores ei⁹: ⁊ ascendam⁹ ad pacem. Sed q̄d pax? Quid ascensus eius? Quid ascensionis fruct⁹? Multiplex cū sit pax: nō ad oēm dirigend⁹ ascēsus. Aliqua eni est q̄ vtilius in discordiā verterek: videlicet aīe ad corp⁹/⁊ hoim iniquorꝫ q̄ ad mala patrāda pacis federa tenēt: ⁊ male concorditer sentiūt ꝯtra regulas veritatis: aut agentiū contra iusticiā iusti moris. Pax cū vitijs atqꝫ pctis iusti⁹ verterek in bellū. Pax vo ad quā est ordinand⁹ ascensus: prima est corpis ad aiam/non aīe ad corp⁹. Expedit oīno nō aiam corpori cōdescendere in federib⁹ iniuste pacis: sed corp⁹ cū aia in lege deifera cōcordare. Nō eni est pax si iust⁹ ꝯcordiā cū iniquo habeat: qꝛ eoipso iust⁹ iniqu⁹ efficik/si cū iniquo pacis federe colligatur. Proinde nō aia corpori ꝯdescendat in fetorib⁹ ⁊ aialitatib⁹ atqꝫ sensualitatib⁹ eius: sed corp⁹ a potestatiua virtute aīe subtrahak ⁊ dirigak rōnalib⁹ directionib⁹ ei⁹. Nō celebrak pax inter corp⁹ ⁊ aiam/velut inter equales ⁊ equaliter rōnem habētes: sed eo mō/quo inter sessorē ⁊ equū ꝯcordia equitandi pagik. Non sessor ab equo/sed equ⁹ a sessore dirigik/lorizatur atqꝫ calcarib⁹ purgek: ⁊ tunc agik pax cū dirigenti manu se cōmodat et lorizanti se donat/in dexterā vel in sinistrā: etsi expedit/faciē reconuertit ad tergū: ⁊ repetit sepe iter p quod semel incesserat: non deuitat montiū ⁊ colliū altitudinē planiciē neqꝫ valles: cenū ingredik atqꝫ trāsuadabile flumē: neqꝫ pauefact⁹ retardat incessuꝫ: calcarib⁹ vrgētib⁹ non resistit: ⁊ se totū colligit ad imperiū insidētis. Sic cū corp⁹ dirigi se pmittit ab aia/lorizari atqꝫ vagari p oēm similitudinē qua equ⁹ a sessore deducik. Erit igik pax corpis atqꝫ aīe ordinata subiectio corporis ad aiam ipm in rōne ducentē: ad quā pacē est ordinand⁹ ⁊ pficiend⁹ ascensus. Alia siq̄dez pax est ipsi⁹ cōsistentia spūalis/scꝫ intellectualis aīe: q̄ agik in agonistica vita ⁊ militia spūali/cū appetik quod aiam pficit: nec querik quod deijcit in defectū. Pax aīe rōnalis est impturbabilis volūtas ⁊ rō eorꝫ q̄ a cōditore agunk. Pax aīe purgatio affectus/ ⁊ intelligentia nō curiosa. Alia pax est ad pximū. Pax vo ad pximū est i actionib⁹ ⁊ passionib⁹ nulla querela. Pax ad deuz dū in isto mūdo tot picnlis militam⁹: est ex olbus pmpta ⁊ inexceptuata susceptio atqꝫ obedientia eorꝫ que in diuina lege mādank/vsqꝫ ad sanguinē penas quaslibet atqꝫ mortē. Ad hanc pacē oim in hac vita degentiū debet festinare intentio/⁊ pperare ascensus. Quotienscūqꝫ vero dñs noster iesus christ⁹ ascendebat hierusalē/ingrediebak in templū: naꝫ in pace solida est orōnis ⁊ postulatiōis ⁊ exauditiōis ⁊ ꝯtēplationis locus. Et vitatē doctrine magis ⁊ melius orādo ꝙ legendo intellexerūt hoies sancti dei. In hierusalē erat templū. In pace sunt oia diuina mysteria ⁊ reuelatiōes ⁊ cherubin scientiarū/et gloria et ppiciatio p pctis/et ablutiōes a sordib⁹. Ad pacē istā ascendam⁹/istāqꝫ sectemur: et de⁹ pacis erit oīno nobiscuꝫ. Montis oliuarꝫ ascensum etiā fecit diuin⁹ montan⁹: qui a montib⁹ eternis illuminat omnē animā illuminari dignā: vt semp ad ascensum aias puocaret: quas ad hoc creauit/vt nō remanerēt in imis: sed vt collocarenk in supiorib⁹ supernis.
Ad luminis fomentū p hunc ascensum nos saluator inuitat. Nō est oleū lumē/sed ipsi⁹ fomentū. Oleū discretio est: habet eni condire multa cibaria ⁊ dissuauia in suauitatem ꝯuertere. Discretio cōdimentū agende vite est atqꝫ morum expedientiū ad salutē. Oleuꝫ mitescere aspera plura facit. Loquendi suauitas multos duros fecit a feritate cessare: oleuꝫ nempe suauitatem lingue importat. Oleū oib⁹ liquorib⁹ supnatat ac etiā eis nisi artificiosis argumentis penitus nō miscek. Supinfusum supnatat. Si sup ipsum liquor alius infundak/oleū supnatat: sua eni natura nō patik alijs liquorib⁹ cōmisceri pma cōiunctiōe. Aīa vo sue nature altitudinē seruās ⁊ intellectualē leuitatē quā a deo in creatiōe accepit: cū terrenis aliquā cōmixtionē non sortik: dānoso argumento talib⁹ se imiscet. Oliua viriditatē in folijs seruat: ⁊ foliū verborꝫ tuorꝫ non cadat in vanū/neqꝫ defluat in pditionem. Oliua signū est victorie atqꝫ noue leticie. Innouātur in nobis quotidie demonū bella: ⁊ pugne victorꝫ iteri⁹ nō quiescunt. Exterius vo mūdus ⁊ hoies pstrepētes aduersus aiam inire certamina nō desistūt: ⁊ inter occultā luctā ⁊ pugnā aptam fere licet aīe respirare. Sed ad mōtem olineti p christū ascendentem inuitamur ascendere: vt p signa victorie victoriā de occultis hostibus faciam⁹: ⁊ de palā nobiscū cōgredientibus ad inferendū inuisibilia dāna signum/imo effectū victorie reportem⁹: nō ad corpa velut inimicis carnis dantes cōflictū: sed a malis suasionibus oīno inculpatā tutelā ad castra christifere militie reportātes. In signū pacis primo ram⁹ Gen.8.
olíue ab aue pacifica noe ferk reportatus ad vesperā: vt ostenderek ꝙ dei deseuiens ira quieuerat: qui omnē viuētem animā deleuerat sup terrā: his dūtaxat exceptis q̄ in arca noetica sūt reperte. Igik oliua signum noscitur pacis. Proinde festina cum christo in montem ascendere olineti: vt in virtutibus spiritualibus ex talib⁹

Oleum

Oliua

similitudinē sumptis vegas. Ascēdit animalia
iesus inter allegorica mores cudēs: vt sup oēm
animalitatē rōnis impio z loro regiminis ascē
damus. Ascendit crucē iesus voluntarie/nō in-
uitus: pficiens vituperio suo nostrū honorem
ignominia gloriā: pena beatitudinē: morte vi-
tam: in ordine vite agēde ad oīa humanitati cō
traria suos animans sectatores. Non creditur
a vulgarib⁹ qꝫ sit ascensus/sed descensus ad pe
nam: sed veritas christiana magnū credit ascē-
sum posse pro passo p nobis voluntarie pati:
Habet voluntarius ascensus ad puisam penā
mirabilē actionē: fit enim supra se seipso peni-
tus maior qui voluntarie affligit penis. Habet
pfecto asperꝝ sensum: quē nostra tenella natura
semp reputauit aduersum. Contrarijs penalib⁹
z afflictiuis naturā se tradere/victorē sue natu-
re se monstrat: z seipsum calcat seipso supior: z
vicit omino domesticū hostē: cum quo dormit
z pabulat: cū quo pergit z sistit: cum quo quie-
scit z loquit: qui portat atqꝫ portat: qui nisi per
mortē nullis diuidit z medijs: quem deuincere
maiorē qꝫ innumeros extra se vicisse dixi victo-
riā. Maioritatē insignē habet talis ascēsus: nō
transitiua/sed cōparatione reciproca: z tāto di
gniorē/quanto primo secum verus z christifer
agonista duellat: quo se primo deuicto nihil in
uincibile manet. Quid enim est quod non vin-
cat qui se volūtarie obijcit penis/si expedit: aut
libens expectat/si eum tortor inquirit? A nemi-
ne potest deuinci qui est a seipso virtuose deui-
ctus. Non vincit eum pena: quam libens am-
plectit. Non deijcit eum dolor: cui appetit sub
iacere. Non tortor cū necantib⁹ instrumentis:
qui secū cōcordat in votis: nā querit tortor per
cutere: ille desyderat tolerare. Si ille occidere/
ille anhelat exire. Si ille corp⁹ pimere: ille cor-
pus relinquere. Si tortor vult qꝫ amplius non
viuat in mundo: ille xpo semp optat libertatem
a mundo. Non terrent tyrannorꝫ terrore q̄ in-
ter animā z corpus gladiū inimicitie posuerūt.
Habet ascensus spontaneus factus ad crucez
promptitudinē exquisite virtutis. Promptitu-
do virtutis penit⁹ illa est/q̄ marcescere ocio ti- Promptitudo virtutis
met: que semp affectat habere cū inimico con-
gressum: quietē ignauiā dicit/z non probari tor
porē. Coronari renuit sine bello: viuere in deli-
cijs refugit: semper parata reddere. Nihil exce
ptuat in euentib⁹. Nouitatem euentuū estimat
quid antiquū: puiderat enim ante/seqꝫ paraue-
rat ad esse futurū. Animosior reddit post labo-
res: cū opportunitas certaminis adest/nō dicit
expecta. Nihil promptitudo virtutis imperatū
habet. Arma sibi non desunt. Semp habet vbi
quas appetit possit perpeti penas: aut vnde sol
uat quod cupit debitū mortis. Promptitudo
virtutis suppliciū deputat: si quod suū est/ non
fecit: etsi omnes nō posuit in experiētia vires.
Igit voluntarie christus ascendens in crucem
virtutis/promptitudinē pmonstrauit z anima-
uit ad ascensum veridicos sectatores. Ascensus
crucis omnē complectitur ignominiā: erat eni
tunc tēporis turpius supplicij genus: vt in seq- Mat
la christi quispiā factus in ignominijs non ex-
pauesceret malū pudoris: nec absterreret metu
horribilis cruciatus: cuz sic pcessisse inspiceret
caput omniū nostrū. Supra naturam est gra-
dus ascendisse penarum: z sensui nostro repu-
gnant/cū tam acriter cū ipso duellant: sed hoc
fecit z facit in sanctis gratia/non natura. Nec
enim p naturā superna captabimus: supra natu
ram ergo fieri expedit qui corde anxio inhiant
in superna. Non aūt est ad omne quod cruciat
ascendendū: multi enim absqꝫ merito feruntur
esse cruciatus. Habet enim diabolus mūdus
visibiles cruces suas: ad quas ascēsus/ad infer Cant
num descensus peragit: vt pena/nō gloria sub-
sequat ad penā. Quod cōtrariū in sctis christi-
feris agit: vt post penaz gloria subsequat. Crux
est cum aliquid appetit z nō habet: aut si habet
non ita pfecte vt querit. Ascendit anim⁹ stimu-
lo sancto punctus ad inuisibilē crucē: z desyde-
rabat virtutē legitime in anīo possidere: nec eni
poterat sicut volebat: z hoc cruciatus erat illi.
Volebat eni orationē inrecuruatā possidere: i-
tentatā ab imūdicijs castitatē: humilitatē ieuni Jo
sibilē z immotā patientiā habere querebat. Et
sicut ignis aut quodlibet elementū sm suas p-
prietates habet: sic querit animus habere vir-
tutes/z applicare ad opus/sicut applicant in-
strumenta fabrilia seu cataplasmata super vul
nus: sed nec iuxta votū subsequat effect⁹: z hoc
crux erat interioris homis. Meritū tamen ha-
bet desyderiū sanctū: etiā si non sequatur ex to
to quod queritur: dūmodo de negligentia no-
stra animus non causetur. Querit anima iuxta
diuinū pceptum/deū tota z tote diligere: proxi
mū aūt iuxta mensurā suā a dño pfinitā: sed ne-
quit implere oīno indefectibiliter quod precipi
tur: z cruciat cruciatus: nihilominus est tamen
virtuosus ascensus. Ascendere voluit itellect⁹
z intelligere: quod aūt querebat/aut ex toto aut
ex parte habebat velamē. In cruce configit in-
tellectus/si nō plene intelligat: asperi⁹ affigit
si omino nihil intelligat: sed nō demeritū/imo
meritūz habet/si ignorat vt credat. Actualiter
ad penas corporales ab alijs irrogandas ascē
dere si nō est meritus/ ad supbiam posset ascen
bi: eque aūt ad tentationē dei/ nisi a spū fuisset
pmonitus: sed hūc retardo ascensum/interiorē
asserens debere semp esse paratū. Ascēdamus
tamē crucē electiuā penarꝫ: vt vnusquisqꝫ prope
modū corā deo in eius aram se mactet. Ascēda-
mus crucē improperiorꝫ z subsannationū: z om
nē acerbitatē z derisionē z potionē amarā susti
neamus. Neqꝫ ascensus glorie celebrabit: nisi
prius ascensus hui⁹ crucis versatilis celebret.
Nō cōsyderemus materiā crucis: quā corpali-
ter z penaliter christ⁹ ascendit: lignea eni fuit:
nō figurā: tria solū brachia habuit/excepto tri-
umphali titulo supposito: qꝫuis hodie non sine
mysterio brachijs quatuor figuret: sz penā quā

ascendēs sustinuit. Nec sine causa pnunciaue-
Mat.16 rat ante saluator: Qui vult venire post me: ab-
neget semetipm̄ et tollat crucē et sequatur me. Pre
cessit q̄ nō abhorruit p nobis sustinere acerbis
simas penas: te vero ad hūc expectat ascēsū.
Si appetis imitari iesum ad suū penalē ascēsū
deinde ad celestē gloriā te vocantē/abnega te-
metipm̄: sc3 illā perimas volūtatem q̄ repudiat
sensibilib9 aspis: et q̄ pbari renuit affectatis. Ab
nega temetipm̄ in flumie diuini amoris: in gur-
gite humilitatis: tibimet dona libellū repudij.
Noli velle tu9 esse vel fieri: tua ptāte nō gaude-
as: accede p fidē cū humilitate ad crucē. Crux
palma est: fruct9 habet amenos: licet sit aspa ascē
Canti.7 sus. Inq̄t spōsa legitima: Ascendā ad palmā et
apphendā fruct9 eius. Iuxta truncū aut stipitē
assistēs nō accipiebat fructus/nisi ascendisset.
Nō marcescūt fructus eius in arbore: neqꝫ de-
cidūt. Nō agitant a vēto: neqꝫ cadūt. Semp in
cruce sunt fructus: ascendētes solūmō pcipiūt:
Ascendētes oportet denudari et nudos nudam
ascēdere crucē/ad nudū in ipa pendentē. Crux
aliter intellectualibus oculis apparebit. Crux
generalis est virtus: magis vero crux 9sūmatio
Jo.19 est virtutū. Et in ipa clamatū est: cōsūmatū est.
Ascēsus crucis disponet in corde humilitatis:
que appetit passionib9 fieri oīno 9sortē. In cor
de legitimi amoris disponatur ascensio crucis.
Profecto vsqꝫ ad mortē amatum sociat verus
amor: et cū 9sūmato indefesse oīa 9sūmante ap-
petit 9sūmari. Amor id habet abiectū quod hō
nō abiecit mēte atqꝫ corpe p amato. Vellet cō-
ri in cruciatibus verus amor: q̄uis in causa nō
possit. Ascēsus crucis ē erectio a terrenis. Ascē
sus crucis initiū/mediū/et pfectio paupertatis.
Nihil habet intellectualis crucis ascēsor: et nō
curat si diuidant inter hoīes bona mūdi et q̄ de
iure videnk sua: solū suū reputat opa facere aut
fecisse virtutis: etiā si sup sortē bona sua in ali-
os q̄sqꝫ pueniāt/nō sentit in aīo passiōes. So-
lū hec passio in aīo figitur quousqꝫ pficiatur diui
na voluntas: et tota virtutis iusticia cōpleatur.
Tūc em̄ ab hoīe fit cōpleta iusticia/cū nihil no
uit q̄d interius aut exterius addat p potentiam
neqꝫ p voluntatē. Plura em̄ pōt velle volūtas
q̄ hō possit efficere. Proinde nudū oportet fie
ri ascēsorē et impassibilē aīo ad pdita et ad illas
q̄s patitur passiōes/ac etiā ad penarū ministros.
Impassibilitꝫ pēdet in penis in aīo christus: ex-
cepto q̄ p nobis dolet: sed nō de penis in aīa
dolet. Amor suus isupabilis nō pmittebat aīa3
dolere de penis. Nos vero crucē impassibiliter
ascēdamus: vt ad oīa materialia nō sit aut ipas-
sibilis sit affectio. Qui ad ipassibilitatē puenit
reaccepit in aīo diuinā et claram imaginem atqꝫ
virtutē: nō corpis/sed aīe impassibilitatē pnun
cio. Alioq̄n si corpus istā in hoc mūdo sortiret
pmio martyrū pbaret/quod in eo 9siliat atqꝫ re
ponit: q2 natura passibilis sustinet asperū sensū
vt ex eo in plerisqꝫ martyrib9 a corpe aīa pate-
ret exiliū. Impassibilitas aīe sola est sub celo li

bertas. Impassibilitas aīe q̄dā ipsius intrans-
mutabilitas ē: vt in honore et ignominijs: in bn̄
dictiōibus et maledictionibus: in opprobrijs et
laudib9: in doloribus corpis atqꝫ sanitatib9: in di
lectionib9 et odijs et alijs irrogatis vicissitudini
bus obūbratione atqꝫ trāsmutationē neqꝫ vari
etatē ipa suscipiat p studiū grē/nō ptāte nature:
quod soli9 dei est. Studebit aīa in retardatis vi
ribus ad hāc virtutē ascēdere: vt etiā aduersus
ea q̄ a natura insurgūt passibiliter impassibilis
maneat. Et aduersus diabolū oportet in istā ar
borē ascēdere: aduersus quē occultā et indeficiē
tē luctam habemus. Christus nāqꝫ de tetris ex-
ercitibus triūphauit in semetipo: in effectū no-
stre redēptionis et imitationis exemplū: p ma-
nū affixā cruci/nō ad repcutiendū extensam: in
nullo motus in aīa. Impassibilitas aīe firmi-
ter noscit situata: si oīno ad vitia petētia ingre
di manet imobilis. Impassibilitas cōsumma-
tio est virtutū naturaliū atqꝫ p gratiā acquisita
rum: vt in nullo cedat vitijs vel aduersis: nec las
situdinem patitur in actione virtutum: nec ip-
sam expedit quiescere: quia libertatem sortitur:
sed omnem exercitare virtutem sm̄ inherentem
ipsarū pprietatem/et varietatem tempor et loco
rum et assistentium hominum atqꝫ rerum et in
surgentium motionum in anima/et immissio-
num factarū ab angelis aut a suprema virtute.
Per compationē ipsum ascendentē oportet in
spicere: vt sciamus q̄ntum nobis ad verum ascē
sum desit: et sine retardatiōe accedam9 ad quod
agendū pponitur nobis. Sic em̄ apostolus ad
Hebreos scribit: Deponētes omne pondus et Hebre.12
circumstans nos peccatum: p patientiam curra-
mus ad ppositum nobis certamen: aspiciētes
in autorem fidei et consummatorem iesum: qui
pposito sibi gaudio sustinuit crucem omni cō-
fusione contempta. Recogitate igit eum qui ta
lem sustibuit a peccatoribus contradictionem
vt nō fatigemini amicis vestris deficientes: nō
dum em̄ vsqꝫ ad sanguinem restitistis aduersus
peccatū repugnantes. Verbo multa cōplecten-
ti apostolus locutus est dicēs: Deponētes om-
ne pondus. Pondus est lex nō deponēda. Pō
dus timor nō deponendus. Pondus amor nō
deponēdus. Quid ē quod dicit/deponētes om-
ne pondus vt curramus ad certamen? Multa
sunt pōdera/s3 bona et mala: hoc vero ad id re-
fertur quod ad Corinthios scribit apl's: Om-
nis em̄ qui in agone contendit/ab omnibus se
abstinet. Si ab omnibus: ergo a contendēdo:
ergo ab eq̄tādo. Quomodo ab omnibus se ab-
stinet? scilicet que impedimentū pstant ad con-
tentionē que agitur in agone. Hic autem omne
pōdus monemur deponere: nō illud quo virtu-
ose anima ponderatur/sed quo aīa impedit pō-
dus deponendū est. Pondus cōtractū/scilicet
originale peccatū: quod nisi abluatur/demerget
ad infernū. Pōdus natura corrupta. Pōdus
est amor inficiens et infectus. Pondus ani- Sap.9
me est omne visibile et corruptibile: quia cor-

pus quod corrūpit/aggrauat aīam: et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantez. Sz nec deponendū corpus/nisi cū ꝑ ineuitabile mortis impiū a corꝑe aīa segregat: deponendū tñ pōdus est accurate sollicitudinis. Oēs aīe vocant ad sabbatū virtutis: vt ad sabbatuz eterne beatitudinis ꝑueniāt. Sabbatizātes ꝓhibent portare depꝛimētia pōdera ⁊ onera: que

Hier.17 aīaz a diuinis impediūt. Hieremias dicit: Si aūt nō audieritis me vt sāctificetis diē sabbati ⁊ ne portetis onus: ⁊ ne inferatis ꝑ portas hierusalē in die sabbati: succendā ignem in portis eius: ⁊ deuorabit portas hierl̄m: ⁊ nō extinguet. Pctm̄ vero circumstans oportet deponere: vt curramus ad certamē quod nobis a sctōꝝ agonū positore christo iesu in cruce nobis ꝓponit: vt inspiciamus fidē quā nobis ꝑ crucē fecit. Ex fide nāq3 christifere crucis pena maloꝝ ꝯuersa est in arma virtutū: ⁊ quod est iniqui suppliciū in veri agoniste meritū est cōuersum. Et quod fuit pena primi hoīs delinquētis/triūphus efficit certatoris ꝓ christo homīs subsequētis. Et mors suā seruādo vocabulo ⁊ actiōe maliciam pie tolerata gloriā acq̄rit eternā. Et si q̄d sensui delicato noscit horridū: si ꝓ christo pendatur/nāciscit ꝓmiū. Assumpte ꝑ voluntatē afflictiones in corꝑe atq3 irrogate ab improbis/cōsecrant ad gloriā ꝑ fidei meritū sancte crucis. Etiā ip̄a mors q̄ tāto studio ab hui⁹ vite dilectoribus deuitat/ꝓ christo suscepta consecrat ad ꝓmiū: q̄uis cū tāto dolore hominū adimat sensum. Fecit em̄ nobis hanc in cruce fidē ille iesus: qui ꝓ nobis sustinuit mortē. Nec ista sensibus ꝑcipienda seu cōꝓhendēda rōnibus subiacent/nisi huius fidei auctorē potius vero auctaz ab ipso fidem aspiciamus. Ipsa em̄ fides hoc gratie priuilegiū a christo suscepit: vt oīa mala penalia dum viuit/transferre possit in arma virtutis. Et si qua humane vite ꝓpter asperū sensum/aut ꝑ priuationē delectatiōis nōscūtur aduersa: pōtes ⁊ vie fiāt ad eternā vitā ꝓ fidei auctore suscepta. Appropinquemus in altitudinem nostre mentis ad crucē: et aspiciamus ꝯsūmatorē iesum. In illa facta est ꝯsumptio ꝑfecta nostre redemptionis/in nullo sortita defectū. Sanguis em̄ diuinus in illa effusus est: ⁊ solutum est debitum quo tenebamur obnoxij. Nec consummationē fecit illa virtutū: sz velut signum siue sigillū instrumento atq3 chirographo vite sue atq3 doctrine in cōsummatā ꝑfectionem apposuit: ⁊ ꝑ signū monstrate sunt in illa in animo habite atq3 dilecte virtutes ⁊ excessus amoris ad creaturā de horrendis ꝑiculis eruēdam. Omnis hominū natio in crucis est ꝯsummata mysterio. Ad spem sup̄ne vite cōmota est qm̄ ꝓpter eternā vitā temꝑalibus ꝯcedendam temꝑalē mortē tolerauit etern⁹. Proinde spes omniū nostrū de altissimis est defixa radicib⁹: ostensa est ꝑ mortē charitas. Ad ip̄az vero ascēdere volentes inuitamur ad crucē: pēdet em̄ ibi repēsionē ab oībus q̄rēs. Oīs humilitas depicta est in tabula sctē crucis: nulla deest in cruce imago virtutis: imo nulla deest v̄tutū ꝓprietas v̄tutūq3 ꝑfectio. Etem̄ ibi iexceptuata paupertas reꝝ/amicoꝝ ⁊ hūane potētie: inexceptuata patiētia. Nulla q̄rela ibi audit: nisi oratiōes ad patrē/⁊ bn̄dictiōes ꝓ maledictiōibus. Inexceptuata maloꝝ ⁊ ignominiaꝝ susceptio: inexceptuata expositio corꝑis ⁊ aīe ad opprobria: Inexceptuata abstinētia ⁊ afflictio gustus: inexceptuata castigatio corꝑis: inexceptuata castitas: inexceptuata vilitas atq3 deiectio. Vere ꝯsummator bonoꝝ iesus oēz virtutē ꝯsūmauit. Ascēdamus ad istas passiones/videlicet cōsūmatas a christo v̄tutes: nec ascendēdo vnq̄ nobis deerit ascēsus: semꝑ suꝑerit quo ascendamus fide. Ascendam⁹ amore: ⁊ imitari velim⁹ in passionibus/in ostensis exēplo virtutib⁹ eū a quo petimus coronari. Volens attingere palmiferꝝ culmen/istā arborē ascendere nō deuitet. Aspicientib⁹ hec claret ip̄assibilitas. Ip̄a em̄ est inexceptuata virtus ⁊ inexceptuata dispositio: ad omne applicabile aīo ⁊ corꝑe ꝑ virtutem. Ip̄a est q̄ nihil determinatū aut ꝓpositū habet ab bene agere atq3 ꝓ iusticia pati: intēdit em̄ bonis: gaudet ꝓ iusticia ⁊ passionib⁹ oībus. In aula ip̄assibilitatis nihil est triste: v̄tutes letificātes nō desunt: nec ingrediunt ꝯturbantia mala. Inexceptuate se ꝓtegit a magnis atq3 a vitijs puis et vsq3 ad sanguinē/imo vsq3 ad mortē includendā: repugnās aduersus vitia resistentiā facit: et nō patit ex ꝓbitate certādi q̄ sibi ascribat ignauia. Querit ista ꝓbissima virtus semꝑ in agonibus esse. Agonizare vero q̄etem suā dicit et pacem. Vt vero triūphādo possit inire certamen q̄rit sepe ducem cui se inexceptuate supponit in directionib⁹ eius: suspensa semꝑ ad tubā excitationis eius/ip̄assibiliter suscipit onus belli. Ipsa nempe nunq̄ adueniet: nisi recesserit ab hoīe suus hostis. Impassibilis hostis ei⁹ est ꝑprius amor ꝯfederatus corꝑi ꝑ amorem. Etiā hāc vmbrosam ꝑpaꝝ diligens vitā: aut tenuit appetens viuere in cordibus alioruz/nunq̄ ad istā virtutem ꝑueniet. Discōpassionat⁹ ad corpus corꝑis ꝑicula nō timebit: exponit em̄ eum velut syluestrē bestiā ad affligentia mala. Non dicitur aliq̄d ꝑdere q̄ nō dolet de ꝑditis: nec dicendus est pati ꝑiculū qui ꝓmpto animo incidit in illud. Abhorrens vitā nō patietur a morte. Cui em̄ inimica est vita seu in amore ipsa non est/mors est amica. Nemo enim se dicit pati ab amico/si sibi seruit in placitis. Cupiebat dissolui apl's ⁊ esse cū christo. Dissoluens ergo mors sibi erat amica: q2 sibi seruiebat in placito. Fertur quidā magnus agonista tyranno minanti ⁊ volenti eū ista vita priuare/ tale dedisse respōsum: Tu solus ad mea vota concordas: et gratias tibi ago innumeras: quia me ab iniquis dominis absolutum restitues iustissimo regi regum. Qui non afficitur ad hanc vitam/impossibile dico affici ad aliquid vitiose quo vita ista fulcitur. Proinde nō patiet si aliq̄d adimatur.

Qui vbo in cordib⁹ alioꝝ residere nō appetit: nō
patiet̃ ex nota porrecta: neq; curabit cōspicuū
in aliquo fieri: nec ꝑuatus amicis ꝑ decisionē ⁊
mortē/passionē in aīo patiet̃ ⁊ vbo in aliquo cō
tra deū. Impassibilitas nō est ex carētia sensus
vt ē in illis reb⁹ q̄ oī vita ⁊ sensu ꝑuant̃. Nec est
in temerarijs q̄ ex ipa temeritate ꝑsumūt. Nec
illā tētamus in via quā in sup̄na patria sup̄ni ꝑ
beatitudinē possidebūt cines: sȝ illā q̄ nascitur
aut gignit̃ de ꝑdominātē rōne. Predominans
ratio q̄ rōnabilit̃ iubet oīa fieri/sepe non patit̃
aut afficit̃ vitiose: aut ꝑuenit de lōginquo virtu
tū studio multis gemitib⁹ ⁊ intimis desiderijs
⁊ orōnib⁹ habito ꝑ diuinā grāȝ irrogatā. Nūq̄
impassibilitas a natura soluȝ habet insurgere:
donū eñ est celitus in hoīe. Qui habet diffusā
grāȝ a deo in aīa ⁊ potētijs eius/ꝓponit sibi ali
quid eternū impassibilitatē q̄rens: quo auctus
postponit trāsitoriū cruciatum: ꝓponit celeste
vt postponat terrenū: ꝓponit diuinū vt postpo
nat hūanū. Sustinet quod infert̃: ꝯtēnit si ꝯtē-
nit̃ atq; deijcit̃/q̄ gaudiū ineffabile anteposuit
Vilis est oīs pena vbi pura ⁊ libera cōscientia
gaudet. Cōtemnit̃ oīs cōfusio/vbi menti ꝓpo-
nit̃ gaudiū virtutis ⁊ veritas eternitatis. Re-
cogitemus eū qui cōsummationē fecit bonorū
omniū ꝑ crucē: quā ascēdamus in allelulationeȝ
fatigationū aduenientiū: ⁊ oīno nō deficiemus.
Impassibilitatē animi ostendit abraā/⁊ omni-
modā carentiā vitiose affectionis: cū ꝓmptitu
dinē ostēdit sine animi passione ad filiū immo-
landū audito diuino impio: cui nec verbo nec
aīo reluctauit. Qui carere absq; dolore pōt his
que cōiter ⁊ naturaliter diligunt̃: ad impassibi-
litatē crucis cepit ascēsum. Qui vero ꝑ legiti-
ma ⁊ insolubilia federa noue sapīe in vxoreȝ su-
scepte sup̄ materna morte ꝯsolat̃/scȝ sup̄ ꝑuati-
one a deo facta seu ꝑmissa eoꝝ q̄ a natura insur
gūt/solū nouis ⁊ intellectualibus amplexib⁹ de
lectatus: altiorē ascendit gradū: quod isaac legi
tur fecisse/cū rebecce amplexibus fuisset astri-
ctus. Interꝑtat̃ eñ multa patientia: aut q̄ mul
tum accepit. Multa patientia solū ibi est vbi ve
ra impassibilitas ē: ⁊ vbi multa patiētia regnat
multā sapiaȝ adesse nullatenus ambigatur. Et
multa recipit q̄ multa summo ⁊ indefectibili lar
gitori dedit. Multa deo reddit impassibilita-
tis virtus: q̄ nondū multa/sȝ pluriora suscipit
a deo/⁊ sepe sensum excedētia: vsq; quo ꝯsūma-
tio amoris iesu impensi atq; repensi fecit in via
vltimā impassibilitatē: ⁊ nullā nisi patrialeȝ ex-
pectat. Est eñ ipa ꝓpter impassibilē nō inuite
sȝ volūtarie patientē virtus in aīa/⁊ actio in cor
pore cōsummata. Beatitudo est ⁊ gloria subce
lestis in agonistis agonizātibus ꝓpter christū.
Et gloriose degit in valle miserie. Ipa est felici
tas interioris paradisi/eandē rehabens imagi
nē quā accepit: vltra istā nō noui nisi gloriosuȝ
⁊ eternū sperare triumphū. Si conceptio cessa
ret a locutiōibus veritatis: ⁊ oculi rōnis et fi-
dei absq; vmbra respicerēt: oīno viderēt ipaȝ ⁊
ꝑfectā charitatē nō aliter nisi solis differre no-
minibus. Et cōueniūt sine differētia in ꝑfectio
ne certātis in stadio: quo currit̃ ad brauiū sup̄-
ne vocatiōis. Aspiciamus ⁊ ascēdamus totis vi
rib⁹ innitētes ipassibiles fieri: ⁊ fiet oīno nō no-
stro merito/sȝ diuino dono: vt vsq; ad id cele-
bret̃ impꝑtermisse agonizātis ascēsus/a quo ꝓ-
toplasti incepit occasus: excepta morte quam
exꝑimur: quā ille si stetisset nō fuisset expertus.
Ascēsus crucis ad hāc ascēdere oīno iuitat. Sȝ
claudit̃ huius intelligētie altitudo discolis ve-
lut coruscatio instantanea incomꝑhēsibiliter
quid ostendēs: apit̃ in euāgelio ꝑ fidē ⁊ agones
initiatis gradiētibus inrecōuerse iter virtutum.
Claret velut aurore distinctio a ꝑcedēte termi-
no noctis: veris ⁊ studiosis inq̄sitoribus occul
te veritatis velut meridiana lux inotescit: ꝙ ascē
sus impassibilitatis ē etiā ascēsus crucis. Hec
siquidē de cruce ꝑtulimus ꝓpter christi ꝯtinuā
dū ascensum in nostrū exemplū: sȝ alibi crucis
mysteriū differendū seruamus.

De descēsu saluatoris. Ca. IX

Ascendit iesus in celos: vbi nisi violē
to sensu moralitas nō ꝑstruit̃. Glorio-
sus surrexit: ⁊ gloriosus ascēdit. Glo-
riosa resurrectio ⁊ ascensio finis est moꝝ. My-
sterium altum est/nō exacta moralitas. Conati
sunt tamen plurimi hanc reducere ad mores:
non contradicens ꝙ bene dicit̃ et vulgares pie
informat: distorquet̃ dum mores huiusmodi in
effabilia mysteria deuitat. Sicut ascendit sic ⁊
celebrauit descensūs: qui aut suā ineffabilē hu-
militatem ⁊ dignationem ꝓpter nos insinuat/
aut cōformitatē/aut exēplares in nobis ⁊ puris
simas actiones: vt ꝓpe modū exequamur ꝓut
ipse ꝑrogauit exemplū: ꝙuis habuerit absq; in-
uisibili bello virtutes ab omni labe purgatas/si
militer ⁊ subiectissimas virtutibus corpis acti-
ones: ꝙꝙ tentari voluerit ⁊ ꝑpeti penalitates: ⁊
ꝓ sensualitate in ꝓfunda oratione deposuerit
argumenta. Descendit iesus vt supra ꝑrogaui-
mus/nazareth: in exempluȝ omnis deiectionis
inuisibilis atq; visibilis hominis: ꝓ obedien-
tia que reducit in patriaȝ exequenda. Ipe nāq;
alibi dixit: Descendi de celo non vt meam faci Jo. 6
am/sȝ voluntatem eius qui misit me. Primus
verus ⁊ mētis descensus in id tendit vt non vo
luntatem nostrā/sȝ volūtatem illius qui nos in
hunc mundū misit/incontradicte faciam⁹. Nō
eñ nisi vt ad sup̄na reuocet destinauit. Et eoꝝ
siquidem qui dirigūt autoritate atq; scientia in
superna/oportet velut vicem gerentium ꝑmi pa
tris voluntatem exequi: ꝟm directionem almi-
ficam sursum ferentis virtutis. Qui nō descen-
dere nouit voluntarie ab omni cacumine men-
tis et ꝓprie directionis: nunq̄ appropinqua-
uit ad aliquem virtutū ascensionis graduȝ. Nō
in angustū includo virtutes: sic theorizans om
nibus existentibus in mundo ⁊ extra mundum
fieri volētib⁹ atq; in veritate factis extra ipm
loquor: ꝙ nisi quis descenderit ab eo quod est

p naturā corruptā/aut p volūtatē ppriā: nunq̄
ascēdet p gradus fabricatos p gratiā diuināq̄
iusticiā. Pret has duas artes altissimas fabri-
cauerit q̄ sibi videntur iusti: vnaz videlicet ppe
reputatiōis: aliā vo pprie regulatiōis. Alij p̄mā
& nō reliquā: alij reliquā & nō p̄mā: alij p̄mā & re
liquā. Reputatio difficilir repmir: atq̄ ab arte
deijcir q̄ ascēderit. Ab arte vo ppe regulatiōis
neminē vidi descēdere. Facilior fit ascensus q̄
ab arce ppe regulatiōis descēsus. Tractauim9
autē hec vbi de vitijs egimus. Sed descēdere
ab his oportet iustificari volentē. Descēsio vo
iesu de mōtibus ad planiciē in exhibitiōe sua fa
cta turbis & infirmis nō valētibus alta cōscēde
re/seu detētis a desidia ascēdēdi: ↄstruit humil-
limos hoiuz mores: eor videlicet q̄ diuinas su-
sceperūt illustratiōes/aut gustauerūt celestia &
ineffabilia bona: descēdētes ad eos q̄ inuoluū-
tur in turbis & detinenr ab infirmitatib9 spūali
bus: quos iuuare cupiūt ex charitate diffusa in
eor cordibus: vt velint oēs dirigere ad patrez
luminū: cuius charitatē cognoscētes supnatura
liter/supintelligibilir/& eternalir diffundi i nos
p captu fidei/sup oēz rōnalē creaturā: & intuen
tes p fidē voluntatē eius q̄ vult oēs homies sal
uos fieri/& ad agnitionē veritatis venire: conā
tur eripe de opibus tenebrar: & cōicāt infirmi-
tatibus infirmor: & oibus oia fiūt/vt oēs lucri-
faciāt pter eū q̄ nobis oia factus est vt oēs lu
crifaceret: & pprias ↄsolatiōes dimittūt: & recu-
sant semp morari in mōtibus ↄtēplatiōis & di-
uine vbertatis pter releuādos primos: quos
iacere norūt et habitare in vallibus nebulosis.
Cognoscūt sane necessitatez descendēdi pter
primos: magis vero pter seipsos: pter di-
uinā iusticiā q̄ in auribus omniū hominū rōne
vtentiū clamat: Qui suos inferiores non adiu
uat/nec ipse a sublimioribus ptātibus adiuue-
tur. Et q̄ manū nō porrexerit adiacētes/nec ip
se super se sentiet omnipotentis manū releuan
tem atq̄ trahentē. Proinde necesse fit quādo-
q̄ descendere ad conseruos/etiam consydera-
tiōe cōmunis glorie possidēde. Respectu eter
ne glorie primo acquirende/deuitādeq̄ pena-
rum eternitatis: quicquid esse potest contem-
plationis/suspēsionis mentis/dulcedinis inef
fabilis: si im tempe agitur/securissime obmitta
tur. Tutius atq̄ gratius relinquir quodcūq̄ p
functorū bonum p deuitādo malo eterno atq̄
suscipiendo bono eterno etiam in primo/q̄ te-
neatur dulciter in seipso. Descēsus ineffabilis
dei est cum ad consyderationem factorum no-
strorū bonorū siue malorū/semetipsum incli-
nat: licet ipse omnia in semetipso imutabiliter
faciat: sed creata natura mutabilis opera diui-
na in se mutabiliter suscipit. Ut vero in descēsi
ōnibus edificemus mores: p prata scripture sa-
cre aliquantulū decurramus. Cū peccasset adā
ad eū diuina potētia in voce descendit: interro
gās vbi erat: Uere q̄dā dignatio descensionis
erat/cū creator creaturā de actiōibus suis exq̄-
reret: & inuitabat ad cōfitendū: quod fecerat vt
parceret si ↄfiterer humiliter: puniret si nega-
ret pcaciter: aut cōmissum malū supbe ostende
ret: quod & factū est. In quo docti sum9 vt hu-
militer descēdam9 ad delinquentiuz delicta/ad
exigēdū humilir culpā: vt corrigam9 atq̄ parca
mus/aut cū misericordia puniam9. Etem̄ deus
ad ista descēdēs nō deleuit vt potuit: sz puniuit
vt voluit peccatricē naturam: Descēdit in voce
delapsa de celo/ad p̄cauendū de cain p̄cogita-
tū malū: & iterū ad exigendā ↄfessionē humilez
vt p̄staret debitā veniā. Immetiatorie in suis
mōtib9 habitat q̄ pōt in primo p̄cauere delicta:
vt etiā si nouit quod in se ē faciat/q̄q̄ sepe p̄mo
nitus ipse nō caueat. Saluasti em̄ vt p Ezechie-
lē dicir/aiaz tuā: etiā si p̄monitus primus delin
quēdo pdidit suā. Multū supbe ascēdit/q̄ si po
test nō reuocat aut tētat dispositū ad ruinaz: ne
in penā intromittar eternā: magis vero ne diui
nā offendat iusticiā. Na si quispiā in altissimis
mōtibus degēs/q̄licūq̄ oculo ↄspiceret carna-
lē patrē a quoq̄ offendi debere: velut fulmē de-
scēderet: paternā deuitaret aut impediret offen
sam/assumptos labores & q̄etē pditā nō abhor
rēs. Male patnas oues custodiret in mōtibus
ex p̄cepto patno/si suā nō deuitaret cum posset
iniuriā/dū ↄspiceret essevicinam. Excedit sane
oēz impēsum atq̄ impendendū honorē/iniuriā
deuitare paternā. Nā ipsam sustinere quā pos-
ses auertere/oēz excedit iniuriā: p̄ter quā tuipe Exo
male agitat9 iferres: & oēz ↄfundit honoris im-
pēsionē iniuria tolerata. Quāto magis p etno
p̄re sunt vicissitudines assumēde: vt nūc in mō
tib9/nūc ad valles fiat descēsus/si pōt caueri ne
offendar lingua. Penitus erat dei descēsio ad
cain: ne ↄceptū facin9 ppetraret. Tu quoq̄ de-
scēde vsq̄ ad pctōr ↄuallē: & auerte si potes in-
iuriā dei: & si tale malū intēdir/dānū remoue p-
ximi. Quō ergo diligit deū etiaz si sibi & multis
alijs seruiat: si pōt & ei9 iniuriā nō auertit. Silr
ad reuocandū cain post fratricidiū/in voce in-
terrogatiōis ad cōpūgendū ip̄m iter descendit
amator hoiuz de9. Hoc idē parabola insinuat
q̄ descēdēs pastor de montibus/in illis nona-
gintanonē relinquēs/pereuntē vnā descēdit in
vallib9 q̄rere: oīno inuuēs vt hi q̄ supiores sunt
autoritate/doctrina/vita/ad eos q̄ inferiorā sunt
descēdāt: iuxta quod fieri pōt cōicabile int eos
ad p̄cauēdū malū/& ad reuocādū post actū. Cū
hoiuz supbia p manufactā turri tētaret in supe-
na ↄscēdere: vn̄ p̄mo velut p̄mogenita mors fu
erat ip̄a deiecta: ad illā rep̄mēdā postmodū cō
fundēdā suo mō ineffabili celebrauit de9 ipsum
descēsum. Inq̄t em̄ scriptura: Descēdit autem
dn̄s vt videret ciuitatē & turri quā edificabāt fi
lij adā. Hic em̄ descēsus ad mores relat9 certitu
dinē discussiōis malor p̄nūciat: vt malū corri-
gēduz aut puniēdū nō sit in opiniōe/sz in certi-
tudine. Silr fecit cum dixit: Clamor sodomor
multiplicat9 est: descendā & videbo vtr ope cō-
pleuerint/an nō ita est vt sciā. Humiliter & p-

uide in oĩ foro iudiciȷ̃ ad certã sciaꝫ maloꝝ que
agunt/descẽdat ille q̃ ꝑest: ne quomodolibet in
cautã inferat vltionẽ: aut corrigẽdo ꝑtereat de
linquentẽ ⁊ notet infamia: vel pena puniet inno
centẽ. Et cũ videret ab oꝑe nõ cessare suꝑbos
ad impediẽdũ ⁊ vlciscẽdũ vt scriptura refert/ite
rato descẽdit dicẽs: Venite igit ⁊ descẽdamꝰ et
ꝯfundamus ibi linguã illoꝝ: vt nõ audiat vnus
q̃sq; vocẽ ꝓximi sui: quod ⁊ factũ est. Ecce diui
na descẽsio ad impediendũ: ne tantũ ꝓcedat/q̃
tũ fuerat ante ꝓuisum. Prouidentie noscit esse
descẽsio/ne mala incepta ꝓgrediant in ãplius:
misericordie descẽsio ista ꝓnoscit: ne malũ ini
tiatũ vltra ꝓcedat: ne iudex aliqueꝫ inueniat in
quẽ puniẽdo deseuiat. Descẽsus iste iusticie fu
isse nõ ambigit: cũ mala iuste punit intẽtio/ eti
am si oꝑatio nõ succedat: nec eñ isti vt intende
bãt ascẽdere in celũ. Justicie fuit ista descẽsio:
vt mala insimul ꝯspirãtes ꝯfusio seq̃ret. Juste
igit fit vt qui ad mala patrãda conueniũt: quod
vt ne perficiãt diuidant. Magna etenĩ est diui
sio: vbi quod dicitur ab vno/ab alio non intelli
gitur. Quod si aliter fieri nequit: separent cor
pore atq; locis qui ad mala fiũt voluntate atq;
actione ꝯcordes. Proinde quorum interest/ ex
his formã descẽsionis assumãt. Ad liberandũ a
malo subiectos/oportet oĩno descẽdere in ali
quo culmine ꝯstitutos: exẽplo ꝯditoris qui oẽs
vult liberare quos ꝯdidit. Jnquit certe vt Exo
Exo.3. di legit: Vidi afflictionẽ populi mei in egypto:
⁊ clamorẽ eius audiui. Et subdit: Descendi li
berare eũ de manibꝰ egyptiorũ. Humili digna
tione descendat in aliqua celsitudine ꝯstitutus
ad eos qui a diabolo ⁊ tenebroso vitiorũ popu
lo affligunt: ad eripiendũ eos de manibus eo
rũ. Et his gradibus atq; modis fiat descẽsus q̃
bus opportune liberet male detẽtus: doctrina
suasiõe/remedio/virga/minis/⁊ his q̃ reqrit dis
positio detẽtorũ. Ac ꝑ hoc si ꝑ christi descẽsum
nostris moribus formã damus: tota christi vi
ta descẽsio ẽ ꝑ hũilitatis/vilitatis/ despectiõis/
pauꝑtatis/penalitatis gradus ⁊ ꝑ liberationis
viã: quousq; inferna descẽdẽdo penetraret: ⁊ in
de solũ mĩicordie dignos extraheret. Descen
damꝰ ꝑ hos gradus. Descẽdamꝰ de solio iniq̃ta
tis. Descẽdamꝰ ꝯsyderatiõe atq; dolore in ma
la q̃ fecimus/⁊ in q̃s meruimus penas. Descen
damus in infernũ viuẽtes: capientes exinde ad
mala cauẽda timorẽ atq; terrorẽ: ne descenda
mus illuc moriẽtes habẽtes vitã sine fine pena
lẽ. Descẽsus christi ad inferos nõ habet mores
sicut ascẽsus ad celos. Libuit iure post ascẽsum
descẽsum apponere: ꝓ eo ꝙ oẽs ex natura cor
rupta sumꝰ in imis: nec nobis põt esse virtutis
descẽsus/nisi ꝑ gratiã ad virtutẽ fiat ꝑmo ascen
sus: q̃uis ad actualia pctã ꝓclinior põt esse de
scẽsus. Sunt deambulatiões laboriose iesu/ꝑ
ter ascẽsus atq; descẽsus: ex q̃bus fatigatus se
debat suꝑ fontẽ/cũ hora esset quasi sexta. Pro
forma serui dicitur: fatigatus erat ⁊ ꝙ sedebat.
Forma dei oĩno infatigabilis ⁊ impassibilis ẽ.
Ex hoc innuit q̃d suscepit ꝓ nobis: ⁊ quo amo
re ꝯiũgit nobis si fatigat infatigabilis. Ex quo
ꝑostẽdit hereditarios mores nobis ex actione
sua relictos: vt in laboribꝰ ⁊ fatigatiõibꝰ agamꝰ
hãc vmbraticã vitã. Adã de loco q̃etis iuste ex
pulsus merito in loco miseri huꝰ incolatus/cuꝫ
tota sua ꝓle fuit passus exiliũ: vt nec solutum ꝓ
nobis ꝑciũ ad ꝑadisi menia reuocaret. Sꝫ nec
ad hũc q̃etis locũ venit nos saluator requirere/
sed ad locũ miserie atq; pene: vt vna esset pena/
nõ culpa redẽptoris ⁊ redẽpti. Et qui tradidit
hoĩes in exiliũ/cũ illis exiliũ pateret: ⁊ vindicta
iustissima pctõris esset/iniustũ supplicium redẽ
ptoris. Ac ꝑ hoc capitis fatigatio mẽbra fatiga
re iuste cõpellit: vt nec velimus q̃escere vbi ip
se voluit laborare. Sed si requies in via inter
dum anteq̃ deueniat ad terminum queritur: sic
fiat ꝓ quiete sessio suꝑ fontẽ. Sed sicut ꝓhibi
tũ est desperare: sic ꝑsumere ꝓhibet. Sicut ne
mo ꝑmia diuina desperare ꝑcogitet: sic nec si
bi de misericordia blãdiat. Presumpserũt mul
ti habitãtes in voragine occulte deceptiõis/di
cẽtes: Ad q̃d necessariȷ̃ sunt labores: ad q̃d ab
stinentie atq; oẽs corpis afflictiones: ad q̃d cõ
feruntur talia? Spũs est eñ deus: ⁊ in spũ ado
rari vult ⁊ amari. Si adoramus atq; amamus
in spũ/quid nobis agendũ remanebit in poste
rum? Vana sunt q̃ fiunt ⁊ ludibria puerorũ/aut
nouitiorũ steriles passiones. Sed nõ aduerte
runt aliã saluatoris sententiã dicentẽ: Qui mi Mat.16
hi ministrat/me sequat. Et aliam: Si quis vult
venire post me: abneget semetipsuꝫ ⁊ tollat cru
cem suam ⁊ sequat me. Et Petrus dicit: Chri 1. Pe.2.
stus passus est ꝓ nobis: vobis relinquens exem
plũ vt sequamur vestigia eius. Et Paulus ait:
Exeamus extra castra/improperiũ eius portã Hebre.13.
tes. Et Joãnes in canonica sua dicit: Qui di 1.Jo.2
cit se in christo manere/debet sicut ipse ãbula
uit ⁊ ipse ãbulare. Et oportet oĩno ꝙ vita chri
sti iesu manifestet in vestra carne mortali. Et
ad Galathas apl'us loquit: Mihi autem absit Gal.6
gloriari/nisi in cruce dñi nostri iesu christi: per
quẽ mihi mũdus crucifixus ẽ ⁊ ego mũdo. Nec
vnigenitꝰ dei filius ꝓ nobis in tꝑe factꝰ hõ vo
luit ꝙ sufficeret ꝙ nos diligebat: etiã aliter q̃
ꝑ penas ⁊ mortẽ redimere poterat: nisi ꝑ corpa
lia signa ostẽderet ac sustineret penas ⁊ crude
lissimã mortẽ. Quo modo/quo pacto inficiabi
mur nõ expedire corpis passiones atq; labores
si mẽbra debẽt capiti nostro in moribus ꝯfor
mari: si fatigatiões atq; labores sustinuit q̃ nos
poterat absq; his oĩbus liberare? Nã si vnguẽ
tum capitis descẽdit in barbã: silr ⁊ sanguineꝫ
capitis barba suscipiat. Et si speramꝰ in corꝑe
beatificari: expedit ꝯm decentiam iuris ꝙ tole
remus in corꝑe passiones/q̃uis ad gloriam nõ
sint sufficientes. Jnquit eñ apl's: Non sunt cõ Ro.18
digne passiones huius tẽporis ad futurã gl'iaꝫ
que reuelabit in nobis. Et in actibus apl'oꝝ le
gitur: ꝙ ꝑ multas tribulatiões oportet intrare
in regnũ dei. Et Jacobꝰ in canonica sua dicit:

Jaco.1 Omne gaudiũ existimate frẽs: cũ in tẽtatiões va
rias incideritis. Et petrus ait: Cõicãtes chri
sti passionibus gaudete. Ad idẽ refertur quod
apl's dixerat Corinthijs. j. Sciẽtes qm̃ sicut so
cij passionũ estis: sic ꝛ resurrectionis eritis. Et
si corpus suũ castigabat apl's: nunq̃ de non ca-
stigãdo ꝑsumat in posterũ christianus adult⁹.
Statuit diuina iusticia in hoĩe certãte coronas
sed nõ coronabit/nisi legitime certauerit. Si-
cut eñ nec in via/sic nec in patria eiusdẽ natu-
re fiet corpus ꝛ aĩa: ꝛ vnicuiqꝫ stabit merces ꝓ-
pria ꝑparata. Si nõ reqrunt ad supernũ regnũ
corporei labores atqꝫ dolores: stulte crucifixus
est christus: q̄ erat impertinens operatus: ꝛ egit
a seipso ꝛ in seipso: q̄ fecit preter iusticiam ꝛ rõ
nme seu iustã necessitatẽ: ꝛ deliqt si nõ expediẽ-
tia seu superflua fecit: quod credere nefas fides
catholica dicit: asserẽs nihil nisi ꝓpter iusticiã
ꝛ rõnẽ atqꝫ debitã exigentiã christũ eduxisse in
actũ. Stulti fuerũt apostoli/martyres ꝛ ceteri
sancti: qui tot laboribus ꝛ sudoribus ꝛ fatigati
onibus/passionibus insudarũt: vt captarẽt re-
gna celestia: si opa corpalia ꝛ exercitia laborio-
sa nõ exquirunt in adultis ad regnum. Ad indi-
gnationẽ dei sibi blandiunt talia machinãtes:
quod amãtibus solũ in aĩo ꝛ altissimis ꝯtẽpla-
tiõibus insistẽtibus nõ expediãt opa laboriosa.
Nã nullus maior christo: nullus maior virgĩe:
nullus maior eo q̇ quasi ex fascijs incola est fa-
ctus deserti: nullus posterior maior apostolis
qui corpa in ieiunijs/laboribus/abstinentijs ꝛ
sudoribus mactauerũt. Et expedit oĩno aĩo et
corpe fieri christiformẽ: nã ipse animo ꝛ corpe
factus est hominiformis/silr ꝛ peniformis. Et si
subrogant sue passionis argumentum: q̄ ideo
christus sustinuit ne nos pateremur: imo ipse
sustinuit vt ꝛ nos imitaremur. ¶ Nec credenduz
est q̄ a tẽpalibus penis eruẽdis laboraret eter-
nus in tpe/sed ꝓ eternis. Nec mutatus est chri
stus: aut aliã legẽ dedit: aut aliud euangeliũ con
didit: sꝫ q̇ heri ꝛ ille nũc ꝛ ipse in secula seculoꝝ:
ꝛ euãgeliũ eius ꝛ euangelici mores durabũt im
mutabiliter: quousqꝫ finali sentẽtia vita omniũ
Jo.4. hominũ terminet. Fatigatus est dñs Jesus ex
itinere: fatigemur ꝛ nos itineribus mentis. Ex
nihilo venimus ꝛ in id tẽdimus/nisi conditor sꝰ
steret. Naturã infecimus: onera ipsius corru-
ptionis portamus: frequentamus pctõꝝ ꝛ deli-
ctorũ vias. Jura nostra scripta sunt in inferno
illuc ꝑgimus motu nostro cũ antiqs peccatori-
bus sociandi. Lubrica ꝛ lubricata sunt vestigia
nostra: nihil deo dignũ/nihil rectũ agimus: am
bulamus vias difficiles: viã dñi ignoramus: nõ
incedimus iter rectũ/sed tenebrosas vias: infa-
mes sunt gressus nostri: ꝑuerse sunt vie nostre:
nec vite semitas ambulamus. Hec ꝛ plura indi
cibilia mala sunt in nobis. Fatigemur igit tali
bus ꝯsyderatiõibus in intimis nostris: fatige-
mur in quibuscũqꝫ virtuosis. Fatigemur in se-
dulis memoratiõibus eorũ que nobis diuina bo
nitas cõtulit ꝛ ꝓmisit: ꝛ infinitorũ malorũ a qui
bus nos misericorditer eruit: ꝛ ad locũ ineuita
bilis iudicij mẽs fatigata incessanter accedat.
Fatiget ꝛ corpus saluatoris ꝓ posse corporea
imitãdo vestigia. Job ꝓ se ac ꝓ nobis animan
dis dicebat: Vestigia eius secutus ẽ pes me⁹.
Cũ vero in via interdũ quiescere volumus/se
deamus hora sexta sic sup fontẽ. Fons iste si
ue puteus abundãtia est ꝛ ꝓfunditas terrenorũ
fons iste emanatio delectationũ est: fons iste ꝓ
funditas naturaliũ ꝛ scientiaꝝ humanaꝝ: fons
iste emanatio veterũ scripturarũ atqꝫ cerimoni
arũ est: quarũ omniũ bibitio sitim nõ aufert/sꝫ
multiplicat. Sed samaritana ierat iterum atqꝫ
iterũ haurire: cui fontis defectuz declarat ipse
saluator. Oĩs qui biberit ex hac aq̃/sitiet iterũ.
Sup quẽ fontẽ oportet supsedere/nõ subiacere
Nõ subijciat defectibilibus amor: nõ eñ quie-
scet subactus atqꝫ agitatus calcaribus equus:
supsedens vero quiescit ꝛ fert. Aut res nos de-
ferũt/aut ipsas deferimus: si deferũt/in adiuto
rio sunt: si deferimus/corpa ꝛ corda grauãt. Su
per legẽ ꝛ ꝓphetas/sup cerimonias ꝛ histori-
as veteris testamẽti ꝑ intellectũ fidei quiesca-
mus. Oĩa eñ expectabãt supsedentẽ iesuz. Si
qua sunt ꝓfunda ꝛ alta veteris testamẽti/supse-
det dñs iesus: ad quẽ si accesseris/ꝓfunditas le-
gis antique subiacebit intelligẽtie fidei. Nã si-
cut velamẽ erat in facie moysi vt in eã filij israel
aspicere firme nõ possent: sic ꝛ nũc in cordibus
omniũ: sed cũ a quibuscũqꝫ transit ad christuz
aufert velamẽ. Nihil ad salutẽ expediens latet
in veteri lege: sed christus in illa cum corpe seu
mystico intelligit figuratus/silr ꝛ ꝓphetatus.
Simili modo ꝛ puteus altus est cui supsedet ꝛ
christus cũ corpe suo mystico: cuius q̇libet sin-
gularis fidelis fideliter mẽbrũ est. Quiescamus
in ambulatiõibus nostre mẽtis sup puteuz scri-
pturarũ ꝑ fidẽ in hora sexta etate sic quota scili
cet: in qua diuina sunt reuelata mysteria. Supse
deamus ad puteũ omniũ naturaliũ inuestigati
onũ. Gratia penitus supsedere facit: ꝑfert ipsa
nature: subijcit gratie creatura ꝛ sua varietate
decurrẽs natura. Puteus altus est/ꝛ ab oĩbus
tote oĩno impscrutabilis: fons est indecise flu-
as varias fundẽs aquas. Supsedendũ est: nec
amplius hauriẽda est de naturarum ꝓfundissi-
mis aqua. Christus certe nõ hausit: nec samari
tane suis verbis ꝑmisit haurire: sed reliquit hy
driã ꝯcupiscentiã ꝛ volũtatẽ: quas ex ipsa soli-
implere q̇ ab huiuscemodi ꝯquisitiõe vexant: sꝫ
euacuat hydria ꝯcupiscẽtie ꝛ volũtatis: ꝛ semp
reuertunt ad idẽ. Fons iste mihi aliud nõ oste
dit nisi oĩe a vero esse deficiẽs: nec ꝑficiẽs quẽ
piã in salutẽ. Quod insinuat q̄ christus nõ hau
sit/nec samaritanã ꝑmisit haurire: sufficienter
aliã pollicitus aquã. Quippe virtuose q̇escit q̇
nõ haurit impertinẽs atqꝫ defectus: sedẽs corpe
mẽte vero in sublimia ꝛ ꝓfunda ꝯsyderãda per
ambulãs. Ambulabat iesus ꝛ ibat ꝑ ciuitates ꝛ
castella theoria ꝛ actu mores ordinãs ad ꝑsen-
tes/silr ꝛ ad futuros quos ꝓuidebat esse seq̇n-

Hidria.

sederunt. Proinde architriclinus his verbis
sponsũ alloquit. Oĩs hõ primũ bonũ

vinū ponit: Et cum inebriati fuerīt
quod deterius ē affert. Tu autē ser
uasti bonum vinum vsqꝫ adhuc. Sꝫ
ordine nobiliori ꝙ homo fecit oīa deus homo.
Versa est aq̄ squalida/frigida et insipida/ in vi-
nū contrarijs dotibus fultū. Moysaica em̄ lex
psalmi et ꝓphetie in euangeliū trāsierūt: ⁊ hūa
na natura insigniori dono refulget/ quasi fue-
rit añ clara. Vino nāqꝫ verbi ꝑposterauit natu
rā dignitando. In leticiā versū est ꝑ misericor-
diā: quod añ ꝑ iusticiā creatura humana dole-
bat. In eternā leticiā omnia que sunt veroꝝ ec
clesie nuptialiū donātur preparāda. Factū est
absqꝫ torcularibꝰ vinū: vt etiā si nō corpore pa-
tiamur: fide tñ sumamus/participemꝰ ⁊ sangui
nem. Mētis dispositio que signabaẗ in aqua
illā formā accepit quā redēptor inseruit. Et sa-
pientia salutaris in cognitione diuinoꝝ/nouaꝫ
nostre menti exultationē adduxit. Nulla facta
est ꝑmutatio loci: nulla obuenit interpositio tē
poris: nullus ab extra positus est actꝰ. Preter
oīa hec liquidū elementū quātitate atqꝫ substā
tia semꝑ eodē modo se habens/diuersas quali-
tates accepit. Argumēto magno nobis osten-
sum est: vt simpla et eadē animaꝝ nostrarū na-
tura cōsistēs/ semper parata ꝑmaneat diuino-
rū ꝑmutationē recipere qualitatū: ꝓut aq̄ dū i
vinū verteret accepit. Vinū istud architriclinꝰ
laudat: qui nomine officij nō indiuiduato et ꝓ-
prio insignitus princeps triū lectoruꝫ dicitur.
Virtutes vero vbi anima velut in lecto requie
scit/tres sunt: et he dicunẗ chirurgice/selecte at
qꝫ archotice: fides/spes atqꝫ eximia charitas: ī
quibꝰ cubās architriclinꝰ est: q̄ nō ex noīe ꝓprio
aut ex eo quod est/sed ex his virtutibꝰ vinū sus-
cipit/gustat / bibit atqꝫ discernit: ꝙ bonū sit oē
quod ꝑ gratiā ⁊ diuina virtute mutaẗ: ⁊ oꝑatio
nē gratie nouit superferri nature oꝑationi: et ꝙ
ꝑ gratiā acquiramus quod ꝑ naturā ꝑdidimus
vel caremus. Et his virtutibus archoticis mē
tibus hominuꝫ suauitas euāgelij claruit. Et ex
istis nō ex lege aut ex quadriuio virtutū mores
hominuꝫ disponentiū iustificaẗ homo. Quod
Apl's ī plerisqꝫ scp̄ture sentētijs clamat. Quod
omnis homo primo bonū vinū ponit: et quod
sequiẗ: hoc factū ē ordine puri hoīs. Quod aūt
seruari diciẗ bonū ī posteꝝ: ordine diuino factū
esse cognosciẗ: qui meliora semꝑ suo infallibili
ordine posterauit: quousqꝫ ꝑueniamꝰ ad inuari
abilē finē glorie vel penarum. Bonū est ꝙ nos
creauit ad imaginē et silr̄itudinē suaꝫ. Bonum
quod creauit: meliꝰ quod recreauit. Bona na-
tura/melior gratia: Bona lex: euāgeliū ꝟo sibi
ꝑferẗ. Actiua vita bona/ sed melior ꝯtēplatiua
q̄ sequiẗ. Bona synagoga/ sed ecclesia ꝑualet.
Bonū ē oīe quod ī eccl'ia ī cursu labētis tꝑis
agiẗ: sed meliꝰ quod ī eterna gloria futuꝝ spera
tur. Semꝑ em̄ ordine christi dei vinū meliꝰ ser-
uaẗ vsqꝫ adhuc: cui humanꝰ ordo e regione ꝓce-
dit. Ordo cogitationū et viarum dei ab ordine
humano rei veritate secludiẗ. Inquit em̄ ipse
ꝑ Esaiā ꝓphetā: Non em̄ cogitationes mee vt Esai
cogitationes vestre: neqꝫ vie mee vt vie vestre/
dicit dominus. Sed sicut exaltanẗ celi a terra:
sic exaltate sunt vie mee a vijs vestris: ⁊ cogita
tiones mee a cogitationibꝰ vestris. Que verba
oīmino insinuāt diuersum esse diuinū ordinē et
humanū: ꝙuis ad effectū misericordie dei Esai
as ꝓtulerit. Ordo igitur diuine ꝓuidentie sem-
per est meliora seruare in posterū: sicut ex affe-
ctibus hoīm et ex ꝑfectu virtutū/semꝑ ad supe
riora ⁊ potiora climatio. Hoc initiū signo
rū fecit iesus ī chana galilee: Et ma
nifestauit gloriā suā: et crediderunt
in eū discipuli eiꝰ. Sed hoc fuit initiū: mi-
racula cetera subsequunẗ. Initiū in aq̄ in vinū
christi virtute cōuersa: vt hoc primū/⁊ tāqꝫ vite
agēde initiū exigere videaẗ aīas nostras ad me
liora cōuerti. Nā cōuerti ad deū et ad optima
queqꝫ virtutū/derelictio est peccati/⁊ salutis ex
ordiū. Signoꝝ noīe miracula designātur. Fa-
ctū in chana galilee: vbi et nuptie: manifesta-
uit gloriā suā: quia plus poterat deitate ꝙ ap-
paret ī hoīe: manifestās ex miraculo virtutē la-
tētis deitatis in hoīe manifesto. Huiꝰ miraculi
fructus preter id quod in corꝑe actū est /credu
litas discipulorū fuit: quia quodāmodo iā cre-
diderant cū vocati sequerētur: sed eoꝝ creduli- Mat. Mar. Luce
tas viso miraculo est facta validior. Nēpe chri
stus doctrinā verbalē et fidē ad quam populos
inuitabat/firmauit miraculis et oꝑibus ꝓprijs.
Hoc em̄ ꝓtinus exquirit a nobis/vt credamus
cū effectu oꝑerū: ꝓpter quod prerogat acta si-
gnorū: ⁊ vt credētes habeamus vitā eternam.
Sed nullus diuinā bonitatē lacescat in aliquo:
aut semetipsum fallaci admiratione suspendat
cur nūc talia miracula nō elucent: naꝫ modica
nūc esset hominū vel ecclesie fides/si miraculis
augeretur. Et maiora nūc inuisibiliter in aīa-
bus hominū fiunt/ꝙ tunc facta ī corꝑibꝰ agno
scamus: qm̄ quanto anima nobilior est corpore
tanto quod in ipsa virtuose peragiẗ/ꝙ quod in
corꝑe plus excedit: Nec infantula seu edētula
est ecclesia: vt semꝑ sibi expediat miraculoꝝ la
cte nutriri. Creuit ipsa virtuosis augmētis: q̄ si
corꝑalia miracula nunq̄ exciperet: fide nō nu-
tat: spe nō cōcutiẗ: charitate nō deficit in bñ si-
is coherētibus mēbris. Aliter nūc ꝙ ꝑ miracu-
la euāgeliū christianoꝝ mentibus lucet: nec ec
clesia velut nouitia/miraculorū corꝑaliū rece-
pit disciplinā. In anteriora se ꝓuehit in suis fi
deliter fidelibus: et ꝑficit fideli euāgelij cogni-
tione atqꝫ virtutū. Ac ꝑ hoc credamus oꝑa iu-
sta fidei assistentis/ si miracula legimꝰ saluato-
ris: qm̄ crediderunt in eū viso miraculo disci-
puli eius: quos omnes añ verbo vocauerat: ma
xime quos apostolos nominauit: nūc miracu-
lo illorū fidem magis validā fecit.

¶ De tempestate in mari orta Chri
sto dormiēte ī nauicula: ad imperiū
eius sedata: secundum Mattheum
Marcum et Lucam. Capi. II.

Miraculoꝝ inspectio biniũ ordinis fa-
cit: vt aut sensibilia sensibilibꝰ et in
sensibilia insensibilibus ꝯiungãtur:
aut ordo factionis eluceat. Sẽsibilia quidẽ mi-
racula sunt/ que in creatura vtroqꝫ sensu sensibi
li facta noscuntur: ꝙ sensus exterior in meliora
mutatũ se videat: immo de sensibili malo insen
sibile bonũ venisse/ ⁊ interior sensus clara rati-
one cognoscat: siue quod animus se videat pu-
rificatũ a vitijs/ et virtutũ fulgere splẽdoribus.
Insensibilia vero sunt/ que in rebus sensu ⁊ rõne
carentibꝰ fiunt. Ac ꝑ hoc miraculoꝝ nũcupatio
sic emicet: vt om̃e quod in creatura supra natu-
ram ⁊ ꝑter naturã/ rationẽ/ vsum ⁊ artẽ agiť/ sen
sibile aut insensibile miraculũ esse dicať: non re
spectu diuine virtutis qua mediãte agiť/ aut re-
spectu eius a quo diuina virtus ad facienda mi
racula inuocať: ex his em̃ semꝑ eodẽ modo sen-
sibilia sunt: ʒ ex parte illiꝰ in quo miraculũ agi
tur/ sensibile aut insensibile diciť: q̃uis cõsyde-
ratiõe videntiũ omne miraculũ sensibile vel co-
gnoscibile iudiceť. Sed in hoc parũper factio
nis ordinẽ obmittẽtes/ ꝓut cepimꝰ insensibilia
primo serie debita ꝑtractemꝰ. De eo ꝙ saluator
mare increpauit/ recitatur ſm mattheũ octauo
marci q̃rto/ luce octauo. Cũ dñs saluator cũ di-
Mat.8. scipulis suis nauim ascẽderet: [Factꝰ est mo
Mar.4. tus magnꝰ in mari/ ita vt nauicula ope-
Luce.8. rireť fluctibus. Et erat ipse in puppi supra cer-
uical dormiens. Accedẽtes vero ad eũ discipu-
li: excitauerũt eũ/ dicentes: Dñe nõne ad te ꝑti-
net/ q2 perimꝰ? Tunc surgẽs impauit vẽtis ⁊ ma
ri.] Alia litera: Cõminatꝰ est vẽtis/ et di
xit mari: Tace obmutesce. Alia litera:
Increpauit ventũ et tẽpestatẽ: et ces
sauit: et facta est trãquillitas. Et di-
xit eis: Quid timidi estis modice fi-
dei? Alia lr̃a: Ubi est fides vestra? Hũc
siquidẽ nauis ascensum i moribꝰ declarauimꝰ
saluatoris: sed hic ꝓut ordo miraculoꝝ cõtexiť
aliter disseremꝰ. Dñs christi ascensus factus in
corꝑe/ ad spũalẽ ascensum aĩas ꝓuocat: sed ascẽ
sus nauis suꝑlationẽ ⁊ transeundi suꝑ pericula
illese/ periciã mõstrat. Secretũ elemẽtũ est aqua
domiciliũ est pisciũ ꝑ naturã inditã. Hoĩm autẽ
sacramentũ est itineris dubij ꝑ artem inuentã.
Non em̃ a natura hoĩes natant/ discũt ⁊ trãsua
dant ꝑ modũ natandi ꝓhibẽte labore: aut arte
carpẽtaria condiť quo mare perãbulãt/ seu trã-
seunt etiã manẽte timore. Nã semꝑ inquietudo
maris/ ⁊ ventꝰ vehemẽs nauigãtibꝰ minať nau
fragiũ. Mare mũdꝰ est ꝑ̃sens: q̇ nunq̃ plena pa
ce quiescit: q̃uis nũc leuiꝰ/ nuc acrius suis flucti
bus inhorrescat. Nauis est quodlibet artificiũ
spũs̃cti: quo inhorrescẽs tẽpestatibꝰ seculũ per-
transimꝰ ⁊ peruenimꝰ in portũ: non illũ ad quẽ
ꝑueniunt naues seculi negocia deferẽtes/ sed in
illũ vbi quies ⁊ salꝰ eterna ꝯquiriť. Non vna est
oꝑatio nauis: nec differẽtia simpla. Primus si-
quidẽ stipatoriũ sensibiliũ ⁊ irrationabiliũ ⁊ ra
tionabiliũ creatoꝝ fuit: ⁊ insensibilis venter cõ
tinẽs insensibiliter sensibiliũ ꝓpagines ꝓpagi-
nabiles in futurũ: que a primo ꝓtoplasto ꝓdie
rũt. Ipsa ꝯseruationis mater quã deꝰ velut ma
ternũ vterũ ab egredientibꝰ filijs occultauit: vt
velut ex ꝓhibitiõe nature i illã insensibilẽ/ sicut
insentientẽ matrẽ nõ possit esse egressus: ⁊ in ta
libꝰ requiescit mõtibꝰ/ vt difficilis aut impossi-
bilis possit esse accessus. Per hanc nõ deuenie
bať in portũ spacia ꝑagrando: neqꝫ ꝓ mercede
rerũ delatura fiebat: sed ꝯseruabat oĩm semina
specieꝝ: q̃ in principio distinctũ habuerũt crea-
tionis initiũ: nullis velis aut remis aquarũ spa
cia ꝑmutabat. Solũ attollebat se attollẽtibus
aq̃s: ⁊ vagabať agitãtibꝰ vndis: ꝓut diuĩa ꝓui-
dẽtia disponebat: donec in mõtibꝰ armenie req̇ Gen.8.
euit. Hãc corꝑaľr dñs noster adhuc in corporeꝰ
nõ ascẽdit: sed deꝰ verus diuĩe ꝓterit. Hec siqui
dẽ distinguiť ꝯtra oẽs: ⁊ oẽs ab ipsa clara diffe-
rentia secernuntť: ⁊ ipsoꝝ vsus ⁊ experiẽtia mon
strat. Nauis vero quã christꝰ ascẽdit/ pro negocijs
siľis ceteris/ ꝓ mysterio vsqꝫquaqꝫ dissimiľ: vt
ex aptitatis virtutibꝰ domũ sine fundamẽto ter
reno ferentẽ ad celestia/ mũdi equore trã suada-
to ⁊ ꝑ̃seruãre nos a fluctibꝰ cognoscamꝰ: aut ec
clesie sctẽ fidẽ: que sꝑ malis motibꝰ ⁊ varijs ꝯcus
sionibus quatiť: q̃uis deo gubernãte nõ possit
pati naufragiũ: in q̃ christꝰ dormit velut q̇escẽs
in domo virtutũ/ ⁊ in fide ecclesie quã fundauit.
Illa nẽpe dormitio fluctuũ ꝑturbataꝝ dormiẽ-
tis securitatẽ insinuat: ⁊ nihilopẽdere terrores
mũdi varios ꝑ̃ostendit. Dormitio nõ mortẽ/ sed
siľitudinẽ mortis hʒ: ⁊ velut mũdo mortuos ex-
pedit ꝑagere vitã istã. Et hũanitatis assumpte
veꝝ testimoniũ erat/ ꝙ christꝰ dormiebat i naui
Nec nõ ⁊ pro eo tꝑe quo fiebat illa dormitio/ ad
punctũ ⁊ i modico dereliq̇ apľi videbanť: vt ꝓ
bareť exꝑimẽto sensibili: ꝙ absqꝫ christi adiuto
rio in mari lethifero huiꝰ mũdi submergimur a
varietate fluctuũ inuoluti: a viciosa inolutiõe ad
inferiora penaꝝ in posterũ descẽdẽtes. Sed qui
maľ aguntť/ ꝑforanť doloribꝰ ⁊ timore: his vul-
neratis sagittis querũt auxilia vnde possunt: et
vocibꝰ ꝓtestanť infesta q̃ sentiũt. Proinde dis
cipuli accedẽtes ad iesum: excitaue-
runt eũ/ dicẽtes: Dñe/ nõne ad te ꝑti
net/ q2 perimꝰ? Scriptũ est in psalmo de ve
teri ꝑpľo multis flagellationibꝰ flagellato: Et Ps.106.
clamauerũt ad dñm cũ tribularenť: ⁊ de tribula
tionibus eoꝝ liberauit eos. Uexatio que vicinũ
hʒ periculũ/ nescit moras innectere: ⁊ timor ve-
xatũ exagitat ne incurate quiescat: ⁊ ex hoc acce
dũt discipuli ad iesum. Illi tunc mẽte pariter ⁊
corꝑe accesserũt: nobis autẽ nõ corꝑe/ sed mẽta
lis atqꝫ fidelis remãsit accessus. In naui erant
mari vndiqꝫ cingebanť: alius nullꝰ erat ad quẽ
potuissent ꝓ ope recurrere. Nã extra domũ fi-
dei et virtutũ nõ est adiutoriũ in noĩe dñi. Non
poterãt in mare apostoli ꝓ tꝑe descẽdere/ cõmi
nans ex oĩ parte naufragiũ: ⁊ nemo ad inimicũ
ꝓ remedio refugiũ facit. Iã mare inimicabať/
nitens nauiculã operire fluctibꝰ: si tenuissent so

lidã terrã/ derisissent marina ꝑicula. Qui fidei
⁊ virtutũ sacramẽta sumpserũt/ indixerũt mun-
do ⁊ vitijs bellũ: sed extra virtutes ⁊ fidez nulla
sunt cõpendia euadẽdi. Extra fidẽ ⁊ virtutẽ oĩa
minanꝛ anie nostre naufragiũ/⁊ facta hostilia:
pacis desperato mysterio. Existẽtes ĩ virtutib⁹
atqꝫ fide hoꝝ necesse sit sentire ꝯtraria/⁊ esse in
bello aduersum aduersantia bonis. Sed q̇ fidei
⁊ virtutũ domũ inuisibilẽ nõ intrauerũt/habue
runt in hac vita pacatos eaꝝ hostes quos post
modũ sensere tortores. Ac ꝑ hoc cupidis infal-
libiliũ ⁊ delectabiliũ eternoꝝ necnõ factum est
potius nauẽ conscendere ad vtraqꝫ bella dispo-
sitã: ⁊ a diabolo ⁊ a mũdo fieri non quietũ: q̄ ad
tẽpus pati equatiẽ eterno turbine subsequẽte.
Nauigiũ vite nostre tranquillitate nõ gaudet.
Quisq̇s turbari equatiei marine horret blãdi-
cias: aut remis et sudoribus remigantium/aut
ventis agitãtibus ꝑuenit in portum. Nõ ergo
ascensus ad fidẽ terreat infideles; nec ascensus
ad virtutẽ terreat criminosos: nõ incipiẽtes in
altiora cõscendere pauere faciat secutura tẽpe-
stas: qm̃ his ⁊ alijs ꝑiculis vita christiana pera
giꝛ/deduciꝛ ⁊ probaꝛ: nec aliter ꝑueniet in quie
Act.14. tis eterne portũ. Nam ꝑ multas tribulationes
Rom.18. introire oportet regnũ dei. Et apl's ait: Existi-
mo q̄ nõ sint cõdigne passiones huius tp̄is ad
futurã gloriã/que reuelabiꝛ in nobis. Et iaco-
Iaco.1. bus in canonica sua dicit: Omne gaudiũ existi-
mate frẽs cũ in tentationes varias incideritis:
scientes qm̃ ꝓbatio fidei vestre patiẽtiam ope-
raꝛ. Patientia ꝟo opus perfectũ habet: vt sitis
perfecti ⁊ integri in nullo deficiẽtes. Proinde
non timeaꝛ virtutis ascensus: a quo in gloriã fit
sublatio/etiã si oĩa mundi mala in vnũ ꝯflarẽtur
ad pugnã. Sed q: dñs refugiũ factus est nobis
in oĩbus aduersantib⁹ nobis: dicunt apl'i: Dñe
nõne ad te ꝑtinet/q: perimus? Magne ꝓfundi
tatis ⁊ diuine inclinationis est verbũ/dñe nõne
ad te ꝑtinet q: perimus. Immo ad neminẽ per
tinet p̃terq̄ ad te ꝑtinet si perim⁹. Tui em̃ ex cre
atione sumus: tibi ergo perim⁹ si tui sum⁹. Ad
te solũ liberare ꝑtinet/ ne ꝑeam⁹: et reassumere
de periculo si incurrim⁹. Vocasti nos in ꝓmissi
one tua/seq̇mur te ĩ fide nostra: vocasti nos mi-
ris modis tuis/seq̇mur te vestigijs nostris. Pa
trocinia mũdi dimisimus/et sub tua ꝓtectione
cõfugimus. Ergo ad te solũ pertinet si perim⁹:
neqꝫ aliũ habem⁹ ad quẽ indubitata fide fugi-
mus. Aut ergo adiuua si ad te solũ ꝑtinet/ne pe
reamus: aut ostẽde si ad te nõ pertinet/ad quem
recurram⁹. Excitauerũt discipuli tactib⁹ aut cla
moribus christũ. Faciliter excitaꝛ qui necessi-
tate nõ dormit. Faciliter excitaꝛ cui⁹ clauditur
tm̃ ocul⁹ corporeus: mẽtis ꝟo insopit⁹ est ocu-
Cant.5. lus. Per salomonẽ fuerat ante p̃dictũ: Ego dor
mio: et cor meũ vigilat. Dormire videꝛ dñs eis
qui sibi dormiũt. Naz merito se oĩbus exhibet/
qualẽ merita cuiuscũq̄ requirunt. Vocib⁹ vero
cordis ⁊ amorib⁹ excitaꝛ/necnõ clamorib⁹ inre
Ps.118. curuate orõnis. Dicebat em̃ dauid: Clamaui in

toto corde/ exaudi me dñe. In toto corde cla-
mat excitatqꝫ christũ/ qui oẽm intentionẽ in eũ
dirigit atqꝫ ꝯuertit. Tactib⁹ forte fuit excitat⁹
⁊ christ⁹: nãqꝫ ⁊ oꝑa iusticie christũ ad nos eui-
gilare fecerũt: ⁊ intẽdere suꝑ tribulationib⁹ no-
stris vt liberaret ab eis. Multotiẽs christũ na-
uẽ ascendisse cognouimus: sed nisi semel in illa
dormiuisse legim⁹: qm̃ multas oꝑationes salua
tor diuina potẽtia in hũanitate velut ĩ artis in
strumẽto fecit in seculo: sed tm̃ semel mortu⁹ est
⁊ semel excitat⁹ sua potẽtia q̄ deus erat: velut a
sctõꝝ precib⁹ concitatus. In quoꝝ ꝑsona p̃lo-
quebaꝛ dauid/dicens: Exurge quare obdormis
dñe: exurge ne repellas in finẽ. Et alibi: Exurge
dñe adiuua nos ⁊ libera nos ꝓpter nomẽ tuũ.
Et velut quod petebaꝛ iã factũ gratulatus dice
bat: Et excitat⁹ est tanq̄ dormiẽs dñs: tanq̄ po
tens crapulat⁹ a vino. Et in ipsius ꝑsona dauid
multo ante p̃dixerat: Ego dormiui ⁊ somnũ ce
pi/⁊ exurrexi: q: dñs suscepit me. Nec vereor di
cere q̄ dormire diciꝛ tepidis: q: sollicitis si pre-
cib⁹ excitaꝛ/inuigilat. Tũc surgẽs imꝑauit ven
tis ⁊ mari. Imperat mari dñs maris/⁊ mitigat
mare: sine cui⁹ imꝑio aura mare nõ excitat neqꝫ
ꝓcella molestat. Scp̄tura em̃ dicit: Tu dñaris
ꝑtãti maris: motũ aũt fluctuũ eius tu mitigas.
Seculũ presens diuersis ꝯcitaꝛ auris diuina ꝓ
uidentia ꝑmittente: sed nec quiescit ei⁹ horrẽda
tempestas nisi dño imperãte. Vndificat vndiqꝫ
seue mũdus: et qñqꝫ christiferas naues cõcutit:
submergit aũt nunq̄: sed ꝯcuti oĩpotẽs dispen-
satiue permisit. Submerguntꝛ plurime si deus
nauigantiũ pc̄tis iratus ꝯcedit: sed imperiũ dñi
seculi ferocitatẽ ⁊ maloꝝ hoĩm impietatẽ secre-
ta potestate refrenat: ne tm̃ noceat quantũ affe
ctabat iniquitas. Alia vero litera dicit: Cõmi
natus est ventus et dixit mari: tace
obmutesce. Cõminatio est terror incussus
ex subsequẽte pena: vt ipsa preuisa oĩno male ar
ceaꝛ iniquitas. Cõminatio est ꝓhibitio ne fien-
di/addita multatione si fieret. Cõminare dũta-
xat põt/qui post male actũ iustã põt inferre vin
dictã. Cõminatio signo aut verbo ꝑagiꝛ: facto
aũt nunq̄. Signo indiciꝛ ne fiendũ aliquo mẽ-
bro corporis/cũ ostentatiõe instrumẽti quo sit ple
ctenda improbitas: verbo aũt cũ exp̄ssione vin
usqꝫ infigiꝛ. Sensibilia rõnabilia ⁊ irrationabi
lia cõminationẽ suꝑioris/aut cuiuscũqꝫ terrẽtis
agnoscũt: illa rõne: ista ꝟo instinctu nature/co-
suetudine verboꝝ quib⁹ solito acerbanꝛ. Insen
sibilia siquidẽ cõminationẽ non sentiũt: nec p̄ci
piunt aĩo quid signo aut verbo dicaꝛ. Quid em̃
ergo est/q̄ christus cõminatus est vẽtis: ⁊ mari
dixit/obmutesce? Nã iuxta exꝑientiã intelligẽ
tie literaꝛ ita creatura creatori obedit/ac si ra
onali aĩa intelligeret quod ꝓferꝛ: qua inspecta
ꝓpensius altior sensus eliciꝛ. Nã vẽti sunt val
de hoĩm tẽpestates/mũdũ velut mare vndiqꝫ
nis molestijs ꝯcitantiũ: qui nullo suꝑiore arce
nisi cõminatione omniũ dñi terreanꝛ. Sunt ta
qꝫ nonnulli qui potestatiua iniquitate florentes

inter hoies nõ habẽtes quẽ vt superiorẽ timeãt
inferũt alijs mala q̃ cogitant: ⁊ si habẽt quẽ iu-
ste revereri debeãt: animi puersitate ptendunt:
maxie cũ iniqtas male agẽdi accepit facultatẽ:
⁊ velut ventorũ flatus hũana ptãte recludi non
possunt: sic eoꝝ vexatio nequit ab hoĩbus phi-
beri: quib⁹ solus dñs desuper cõminaꝛ: vt aut a
malis inferẽdis resiliãt: aut iustã demũ sustine-
ant vltionem. Quod mare obmutescat ex dicto
dñi saluatoris/ad id referꝛ: qm̃ diuina puiden-
tia/nõ humana virtute siue peritia interdũ mũ-
dus in parte vel in toto a vexatõe quiescit. Alio
loquẽdi genere alius euãgelista christũ dixisse
asseruit/dicens: Increpãs ventũ et tem
pestatẽ. Increpatio est rephensio ad impro-
bas actiones. Est etiã increpatio retunsio mali
acti/ seu male dispositionis: ne pcedat in actũ.
Increpatio est inclamatio ptra phibentia de-
bitã seu voluntariã actionẽ: que fit pprie ad ra
tionabiles creaturas: sꝫ accõmodato vocabulo
in nõ rõnabiles ⁊ nõ sensibiles scriptura sacra
Ps.105. sepe reflexit. Nã psalmista dicit: Increpauit ma
re rubrũ ⁊ exiccarũ est. Juxta literalẽ intelligen
tiã sic peractũ credim⁹: vt deus in moyse seruo
suo/duce populi sui secreta potentia ⁊ creature
obedientia manifesta q̃ mare increpauerit ⁊ in
vtrãq; partẽ coartauerat aquas: vt pplus suus
ex egypto egressus sicco vestigio ptrãsiret. Hic
vero mare increpat ⁊ quiescit: vt in pace aploꝝ
Naũ.1. nauigiũ fiat. Et alia scriptura: increpãs mare
⁊ exiccãs illud. Quod si preter mundũ ⁊ ei⁹ hor-
rẽdas tẽpestates p mare cor humanũ intellige-
re volum⁹: in quo christus ⁊ aploꝝ collegiũ na-
uigat p fidẽ/arbore spei/charitatis velo cetera-
rũq; remis virtutũ: nam aliter cor nostꝝ/q̃ his
instrumẽtis in hac vita christũ ⁊ aplos portare
non põt: non incõgrue cogitam⁹. Spũsscti licen
tia etiã in hãc interpretationẽ iuste venire corda
scripturas querentiũ finit: q̃q̃ nobis alia prero
geꝛ forma loquendi. Nã quis impare põt cordi
bus hoĩm nisi deus? Quis mutare põt hominũ
corda/nisi qui pdidit? Quis odiũ ⁊ amorẽ recõ-
uertere i alterutrũ põt/aut ex eis iferre/nisi cre-
ator oĩm deus? Nam impatores aut terreni dñi
cũ impant multa fieri/corda non mutant: q̃uis
mutata videanꝛ/cũ eoꝝ iussa cõplenꝛ: quod non
fit ratione p̃cipientis siue p̃cepti cũ faciunt: sed
qꝛ oĩs homo nisi alia virtutis fortitudine vige-
at/timet vel cupit sibi. Volũtas em̃ hoĩs libera
facta fuit: vt a nemine p̃terq̃ a deo ⁊ a seipso in
aliquo moueret. Solus em̃ deus sup humana
corda verũ habet imperiũ: vt illa mutare possit
ab vno cõcepto in aliud. Et ipsa siquidẽ sunt li-
bere motionis: nullo p̃ter deũ cogente ad appe
tendũ vel renuendũ hoc vel illud. Et q̃uis hu-
mana corpa multis hoĩm subdantur imperijs:
corda vero deus saltem ab hoĩb⁹ querit: iuxta illã
Prouer.23. sententiã: Fili da mihi cor tuũ. Et multa expe-
rientia nouim⁹ sctõꝝ corpora multis a deo tyrã
norũ vexationib⁹ derelicta: in quib⁹ ipse oĩno
reseruauit ⁊ corda: que ita ei⁹ impio subdebanꝛ
vt nihilopenderẽt corpa/in quibus tã seuissime
torq̃banꝛ. Cordi etiã cõminaꝛ: qꝛ ibi ratio ⁊ in-
telligentia sunt ⁊ pcupiscẽtia ⁊ motus ire: ⁊ illã
que reprimẽda sunt ne coalescãt in eo p affectio
nes ⁊ placita ptra voluntatẽ dñi creatoris: ⁊ ne
impressa p intermiatiõẽ penarũ progrediãꝛ
in reprobũ actũ dei obediẽtia derelicta. Necnõ
⁊ iure increpationes cordi hũano fiunt: cũ sepe
illa delectabiliter mediteꝛ/que dei displicẽtiam
generãt: ⁊ cõfundũt iusticiã si patrata cõsistant.
Nõne cor sepe cogitat q̃ sunt obiurgatione di-
gnissima? Increpatio nãq; cũ ad cor hoĩm diri
giꝛ/est obiurgatio eoꝝ que cõtra iusticiã diligũ-
tur ⁊ fiunt. Est etiã increpatio p expressionẽ ver
boꝝ facta reprobatio ei⁹ quod male crediꝛ/ aut
erroneo intellectu percipiꝛ. Huiuscemodi mala
q̃ in corde sepe pueniant ⁊ orianꝛ improuide: q̃
sepe celeriter nõ increpata vel repssa in actum
deueniãt: calculare digitis ⁊ resoluere p manus
⁊ arte nũerandi velle pquirere: facili⁹ maris nu
meraꝛ arena. Ex cui⁹ typo cor humanũ merito
mare vocaꝛ. Nã inuisibiliũ cogitationũ malaꝝ
cordis ad arenã facta pportione/ proculdubio
arena succũberet. Volubilitatẽ nẽpe illi⁹ nemo
pfecte cognouit/nisi de⁹ qui pdidit. De quo p-
pheta dicit: Ego de⁹ scrutans corda. Increpat Hiere.17.
ergo de⁹ hoĩm cor: cũ in alta p̃ter diuina statuta
se tollit. Unde psalmista: Increpasti sup̃bos: Ps.118.
maledicti q̃ declinant a mãdatis tuis. Tota hõ
minũ sup̃bia in hoc p̃figitur/ cũ a mãdatis eius
declinaꝛ. Et maledictio eterna apposita est su-
perbis: q̃ diuĩs ptemnũt parere mãdatis. Hos
dñs increpat cũ repmit: aut cũ eos obiurgãdo
puertit: aut cũ penas addicit nõ cõuersis. Si q̃
vero de mũdo velut de mari sup̃ diximus: ad cor
hoĩs coaptatis sentẽtijs referunꝛ. Sꝫ increpa-
tũ insensibile mare/factũ increpatori obediens
hoĩes ptẽptores iusta cõparatione cõdemnat:
q̃ irrationalia ⁊ insensibilia sũmo p̃ceptori obe
diũt: ⁊ creatura rõnalis cognitõe insignita sua
prauitate contẽnit. Sed increpatio dñi sepe so
let esse correptio: quã contẽnere p̃sumere nõ de
bemus. Nã Job dicit: Beatus hõ qui corripiꝛ Job.5.
a dño. Increpationẽ ergo dñi ne reprobes: qꝛ
ipse vulnerat ⁊ medeꝛ: percutit ⁊ man⁹ eius sa-
nabũt. Beatitudo quedã est corripi anteq̃ hõ
progrediaꝛ in malum: aut cũ progressus fuerit
vt resiliat: quia eterni baratri claudiꝛ ostium: et
seratio celestis ianue remoueꝛ. Et correptio in-
crepationem significat: increpatio verõ est ipsa
correctio. Propter quod sequiꝛ: Increpationẽ
ergo dñi ne reprobes: que tunc reprobari diciꝛ/
cũ sibi nõ acquieuerit increpat⁹. Verũtamẽ dã
no pprio nõ acquiesciꝛ propter vitã q̃ fedis mo
ribus deturpaꝛ: et ppter acerbã penam/que vi-
tã torpentẽ insequiꝛ. Quod pphetico spũ ⁊ cla-
ra cognitione salomon vnũquẽq; rationis ca-
pacẽ tanq̃ filiũ p̃docebat: cũ a muliere fallaci
scꝫ a mũdi vanitate ac sensualitate ppria caue-
re censebat/dicẽs: Fili si mihi nõ credis/vereor Prouer.5.
ne forte dicas; Cur detestatus sum disciplinã: ⁊

Prouer.5. increpationibꝰ non acquieuit coꝛ meũ. Indici
bilia poꝛro ſunt mala que hic et alibi cruciabũt
increpationibus dñi ⁊ prudentiũ ꝯtumacẽ. Eſt
etiã increpatio/cũ quis in coꝛpoꝛe ꝓprio a dño
moleſtat. Proinde cum dictũ ſit: increpationẽ
domini ne reprobes: ilico ſecutus adiunxit: qꝛ
ipſe vulnerat ⁊ medet: percutit ⁊ manꝰ eius ſa-
nabũt. Unde cũ quempiã vulneribꝰ ſauciat/per
turbat doloribꝰ/percuſſionibꝰ cedit/increpatio
domini eſt: quã abſqꝫ periculo noſtro reproba-
re nõ licet. Quã ille reprobat qui aduerſus dei
prouidentiã ⁊ iuſticiã murmurat/et coꝛꝑe ceſus
maioꝛes in aĩo patitur cruciatus. Et qꝛ non po
teſt remouere quod extra diuino iudicio pati-
tur: de diuia iuſticia nõ letatus: in mẽte inuiſis
doloꝛibus perfoꝛat. Sed bene ꝑ ſalomonẽ con
Prouer.1. tra hos dicit: Deſpexiſtis omne conſiliũ meũ/⁊
increpationes meas neglexiſtis: ergo quoqꝫ in
interitu veſtro ridebo/⁊ ſubſannabo vos cũ vo
bis quod timebatis aduenerit. Que ṽba hoc ſo
nare vident: ꝙ qui negligunt increpationes di
uinoꝝ verboꝛũ/hoĩmqꝫ prudentiũ: cũ ipſi mala
que verebant ꝓtulerint/a dño deriſui ⁊ ſubſan-
nationibꝰ habebunt. Necnõ ad illos iſta refer
tur ſententia/qui etiã moleſtias coꝛpis a dño ꝓ
increpationibꝰ irrogatas ꝑ odiũ ipſaꝝ cũ pati
unt immurmurãt. Nam et per eundẽ ſalomonẽ
Prouer.15. dicit: Qui increpatiões odit/moꝛiet. Quod de
oĩbus increpationibꝰ iuſtis ex verbis et factis
vera dei deſanxit iuſticia: vt ipſas odiẽs moꝛiat
non tm̃ illa moꝛte que cõis eſt bonis ⁊ malis: ſꝫ
illa dũtaxat que debet reprobis. Et ipſas relin
quẽs/intellectu ⁊ moꝛibꝰ errat. Hinc in prouer
Prouer.10. bijs dicit: Qui increpatiões relinquit errat. Et
ad ipas in odio factꝰ/ſapiẽtia vero priuatꝰ: inſi
piẽtie ſubiacebit. Et cũ abſqꝫ ſapiẽtia ĩ hãc mi-
ſeriã veniamꝰ: ad ipſam ſuſpirare deberet oĩm
humanoꝝ intẽtio: ſaltem ad illã que ad ſupernã
vitã docet expediẽs. Sed niſi per diſciplinã no
ſtra ignoꝛãtia increpet/ ſapiẽtia vera nõ capit.
Quãobrẽ ab inſipientie tenebris obuelatꝰ in lu
cem ſapiẽtie noſter non aſpirat aſpectꝰ: ſcriptu
Prouer.12 ra ſacra dicente: Qui diligit diſciplinã/diligit
ſapientiã: qui aũt odit increpationes/inſipiens
eſt. Ecce ꝙ dilectio diſcipline ſapiẽtiã generat:
increpationũ autẽ odium inſipientiã parit. Ex
quo aperte colligit/ꝙ increpatio eſt diſciplina
per quã ad debitã ſapientiã peruenit: cuiꝰ ſplen
doꝛe prefulgẽs/inter ſapiẽtes irreꝑhenſibili au
Prouer.6. dacia reſidebit. Et hinc eſt quod dicit: Auris q̃
audit increpatiões vite/in medio ſapientiũ mo
rabit. Quod in moꝛibꝰ hominũ quãta veritate
clareſcat/ipſa experiẽtia magis clamat. Sꝫ ad
altioꝛa me rapit ſecretioꝛ intellectꝰ. Sapientes
viri ſunt ſuꝑni ciues: q̃ nunꝙ dño peccauerunt
ſiue ĩ hac vita vmbꝛatica peregrini cuſtodes in
nocentie: ſeu reſipientes a delictis ⁊ a patratis
ſceleribꝰ addita penitentia priuſꝙ vita coꝛpis
priuant. Sapiẽtes ſunt qui reꝑhenſibilia nulla
faciũt: ⁊ ſeruire ſciũt verbo inuiſibili hũanato:
in quoꝝ cõſoꝛtio hic reſidebit ex moꝛibus/et cũ

beatitudine in ſupernis. Unum ṽo relatiõe di
gnũ: non repulſa increpatio facit: quod difficile
in ſanctis hoibus dixerim: ⁊ in nõ perfectis im
poſſibile fieri exiſtimaui: ꝙ quis coꝛ ſuũ poſſet
ex omnibus ⁊ ab oĩbus coartare. Sed ſcriptu-
ra ſacra de increpationibus dicit: Qui autẽ ac
quieſcit increpationibꝰ/poſſeſſoꝛ eſt coꝛdis. Il-
le vero in veritate coꝛ ſuũ poſſidet quod in nul
la diffundit praua/⁊ recte omnia meditat. Me
rito igit nos velut mare arguit: ſi ſuo typo non
acquieſcimus increpati. Si vero iuxta literam
ventũ ⁊ tempeſtatẽ dixerimꝰ increpatos: ſupra
dicta nõ abſonant: quin eo ſenſu quo dicta ſunt
de mari/ad ventum ⁊ tempeſtatẽ valeant retoꝛ
queri. Nam vẽtus eſt cõmotoꝛ inuiſibilis aeris
quo primitus moto etiã coꝛpoꝛa ſolida impell
tur/⁊ minus ſtabilia cõmouent. Sic ventꝰ aeri
noſtre mentis exagitãs/ eſt inuiſibilis demonũ
aura: ⁊ impoꝛtuna coꝛdis ⁊ non viſa commotio:
aut irrationalis vexatio coꝛdis: cuius ſepe non
apprehendit cauſa: necnon ⁊ ab extra fit cõci
tatio per improbitatẽ hominũ: cuius nõ eſt in-
uenire iuſtũ aut rationale veſtigiuꝫ. Sed venti
mox impꝛeuiſe nulla ꝑrogata materia inter ho
mines male moti/etiã quietos ab extra pertur-
bant. Tẽpeſtas a tẽpoꝛis mutatione nomen ac
cepit: cũ tempus inſolitis ⁊ nociuis turbinibꝰ
inhoꝛreſcit: quod accommodato vocabulo ad
illã tempeſtatẽ quã in animo patiuntur ⁊ iniqui
apte refert: quã ſolus qui nouit abſcondita coꝛ
dium/inebꝛiat/prohibet ⁊ retondit: Similiter a
illã que tempoꝛũ lapſu ꝓuenit: cũ tempoꝛa ſuc
ceſſione alternãtur: ⁊ nunc quieta ⁊ nũc inquie
ta: nunc magis/nũc minus ſm̃ illã ineffabilẽ di
ꝓuidentiã: humana malicia capiẽte male agen
di audaciã iudicent. Sed ſub deſignatione cõ
moti elementi declaratur hic ſeua tẽpeſtas: cum
alius euãgeliſta dicit: Increpauit venti
et tẽpeſtatẽ aque. Nole aque decurrenti
doctrinã ſepe accepimꝰ. Et in doctrinis varijs
varie oꝛte ſunt peſtes: inficientes in pluribꝰ ro
bur fidei: ⁊ labefactantes moꝛes recte viuendi.
Hanc tẽpeſtatẽ chꝛiſtus ſolus abigit. Unde ſe
quit: Et facta eſt trãquillitas magna.
Modica tranquillitas ex imperijs hoĩm ſequit:
magna vero ſequit cũ imperat ſummꝰ archos.
Nec quiſqꝫ quietẽ inueniſſe ſe credat oꝛõnis ſtu
dio/aut auxilio patronatus hũani/ſeu cõſoꝛtio
peritoꝝ: niſi ſuꝑnus hõ induxerit. Proinde re
re ſecuta eſt magna trãquillitas/cũ chꝛiſtus in-
crepauit omne perturbãs: ⁊ ſaluauit in mari ad
ſe pertinẽtes. Tranquillitas magna in viatoꝛi
bus ſepe noſcit: dũtaxat vero maxima ĩ beatis.
Magna profecto eſt que ſubiectũ habet aduer
ſum: aut cũ virtute chꝛiſti repugnare poteſt ad
uerſo: vt etiã vndiqꝫ inſurgentibꝰ maloꝝ frago atti.
ribus/ipſa aĩa penitus nõ ledat: non ſcuto ꝓ
tecto vitreo/ſed diuino. Increpatio ṽo chꝛiſti
ad diſcipulos de modicitate fidei/ad tractatum
pertinet vitioꝝ. Poꝛro homines mirati
ſunt/ dicentes: Qualis eſt hic/ qui

mare et venti obediūt ei? Hoīes mirā
tur de diuinis operibꝰ/qꝛ hoīes sunt: nō mira-
renť si supra hoīes essent. Mirantur: qꝛ vt ho-
mines in christo diuinā virtutē ignorāt. Igno
rātia sepe admirationis est causa. Prouehit in
admirationē quod ꝓuenit insolite: atqꝫ vbi nō
seruať vsualis ordo nature: ⁊ quod supra illā et
potentiā hoīm fit/in admirationē adducit. Cō-
tinue admiranť ⁊ deficit hūanitas in altissimis
operationibꝰ deitatis. Ipsa vero interrogatio
siue inq̄sitio inter seipsos/ incōprehēsibilē sup
hoīem qualitatē insinuat. Qualis est hic? A qua
litate inherēte quales ⁊ tales hoīes appellanť:
Sꝫ nihil deo inheret. Quod est ⁊ quod hꝫ/ sub
stantialiter est ⁊ habet: accidentia nulla recipit
substātia ꝑ oīa simplex. Si in ipso est quod ab
stracta seu ꝯcreta locutiōe de ipso proferť: sub
stantia sua est quod de deo abstractis ⁊ ꝯcretis
vocabulis noīamus. Ac per hoc huic interro-
gationi respōsio terminata nō reddiť: si ad deū
q̄litatis iterrogatio referať. Sed nec credamꝰ
illos hoīes impitos deū inquirēdo velle cōtin-
gere: hoīem videbāt/de quo admiratiue quere-
bant. Si qualis erat ad cuiꝰ imperiū venti ⁊ ma
re subdebanť/q̄si sub admiratione ꝓferť: incō-
prehēsibilitas q̄litatis huiꝰ hoīs claret. Mos
eñ indocte plebicule quod nō intelligit plꝰ mi
rari: et ꝓut intus agiť foris eloqui. Si vo sub
interrogatione depromiť/de qualitate inquiriť
hoīs patētis: cū virtus nō adesse credať in car-
ne dei latentis. Obedientia quippe maris atqꝫ
ventorū hoīes illos ad hanc admirationē atqꝫ
questionē adduxerat: iubētis ignorata potētia/
seu in hoīe visa que pure nosciť esse diuina. Sꝫ
quid respōsum fuerat scriptura nō explicat: nā
mutua interrogatio imperitoꝝ/⁊ oīs eoꝝ que-
stio manet insoluta. Questio atqꝫ interrogatio
vicaria inter hoīes sciolos vel indoctos per ꝓ
fessionem ignorātie/aut ꝑ taciturnitatē melius
soluiť: ⁊ huiuscemodi questionibꝰ per huiusce-
modi aptius respondeť. Sed si oēs ab origine
mundi peritos interrogationibꝰ de christo et
questionibꝰ adoriremur: qualis est hic hō chri-
stus explicare nō possent: et taciturnitas ⁊ laus
bonitatis essent in respōsionibus aptiores. Et
vt dialecticos euitemꝰ: nō credamꝰ sub illo ver
bo qualis tm̄ qualitatē que de decē categorijs
est vna/illos plebeculos q̄siuisse. Astutias eñ
dialecticas penitus ignorabant: sed simplici et
rudi more loquēdi querebāt quicq̄d posset talē
hoīem operantē talia diffinire. Sed ad hec re-
sponsor quis idoneus? Habemꝰ tñ hanc questi
onē silr̄ et responsionē a spūsancto ꝓhabitā in
canticis canticoꝝ. Nam sub disciplina spūssan
cti velut ab ignorātibus/aut ab extra ecclesiam
catholicā positis/quesitū est enigmatice de chri
nt.5. sto sub hac forma verborū. Qualis est dilectus
ex dilecto o pulcherrima mulier? Qualis est di
lectus ex dilecto o pulcherrima: qꝛ sic adiurasti
nos. Pulcherrima mulierū ecclesia catholica
est. Ipsa sola ꝑ altitudinē fidei qualis sit chri-
stus agnouit. Pulcherrima mulierū est illa fide
lis aīa: que oīm terrenoꝝ amore priuata/cunta-
rat virtutū decore prefulget. Seu pulcherrima
est ecclesia triūphans in supinis. Fit interroga
tio ab extra positis/ aut a minꝰ doctis. Qualis
est dilectus tuus ex dilecto? Dilectus ex dilecto:
christus ex deo. Dilectꝰ est pater: dilectꝰ est fili
us. Dilectus ex dilecto: filius ex patre. Dilectus
est christꝰ: ac ab ipso noster diligēs diligiť ani-
mus. Dilectꝰ ex dilecto: christꝰ dilectus ab aīo
ab ipso dilecto. Qui qualis sit inquiriť: vt que-
stio cū diligente pleno aīo asciscatur. Qualis
est ⁊c̄. Sed que nouit per fidē/respondet ꝑ veri
tatē. Dilectus meꝰ candidus ⁊ rubicūdus: ele-
ctus ex milibꝰ. Caput eius aurū optimū. Secū-
dū apl̄m caput christi deus. Proinde si de sub- 1.Cor.11.
stantia queriť: deus est in hoīe latens: et homo
patens deitati vnitus existens. Si de qualitate:
deus in sua naturali qualitate nō aducticia bo
nus/sapiēs/imortalis/fortis/oīpotēs/ rex regū
⁊ dn̄s dominantiū/totum bonū/summū bonū/
omne bonū omnibus ꝓexistens. Cetere descri-
ptiones quas sponsa subnectit/ad sensus mysti
cos ⁊ tropologicos referunť. Hinc est cū que-
riť: qualis est hic cui mare ⁊ venti obediunt? pal
marie respondeť: Iustus ⁊ verus oīpotens dn̄s
vniuersi ad ꝯdemnationē oīm contumaciū/qui
ei obedire contēnunt: cui muta ⁊ insensibilia/⁊
flatiles aure subduntť: ad imperiū eius faciētia
verbū illius. Et cōfusio noticie nostre cooperiet
nos: cū insensibilia nobis obediētibꝰ in ordine
obediētie ꝓferenť que nature ordine posteranť.

¶ De miraculo quinqꝫ panū et duorum piscium multiplicatorum: secūdū mattheū/marcū et ioannē Ca. III

Tertium miraculū quod ī re insensibili
operatus est christꝰ: de quinqꝫ panibꝰ or
deaceis/⁊ duobus piscibꝰ fuit. Sed vt
apertiꝰ miraculū clareat/geste rei est ordo texē
dus. Post curationē infirmi longi tp̄is ad pisci
nā/⁊ longā concertationē verboꝝ christi cū iu-
deis hierosolymis habitā: Iesꝰ abijt trās
mare galilee/quod ē tyberiadis. Et
sequebatur eū multitudo magna:
qꝛ videbāt signa que faciebat super
his qui infirmabātur. Ambulans iesus
mare circūiens galilee: circa quod erāt plurime
ciuitates: ⁊ sanabat egrotos/vt eēnt habiles ad
sequelā: nec possent de infirmitate causam excu
sationis innectere/si nō dn̄m sequerenť. Ideo
ab infirmitatibus liberat vt sequanť: nec sequi
christum possunt/ qui ab infirmitatibus anime
detinenť: nec sanari ab alio q̄ a christo. Prero
gať igiť nō deesse sanitas: sed vt fiat sequela eiꝰ
qui oēm animā volentē ducit ꝑ semitas equita
tis. Sed circa mare galilee et tyberiadis chri-
stus q̄rit habere sequelā. Prouincia siue regio
est galilea: sed tyberiadis ciuitas est: a tyberio
cesare noīať. Hec sic dē noīa ministerio ⁊ actio
ni cōueniūt. Nō diciť galilea seu trāsmigratio:
tyberiadis vo vidēs testimoniū iterp̄tať. Aq̄rū

cõgregatio est in prouincia: subiacet ciuitati.
Transineat hmõi mare iesus/ ꝛ eũ sequitꝛ multi-
tudo: vt desyderio in anteriora rotãdi/ a posteri
oribꝰ eleuandi/ ꝛ transmigrandi presens seculũ:
christũ sequẽdo anĩo ꝛ moribus festinemus vi-
dendo testimonia sancta eius: que testificantur
potentiã ꝛ bonitatẽ magnitudinis eius. Seque
batꝛ eũ multitudo magna. In quo magna? In
numero/ aut virtute/ aut in potentia felicitatis
terrene. Nõ in virtute atqꝫ potentia/ sed in nu-
mero forte magna. Sed nec magnã profecto ex
oĩbus dixerim si respicimus ducẽ: ad cuius du
catum omnis multitudo modica/ ꝛ magnitudo
paruescit. Ex alia inherente virtute magnã ap
pellare nõ possumꝰ: quoniã propter signa dñm
sequebatꝛ. Esset vtiqꝫ magna/ si ꝓpter eius do-
ctrinã mores ꝛ vitã ꝑeuntẽ ipsum secuta fuisset.
Nam quõ magna in fide turba illa fuit: que ꝓ-
pter signa facta sup infirmos dñm sequebatur
cũ non ꝓpter fideles/ sed propter infideles da-
ta signa noscamus? Erat ne magna indocta de
uotione? Sed nec deuotio sancta/ quã vera fides
nõ prestruit. More humano hic euãgelista dis
seruit: apud quẽ paruũ insolitũ dicitur sepe ma
gnũ. Et cũ esset iesus cũ discipulis su
is ĩ deserto loco bethsaide. vsqꝫ ad quẽ
christũ turba secuta fuisset. Excepit eos et
loquebatur illis de regno dei. Beni
gne recipit christus oẽs ad se veniẽtes: ꝛ multa
ꝑrogat vt sequamur: ꝛ dulcedine nõ fallaci al-
licit auditores: ꝛ ex doctrina demõstrat frustrã
dam nõ esse sequelam. Loquebatꝛ eñ illis de re
gno dei. Non interseruit euãgelista formã ver
borũ: qualiter de regno altissimo loqnebatꝛ: sed
pia fides nostris mẽtibus interlucet: ꝙ aut pro
mittẽdo/ aut astruẽdo viã cum illa gregaria mul
titudine de regno dei deus homo loqueretꝛ. Et
qui curari indigebãt sanabat. Indigẽtibus ne
cessaria libere diuia largitas donat: sed ꝗ egro
tat/ pre ceteris indiget sanitate: qua priuati ho-
mines ex abundantia ceteroꝝ doloribꝰ acriori
bus perforantꝛ. Permodicũ ꝓdest vallari co-
pijs rerũ ꝛ carere seipso: qꝛ nec seipsum in pace
possidet qui egrotat. Et si ꝓpter corporum lan
guores in veritate sic esse decernimus/ ꝙ vehe-
mentius indiget sanari qui aĩe non fruitꝛ sospi-
tate: sed inuisibilibꝰ languoribus dolet atqꝫ ta-
bescit. Sed presanat christus qui eũ secuti per
planiciẽ fuerant ꝛ quesierant in deserto: vt etiã
ad pabula montis ꝑficiatꝛ ascensus. Semp eñ
christus ad superiora hoĩm mentes per desyde
ria trahit: quousqꝫ conferat quod infallibiliter
pollicetꝛ. Sed dies iã ceperat declinare: illa vi-
delicet ꝗ ortu solis exoritꝛ/ ꝛ eius occasu finitur.
Non autẽ timendũ vbi lux erat mundi: quã qui
Mat.14. sequitꝛ/ tenebras nescit. Abijt in montẽ ie-
Mar.6. sus: vbi sedebat cũ discipulis suis.
Luce.9. Expectabat eñ turbã: quã signis ꝛ verbis alle
Joã.6. xerat ad sequelã. Et acedentes duodẽ-
cim dixerunt illi: Dimitte turbas/
vt euntes in castella villasqꝫ que cir
ca sunt diuertãt/ vt inueniãt escas:
qꝛ hic in loco deserto sumus. Presu
munt discipuli in magistꝝ/ in sapientẽ indocti:
consilijs indigentes cõsulunt veritati. Et mo-
dice adhuc sunt fidei: cũ de cibo turbarũ angu
tur existentes cũ christo: necnon male prouide
turbis/ quas a christo segregare vel saltem ad
modicũ tentant sub specie pietatis. Sunt enim
hec imperita cõsilia: in que qui boni vidẽtur/ ex
ignorantia seu inaduertẽtia sepe cadũt/ vt sub
velamine boni anĩe dispergautꝛ. Sed vnum est
castellum ꝛ vna villa: scꝫ sancta mater ecclesia:
cuius fundamentum actor ꝛ rector ꝛ pastor est
christus. In ipsa/ nõ extra ipsam in castellis et
villis hereticoꝝ/ philosophoꝝ/ sapientũ mũdi
atqꝫ potentũ ꝛ diuitũ terrenoꝝ/ animaꝝ queren
de sunt escẽ: sed a christo/ qui in sancta ecclesia
corporalẽ et spiritualẽ oĩm curat annonã. Nec
pauorẽ ꝑ defectu vite corporalis incutiat soli
tudo deserti: pauerat eñ in deserto celesti man
na multis annis populũ peregrinũ. Nam etsi
oporteret/ tutius est cuꝫ christo exitiale ieiuniũ
ꝙ ad votũ refici preter christũ. Non sunt timen
da ieiunia vbi pastor est vite: nec esuries corpo
ris propulsanda vbi pastus est verbi. Predictũ
porro fuerat: quia nõ in solo pane viuit homo:
sed ex omni verbo quod ꝓcedit de ore dei. Nõ
dum nouerãt apostoli hãc in christo adesse po-
tentiã: nec viderant preter nature ordinẽ mul-
tiplicare victũ. Cũ ergo subleuasset ocu
los iesus: et vidisset quia multitu-
do maxima venit ad eũ: dixit ad di
scipulos suos: vt suppleatꝛ litera euange-
lij: Uos dixistis vt dimitterẽ turbas: iuxta ve
strũ consiliũ nõ dimisi. Ecce turbe veniũt: vos
date illis mãducare. Sed diffidentibꝰ discipu-
lis atqꝫ tacentibus: dixit iesus ad philip
pum: Unde ememus panes/ vt mã
ducent hi? Ad philippum primo ꝓlatus est
sermo velut ad hominẽ qui erat patrialis: nam
erat a bethsaida illi monti vicina. Nec christus
velut ignarus interrogat: sed vt euangelista re
fert: Hoc autẽ dicebat tentans eum.
Ipse eñi sciebat quid esset facturus.
Tentatio ꝓbatio est humane peritie: vt clare
cũ qualibus sapiẽtibus mundũ ꝯuersurus chri
stus ꝓgreditꝛ. Non eñ more demonũ/ aut simi
litudine hoĩm tentat christus. Intentator pe
nitus est ipse maloꝝ. Sed ꝓbauit philippi pru
dentiã/ sicut in veteri testamẽto probauit obedi
entiã abrae scriptura dicẽte: Tẽtauit autẽ de
abraam. Philippus vero rerũ agendarũ igna
rus improuise atqꝫ incõsulte respondit: nõ co
quans victũ hominũ quantitati. Ducento
torũ denarioꝝ panes nõ sufficiũt
eis: vt vnusquisqꝫ modicũ quid ac
cipiat. Utrũ vero ista pecunia sic numerata
presto fuerit/ scriptura nõ refert: ꝙꝙ multi amo
re illecti pecunie/ velint illi sancto apostolorum
collegio de pecunia facere imposturã: vt illoꝝ
exẽplo in licitũ nitantꝛ ꝯuertere ꝓpriã auari-

⁊ eo se credãt a peccato immunes quo sanctos
in exẽplũ vite moralis inducũt. Et bonos sepe
infamãt: ne ipi soli deliqsse videant. Sed alioꝝ
turpitudine si adesset/ turpitudo ꝓpria nõ dele
tur. Uerũtamẽ si affuisset illa pecunia/ nil ade-
misset apostoloꝝ virtuti: libera enim mente su-
per terrena omnia ferebant. Unus autem
alius ex discipulis andreas/ frater
simonis petri/ dixit ad iesum: Est pu
er hic vnus qui hꝫ quinqꝫ panes or
deaceos et duos pisces: sꝫ hec quid
sũt inter tãtos? Nec refert quod aliꝰ euãge
lista dicit: At illi dixerũt: Non sunt no-
bis plus ꝙ̃ quinqꝫ panes et duo pi
sces: vis eamus et emamus in oẽm
turbã escas. Quia quod vnus dixit/ oẽs di-
xisse videntur: ⁊ vsitato more multitudo sepe loq̃-
tur ꝑ vnũ. Ait aũt ad discipl'os: Facite
hoĩes discũbere/ ꝑ cõuiuia quinq̃genos:
⁊ ita discũbere fecerũt oẽs. Erat autẽ fenũ
multũ in loco. Discubuerũt ergo vi
ri nũero quinqꝫ milia. Acceptis aũt
quinqꝫ panibus et duobus piscibꝰ
respexit in celũ: et gratias agens be
nedixit illis. Et fregit et distribuit di
scipulis suis: vt ponerent ante turbas q̃n-
tũ volebant. Et manducauerũt oẽs/ et
saturati sunt. Dicit iesus discipulis
suis: Colligite q̃ supauerũt fragmẽ-
ta ne ꝑeant. Collegerũt ergo et iple-
uerũt duodecim cophinos fragmẽ
torũ ex quinqꝫ panibus ordeaceis
et duobus piscibꝰ: q̃ supfuerunt his
qui manducauerãt. Illi ergo homi-
nes cum vidissent quod fecerat si-
gnum/ dicebãt: Quia hic est verus
propheta/ qui venturus est in mun-
dum. Uere ꝙ̃uis nõ toti isti de signo transie-
runt ad signatũ: vt videntes signũ intelligerẽt
supnaturalẽ authorẽ/ ⁊ potẽtiã extra vsum ⁊ vir
tutẽ ostensam hominibus supra sensuꝫ. Et hec
est omniũ miraculorũ palmaris ratio: vt in co-
gnitionẽ factoris inducant: ⁊ ex hec hominibꝰ
ipsa panduntur. Ex signo dato ex homine quẽ
purũ credebant/ putauerũt prophetã. Ultra na
turam eos signũ tale produxit quoniã nõ ex na
tura/ sed ex infusa gratia data est hominibꝰ pro
phetia. Sed modica erat ista credulitas: qꝛ nõ
propheta magnus erat: porro ampla fuisset/ si
omniũ atqꝫ prophetarũ credidissent factorem.
Sed quid est quod dicebatur: quia venturus erat
qui omnino iam venerat? Et quia nõ credebãt
totũ ꝙ christus erat venturꝰ: forte ipsorũ opi-
nio asserebat: An forte ad secundũ aduentũ isto
rum opinio ferebatur.

¶ De multiplicatione septẽ panum secundũ Mattheũ et Marcum. Capitulũ IIII

SEptem vero panũ ⁊ paucorũ pisciculo
rum multiplicatio a superiori miracu-
lo in virtute nõ differt/ nisi ex annexis
⁊ numero: sed ordo gestoꝝ dicendi materiã da
bit/ ⁊ illustrabit gratia spũssctĩ. Turba mul Mat.15
ta erat cum iesu: nec habebant quid Mar.8
manducarent. Turba facile turbatur: ⁊ tur-
ba impetu ⁊ clamoribus sepe fertur: ⁊ raro q̃escit
nisi ꝑ ꝓuidũ ducẽ: sed que sequebatur iesum/ tur-
bationis causa carebat. Nihil habet vnde tur-
betur/ qui stare didicerit cũ iesu: origo enĩ est ⁊
fons indeficiens omnis consolationis ⁊ pacis.
Sed hoc nõ habebant quid manducarẽt: quia
nõ ex ipo/ sed ex nobis defectio est ⁊ carẽtia bo
noꝝ. Non habemus vnde viuamus/ sed vñ mo
riamur ex nobis. Non habere similiter ⁊ defice
re de vno fõte procedit/ scꝫ materia nihili. Uñ
ꝑ creationẽ in esse deuenimus: sed creatoris est
seruare in esse quod fecit. Subsistere neq̃ꝙ̃ no-
stre noscitur potestatis: defectiones nostrum est
pati/ mederi est creatoris. Hinc iesus affectum
pandit apostolis siue discipulis animi miseren
tis. Unde conuocatis discipulis dixit
illis: Misereor sup turbam: qꝛ ecce
iam triduo sustinent me: nec habẽt
quod manducent. Pro cõsilio audiendo
discipulis enunciare videtur: nõ velut indigens/
sed vt magis redderentur attenti ad ea q̃ facturꝰ
erat. Indicat animi sui misericordiam/ qua mo
uet ad turbam: quia omniũ miseretur deus: nihil
eorũ que fecit abhorrens. Et misericordie dñi Treñ.3
ꝙ nõ sumus cõsumpti: nec defecerunt miserati
ones eius. Cõsummeremur oĩno in nihilũ re-
uertentes/ nisi ope diuine misericordie tenere-
mur: que nemini deficit/ nisi homo prius defici
at. Nemini deficit omnino/ nisi cõfidentibus in
seipso. Nemi deficit quod deficere nescit: quod
largitione nõ minuitur nec augetur/ nullũ nouit ha
bere defectum. Inexhauribilis/ imo ineuacua-
bilis est diuine misericordie vena: que nunq̃ꝫ in
copia nec in voluntate defecit. Plus abundat
qm̃ possint oẽs angeli ⁊ hoĩes indigere. Supa
bundat etiam dantis voluntas: supra quã veli-
mus recipere. Nulla voluntas ad velle parati-
or ꝙ̃ ad cõferendũ diuina: sed nõ omnibus nisi
sustinentibus eũ. Proinde adiecit: Quia ecce
iam triduo sustinent me: nec habent quod man
ducent. Uerũ est ꝙ charitas omnia sustinet ꝓ-
pter deũ: patientius vero ipm sustinet. Sed nec
cõfũdi possunt/ q̃ dñm sustinuerũt. Ex hoc psal
mista dicit: Uniuersi qui sustinent te/ nõ cõfun- Psal.24
dentur: qm̃ est multe misericordie/ ⁊ verax omĩbꝰ
qui sperant in eũ. Et iterũ psalmista: Expecta Psal.26
dñm/ viriliter age: confortetur cor tuũ ⁊ sustine do
minũ. Exhortatur veritas eos qui sperant vide-
re dñi bona in terra viuentiũ: vt expectẽt dñm:
nõ effeminate seu molliter/ sed ea que ad salutẽ
ꝑtinẽt agendo viriliter. Et cõfortetur/ ne efficiatur
desidia/ neqꝫ infirmetur: magis vero sustineat do-
minũ qui nõ deest sustinentibꝰ eũ. Naꝫ siue ad
tolerantiã passionũ/ siue ad expectationẽ ꝓmis
soꝝ verbum sustinẽtie referatur/ in id redit vt susti
neamus omnia ꝓpter ipsum dñm ⁊ fidelẽ exo-
lutorem promissorũ suoꝝ. Hec siquidẽ differen

ter ⁊ mystice/varie atq; moraliter exhortãs ec-
clesiasticus manifestat: cũ quempiã velut filiũ
Eccl.2 erudiret/dicens: Fili accedens ad seruitutẽ dei
sta in iusticia ⁊ timore: ⁊ pͤpara animã tuam ad
tentationem. Deprime cor tuũ ⁊ sustine. Incli
na aurem tuam ⁊ excipe verba intellectus: ⁊ ne
festines in tpe obductionis. Sustine sustenta-
tiões dei. Coniungere deo ⁊ sustine: vt crescat in
nouissimo vita tua. Omne quod applicitũ fuerit
tibi accipe: ⁊ ĩ dolore sustine. Et paulo post ad-
iecit: Metuentes deũ sustinete misericordiam
eius: ⁊ nõ deflectatis ab illo ne cadatis. Bonũ
est timentib⁹ christũ sustinere misericordiã ei⁹:
qm̃ ipe dicit: Misereor sup turbã: scz sup omes
hoim nationes: etiã sup aiam vnã. Sed illi mi-
sericordiã nõ cõsequunt/ q̇ eum sustinere nolue
rũt pmittentẽ: aut q̇ ppter eũ sustinere nolue-
runt pͤmentẽ psecutionẽ. Sed hanc turbe susti-
nentiã p triduũ factã cõmemorat: vt hec trini-
tas diez in alias trinitates mentes hoim cõsy-
derãdo traijciat: in creatricẽ scz q̃ deus est pr ⁊
filius ⁊ spũssanctus. Et in tertio die tridui chri-
stus misertus est turbe: qm̃ in spũsancto misera
tio fit pplo: ⁊ in sua virtute celebrat remissio
pctõz. Et in illã trinitatẽ virtutũ in q̃ reuiuisci-
mus in pctis mortui cũ tertia ĩter cesserit: fides/
spes/charitas ista trinitas est. Et in charitate
pfecto fit miseratio pctõz: qm̃ charitas illoruʒ
multitudinẽ opit. Nouerat saluator turbaz in-
digentiã/ cũ miserat⁹ dicebat: Nec habẽt quod
mãducẽt. Nõ habẽt hoies vnde suas anĩas re
focillent. Nec habẽt hoies in deserto hui⁹ mũ-
di alimoniã spũalis alimẽti: nisi saluator ipe cõ-
tribuat. O vtinã ãnexã humane nature inopiã
cognoscerent vniuersi: q̇bus bonis priuati su-
mus: quanta priusq; christus misereret: quãta ge
nus humanũ inedia premebat: erat horrida fa
mes: saturitas nõ aderat vlla: exhalabãt pluri-
mi aĩas suas oĩno a vitate impastas: ⁊ turbaz
multitudo eternũ patiebat exitiũ. Venit qui co-
gnoscebat originalẽ defectũ/ se offerens ad se-
quendũ: vt misertus sequentib⁹ afferret sane re
mediũ. His dũtaxat q̇ deserentes aio mundum
desertũ christũ in deserto sectarent. Nã turbaz
filioz israel in deserto in moyse sequentẽ deũ/ ⁊
in columna ignis ⁊ nubis celesti alimẽto nutri-
uit. Et nunc miseret turbe/ illũ in deserto seq̃n-
tis. Et dñs p Hieremiã recõmemorat illud pre
Hiere.2 teritũ/ quod pphetia erat in futuz. Et factũ est
verbũ dñi ad hieremiã/ dicẽs: Vade et clama in
aurib⁹ hierlm/ dicẽs: Hec dicit dñs: Recorda
tus sum tui/ miserans adolescentiã tuã ⁊ chari-
tatẽ despõsationis tue: qñ secuta es me in deser
to/ in terra q̃ nõ seminat. Hec ad hierlm dñs in
ferebat. Predicans turbis christus ostẽdit in
corpali alimonia/ quod defecit ecclie in spũali
gratia. Preuidit pericula christus: q̇ possũt ex
ieiunio bonoz spũaliũ hoibus puenire: defectũ
scz quo homo languescit in via. Proinde subie
cit: Et si dimisero eos ieiunos in do-
mum suã/ deficient in via. Ieiun⁹ a chri
sto dimittit/ q̇ spũale nõ accipit alimentũ. Sed
nõ ẽ parcitas dãtis: sed negligentia nõ accipiẽ
tis. Effundit/ sed denegat ĩparatis. Nulla no
xiora ieiunia/ q̃ ab alimonijs christi secerni.
Dimittunt ieiuni q̃plurimi redeũtes in domũ
suam: cũ vnusquisq; ppriũ placitũ sequit/ christi
gratia nõ refectus. Periculosum est ad ppriaʒ
redire q̇etẽ/ ⁊ spũaliũ inedia expugnari. Etenĩ
defectus aduenit cadendi siue sistendi: et quod
magis flendũ/ sepius oberrandi. Nõ cogit chri
stus ad ppria corpis ⁊ actionũ tpaliũ non redi-
re: sed sacroz gratia ⁊ mãdatoz disciplina vult
esse refectos: vt sacralis sit vita hoim sub regu-
la mandatoz. Etenĩ sic incedẽtes non deficiẽt
in via: nõ cadent/ quin releuent: nõ sistent/ quin
pficiant: nõ oberrabũt/ q̇n redeant. Domũ suo
cunctoz viuentiũ terrã matrẽ nascentiũ etiam
appellaui: seu illã celestẽ patriã/ in qua vult deus
oẽs hoĩes saluos fieri: ad cui⁹ beatitudinẽ oim
credentiũ tendit intentio. Via q̃ gradiendũ est
christus est/ anteq̃ reuertamur ad terrã de qua
sumpti sumus: ⁊ sine q̃ puenire ad celestem pa-
triã oĩno nõ possumus. In qua via defecerunt
q̇ errauerũt a fide/ aut q̇ nõ puenerũt ad fidem:
q̇ de christo plus aut min⁹ debito crediderunt:
q̇ despexerũt que elegit: q̇ cõtempserũt que susti
nuit: q̇ p oĩa eius euangelio nõ se subiecerũt: q̇
ea que despexit habere voluerũt: q̇ retrograde
prexerũt: aut q̇ ex negligẽtia remanserũt. Mul
ti aũt recte pgentes dũ aspexerũt amena mũdi
vlterius pgredi sunt obliti: sed nec hi q̇ pseue-
ranter diuinis munerib⁹ sunt refecti. Quidã
enim ex eis de longe venerũt. Propi
ores erant aut est: debebant ad sequelã christi
q̇ de lege dñi erant/ q̃ q̇ gentiliter vixerant: sed
pͤposteratũ ẽ: vt q̇ debebant esse ppinquores/ sũt
remotiores: ⁊ qui lõge erant/ proximi facti sũt.
Necnon ⁊ de longe ad christum veniunt/ qui
extiterunt maioribus criminibus irretiti/ et in
mundi delitijs atq; diuitijs plus affecti: quibus
est celerius diuino edulio prouidendum: ne re-
uocati a pristinis in via satis deficiant. Dãt de
sperationis seu difficultatis consilium impen-
ti: veluti diuinam potentiam ignorantes. Et
responderunt ei discipuli sui: Unde
poterit istos quis hic saturare pani
bus in solitudine: Concordat hec extima-
nita responsio cum illa/ qua superius dictũ est
Unde ememus panes vt manducent hi: Sed
hanc protulit christ⁹/ sciens omnino quod erat
ipse facturus: illam protulerunt discipuli/ virtu
tem christi domini non cogitantes. Naturali-
bus progressibus assueti nesciunt consydera-
te diuine virtutis potentiam preter ipsam natu
ram: quam ex toto sequentes illam ineffabilem
vehementie gratiam non aspexerunt. Vere aũt
nullus est qui possit panibus homines satura-
re in solitudine huius mũdi: semp enĩ post sum-
ptũ cibũ comedẽdi debellat inedia: ⁊ saturatus
iterũ refamescit. Nullus porro affectus homi
nũ habet satis nisi reficiat a gratia: cui⁹ nemo

penitus hoim est largitor: nisi factus hō cōditor ꝛ redemptor. **Qui interrogauit eos Quot panes habetis? Et dixerūt ei: Septem/ et pisciculos paucos. Et precepit turbe vt discumberent sup terrā. Et accipiens iesus septem panes et pisces: gratias agēs fregit et dedit discipulis suis vt apponerēt. Et discipuli dederunt poplo seu apposuerunt turbe: et mãducauerunt et saturati sunt.** Cū christus legit interrogare/ nunq̄ velut ignorans interrogare credatur: sed more humano loquit: ꝛ familiarē se discipulis suis mōstrat: ꝛ vt clareat euidētiꝰ quod erat ipse facturus. Nouerat enim oīno quot panes habebant. Discubitus turbe sup terrā ordinatio est fideliū in ecclesia: vt vnusq̄sqꝫ in eo ad quod ordinatus est/ sacramētoꝝ gratiā sumat. Et ipsa humiliatio ad diuina ꝛ ad sacramenta q̄ fiunt penitus ex corruptibilibꝰ ꝛ terrenis: signat in discubitu sup terrā. Maxima ī hoc noscit humilitas hoīm: cū se inclināt ex fide ad suscipienda elemēta: ꝛ gratiā nō videntes credūt esse sacramēta. Accepit septē panes ꝛ fregit/ et dedit discipulis vt apponerent. Septē sūt q̄ distribuit sacramēta. Sunt etiā septem dona spūs sancti: que hoibꝰ ꝓ sui dispositione atqꝫ capacitate partit ꝑ manus apostoloꝝ. Nā hominibꝰ a christo traditū est determinato mysterio: vt alios hoīes in fide subiectos alimēto sacramētalis gratie atqꝫ diuinis sermonibus pascant: vt quorum erit vna beatitudo/ sit vna ꝛ mutua cōmunio inter eos. **Et habebāt pisciculos paucos: et ipse bn̄dixit et iussit apponi.** Pisciculoꝝ additio q̄ extrahunt ex aquis/ traijcit in dulcedinem/ que de amaritudine vite carpit: nā amare sunt aque maris/ ꝛ dulces pisces generant. Etsi dulces sunt/ aut fluunt/ aut cōmouent a vento: vt etiā tribulatio semper signet in aquis: cuius fructus est dulcis/ coniunctus ei vite que dicit sacramētalis. **Et mãducauerunt** de miraculose ꝓductis: **ꝛ saturati sunt.** Profecto satur dicit refectus a gratia: Et depellit hispida fames/ cū christus ornat suis alimonijs mensam. Nemo nisi quem christus alit dicit saturatus. Neqꝫ fieri potest vt aīa satietatē accipiat ab his que inania sūt. Optima saturitas gratia: neqꝫ fastidit animā/ sed amplioribus ꝛ suauioribꝰ desyderijs angit. Corporis nempe satietas qn̄qꝫ nauseā generat: ꝛ refectuꝫ languoribus viget. **Et sustulerunt quod supauerat septē sportas. Erant autē qui manducauerunt quatuor milia hoīm: et dimisit eos.** Sublate sporte de fragmētis appositoꝝ numero correspondent: etenim septē fuerunt panes. Et qꝛ reseruant id insinuāt: vt vsqꝫ in finē seculi eadē ꝑduret ministratio sacroꝝ. Sed neqꝫ septē panū atqꝫ septeꝫ sportaꝝ nūerꝰ equat nō calculate multiplicationi facte a diuina virtute: q̄ tāta multitudo refecta est. Nec vllus hoīm dinūerare potuit/ neqꝫ scire/ in q̄ntū nūeꝝ deuenerit multiplicatio panū: nisi quod tantū rei affectꝰ inotuit: qꝛ oēs saturati sunt: qm̄ nō est mēsurabilis aut nūerabilis sensibiliter occulta sacroꝝ virtus/ q̄ aīas reficit: nec btitudo q̄ ꝑuenit. Nec alligat nūeris ꝛ mēsuris illa dulcedo tribulationis: q̄ signat ī pisciculis ex mari amaro carptis. Numerꝰ mãducantiū claret/ vt inclarescat miraculuꝫ. Sed q̄dratura vltima siue maioris numeri soliditatē ꝛ firmitatē gratie/ magis ꝙo eterne vite significat. In rebꝰ em̄ solidis q̄dra figura dicit firmari solidiꝰ. Et q̄drati sunt lapides iussu salomonis/ q̄ ponebant in fundamēto tēpli. Et opta sunt oīa in tēplo ope quadro. **Et dimisit eos** scꝫ a se: vt liberi abirēt/ ne in via deficerēt. Non em̄ aufert christus ex p̄ceptis/ aut ex sacris/ aut ex q̄buscūqꝫ charismatibꝰ hoībꝰ libertatē: sꝫ idō talia ꝯfert/ ne deficiamꝰ/ ne īpediamur a sathana: vt liberi opemur ꝓ supna libertate captāda.

¶ De miraclo inuēti stateris: secundum Marcum tantum. Ca. V

Quoniā sicut ꝑspicua fideliū rō docet/ nō debeat dici miraculuꝫ quod posset deuenire nature tpe lōgo vel breui/ aut mysterio artis: etiā si nunq̄ penitus ꝓueniret: sꝫ illud dūtaxat ad quod vel artis nō esset aut posset esse conatus: idcirco quodāmō hesitauerim intentionē stateris in ore piscis inter miracula cōputari: qm̄ quodā artis mysterio id agi potuisset/ adiecta sn̄ia dn̄i saluatoris. Nā stater casu Mat. 17
quodā potuisset esse ꝓiectus: ꝙuis nō illo fine/ vt sic inueniret: sic etiā ꝓ tributo terrenis dn̄is solueret: aut quodā alio fortuito cecidisse: piscē qꝫ ꝑquirentē escas cū alijs vorandis voraciter assumpsisse: sciuisseqꝫ dn̄m saluatorē/ q̄ est oīm reꝝ cognitor. Silr ꝛ de ficulnea/ quā subito arefecit: q̄ longo tractu tpis ex natura siue opposita incisione/ aut quōlibet aliter arefieri potuisset. Sed p̄ subita actiōe pn̄t inter dn̄i miracula cōputari: quāq̄ oīno in miraculis cōis ordo nature cōuenire nō debeat: neqꝫ hūana studia casualia vel ꝑuisa possint p̄stare iuuamē/ mora interposita vel repente. Uerūtn̄ qꝛ magno mysterio acta sunt ista: ꝛ mox vt ab ore dn̄i processit imperiū/ rei obediētia mōstrauit effectū: decreui oīno inter miracula ꝑtractare. Cū natura siue ars potuisset diuersimode similia facere: nō tn̄ eo mō quo facta sunt potuisset in eternū efficere. Un̄ ꝙuis fiat ex miraculo quod habet natura/ ꝛ quod facit mira potētia: posset tn̄ ex natura diutine sortiri effectū. Et quod fit repente interdū fieri posset ex arte: verūtn̄ alijs instrumētis alijsqꝫ medijs diuersis originalibꝰ causis potentia q̄ miracula fiunt/ ꝙ natura vel ars humana ꝓcedit. Proinde illa inuentio stateris in ore piscis miraculū fuit. Decēsqꝫ fuit vt eēt miraculū quod ad tantū mysteriū parabat. Nam cū determinaret cuꝫ petro liberos esse filios a solutiōe tributi: tn̄ scādalū deuitauit: iubens petrū ad mare accedere/ ꝛ primū piscē tollere ascē dentē: in cuiꝰ ore inuentū staterē regi terreno ꝑ

solueret: quod petrus dño iubente pfecit. Mare mũdus: piscis christ⁹ ex vndis ei⁹ vsquaq; cõcussus. Stater preciũ quo humanũ gen⁹ nullo vrgẽte debito/ sed gratuito ab hoste redemit. Quis eñ illũ pparauit piscẽ/ vt sic eũ subita piscatione inueniret petrus: nisi q̄ pparauerat ione aliũ in quo reciperet illesus? Quis illũ signatum staterem fecit reperiri: nisi qui homĩes nolebat male perire?

¶ De miraculo subite arefactionis ficulnee: secundum Mattheum et Marcum. Capitulum VI

Similiter ⁊ illa subita siccatio ficulnee/ que in admirationẽ aspicientes traxit: etiam inter miracula cõputat. Nã scri-
Mat.21 ptũ est: Mane aũt reuertens in ciuita
Mar.11 tẽ esuriit. Christi esuries erat ex volũtate: nõ eñ illũ illa inuite pmebat: nec pter voluntatem famis fatigabat inedia. Sed p esuriẽ corporis ab extra ostensam intrinsecã esuriẽ ostẽdebat/ scz synagoge: que in ficulnea iuxta quã mõstrauit esuriẽ/ significabat arefienda subito: q; christo vero cultori fructũ virtutis ex longo iã tpe ipsa nõ dederat: nec datura illis tpib⁹ parabat que pctis pteritis/ psentib⁹ atq; futuris siccando ilico maledicebat in ficu: que aruit subito a dño maledicta: nõ apposito igne/ non ferro cedente/ nõ euulsa vento/ nõ defossa radicib⁹/ non alio artis ingenio/ sed solo verbo illã dñs arefecit: vt sic discipuli mirarent/ dicẽtes: Quomõ cõtinuo aruit? Et vt miraculũ crederet pter solitũ nature cursum: similia et maiora posse fieri a fidẽ inhesitantẽ habentibus saluator asseruit/ dicẽs: Amẽ dico vobis: si habueritis fidem et nõ hesitaueritis: nõ solũ de ficulnea facietis: sz si mõti huic diceretis: iacta te in mare/ fiet. Et quãq; hoc factum scriptura nulla cõmemoret: nõ tamẽ credendũ hãc defuisse fidei potestatẽ. Sed neq; christus/ aut hi q̄ ab ipso potestatẽ faciendi miracula susceperũt/ aliqñ experti sunt vtrũ possent montem in mare iactare: vt vocarent ad fidẽ incredulos: vt darent infidelibus signa: vt miraculis moueret indocta gentilitas/ que demonib⁹ illudebat: ⁊ confunderet hoĩm sapientia/ que tñ innitit in natura. Nil p ostentationẽ in miraculis apl'i effecerũt: sed ad vtilitatẽ videntiũ: qñ hec ptãs que a spũsancto cõcedit/ pterq; ad vtilitatẽ nemini exhibet. Ac p hoc si nõ inuenimus talia facta/ inuenimus forte similia. Et si nunq; aut nusq; facta sciuntur/ tamen pro dubio fieri potuerũt: ⁊ si nũc non fiunt/ fieri tñ possunt. Et si nunq; fierẽt/ fieri ptin⁹ possent: qñ ordo miraculoꝝ sicut existit a diuina potentia/ sic p diuinã puidentiã agit: vt in nullo preterq; ad opportunitatẽ in agendo declinet. Quãobrem si nunc fieri miracula opportunitas flagitaret/ habet in se virt⁹ nostre fidei vnde posset efficere: q̃uis multi causent q; miracula tam magna seu ita crebra non fiunt: q; si fierent/ sequeretur hominũ miranda ⁊ opportuna conuersio. Quibus respondemus: q; melius nouit diuina sapientia quid ⁊ quando opportunũ sit homini/ q; homo cognoscat q̄d sit vtile sibi: que si cognosceret inexhausta ⁊ indefessa dei bonitas deficere vtilitatib⁹ hominũ omnino nesciret. Alibi in hoc pstrinximus quare nõ fiunt crebra miracula.

¶ De miraculis in domini passione monstratis: secundum Mattheum Marcũ/ Lucã et Joãnẽ. Ca. VII

Illa etiam meridiana solaris eclipsis q̄ i plenissimo ⁊ ĩ medio hemispherio christo moriẽte humanos perstrinxit oclos ordinẽ miraculoꝝ omnino nõ deserit: sed tanto magis auget miraculi dignitatẽ/ quo p vniuersum orbem ilico ⁊ in momento innotuit: vt sicut lucerna accẽsa in domo subito per radios nõ obstatos totam domũ illuminat: ea vo celeritate qua extinguit/ in omni parte dom⁹ tenebre diffundunt: siccum lumẽ mũdi visibilis scz radius solis subito fuit extinctus: ĩmo ipse sol in suo corpore obscuratus: totus sensibilis mũdus in omni sua parte obtenebratus est: vt nũc mundi sapientes ⁊ studentes in motibus sydeꝝ notarent esse miraculũ/ pter solitũ nature cursum ⁊ consuetũ eclipsationis modũ: que nunq; in sole agit/ nisi cum inter solẽ ⁊ terrã in tota vel in parte luna interponit: ⁊ tunc librabat in inferiori hemispherio sub terra deorsuz: sol vo in superiori hemispherio sup terrã in altiorib⁹ sue sphere partibus ferebat. Diuisio veli tẽplaris a summo vsq; deorsum/ scissio saxoꝝ/ aptio monumentoꝝ/ astruunt oĩno miraculũ: qñ op⁹ nature nõ fuit: nec ars humana vt hoc oparet accessit. Terremotus vo qui nũc ⁊ in resurrectiõe cõterruit/ etiã miraculũ fuit: qñ q̃uis ex nature cursu interdũ pueniat/ etiã tã vehemens vt edificia sepe subuertat: nõ tamẽ illo in tpe op⁹ nature fuit: sed natura in suis a dño requisita morienti ⁊ resurgenti christo seruiuit. Exitus aque atq; sanguinis ex latere ad miraculum spectat: qñ post mortẽ infrigidatumq; corpus iure nature nec sanguinis aut aque potest esse decursus. Hec quoniã alibi aliter tractauim⁹/ hic longe differere intermittimus: dũtaxat ad miraculorũ in rebus insensibilibus patratoꝝ ordinez conuertens.

¶ De curatione hominis spiritum immundũ habentis: secundũ Marcum et Lucam. Ca. VIII

Congruũ fuit ⁊ irreprehensibiliter diuina formauit iusticia: vt q̄ diuinitatẽ sibi cõcupiuit adesse preter illum ordinẽ quo benignitate sua visione dispo suerat beatificare mortales: q; demone repleret: ⁊ fieret hõ immũdus p spũm ĩmũdũ: q̄ verã immũdiciaz in obediendo reliquit. Uerũtamẽ q; diuina bonitas misereri nõ desinit: nec ptinet in ira misericordias suas: filiũ suũ misit in terris: vt passiones humani generis in ptoplasto dãnat: q̄s ĩ singularib⁹ patiebat hoib⁹: q̄s neq; natura vel

ars poterant sua virtute curare: diuina ⁊ supna
turali atq̧ superartificiali virtute depelleret: vt
ostenderet q̇d in aīabus facturus erat/ q̇ sic cor
pora refouebat. Et primo cepit a sexu virili/ qui
primo creatꝰ est: ⁊ ab expulsione demonis/ q̇ pri
Mar.1 mo hoīem in paradiso decepit. Unde cum
Lu.4. esset in synagoga capharnaū ciuita-
tis galilee/ etiā in illa erat hō in spiri-
tu immūdo aut habēs demoniū im
mundū: et exclamauit voce magna/
dicēs: Sine/ quid nobis et tibi iesu
nazarene? Uenisti ante tempus ꝑde
re nos. Scio te qꝛ sis sanctus dei.
Quod hec infectio ad totā humanā naturā re-
ferat/ nō est ambigendū. Attamē homo habēs
demoniū immundū/ est oīs qui immūdis cogi-
tationibꝰ delectat. Est aūt mentis immūdicia/
oīs delectatio preter deū. Sed in demonio hec
imūdicia possidet/ cū ipe illā suadeat: ad hocq̧
conat/ vt aīas a vera mūdicia q̄ deus est/ auer-
tens ad turpia retrouertat. Peruersa immūdi
cia idolatria fuit: ad quā induxit eos qui deum
ignorauerunt: vt inclinarent in cultura idolorū
creaturā ꝓ creatore venerantes. Spurca ē oīs
anima/ diuinis honoribꝰ venerans creaturam.
Et immūdicia est incōtinētia genitaliū mēbro-
rum: ad quā spūs immūdus impellit: ⁊ sue inui-
de suasioni prestatus assensus rebellionem in il
lis fecit adesse: vt de nuditate ī natura laudabi-
li erubescerent. Et immūdus motus est gene-
ratus in carne: in ostensionē ꝙ demon nō natu-
ra/ sed ꝑ auersionē ab authore suo factus immū
dus/ in hanc imūdiciā genus humanū sua dece
ptione ꝑduxit. Querit oīs demon a dño tenta
re ꝑmissus/ in illā imundiciā omnē quem tentat
inducere: in quā ipse deueniens a deo reproba-
tus est. Hic homo in synagoga erat. Siq̇dem
merito: qm̄ illa repudiabat christū: vt etiā vel-
lent ꝑ precipitiū morti tradere. Nam oīs cōgre
gatio demoniū habet/ q̄ veritatis ⁊ iusticie ser-
monibus est aduersa: ⁊ quod in vno potissime
ostendit/ signū erat etiā ceterorum. Uerūtamē ex
clamauit voce magna demon in homine quem
inuaserat/ nō in se. Carebat enim sua natura in-
strumentis/ q̇bus posset in vocē formare. Dice
bat audacter: Sine/ quid nobis ⁊ tibi iesu naza-
rene? Uenisti ante tempus torquere nos. Pessi
mus demon suā imundiciā cupiēs vbiq̧ regna-
re: quā primis parentibꝰ ꝑsuasit: de christo que
rimoniā facit: quē vellet sinere ac ꝑtermittere
quod īcepit. Unde apto verbo exprimit/ vt chri
stus ab eorum vexatione q̇escat. Quid nobis ⁊c.
Patet demones ad malū esse cōcordes: et q̇ in
hoc nulla discordia diuidunt: cū vnus nō pro
se tm̄/ sed ꝓ oībꝰ querulat: ⁊ necessario confite-
tur/ qm̄ christi ad eos nulla sit iusta conuentio:
hoc dūtaxat excepto/ ꝙ dominꝰ est eorum: ⁊ ꝙ suo
impio ꝑgunt. Notat iste demon ꝑ vocē iā ob-
sessi/ ꝙ iesus sit patria nazarenus: ⁊ quē synago
ga exhonorauerat/ iste tremēdo venerat: ⁊ cōfi
tet eū eē magne potētie/ vt eos possit torquere:
quē pessima synagoga ꝑcipitio tradere ꝑtenta-
uit. Insinuat spūs immūdꝰ veri mūdatoris ad
uentū/ dicēs: Uenisti ante tēpꝰ torq̄re nos. Iā
demones torq̄bant: ⁊ erant eorū ruina eternis
ignibꝰ mancipati: q̇d ergo est quod iste cōque-
rit/ ꝙ ante tēpꝰ a christo torqueāt? An forte iste
demon erat de his/ q̇bꝰ iste aer plenus est? Sed
absq̧ tortura etiā hi esse nō pn̄t: qm̄ eoipso quo
de celo ceciderūt/ torti sunt. Ut autē huiꝰ verbi
vinculū absoluamꝰ/ aduertite. Uelut insatiabi-
les ad malū ⁊ ad penas hoībꝰ inferēdas tortu-
rā estimant: qꝛ pellunt a corpibus hoīm: magis
aūt qꝛ christo vocante hoīes expellunt a sedibꝰ
aīarum. Et ꝙ eorum preda quā tot milibꝰ annis tenu
erant/ diripiēda in breui erat: ⁊ claudende porte
inferi/ ne amplius q̇s inuite factus preda descē
deret: hoc sibi ad torturam imanes torquebāt
Etiā in hoībꝰ seuis plerisq̧ cōtingit ꝙ ī seipis
torquent/ si alios torquere nō pn̄t. Hoc em̄ ha-
bet ꝓpriū obstinata crudelitas: vt penā patiat/
si penā nō inferat. Ante tēpꝰ hoc inferri eis de-
plorant: qꝛ forte adhuc christū venire nō autu-
mabant: aut qꝛ nō credebant dei iusticiā esse cō
pletā: vt misereri iā hūano generi voluisset: exi-
stimantes fortasse ꝙ sicut ipsorum/ ita hoīm puni-
tio esset eterna. Dicebat etiā hic demon per os
hoīs quem vexabat: Scio te qꝛ sis sanctus dei.
Sciebat demon ꝓut sibi christus scire ꝑmise-
rat: ꝙ ipse sanctꝰ dei esset. Dant demones testi
moniū veritati: ⁊ inimici christi de ipso testifi-
cant ꝙ sit sctūs dei: vt hoīes increduli cōfundā
tur: christo nō credētes vera dicēti ⁊ rara/ ⁊ mi-
raculis cōfirmanti suos sermones. Et incre-
pauit illū iesus: et cōminatus est ei/
dicēs: Obmutesce/ et exi de hoīe. In
crepauit audaciā demonis christus/ etiam vera
dicētis: ne ob hoc in venerationē hoīm veniat:
ne in mēdacijs sibi fides ꝓ veris ꝑstaret in po-
sterum: ne ipse videat laudibus demonū delectari.
Etiā hoīes suo modo increpandi sunt: cū in fa-
cie laudare ꝑsumpserint. Spectat ad hoīm bo-
nitatē/ cū inferunt laudes publicas improba-
re: sed christꝰ increpat ⁊ cōminat ⁊ imponit si-
lentiū/ velut habēs sup eos ꝓpriū dñatum: quo
etiā ab hoīe iussit egressum tanq̄ ei q̇ nō ꝓpriū
domiciliū habitabat: tanq̄ ei q̇ rem inuaserat
alienā. Et obedientia creature statim ꝑficit diui
nū imperiū: quāq̄ deprauata/ sed impotens relu
ctari. Et discerpens eū spūs immun-
dus/ illum hoīem ꝓiecit in medium
scꝫ hominū in synagoga sedentiū. Et excla-
mans voce magna exiuit ab illo: ni-
hilq̧ ei nocuit: qm̄ integra sp manet natu-
ra recedēte malicia: q̇ nec de bono secū pōt ꝓp-
piā ferre. Et mirati sunt oēs/ ita vt con
quirerent inter se/ dicētes: Quid nā
ē hoc? Que doctrīa hec noua? Quia
in ꝑtāte et virtute spiritibus imun-
dis impat/ et obediunt ei. Mirant quia
nō intelligūt diuinā virtutē: quā si intelligerēt/
ꝓtinꝰ nō mirarent: qm̄ iure atq̧ inexceptuate

christo iesu subijcit oīs creatura. Sed nō solū
de patrato miraculo/verūetiā de doctrina que
eis noua videbat/ tremēdo admirant. Sed nec
mirū q2 ptin9 noua erat/ excludēs figuras/ vm-
bras 7 cerimonias iudaice vetustatis: ex q̄ mun
dus nouis erat reparandus sacris: nouis mori-
bus instruēdus. Protin9 nouus hō nouā affe-
rebat mūdo doctrinā: q̄ mūdus cōtemneret: q̄
p̄staret indulgētia feruēti: q̄ sup ɔiugiū virgini-
tas ferebat: q̄ dignitatē celestē terrena vilitas
mercaret: q̄ p penas 7 opprobria hō posset in su
perna cōscēdere: q̄ in simplicitate fidei magis
q̄ in prudētia hūana ɔsistit. Noua doctrina ini
tians vitā nouā ad necionē veteris hoīs/ 7 ad in
duendū nouū hoīem q̄ s̄m deum est/ suos ani-
mans dociles auditores. Tam vo arduorū ge-
stor christi fama diuulgabat in circūiacentes
regionis ciuitates.

De sanatiōe socrus Petri febrici tantis: secundū Mattheū/ Marcū et Lucā. Capitulum IX

Facta est mulier ex latere viri soporati/
nō vigilantis: ne dei adiutor esse vide-
ret aut ɔsiliator ad ea q̄ creator agebat
7 vt sciētia magnificaret pamplius: post factio
nē cognoscēs q̄ ex corpe suo sumpta erat. Ad p̄
sagiū etiā futuror: q̄ ex latere dormiētis in cru-
ce p aquā 7 sanguinē christi orthodoxa ecclesia
formaret: q̄ q̄uis cū eo de quo erat traducta/ in
paradisi delitijs moraret: primo tñ male suasio
nis insultū ppessa est: nihil vo nisi seipsam/ non
generis posteritatē lesisset: prioris creati homi-
nis assensu nō p̄stito. Igit eua non posteritati/
sed sibi piculo fuit. Hō aūt adam sibi 7 cuncte
ppagationi sequēti traducē maculā ppinauit.
Proinde adam cunctor hoim genearcha exi-
stēs/ pditionis prima fuit occasio. Quamobrē
prius in viro/ deinde in femina generis hūani
est curatio celebrata: cū post expulsionē imundi
spūs a viro de synagoga cōsurgēs p sanando
Mat.8. Mar.1 Lu.4. accessit ad feminam: cum surgens de sy-
nagoga introiuit in domum simo-
nis. Socrus autem simonis tene-
batur magnis febribus. Marcus vo
sic dicit [Et ptinus egredientes de synago
ga/ venerūt in domū simonis 7 andree cū iaco-
bo 7 ioanne. Recūbebat aūt socrus simonis fe
bricitans.] Sanato q̄ primo creatus fuerat ad
sanitatē pcedit/ q̄ primo seducta fuerat. Verū-
tamē hec mulier hic tacet ex noīe/ solū ex affini-
tatis necessitudine designat: q2 socrus erat si-
monis. Tria sunt officia: quor duo speciem ma
ternitatis habēt/ sz tertiū veritatē: socr9/ nouer
ca/ genitrix. Hec mulier q̄ patiebat/ socr9 erat
q2 p filiā cū ipso societatē quandā cōtraxerat: q̄
patiebat validas febres. Si significata cōspici
mus/ natura est hūana: Est etiā synagoga peni
tus iudeor/ q̄ ex febre patiebāt: sed nec hoc dis-
serere libet. Si vo discutim9 tropos/ hec mlier
fides est: q̄ cū simone societatē p dilectionem fe
cit: eteni dilectio filia est fidei. Et fides illa sal-
uat/ q̄ p dilectionē opat. Est igit fides socrus si
monis: sed magnas habet febres/ cū semp imi-
pugnet a demone. Quod prim9 passiōi petro
saluator ait: Ecce sathan expediuit te a me: vt
cribraret te sicut triticū. Patiebat febres/ cum
si q̄s christū cōfiteret/ extra synagogam fieret:
Passa est febres in oīb9 aplīs 7 discipulis: cū
eo relicto fugierūt/ denegantes eū velut hoīem
purum. In territorijs tyrannor 7 principū mū-
di patiebat magnis febrib9 cū vexatione: cū oēs
christū cōfitētes traderent exitio: 7 exilia horri-
bilia paterent: cū cogerent cultū diuinū idolis
exhibere: nō faciētes ilico exponebant ad oīa
genera tormētor: 7 tandē sup eos mortis sentē-
tia dictabat. Erat tunc etiam fides vexata febri
bus/ cū tot psecutionib9 agebant oīno fideles.
Sepe q̄ppe febricitabat in anio/ si p non visis
erāt tot ferenda tormēta. Febricitauit fides in
falsis assertionib9 hereticor: sed p dei gratiam
vtiq3 sanata est. Sed adhuc in moribus homi-
nū febres quotidianas patit: qm̄ mores hoim
fidei simonis nō cōueniūt: potius autē impro-
bissime aduersant: vt plerūq3 inspecta vita re-
gentiū/ subditor fides fere deficiat. Et cum in
cōsyderationē veniūt sapientiū 7 docentiū mo-
res/ imperitor fides a magnis febribus et du-
bijs agitat. Febricitare fidē facit in subditis/
cū in p̄sidentib9 vita regimini nō cōcordat: 7 p-
nalide cōcutit animū auditor/ si cū doctrina nō
ɔuenit vita doctor. Socrus simonis ipsa chri-
stianor generalis est virtus: que se hominib9
sociat/ cū eius dilectio siue cognitio in spūali
matrimonio copulat: q̄ frequēter magnis febri
bus angit/ cū indiscrete tenet/ cū p̄termittit im
prouise/ cū credit atq3 cognoscit: opib9 vere p-
uersis cōfundit/ cū mūdi delectatiōes atq3 pec-
cata ex omni parte aduersus illā insurgūt: vt de
cumbēs lecto a febribus huiuscemodi agitata,
surgere nō possit/ neq3 ministrare christo suoq3
collegio: nisi p christū expulsis febrib9 ipa sane
tur. Sed venit christus in domū simonis 7 an-
dree: q̄ obedientia est. Ecclesia est/ vbi christo
apostolor p̄cibus supplicat: vt ei sanitatē resti-
tuat. Valent preces fideliū ad remissionē pecca
tor: vt facilius 7 ocyus recedat a vitijs: non tñ
valent ad cumulū p̄mior. Valent ad dei gratiā
pmerendā: nō tamē ad gloriā plus adaugēdā.
Impetrauerūt sepe dei misericordiā alior p̄ca-
mina: sed beatitudinis nisi p merita ppria nun
q̄ fuit auxesis. Et rogauerunt illū pea.
Stans sup illā eleuauit eā apprehen
sa manu/ et impauit febri: et cōtinuo
dimisit eā febris. Et illa cōtinuo sur-
gens/ ministrabat illis. Necessarie sunt
p̄ces vor fideliū adhuc existētiū i hac vita mor
tali: vt quod nō potest vnius indigentis facul-
tas/ intercessione pluriū largiat: 7 quod minus
acceptus impetrare nō posset/ potior in fide ac
amore cōiunctus obtineat. Ecce saluator volū
tarius 7 rogatus accessit. Vñ exaudibiliter ro-
gat9/ q2 volūtarius: ideo volūtari9/ q2 rogatus.

Frustra em̄ rogaret/nisi de quo rogat vellet efficere: sed vult oēs homies saluos fieri: vult oēs sanare: vult oibus meliora ꝙ petāt ꝯferre. Accedit ⁊ stat. Accedit corpe: deitate stat. Accedit volūtate: stat vt quod rogatus erat efficiat. Stat sup illā infirmā intuēs: ⁊ vt eā eleuet stareqꝫ faciat q̄ iacebat. Unde apprehēsa manu eleuauit eam. Magna benignitas saluatoris ꝙ manum porrigit: manūqꝫ febricitantis apprehendit. Conserunt manus dei et hominis/saluatoris et saluandi/ redemptoris et redempti/ iusti dei ⁊ hominis peccatoris. Manus potētiam in plerisqꝫ scripture sententijs signāt: iuxta quod Dauid spiritu ꝓphetico postulabat.
Psal.143. Emitte manum tuam de alto: eripe me et libera me de aquis multis/et de manu filioꝝ alienorū. Ecce manus dei expetit cōtra hominū manum: scꝫ vt dei potentia de potentia iniquoꝝ eripiat. Per manus etiā opera pagunt: iuxta quod de
Ps.118 dei manibus dicit: Manus tue dn̄e fecerūt me: ⁊ plasmauerūt me totum in circuitu. Et psalmista hanc sententiā replicat: Manus tue fecerūt me ⁊ plasmauerūt. Et in libro Sapie scribitur:
Sap.11 Nō em̄ impossibilis erat omnipotens manus tua: que creauit orbeꝫ terraꝝ ex materia inuisa.
Eccles.9. Sic et de manu hominuꝫ legit: Quodcūqꝫ pōt manus tua instanter opare. Et Hieremias cuꝫ de retributiōe maloꝝ loq̄ret: iuxta opa manuū
Tren.1 fieri p̄cabat: aut sic nunciabat futurū: Reddes eis vicē dn̄e iuxta opa manuuꝫ suaꝝ. Necnon et largitatē beneficioꝝ in scripturis manus sepe
Prouer.1 signāt: sicut in ꝓuerbijs Salomonis dicit: Extendi manū meā: ⁊ nō fuit qui aspiceret. Acsi de his ꝯquerēs hoibus loqueret ꝙ multa beneficia ꝯtulerit: nec fuerit qui gratāter accipet atqꝫ rependeret. Siꝉr in hanc significationeꝫ manus hominis venit: quod Ecclesiasticus apte disse-
...4 ruit: Non sit velox manus tua ad accipiendum porrecta/⁊ ad dandum collecta. Ecce potentia dei semp valida: potentia hominis semp infirma: nisi vna in alteram ꝓ releuatione conferat. Ex quo p̄fulget sentētia saluatoris: Sine me nihil potestis facere. Opus dei semp integrum: opus vero nostrū ex omni pte corruptum: nisi p confertionem diuini operis remascellet. Et beneficium dei si cū eo quod homo potest efficere
Actuū.3 iungit: nostrum vtiqꝫ reualescit. Et apprehēsa manu et infirma quodam subleuata de lecto/in quo febricitans inquieta iacebat: febri mādauit abscessum. Quanq̄ em̄ homo releuet a delectatione rex tempaliū/in q̄bus velut corpus in lecto agitatus vndiqꝫ pturbate cubabat: quis respirare videat: quis in supna suspiret: nō tn̄ contractum vitium/non sathan infestans nisi p diuinum imperiū a iam in vitijs qualificato recedit. Nam si omnis fuerit sublata occasio peccādi in quocūqꝫ genere delinquendi nisi dn̄s iubeat/vitiū nō abscedit. Actus ⁊ occasio vitioꝝ plurimūqꝫ agunt exterius. Uitium autē cū admissum fuerit/animā habet in sedem: a qua duntaxat p dn̄m christuꝫ potest expelli. Proinde ipse imperat febri/vt dimittat illam quam penaliter molestabat: ipse imperat vitio vt recedat: nō bone nature vt expellat: quia nec datum est alicui nature bone/vt potestatiue vitium cui se voluntarie tradidit possit expellere: quis sit ei per missum vt possit admittere. Ad cuius imperiuꝫ continuo hostilis febris febricitantem dimisit. Et respondens christi subite actioni/continuo surgens ministrabat illis: christo scꝫ sanatori eius ⁊ sanctis apostolis intercessoribus eius. Non ista beneficium ociose suscepit: nam recepta ilico sanitate contulit ad agenda: conspiciens fore necessitatem et decentiam christo pauperi ⁊ eius collegio ministrare. Non expectauit de ministratione p̄ceptū: ꝙ ꝙ nō sine p̄cepto importuna febris abisset. Uidebat em̄ christū stipe humana egentē ⁊ pauperē/sup quē intendere beatitudo erat: videbat eū carere famulis/pedissequos ⁊ pedissequas nō habere: hospitia sibi nō erant in mūdo: stabulū nō ꝯduxerat: videbat generum suū omnia dimisisse/oēsqꝫ apostolos ꝯtempsisse terrena/⁊ contendentes occupare celestia: surgens ministrabat illis de facultatibus: ⁊ corpe circa obsequia se p̄stabat. Optimū in moribus est accepte gratie cooperari: et omne quod a deo accepimus/in dedicationem conuertere creatori: sicut ista sanitatē receptaꝫ in obsequium ilico statuit largitoris. Nihil erat ista mulier ad seipsam: velut alioꝝ intenta compendijs/⁊ p̄ter solitum feminaꝝ morē: que cum ab infirmitatibus conualescūt/sibi de q̄eta mansione corpis blandiunt. Sed nec ista in aliquo sibi de quiete blandiebat velut infirmitatis oblita: magis autem credendum ꝙ christus sibi ampliorē valitudinē mox ⁊ miraculose sanādo dederit/ꝙ tractu tempis ope medicine potuisset accipe: aut habebat p̄usqꝫ infirmata fuisset. Et in hoc q̄dā miraculoꝝ est claritas ꝙ repēte fuerit: ꝙ melius ꝙ habuerat natura tribuitur. Potior est in oibus spūssancti potētia ꝙ natura. Bene igit ministrauit: q2 bn̄ficiū susceptum retorsit in largitorē. Sic igit surgendū a lecto in quo male delectati iacuimus: ne torpeamus suscepta virtute: ne marcescat negligentia virtus: ne tēpus ocio pereat: sic ministrandū christo/sic sctō collegio assistendum/vt ea q̄ placita nouimus faciamus. Sꝫ ad excusabilē intelligētiā ministerij exhibēdi/generū huius sanate socrus ꝓpēsius audiamus. Uos aūt omnē curam
subinferētes ministrate in fide virtutē/in virtute aūt scientiā: in scientia aūt abstinentiā/in abstinētia aūt patientiā/in patiētia aūt pietatē/in pietate aūt amorē fraternitatis/in amore fraternitatis charitatē. Hec em̄ si nobiscū assint ⁊ superent: nō vacuos nec sine fructu nos ꝯstituēt in dn̄i nostri iesu christi cognitione. Cui em̄ nō presto sunt hec/cecus est ⁊ manu tentans: obliuionē accipiens purgationis veterum suoꝝ delictoꝝ. Ecce ministerium gratū ē necessitas ministrandi: hec sunt in quibus ministranduꝫ est bonoꝝ omniū largitori. 2.Pe.1.

¶ De ſanatione infirmoꝝ/languidoꝝ/energuminoꝝ: ſecundum marcum et lucam. Ca. X

Mar.1. Lu.4.

Veſpe autē facto cum ſol occidiſſet: oēs q̄ habebāt infirmos/ꝛ multos demonia habētes ꝛ varijs lāguoribꝰ/ducebāt illoſ ad eū. Et erat oīs ciuitas cōgregata ad ianuā. At ille ſingulis manꝰ imponēs curauit eos: vt adimpleret quod dictū eſt ꝑ Eſaiā ꝓphetā dicentē: Ipe infirmitates nr̄as accepit: ꝛ egrotatiōes nr̄as poꝛtauit. Curatiōez infirmoꝝ ꝛ varie lāguentiū ꝛ energuminoꝝ/ꝑ tēpus ꝛ locū ꝛ modū euāgeliſte deſcribūt. Veſpe facto/ſole habēte iā occaſuz/ oēs male habētes ad dn̄m deferunt: vt ex hoc agnoſcamus poſt mortē/imo ꝑ ipaz chꝛiſti moꝛtē mūdo fuiſſe redditā ſanitatē. Necnō cū aduesperaſcit terrena ꝓſpitas: aut cuz hūana claritas obſcurat in nobis/ tūc ē tēpus ꝑcipiēde ſalutis. His ſplēdētibꝰ deſuꝑ male ſe habētes ad chꝛiſtū nō veniūt. Quouſqꝫ hūana claritas terrenos hoīes circumfulget: quouſqꝫ terrena ꝓſpitas hoībus placet: ad claꝝ illū vtiqꝫ nō venit/q̄ celeſtē claritatē hoībꝰ repꝛomiſit: nec diuina q̄rūt hūanis illecti: ſz cū ignominia facies hoīuz implet/tūc q̄rūt nomē eius. Tūc em̄ ignominia facies hoīuz ꝑfundit cū vꝛget in occaſuz terrena felicitas. Tūc ſiquidē ad eū ducunt infirmi: ſcꝫ q̄ ꝓni ſunt ad cadēdū/fragiles ad reſurgēdū. Infirmi ſunt a q̄bus vitioꝝ igreſſu oīs virtꝰ abſceſſit. Tenent varijs lāguoꝛibꝰ q̄ multiplicibꝰ amoꝛibꝰ lāguēt. Nihil a deo aīas hoīuz lāguidas facit/ſicut multipliciū reꝝ multiplicata dilectio. Demonia ꝓtinꝰ habēt quoꝝ ē deſperata coꝛrectio: q̄ ſemꝑ ſuperbiūt: q̄ demonia ꝑ ꝯtumacē inobedientiā imitātur. **Et oīs ciuitas congregata eſt ad iauuaz:** In domo ſimonis adhuc erat ieſus: nec ſanata ſocru ſtati diſceſſit: expectabat enim alios infirmos q̄bus cōferre volebat remedia ſanitatis. Et bn̄ in domo ſimonis erat/ſcꝫ ī domo obediētie: in qua ſanat male febꝛicitāſ: ante cuiꝰ ianuā multitudo ciuitatis expectat: vt ſanet infirmos ꝛ energuminos liberet: vt videat illa ſigna q̄ ante nemo hoīuz fecerat. Beati q̄ ante domū obediētie cōgregant. In obediētia chꝛiſtus erat vſqꝫ ad moꝛtez crucis. In obedientia chꝛiſti ꝓtoplaſti inobediētia cōpēſat. Ad obedientiā chꝛiſti ꝛ eccleſie opoꝛtet accedere: ſi qui volūt ꝯſeq̄ de inuiſibilibus vulneribus ſanitatē. **At ille ſingulis manus imponenſ curabat omnes.** Magnū ſecretū offert: ꝙ chꝛiſtus poſſet oēs ſolo verbo aut volūtate curare: ꝙ ſingulis manus imponebat. Vna ē dei potētia/dei virtus/dei gratia q̄ oēs ſanat: ſz ſingulariter ꝛ ſingillatim imponit ſingulis: quia ꝓ pꝛijs ꝛ ſingularibus infirmat q̄ſquis pctīs: nec omnes vno vitio languent: aut vna infirmitate peccatoꝝ laboꝛāt. Expedit vt ſingulis adhibeat medicamēta peccatis: ꝓtinus cū ſicut īfirmitatū coꝛꝑaliū/ſic ꝛ ſpūaliū cura ſit a contrarijs. Nā aliter timoꝛ mētis ex genere/aliter ex ere/aliter ꝯcupiſcētia dominādi: aliter elatio ſpiritus: aliter ꝓpꝛia reputatio/aliter p̄ſumptio/alit philargyria/aliter xenodochia/alit indignatio/aliter dedignatio/aliter furoꝛ/aliter negligētia/aliter incōpaſſio/aliter emulatio/aliter caſtrimargia/aliter immūdicia mētis/aliter cū ex ipſa lapſus eſt coꝛꝑis/aliter appetitus/aliter appetitꝰ mali alterius/aliter cacocoꝛdiū/aliter cacouerbiū/aliter cacogeſtiū. Oia iſta ꝛ his ſilia curationē diuerſimode ſuſcipiūt cū ſanant. Nec omniū eſt vna maloꝝ affectio: ꝛ ſi pluriū hoīuz eſſet: nō tn̄ omniū eq̄ intēdit. Sed ille quē latere nihil poteſt: q̄ omnia deſuꝑ ſpectat: q̄ libꝛat hominū volūtates: q̄ nouit figmentū noſtrū: q̄ oīa mala trutinat in ſtathera iuſticie: q̄ nō fallit in pōderibus ſinguloꝝ: q̄ pctā videt quō inhereāt qua cauſa inhereant/ꝙ tenaciter inhereant/ꝙ longa ſeu recēti ꝯſuetudine inhereant: q̄ habet omniū medicaminū apothecā: ſingulis manuſ imponit: oībus nō vnā/ſed illā adhibēs medicinam quā expedire ꝯſpexerit: idcirco ſanaturus infirmos ſingulis manus imponit. Vbi etiā attendit maxima dignatio ſaluatoꝛis/ ꝙ nō dedignat tangere creaturā ꝓpter admiſſam maliciam. Et tangēdo refouet bonā naturā/cū expulit quod illā infecerat: vt adimpleret quod dictuz eſt ꝑ Eſaiā ꝓphetā dicentē: Ipſe infirmitates noſtras accepit: ꝛ egrotationes noſtras poꝛtauit. Lōge ante ꝓphetauerat Eſaias quod nunc mattheus aſſumit ī teſtioniuz: ſcꝫ ꝙ ieſus hoīuz infirmitates accipit in noticiā vt argumēto medicine ꝓpellat: ꝛ egrotatiōes hominū poꝛtaturus velut q̄ frenetici cū ſuſtinet ꝛ quemlibet infirmū/volēs adhibere ſalutē. Poꝛtat chꝛiſtꝰ egrotatiōes cū tolerat ſepe cadentes: cū expectat vt reſipiſcāt: cū ilico nō punit ꝓut iniq̄tas exigit. **Exibant autez demonia ꝑ impoſitionez manus chꝛiſti a multis/clamantia et dicentia: quia tu es filius dei. Et increpans non ſinebat ea loqui: quia ſciebāt ipſum eſſe chꝛiſtuz.** Quia expellebantur exibant: non voluntarius eoꝝ erat egreſſus. Inſatiabiles ſunt in malo. Stetiſſe ꝓtinus voluiſſent quouſqꝫ animas detraxiſſent ad loca tartarea. Et clamabant non per ꝓpꝛias voces: carent enim inſtrumentis quibus vox diſerta foꝛmatur: ſed per voces illoꝝ a quibus egrediebantur/quos inuite dimittebāt. Et dicebant quia erat qui ea expellebat filius dei. Hoc enim ideo conclamabant/mirabilem potentiam ꝛ ineuitabilem ſupꝛa ſe ſentiētes: cui reſiſtere nequibant. Et qm̄ ſciebant q̄ eſſet chꝛiſtus/ſcꝫ dei filius: vt tacerent dn̄s increpabat velut eoꝝ dn̄s/velut deuitans humanam iactantiā: quan̄ꝙ nullum vitium chꝛiſtum potuiſſet contingere. Et ne in poſteꝝ deciperēt mendacijs: cum aſſoliti fuerint cōnectere falſa veris/ꝯſimiliter vera falſis. Maxime coꝛā turbis ꝛ indoctis demones arguit: ne crederēt inter confeſſionē deitatis/pietatis in eis aliquid remanſiſſe. Etiā nolebat innoteſcere mundo ꝑ

Eſa.53.

Mat. Ma Lu.

dicatione demonũ: quibus apparebat vita/doctrina ꝛ opatiõe miraculoꝝ. Maxime vero nobis salutare dogma ꝑstruit: ne supboꝝ ꝛ reproboꝝ hoĩz aliq̃ bona modica cum egerint accepimus: ne videamur simul ꝛ mala horrida eoꝝ accepisse dignant. Postremo ne quẽpiã approbemus ꝓpter verã doctrinã/si vita nequã extiterit. Eteñ demonia vera dicebãt: sed in oĩbus reprobi erãt. Heu multoꝝ christianoꝝ miseranda cõditio: q̃ si les demonijs facti sunt/christuz cõfitẽtes ꝛ vitã odiẽtes: sed vtinã non peiores. Nã demones credũt et contremiscũt: ꝑuersi vero sepe credũt et non verenť:

¶ De leproso quez curauit iesus in descensu montis: secundũ mattheum/marcum et lucam. Ca. XI

Summa mundicia creaturã rationabilem immundã esse nõ patiť: et in vtraq̃ substãtia ipsam mũdaturus aduenit si ab originali et ab his contagijs que volũtate contraxit/velit ipsa mũdari: q̃ꝗ̃ hic oẽs corporꝝ maculas nõ abstergat: relinquens in electis suis in resurrectione generali penitus abstergendas. Et se dedit infirmis obuiã vt inueniri possit ab eis ad ipsoꝝ curationẽ: a quacũq̃ infirmitate tenerenť. Unde ⌊cum descendisset iesus de monte et turbe eũ sequerenť: ecce leprosus veniens adorabat eũ dicẽs: Dñe si vis potes me mũdare.⌉ Ecce occurrit homo ie- (Mat.8. Mar.1 Lu.4.)
su ad nostra humilia descendẽti: nõ a noĩe/s3 ab infirmitate notescẽs: q2 leprosus erat. Illo morbo laborãs q̃ erat in pplo anathema: cui nisi ꝑ stipe viuẽdi licituz in ciuitatem intrare nõ erat. Quẽ lucas in vna ciuitate scribit ad dñm accessisse: nõ tñ aduersať mattheo/q̃ ponit in mõtis descẽsu: q2 post illũ descẽsum hoc factũ euãgelica scriptura cõmeorat. Et adorabat eũ: ꝑ quem credidit ꝯseq̃ posse salutem. Cultu latrie adorabat: in quo se purũ hominẽ/christũ vero deũ et hominẽ fatebať. Et ore ꝓfiteť q̃ christi est potenter effectiua voluntas: vt oĩa que velit possit efficere/cum dicit: Dñe si vis potes me mundare. Tamen velut dubius vtrũ velit supponit cõditionẽ: quã ꝓtinus nõ ꝑmisisset si sciuisset q̃to amore sup hoĩes ferebať: ꝛ si sui causam cognouisset aduẽtus: qm̃ nil aliud q̃ꝫ amor ad terrã eũ de celis eduxerat: nec ob aliud venerat q̃ꝫ mundare infectos: vt omni ꝯtaminatiõe detersa in supna possit inferre mũdatos: quod etiã nõ solũ subisset. S3 ignarus hic leprosus erat: an eũ dñs mũdare dignareť/cũ ipse se sentirent indignũ: ita verba sine petitiõis ꝛ affectiõis submisse ꝓmebat dicẽs: Dñe si vis/potes me mũdare: Si vult põt: si põt vult: sua volũtas sua potẽtia est: nihil eñ vult quod nõ possit: et nihil facit inuitus: ꝛ ordinatissima est oratio: nec habet quin transeat oppositam nubem: si tñ quod dñs velit cõcedere petiť: vt nec alia importunitate fatagat inflectere/cõcedere postulata vadentez q̃ꝫ ad suaz volũtatẽ referre quod petiť. Petitio relata in volũtate rogari nullas calũnias patiť: reprehensione caret: oĩbus licita est: si non admittiť/iuste tamẽ porrigiť. Sic petere oĩbus cõcessum est: Dñe si vis/potes mihi quod q̃ro cõferre. Necnõ ꝛ in ore iure damnandoꝝ cõgrue verbũ sonat: Si vis/potes me liberare: quoniã si deus decreuit/quod queriť fiet: sinaũt/postulatio tendit in vanũ. Hoc eñ mõ mardocheus ꝑ populo suo liberando ante dñm preces fundebat/dicens: Dñe rex omnipotẽs/in ditione tua cuncta sunt posita: ꝛ nõ est qui possit resistere tue voluntati: si decreueris saluare israel/cõtinuo liberabimur. Jesus aũt vidẽs q̃ in volũtatẽ eius referebať petitio: annuit sic humiliter depcanti. Et extendẽs manũ iesus/tetigit eũ/dicens: Uolo. Mundare. Tetigit eũ q̃ ꝓhibebatur a lege: qm̃ ipse dñs legis erat: nec sub lege mosaica tenebať. Et ꝓpter lepram nõ abhorrebat vt homo: quã vt de9 creauerat ipse naturã. Extensio manus eius largitatẽ beneficioꝝ iuste petentibus monstrat. Tactus ṽo ad meliora est excitatio. Uult ꝛ ilico efficit/cũ dicit: Mundare. Imperatiuũ est ṽbũ. Parent oĩa imperio eius. Et cõfestim mũdata est lepra ei9. Recõuersa locutio non ex veritate rei/sed ex vsu loquendi: qm̃ nullũ malũ purgationẽ suscipit: caret substantiua positione: sed natura bona purgať a malo. Non eñ illuminanť tenebre: sed fuganť a luce. Nõ mundať lepra. Nihil supra seipsam alteri9 mali habebat/a quo mũdareť: neq̃ malũ alterius ẽ substrata substantia. Solũ quod bonum est/malo subijciť: quod bonum natura est/sine malo esse posset: malũ ṽo preterq̃ in bono existere nõ habet. Quid ergo? Non mundať lepra/sed leprosus natura bonus mũdať a lepra: que ipsum inuaserat aut ad totã ꝑnicieẽ/aut ad diminutionez eius quod bonũ erat: que nõ a potestate nature potuit eijci. Etenim in primordio si potuisset resistere/nõ cõcessisset ingressum: nec ab alia peritia ꝓcul pulsa est: sed a cõditore nature degẽte in carne iussa fecit abscessum. Et ait illi iesus: Uide nemini dixeris: sed vade ostẽde te sacerdoti: et offer munus tu quod precepit Moyses in testimoniũ illis. Prohibitio de nõ publicando miraculũ: q̃uis videať in deuitationẽ vane glie tẽdere: nihilomin9 tñ ne insipiẽtib9 diuulgatio diuinoꝝ ꝑ neophytos/aut quoquomõ ĩ virtute nouitios fiat ꝓhibeť. Sed istũ dñtaxat ꝑus voluit oñdi sacerdotib9/q̃ꝫ ꝑdicatiõis officiũ assũpsisset. In quo forma ꝑstruiť: ne q̃s ꝓpter singularẽ gratiã atq̃ priuatã ꝑdicare ꝑsumat/nisi quod ecclia nouerit cõmune. Protinus nulla ꝑuata grã vniuersali ecclesie ꝑiudiciũ: sed ei deb3 esse cõformis. Et zelo magno christus zelať ecclesiã ꝛ sacerdotiũ cõstitutũ: vult cũ eis sua ꝑuata bñficia cõuenire/atq̃ suo testimonio approbari: ne ante fiat ꝑdicatio priuatoꝝ/q̃ꝫ ostẽsio sacerdoti. Et vult q̃ munus offerať in testimoniũ quod moyses ante mandauerat. Sacerdotale munus in lege figura erat muneris grẽ: s3 quod

(Hest.13)

legis est aufert: quod gratie ē offert. Etiam in hoc saluator legis mosaice reuerētiā ꝓseruabat: ne in oībus soluēdo nō legē/ sed cerimonias legis ab eius iniuria incepisse videret.

¶ De curatiōe pueri cēturionis: secūdū mattheū/ lucā et ioānē. Ca. XII

Quāuis in curatiōe huius pueri ꝓ centurionis accessu aliter mattheus/ alit Lucas: ꝙ vnus per seipsum/ alter per nūcios eū accessisse describat: curatio tamen ad quā euāgelica versat intētio/ vna esse monstrat/
Mat.8 anteꝙ fidē centurionis expedit intueri. Cum
Lu.7. intrasset iesus capharnaum: acces-
Jo.4 sit ad eum centurio rogās euz et dixit: Puer meus iacet paralyticus ī domo: et male torquetur: Lucas vero dicit: Cēturionis cuiusdā seruus male habens erat moriturus: qui illi erat preciosus. Et cuz audisset de iesu/ misit ad eum seniores iudeoruz: rogans vt veniret et sanaret seruū eius. At illi cum venissent ad iesum/ rogabāt eum sollicite dicētes ei: qr dignus est vt hoc illi prestes. Diligit enī gentē nostrā: et synagogā ipse edificauit nobis. Varijs ꝛ typicis sensibus ista florescūt: sed moꝝ fructus magis carpe libet. Cēturio a ꝑminētia centū militū dicebat: sicut statutū erat a cesare augusto: vt vniuersus orbis seruaret in pace/ ꝙ essent legiones cohortes ꝛ cēturie distribute. Nomē officij hoc ē/ nō pticularis hoīs. Et ꝑsagium ꝙ misit aut venit ad christū: qr iā gentilis ppl's erat vēturus ad illū: velut centenarius nūerus a leua transit in dexterā. Cui erat puer nō ab etate/ sed a seruitute: vt alter euāgelista expressit. Et hic erat male habēs/ qm̄ paralyticus: ꝛ torquebat ꝛ quasi moriturus erat. Et ꝑciosus erat ei: scz gratiose seruiēs: ꝛ forte intellectu vigebat nō paruo: qm̄ ac-
Prouer.14 ceptus est dn̄o minister intelligēs. Seruus centurionis actiua est vita/ q̄ ꝓ supne vite dextralibus seruire deberet: sz male se habet cū paralysim patit/ que dissolutio est mēbroꝝ. Porro mores hominū vagant incerti cū cōpage virtutuz in oībus dissoluti: cū vnusq̄sqꝫ in agēda fert nō mādato iustissime legis/ sed placito pessime voluntatis. Et nulla morū maior dissolutio ꝙ nō quod decet/ sed quodlibet velle ꝑficere. Torq̄bat hominū vita cū infirma iacebat in lecto quetis hūane: que ꝙuis quies esse videat/ anxius labor est: ꝛ ex omni pte calamitatibus plena: que in oībus frustrata tabescit/ nisi vere ꝓ celestibꝰ seruiat. Afflictio spūs in oībus est: ꝛ tortura mētis ꝛ corpis oībus dn̄at. Et moriturus erat: qm̄ ex toto cūcta hominū actio tēdisset in mortē: nisi christus sua potenti misericordia liberasset. Preciosus est interdū seruꝰ dn̄o suo: sic ꝛ actio que affuit de placito volūtatis. Nihil tā in hac vita hoībus gratiosum ꝙ hr̄e in placitis facilez actionē. Etiā seruꝰ palyticus iacēs/ est cōis hoīs timor. Semp em̄ timor seruitutē habet. Seruitus quoqꝫ timoris calcaribus angit: nisi vbi libera charitas seruit: sed paralysim patit cū dissoluit. Et eternū ve scriptura cōminat his qui in aīa dissoluunt. Inqt em̄: Ve dissolutis corde. Corde porro dissoluit q̄ timens ꝑdere quod delectat/ cōmittit quod vitiat: timēsqꝫ penā corporis/ dn̄is seruit iniq̄s. Corpus hominū primus aīal seruile est: sed paralysim sustinet cū virtūs oībus dissolutū in pctōꝝ fecibus iacet. Sz cēturio q̄ talē possidet seruū cernēsqꝫ infirmuz/ de alieno defixus auxilio/ ꝑmo mittit ad christū nō fastu supbie ad ip̄m venire dedignās/ cum in eadē ciuitate tūc esset: sz qm̄ cultor idoloꝝ erat/ christi est veritus ꝑsentiā: melius ratus ad eū iudeoꝝ de quoꝝ ppl'o christus erat/ mittere seniores rogaturos eū/ vt seruū eius liberare dignaret. Qui veniētes rogamina posuerūt submittētes causam: qua dicebāt eū merito exaudiendū: qr diligebat gentē populi iudeoꝝ: ac etiā edificauerit synagogā. Iā vicinare cepat gentilitas cū populo iudeoꝝ: iā incipiebat grata societas: iā lex mosaica deriuabat ad gētes. Iā tempus erat vt paganitas idolatra vnū deū crederet et eius filiū incarnatū ꝑ oracula ꝓphetaꝝ. Quid em̄ est gentē iudeoꝝ diligere/ synagogā edificare: nisi id velle diligere quod veri hebrei dilexerūt: quod lex ꝑ moysen data decernit: quod cōtinet deticēs q̄ ꝓphete de christo vēturo verissima ꝑdixerūt? Hoc est gentē diligere iudeorum: hoc est em̄ cōstituere synagogā. Nō illā seuā q̄ seuiter christū mortis ꝓscriptiōe dānauit. Nihil em̄ diligit nisi sub rōne boni: ꝙꝙ sepe in dilectiōe hoīes fallant. Pars est prudētie se non exhibere corā eo apud quē credit acceptū non fieri: pluris em̄ est eos ꝑmittere quos nouerat esse acceptos/ ꝛ ꝑ quos ꝯseq̄ gratiā ocyus sperat. In hoc em̄ sic ꝑstruimur agere corā deo: vt nostrā indignitatē firmiter agnoscētes/ ad intercedendū sanctos patrie/ silr ꝛ quos in via bonos credimus ꝑmittamus. Iuuat incunctāter bonoꝝ oratio ꝑmissoꝝ/ seu oratio ꝑmissa bonorū: maxime si in quo intercedit/ inuenit aliq̄ iusticia q̄ submittat in causa. Sed intercessoribus cēturionis saluator rn̄dit: Ego veniā et curabo eum. Et ibat cum illis. Quia semper christus iustis intercessoribus adest: ꝛ sequitur vt iusta vota ꝑficiat. Et cum iā nō longe esset a domo: misit ad eum centurio amicos suos dicēs: Dn̄e noli vexari. Non enī dignus sum vt intres sub tectum meuz. Propter quod et ego meipsum nō sum dignum arbitratus vt venirē ad te. Sz tātuz dic verbuz: et sanabitur puer meus. Patet ꝙ centurio nō imposuerat senioribus iudeorū rogare dn̄m de aduentu: sed illi plus petierūt ꝙ ille condixerit. Postꝙ em̄ fidē cēturio de saluatore concepit: semꝑ eodem modo ipse tenuit ꝙ posset saluator seruum suum etiā in absentia liberare. Nam ꝑnoscens ipsum sua benignitate vēturū/ ꝑmittit amicos: ne dominus ve-

aie mortē pcti inferat cū certat: aut gra vincat affectū prauū actūq depellat. Lāguebat hic lazarus lāguore vehemēti: et morti vicinabat ex ipso potius q illū ex se impelleret: vt iaz desperatio de salute sororum assistentiū aios titillaret. Sz vn corpi lāguor adueniat/ nobis physicari nō licet: magis vn anima ipsa lāguescat. Ex vitio siqdez et virtute aūt interdū aia languet. Sepe neq vitiū neq virtus ipsam languere cōpescat: sz cōmunis seu qdā applicata natura. Sz put lāguor infirmitas est: languet aia cū quod qrit nō inuenit: siue intelligere/ siue possidere aliqd querat. Languet cū inuenerit/ si minus q crediderit bonum fuerit/ aut aliqd incōmoditatis attulerit: etiā si sine rephēsione dilexerit/ silr languet: et si nō ferk in sibi expediēs languet. Dis amor sine adeptiōe languet. Sed hec ad rē corruptibilem referunk: vitiosus est languor/ si ad incorruptibilia virtus illū effecit. Ex neutro siqdē cū decentia non assistūt et insistūt ledentia: dūtaxat q p carētia vitij volūtati diuine volūtas hominū supponatur. Erat languens Lazarus languore mortali: vt ita inualesceret/ vt halitus nō remanerer. Et vergebat ptinus in occasum: vt homis extingueret vitam. Hoc ois infirmitas intendit in corpe: hoc peccati languor in aia satagit: et languor plixior grauat medicū. Sic pseuerans languor ab origine mūdi grauauit medicū christum: vt ipse medelam sumeret vnde languidus sanarek: vt paterek in corpore malum: a quo in anima et corpore expiaret infirmuz. Sed in bethania lazarus infirmabak: q castellū erat marie et Marthe sororuz eius. Ad noticiam facti euangelista ista cōmemorat/ scilicet locum et cognationem. Totusq mūdus infirmitatis est locus: nec humana cognatio illam valet auertere: nam deus est qui percutit et qui sanat: et nec est qui seipsum aut aliuz de manu sua possit eruere. Maria autem erat que vnxit dominum vngento: et capillis capitis sui tergebat. Uerba sunt euangeliste conterentis historiam: qui mariam dicit cum martha castelli Bethanie fuisse participem: quam etiā ex officio pietatis distinguit a ceteris: quoniā et plures erāt christi discipule que hoc nomine vocabank. Astabāt iste sorores plene mesticia lecrulo infirmantis: verbis exhortabāt: vt bono fieret animo suadebant: vt moris est muliercularū piarū blandiri egrotis. Et cū aduerterēt q euidēter in ipso natura deficeret: nec ars archiatrica poterat afferre remediū: quid agēdū foret psecte insimul consultarūt: vt ei p nunciū intimarent q iam multos infirmos sanauerat: et duos ad vitam reuocauerat a sepulchris. Melius eni sibi dolentibus et fratri languēti prouidere nō poterant: q ad euz recurrere q supra naturam et artē pōt conferre subsidia. Et multa in piculis docet necessitas: multa facit opportunitas cogitare: vt desperantes de humanis ad diuina se conferant. Nō tamen iste ab altitudine fidei cū miserūt ad christū velut ad ignorantez/ scientiā dantes de infirmitate germani: magis aūt si eum scire credentes hesitabant q suis dilectoribus ad opportūa deficeret/ qui diligentes se diligit: et ipse iam experimento pbauerāt q amabak a christo: ex eo q hospitiū apud eas quadam singularitate susceperat: et q marie induiserat peccata multa: et a qua se tāgi cōsensit: et in altera fluxum sanguinis desiccauit. Et inuenientes nuncium domesticū domus/ q iesum ex mutua visione cognosceret transmiserūt: legationem paruam in verbis/ magnam in pondere imponentes. Domine ecce quez amas infirmatur. Iura pmittūt amoris: cui nulla deneganda est iusta subuentio/ cū dicūt: Ecce quem amas. Et ipsius sequunk regulam qui multa non loquik: sed tm vt cōstitutus est in psperis vel aduersis/ notificat diligenti: qm vere diligens nouit formare affectū et exhibere subsidiū fm contingentia in dilectū. Sed in his duabus sororibus duas vitas cognouerim: contemplatiuā videlicet et actiuā: que subuenire cupiūt homini egrotanti: mittētes amorem legatū ad christū omniū vitam: qui nostra mala impugnaturus aduenit. Aptius quidē orationem dixerim officio legationis insistere: que causas male aduenientes nouit exponere: atq aduersa indicare que patitur autor eius. Hec existēs in terris/ celo se iserit. Cōstituta in imis/ alta pulsat. Sibi non obsistunt interualla locorum. Nulla munimina sibi obicem faciūt. A lōge vt de ppe loquitur. Hec velociter currit ad exponendum mala que patimur: ad denūciandum que nobis ex aduerso cōsurgūt. Et plena est scriptura veteris testamēti huiuscemodi testimonijs: q omnes sancti cuz tribulationibus agebank/ orationē dño pmiserunt: nec quem nūcium expeditiorem ad dñm mitterent/ inuenerūt. Hec breuiter infestantia mala denunciat. Non psequik dūm multiplicatione verborum in ictu et iaculate que ptectorem nouit alloquitur: Dñe ecce quē amas/ infirmak. Sz mira sūt verba: magisq miranda sententia. Si amas o christe: quomodo et qualiter infirmak: Sinis ne tuos infirmari dilectos: Si infirmatur: vbi est quod amas: Nam a te nō diligi hec est penitus mortalis infirmitas: cū neminē diligis/ nisi quē diligēdum agnoueris: neminem tua dilectione priues/ nisi iuste decreueris. Nouerat dominus anteq sibi dicerek/ q lazarus infirmabak: et nihilominus ab alio nūciante suscepit. Simili modo cunctorum miserias nouit: et ad repellendū expedit vt ei humiliter exponamus. Nam Dauid cū sepe orasset ad dominū/ semp suas miserias replicat: vt in psalmis pluribus legētibus claret. Populus dei cū orabat: etiaz cūcta mala contra que interpellabat dominū/ replicabat. Job/ tobias/ esdras/ neemias/ cūctiq prophete/ iudith/ hester cū dñm pcib9 exorabāt: illa molesta contra q orōnib9 intēdebāt/ explicādo i mediū pferebāt. Sic iste sorores corpe absentes/ mēte psentes; adeūtes dñm p nūciū ipsi

molestiam anime indicabant. Non autem ora-
bant voce vt veniret/sed mēte: ꝓferebāt tñ ꝙ ip
saꝝ animū aggrauabat. Ecce quem amas infir
maꝛ. Quid subnectendū fuisset: si verbis vlteriꝰ
ꝓcessisset oratio: Ecce quē amas infirmaꝛ. Igi
tur aut eum sanitati restitue/nosq; a doloribus
exnas: aut si ꝓ melioribus decedere decreuisti/
sibi requiē nobisq; patientiā ꝑsta. Eādē aliter.
Ecce quē amas infirmaꝛ. Ergo quod melius ē
decerne: ⁊ de oībus volūtas tua fiat: nosq; tuaȝ
semꝑ laudabimus bonitatē. Nunq̄ melius no
stre terminanꝛ ꝓseuche/ꝙ vt referanꝛ in dñi vo
luntatē: vt in his q̄ decernit sibi nostra volūtas
pacata subdaꝛ. **Audiens autē iesus di-
xit eis: Infirmitas hec nō est ad mor
teȝ: sed vt glorificetur filius dei per
eam.** Ecce quare ꝑmisit infirmari quem amā-
bat: quia nō ad mortē eternā/sed ad ꝓbationem
virtutis/ad examinationē bonitatis. Ut etiaȝ in
malis que patimur dei gloria relucescat: multis
nos tētari varijs tribulatiōibus sinit. Attñ illa
infirmitas ad mortē corꝑis erat: etem̄ ipsa secu
ta est: sed nō est apud eū qui fontalis est vita: sȝ
nec ad mortē vt ꝑ eius imꝑio ab ipsa inreuoca
bilē retineret: siue vt post illā temꝑalē corꝑis in
firmitatē eterna mors in anima sequereꝛ. Sȝ vt
glorificareꝛ filius dei ꝑ eā. Nō ad augmentū il-
lius quam ab eterno possidebat: aut noua glo-
ria qua caruit: sed apud discipulos eius ⁊ apud
gentem incredulam iudeoꝝ/quam conabaꝛ si-
gnis ⁊ verbis ad sua rudimenta cōuertere: nec-
nō apud futuros fideles vsq; seculi finē qui chri
sto tribuūt gloriam: cum eum audiūt ⁊ credunt
supra naturā huiuscemodi fecisse mysteria. Nō
autem in his que christus operabaꝛ/vnde glo-
rificareꝛ ad seipsum velut ad indignū/aut hu-
mana delectatione affectum aliquid intorque-
bat: sed vestris vtilitatibus alte consultus sic
agebat. Non suscipit incrementum filius dei:
nec homines augent sibi gloriam: cuȝ ipsum ex
mire factis extollūt aut laudibus predicāt. In-
imitabilia ⁊ immutabilia omnia sunt in dei filio
Sȝ sic agendū est nobis: vt euȝ glorificemus/si
glorie eius volumus esse ꝑticipes. De nullo q̄-
dē signo siue ꝓdigio sic gloriam suam christus
manifestari asseruit ꝙ de isto: licet quoddam si-
mile de ceco nato dixisse videreꝛ: scȝ vt ꝑter pec
cata ꝓpria ⁊ ꝓpinquoꝝ parentū ob id cecū fu-
isse natū: vt dei oꝑa in illo manifestarenꝛ. Quo-
niam quatriduanus suscitādus erat: neminem
christus tante diuturnitatis extinctū reuocauit
ab īferis: nullū tā insignē virū atq; magnis de-
ploratū ante suā passioneȝ suscitauit a mortuis:
vt spes etiā aliter vtilior ꝑstareꝛ ꝙ posset ⁊ q̄tū-
cūq; in peccatis diutinos ad iusticiam reuoca-
re. **Diligebat autem iesus martham
et sororem eius mariam et lazarum.**
Hoc euāgelista denūciat: qui nouerat et mores
eius ⁊ signa dilectionis eius que ad istos mon-
strauerat: apud quos elegerat iura hospitij si-
cut apud filios pacis: quos ⁊ arguit dñm dilexis

se: quia ipse diligētes se diligit. Quid aūt gratiꝰ
inueniri possit ignoro ꝙ a dño esse dilectū: fortu
tē em̄ ꝑmonstrat inesse in dilecto: qm̄ ipm nō ꝑ-
sonaꝝ/sed virtutū credimus acceptorē. Et bea-
titudinē quandā insinuat: ꝙ a creatore creatu-
ra/homo a deo/miser a btō/mortalis a vita dili
gaꝛ. Et si omnia q̄ sunt in optionē venirent: di-
ligere deū ⁊ ab ipso diligi esset ꝑ ceteris eligen
dū. Nam vnū est ꝯsummate virtutis: alterū ve-
ro beatitudinis est. Si vero inter ista duo com
positiua electio adueniret/diligere potius sua-
derem: qm̄ hoc magis ⁊ ꝑsertim expedit omni
viuēti/ex electione nancisci quod sui est iuris et
debiti ad agendū. Diligere quideȝ deū iusticia
ipsa compellit/nostri est iuris atq; virtutis: dili
gi vero a deo/sue dūtaxat est potestatis. Amor
ad deū est meriti/amor a deo est ꝑmij. Amor ad
deū retributioneȝ acq̄rit: amor a deo retribuit.
Et amor dei semꝑ retorqueꝛ in nostrum: noster
aūt nō semꝑ retorqueꝛ in deum. Hec maxime a
cūctis fere mortalibus ex dilectione appetunꝛ:
scȝ diligere ⁊ amari. Et semꝑ q̄dam suspitio di-
ligentiū animos vexat/ne minus ꝙ diligant di
liganꝛ: nō aūt ex suspitione laborant/ne plus di
liganꝛ ꝙ diligāt. In iure vero aut arte dilectio
nis solertes atq; periti/semꝑ satagūt ꝙ recipi-
ant plus inferre. Intercū vero exꝑti sunt q̄ im
transitiuo amore/nō retransitiuo alios dilexe-
rūt. Et si hoc inter homines ⁊ homines quoti-
die agiꝛ: q̄to magis cunctoꝝ mortalium omnis
deberet esse conatus: vt christuȝ diligerēt: vt ab
ipso amarenꝛ. Sed nec expediret conari in secū
dū/si vere ꝑferaꝛ ⁊ ꝑmū: qm̄ diligebat iesus mar
tham ⁊ mariam sororē eius ⁊ lazaꝝ: nō q̄ hospi
tes/nō quia nobiles/nō quia mulieres/nō quia
vir insignis ⁊ prudens/non quia diuites: sed q̄
suos cognouerat amatores. Optima ista trini-
tas quam christus dñs diligebat: quam si quis
acute speculari tētabit/aliq̄d occulti mysterij su
pra sensuȝ humanū inueniet. **Ut ergo audi-
uit quia infirmabatur: tunc mansit
in eodem loco duobus diebus.** Hec
mora fuit vt in sua corꝑali absentia lazarus mo
rereꝛ: ⁊ quatriduanus fieret in sepulchro. **De-
inde post hec dicit discipulis suis:
Eamus in iudeā iterum. Dicunt ei
discipuli: Rabbi nunc querebant te
iudei lapidari: et iterum vadis illuc.**
Ordine sociali christus cuȝ suis discipulis agit
cum hortatur/cum agenda predicit: nō eos po
testatiue deducit. Et volebat ob Lazarum ve-
nire iterum in iudeam: a qua paulo ante disces-
serat. Sed terrentur discipuli pro seipsis: ma-
gis autem videntur zelum preferre magistri: al-
legantes iudeorum vesaniam/qui eum tentaue-
runt lapidare. Boni discipuli qui volunt pre-
seruare magistrum/maxime docentem vtilia et
sursum ferentem virtutem: et illa que non cor-
pus in hac vita/sed que animam optimam fa-
ciunt. Pusillus iste grex erat sollicitus de pa-
store qui eos verbis vite pascebat: ne a iudeorū

inuidia traderet exitio. Manipulus iste inermi um militũ pter ducẽ nõ sperabat victoriam de ꝯgressu: tũc q2 nõ poterãt eũ tueri armis/ conabant in fugã. Nolebãt orbari patre misericordiaꝝ ⁊ gr̃e/ q̃ naturales reliq̃rãt. Quoddã sil'e rc/periẽ in veteri testamẽto de zelo seruoꝝ ad dominũ. Nã cũ dauid egressus esset ad bellũ con-
2.Reg.21 tra castra philistinoꝝ: q̃daꝫ de philisteis nisus est signãter ꝑcutere dauid: q̃ abisai filio saruie ꝑsidio existẽte euasit. Tũc iurauerũt viri dauid/ dicẽtes: Iã non egredieris nobiscũ in bellũ: ne extinguas lucernã in israel. Prudẽter atq3 ꝓbi ter decreuerũt viri dauid bellare bella eius ꝑter ꝑsentiã eius: ne vt assolet euenire/ ipse rex interiret: quo capto vel mortuo bellatoribus non est vltra vigor seu causa certandi. Et hoc est ꝓbata fidelitas seruoꝝ ad dñm: vt exponãt se periculis ꝓpter ipsum: et velint in laboribus esse dño quiescẽte. Timebãt ne in israel lucerna extingueret: qm̃ ipse ordinatus a deo illũ populũ regimine sue sapiẽ gubernabat: ⁊ erat velut lucernã in domo ꝑstans oĩbus in quã actionẽ declinare ꝯueniat. Plus enim est in regno prouidentia regis q̃ bellatoꝝ. Sic zelãtes christum discipuli/ q̃uis modica fide cũ credebãt q̃ posset inuite mori: dissuadebãt vlterius cũ improbitate iudeoꝝ velle habere cõgressum. Excusabat tñ pius amor in eis fidei paruitatẽ: qm̃ christus nisi volũtarie pati nõ potuit. Sed nec adhuc oĩa nouerant christi mysteria: necdũ aĩa bãtur ad mortẽ: qm̃ nõ adhuc spũs ille diuinus infulserat/ qui ꝓ vera vita corporũ fecit exponere vitã. Inductiõe humili conat celestis dux degens in terris suos cõmilitones quos elegerat suã inducere ad sequelã: quia siue absterrerent mortis metu in seipsis aut in celesti duce seq̃ renitebant. Hinc saluator ad eos acsi dux ꝓ futuro bello ad suos animandos milites loqueret. Respondit iesus: Nõne duodecim sunt hore diei? Si quis ambulauerit in die/ non offendit: quia lucẽ huius mundi videt. Si quis litterã ⁊ nõ sensum aduertit: importuna videt responsio. Sed nec alit eis christus apologizari debuit: nisi q2 duodecim sunt hore diei: pro eo q̃ in eis facile atq3 tantundem hominem imitari contingit: ⁊ in successione tempoꝝ sepe fuit successio voluntatum ad mutationem agende nequitie vel virtutis: nihil existente stabile in hominibus sup terram. Magis autem naturalis ordinis debito sequelam exigere videbat: velut hore dieꝫ/ sic ipsum ad omnia sequerent. Quoniã si quis ambulauerit in die/ nõ offendit. Multi eñ in die ambulant ⁊ offendunt: quia lucem videre non possunt/ aut videre contemnũt. Claudere ad lumen oculos: impingere in obicem absq3 duce necessitas facta est. Si vero ad spiritualẽ actionem referimus: vniuersitas omnium recte agere volentium est in horis: que diem inobscurabilem christũ sequi debet inexceptuate ad quaslibet actiones. Ambulatio diurna offendiculũ nõ suscipit: nocturna ꝟo scandalũ patit: ⁊ absq3 disceptatione seu obiectione verboꝝ in hoc nobis sufficiat christi patrona sentẽtia. Sensu altiore ista pensantes/ lux inuisibilis ⁊ rationalis mũdi est rectus amor: nox ꝟo amor obliquus. Lux veritas/ nox falsitas est: lux timor dei/ nox timor mundi: in quo ambulans scandalum passus est. Uidete qualibus rõnibus atq3 sermonibus hortat iesus suos discipulos ad sequelam ⁊ ad doctũ ducem oĩno statuit spectare tyrones ⁊ discipulos ad magistrum/ seruos ad dñm. Et post hec dicit eis: Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt a somno excitem illum. More antiquo (sicut vetus scriptura narrat) dñs loquebat: vbi sepe dicitur de mortuis/ dormiuit cum patribus suis. Et psalmista dicit: Dormierunt somnũ suũ/ ⁊ nihil in- Psal.75
uenerũt: oẽs viri diuitiaꝝ in manibus suis. Et i
libro Machabeorum legit de his q̃ cũ pietate 2.Ma.12.
dormitionẽ acceperant: vt ex dormitiõe huiuscemodi mors intelligat. Nec credat dominus locutus fuisse iuxta intelligentiã lingue latine: vt sibi dormiret ꝓpter potentiã suã faciliter suscitandũ: sed vere mortuũ asseruit. Quod apostoli de somni dormitione intelligentes: cũ dormire sit cõmune morti atq3 quieti: adiecerunt dicentes: Domine si dormit/ saluus erit. Sꝫ occultã energiam dominus fuisse in lazaro hic ostendit: cum suũ ⁊ totius discipulatus eius appellat amicũ/ dicens: lazarus amicꝰ noster. Nihil amplius apud proceres mũdi inuenitur/ q̃ ipsos habere amicos: etenim mediatores inter amicos ad necessaria seu ad cõquirẽda placita nõ existunt: ꝑcũctatur amicus/ si ignorat amici decẽtia: ⁊ si nouit/ impendit. Oĩpotens ⁊ oĩa sciens est christus: beatus ergo cui extat amicus. Uirtutẽ ⁊ misericordiã possidet/ q̃ christũ ⁊ discipulatũ eius habet amicos. Et ad vitã agendam nihil expeditius/ imo nihil maius q̃ amare christũ/ diligereq3 doctrinã. Sed q̃ cõuentio christi ad homĩes/ vt eos velit habere amicos? Que dignatio est/ q̃ subuectio est/ q̃ appellatur amicus? Non tamẽ hoĩs ad deũ esset ascẽsus/ vt illo in amicitia frueret: nisi dignaret ipse ad nostra infima inclinari. Nam moyses q̃ cũ domino velut cũ amico loq̃bat/ fiebatq3 cõuersio: ipse in mõte sinai ascẽdebat/ ⁊ ad eũ dñs descendebat. Amicus ꝓ amico nõ nouit in necessitate recusare labores. Et ecce celestis amicꝰ ꝓ terreno se disponit ad itinera/ dicẽs: Eamus iterũ in iudeam: et reuersus vado/ vt a somno excitem eũ. Insidens adhuc i cordibus discipuloꝝ terror seu zelus ad christum/ eos ad sequelã inclinari nõ sinit: sed semp cũ specie pietatis ꝯtendũt/ dicẽtes: Dñe si dormit/ saluus erit. Intelligebãt discipuli dormitiõis dũtaxat alterã partẽ: sꝫ vt euãgelista exponit: Dixerat aũt iesus de morte eiꝰ. Illi autẽ putauerũt q̃ de dormitiõe soni diceret. Nimis a iusticia subiectiõis sunt alieni/ q̃ semp cũ dictatore cõtendũt: etiam si preferant

pietatē: ſi ſpecie melioꝛis boni/ſi p̄textu pericu-li euadēdi/ſi zelo dilectiōis accēſi: cū ex ſepe la-tis verbis animū nouerint dirigētis. **Tūc dixit eis ieſus mãifeſte: Lazarus moꝛtuus eſt: ſed gaudeo ꝓpter vos vt credatis/quoniam nō eram ibi.** Aperit ieſus quod ipſi neſciebant: ⁊ lazaꝝ moꝛtuum nūciat. Gaudiū vero chꝛiſti ꝓpter apl'os id inſinuat: vt ipſi credant eū oīno ſcire abſentia vt p̄ſentia: ⁊ nihil penitus eſſe quod ſuā ſcientiam fugiat. Nō em̄ chꝛiſtus ſua/ſed diſcipuloꝝ vtilitate ↄgaudet q̄ de firma chꝛiſti credulitate naſcit̄: vt nō aliter/ſed ſicut eſt ita credat̄. Si preſens fuiſſet: nil magni videret̄ lazarū ſciuiſſe defunctū. Excedit poꝛro humanā ſcientiā ꝙ abſq; relatoꝛe abſens agnouit. Nō em̄ nunciuz de moꝛte ſicut de infirmitate ſuſcepat: ⁊ hoc adiecit **vt credatis quoniam non erā ibi.** In pauoꝛē atq; cautelā hoc verbū coꝛda diſcipuloꝝ vertere debuit: ſi omniū ſecretoꝝ p̄ſentium ⁊ abſentiū parē noticiā habet: vt etiā terrenī aliq̄d mali agere vel cogitare/eius ſciētiaz vitare credētes. Quod male infelix iudas aduertit: q̄ in ſuis malefactis foꝛtaſſis eius credebat declinare ſcientiā. Sed omne coꝛ intelligebat̄ ab illo: ⁊ eū nihil latere pōt. Et iā gaudiuz ꝓpter diſcipulos chꝛiſto erat/ꝙ ex reuocatiōe illius a moꝛtuis in fide amplius firmarent̄: quē foꝛte ab eius ſoꝛoꝛibꝰ ꝓſeuchatus deuenire nō ꝑmiſiſſet in moꝛtē/aut fieri quatriduanū. Semper tn̄ ꝓ maioꝛi augumēto fideliuz fuerūt geſta dn̄i ſaluatoꝛis. Attn̄ cuz hec dixiſſet et ſtatuiſſet oīno reſuſcitare defunctū: calefecit coꝛda tepētiū: et tabeſcētiū aīos vigoꝛauit: quod Thomas oſtēdit cū alios affaret. **Dicit ergo Thomas qui dicitur didymus/ad diſcipulos: Eamus et nos et moꝛiamur cum illo.** Impoſſibile factum eſt detineri a moꝛte eū q̄ cū vita moꝛeret̄: et em̄ chꝛiſtus ē vita. Ecce bonus cōmilito q̄ ad ꝓbitatem ſocios animat: et velut ignitus carbo alios extinctos nitit̄ facere rediuiuos: ⁊ a moꝛtis pauoꝛe iā factus extraneus alios inuitat ad moꝛtē: dignum oīno ratus oēs milites ſi expedit moꝛtē ſubire cum duce: maxime illā modicā caterуā poſt celeſtis ducis moꝛtē vita iudicabat indignā. Propterea oēs hoꝛtat̄ ad moꝛtē ſi ipſe moꝛi decreuerit: acſi diceret: Quid nobis vita poſt ducē? Eſt ne p̄cioſioꝛ vita omniū noſtrū ꝙ ducis ⁊ domini omniū? Quid eū ſeq̄ cūctamur ſi vult ad bella ꝓcedere: vbi nō nos ante p̄mittit: ſed ipſe primus vult habere ↄgreſſuz? Cur ſibi adheſimus ſi ſeq̄ retardamur? Cur ei fidē dedimus: ſi terga vertimus ſine bello? Magna nobis aſcriberet̄ ignauia ſi ipſo iubēte nollemus p̄cedere nondū ſequi dn̄m p̄euntē. Nec nō inexpiabile dedecus eſt omniū militū etiā rege exiſtēte in aula: ſi ad imperiū eius nollēt aduerſus hoſtes arma mouere. Non eſt ſubiectoꝝ ad quid eos velint exponere p̄ſidētes. Etiā ad Thome eloquiū ptinebat. Nōne oīa dimiſimus ꝓpter iſtum: quem nō ꝓpter terrena/ſed ꝓpter celeſtia imitamur: quem nō purū hominē/ſed deū ⁊ hominē ↄfitemur? Magna fidei ⁊ amoꝛis adheſio erat i thoma: q̄ timoꝛi moꝛtis repudiuz dederat: animabatq; ſocios huiuſcemodi timoꝛē abijcere. Sicut legimus in veteri teſtamēto/ſecūdo Regū decimoquinto: cuz ethai getheus regi Dauid ſuadēti vt remaneret in ciuitate: nec ꝓſequeret̄ eum ꝑſecutionē a filio ſuſtinentē: noluit acquieſcere: ſed hoc fert̄ dediſſe reſpōſum: Viuit dn̄s ⁊ viuit dn̄s meus rex: qm̄ in quocūq; loco fueris dn̄e mi rex/ſiue in moꝛte ſiue in vita: ibi erit ſeruus tuus. Et ſi ad terrenuz dn̄m noſcit̄ vſq; ad incluſionē moꝛtis ſeruata fidelitas: quid ad omniū creatoꝛē ⁊ dn̄m? In futurā martyruz cedem verbū iſtud etiā ferebat̄: qui altitudine fidei/feruoꝛe charitatis/in moꝛtez ſua coꝛpa ꝓpt dn̄m tradiderūt: ⁊ in dn̄o moꝛtui ſunt: qm̄ beati moꝛtui qui in dn̄o moꝛiunt̄. Et ꝓpter euz moꝛtui ſunt p̄mo ꝓpꝛijs volūtatibus/⁊ his que mūdus ſuis dilectoꝛibus offert: deinde in ꝓmptitudine ſpūs ad moꝛtē coꝛpa tradiderīt illi quos tyrānoꝝ infidelis terroꝛ inuenit: ꝙ plures vero velut abdicati mūdo moꝛtui/moꝛtē coꝛpoꝛū nō ab alijs illatā/ſed ex diuina ꝓuidētia cū gaudio expectauerūt. Et nihil maius repertū eſt ex virtute in actionibus hominū: ꝙ moꝛi cū illo et in illo ⁊ ꝓpter illū/qui ꝓ oībus moꝛtuis in peccatis et in coꝛpe moꝛituris moꝛtuus eſt ⁊ reſurrexit. Dis tutū feruoꝛ exhalauit cū dixit: Moꝛiamur cū illo. Sed cū oēs moꝛtis debito teneantur obnoxij: quid chꝛiſto ex moꝛi cū ipſo tribuitur? In quo thomas credebat gratificari pamplius coꝛā chꝛiſto: cur ↄdiſcipulos īuitabat ad moꝛtē/ad quā impellunt̄ omnes hoīes ex natura? Dixerim ipſa p̄uētio tempis quo quis moꝛtē poſſit deuitare/ipſa moꝛiēdi volūtas/ipſa indifferentia moꝛiendi/deſyderium conformitatis ad caput/⁊ ipſa chꝛiſtifoꝛmitas mereri homines glorioſoſq; martyres fecit. Et ſi illo in tūc cum chꝛiſto apoſtoli nō ſunt moꝛtui/nec tēpoꝛe paſſionis eius: in poſterꝝ vero moꝛtem cū chꝛiſto ⁊ in chꝛiſto ꝓmptiſſime ꝑſoluerūt: non decubātes in lectis: ſed tyrānoꝝ terroꝛe in verberibus ⁊ ludibꝛijs ⁊ in ſanguine ↄſecrati. Sz vt quid ſubintulit thomas: eamus ⁊ moꝛiamur cum illo: cum ipſe chꝛiſtus non de ſe moꝛituro/ſed de lazaro ſuſcitaturo loqueret̄? Ad timoꝛem diſcipuloꝝ verba ꝓtulit: qui memoꝛes ꝑfidie iudeoꝝ aduerſus chꝛiſtum etiam ipſi affligi cū ipſo metuebant. Sed cū feruoꝛ fidei in coꝛdibus hominū inualeſcit: nihilopendit̄ vita: derident̄ mine: vilipendunt̄ terroꝛes: furoꝛ tyrrannoꝝ ⁊ gemitus pueroꝝ: verba terrentia vt clamoꝛ eorum: miniſtri ſcelerū vt manus infirmoꝝ. Nihil em̄ eſt ex inductionibus demonū/ex inuētionibus hoīm/ex genere ſupplicioꝝ/quod feruoꝛē fidei poſſit rep̄mere cū ferueſcit: aut charitatez extinguere cū ardeſcit. **Venit itaq; Jeſus et inuenit eū quatuoꝛ dies in monumēto habentez.** Motu coꝛpis venit q̄ animo p̄ſens erat: p̄ſens

omnino qui inuẽturus erat. Inuenit quod scie
bat quod ipse nõ ꝑdiderat. Nec nouũ aut isoli-
tum sibi videbat hoĩs dissoluta cõpago: nec ad
vitã reuocatio impossibilis quatriduani cada-
ueris. Sed quatuor diebus voluit iacere huma
tum: vt dissoluti corpis vita recessisse ꝓbaret: ⁊
anima reuocata in thecã spectantiũ astrueret fi
dem: p̃staret solamẽ afflictis: diuina gloria mõ-
straret in hoĩe: ⁊ ꝑfidorum oĩno ꝯfunderet impro
bitas/cũ sic mirifice reuocaret quatriduanus
ad vitã. Pessima quadra ista cũ pctõr ꝑ dies q̃-
tuor iacet inclusus: vt nihil desit ad malorum effici
entiã/quousq; peccatũ cũ ꝯsummatũ fuerit ge-
neret mortẽ: illã videlicet que nõ corpus anima/
sed animã vita ꝑuat. Et cũ in octo cõminationi
bus ⁊ improperijs ante factis/quas diuersis gẽ
Amos.1. tibus facit dñs ꝑ Amos ꝓphetã/sup q̃tuor sce-
leribus facturũ cõuersionẽ se denegat: vt sciant
hoĩes q̃ta sollicitudine oporteat custodiri/ne
quarti diei rota subiungat ad culpam: vt ꝑmuz
scelus sit delectatio mali: secundũ cõsensus: ter-
tiũ actio ꝑuersa: quartũ impenitentia. Sic ⁊ hi
quatuor dies quos iste habet in monumẽto/ea-
dem serie calculentur: vt velut in corpe mortuo
nulla est surgendi potestas/nisi virtus supna ꝑ-
fecerit: sic nulla valitudo recedendi a vitijs his
qui pctã in longã ꝯsuetudinẽ traduxerũt: iacent
sub lapidea duricia tumulati: sed oĩa sunt pos-
sibilia apud deuz. **Erat autem bethania
iuxta hierusalem quasi stadijs quin-
decim.** Optima situatio huius castri: quia ꝓ-
pe hierusalem. Semp enĩ domus vere obedien
tie iuxta visionẽ pacis assistit. Nã si obediẽs nõ
videt in anima sua pacẽ: frustra obedientie sub-
iacet in animo ꝑturbatus. Et ad pacificam obe
dientiã potest fieri suscitatio in anima mortuo-
rum. Domus obedientie bethania/hierusalem
pacis visio interp̃tat: que q̃ndecim stadiorum spa
cio interiecto iungunt: vt in decem p̃ceptis/in
sensibus quinq; obediẽtia plena fiat. Aliter aũt
obedientia et visio pacis nõ continuant ad in-
uicem/nisi ꝑ huiuscemodi numerum stadiorum. Sta-
dium quippe a stando dictum est: quia exortũ a
magno Hercule habuit: qui centũ vigintiq̃nq;
passibus vno anhelitu absq; respiratione curre
bat: sicq; stabat. **Multi autem ex iudeis
venerant ad mariam et marthaz: vt
consolarentur eas de fratre suo.** Con
solatores onerosi sunt: qui nisi verbotenus non
possunt afferre iuuamen: ⁊ p̃terq̃ lingua nõ va-
lent inferre leticiã: nec causam remouere tristi-
cie. Nisi recõpensatio fiat de ꝑditis/nõ ad ꝯso-
lationẽ adduci/sed ad patientiã põt induci ꝑua
tio amãtis. In antidotis dũtaxat solet ꝯsolatio
adhiberi. Ad desperate dimissa patientia opus
est. Que ꝯsolatio his qui rem amatam irrecupe
rabiliter ꝑdiderũt? Quam consolationez super
mortuos possunt p̃stare mortales? Plãgere si-
mul possunt in augmentũ doloris: nõ ipsius re-
mouere materiã. Ad omnez rerum priuationem ꝑ
antidota potest ꝯsolatio ꝑuenire: p̃terq̃ in mor

te charorum ⁊ ꝑditione membrorum. Nõ habet hoc
humana potẽtia: vt vitalia possit afferre. Et vt
traijciamus in aliũ sensum: que ꝯsolatio his du
abus sororibus/scz anime ⁊ carni sup affectum
mortuũ in peccatis: sup sepultũ interiorẽ homi
nem in terrenis: sup spiritũ nostrũ ꝯsuetudina-
riuz in delictis: sup cor impenitẽs/ thesaurizãs
dei irã in die ire? Ad huiuscemodi funus neque
unt ꝯsolari mortales: sed solus q̃ a tumulis va-
let reuocare sepultos: sicut ⁊ scriptũ est: Consõ Psal.93
latiões tue/scz dei nõ hominũ/ letificauerũt ani
mã meam. Et apostolus ait: Bñdictus deus et 2.Corin.1
pater dñi nostri iesu christi: qui consolat nos in
omni tribulatione nostra. Et deplorans ꝓphe Tren.1
ta hierusalẽ dicebat: Non est qui ꝯsolet eam ex
oĩbus charis eius. Nõ est vera ꝯsolatio mortu-
is in peccatis ab huius seculi charis: nisi verus
ꝯsolator adueniat. Proinde martha consolato
res onerosos ⁊ hũane loquẽtes dimisit/cũ chri-
sti nouit aduentũ. **Martha autẽ cum au
diuit quia iesus venit/occurrit. Ma-
ria domi sedebat: quia nondum no-
uerat aduenisse iesum.** Etenĩ illa citius ꝑ
currisset. Dimittit martha domum: dimittit so-
rorem: dimittit cõsanguineos ⁊ amicos: dimit-
tit q̃ hũane venerãt p̃stare solamina: ⁊ incõsulta
venit cũ supiorẽ potẽtia ⁊ virtute aduenire co-
gnouit. Dimittunt bona: cũ meliora ꝑueniũt.
Et ima ꝓ summis/terrena ꝓ celestibus/hũa-
na ꝓ diuĩs dimittere ratio sic sana docet. Nec
sunt expetẽda ꝯsilia/vbi euidentia melioris ap-
paret. Et summa christus est causa/vt oĩa fiant
repudio cũ aduenit. Et hũana ꝯsolatio desera-
tur/vt se ꝑmittit adesse diuina. Beatus igit est
qui christo venienti festinus occurrit: nec nouit
tarda molimina in occursum de superis ꝓperã
ti. Et cũ venisset/**dixit martha ad iesum:
Domine si fuisses hic/frater meus
non fuisset mortuus.** Infideliter ⁊ fideli
ter/infirmiter ⁊ alte martha loquebat cũ dice-
bat: Dñe si fuisses hic. Ibi fuerat: sed ipa nesci
ebat. Secundũ hominẽ ꝓsũpebat in verbis/nõ
ꝯsyderans vbiq; p̃sentiã deitatis. Forte dolor
hãc cõsyderationẽ ademerat: aut modica fides
intellectum ꝯfuderat: vt non posset iesus nisi p̃-
sens destruere mortis imperium. Sz fideliter ⁊
alte ꝓtulit q̃ mors ipso p̃sente/ausum nõ fecis-
set in fratre. Recte ꝓnunciauit: quia vbi vita p̃-
sens/mors ipsa defugit. Competit hoc verbum
oĩbus volũtate labentibus in peccata: que mor
tez in aĩa priusq̃ in corpe opant. Domine si fu-
isses nobiscum/ ꝓlapsi non fuissemus in mor-
tẽ. Protinus vbi christus animarum vita non
aderit: peccatum regnat in corpore: mors per-
fundat eius animam ex toto. Sed non cause-
mus christum cuz ipsius non habemus presen
tiam: nobis ascribamus maliciam/q̃ iniuste
christum deserẽtes iuste ab ipso deserimur: qui
nunq̃ deserit nisi deseratur. Attamen ad fortio-
ra fidei se martha conuertit: cuz adiecit: **Sed
et nunc scio: quia quecunq; poposce-**

ris a deo/dabit tibi deus. Si purũ ho-
minẽ credit: magne potentie magneq̃ sanctita-
tis eũ autumauit apud deũ: q̃ suo℞ p̃caminũ in
teruẽtu frater reuocet̃ ab inferis. Si vero deũ
⁊ hominẽ credit: in p̃te fides eius hebescit: q̃
nisi porrigat p̃ces in alto/suscitare nõ possit: cũ
nihil sit quod nequit p̃ficere deus homo. Et q̃-
uis interdũ corã astãtibus p̃ces ad patrẽ porre-
xerit vt homo/nõ vt deus: fecit humilitate ho-
minis/nõ necessitate potẽtie: vt asseueret orãdi
morẽ/nõ indigentiã passus: etẽ eque potentie
vt pater est filius: nec ab illa minoratus in ali-
quo factus homo. Sed huic fidei iesus ad vota
rñdet ⁊ desyderio deplorãtis/dicens: Resur-
get frater tuus. Nõ fuit p̃phetia/s₃ p̃mis-
sio vt lazarus sua potestate resurgeret: sed quia
eũ paulopost suscitaturus erat. Dulce verbum
anime: cu₃ p̃mittit̃ resuscitãdus affectus. Sed
martha nõ in p̃sens/sed suã fidẽ traijcit in futu-
rũ cum dicit: Scio quia resurget in re-
surrectione in nouissimo die. Amor fe-
stinus possidendi quesitũ tardũ reputat quous-
q̃ possideat: nec credit factũ fieri nisi comple-
tũ aspiciat: et causat intercapedine tempo℞ p̃-
mittentẽ/nisi cõfestĩ votũ ↄcesserit. At iesus nõ
illã auertẽs a fide vltime resurrectiõis: agnosci
cupidus q̃lis esset p quo facturus ilico erat: ad
plenitudinẽ fidei se totũ p̃rogãs/interrogando
p̃uocat marthã. Ego su₃ resurrectio et
vita. Qui credit in me/etiam si mor-
tuus fuerit viuet. Et omnis qui vi-
uit et credit in me/non morietur ine-
ternum. Credis hoc? Resurrectio ẽ chri-
stus p mortuis/vita p viuis: vt ad dupla₃ resur
rectionẽ nostrã p duplici morte q̃ regnat in no
bis/ipsius simpla resurrectio referat̃. Silr̃ fit ĩ
virtutibus ⁊ beatitudinibus ipsa vita/dũtaxat
in credulitate credẽtibus. Quãobrẽ interroga
tur martha/si credit: nã nõ credẽtibus nõ est cõ
ferenda beata resurrectio neq̃ vita: q̃q̃ etiã ad
penam ampliorẽ sint etiam impij resurrecturi.
Et bene christus nouerat si hoc martha crede-
Rom.10 bat. Sed si corde credit̃ ad iusticiã: ore tamẽ fit
confessio ad salutẽ. Ipse quidẽ fidem infundit:
alias aũt nemo credit: verbũ cuius in auribus
marthe sonans/iusticiam fidei transfudebat in
anima. Sic quoq̃ verba credendo℞ p doctores
sonant in auribus audientiũ: sed solũ deus cre-
dulitatẽ immittit in cordibus. Proinde Mar-
tha sic p̃uocata rñdet: Ego credidi: quia
tu es christus filius dei viui/ qui in
hunc mundum venisti. Omne fidei my-
sterium martha cõplexa est/cũ in vna p̃sona de-
um et hominẽ confitet̃: ⁊ filiũ nõ patrẽ/nõ sp̃m-
sanctũ asserit incarnatũ. Hominẽ ↄfitet̃ in chri
sti vocabulo: qm̃ nõ deus/s₃ hõ vnctus est: filiũ
⁊ deũ patrẽ viuũ ⁊ sp̃m sctm̃ amorẽ: cũ ipsum fa
tet̃ venisse in mundũ/non aliter hic visibilẽ q̃ p
susceptã carnẽ. Ab ore vtriusq̃ sexus hãc ↄfessi
Mat.16. onẽ christus dñs exq̃siuit: qñ Petrus interro-
gatus cũ ceteris/quẽ dicerẽt filiũ hois: a p̃re su-
perno doctus rñdit: Ego dico q̃ tu es christus
filius dei viui/q̃ in hunc mũdũ venisti. Et nũc
a martha/quẽ equa ⁊ simili ↄfessione fatet̃. Hec
cõfessio meret̃ nobis quicq̃d christus op̃at̃ in no
bis: ⁊ p̃ter hanc cõfessionẽ oĩa sunt irrita vota
mortaliũ. Et cum hec dixisset/ abijt et
vocauit mariã sororem suã silentio/
dicens: Magister adest et vocat te.
Non credamus marthã suo arbitrio a domo
recessisse: q̃uis affectione sororis in aĩa tene-
ret̃: quã sciebat anxiã visione magistri: s₃ a chri-
sto recepisse innuitionẽ aut signũ vt ipsam ac-
cersisset: aliter mentita fuisset/dicens: Magi-
ster adest ⁊ vocat te. Etẽ dñs q̃uis loqueret̃
cũ martha: ⁊ illã suis inquisitionib⁹ ad cõfessio
nẽ vere fidei p̃traxisset: q̃uis eã diligeret/ vt su-
pra textus eloquit̃: nõ suis precib⁹ fratrẽ reuo-
cabat a tumulo: plus meriti ⁊ virtutis aspiciẽs
in maria/quã velut dilectã discipulam expecta-
bat: necnõ quesita ob abstersa scelera videretur
data ↄtẽptui. Sed nec acceptorẽ p̃sonarũ dñm
iudicemus/huiuscemodi ⁊ omni labe carente₃
cũ fuerit p̃pensior ad mariã: sed maio℞ virtutũ
potius inspectorẽ: et eos q̃ peccauerũt mater-
na charitate fouentẽ. Et cũ duas vitas ĩ his du
abus mulierib⁹ legam⁹ esse signatas/actiuam ⁊
alta meditantẽ: plus cõtemplatiue q̃ actiue do-
naturus est christus: cui actiua semp̃ prior oc-
currit: q̃ ad magna ↄsyderãda mysteria iussa est
vocare sororẽ/sc₃ speculationẽ internã: q̃ actio
ni quasi germane sociat̃. Etenĩ in actionibus
sensibilib⁹ solũmodo cõstituti/nõ possunt inspi
cere alta resurrectiõis mysteria: nisi reuertatur
introrsum in illud secretũ/vbi sedes est sapien-
tie/vbi est speculatio veritatis/vbi veritas ipsa
refulget/vbi absq̃ strepitu regnat veritatis im
periũ: ⁊ in silentio capiunt̃ dogmata deitatis.
Proinde martha silenter accersiuit ipsa soro-
rẽ. Acsi diceret: Accessi ad dñm exponens mise
riã: querẽs misericordiã: alta resurrectiõis my-
steria p̃tentans. Sola repulsã patior: tecũ opta
ta vota feram: nõ me q̃ potẽs est exaudit abs te
oĩno te vult accersiri: mecũ penitus venire festi
na: ipse te vocat vt venias. Uere sic est q̃ nec si-
ne iussu dñi actio speculationẽ habet in sociã: ⁊
nisi deus vocet/ipsa nõ venit. Supra sensũ est
hoĩm alta ↄtẽplari. Sed cũ dicit: magister ad-
est ⁊ vocat te: dei appropinq̃tionẽ insinuat fa-
ctã electis eius: cui possibilitas hũana proxima
fieri nequit/nisi per pri⁹ ipse nobis approximet
Fit dñs nobis presens/vt sibi possim⁹ esse no-
stra speculatione presentes: a quo nũq̃ subter-
fugiendo aut quomodolibet aliter possum⁹ eẽ
absentes. Adest profecto dñs omnibus innocẽ-
tibus eum: in veritate vocans vt propius acce
damus/velut ad magistrũ celestia ⁊ diuina do-
centem: qui magister verax est/viam dei in veri
tate docet: vt per eam inoblique gradientes/in
id veniamus a quo ip̃e venit ad nos. Querit iste
magister instruere ignorantes: ⁊ viam vere sa-
pientie atq̃ immortalitatis monstrare morta-

Pro.4. libus. Sic eñ p sapientiã dicit: Uiam sapiẽtie mõstrabo tibi: ꝛ ducã te p semitas equitatis: q̃s cũ ingressus fueris / nõ coartabũt gressus tui: ꝛ currẽs non habebis offendiculũ. Sed ve his q̃ huic vocationi nõ pstant auditũ. Scriptũ est Pro.1 enim: Uocaui / ꝛ renuistis: extendi manũ / ꝛ non fuit q̃ aspiceret: despexistis omne cõsiliũ meũ / ꝛ increpationes meas neglexistis. Ego quoq3 in interitu vestro ridebo: ꝛ subsannabo / cũ vobis quod timebatis aduenerit. Et multa siquidez q̃ ibi sequunt in vltionẽ eoꝝ q̃ vocationẽ summi magistri despiciunt. Manet in erroribus q̃ non audit vocantẽ diuine magistrũ: ad cuius verba interna pstanda est auris. Corpalis enim licz in sono a doctore verba suscipiat: quid sapiãt / ipa nõ pcipit. Unde velut auris corpis martha internã ad magistrũ tam alte docentẽ innocat aurem mentis: scz mariã / q̃ domi remanserat non dũ mota: quia pri⁹ quod animale / deinde quod spũale est. Festinat auris mẽtis ad theorias diuinas: ꝛ abijcit tarda molimina cũ supnũ audierit adesse doctorem. **Hinc illa vt audiuit / surrexit cito: et venit ad eum.** Cito surgit quẽ dñs vocat: ꝛ male sedebat / q̃ vocat⁹ cito surrexit: aut meliora nouit esse ad q̃ vocabatur. Male sedet speculatio mentis domi terrenoꝝ / ꝛ cũ consultorib⁹ onerosis. Male sedet auris interior: si nõ assurgit audire diuina / solum humanis illecta. Sed prefert oĩbus q̃ adest ipe magister. Et maria solita erat videre iesũm: in cuius visione atq3 eloquijs interne iocundabat vt etiã ab omni actione corpus cõpesceret: que cũ priuabat ad tempus / reddebat ardentior ad videndũ. Ad quẽ audiens aduenisse maxime q2 vocauerat / concito gradu venit: stupẽs q eius memoriã sic apud se seruasset magister. **Maria ergo cũ venisset vbi erat iesus: videns eum cecidit ad pedes eius / dicẽs: Dñe si fuisses hic / frater meus non fuisset mortuus.** Bene cecidit ad illos venerandos pedes: quos rigãs lachrymis / capillis tergens: supra quos oscula crebra defigens / pungens totius deuotionis vnguento remissionẽ oĩm suoꝝ receperat peccatoꝝ: ꝛ vocez salutis audierat atq3 pacis etne. Procidit ante pedes / q̃ eã visitaturi aduenerant et suscitare germanũ: qui p ipsa laborauerant / super quos ipsa gradũ praue actionis defixerat / ne laberẽtur in peius: in q̃bus terminati fuerant gressus iniq̃: in q̃bus iuerat in sacramenta celestia. Male stat in se: ad ruinã se parat / qui stare in semetipso disponit. Angeli magni ꝛ primi homis casus edixerit q piculosissime in se stat. Sed cecidisse ante dñicos pedes obediẽtia pmpta / humilitate pfunda est resurrectionis initiũ / abolitio casus / imobilis firmatio / situatio incõcussa / debitum creature / solutio debiti: quies itineris laboriosi / pstratio ad salutẽ humanitatis / in deitate humilis latria. Sec nec martha cecidit ad pedes iesu: q̃m min⁹ venerat dilectũ oĩs in amore remissior: nec honorat honorandũ nesciens sicut ille q̃ nouit. Excedebat martham in amore maria: ꝛ de christo nouerat altiora: quanq̃ martha oẽm fidei altitudinẽ in christo confessa fuisset. Sed primo aspectu nõ pstrauit se ad pedes forsan non tantũ nouerat quantũ duce christo nouit in posteꝝ. Sed si hoc traijciat in tropos aĩa plus q caro / spũs q corpus / speculatio q actio / auris interna q exterior plus diligit atq3 cognoscit: ꝛ oĩa diuina pfundius venerat. Talia / sed nõ tot maria vt martha fatur ad christũ: Dñe si fuisses hic / frater meus nõ fuisset mortuus. Adhuc vt mos est mulieꝝ / sensualiter loquebant: ꝛ ab amore pprio exordiebant / cũ vtraq3 frater me⁹ exprimeret: acsi nihil esset iesu: ꝛ ante mortẽ intimauerant: ecce quẽ amas infirmatur. Inspiciẽda sunt huiuscemodi vba / q pusq moreret erat amatus iesu nõ frater noiat⁹: sed mortuus dicit frater meus: nã vnaqueq3 a pprio fodiebat dolore: q̃uis dolendi esset causa cõmunis: velut in vno funere / vbi multe sunt psone pprio dolore plangentes. Sed vnum erat funus / vna causa plangendi: scz q̃ decessit. Sed q2 viuens erat amatus iesu / id dixerim: q̃m christus est vita: ꝛ q̃ recte viuũt / sunt amati iesu: etiã si aliq̃n spũaliter infirment. Mortui nõ iesu: q2 deus mortẽ nõ fecit: nec letat in pditione morientiũ: ꝛ totũ est hoim ꝛ nõ dei / q in pctis morimur: q corpalis vita morte concludit. **Jesus ergo vt vidit eam plorantẽ / et vidit eos qui venerant cũ ea plorãtes: infremuit spũ: et turbauit semetipsum et dixit: Ubi posuistis eum?** Totum se christus in humana cõtraxit humane cõpatiẽs flentibus: factus est eis similis in dolorib⁹ absq3 pctõ: nõ tñ in causa doloris: volũtate ppria fremitũ doloris insinuans. Et seipm turbauit / ab alijs imperturbabilis ꝛ imperturbatus existẽs. Nõ eñ semetipm turbauit ironice: neq3 dãnũ amisse rei aut indigentiã seu aliq̃d inuoluntarie passus: sed exhibuit se flentib⁹ cõpassiuũ / ostẽdens q2 hõ verus erat: ꝛ vt deus hũc q̃triduanum suscitaturus erat. Et pmõstrauit humana / vt altẽ crederet de hoie cũ diuina succederẽt. Interrogat quod sciebat: vt ipsi pderẽt mortuũ / quẽ ipe faceret rediuiuũ: ꝛ vt magis clarescceret astãtiũ oculis quod abs dubio agebat: vt nõ posset parari calumnia / q̃uis esset inuidia secutura. Inq̃rit vbi posuistis eũ: velut exigẽs cõfessionẽ patratoꝝ scelerꝝ. Nõ eñ ignorat nostra facinora: nec aliq̃d agẽtes subterfugere possum⁹ ei⁹ sciẽtiam: sed ore vult a nobis manifestari que fecimus: vt agnoscamus in qualẽ miseriã peccãdo plabimur. Sic etiam exquisiuit adam / cum fregit obedientiam: Adam vbi es: quod ipse optime nouerat: sed inuitabat eum ad confessionẽ Gen.3. fracte obedientie: necnon vt agnosceret in quã vilitatem deuenerat / qui honoris sui fastigium nesciuerat custodire. Sed hinc velut si diceret: O mortales / vbi mortuũ posuistis: ex quo terreri debetis: quia sicut ipse fuit quod estis / sic eritis vosipsi quod est. Ubi posuistis eum qui vita

priuatus ambulare nō potuit? Ubi est nature cō sors/genealogia cōiunctus: cōuersatiōe domesticꝰ/amicitia charꝰ? O vtinā in cordibꝰ mortaliū teneret/in q̄d mors cogit redire corpꝰ: ⁊ vbi peccata tristē animā ponūt. Profecto dixerim ꝙ hec ꝯsyderatio a via iniq̄tatis multos auerteret. Sed velut esset inexplicabile malū dicūt: **Ueni et vide. Et lachrymatꝰ ē iesus** ostēdēs mētis affectū/quanta cōpassione sup miseros hoies ferebat/pro q̄bus diuinas lachrymas fundit: que testimoniū sūt doloris ⁊ amoris inuisi. Sed animaduertendum est q̄d est ꝙ rex seculoꝝ velut mestus illachrymat: ⁊ creator oīm deus fusis lachrymis tristiciā ꝓtestatur: et deus hō rigatus aqua maxillis internū pandit amorē: ⁊ plangendo ꝑfert dolorē cōsolator daturus cito leticiā. Quid est quod hominibus similitudine tanta se sociat: vt etiā cū plangentibus plangat? Omne seculū inuitat ad lachrymas/cū in valle lachrymaꝝ iesus genas ⁊ ora ꝑfudit: cū dei filius lachrymat humane/christus homo diuine deplorat. Una ꝓtinꝰ illaꝝ lachrymaꝝ ꝓ redemptiōe humani generis suffecisset in preciū: si preciositas eius appenderet in stathera iusticie: si fundendū sanguinē voluisset in lachrymas cōmutare. Magis ista cōtemplationi sunt tradenda q̄ scripto. Sed nec pretereat ꝙ maria sociata venit/ quā sunt carnis ꝯsolatores secuti: ⁊ ꝙ ad aduentū eius christus ꝓrupit in lachrymas: quoniā cū anima mouet seu contēplatio ad aliquid ꝑagendū/si qua sunt corpis trahit secū: ⁊ oīa fiunt admiratione eoꝝ que supra sensum agunt in aīa. Et supnus aspector interiora nostra respicit magis q̄ ea que sensibus exterioribꝰ fiūt: ⁊ ad motus interiores ip̄e mouet/⁊ interne nobis se sociat: factus familiaris votis internis: vt fere videat vnꝰ ex nobis. Nā ita christus exteriori gestu plorantibꝰ factꝰ est similis: vt astantiū animos in admiratiōe suspenderet: vt etiā ad inuicē loquerent. **Dixerūt ergo iudei: Ecce quō amabat eū.** Unde ista ostensio amoris demonstrata ꝑ dolorē: nisi q2 fremens ⁊ turbatus lachrymas fudit? **Quidā aūt ex ipsis: Non poterat hic qui aperuit oclos ceci nati/facere vt nō moreretur?** Nam ipsa confessio iudeoꝝ cōfundit eos/⁊ inexcusate accusat si nō credunt in christū: cum sic fateant ꝙ aperuit oculos ceci nati: ⁊ confiteant de ipso miracula que nullꝰ hominū fecit. Jam ipsi diuine potestatis in isto argumenta conficiūt: vt si vnū supnaturale potuit facere/ q̄ ⁊ reliquū poterat. Sed bene potuit ꝑseruare a morte/qui mortuū fecit iteꝝ redi uiuū: attamen noluit vt eius potentia fieret omno potentior. Si ad calumniā protulerant hec verba iudei/ꝙ christi esset diminuta potentia: q̄ vnū possit/alteꝝ nequit: apparebit ilico quātū possit. Si ex animo ꝓtulerūt/iusta est ipsoꝝ confusio: iusta eos damnatio seua tenet: si confitētur miraculum ꝙ authorem despiciūt/ꝙ ad christum fide nō veniūt. **Jesus iterum fremēs in semetipso venit ad monumētum.** Ingeminat actus saluator omniū christus: quibus ostendit amorem pariter ⁊ dolorē q̄bus assimilatus est nobis. Et iterat actiones exhibitas ꝓpter nos: vt veritas ipsaꝝ magis lclareat. **Erat autem spelunca: et lapis erat suppositus ei.** In saxis concauis sic homo positꝰ erat/⁊ saxo desuper premebat: vt ex omni parte cognoscamus duriciā peccatoris ⁊ obstinatā vitam: quē inferi nō terruerunt nō allexerūt supna: circūstantia nō eos induxerūt in dilectionē ⁊ noticiā creatoris. Merito data est peccatori sepultura cōsimilis ad cautelam ⁊ ꝑsagiū similiū futuroꝝ. Et totū humanū genꝰ in hoc mortuo intellexerim: quod int lapides idolatrie iacebat defossum: maxime gentilem populū/q̄ lapides sculptos sua religiōe colebat. **Ait iesus: Tollite lapidē.** Lapis suppositꝰ q̄ iubet auferri/duricia est cordis humani: q̄ nisi ꝑcepto dn̄i auferat/resuscitari non potest mortuꝰ in peccatis: sicut scriptū est: In similitudinē lapidis aque durant/scʒ voluptates hominū: cū ad peiora semꝑ decurrunt. Et a se ipso peccator est immobilis ad peccatū dimittēdū capessendamq̄ʒ virtutē: scriptura dicēte de impijs: Fiant immobiles quasi lapis. Et quod impossibile dicit apud hoīes/possibile ē apud deū. **Dicit ei martha: domine/iam fetet: quatriduanus est.** Hanc vocē dominus audire cupiebat: ad hoc venire distulerat vt audiret fetētē atq̄ʒ quatriduanū in monumēto: vt resurrectio mirabilior sequeret. Sed veꝝ ꝓnunciat de mortuo ꝙ fetet/quod in cadaueribus semꝑ cōtingit: vt etiā ad cadauera referat quod Esaias dicit: Et erit ꝓ suaui odore fetor. Nā q̄nto hūana corpa delicatius nutriunt/tanto fetidius resoluunt. Et alibi de maliciosis interfectis ꝓnūciat: Et de cadaueribꝰ ipsoꝝ ascēdet fetor. Porro cunctandum non est/ꝙ ex corporibꝰ mortuoꝝ huiusmodi fetor ꝓueniat: nam astantes charissimi abhorrent charissima corpora mortuoꝝ: vt sepe nares cōprimant/ ne fetorem olfactꝰ suscipiat: ⁊ cito humare festināt ne fetor inficiat remanentes. Sed si fetor mortuoꝝ in iniq̄tatibꝰ sentiret: cōuersatio mortaliū omnino scinderet: nec esset aliqua necessitudo aut copula seu amor innectens simul conuersari cōsentientes. Sed fetor peccatoꝝ q̄ percipit ⁊ sentit est vtiq̄ʒ mala fama ⁊ detestabilis actio ⁊ exemplaris infectio ꝓximoꝝ: cū exemplo vnius perperam agentis multi corrūpant. Nam ⁊ si verba Esaie traijciant ī aliū sensum/ꝙ ꝓ suaui odore fetor adueniat: q̄d dixerim/q̄ q̄nto magis q̄s ad seipm̄ accuratiꝰ viuit/tanto amplius fetet ad ꝓximū: ⁊ infectoꝝ in aīa maleviuēdi pestilētia inficiēs ꝑuagat in plurimos: ⁊ quatriduanus hic est: vt supra ꝑdiximꝰ. Sed om̄is labis hic aperit confessio: vt velut est q̄dra virtutū/sic ⁊ q̄dra vitiorum: vt contra prudentiam pro prudentia/cōtra iusticiam iniusticia/ꝯtra fortitudinē imbecillitas/cōtra temperantiā intēperātia

eregione cõsistat: ꝛ sic ꝑ effectũ maloꝝ quatri-
duanus denũciat̃ assolitus in pctis. Sed quia
martha vel timebat ne dñs sentiret fetorẽ aut
difficultatẽ: audiuit a dño: **Nõne dixi tibi:
quia si credideris / videbis gloriam
dei.** Hoc est quod ante ꝑdixerat: Infirmitas
hec nõ est ad mortẽ: sed vt glorificet̃ filius dei ꝑ
eam. Gloria dei ꝛ resurrectio mortuoꝝ non ad
seipm̃ / sed ad eos q̃ credunt ꝛ beate resurgunt.
Gloria dei potentia est eius quã nihil subterfu
gere põt: q̃ taliter nationi hominũ primo demõ
stranda erat. Porro credulitas ad oĩa bona in
cũctanter est ꝑuia: sine q̃ nemo in se atq̃ in alio
videre potuit resurrectionẽ inuisibilẽ a pecca-
tis. Et in hac vita quedã nõ modica est gloria
eripi a criminibꝰ: resurgere a tumulis pctõꝛuꝫ.
Tulerunt ergo lapidem male grauantẽ
duriciẽ ꝛ iniquitatẽ. Qm̃ sicut in sua natura la-
pis est grauis: sic in suo effectu est iniq̃tas gra-
uioꝛ. Hinc dauid formã cõuersi peccatoꝛis acci
Psal. 37 piens ait: Qm̃ iniq̃tates mee suꝑgresse sunt ca-
put meũ: ꝛ sicut onus graue grauate sunt super
me. Tollit̃ lapis situate duricie / cũ ꝑ ꝑdicatoꝛuꝫ
vocẽ auditoꝛ aut amoꝛe mollit̃ aut timoꝛe cõte
rit̃: aut cũ ꝑdocta homis rõ peccatoꝛis dedecꝰ
nouit / ꝛ decus virtutis intelligit. **Jesus aũt
eleuatis sursum oculis dixit: Pater
gratias ago tibi: quoniã audisti me.**
Eleuat oculos sursum vt homo / vnde cũcta bo-
Jaco. 1 na ꝓcedunt: sicut Jacobus dicit: Omne datũ
optimũ ꝛ omne donũ ꝑfectum desursum est. Et
qꝛ christus homo erat / se missum a patre ꝛ om̃ia
suscipere ab ipso lingua moribꝰ ꝓtestatur: ad
hocq̃ satagebat: vt sicut erat / ita crederet̃. Et
formã petitionũ ꝑrogat / cum supplices odas et
gratiarũactiones facit ad patrẽ. Legimus nãq̃
saluatoꝛẽ nostrũ pluries suos oculos leuasse in
Joã. 6 celũ oꝛando ad patrẽ: qñ multiplicauit q̃nq̃ pa-
nes ꝛ duos pisces / ad refectionẽ sequẽtiũ: sicut
tres euangeliste testant̃: vt quicquid sit spũalis
alimẽti / ꝛ etiam quo coꝛpaliter viuimus / habe-
Mar. 7. mus a patre. Et qñ sanauit surdũ ꝛ mutũ / suspi-
ciens in celũ ingemuit: vt recta obedientia ꝛ au
ditio veritatis ꝛ oꝛis cõfessio ad salutẽ / nõ aliũ-
de q̃ꝑ de celo ꝓueniat. Et cũ panẽ in sui coꝛpis
substantiã secreta ptãte cõuertit (vt testat̃ eccle
sia) oculos eleuauit in celũ: in designationẽ oc-
culte virtutis / q̃ nõ aliunde q̃ꝑ descendit: qua
vnũ coꝛpus sumus cũ christo: qua ꝛ possimꝰ in
Joã. 17 ipa celoꝝ superna cõscendere. Et cum sui clari-
ficationẽ expetũt a patre / oculos in celum leua
uit. Sic enim scriptũ est: Et subleuatis in celuꝫ
oculis dixit: Pater venit hoꝛa / clarifica filiũ tu-
um. Quid ad christũ verba ista cõueniunt / subti
cemus retoꝛquentes in moꝛes: vt qui claritatẽ
appetũt / nõ terrena postulent / sed celestẽ: et non
ab hominibus / sed a deo. Quid enim ꝓdest ad
tempus inter homines clarum fieri / si a dño nõ
approbamur: si nõ sumus supernis aptati: si su-
perno lumine illustrati nõ sumus: si ab eterno
Joã. 11 ꝛ celesti patre nõ discernimur? Et cum mortuũ
querit ad vitam / etiã ad celos oculos erigit: quo
niam inde resurgendi virtus. Pro celo est re-
surrectio oꝛdinata prima siue secunda. Et ne-
mo a sua iniquitate resurgit / nisi mente ferat̃ in
celum. **Pater gratias ago tibi: quoni
am audisti me. Ego autem sciebam
quia semper me audis: sed ꝓpter po
pulum qui circũstat dixi: vt credant
quia tu me misisti.** Semetipsum declarat
cur gratias egerit: quia vt erat / sic credi voluit.
Hoc enim optimũ omni nationi iesum credere
missum a deo ĩ nostra carne moꝛtali / sua ĩpassi
bili seruata natura. Et q̃ vere sit ipse filius dei:
cõmonefaciens omnibus q̃ in omni gratiarũ-
actione petitiones nostre innotescant apud de
um: ꝛ q̃ anteq̃ꝑ exaudiamur gratias referamus /
etiam si petitiones nostre cõtemptui traderen-
tur. Et si ante impetrationẽ docemur gratias ĩ
ferre: quid cum petitionũ nostraꝝ soꝛtimur effe
ctum? **Hec cũ dixisset voce magna cla
mauit: Lazare veni foꝛas.** Remoto la-
pide lazarus ꝓut positus erat ab omnibus vi-
debat̃: ꝛ idcirco in oꝛdine rei geste facta ẽ illa re-
motio: ne suscitandus alius q̃ꝑ lazarus credere-
tur. Nec de fantastico coꝛpe potuisset illo ĩ tũc
esse cunctamen: quãq̃ꝑ plurimis argumẽtis pro-
bandus esset q̃ꝑ ipse resuscitatus q̃ fuerat moꝛ-
tuus. Et cũ ita patesceret oculis intuentiũ / vo-
ce magna vocatur egredi foꝛas. Voce magna
a magno. Voce magna a magno effectu / a ma-
gno mysterio: ꝓ magno miraculo: pꝛo magno
auditu: ꝓ diuulgatiõe magna: ꝓ memoꝛia ma-
gna. Voce magna in hanc miserã vitam reuo-
cat moꝛtuũ: q̃ pendens in cruce clamans voce Lu. 23
magna tradidit spm̃: quoniã eque magnus mo
riens sicut viuens. Magnus suꝑ vitam: magnꝰ
suꝑ moꝛtem: vtriusq̃ tenens imperij potestatẽ.
Cũ magna vox ad aliquẽ vocandũ emittit̃: aut
rat ad iusticiā. Necnō ⁊ vt turbe cognoscerent
qualiter virtus diuine largitatis infunditur: vt
nō ore petita / sed corde vere credita concedat̄.
Et alte ꝯtemplari oportet ꝙ virtus diffusa di-
uina semꝑ sup̄psius diffusiua / nūc singulariter
ꝓnūciet̄ emissa: nisi quia cū semꝑ diffundit̄ nō
tn̄ semꝑ operat̄: velut solaris lux obice interie-
cta / nō semꝑ in obiecta refulget: nō defectu ir-
radiātis luminis / sed interiecti obicis. Sic et
virtus diuina semꝑ ageret sup̄ naturales effe-
ctus: si se obiecta suis infusionibus coaptaret.
Proinde saluator asserit exijsse de se virtutem:
quia inuenit vbi absq; sathana suū operaret̄ ef-
fectū. Et ipse nouit qui sunt eius: ⁊ in quos ope
ratur sua virtus inuisibilis. Videns igitur
mulier quia latere non poterat: in cō
spectu omnia cognoscētis: ꝓcidit ante pe-
des eius: timens ac tremens / ne velut indi-
gna tangens alte dignissimū christum / ꝯdem-
naret̄ ex lege aut ex temeritate: narrat rem co-
ram omnibus a se gestā: adiecit ⁊ causam / scʒ re
cuperande salutis in fide tacti hominis: ⁊ ꝙ sa
lutem optatam fuerat consecuta. Miratur tur
ba mulieris fidem: quam et saluator vt in illam
animet circumstantes / magnis laudibus effert
cum filiam vocat in fide fundatam / et fidei at-
tribuit sanitatem. Quia fides tua te sal-
uam fecit. Non virtus tua / sed archiatri: nō
ego sine fide tua: sed fides tua scʒ a te credita
virtus mea. Hominem quidem mortalem ocu-
lis aspexisti / non ab alijs in natura diuersū: sed
vltra hominē in illo credidisti virtutem. Quā-
obrem fides tua te saluam fecit. Sed quoni-
am nobilibus actionibus ⁊ strenuis alta pre-
mia conceduntur: nihil in actionibus inuisibi-
libus altius ꝙ̄ fidei directionibus regulari: ni-
hilq; desyderatius ꝙ̄ pace potiri: vt igitur fiat
retributio digna digne dicens: Vade in pa
ce. Sed nec pax ab hoste / nisi eo concordato
siue subacto: neq; pax cum ceteris / nisi ordine
custodito. Nec pax fideli anime: nisi succedat
visio dei. Ac per hoc vnde ista mulier quasi pro
premio fidei in pace dimittit̄: nisi quia deo gra-
ta facta ꝑ fidē / infirmitate depulsa recepit cor-
poris sanitatē. Et pax quidē corꝑis omniū sani
tas est mēbroꝝ / vt ex hoc ad nr̄a inuisibilia trāse-

amus: ⁊ tunc credat̃ anie pax/cū nulla erit infirmitas: cū oĩs que christus est/ aderit sanitas.

¶ De illuminatione duorū cecoruz secūdū mattheū tantū. Ca. XX

Multis immo fere ab oĩbus horrenda est corporis cecitas: qꝛ non vident̃ visibilia dei/per q̃ ad inuisibilia cōsyderanda human⁹ animus rapitur. Sed pleriq̄ non dolent illā incurrisse: quia ex visis gradus inuisibilibus ad inuisibilia contēplanda nō ponitur: sed quia trāsitoria delectatio ista ex rerū visione carpit̃. Sed interior cecitas flēda pamplius/cum interior animus suo priuat̃ lumine: vt non videat illā ineffabilem pulchritudinē vniuersi: qua turbari nō potest diuinū imperiū/vt in aliquo reprehendi possit a ꝑsumptione mortalium: nec illā ineffabilem diuinā prudentiam qua omnia suis dispositionib⁹ inculpate decurcunt. Et q̄ solum rationalis creatura male vsa libertate concessa/rep̄hensibile atq̄ damnabile fecit: nō fortuna/ non fatum/ nō syderū cursus/ nō diuina prescientia perperā agere rationalē creaturā aliquādo coartauit. Nec illā diuinaz intuetur bonitatē puris animis semꝑ esse p̄sentem. Cessaret quippe audacia hoĩm in deo ⁊ de deo iaculare iudicia / si mētalibus oculis inspiceret veritatem. Deflenda ⁊ corrigēda cecitas: nō illius carentia visionis que hoĩbus ⁊ bestijs noscitur esse cōmunis. Sed a christo multi curati sūt corporaliter ceci: vt eatur introrsus ad poscendā illuminationē inuisibilium oculorum inuisibiliter intuentium. Nam trāseunte iesu a loco vbi archisynagogi filiā a morte leuauerat
Ma.9.ct.20 secuti sunt ei duo ceci/ clamantes et dicētes: Miserere nostri fili dauid. Ceci corpore iā mente videbant: quia in fide sequebant̃ illam lucem/que illuminat omnē hominem venientē in hunc mundū. Melius videre mente q̄ corpore: vt post vite vadatur authorē. Nec mouet̃ passibus anima/ sed affectib⁹: vt ex lumine possit pergere quo nequit terreum corpus/aut aereum/aut igneū: etiā quacūq̄ velocitate aut agilitate dotatū. Implorāt misericordiam: nā a miseria premebantur: a qua liberari querebant ⁊ exigunt a filio dauid: quoniā sic iesum audierāt nominari. Hec em̄ fides ex auditu eis erat. Cum autē quandā domū saluator omniū intrasset: vt eis ⁊ alijs facilior esset accessus: nam cōmode commodū in locis ⁊ tēporibus cōmoditatibus hominū semꝑ se coaptabat. Et accesserunt ad eū ceci ducatu hominū corpore: fide duce accesserunt mente. Et dixit eis iesus: Creditis quia hoc possum facere vobis? Dicūt ei: vtiq̄ dñe. Ob hanc causam iesus sic interrogat: qꝛ filium dauid vocauerāt si plus in ipso q̄ in ceteris hoĩbus crederent: ⁊ si amplius in ipso q̄ de cōmuni hominis filio existimarēt. Nam filius dauid erat ex carne longa generationis interiecta traduce: sed ex hoc sibi miraculari nō erat: sed ex deitate/quia filius dei erat. At illi fide in maiora subiecti/confitent̃ eius potentiā diuinā esse/non humanā. Tunc saluator tetigit oculos eorū/dicens: Secundū fidē vestrā fiat vobis. Tāgit oculos manu/visu carentes: vt confirmet̃ eorum assertio: qꝛ filium dauid ex carne vocabant: vt scirent eū iterū corpus habere impressione manus edita super corpus. Et ex deitate aperit oculos reseratos: traijciens in fidē illam qua eū posse facere non dubitabant. Et ad mensurā fidei reddendū lumen ipse premittit: vt nec peramplius credatur consequi posse saluatoris omniū beneficia: nisi q̃ntū fidei adheserit omnia receptura et diuine opis indigna. Et aperti sunt oculi eorū: insistente fide ad diuinū imperiū. Et volens quodā modo latere christus/ aut fidem illoruz peramplius experiri: cōminatus est illis/ dicens: Uidete ne quis sciat. Et mirū facit mentib⁹ huiuscemodi ꝓhibitio/ne sciant̃ sua miracula: cū hemorrhoissam ad cōfitendū publice ipse cōpulit. Sed nec q̀s de alternatione preceptorū et omniū operū suorum verborū aut cogitationū altricatione cōtendat: nouerit iustis causis ipsum variasse edicta: vt nunc palā fieri/nunc occultū fieri ipse voluerit: nunc ꝓhibere que noluerit obseruari: nec vitāde laudis prestare materiā: nunc ad vtilitatē credentium velle laudari et vt deus agnosci. Illi autē ne viderētur ingrati ⁊ condēnatione digni/si recepta beneficia siluissent: exeuntes ab eo ⁊ de domo: diffamauerant eū in totā terram illam. Diffamauerant quidē non vitio/sed almifica fama: qua supra hoĩes in suis actionibus ferebat̃: cum eoꝝ aperuit oculos: quos ostendebant hominib⁹ ab eo solo tactu ⁊ verbo imperioso esse illūinatos: quos paulo ante ipsi aspexerant cecos. Nec incurrerūt criminis notam cōminationē domini nō verentes in notificatione gestoꝝ: cū reddendi sunt laudabiles qui beneficia dñi diuulgant: vt crescat audientiū pietas: ⁊ fides multiplicet ipsa fideles. Optimū est dona predicare diuina: ⁊ deo/nō sibi attribuere quod accepit: ⁊ alios inuitare ad fidē/ ꝓuocare ad spem/ animare ad amorē/ ⁊ contionez facere vt diuinā veniatur in laudem.

¶ De muto et demonium habente: secundū mattheū tantū. Et de curatione multorum. Ca. XXI

Egressis autē illis: scꝫ duobus cecis: obtulerunt ei hoĩez mutū et demoniū habentem. Et eiecto demone/locut⁹ est mutus. Et mirate sunt turbe/dicētes: Nunq̄ apparuit sic in israel. Mat.9. Uere nunq̄ apparuit talis in israel qui talia faceret/aut posset: quia nemo nisi vn⁹ homo deus. Alium mutū et cecū et demoniū habentē infra habebimus: idcirco hic silentio transeundū est. Et circumibat iesus omnes ciuitates et castella: docens in synagogis eorū et predicās euangeliū regni: et curans oēm lan

guorẽ et omnẽ infirmitatem. Nec oci
ose/nec perdite christus agebat. Erat siquidẽ in
laboribus opportunꝰ: circumiẽs habitationes
mortalium ⁊ ciuitates ⁊ manufacta castella/ vt
eos ad celestẽ ciuitatẽ omnes inuitaret: quia ꝺm
Heb.13. apostolũ non habemus hic manẽtem ciuitatẽ/
sed futurã inquirimus. Non declinabat pauci
ores ob multitudinẽ/ neqꝫ rusticos propter vr-
banitatẽ/ciuitates ⁊ castella perquirẽs. Et in sy
nagogis in cõgregationibus quidẽ predicans
euangeliũ regni: nõ temporalis/sed eterni. Nã
cõplectens breui diffinitione scm̃ euangelium
nihil aliud est/nisi diuersis theorijs vocatio ad
regnum eternũ. Et curabat omnem languorẽ ⁊
infirmitatẽ: quia nullũ malũ per culpam in na-
tura condita introductũ sue potẽtie resistebat.
Venerat eñ ipse naturã cõditam liberare a ma
lo culpabili ⁊ penali. **Videns autẽ iesus
turbas/misertus est eis: qꝛ erãt ve-
xati iacentes sicut oues nõ habẽtes
pastorẽ.** Miseretur/quia miserias hoĩm no-
uit: in eo ꝙ a demonibꝰ immite vexabanꝭ: vt de-
prauatis affectibꝰ ⁊ moribus viuant/quos secũ
optant in penis habere cõsortes. Et vidit iacẽ-
tes inclinato animo ad terrena: sicut oues non
habẽtes pastorẽ: que pasci nesciunt in montibꝰ
altis virtutũ ⁊ diuinorum sacramentorũ: nec se
tueri a lupoꝝ infernalium morsibus/nõ assistẽ-
te siue gubernante pastore. Sepe iacuerunt ho
mines in malis voluptatibꝰ prostrati/absqꝫ pa
store neglecti nõ requirẽte rationales oues: ple
runqꝫ vero in lupsi conuerso subiectos deuorã-
tem ⁊ propulsantẽ ad mala. Sepeqꝫ bonus in-
uentus est pastor: ad cuius vocẽ excitationemqꝫ
male delectatus grex ouiũ non surrexit.

¶ De curatione hoĩs manũ aridam habentis: secũdũ mattheũ/marcum et lucam. Capitulum XXII

In omni mẽbro corporis humani huma
nam naturã notamus esse multã: illius
peccati merito quo ꝓtoplastus oẽs in
fecit: vt etiam manus in qua est hoĩs actio: que
sibi ad operandũ est tradita vt operaretur ⁊ cu
stodiret sibi cõmissum: etiã in subsequẽtibꝰ suis/
ꝙuis nõ in cũctis ⁊ singulis etiã punita est: nõ
solũ siquidẽ ex punitiõe humane vltricisqꝫ iusti
cie/sed etiã punitione originalis iusticie preter
Mat.12 Mar.3. Luce.6. misse. Hinc in euãgelio legimus: ꝙ **cũ iesus
intrasset in synagogã iudeorũ: et ec
ce hõ manum habẽs aridã. Interro
gabant eũ/dicentes: Si licet sabba-
to curare? Vt accusarent eũ.** Sepe le-
gimus iesum synagogas intrasse iudeoꝝ: vt do
ceret legẽ ex lege: atqꝫ aperiret clausam intelli-
gentiã veteris leges: que intra literã et sensus
historicos tenebaꝭ. Et vt interrogans intelle-
ctus depelleret tarditatẽ: interrogatus in veri
tate apologiã daret: ⁊ per mira opa se monstra
ret in lege ꝓmissum verũ esse messyam. Et ecce
homo a seipso/aut ab alijs introductus adueni
ens/manũ aridã habens scꝫ dexterã. Arida ma
nus operationẽ sterilẽ aut nullã insinuat. Non
autẽ ariditas in scriptura sacra eque dãnatur.
Etenim iussit aquas cõgregari ad locũ vnum/
vt arida videreꝭ. Et aridam firmauerũt manus
eius. Apparitio aride vt desuꝑ ab ea defluat/flu
xibile protinus elementũ ab ipsa in apparentia
fiat: velut cessante aqua causa humida/quid fru
ctificet arida terra demõstrat. Non arida oĩ
aque humore depulso: sed vt terre aridũ elemen
tũ in sua specie distincte vt factũ est/appareret.
Sed arida manus ex illo ꝑuaricationis actu in
multatione facta/quo tactũ est vetitum pomũ: ⁊
vitiũ habet nõ debite actionis: qꝛ dextera ei ari
da erat. Dextera quippe manus operationẽ in-
sinuat ꝓ supernis/⁊ infallibiles actiones. Nam
in dextera nauigij missum rete capturam ma-
gnã ⁊ infallibilẽ fecit. Et cũ sic iste aridus esset
adductus: oritur disputatio ad calumniã ex ani-
mo iudeorũ: ex christo siquidẽ verã doctrinã: si
que noscitur verior obseruatio sabbatorũ. In-
terrogant iudei christũ: interrogat ipse iudeos:
Si licet sabbato curare? Illi vt accusent: ille vt
doceat ⁊ perficiat opus eius. **Et ait homini
qui habebat manũ aridam: Surge
sta in medio. Et surgens stetit.** Sta-
tuitur in medio velut iudicãdus/ aut absoluen-
dus/aut sanandus/vel in sua infirmitate dimit-
tendus. Inter iniquitatẽ ⁊ pietatẽ positus est:
inter falso iudicantes ⁊ recte discernentẽ con-
stitutus est. Interrogat pietas: interrogat veri
tas: interrogat vera decernens: **si licet sab-
bato bene facere/an male: animã sal
uam facere/an perdere?** Et adiecit para
digma: [**Quis erit ex vobis homo q
habeat ouem vnam: ⁊ si ceciderit hec sabbatis
in foueam/nõne tenebit ⁊ leuabit eã: quanto ma
gis est homo melior oue? Itaqꝫ licet sabbatis
curare. At illi tacebant. Et circumspiciens eos
oẽs cum ira cõtristatus super cecitatẽ cordis
eorum: tunc ait homini: Extende manũ tuam.
Et extẽdit/⁊ restituta est sanitati sicut altera.**]
Sabbatizare contigit iudeis in figura: nã non
est sabbatizandũ ab operibus bonis/sed a ma-
lis. Et ex paradigmate conuincunꝭ iudei: quo-
niã cum suadet necessitas/ etiã corporaliter sibi
ipsis in rerũ perditione subueniũt: quãto magis
faciẽda sunt bona in hominibꝰ die sabbati: im-
pendẽda indigentibꝰ opera charitatis. Nõ sol-
uitur sabbatũ ex operibus iustis ⁊ pijs: ex impẽ
sione bonoꝝ/⁊ reuelatione oppressorum/nec ex
auxilio miserorum. Et cõtristatus christus suꝑ
hominũ cecitatẽ/cuꝫ nolumus aut nequeamus
ex litera intelligentie carpere veritatẽ. Nam se
pe factam christo legimus de sabbato questio-
nem: cũ miracula ipse plura operareꝭ in sabba
to. Et ipse quidẽ vigilanter de illo sua operaba
tur miracula: vt questiõe iudeoꝝ exorta veritas
ex sua doctrina clarescerct: quoniã sabbatũ di-
es est quietis: ⁊ nemo sanus nisi quiescat: nemo
quiescat nisi ad ipsum ꝑueniat: nemo perueniꝭ
nisi qui ab impedimẽtis oĩno recessit. Sed ve-

rum sabbatū nostꝝ erit in requie supernoꝝ: vbi depulsa erit oīs infirmitas: vbi ex oīni parte sanitas plena erit. Sanat hunc dn̄s sabbato/ manum aridā in bonitate naturali restituēs: vt pro sabbato vite supne opera recta ꝛ cōpetētia operet. Et si qua miracula fecit in sabbato/ id astruunt mētibus hoīm: vt ea mēbra deperdita que bonitate nature carebāt/ que instrumenta virtutum esse nō poterant: restituta in illā pro eterno sabbato inociose agunt debitas actiones.

¶ De curatiōe demōiaci ceci et muti: secūdū mattheū et lucā. Ca. XXIII

Inter oīa mala que naturā ex demerito ꝓtoplastoꝝ occupauerūt tūc ꝛ hostiliter inuaserūt hūanā: hoc horrendius ꝙ hō possit a demōe possideri ꝛ vexari: nō solū in aīa in qua demoniacoꝝ infinitus est numerus/ sed etiā in corpore vbi corporeus opprimit sensus. Et ea iusticie vindicta sic est in hoīe vindicatuꝫ quo diuinitatē appetijt: vt demonijs etiā in corpore traderetur. Cecitas etiā ex vindicario iure/ quo in vetitū ipsoꝝ est directus aspectus. Mutitas vo: qm̄ habuerūt colloquiū cum serpente in quo diabolus loquebat/ vt diuina obediētia frangeret. Sed venerat christ⁹ ostendere hoīb⁹ mala que iuste patiebant: et afferre medelā his qui ad eū ꝯuertebant: vt etiā videntes animarētur ad fidē: ad cognoscendū in hoīe deū/ in creatura creatorē/ in mortali corpore immortalē: ꝛ sup desperatis malis expellēdis diuinā adesse virtutē. Unde: Oblat⁹ est christo demoniū habēs/ cecus et mut⁹. Et curauit eum/ ita vt loqueretur et videret. Lucas tacet cecitatem/ ꝛ sic inquit: [Erat iesus eijciens demoniū/ ꝛ illud erat mutū. Et cū eiecisset demoniū/ locutus est mutus: ꝛ admirate sunt turbe.] Luce clarius ptꝫ: ꝙ sensus i isto cōfundebat ex demone: quo eiecto vidit ꝛ locutus est: vt sepe in ꝑditis morib⁹ hoīm sic credamus ꝙ malicia sathane fiat i his q̄ sibi silēs facti sunt/ ꝙ sensus natura vigiles opprimant: ut cū hō videre possit sibi natura ꝓpinquū ꝛ audire sibi familiariter loq̄: et dicit sepe quod neq̄t. Cui aliunde facultas nō defuit/ nisi ex eo ꝙ a diabolo detentus factus est similis. Oportet igit ꝙ ante illā diabolicā similitudinē abrogem⁹/ si officijs sensuū cū proximis participare ꝯtendimus. Necnō et demon cū serpēdo corda hoīm penetrauerit/ cecat oculos mētis/ et obnubilat interiorē aspectū: quo veritatē ꝛ virtutem in ratione/ deū in fide aīa intuet. Et claudit aurem obedientie/ vt aīa cōtumax fiat: ꝛ horrendā mutitatē inducit/ ne laudet et glorificet in omnib⁹ deus: et ne ꝓmū ore suadendo ac dissuadēdo iuuet: et ne seipsum ex forefactis accuset: maxie ꝑintendens q: corde credit ad iusticiam/ ne ore fiat ꝯfessio ad salutem. Sed nō eijcit demon ab eo quē inuasit hūana potētia/ nisi potentioris man⁹ adueniat. Proinde hic oblat⁹ est christo qui demonū terror et dn̄s erat. Hinc christo se offerat q̄ ab hoc nephādo impio detinet: cui se potuit in dominiū tradere/ sꝫ nō sua ptāte liberari. Diuina tn̄ prouidētia hoīes ꝓtegit: ne ab ipsis etiā cū inuaserint/ libertas arbitrij auferatus. Non em̄ tantū deseuire possunt in homies quantū cupiūt: nā ꝛ rationē vellent auferre/ virtutē/ sicꝫ ꝛ arbitrij libertatē: qua oīno dēpta semel lapsus nō adijceret vt resurgat. Sed ꝙdiu in hac vita sumus/ ꝑdominātē in nobis iudicio rōnis: redire ad christū adest plena ꝛ donata libertas. Igit ꝓsentare deo demoniū passus/ aut ꝯcupiscentie nō natura/ sed volūtate ꝑuersa demon effectus: vt ipsum eijciat: teqꝫ sensib⁹ tuis plene restituat. Quod cū in hoīe factū esset: ꝛ vigor sensuū rediret ad sensus: stupor i turbis nascit ꝛ est admiratio subsecuta. Sed nec mirum. Mirū aūt esset/ si nō mirarent: cū viderēt hoīeꝫ a diabolo possessum/ sensuū valitudine destitutum/ in libertatē ꝛ sanitatē vltra humanā potētiam ꝓuehi. Nec christū supra hoīeꝫ credebāt attolli: ita vt dicerent: Nōne hic est filius dauid? Ac si est fili⁹ dauid generatiōe traducta/ plusꝙ homo nō est: ꝛ propellere ab obsessis corporib⁹ demones nō est in hoīm ptāte. Sed tn̄ turbe nō denegabāt huic existimato tm̄ hoī supra hoīem adesse virtutē: sed mirabant ꝛ stupebant: quoꝝ intellectus nō in alta ferebatur. Sed hi q̄ a diabolo possidebant in aīa ꝓamplius ꝙ iste curat⁹ fuisset possessus in corpore/ scꝫ pharisei/ hoc audiētes dixerūt: Hic nō eijcit demonia/ nisi in beelzebub principe demoniorū. Diabolici viri nō nisi diabolo eoꝝ principi/ eoꝝ que fiūt tribuūt potestatē. Etenim suū dn̄m honorando ꝓuenerūt. Famosa est historia vnde vocabulū beelzebub fuerat exortum: et quāobrem attribut⁹ fuerit principatus: quā hic interserere longū esset. Sꝫ ob hoc christo hanc obijciebant nefandissimā authoritatē vt execratus a ppl'o haberet: nō vt dei fili⁹/ aut ꝓpheta sctūs: cū sanctus helias ꝓpheta ochoziam regē dei mādato arguerit ꝛ corripuerit duos quinquagenarios ad se missos: eo ꝙ miserit ad consulendū beelzebub deū accaron: acsi nō esset deus in israel: vt sic iste merito tradendus esset exitio q̄ ad beelzebub/ nō ad verū deū haberet in sua oꝑatione recursum. Sed improbat iesus ꝙ ipsi iprobiter sint locuti: ꝛ eos sua responsione ꝯfutat. [Qui sciens cogitationes eoꝝ/ dixit eis: Oē regnū in seipso diuisum/ seu cōtra seipsum diuisum/ desolabit. Et oīs dom⁹ diuisa contra se nō stabit.] Meliora sunt hec ꝛ hoīm rationi experiētia vsqꝫquaqꝫ clarissima: ꝙ diuisione interiecta ruine oīa mancipant. Et quoquo mō ꝯnexa/ diuisa depereūt regna/ ꝓuincie/ ciuitates/ dom⁹/ familie/ aut quocūqꝫ vinculo colligata: cū in discordiā venerint/ interitū faciunt. Ipsa quidē hominū ꝛ aīaliū corpora ex hoc intereūt/ ꝙ humores ex inequalitate ab inuicē diuidunt. Ac ꝑ hoc saluator cōtra istos intendit: q: regnū demonū per oīa vnitum est ad malū. Nec sic in se noscit esse diuisum/ ꝙ hoīb⁹ amicent: vt ptāte vnius alter ab hoīe depellat:

Margin notes: Mat. 12. Luce. 11. Rom. 10. 4. Regū. 1.

sed cũ in se discordiã habeant/a verissima pace
auersi ad nostrã et in nostra dãnatiõe nostroq̃
malo reperiuntur nullo discrepante ꝯcordes: ⁊
inuariabile ꝑseuerat regnũ malignitatis ipsoꝝ.
Proinde saluator infert: **Si sathanas sa-
thanã eiicit: et aduersus se diuisus
est: quõ ergo stabit regnũ eius?** Sed
regnũ tenebrosum atq̃ sathanicũ stat/⁊ in sua ꝑ
tinacia ꝑseuerat: ergo sathan nõ est diuisus. Si
nõ diuisus/ non eiicit ab hoĩe in sua natura ⁊ in
deprauatiõe consortẽ. Si nõ eiicit sathanas sa-
thanã: nec ego in noĩe illius ab hoĩe demoniũ
depuli: sed in ea virtute qua mihi curuaẽ omne
genu. **Si ego in beelzebub eiicio de-
monia filij vestri ĩ quo eiiciũt? Ideo
ipsi iudices vestri erunt.** Apostoli filij iu
deoꝝ accepta ptãte eiiciebant demões: sed nec
beelzebubine potẽtie attribuebãt: sic nec sibi at
tribuere debebãt hmõi nefariã potestatẽ. Pro-
inde inter cetera q̃ apl'i sint iudicaturi in extre-
mo iudicio: cũ sedebunt sup sedes duodecim/iu
dicãtes duodecim tribus israel: sup hoc desan-
cient/ꝙ cũ ipso christo pellendi demones acce
perunt potestatẽ/ꝙ ipse a sathana non accepit.
Alioquin sequereẽ ꝙ ipsi in potestate nepharia
demões expulissent: quod de apl'is legim⁹ nũq̃
dictum. Porro **si in spũ dei**/ aut **in digito
dei**/quod idem est/ **eiicio demonia: pro-
fecto ꝑuenit in vos regnũ dei.** Christi
responsione cõfracta opinione iudeoꝝ pessima
regnũ dei in mundũ venisse testaẽ: quia in vir-
tute diuina/ scz in digito dei: cui magi pharao-
Exo. 8. nis in egypto sua falsa miracula equare nequi-
uerunt in signo tertio tabescentes: qui etiã legẽ
in tabulis lapideis scripsit/demones ab obses-
sis hoĩbus procul pellit. Nã ex subiecta simili-
tudine fortioris ad fortẽ arguit/ꝙ non a satha-
Apo. 19. na eiectus est sathanas: sed ab eo qui sup oĩa
regnat: qui est rex regũ ⁊ dñs dominantiũ: qui ꝑ
carnẽ venit in hanc transitoriã vitã: querens in
hoĩbus regnũ: non quo magnificeẽ regnãs/sed
quo rectus altius subleuetur: nõ honore regnã
di actus/sed vtilitate peccatorũ. Etenim ipsum
Joã. 9. fugisse legimus/cum turbe ipsum vellent more
Joan. 19. humano facere sibi regẽ: ⁊ regnum corã pilato
se denegauit habere terrenum. Peruenit in ho
mines dei regnũ: cum demonũ est retrusa pote
stas/vt quantũ cupiũt nocere nõ possunt: nec in
uite trahere ad loca tartarea/qui hui⁹ regis ⁊ re
gni euangelicã voluerint seruare iusticiam. Ac
etiã quos improbiter detinebat/ipse rex dei re-
gni liberatur⁹ aduenerat. Peruenit regnũ dei
cũ ipse rex fortior christus supuenit ad diabolũ
fortẽ: ad destruendũ imperiũ eius/⁊ ad diuertẽ-
dum hoĩes a tyrannide illius: vt qui erant vasa
ire/fierent vasa misericordie: ⁊ ipse regnaret su
per eos ꝑ misericordiã ⁊ gratiam/sup quos rex
superbie diu regnauerat per iniquitatẽ ⁊ culpã:
vt in neminẽ amplius possit iure tyrannico pre
terq̃ in eos q̃ libero arbitrio male vsi/ ꝓpria vo
luntate voluerint sibi subdi obediẽtes immun-
dissimis legibus eius: spreta lege supuenientis
nouiter regni dei. Regnũ dei/vbi regnat deus
per virtutẽ ⁊ gratiã. Regnũ dei ecclesia sancta
dei libertas a vitijs habitusq̃ virtutũ. Regnũ
dei nõ in cerimonijs/sed intra nos est. Regnũ
dei amor est eius. Regnũ dei ꝓmissio sancta ei⁹
beatitudo eterna: quod hic ꝓmittitur bonitate
regis: hic acquiriẽ gratia ipsius ꝓ nobis mori
entis: ibi percipiẽ sui largitate donantis.

¶ De curatione filie chananee a de- monio vexate: secundũ Mattheũ et marcum. Capitulũ XXIIII

Distinctũ in sexu genus humanũ edi-
tum: q̃uis prior vir/ deinde mater oĩm
eua eluxit: ⁊ ambo in ꝓhibitũ cõsense-
runt appetentes fieri sicut eloim: supra id quod
ab eloi humana natura in esse ꝑ creatorẽ deue-
nerat. Et ꝓpter illicitũ appetitũ rei superioris
exarserunt in vetitũ: vnde grauiter in eis est vl
tum: vt qui tũc solũ rationẽ protoplastoꝝ vexa-
uerat: nunc etiã vexat ⁊ corpa: non tñ desistens
a vexationib⁹ substantie potioris/ prout cõcita
re põt ⁊ inuisibiliter vexare: nõ solũ firmiorem
partẽ vt virum / sed infirmiorẽ scz mulierem: vt
ipsa etiã q̃q̃ ab apostolo seducta in illa ꝑuarica
tione dicaẽ/non vir: tñ ⁊ ipsa in appetitu deita-
tis pariter cũ viro deliquit: quo merito ⁊ sexus
femine⁹ in passionẽ nefandi demonis deuenit.
[**Nam cũ secessisset iesus in partes
tyri ⁊ sidonis: et ingressus neminẽ voluit scire:
sed non potuit latere. Et ecce mulier chananea
gentilis syrophenissa genere: cuius filia habe-
bat spiritũ immundũ: a finibus illis egressa: vt
audiuit de eo/introiuit et ꝓcidit ante pedes ei⁹
⁊ clamabat/dicẽs: Miserere mei dñe fili dauid:
filia mea a demonio vexatur. Et rogabat eum/
vt demoniũ eiiceret a filia sua.**] Anteq̃ curatio
subsequaẽ/ꝑcedens ordo describitur. Secessus
christi iesu in partes tyri ⁊ sidonis ciuitatũ gẽ-
tilium/cito futuram approximationẽ per apl'os
ad gentes insinuat: ac demõstrat iesum nõ esse
acceptorẽ populoꝝ et personaꝝ: et fidem cõmu
nicabilem factam iudeis atq̃ gentilibus. Et q̃
ad fidẽ nullorum valentior est: sed oĩbus potest
esse equa cõuentio: per quã non distinguunẽ se-
xus/nõ populi/ nõ alique regiones: sed vna ex-
istẽs oĩbus eodẽ modo potest esse cõis. Solis
similitudinẽ habet: cuius lumẽ omnib⁹ eque dif
fundiẽ: nisi prepediãt obstacula interiecta. Ty-
rus quidẽ et sidon ciuitates fuerunt gentiliũ: de
quib⁹ multa in sacra scriptura ⁊ ĩ historijs enar
ranẽ. In quaꝝ partes christus secessit eq̃li amo
re affectus ad salutẽ gentiliũ sicut ⁊ iudeoꝝ: vbi
expertus est facilitatẽ in femina veniendi ad fi
dem: cũ eis euangelium innotesceret regni dei.
Et magnã aperuit sancte ꝑtinacie viaz: cum sic
illã mulierẽ pluries exprobrauit. **Et ingres-
sus neminẽ voluit scire.** Mod⁹ est dice-
di: acsi noluisset sciri/se habuit: quod si penitus
sic et fuisset oĩno. **Sed nõ potuit latere:
q2 noluit.** Nec simulatio culpabilis; sed oste

dēbat latebrā/vt in illa propensius quererēt ex fide. Ad experientiā fidei eoꝝ gentiliū in quoꝝ partes aduenerat/ latibulū finxit: sicut ꝛ post resurrectionē lōgius ire. Et cū multi aduenissent ad eum tanꝗ oīno ad nouum ꝛ eis insolitū hominē: de ista singulariter textus loquit̄/eo ꝙ ex defectu ab ea depulso facta sit famosior. **Et ecce mulier chananea:** illā incolens patriā quā gens chananaica possedit: exorta ex tertio noe filio/scꝫ cham: cui⁹ fili⁹ chanaan. [**Et syrophenissa inter syriam et phenicēz** puīcias. Ex patria ꝛ ex sexu destribuit: ex nomine subticet: vt natura nō nomē existat in precio: et ꝙ omnino credatur gentilibus inferēda gratia si ad fidē humiliari decreuerint: et ꝙ patria nemini sit p̄iudicio/si ex oīm se aspexerit in salutem. Sed neq demerita precedentiū subsequentib⁹ derogant: si ex toto corde ꝯuertantur ad dominū. Et ex iniquis proletarijs orit̄ sepe qui renascit̄ in fide p̄destinatus ad gloriā. Habebat ista filiā habentē spiritū immundū. Porro ista gentilitas rationē habebat immundam que agitatu demonū creaturā pro creatore colebat: ꝛ erat sub dominatu ipsoꝝ: vt etiā omnē immundiciā mente deprauata/ corruptis moribus sequeret̄: in quā immundiciā propter nefa-
Rom.1. rium cultū gentilitatē traditam ad romanos testatur apostolus. Ephe.4. Et alibi/ꝙ desperātes semetipsos immūdicijs tradiderūt. **Et procidit ad ad pedes iesu.** Descenderat hec de altitudine animi tumescentis. Se curuās ante dominicos pedes: cito erigenda per spem/si ꝑseuerauerit in proseuchis. Sup sydera eleuat̄/qui ante christi pedes ꝛ humilitate atq deuotione ꝓcliuum se fecit. Ex fama non docta ista mulier venit ad christū in domū vbi existebat: ꝛ velut debitor fidei atq deuotioni latere nō potuit: quia suam bonitatē petentibus ꝛ querentib⁹ negare non potest. Quō se negabit qui ad hoc creaturā rationalem fecit: vt se sibi cōmunicando donaret? Jam mēte in fide ꝛ actu corporeq facta ꝓcliua: vt ipso inclinato animā iam in fide ꝓstratam ostenderet: et fateret̄ gestu corporis renouationē interioris aspect⁹. Exclamat verbo dolentem animā verberante. **Miserere mei domīe fili dauid: filia mea male a demonio vexatur.** Misera ad misericordiā recurrit de sua miseria liberari desyderans: ab eo petēs q̄ ꝛ largiri pōt. Misericordia nō peteret̄ si non molestaret miseria: q̄ ꝛ si posset aliter ꝑcul pelli/nec ipsa misericordia interpellaret̄. Miser ꝓtinus est qui non habet quod vult: ꝛ q̄ habet quod vult se ledens: ꝛ qui non vult quod sibi ꝓfert ꝛ expedit. Miser ꝛ q̄ non potest aduersa vltro depellere. Jn miseria erat mulier chananea: q꞉ nec suo/ nec alicui⁹ hoīs argūmento vexatā a demonio filiā poterat liberare. Multimode sunt miseri ope misericordie indigētes.
Judith.9. Sācta iudith miserā se vocabat dicēs: Exaudi me dn̄e miserā deprecantē: aut ex humilitate ꝓprios defectus cōspiciens: aut q꞉ suam ciuitatē ab exercitu circundatam videbat: a quo nisi diuina potentia nulla erat copia euadēdi: ꝛ populum ꝓspiciebat per oīa calamitosiꝫ fieri. Siue quia cogitabat aliquid factura supra virtutē femineam: ad cuius complementū in se non videat vires suas posse suppetere: proinde dominū proseuchis humilib⁹ exorabat. Aliā nouimus esse miseriam/que ab illusionib⁹ ꝛ carnis infirmitate nascitur illis resistere nō valentis. Quā dauid de seipso fatetur: Miser fact⁹ sum ꝛ cur- Ps.37.
uatus sum vsq in finem: tota die cōtristatus ingrediebar. Huius miserie subnectit ꝛ causam. Quoniā lumbi mei impleti sunt illusionibus: ꝛ non est sanitas in carne mea. Et confusio non illa que ꝯm sapientiā adducit gloriā: sed nature rationis/iusticie/ virtutis ꝛ moruꝫ miseria facit miserā. Hinc scriptū est: Filia babylonis mi- Ps.136.
seria. Hinc ꝛ salomon: Miseros facit populos Prouer.14.
peccatū: vt ex hoc omne peccatū intelligamus afferre miseriam: vt vbi iusticia nō adiuuat/cōdemnat. Adijcitur ꝓtinus ad miseriam cui nō fauet iusticia: saltem ꝙ derelicta nō fuerit: ac ꝑ hoc nemo est nisi miser. Nemo est qui aliqua nō tenetur miseria. Nemo est qui non indigeat ad misericordiam appellare. Hinc intrinsecus docta mulier chananea deficiens a iusticia/ꝛ alijs miserijs pessundata/portū misericordie per nauem fidei querit. **Miserere mei domine fili dauid.** Sic enim audierat christum vocari ꝙ dauid filius diceretur. Exponit miseriam/ vt misericordiam prouocet: **Filia mea male a demonio vexatur.** Ut q̄d male? Semper male quos potest demonium vexare. Sed nūquid aliquādo bene vexare quempiā volet? Minime sua intentione duntaxat/sed diuina prouidentia: que bene malis vtitur demonū maloꝝ hoīm volūtatibus: que sunt secute corone. Clamat hoc martyrum exercitus: vexantibus demonijs/ tyrānoꝝ terrore ꝛ supplicijs cōsecratus. Hoc cenobitarū ꝛ anachoretaꝝ chorus non denegat. Hoc quorumcūq electorum ordo ꝑpensius confitetur: ꝙ vexantibus demonijs sunt meliora sortiti. Et semp diuina prouidentia sathanicas vexationes ad ꝑfectum suorum electoꝝ intorsit. Sed hec filia materno iudicio male a demonio vexabatur. Sic eñ intētione sathanica / sed ad profectū vtriusq bene vexata fuit. Nam desperata mater a cunctis ꝙ non poterat suum pignus a demonio liberare venit ad saluatorē: prius ipsa in corde mundata per fidē ab errore gentiliū: ꝛ iam in anima sana ꝓ pignore instantius salutē exposcit. Que cum sortita fuisset: ambe in aīa libere a cultu auerse gentilium in christi familiā transierūt. Hoc agente vexatione demonū: a quia non poterant aliter liberari: venit mater ad christum. Bene vexauit demoniū huiusmodi filiā: nō sua volūtate/sed executa ope: vt a vexāte liberata sub christo sanata ꝑficeret. Vexat quippe demoniū filias hominū/cum in vnoquoq nititur exagitare amatiuā virtutē: vt suo motu feratur in vetito:

⁊ ex reb⁹ licitis p amorē plus debito vinciatur.
Uexat ⁊ aliā filiam/sc; intelligentiā: vt aut ve-
lit plus sape ꝙ oportet/aut inuoluat errore. Ue
xat ⁊ aliam/vt obiecta malicia ⁊ illata iniuria te
naciter in memoria teneant: vt aut velit vlcisci
atrocius/aut nolit benigne remittere. Inexpli-
cabile quidē est/ quibus stimulis demon exagi
tat hoim voluntates. Sed est demonū vlciscēs
Tobie.3. in eos qui perperā agunt: vt asmodeus in septē
viros sare. Et est meridianū auertens a meri-
die claritatis: q̄ mundo in meridie obscurato ex
morte saluatoris infulsit. Uexatio quidē nō ces
sat: vt hoies auertant a memoria dñice mortis.
Etenim in meridie circa horā nonā expirauit.
Attamen cū hec mulier sic p suo pignore p̄ca-
ret: saluator nō respondit ei verbū: ad fidē eius
pamplius excitandā ⁊ pbandā constantiā ⁊ pa
tientiā. Et egressus est domū/ad alia loca decli
nanis. Quē mulier chananitidis etiā sequebat
clamās post eū: ita vt etiā apostoli p ipsa inter-
cederent. **Et accedētes ad eū discipuli eius: rogabant eū/dicentes: Dñe di mitte eā: q² clamat post nos.** Mouent
humanitate discipuli: et pro ista misera rogant
nescio si submissi. Magne fiducie animū parat
intercessio electoꝝ. Euge q̄ promeruit interces-
sores habere apostolos. Sed nō oīs qui inter-
pellat/habet: nisi q̄ in virtutib⁹ ipsoꝝ est factus
amicus: ⁊ vnius dñi adorat vestigia. Etenim iā
ista meruerat apl'os intercessores habere: q² de
finibus impioꝝ egressa pro misericordia vene-
rat ad iesum. Cui dicunt vt exauditā dimittat:
quia in fide post ipsos clamabat. Pro ecclesia
colligenda de gentib⁹ ex p̄sagio intercedere vi
dent: que post ipsos orat ad dñm duris vocibus
⁊ sonis: ex vno spiritussancti flatu pro pressuris
tolerandis/vitijs reprimēdis atq; obtinēdis p
missionibus clamatura. Egre siquidē istius ec-
clesie militia tenderet: nisi haberet tā validos
aduocatos: q̄ incessanter rogant/vt dimittat in
pace: vtputa in iustis petitionib⁹ exaudita. Et
indiciū erat eoꝝ que sunt p ecclesia et qualibet
aīa in celo facturi: qui sic in terra intercedūt p
syrophenissa muliere: pro qua saluator detestās
eā/non videtur dedisse responsum. **Ipse aūt respondēs ait: Non sum missus nisi ad oues que perierāt domus israel.**
Cōtestatio apl'i ad romanos eque p vtroq; po-
pulo dei filiū in carne aduenisse declarat: quid
est ꝙ nisi ad oues israel peuntes se missum esse
denūciat: cū etiam nō sit acceptio psonaꝝ apud
Rom.3. eū? Sed nōne oēs perierāt? Nōne oēs peccaue-
runt/⁊ egēt gratia dei? Equidē. Sed oues sunt
q̄ non auerso studio peccauerūt illius electi po
puli pꝑter cultū vnius dei: qui ob hanc causam
debebat primo requiri. Deinde gentes: qm̄ ⁊ p
ipsis moriturus aduenerat. Prioritas illius po
puli requirendo attendit propter vnius dei cul
tum: ⁊ pꝑter primā cōmissionē diuinoꝝ eloqui-
orum: nō istius reprobatio si redire voluerit p-
pter cultum varium idoloꝝ. **At illa venit et adorauit eū/dicēs: Dñe adiuua me.**
Ac si diceret: Intercessores ampli⁹ nolo: aduo-
catos plures nō preferā: non vident alioꝝ orati
ones sufficere: quot ⁊ quot sunt/ necessarij mihi
non sunt. Eū querā: eū adibo: qui sine medio in
meā pōt si vult miserando declinare miseriam:
quē solū/non idola vana ⁊ muta/non aliā creatu
ram/sed ipsu; adoro deū hoiem sup terrā: a quo
peto ceteris spretis auxilijs adiuuari. Dñe ad-
iuua me. Signāter ad seipsam petit adiutoriū:
q² in filia sua velut in psona propria torquebat.
Amor quidē natoꝝ ipsoꝝ dolorē traijcit in parē
tes. **Cui saluator respondēs/ait: Non est bonū sumere panē filiorū et dare canib⁹.** Alibi ista similitudo disserta est. Sed
panis filioꝝ est omne subsidiū quod debebatur
vere credētib⁹/ illius filiationis merito quo po
testatē accepimus filios dei fieri/sane credētes
in noīe ipsius: q² non ex hoībus/sed ex deo nati
sunt. Et quod natū est ex deo/vincit mundū. Et
hec est victoria q̄ vincit mundū: fides nostra q̄
ista mulier mundū vicerat/supra mūdū iā facta
⁊ ab ipso christo sue fidei testimoniū laudis ac-
cepit. Sed multis argumētis concutit christus
fidē eius: in p̄sagiū multiplicis ꝯcussiōis eccle
sie subsecute: ac in pbationē quorūcunq; indi-
gne petentiū: ne desistant petere si cōtinuo non
accipiūt postulata. Et ad maius solide fidei ex-
perimentū cū canib⁹ ipsam cōponit: acsi ratiōe
careret: aut illa male vteretur habens. Sed illa
optimo tegumēto humilitatis se ꝓtegit: cū etiā
catellis se sociat in cōsequendo beneficia domi
noꝝ. **At illa dixit: Etiā dñe. Nam et catelli edūt de micis que cadūt de mēsa dñorū suorū:** et humiliorē conditionē se
habere protestans: ꝙ etiā israelitici sīt q̄si dñi
sup gentiles in oībus potiores: velut habentes
mēsam diuinoꝝ verboꝝ/⁊ mandatoꝝ dei ac diui
narū pmissionū/sanctis patrib⁹ ⁊ pphetis di-
uinis oraculis iā factarū. Talē ergo q̄rit iesus:
et suos oratores vult esse oīmode importunos.
Humilis q̄ppe iportunitas sepe flectit aīos du
ros. Et ptinax miser ad exaudiēdū fecit primo
negantē. Amat em̄ deus in pseuchis ad eū iugi
ter assistentes: vt nec ab implorādo deflectāt
si nō acceperint vota. Uult oīpotens suas ima-
gines a se creatas ⁊ ad se ordinatas sibi assiste
re: nō ilico tribuēs quod exigit/ ne facies auer-
tant a facie. Nec vult turbari aut tepefieri orā-
tē etiā exprobratū. Sepe nāq; videtur ꝙ nostre
petitiōis schedula in ꝯspectu dñi lanietur: ⁊ ꝯfun
dat obsecrās: ⁊ si quid exaratū erat/abrasum ap
pareat: sed vlteri⁹ decernit ille q̄ oīm corda no-
uit ⁊ vtilitatib⁹ petentiū p̄uidet: cū nō exaudit
extemplo/ pbat fidē si desipit: aut si exauditā vel
nō/sic se habeat. Experit patientiā si nō dedi-
gnat sustinēs in sua optiōe repulsam: si maneat
amor ad pro tēpore denegantē. Si intramus in
illud secretū altissime prouidētie sue: qua dene
gans exaudit ⁊ exaudiens denegat: tribuēs au-
fert: non tribuēs donans: agens causam nostrā

in nobis ex nobis: dũ tamen omnino iusta peti-
tio sit a nobis. Hec solũ ad iusticiã τ humilita
tẽ postulãs habet se inferre/ nõ decernere quo
modo aut qñ cõtribuat. Nouit ꝑ tẽpore atq lo
co bona data dare filijs: si per fidei synceritatẽ
que ꝑ dilectionẽ operat/ sum⁹ filij ei⁹. Ad quaz
filiationẽ prouocat chananeã/ cũ dicit: Nõ est
bonũ sumere panẽ filiorũ/ et dare canibus. Ac
si ipsa de filijs eius esset assequeret ocyus postu
lata: que se ob fidẽ/ ob importunitatẽ/ ob patien
tiã/ ob humilitatẽ filiã dei fecit/ vt mereret a chri-
sto audire: O mulier magna est fides
tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est fi
lia ei⁹ ex illa hora. Ecce misera expetẽs mi
sericordiã/ misericordiã assecuta ẽ: qm̃ de salua
Psal. 11 tore scriptũ est: Propter miseriã inopũ τ gemi
Psal. 76 tũ pauperũ nũc exurgã dicit dñs. Et alibi: Nũ
quid obliuiscetur misereri deus: aut cõtinebit
in ira sua misericordias suas? Ecce laudatur fi
des: et alte attollit illa que ante totiens fuerat
exprobrata: ad misericordie ianuã validis cor-
dis crebrisq clamorib⁹ pulsari oportet: nec in-
de recedere: nõ intermittere/ donec de pane fi
liorũ accipias. Semp ad gratiarũ innumerabiliũ
mensã sedet bonorũ oĩm creator atq largitor.
Pete indigẽs totiens quousq acceperis: etiã
si nõ accipias/ in omni vita tua humiliter po-
stulare nõ cesses: nec amaro aĩo fias si non lar
gitur: nõ hesitans super bonitatẽ dñi et proui
dentiã eius: que in omnibus congruentiã reruz
facit: nã post mortẽ accipies altiora/ sicut τ coro
nã: eo ꝙ patiẽs extiteris sup dilatione dñi. Sz
vnde istius chananitidis magna fides? Quia
magnũ quid in isto quẽ solũ videbat hoiez/ cre
didit. Magna ex eo: q: ꝑstitit exprobrata/ nec
ꝑturbata. Magna: q: tũc sola gẽtilitatis egres
sa de finibus. Magna: q: nec postulauit pre-
sentiã: sed solũ pondus quo premebat exposu-
it. Magna: quia sicut credidit/ sic sibi i sua mi-
seria est promissũ/ vt voluntatis sue sortiret effe-
ctũ. Fiat tibi sicut ais. Bonũ certe volebat si
ne admixtione cõtrarij/ scz filiã a demonio libe-
rari. Velimus τ nos bona: τ ꝑtin⁹ exaudiemur
si non ad votũ ilico/ tamen ad ampliorẽ cumu-
lũ bonorũ. Et sanata est filia eius ex illa hora:
qua scz Saluator matri dixit: fiat tibi sicut vis.
Marcus aũt dicit: Uade: propter hunc
sermonẽ exijt demoniũ a filia tua: ꝑ
pter sermonẽ humilitatis et fidei: q: catelli sub
mẽsa comedũt de micis pueror. Et cũ abijsset
in domũ suã: inuenit puellã iacentẽ supra lectũ
et demoniũ exijsse. Fatigauerat demon ingre-
diendo puellã/ magis siquidẽ in vexando. Que
illo egresso/ quiescebat i lecto. Nõ est q̃sale
a demonio agitate/ aut a stimul peccator: nisi
peccata ereãt. Tunc quidẽ anima sup cõscien-
tie lectũ in pace quiescit: cũ diuina virtute vo-
luntate consentiente/ qua soluz fieri neq̃t/ pec-
cata pelluntur. Uerant siquidẽ peccata cõsciẽ-
tiã: etiã si non sequatur multatio in corpore: cũ
ratio suo priuatur indicio: cũ inter animã τ de-
um parietẽ diuisionis mediũ interposuũt. Nam
et Esaias dicit: Nonne iniquitates vestre sunt Esa. 59.
que diuiserunt inter vos et deũ? Cum deijciũt
ab innocentie arce: cũ ad ima demergũt: cũ so
ciant demonibus: cũ excludũt a legibus regni
dei/ atq a sedibus paradisi.

¶ De curatione multorũ infirmorũ secundũ Mattheũ et Marcũ. Sed de surdo et muto secundũ Marcuz tantum. Capitulum XXV

Iterum exiẽs de finibus ty- Mar. 7
ri: venit per sidonez ad mare galilee/
int medios fines decapoleos: Et ascẽ-
dens in montez/ sedebat ibi. Et accesserunt ad
eum turbe multe: habentes secũ mutos/ clau-
dos/ cecos/ debiles/ et alios multos. Et proie-
cerunt eos ad pedes eius: et curauit eos: ita vt
turbe mirarentur: videntes mutos loquentes/
et claudos ambulantes/ τ cecos videntes: ma-
gnificabant deũ israel.] Curatio istorũ diuinã
in homine arguit potestatẽ/ et offerentiũ et sa-
natorum fidẽ: desperationemq ꝙ ab alio cura
ri non poterant/ nisi ab eo qui omniũ habet im
periũ. Et prestruxit vite agende ordinem: cum
post curationẽ sit alimenta largitus. Naz qui
vult suscipere alimenta celestia/ primo expedit
liberũ esse a vitijs: que affect⁹ huiuscemodi de
signant. Ad damnationẽ magis ꝙ̃ meritum ce
deret/ ipure ad pura christi accedere sacramen
ta: que in alto monte fidelis ecclesie tribuun-
tur. Ex septem eñ panibus secuta refectio ad
septẽformẽ bonorũ ordinem existentiũ in eccle-
sia reficientem dei filios spectat: exigẽs liber
tatẽ a criminibus: et agrestem vitã ex designa-
tione turbarũ/ christũ in montibus virtutũ in-
ter arida loca querentiũ. Sed Marc⁹ de vno
tñ/ circa quẽ christus propensius egit/ exequit
dicens: Et adducunt ei surdũ et mutũ
et deprecabãtur eũ/ vt imponat illi
manũ. Adducit surdus τ mutus: q: nec ipse
audire poterat dei verbũ/ quo mot⁹ accederet:
nec loqui ad interrogandũ quare turba hunc
hoiez sequeret. Uide multationes humani ge
neris/ ex peccato priorũ in singularib⁹ ꝑsonis
inductas. Uide surditatẽ: sed i nullo damnosi-
or ꝙ̃ in eo ꝙ quis audire nequeat dei legẽ origi
nalis iusticie/ seu datã in monte scriptã digito
sacto. Et nec audire posse prophetas spũsctõ
loquẽtes. Excedit in malo nõ posse audire dei
filiũ/ verba vite ꝑ superna vita proferentẽ. Sed
hoc malũ erat in aure cordis. Ue igit pampli-
us per omnẽ modum his qui ex cõtraria electi
one surditatẽ cordis auricule induxerit. De q̃-
bus ꝑ prophetã dicitur: Posuerunt cor suum
adamantem/ ne audirent. Et per psalmistã do-
minus conqueritur: Non audiuit populus me Psal. 80
us legẽ meã: nec intendit mihi. Et Salomõ ait Prouer. 25.
Qui illusor est/ nõ audit cũ arguitur. Et alibi: Prouer. 28.
Qui declinant aurẽ ne audiant legẽ. Volunta
ria eñ surditas ad diuina est i culpa corporis
quidem preter voluntatẽ: aut ex vindicta/ seu ex

aliquo occulto dei iudicio: iusto tamen: quo in
homines sepe discernit: que non accrescit ad
culpã/nisi cũ maliciosa ꝑuenerit. Multi quidẽ
ꝓpria iniquitate surdescũt: q̃ et venenatis ser-
pentibus cõparant. De quibus ꝑ prophetã di
Psal. 57 citur: Alienati sunt peccatores a vulua: errauerũt ab vtero: locuti sũt falsa. Furor illis ẜm si-
militudinẽ serpẽtis/sicut aspidis surde obturã
tis aures suas. Alienant pctõres a vulua/ q̃ ia-
nua vẽtris est: id est a fide/que ianua est ad ec-
clesiã sanctã dei. Et errãt a vẽtre: id ẽ ab eccle
sia: q̃ tot i se ꝯtinet secreta et occulta mysteria.
Et necessario factũ est vt ꝓferãt falsa. Nõ ẽ ve
ritas i his q̃ alienãt a fide. Nã ꝛ filij alieni mẽ-
titi sũt mihi: filij inueterati sunt: ꝛ claudicaue-
runt a semitis suis. Et alieni cõtra dñm insur-
rexerũt. Uerũ fari nesciũt: sed falsitatib⁹ inuol
uunt hi q̃ ab eccła errauerũt. Fit i eis furor et
indignatio: fit et cõtẽpt⁹: vt more aspidis cũ ce
perit audire mersionẽ: vnã aurẽ terre figat: al-
terã cauda satagat obturare. Sic ꝛ errãtes hu-
iuscemodi pctõres ad verba diuine mersiõis ꝛ
venefici: genus humanũ et singulos homines
peccatores supra omnẽ hominũ sapiẽtiã incã-
tãtis: aure vna rebus terrenis defixa: reliqua
fine male actionis obtusa: omino audire con-
temnũt: velut domus exasperãs: que nec dñm
nec ꝓphetã ei⁹ audire disposuit/ surdi volunta
rie facti: ne fides proueniat ex auditu: q̃ est per
verbũ dei: erudiẽs et saluãs/et ad eterna dedu-
cens. Sibi denegãt salutẽ qui verbis ꝓhonora
ri nolũt: preter que nõ saluant: q̃ aure cordis ap
posita cũ instrumẽto corꝑis audiuntur. Surdi
principes sacerdotũ/sacerdotes/scribe et pha-
risei: qui noluerãt christũ audire verba vite ꝓ-
ferentẽ/diligentes mundũ presentẽ: quoniã ver
ba vite eterne aduersant trãsitorie vite. Nã si-
gnãda vita cũ in dilectionẽ et delectationẽ ve
nerit/vilescere facit omnẽ ꝑfunctoriã vitã: intẽ
dens in vitã agendã ex tẽpore/ vite delectabili
omnino aduersam. Amor quidẽ vite decurren
tis surditatẽ superinduxit: ne audirẽt nunciato
res euangelice vite. Surdos se fecerũt princi-
pes mundi: longo tractu temporis contemnẽ-
tes audire christũ: qui per ora humana diuini-
tus loquebat: et intantũ instigãte diabolo se-
uierunt: vt crudelibus penis exitio traderent
christi et eterne vite verba ꝓferẽtes. Hoc san-
guis martyrũ clamat: qui ꝓ predicatiõe regni
eterni vbiqꝫ predicat effusus. Nõdũ ista surdi-
tas ꝑ vniuersũ orbẽ curata est. Redũdat etiã i
multos: qui catechizatione verbi se fidei subie
cerũt: sed auerterũt aures: ne morib⁹ tenerent
quod fide iurauerũt. Sed ad mali cumulũ me-
rito accessit et mutitas: vt nec loqui possit/ qui
prius nõ percepit auribus veritatẽ. Erat eñ et
mut⁹. Multatus in lingua vtit signis: ꝛ velut
mimi manu indicãt quod displicet vel affectat
Sed lingua sana ad explicãda cordis cõcepta
nõ sufficit: cũ ipsa sola sit cordis verius instru-
mentũ: quõ manu intima cordis patefiẽt? Sed
male ethicus mutus est/qui deum non laudat:
nec sibi gratias agit: nec proximũ si potest ꝛ de
bet edificat: nec seipsum cũ perperã agit/accu-
sat. Et huic sic male acto turbe subueniũt: cũ
illum sic surdũ non audientẽ verba diuine bo-
nitatis: sic mutũ/vt nec loqui possit: christo do
mino humanitate quadã visis miraculis alijs
pro sanitate adduxerunt. Et deprecabant eum
vt imponat illi manũ. Precantur turbe ꝓ mu-
to: quia lingue carebat officio. Et illius cõmu
nitatis hoc habet imaginẽ/quam debent ho-
mines habere in natura: non solũ in rebus ex-
tra corpora propria positis: que de iure diuino
nemini cedunt in propriũ: sed in corporibus ꝓ
prijs: vt cũ quis aliqua membro deficit/ ab al-
tero habente de mẽbro simili adiuuetur: vt ce-
cus ducatũ habeat a vidente: lingua loquat ꝓ
muto: subueniat aride sana manus: deficiens
pedibus deferatur a valido. Et cuꝫ sumus ex
vna massa cõpacti: q̃uis sit quẽdaꝫ proprietas
in personis: ex vna veritate nature sit valitudo
membrorũ in necessitate cõmunis. Et magno
futurorũ presagio sub christo res huiuscemo-
di agebantur: vt cõmunitas in veris fidelibus
restanret in gratia: que per iniquitatẽ in aua-
riciã in propriũ cesserat. Quod factum osten-
dunt christiana cenobia: vbi est cõmunitas re-
rum/similiter et membrorum. Ubi et egrotanti
bus qui sani sunt/ vt sibijpsis per sana membra
subueniunt. Et hospitalia edita in subuentio
nem vbiqꝫ in terris fideliũ clamant patẽtibus
ianuis: ꝙ hospitalarij res egẽtibus et sana mẽ
bra exhibent pro infirmis. Deprecantur hi
vt imponat manum: sed voluntas eius suffe-
cisset aut verbũ. Sãctitatẽ tm̃ consyderãt in ꝑ
sona: cuius tactu credunt ꝙ duplex huius pel
atur infirmitas: sed necdũ in christo potenti-
am deitatis audierunt. Habet autem quid oc
culti mysterij et moralis/ꝙ manus expetit im-
ponenda: vt eadẽ manus sit plasmans et libe-
rans. Manus tue domine fecerũt me et plas- Ps.
mauerunt me: veteri testamẽto due magne tu-
be ꝓclamãt: Job similiter et Dauid. Et nõ so-
lũ contẽplatiua potentia/sed suis christus ope
ribus nos saluauit. Et ipse operat opa patris.
Et opus dedit illi pater vt perficeret. Et volũ- Jo.
tas eius hec est/vt ꝑficiat opus ei⁹. Et opa no
stra christi sunt operib⁹ coniũgẽda: ꝛ man⁹ affi-
genda cruci expetit ad impositionẽ. Nã ꝑ illã
cruci affixã conterrite sunt sathanice potesta-
tes: vt nostre damnationis chirographũ ẽ de-
letũ. Et apprehendẽs eũ de turba seorsũ
misit digitos in auriculas eius: et expuens te-
tigit linguam eius. Et suspiciens in celũ/inge
muit: et ait illi: Effeta: quod est adaperire. Se-
orsat a turba hunc sanandũ domin⁹ ꝛ saluator
nõ humanã/sed diuinã pro sanitate datur⁹ me-
delam: quoniã sepe turbe nostrorũ phãtasma-
tũ et patratorũ malorũ et rerum labentiũ con
globatũ/occurrunt anime ad deum redeunti:
et perstrepũt valide i aurib⁹ cordis nostri: vt

nec possimus intelligere potiora. Prouidꝰ me
dendi archiatrus: qui primo sanandũ retrahit
a ꝓhibẽtibus sanitatẽ: deinde aufert argumen
ta recuperãde salutis. Sed huiꝰ curationis mo
dus ꝓmouet infirmoꝝ aptitudinẽ ad salutem.
Nã cõuertit illũ saluatoꝛ ad se/ vt facieruz mu
tuus esset aspectus: acsi ad noticiã inuitaret̃ crea
toris eius/ad cuius imaginẽ factus est: vt cõsy
deraret ꝙ super homines erat/ qui sibi in hu
manitate restituebat corporis sanitatẽ. Et sepe
fixo intuitu causat̃ amoꝛ: et cognito bñficia lar
giente: si nõ diligebat/saltẽ rependit amoꝛẽ. Et
inspectu faciei nostre quã condidit/delectatur
Quod ad ecclesiã dicit: Ostende mihi faciẽ tu
Cãt.2. amiq; decora. Decus habet immẽsuz cognitio
saluatoris. Et ꝑ prophetã de cõtrario gestu co
Hier.2 querit̃: Uerterunt ad me tergũ/et non faciẽ. Et
cũ sic iste sanãdus consisteret ante faciẽ salua
toris: misit digitos/scȝ auriculares/ in auricu
las eius: nõ omnes/sed minores vtriusq; manꝰ
velut expurgãs aures ab auditu malo/ab iobe
dientia celestiũ preceptoꝝ. Nã sepe in scriptu
ra ꝓ veritate obedientie aurẽ positã inuenimꝰ:
sicut scriptũ est de obediẽte populo: In auditu
auris obediuit mihi. Et expurgauit sinistrã: ne
audiret vocẽ demonis/vocẽ mũdi/vocẽ carnis:
Et vt audiret terrificũ tonitruũ eterni iudicij/
eterne damnationis: quo male agẽtibus domi
nus cõminat̃. Expurgauit et dexterã vt audi
ret agenda: et ipsa fixa celo diuinis insisteret.
Et expuens tetigit linguã eius. Ma
gnũ sacramentũ in sputo: quo etiã et oculos ce
ci nati aperuit. Sapientia videlicet de superno
capite defluens: ad directionẽ lingue/ ad erudi
tionẽ doctrine/ad publicationẽ occultoꝝ ma
loꝝ/ad odas/ad gratiarũactiones referendas
instruxit. Nec quidẽ mutus creatus est homo:
sed cũ instrumento quo loq; possit diserte. Nec
voluit christus coꝛ sufficere ad amoꝛẽ ⁊ cõtem
plationẽ: si possent suppetere corpis instrumen
ta in actione bonoꝝ. Protinus et ipsũ corpo
ris organũ instrumentũ virtutũ est: in quo de
perditũ membrũ a culpa neglectus absoluit̃: ⁊
viua subiacent/si non perficiunt opus dei. Ni
hil sit ociosum in corpore/quod virtutis potest
esse mancipiũ: Alioquin damnationẽ incurri
mus: velut qui operatus nõ fuerit in talẽtis ac
ceptis. Idcirco suspexit saluatoꝛ in celũ: vnde
in homines bona proueniũt: quia omne datum
optimũ/et omne donũ perfectũ de sursũ est de
scendens a patre luminum. Et ingemuit: ꝓ
miseria conditionis humane: ꝙ in adã sic oẽs
multati sumꝰ: ꝙ ex peccatis proprijs ampliori
subiacemus: ꝙ mẽbris debito iure nõ vtimur:
ꝙ instrumenta vitioꝝ querimus: ꝙ iste in duo
bus liber iterũ poterat multiplicari/ si virtutũ
nõ cõuertisset ad vsũ. Et ait: Effeta: quod
est adaperire. Uerbo mõstrauit potẽtiã: q;
in sempiterno dei verbo cũcta creata sunt: ad
Eccl.1 tia vero fidei omnẽ sapientiã p̃terq̃ visionis excedit: cuius timoꝛ extat exoꝛdium. Hic ꝓspicit pulsatoꝛes qui ad diuina intrare contendunt: si pulsant inhesitanter in fide/si fideliter sunt fideles. Concutit ꝓualide poꝛtã robur fidei ⁊ actualitas eius. Amoꝛ vero in liminari dextro q̃escẽs/ etiam a longe cõspicit pulsatoꝛes: si amoꝛis q̃ta vehementia/si q̃ta ꝑsistentia oꝛationis/q̃ta ꝑtinacia lachꝛymaꝝ/misericoꝛdie ianuaz nostris meritis in facie nobis clausam defirmare ꝯtendant: arietãt obices: poꝛte confringũt seras: disrumpũt ferreos vectes. Si timoꝛ ⁊ amoꝛ simul vna conueniũt: his malleis/ his arietibus misericoꝛdie ianua est cedẽda. Si cum his pulsabimus: iuxta ꝓmissionẽ chꝛisti patebit introitus. Veraꝝ chꝛistus loquiẽ veritatẽ. Pulsate ⁊ aperietur vobis. Pulsemus ad ostiũ veritatis: quia mundi fallacijs obuelati/ab ipsa exclusi sumus. Pulsemus ad ianuã beneficioꝝ dei ⁊ thesauroꝝ eius: q2 male delectati ꝑfunctoꝛijs ⁊ caducis nimis paupes facti sumus. Si ꝑseuerãter pulsauerimus/apieẽ nobis: ⁊ intrabimus in gaudiũ dñi nostri. Nõ patiẽ diuina bonitas nos a suis bonis excludi: q̃obꝛem docet pulsare vt mereamur admitti. Et ne a diffidẽtia retardemur: obtinendi securitatẽ adiecit: **Omnis eñi qui petit accipit: et qui querit inuenit: et pulsanti aperietur:** dũ nec petaẽ aliud preter ip̃m ⁊ ad ip̃m: nec q̃raẽ aliud q̃ ip̃e ⁊ ad ip̃m: nec in nostra virtute suũ ostium adeamus. Ne quis aũt in suis iustis petitiõibus falli se credat saluatoꝛ vtilẽ exauditionẽ petitiõis adiecit: ⁊ cõparatiõe typica exauditiõis hominũ exauditionẽ patris fecit eximiã: ⁊ ad sanctã audaciã in petendo nostre mẽtis intoꝛsit/ dicẽs: Quis ex vobis p̃rẽ petit panẽ: nũq̃d lapidem dabit illi? Aut piscẽ: nũq̃d p pisce serpẽtẽ dabit illi? Aut si petierit ouũ: nũq̃d poꝛriget illi scoꝛpionẽ? Si ergo vos cũ sitis mali/nostis bõa data dare filijs v̄ris: q̃to magis paẽ vester dabit bõa petẽtibus se.] Ali9 euãgelista dicit [spm̃ bonũ petẽtibus se] Parabolica sunt hec: magna inẽ deũ p̃rẽz ⁊ nos facta ferẽtia. Quid panis petitio: q̃d lapis nõ largit9 isinuat? Predixerat sup̃ in oꝛõne quã docuit/panẽ quotidianũ petere a summo patre. Pan grece/latine totũ aut oẽ diciẽ. Idcirco velut a q̃dã oꝛigine panis/a pan sũpsisse fert tale nomẽ: q̃m velut cib9 sustẽtãs ab oĩb9 aĩalib9 appetiẽ. Panis in scp̃tura sacra totã vitaz aut totũ victũ q̃nq; signat: iuxta illud Genesis: In sudoꝛe vult9 tui vesceris pãe tuo. Vitupabiliter mẽsa poniẽ absq; pãe. Et tota vita nr̃a chꝛisti9 ẽ panis sc3 verus q̃ de celo descẽdit. Si q̃s cõditionib9 antedictis hunc panẽ accipiet: nec sibi p pane iterpellat9 paẽ lapidẽ ministrabit: q̃ aliq̃ vita nõ viuit/nec intelligit neq; sentit: q̃ ledit sepe iterdũ grauat: ⁊ durus ꝓtin9ẽ. Nec paẽ petẽti p pane nõ infert: neq; p pisce serpentẽ. Piscis et serpẽs diuersa icolũt elemẽta: ⁊ eoꝝ diuersa spẽs diuersaq; natura. Piscis ẽ hoĩ apt9 cib9. Serpẽ- Mat. Marci Lu

tẽ vo comedere hoĩuz natura abhoꝛret: q̃q; certis medele causis iterdũ in cibũ enenat. Piscis dulcis ẽ cib9: serpẽs vo ad necẽ plerũq; venena diffũdit. Piscis assũpt9 ex aq̃s/dulcedo q̃ ex amaritudie vite carpiẽ. Amara est vita istis q̃ p ꝑ gr̃az filij dei sunt: q̃m aut patiũẽ ab alijs aut sibijpsis inferũt passiões. De aq̃ sunt eũtes ⁊ redeũtes/in sublime tollẽtes eccl'iasticã arcã. S3 hũc piscẽ dulcẽq; cibũ: quẽ pius pater filijs petẽtibus donat: nõ aũt serpentẽ/sc3 necãs virus: vt pene pena succedat/⁊ passio passioni: vt filij dei q̃ p chꝛisto in hoc seculo mala patiunẽ i futuro nll'a eẽne ledẽtia patianẽ. His i idip̃m pr̃ suos filios cruciare nõ nouit. Nec flagitanti ouũ poꝛriget scoꝛpionẽ. Ouũ inẽ cibaria cib9 est mũdioꝛ: fotũ aũt caloꝛe oꝛnicis foꝛmaẽ in auẽ: et in quo nihil vitale aut sensibile apparebat tp̃is ꝓcessu oꝑatione secreta nature administratione animalis volatile generaẽ. Regitẽti siq̃dẽ animẽ mũdicia tribueẽ: qua videri possit oipotẽs. Et fiet pẽnatũ animal ⁊ volatile: vt volare possit speculãdo diuina/tandẽ illis eterne fruẽdo. Nõ

aūt scorpio tribuet/immundicia scȝ ꝛ finalis de cepno:quia scorpio ledit a cauda. Non em̄ no/uit pater eternus iuste petētibus/nisi bona con ferre. Proinde affirmādo subiecit: Si vos cuȝ sitis mali/nostis bōa data dare filijs vestris: ꝙ/to magis pater vester dabit bona/seu spiritum bonū petētibus se. Mali sunt omnes homies: nō natura/sed compatione bonitatis increate. Sed qui volūtate mali sunt/ad filios seruant pi os affectus: vt bona eis petētibus aut nō petē/tibus largiant: ꝙto magis pater vester qui bo/nus est natura increata. Bonus est ꝗ a bonita/te deficere nō potest: ꝗ vitiari nequit: dabit bo/na/scȝ indeficiētia eterna vtrūqȝ delectātia sen/sum: aut bona/scȝ his que possunt cōferre mor/tales penitus meliora. Sed hec bona Lucas ꝑ spiritū bonū expssit: vt istius verbi sensus ad su periora petita connectat: scȝ ad paneȝ/ad piscē/ ad ouū: ꝑ ꝗbus petitis cōtraria nō donant: vt cui spm̄ bonū/volūtatē scȝ bonā aut diuini nu/minis spiritū cōtulerit: oīa bona petita contu/lisse dicat. Nā in ista sentētia/ꝙ Lucas patrē do naturū asseruit: quod Mattheus dixit/includit. Quod vero Mattheus dixit/donuȝ diuini nu/minis non exclusit.

¶ De parabola seminantis et diuer sitate seminis: secūdū mattheū/mar/cū et Lucā. Capitulum II

Ars subuenit nature corrupte: vt nec post peccatū gratis natura hominem pasceret/nisi iuuaret artis ingenio. Et sicut natura adminiculo artis adiuuat iacto se/mine terram: sic gratia sato eterni semine verbi nostrā adiuuat animā. Proinde saluator ad eru ditionem turbarū sequentiū/seminātis parabo/
Mat.13. lam posuit dicens: Exijt qui seminat semi
Marci.4 nare semen suū. Demonstratiue loquitur:
Lu.8 quia ipse ꝑtinus est qui exiuit a patre ꝛ venit in mundū/imaginē satoris accipiens/actu ꝛ theo/ria seminans semen suū. Omniū exclusit domi/niū ꝛ possessionē: dū tarat suū esse semē asseruit. Qui seminat satis est diues: si a seipso/nō aliū/de semen ꝛ terrā possidet. Diues est seminator eternus: ꝛ eterni verbi ab eterno possessor: nec aliūde accepit que in corde hominū seminauit: ꝛ terrā creauit ex nihilo inuisibilē atqȝ visibileȝ vt ꝑ vehicula terre visibilis ad inuisibilem semi na ferrent: ꝙꝙ posset in omnē animā sine audi/tu corpis suā immittere theoriā. Uerūtn̄ quod ꝑ linguā statuit seminare/ꝑ aurem voluit ad ani mā deferri. Post imaginē satoris/imagineȝ se/minationis adiecit. Et dū seminat/aliud cecidit secus viā: et conculcatū est: et volucres celi comederunt illud. Ali/ud cecidit supra petraȝ seu in petrosa vbi nō habebat terrā multā: et conti nuo exorta sunt: qꝛ nō habebāt altitu dinē terre. Sole aūt exorto estuaue/rūt. Et qꝛ nō habebant radiceȝ/arue/runt: seu natum aruit: quia non habebat humo/rem. Aliud cecidit int spinas: ꝛ simul exorte spi/ne suffocauerūt illud. Aliud cecidit in terrā bo nā: ꝛ attulit fructū: aliud cētesimū/aliud sexage/simū/aliud tricesimū. Qui habet aures audiēdi audiat. Et accedētes discipuli eius dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis? Et cum esset singularis/interrogabāt eū duodecim ꝗ cuȝ eo erāt/que esset hec parabola. Quibus ipe respō/dens dixit: Uobis datum est nosse mysterium regni dei: ceteris aūt nō est datū/sed in parabo lis. Qui enim habet/dabit ei ꝛ abundabit: ꝗ aūt nō habet/id quod videt habere auferet ab eo. Ideo in parabolis loquor eis: qꝛ videtes nō vi/dent/ꝛ audiētes nō audiūt neqȝ intelligunt: vt
impleat in eis prophetia Esaie dicētis: Auditu Esa.6.
audietis ꝛ nō intelligetis: ꝛ videntes videbitis ꝛ nō videbitis. Incrassatū est em̄ cor ppl'i hui⁹: ꝛ auribus grauiter audierūt: ꝛ oculos suos clau serūt: ne qn̄ oculis videant ꝛ auribus audiant ꝛ corde intelligant: ꝛ cōuertantur ꝛ sanem eos: ꝛ dimittant eis peccata. Uestri aūt oculi beati/qꝛ vident: ꝛ aures vestre/qꝛ audiunt. Amē ꝗppe di/co vobis: qꝛ multi ꝓphete ꝛ iusti cupierūt vide/re ꝗ vos videtis/ꝛ nō viderūt: ꝛ audire ꝗ vos au ditis/ꝛ nō audierūt. Uos aūt audite parabolaȝ seminātis. An nescitis parabolā hāc? Quō oēs parabolas cognoscetis? Hec est aūt parabo/la: Semen est verbum dei. Quod autē sec⁹ viā/ omnis qui audit verbū regni ꝛ non intelligit. Deinde venit malus sathanas diabolus ꝛ tol/lit verbum de corde eoꝝ: ne credentes salui fiāt. Nam qui supra petram/hi sunt qui cum audie/rint/cum gaudio suscipiunt verbum: sed et hi radicem non habent: sed ꝛ temporales sunt: qꝛ ad tempus credunt/ꝛ in tempore tentatiōis re/cedunt. Facta autem tribulatione ꝛ ꝑsecutiōe propter verbū cōtinuo scandalizant. Quod aūt in spinis cecidit/hi sunt qui audierunt: ꝛ a solli citudinibus ꝛ diuitijs ꝛ fallacia ipsarum ꝛ vo/luptatibus vite euntes suffocātur/ꝛ sine fructu efficitur. Quod autem in terram bonam/hi sūt qui in corde bono ꝛ optimo audientes verbum retinent: ꝛ fructum afferunt in patientia: aliud tricesimum/ aliud sexagesimum/ aliud centesi/mum.] Arrogantiam melioris additionis exi/stimaui: si quis quod saluator exposuit/vellet ex ponere: nisi fortassis expositio crederetur/ aut esset obscurior: vt etiam ipsa declarationibus indigeret. Sed nec expositio dici posset / si supra quod sternitur non producit in lucem: aut supra id quod litera continet/euidentiorem sententiam non facit. Quid igitur? Si dissertio saluatoris super parabolam seminantis ipsam producit in lucem/clarescereqȝ peramplius fa/cit: vera expositio est. Quod si expositio est/quid amplius ipsam epistolare tentabimus? Si aūt expositio nō est/cur ad diuina retulit parabolaȝ seminātis? Audaciter dixerim verā eē expositio nē/nullāqȝ meliorē. Sed nec sup stramētū expo/sitiōis ꝑsupserim aliud inducēdū: sȝ sup expositio nē declarationē apponere/ꝑpt tardiores intel/

lectus nō incongrue cogitaui: dū verba posita
inter stramentū ⁊ epistolationē ꝑus intellectibꝰ
pateāt. Cū saluatoꝛ parabolā cōpleuisset: ante
ꝙ̄ interrogatus exponeret dixit: **Qui habet
aures audiēdi audiat.** Ubicūqꝫ hoc ver-
bū in scripturis diuinis ponit᷑/ excitatio est mē-
tis ad intelligentiā mysterioꝝ: quod nō fit dum
simplex est doctrina/ sed duꝫ tradit᷑ sub mystica
foꝛma. Uñ q̇ habet aures audiēdi: id est aīe po-
tētias ad intelligendū aptas: audiat: id est tali-
ter apponat/ vt quod mystice vel parabolice ꝓ-
fert᷑ intelligat. Nulla homini frustra ē data po
tētia: ve q̇ quod accepit nō deducit in debitum
actū. Initiū dissimulari a deo est segnē in virtu
tibus interioꝛibus fieri: ſm em̄ ipsas ad dei ima
ginē factus est homo. Hinc spūs in intellectuꝫ
veritatis velate a dño excitat᷑. Qui habet aures
audiēdi audiat. Discipuli aūt videntes ꝙ turbis
in parabolis loquebat᷑: ꝓpius ad dñm accesse-
rūt velut q̇ familiariꝰ aderāt: ⁊ dixerūt ei: [Qua-
re in parabolis loq̄ris eis.] Estimātes turbas
tardissimi intellectus/ neqꝫ capaces velate do-
ctrine. Et cū esset singularis secretus a turbis
interrogabāt euꝫ duodecim: scꝫ quos singulari
priuilegio apl'os nominauit: si q̄ esset hec para-
bola. Uñ patet ipsos simul cū turbis ab ignoꝛā
tia fuisse detētos. [Quibus ipse respōdēs dixit:
Uobis datū est nosse mysterium regni dei: cete
ris aūt in parabolis.] Multa hic dubie querē
da ꝯcurrūt: ꝙ̄uis in euāgelica scriptura nullum
sit dubiū: q̄ ꝑ̄termittentes ad saluatoꝛis explici-
tam sententiā attēdamus. Datuꝫ erat apostolis
cognoscere mysteriū vtriusqꝫ regni dei: scꝫ mili
tantis ⁊ triūphantis ecclesie: siue in parabolica
siue in simplici ⁊ apta doctrina: ⁊ hoc speciali ꝑ̄
rogatiua eius/ q̇ apl'os sic elegit. Subticeantur
hic merita. Nullus ꝑ̄sumat/ si accepit ab eo qui
dedit. Nullus exultet inaniter in his q̄ a seip-
so nō habuit. Nullus desperet/ si donuꝫ in hac
vita superogatiōis nō habet. Paucis siquideꝫ
datū est: ⁊ nō merito recipiētis/ sed ꝓuidētia et
largitate donātis. Nouit christus que/ q̇bus/ qñ
ꝙ̄obꝛē velit sua dona ꝯcedere. Nemo aduersus
largitoꝛē aliqua ratione caus᷑: nā creditoꝛ/ nō
debitoꝛ iure factus est nobis. Nō oēs habēt no
ticiā scripturaꝝ: nō omnibus reuelata sunt my-
steria christiana. Non omnibus data est clari-
tas intelligendi: nec omnibus disserēdi est tri-
buta facultas. Nec tñ carētibus adest ratio q̄-
rulandi: dum solum in dando sit ratio largien-
di. Sed bona est noticia regni dei: melioꝛ apti
tatio suiipsius ad regnū. Bonus ꝓpter illam:
sed ꝓpter istam beatioꝛ. Sed cum dicit: ceteris
aūt in parabolis: creditū minoꝛis cognitionis
insinuat. Ceteri sunt omnes q̇ ab apostolis ⁊ eo
rū similibus sunt secreti: qui nō merent᷑ nisi sub
velamento audire diuina mysteria. Et velamen
semꝑ fuit suꝑ coꝛdibus iudeoꝝ: quod moysi ve-
lata facies figurauit: ꝑ̄terꝙ̄ in his q̇ fide non fi-
cta venerūt ad christū: ad quē cū accedit᷑/ aufert᷑
omne velamē. Et ipsis q̇deꝫ apostolis q̇ ꝓpius
accesserūt/ fuit ab ipso exuelata parabola. Nā
⁊ in veteri testamento omnia q̇ in tabernaculo
federis erāt/ cum castra mouerent᷑/ ab aarō ⁊ ab
his q̇ in tabernaculo seruiebāt inoluebant᷑: nec
videbant᷑ a populo: etiā nec ab his q̇ in ꝓpiis
humeris deferebāt: obuelandi ratio nō modica
tūc erat/ scꝫ ne moꝛerent᷑: nūc siquidem neqꝫ mi
noꝛ. **Qui eni habet/ dabitur ei et abū-
dabit: qui autē nō habet/ et quod ha-
bet auferetur ab eo.** Hic parabolizandi
ratio videt᷑ consistere: vt ei qui habet/ plus det᷑:
⁊ ei qui nō habet/ ⁊ quod videt᷑ habere auferat᷑.
Nemo existens dicit᷑ nō habere: saltem habet es
se quod est. Sed hoc quod saluatoꝛ dicit habe
re: ꝙ si sunt dona nature/ sint dicata iusticie at-
qꝫ cultui deitatis. Nēo iuste habet quod habe-
re videt᷑/ nisi dirigat in positū finē: vt qui habet
bonā voluntateꝫ/ dabit᷑ ei ⁊ bñ agendi facultas.
Et qui habet oꝛiginalē iusticiā/ dabit᷑ ei et lega-
lis. Habenti iusticiā legis/ addet᷑ insticia fidei ⁊
gratia euangeliȷ́. Et q̇ possidet amoꝛē sciēdi/ da-
bit᷑ ei studiū christi. Studiū exercenti dat᷑ gra-
tia intellectus. Habenti intellectū dabit᷑ sapiē
tia. Sapientiā habenti christiferā eterna glo-
ria tribuet᷑. Et vt oꝛdine ꝑspicacioꝛi ꝓcedā/ di-
xerim: Qui em̄ habet timoꝛē/ dabit᷑ ei pietas: et
abūdabit ī illa supꝛa id quod habebat. Qui ha-
bet pietatē/ dabit᷑ ei scientia: ⁊ tripliciter abūda
bit. Habenti scientiā foꝛtitudo tribuet᷑: ⁊ qua-
drifarie abūdabit. Foꝛtitudinē possidenti con
siliū tribuet᷑: ⁊ ꝑ quinqꝫ ditabit᷑. Hereditāti cō-
siliū adiȷ́ciet᷑ inuisibiliū intellectus: ⁊ senaria ꝑ-
fectione gaudebit. Intellectu fultus accipiet sa
pientie cōplementū: ⁊ abūdabit in vera intelli-
gentia scripturaꝝ ⁊ diuinaꝝ rerū. Qui vero sic ⁊ Gen.
ista nō habet/ degradabit᷑ ab eo quod habere vi
debat᷑: ⁊ vt nihil amplius mereat᷑. Hanc ꝑfecto
sententiā experiētia subsequa cōfirmauit: nā iu-
deis verū amoꝛē ⁊ zelū legis habētibus ⁊ veraꝫ
fidē christo ꝑ̄stātibus/ cuꝫ lege atqꝫ intelligētia
veteris testamēti euangelica gratia est tributa.
Istis vero carētibus omnis vera scripturaruꝫ
scientia est ablata: ꝑuatiqꝫ sunt dignitate sacer- Leui.
dotali ⁊ regia/ ⁊ miro tēplo ciuitateqꝫ sancta: vt
etiā vagi ⁊ ꝓfugi sedibus incertis vbiqꝫ ferant-
tur. Mattheus vero rationē quare parabolizas Nume.
uerit ponēs/ Esaie testimonio roboꝛauit dicēs:
**Ideo in parabolis loquoꝛ eis: quia
videntes non vident: et audiētes nō
audiūt neqꝫ intelligūt.** Uidere se crede-
bant iudei/ sed nō videbāt: ⁊ audire obedienter Gen.
verba legis/ sed nō audiebant. Et intelligere se
putabāt: sed nō intelligebāt. De seipso ꝑ̄ter in-
herentē virtutē opinari/ similitudo est ꝑmi pec-
catoꝛis: cū taliter opinanti iusta debet᷑ damna-
tio. Moꝛe somniātiū fantasticant᷑ diuitias qui Hierem.
id quod nō habēt/ habere se credūt. Testimoni-
um Esaie quod hic introducitur/ seipso claret q̄ Esa. 4
in confusione iudeoꝛum fuerit ꝓphetatum: q̄ꝙ̄
plangendum sit fontibus lachꝛymarum: quo- Lam.
niam ad nos iudeoꝝ vitia transierūt: quoniam

audiuimus ⁊ītellectu gratifico nō intelligimus
diuina nobis cōmēdata mysteria. Et nec vide-
mus cum oculis illius prudentie qua nobis p-
uideamus ad intransitoriū regnum: sed ad agē-
da pfunctoria huius seculi oculis lynceis intue
mur. Incrassatum est cor nostruȝ abundāti ma-
licia: ⁊ terrena delectatiōe obesum: vt p̄terq̄ ter
renuȝ nil diuinū sapiat: nil p̄ter id quod sensuȝ
demulcet aspiciat. Et grauiter audimus ver-
ba diuina que nostrā puersitateȝ arguūt: graui-
ter toleramus ea que nos ab hoc mundo diuel
lunt: necnō ⁊ ingrate suscipimus que supna p-
mittunt: que ne descendamus ad inferos / cau-
tos efficiūt: vt ex pertinaci ignorantia ⁊ contu-
maci inobedientia in hoc tempe non cōuerta-
mur / vt in eternum sanemur. Sed ad differenti-
am p̄teritorꝫ beatos apostolorꝫ oculos appella-
uit: vidētes que prisci videre nequerūt. Uos
autē audite parabolaȝ seminātis. Et
excitās eos ait: Nescitis parabolā hāc:
et quomodo oēs parabolas cogno-
scetis? Acsi apte dicat: Si hāc parabolā q̄ ni-
mis obuelata nō est / nō cognoscitis: quō alias
cognoscetis / q̄ forte habebūt obscuriorē in plu-
ribus intellectū? Et se dn̄s ad exponendū coa-
ptat dicēs: Hec est autē parabola. Sic in
telligit quod p similitudinē hūanarꝫ actionum
dictum est: maxime ad hoc refert parabola se-
minantis. Semen est verbum dei. Qm̄
multiplex inuenit semē in sacris scp̄turis: idcir
co semen huius sationis distinxit a ceteris per
antonomasiam. Nam est semen quod euenit ex
humanis membris / vt in pluribus ex cōcitatio
ne libidinis: q̄q̄ in sanctis patribus fuisset cō-
motum desyderio pcreande plis. De quo dici-
Gen. 38 tur: q̄ Onan semē suum fundebat in terram: ne li-
beri fratris nomine nascerentur. Unde a domi
no pcussus interijt: qm̄ illud semen p̄terq̄ in cō
naturale vasculum mediante dei lege nō est eij-
ciendum. Quod si q̇s a ppria malicia deuictus
aliter fuderit: ex multatione hui⁹ sceleris agno
scat quā culpam ipse cōmiserat. Sepe punitio
monstrauit scelerum qualitatem: similiter ⁊ q̄nti
Leui. 15 tatem. De quo etiam Leuitici dicitur: Uir qui
patitur fluxum seminis / immundus erit. Et ibi
dem: Uir de quo egreditur semen coitus / laua-
Nume. 5. bit omne corpus aq̄. Et alibi: Qui semine fluit /
pollutus est. Ex quo semine homo generatur: si
ex nulla parte huiuscemodi generationis ordo
confundit. Etiam nomine seminis omnis ho-
minum ppagatio intelligitur. Unde dictuȝ fu-
Gen. 3 it decipienti serpenti: Inimicitias ponaȝ inter
semen tuum ⁊ semen illius: vt per semen eue om
nis hominum generatio intelligatur / cui ini-
micatur hostis antiquus. Seminis appellatio-
ne vnus populus intelligi solet ab vno homine
Neemie ppagatus: iuxta illud Neemie: Separatum est
semen filiorꝫ isrl̄ ab omni alienigena. Et Esaias
Esa. 45. dicit: Laudabitur omne semen israel. Et speci-
alem vnius hominis sobolem scriptura semen
Leui. 21. appellat: iuxta quod dicit: Homo de semine aa-

ron qui habuerit maculam / non offeret panes
deo suo: nec accedet ad ministeriuȝ eius. Semi-
nis etiaȝ nomine intelligunt oēs qui malos in
vita ⁊ morib⁹ imitant: sicut psalmista dicit: Se- Ps. 36.
men impiorꝫ peribit. Et Esaias huiusmodi se- Esa. 1.
mini maledicit: Ue semini nequā. Et om̄e in ter
ra iactabile vt mortuū pmo / deinde fructum p-
ferat / semen est: sicut dn̄s dixit: Germinet terra Gen. 1.
herbā virentē ⁊ facientē semen: ⁊ lignū pomife
rum faciens fructum iuxta genus suū: cuius se-
men in semetipso sit sup terram. Sic etiā in his
que spiritualiter agunt / seminis appellatio in-
uenitur. Est quippe semen ipsa iusticia: s̄m quaȝ
est omnino viuendum. De quo Salomon simi-
liter cōmonens ait: Seminanti iusticiam mer- Prouer. 11.
ces fidelis. Iusticiam ille seminat qui sic viuit
vt iure rep̄hendi non possit: qm̄ nihil rep̄hensi-
bile iusticia possidet: q̄ de sua ditione praua etiā
recta facit: nec exorbitat ab eo quod agendū ac
cepit. Seminat iusticiā qui recte viuēdi exēpla
vidētibus atq̄ posteris derelinquit. Et q̇ viuo
v̄bo vocis alios ad ip̄aȝ intelligendā ⁊ amandā
atq̄ exercendā erudit: hmōi satori merces fidel'
est: qm̄ fidelis est qui fallere nō pōt / q̇ iusticie p̄-
mium statuit: qm̄ iustus dn̄s iusticiam dilexit:
cuius satorē p̄miare decreuit. De quo sicut cōfi- 2. Timo. 1.
denter apostolus loq̄bat dicens: Scio cui cre-
didi ⁊ certus sum: quia potēs est depositū meū
seruare in illum diem. Et ibidem: De reliquo re
posita est mihi corona iusticie: quia iusticiaȝ se-
minaui: quaȝ reddet mihi dn̄s in illa die iustus
iudex. Et p̄mium iusticiam seminantiū etiā Da
nieli reuelatū est: Qui ad iusticiā erudiunt mul-
tos / quasi stelle in ppetuas eternitates. Simili-
ter ⁊ iniquitas ⁊ omne cōmentum eius cum ab
vno in alium per verba seu p actionē diffundit /
nomine seminis appellat. Sic pfecto per Sa-
lomonem dicitur: Qui seminat iniquitatē / me- Prouer. 22.
tet mala. Nam sicut seminanti iusticiam mer-
ces fidelis: sic seminanti iniquitatem pena tri-
buet infallibilis. E regione siquidem iniq̄tas
seminari dicitur: sicut ip̄a iusticia seminatur. Et
homo apostata in omni tempe iurgia seminat.
Homo apostata qui a virtute recessit: qui statim Prouer. 6.
iurgiorum sator efficitur: vt nullo modo vbi fue
rit quiescat. Et discordiā seminans / in odio do
minico cōstitutus est: digna recepturus nisi fu-
erit digna correptiōe puētus. Et quecūq̄ semi- Gal. 6
nauerit homo / hec ⁊ metet. Et q̇ seminat in car-
ne / de carne metet corruptionem. Semen auteȝ
de quo hic saluator intendit / est verbū dei: quod
est veritatis: quia sermo eius veritas est. De cu
ius potentia seminis psalmista pclamat: Po- Ps. 111
tens in terra erit semen eius. Potens in terra
est penitus dei verbum: quo elementa in sacra-
menta transeūt: quo diuinis humana sociant:
quo ipsa corruptibilia diuina efficiunt. Potēs
in terra semen eius / scȝ dei verbum: quo mutan-
tur hominum voluntates: cuius potestate relin
quuntur terrena: animo fides infunditur: effu-
giūt demōes: ⁊ infirmitates curant: cuius po-

tentia ꝛ virtute sustinent hoies/ne patiant exitiale piculū. Hinc Esaias clamat: Nisi dñs reliquisset nobis semen: quasi sodoma fuissemus: ꝛ quasi gomorra similes essem⁹. Et q̄uis de paucis relictis in populo scriptura prophetica dicat: typicus tamē sensus canonice hoc importat. Multa ꝛ germana similitudo verbi dei ad semē quod iacit i terrā/ existit: sicut Marcus in sequenti similitudine manifestat: sed ita in cordibus auditorum fuit diuersa seminatio verbi/sicut seminis tritici sup terram. Semen quod cecidit secus viam/cōculcatū a transeuntib⁹ extitit. In corde hominū velut in publica via transeunt humani affectus: q̄ sunt ad seipsos pl⁹ debito cōpassiui/ꝛ ad carne cōiunctos ꝛ ad notos ad quos postposita virtute christiāitatis afficimur. Et cū auditur verbū regni/nō apprehenditur in intellectu: nec ad illud animus humanus afficit/ ab humanis affectibus conculcatū. Deinde venit malus nō natura/sed vitio: sathanas videlicet aduersarius deo ꝛ hominib⁹/ diabol⁹ animā ꝛ corpus oribolare satagens: ꝛ tollit verbum de corde hoim ne credētes salui fiāt. Hoc alia expositione nō indiget: sed quō venit ꝛ tollit/disserere opus est. Quis aduētus diaboli ad cor nostrū. Unde venit/qua venit/quomō tollit cū cor nostꝝ nō in potestate demonū/sed in dei ꝛ ipsi⁹ hois potestate cōsistat. Quod venit ꝛ q̄re venit/ scꝫ vt tollat/ saluator exposuit: sed q̄s/vnde/qua/ quomodo/oīno nō posuit. Secretū est cor nostrū: quod solus deus intuet. Demones aut hoies ipm intueri nō possunt: nisi ea que in ipso sunt/cū signo vocis ꝛ opis foris ostēdim⁹. Quis ergo diaboli ad aīam aut ad cor nostrum aduentus? Nō credat ipsius maligni spūs substantiam venire ad cor aut in animā ingredi: sꝫ cū p signum exterius aliquem deprehenderit pperam affici: venit vsq͛ ad corporis sensus ꝛ obiecta forinsecus: vt humano placito plus debito insistente diabolus aduenisse credat: q̄ seipso delectatus plus debito a deo factus est alien⁹. Nec aliunde venit aut a loco mouet: qui locum nō occupat: sed omnibus continuus ꝛ impreter missus insidiator existens/tempus ꝛ varietatem hominū captat vt possit insurgere. Attamē illa via venit in quam cognouit animā inclinari et obliquari/per recessum ab his que potiora sūt. Et tollit verbum: nō ad se illud trahens aut vtilitate sua: sed illud diuertit ab aīa: ne ab eo irrigata fecundetur ad fructum superne vite: velut si quis aque irriguum per inuidiam ab alicui⁹ horto diuerteret/ne fructificaret ad meli⁹. Aut sic animā in humanis placitis occupat: vt verbum regni ab illa per obliuionē excludat. Intentio autem huiusmodi nequissimi protin⁹ in hoc tota consistit/ne homines salui fiāt. Et torquentur nunc inuidia/prius deiecti superbia: ꝛ agunt seuiter ꝛ insidiose in nos: ne illas q̄s amiserunt sedes/christo credentes sub ipso humiliati capiamus. Defectum seminis alie partis quod non vere fructificauit/saluator prouenire posuit ex radice: ꝛ q̄ꝛ tempales erant. Que aūt sit ista radix qua deficiēte iactū semē ad fructū nō venit: sacra scriptura manifestat: Naꝫ radix sapiē est timere deū. Timor q̄dē dñi/fundamentū est verbi. Etenī verbum dei sapia est. Et sapiētia dei p verbū innotuit. Timor siquidē dñi verbo dei p̄stat humorē vt radicet: vt in alta cōsurgat: vt tribulatiōibus oībus nō cedat: vt scādalū nō obueniat. Tempalitas etiā defectū accumulat: qm̄ non p eternis insudat. Tempales nēpe illi sunt q̄ ea q̄ tantū hui⁹ tpis sunt sapiūt: q̄ hoc mundo vti delectant: q̄ p ipsis pditis affligunt: q̄ vt acq̄rāt semp satagūt/ꝛ deū acq̄rendo postponūt: q̄ vt ea nō amittāt/virtutes amittūt. Etenī tempalitas ad seipsam reflexa in verbis regni nō stetit: qm̄ deprimebat eā: atq͛ eternoꝝ pmissionē turbabat. Si enī in eternitateꝫ transire gliscisset vt erat suasio verbi regni: seipsam ꝯtempsisset: ꝛ in oībus fuisset eq̄nimis. Radicē nō habere tempalēq͛ manere/a regni verbo deficit. Defectū tertie ptis seminis ita saluator aperuit: vt alia declaratione nō egeat. Sed ve illis q̄ dormire sub sentibus delitias putant: ve illis qui volutant in spinis: ve diuitibus huiꝰ seculi q̄ spinosi sunt. Coronā nāq͛ spineā pungētem caput domini plectūt: verūtamen ꝛ ab illa in examine iusto punient. Quarte ptis iacti seminis fructū trifarium clare christus edixit: vt alio non sit opus/nisi velimus appropriare tricesimos ꝛ sexagesimos atq͛ centesimos fructꝰ: quod relinq̄mus humilibus tractatoribus scripturaꝝ. Uerūtamen hoc cordibus omniū insigat: q͛ sine fructu patiētie nemo fructificat in salutem. Idcirco illā ad dissertionē huius parabole saluator apposuit: vt patiētia in qua fructꝰ affert/sit tolerātie ꝛ expectatiōis. Et patiētia inquit Jacobus/opus pfectū habet.

Esa.1

¶ De parabola tritici et zizaniorum ad comparationem bonorum et malorum: secundum Mattheū et marcum. Capitulum III

Subnexit aliā parabolā seminātis ꝛ seminis in assertiōe sue bonitatis/ꝛ supinducte malicie ope praue volūtatis/dicēs: Simile factum est regnum celorum homini qui seminauit bonū semen in agro suo. Cū autēꝫ dormiret venit inimic⁹ ei⁹ nocte: et supseminauit zizania ī medio tritici: et abnt. Cū aūt creuisset herba et fructū fecisset tūc apparuerūt zizania. Marcus vero s[...]riosius hoc insinuare videt/dicens: Simile est regnū dei queadmodū si iaccat hō semē in terrā et dormiat: et exurgat nocte ac die: et semen germinet et increscat dum nescit ille. Ultro enim terra fructificat. Primum enim herbam: deinde spicam: deinde plenum frumentum in spica. Et cum ex se produxerit fructus: statim mittit falcem/quoniam adest messis. Accedentes autem serui patrisfamilias/dixerunt ei:

Mat.

Bed

Domine/nonne bonū semen seminasti in agro
tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait ille: Ini-
micus homo hoc fecit. Serui autē dixerunt ei:
Uis imꝰ ꝛ colligimꝰ ea? Et ait: Nō: ne forte col
ligentes zizania/eradicetis simul ꝛ triticū. Sini
te vtraqꝫ crescere vsqꝫ ad messem: et in tempore
messis dicam messoribus: Colligite primū ziza
nia ꝛ alligate in fasciculos ad comburendū: tri
ticum autē congregate in horreū meū.] Simi-
litudo ista quodāmodo personalis est facti: quā
multi conati sunt aduersos hereticos noīe ziza
nioꝝ interpretari: sed dicētis epstolario circū-
cidit: ne aliter ꝙ ipse interpretatus est/declare-
mus. Qm̄ discipuli eius dissimilis turbis acces
serunt ad eū/dicentes: **Edissere nobis pa-
rabolā tritici et zizanioꝝ agri. Qui
rñdens ait: Qui seminat bonū semē**
est filius hois. Ager aūt est mūdus. Bonū ꝟo
semē hi sunt filij regni: zizania autē filij nequā.
Inimicꝰ autē qui seminat ea/est diabolꝰ. Mes
sis ꝟo cōsummatio seculi est. Messores aūt an
geli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania ꝛ igni
cōburunt̄: sic erit in ꝯsummatiōe seculi. Mittet
filius hois angelos suos: et colligent de regno
eius oīa scandala/ꝛ eos q̄ faciūt iniquitatē. Et
Mat.13. mittēt eos in caminū ignis: ibi erit fletus ꝛ stri
dor dentiū. Tunc iusti fulgebunt sicut sol/in re
gno patris eoꝝ. Qui hꝫ aures audiēdi audiat]
Non debet ad aliud ista similitudo transferri:
nec potest/seruata intentōe dicētis: preterꝙ ad
quod posita est. Etem̄ cum oīs interp̄tatio ser-
monū atqꝫ verboꝝ spectat ad eū qui edidit: ꝛ in
terpretatio legis ad eū qui posuit: si primo ipse
interp̄tari voluerit. Quod si fecerit/oīs alia va
cabat interp̄tatio: ꝛ protinus erit impertinens.
Si ꝟo sermonibus/verbis ꝛ legis decretis posi
tis tacuerit cōditor: tunc interp̄tabit̄ lector: id
singulariter ꝛ p̄cipue seruās vt in intentionem
veniat primo ꝯdentis. Omniū em̄ quarūcunqꝫ
scripturaꝝ fatiscentiū scrutatoꝝ hic est optimꝰ
canon: vt primo scribētiū intentionē quantū in
genij facultas pōt inueniat: nō dantes scriptu-
re aliene cōceptū in aīo/ seu propriū intellectū:
quod sepe fecit errorē: sed illū a scriptura capiē
tes quē continet. In scripturis siquidē diuinis
interp̄tator est spūsctūs in cordibꝰ fideliū: qm̄
ipse ipsaꝝ est conditor. In scriptura etiā euāge
lica sic christus interdū est locutus/vt alia inter
pretatiōe nō egeat: sicut in simpliciter dictis ad
uersus vitia/ꝛ in assertione virtutum/ꝛ in cōmi
natione pene/promissioneqꝫ glorie. Interdū in
virtute spūssancti posteris dereliquit: interdū
ea que videbant̄ obscura/ ipse declarauit: velut
in istis duabꝰ de satione parabolis: quaꝝ prima
iam tradita istam etiā in sensum aliū non diuer
tens: ea tamē que intellectū clariorem rudibus
faciant/duntaxat dicturꝰ aduenio. Creator om
niū deus bona cuncta creauit: ꝛ creatione pfe-
cta creata conspexit: non alio intuitu facta ꝙ fa
Gen.1. cienda cōspexerat. Et scriptura dicit: Uidit de
us cuncta que fecerat: ꝛ erāt valde bona/scꝫ du
plici bonitate/nature ꝛ naturarū. Nature quidē
omniū equa bonitas/eo ꝙ sunt: naturarū vero/
qꝛ p̄eminentia ꝛ subalternatio est in eis. Igitur
sator bonus ꝛ ꝛ ager bonꝰ ꝛ semina bona sunt.
Quid ergo malū: vnde/qua/quomodo intraue-
rit ī creatā bonitatē: nō modica questio est/nec
noua/satis ꝛ acute a doctoribꝰ p̄cedentibus in
quisita: vt etiā hic merito taceatur. Sed boni se
minis sator est filius hois: humilitatē insinuās
ac etiā initians a seipso saluator omniū christꝰ:
qui nō se a forma dei/ sed a forma serui filiū ho
minis appellauit: q̄ cū in forma dei erat missus
est nō creare/sed seminare creatos in hoc mun-
do: qui suus ꝛ totꝰ est ager: in quo semꝑ aliq̄d
egit ab eo quo ipsum creauit: ꝛ agit ꝛ aget quo-
usqꝫ incognito nobis termio finiatur. Merito
ager mundus: quē ipse fecit: in quo etiā egit mi
bilia magna solus. In quo etiā pater operatur
ꝛ ipse. Nam testatꝰ est: Pater meus vsqꝫ modo Joan.5.
operat̄/ꝛ ego operor. Cuius bonū semē sunt fi-
lij regni: qui ex seipsis semen nō sunt: sed cum se
men/quod est verbū dei/actiue ꝛ contemplatiue
suscipiūt/regni dei semina nominant̄. Proinde
saluator illā similitudinē protulit: in qua semen
verbū dei esse p̄dixit. Et ideo dicunt̄ semen filij
regni: quia semē recipiunt/quod est verbū dei:
vt filij regni fiant ꝑ gratiā/non ꝑ naturā. Quos
tunc christus seminat: cū per seipsum aut ꝑ suos
p̄dicatores verba seminādo vocat. Tunc ipsi se
mina fiunt cū diuina verba suscipiūt: ꝛ seminati
per verbū in agro huius mūdi facti sunt filij re-
gni: nondū illius in quo electi triūphant/sed il
lius in quo multis ꝓbationibꝰ agonisant. Nō
em̄ inter triūphantes/sꝫ inter militātes possunt
ab hoīe inimico seminari zizania. Ne autē quis
piā dubie moueatur hoīes bonū semen aut ma-
lum vocari debere: audiat scripturā dicentem:
Semen autē hoīm honorabit̄ hoc quod timet Eccl.10.
deū: semen autē hoc exhonorabit̄ quod preterit
mandata dei. Semen quippe quod honorabit̄
sunt filij timētes deū/docti ex semine verbi dei.
Quod aūt exhonorabit̄/ sunt zizania a diabolo
supersata/scꝫ filij nequā: qui dei timore carētes
eius mandata preterierūt. Et ad domū iacob ꝑ
esaiam dicit̄: Utinā attendisses mandata mea: Esaie.48.
ꝛ fuisset quasi arena maris semē tuū. Ecce ꝙ ho
mines semen vocant̄: ecce ꝙ per custodiā man-
datoꝝ dei/filij regni efficiunt̄ ꝛ multiplicantur.
Mādata siquidē dei/verba sunt dei: que qui su
scipiūt semina in agro huius mūdi/sunt filij re
gni: militares existūt donec in regno eterno su-
scipiant̄: vbi scandala nulla consistunt. De his
etiā per eundē scriptū est: Si posuerit ꝓ pecca-
to aīam suā/videbit semē longeuū. Acsi aper- Esa.53.
te dicat: Si filius hois qui seminauit ī hoc mū
do filios regni/ꝓ peccato humani generis vo
luerit vitā ponere: quod ꝛ fecit: videbit semē lō
geuum: hoc est semē suum in regno ꝑpetuo du-
raturū. Et cū de suis electis dñs loqueret̄: etiā
noīe seminis insigniuit/dicēs: Electi mei nō la- Esa.65.
borabūt frustra/ neqꝫ generabūt in ꝯturbatiōe:

qꝛ semen bñdictoꝝ dñi est. Non laborãt frustra
electi dei: qm̃ oĩa cooperanť eis ĩ bonũ: neqꝫ in
conturbatiõe generãt: qꝛ in patientia mẽtis fru
ctificant. Nõ laborãt frustra electi dei: qm̃ cer-
tam reddet deus mercedẽ laboꝝ sanctoꝝ suoꝝ.
Ps. 127. Et per psalmistã diciť: Labores manuũ tuaruꝫ
qꝛ manducabis: beatus es ⁊ bene tibi erit. Non
generant in cõturbatione: qm̃ si eis desup datũ
est spũales filios generare: hoc est gaudiũ ⁊ co
rona: quod de suis filijs spũalibꝰ dicebat apl's:
Phil. 4. Itaqꝫ fratres mei charissimi et desyderatissimi
Esa. 65. gaudiũ ⁊ corona mea: sic state in dño. Quia se-
men benedictoꝝ dñi est. Quod semẽ benedicto
rũ nisi semen apl'oꝝ p quos mundꝰ credidit: per
quos semina diuia suscepit: vnde hoies sunt se
mina filij hois facti ⁊ filij regni dei. Aut ſm ali-
am trãslationẽ: qꝛ semen bñdictũ est: vt hoc alia
Esa. 61. esaie assertio testať: Omnes q̇ viderint eos / ag
noscẽt illos: qꝛ isti sunt semẽ cui benedixit dñs.
Sed que sunt zizania inter semia bñdicta / ipse
saluator edixit: zizania sunt filij nequã: quoꝝ sa-
tor diabolus inimici hois noie appellatus. Nõ
deriuemus explanationẽ in alterã partẽ ab in-
tentione saluatoris. Sed qui sunt nequã filij vi-
deamus: magis aũt ne nosipsi simus vtiqꝫ caue
amus. Nequã filij dici possunt oẽs qui ad fideꝫ
christi nõ veniunt. Sed qm̃ christus de ortu no
uelle ecclesie loquebať / que regnũ est exercitãde
militie: cuius filios seminauit nouicios apl'os p
verbũ seminis eius: qui spũs primitias habue-
rũt: ⁊ ipsi ex christo satores etiã facti sunt: q̇ eũ
Ps. 125. tes ⁊ flentes miserũt semina sua: homies pluri-
mos semina fecerũt / ⁊ regni filij facti sunt: inter
quos sunt a diabolo zizania seminata: q̃ a salua
tore christo filij nequã dicũtur: quos alios esse
nõ dixerim nisi hereticos / aut post fidẽ susceptã
quõlibet peccatores: de quibus p singula velle
disserere ipsa plixitas animos fatigaret. Unũ
tñ de oibus asseram: q̄ omes hi sunt filij nequã
qui firmãt sibi sermonẽ nequã. De quibꝰ p psal
Ps. 63. mistã diciť: Firmauerunt sibi sermonẽ nequã.
Firmant sibi sermonẽ nequã omnes credẽtes
suggestioni sathanice / blandicijs mũdi / delicijs
carnis / sensuali ⁊ humane doctrine: sermõi ter-
renti a veritate / seu a virtute hoiem auertenti: ⁊
mores pprios huiuscemodi ꝯformãtes. Inimi
cus homo diabolus est: non q̄ diabolus homo
aut hõ diabolus natura sit: sed officio prauo et
similitudine mala. Nam ⁊ de iuda saluator ipse
Joan. 6. dixit: Nõne duodecim vos elegi: ⁊ vnus ex vo-
bis diabolus est? vt hõ diabolus ⁊ diabolus ho
mo ex malicia merito dici põt. Cuiꝰ operatione
quia malus / quia sathan / qꝛ diabolus / efficiunť
filij nequã: nõ efficiẽdi potestate / sed astutia sug
gerendi. Nõ em̃ põt mutare substantiã / seu na-
turã / neqꝫ cuiuspiã voluntatẽ: q̄uis permittente
deo suggerendi ⁊ suadẽdi habeat potestatẽ. Nõ
em̃ actiõe psonali diabolꝰ nequã filios supsemi
nauit inter filios regni dei: sed cũ inuisibiliť fal
lit / falsum p vero ministrãs: aut cũ timore plus
opprimit: aut cũ pu̇erso amore ad nõ diligenda
inflectit: aut plus accẽdit in minimis: aut extin
tinguit ignem amoris in magnis. Et in supiori
parabola diabolꝰ diciť tollere dei verbũ de cor
de / ne credẽtes salui fiant: in ista vero dicitur post
sationẽ christi malũ serere verbũ / vt hoies filij
nequã fiant. Inimicus christi est / ⁊ conať aduer
sari actionibꝰ eius: ⁊ oĩm seruoꝝ eius importu-
nus ⁊ insidiosus est hostis. Et plus satagit sub
uertere quos tinxit aqua baptismatis: ⁊ eos qui
euãgelico eruditi sunt verbo: q̄ eos qui nondũ
fidẽ dñicam ⁊ doctrinã euangelicã susceperũt.
Semp em̃ delectať maiorẽ posse inferre ruinã:
Abiorbebit em̃ fluuiũ ⁊ non mirabitur: habet fi
duciã em̃ q̄ iordanis influat in os eius / scꝫ de-
uorare cupiens in fide eruditos: ⁊ sciẽs eoꝝ ma
iorem esse iacturã / ⁊ christi maiorẽ iniuriã: si ab
ipso possit eos auertere. Difficilis est ad cauen
dũ: qui preterq̄ a magnis ⁊ in virtute circũspe-
ctis nisi cũ pcusserit / non sentiť: nec in suis pces
sibus cognoscibilẽ notã facit. Tẽpore pacis se-
pe suis pilis interficit. Incautoꝝ nullus effugi
et arcuꝫ dolosum eius: nec declinabit sagittam
pharetre illius: nisi ab inherente virtute fuerit
loricatꝰ. Messis ꝯsummatio est seculi: ꝯtra eos
q̇ p̄sumpserũt dicere q̄ sic nõ finieť seculũ: quoꝝ
falsaꝫ opinionẽ sua sentẽtia saluator abegit: nã
si seculi cõsummatio nõ esset: nõ sic ante cõsum
mationẽ oĩa q̄terẽtur: nec hoi morituro tot infir
mitates q̇ sunt mortis p̄ambula accessissent: nisi
qꝛ oĩno est morte soluẽdus. Superfluũ est seculi
ꝯsummationẽ exẽplis asserere / aut rõne: sup oĩa
cogit credere patrona sentẽtia saluatoris. Mes
sores in fine seculi sunt angeli. Et mira diuine
puidentie dispensatio / q̄ sint messores qui non
q̄ fuere satores. In agricultura sepe ꝯtingit / q̄
q̇ serunt siliter ⁊ metunt. Hic siquidẽ sator est fi
lius hois / ⁊ apl'i ⁊ oẽs doctores qui venerunt in
noie sctõ eiꝰ. Messio tñ in fine seculi nõ eis / sed
spiritibꝰ angelicis tribueť exercẽda: q̇ sp ciues
in superis / nunq̄ in hoc mũdo semen verbi dei
ordine a christo tradito seruerũt: vt filios regni
facerẽt: q̄q̄ multa ⁊ magna in hac vita pficiant
iussu dñi in obsequiũ electoꝝ. Sꝫ hoc ideo fide
pia fieri dixerim: vt metãt ĩ fine seculi bonos et
malos: quoꝝ silitudinẽ gesserẽt ĩ vita boni hoies
sup terrã / cũ eis eterne sociãdi: mali vero dissimi-
les facti ab eis ĩcludanť in illis tetralibꝰ locis
in q̃ apostate angeli merito eoꝝ supbie cecide-
rũt. Totũ vero quod sequiť in huiꝰ expositiõe pa
rabole / adaptatio ẽ ipsiꝰ. Quod vero dixit: q̇ hꝫ
aures audiẽdi / audiat: hoc ẽ dicere: q̇ audit intel
ligat ad sciẽtiã vt adhibeat cautelã: ne cedat in
partẽ filioꝝ nequã: quoꝝ ẽ sic a dño determiata
dãnatio: sed assumať in sortẽ filioꝝ regni: quorũ
christo miserãte certa erit cũ angelis exultatio.
Sed qm̃ in p̄ma editiõe pabole plura sũt posita
q̃ nõ sunt ĩ explanatiõe disserta: libet cõmice ad
mentẽ reducere: vt tota pabola pateat: q̇ diuinã
actionẽ ⁊ patiẽtiã ⁊ iusticiã mõstrat. Nã dormi
re hoim (quod saluator obmisit exponere) iad-
uertẽtia est piculoꝝ ⁊ incautela ꝯtra inuisibiliũ

hostiū: τ culpata quies in lecto interto funibus peccatoꝝ: τ strato tapetibꝰ ignorātie: atq̧ vanitatū mūdi depictis coloribꝰ: et asperso illa suauitate odorū qui interiorem olfactum a virtute vere discretionis auertunt. Ex qua dormitione q̄ mala fuerint subsecuta: sacrā scripturā qui vo
Gen.9. luerit inuenire/ pcurrat. Nam dormiēs noe nudatus est: acsi oēm verecundiā abiecisset. Loth soporatus cōmisit incestū. Dormiēs samson vi
Iudic.16. ribus priuatus est. Dormientibꝰ isboset τ ancil
2.Re.4. la ostiaria domus/ ipse a principibꝰ latronū interfectus est. Capite dormiēs truncatꝰ est holo
Iudith.13. fernes. Et nocte huiꝰ pessime dormitionis sunt sup bona semina zizania semiata. Et nocte hec pmixtio facta est: qꝛ cum lux veritatis abcesserit ab hemispherio mentiū hūanarū: que sunt diuine volūtati ꝯtraria nobisq̧ dānosa seminanẗ. Medium vero tritici est modestia inter vtrāq̧ partē/ quā diabolus nitiẗ maculare: vt maculato medio in quo solide virtutis est sedes/ cetera tunc a fundamēto deficiant. Abire vo supsemi nantis dolosi/ demōstrat impotentiā cōmorandi τ efficiēdi quod cupit. Nō em̄ potest intantū hoīes occupare/ quin eos libero arbitrio vti sinat: et quin eis potētia remaneat euadēdi τ extir pandi noxiū semen: ac male suadēte cōscriptionis pacta cōfringere. Q, aūt creuit herba τ fru ctum fecit: τ tunc zizania apparuerūt: hoc affirmauerim/ q̧ ea q̄ sunt bona ex natura crescunt τ similiter ex studio: que vo mala sunt natura nō crescūt τ nunq̄ cognoscunẗ/ nisi cōparatiōe bonoꝝ: nec em̄ habēt existere/ preterq̄ in bonitate naturarū. Supposītat em̄ malū naturarū bonitas: nō tanq̄ accidēs ꝓpriū/ sed impertinēs τ importune adiectiuū. Neq̧ supposītat ad perperā actionē: quis cū fuerit ꝑuersa volūtas/ etiā mala ex actione ꝑueniāt. Sed qꝛ ipsum ꝑ se nō habet existere/ nisi in aliqua bona natura cōsistat quā ad exterminiū si possit adducere/ vbi ꝯsistere nō habet. Si vero illā exterminare nequiret sed minuere: nō cedit in illā partem quā demit: sed in illa remanet quā exterminare nō potuit. Ac per hoc hac rei veritate zizania in medio tritici herba crescēte apparere ceperūt. Accessus seruorum ad patrēfamilias/ secura familiaritas est angelice nature siue humane ad patrē omnium deū: qui seruis suis ad seipsum per fidē/ per charitatē τ per orationē τ contemplationē benigne ꝓstat accessum. Interrogatio vo ex ignorantia τ admiratione ꝓcedit: cognoscētes omnem creaturā ab infinita bonitate completā: et nullam esse mali substantiā: sed vnde irrepserat scire cupientes. Et magna timēdi ratio nobis ꝓstruiẗ: si id quod non est/ quod est ex aliq̄ parte conturbata. Quod vero volebāt illa colligere: zelum ad deū τ ad conseruationē boni naturalis τ gratie omnino insinuat: sed intemperatū τ nec ſm scientiā/ cum velint subito inferre vindictam. Preseruatio patrisfamilias ex ꝓuidentia magna ꝓcessit: ne serui nescientes bene discernere/ cū zizanijs extirparēt τ triticū. Solus nouit qui sunt eius: τ discernēdi bonos a malis ipse dūtaxat habet scientiam. Sustinet deus in agro huiꝰ mūdi malos simul esse cū bonis: propter bonoꝝ exercitium a ꝯtrarijs: ex quo lucra maxima nanscisciunẗ. Cumulantur merita recte agentium/ cū congressum habēt cum prauitate maloꝝ: et probatiores fiunt ipsis ex aduerso surgentibꝰ. Necnō τ ipsi mali possent interdū gratiam cōsequi eoꝝ meritis quos affligūt: τ intercessione illoꝝ/ cum quibus in cōuersatione miscentur. Porro innumerabiles sunt ꝯuersi ad tramitē veritatis/ τ diuinam sunt gratiā consecuti: quorū ilico post crimen si fuisset extinctio subsecuta/ eterna dāna subissent. De his in scripturis sacris plurima sunt exēpla: dauid/ petri/ pauli/ magdalene: τ multorū similium/ quoꝝ spectabiles habemus imagines: τ ex multis malis multos bonos per generationē carnis suscepit ecclesia: qui per gratiā in dei filiationē credendo τ moribus deuenerūt. Diuina permissio q̄ vsq̧ ad messem zizania cū tritico permittanẗ excrescere: respicit que supra posuimus: insuper τ quod ab eo impossibile factū est/ nō oēs hoīes iudicari: vt si euadant tpe ꝑfunctorie vite/ non tamen finita messe suffugiū euasionis habebūt. Omnes em̄ qui ad tēpus effugiunt humanum iudiciū/ includet diuinum. Nō em̄ deus hic omnia punit: non om̄ia iudicio reseruat extremo. Dei misericordiā τ iusticiam semꝑ apparere necessario factum est: vt hic misereatur τ tēporaliter puniat: alibi etiā possit misereri τ eterne dānare. Nec em̄ instantanee premiando aut puniendo misericordia dei atq̧ iusticia ex tēpore apparebūt: sed eterna duratione manebūt: vt eterna electoꝝ saluatio misericordiā/ infinita damnatio iusticiā monstret. Collectio prima zizaniorum a triticio/ purgatio est bonoꝝ. Boni enim purgati remanent/ cum mali auferuntur ex eis. Nec obstat hoc quod in parabola ista dicii/ ꝑ primo fiat zizanioꝝ collectio: illi sententie q̄ prius benedicti vocantur ad regnū: τ post maledicti mittunẗ in supplicium: quoniā hic est ordo verboꝝ: ibi vero ponitur ordo factorum. Sepe contingit aliter res dici q̄ fieri: τ alio fieri ordine q̄ dicantur: nō tamen ꝑiudicium veritati vllo modo infertur: velut in cōditione fabrifactorie artis ꝓfertur latitudo/ altitudo/ longitudo/ magnitudo domꝰ/ aut turris/ aut cuiuslibet edificij: cū tamen in cōstructione primo fiat cōgregatio cementorū: τ ad fundamenta iaciēda terra fodiatur. Alligatio indicta fasciculorū ad similitudinē culparum refertur: vt qui similē vitam cū alijs suscipiunt/ similem sentiant in legibus disciplinā. Et hi more fasciculoꝝ simul colligentur in pena/ qui male in hoc mūdo viuentes vniti corpore vel diuisi similes fuere in culpa. Et omnimodā inexplicabilitatem importat colligatio simultatis: cū nemo ligatus se possit explicare: nullus a nexu vinculoꝝ liber existat: qui alijs possit ad soluendum argumēta prestare. Q, fasciculi ad comburendū traduntur chri

stus exposuit: q mittit fili9 hois qui seminauit
angelos suos / r colligent de regno eius omnia
scandala: que nihil aliud esse videnk / nisi qui in
christo scandalizati sunt: contra quos positum
Mat. 11. erat verbū: Beatus qui nō fuerit scādalizatus
in me. Scandalizank quidā propter timorē hu-
manū in fide: vt omnes apostoli / maxie petrus
qui se nō scandalizari omnino asserebat: tamen
timore pcussus defecit in fide: negādo quē ante
predixerat esse filium dei. Scandalizank aliqui
in doctrina christi: nō recte intelligentes q ipsa
veritas docet: aut despicientes / quia cōtra r su-
pra sensum humanū est: sicut pharisei cum eos
saluator de transgressione mādati diuini pter
traditionem propriā aperte argueret. Plures
etiā in dei ecclesia scādala facti sunt / qui alios
male docēdo / aut viuēdo nequiter scandalizāt:
Malach. 2. de quibus per pphetam dicik: Uos autē reces-
sistis de via / et scandalizastis plurimos in lege.
Ad sacerdotes erat verbū istud: qui populū eru
dire debebant: r vita r doctrina dirigere in sa-
lutem. Ipsi vero de via veritatis recesserunt: sub
iectis plebeis scandalū inferentes: nō seruātes
legem quā alijs seruandā audacissime predica-
bant. Quod post christū in succedentib9 mori-
bus actum est: vt multi pōtifices / sacerdotes at
q doctores populo ex damnatis moribus pbu
erunt iter ad mare submersionis. Scandala ne
phanda qui heretici nūcupantur / plenius pde
cessores nri in hac parabola ondere: aduersus
eos subtilissime differentes: vt hic sit preterire
cōmodius. Colligendi etiā sunt omnes qui faci
unt iniquitatē: vt nullus peccator nisi iusta pre-
uentus emenda remaneat. Faciētes quippe ini
quitatē / sunt omnes qui fastu superbie pterennt
legem dei: vt hoc distare videatur inter zizania
r facientes iniquitatem: q zizania ad hereticos
schismaticos r male docētes r interptātes scri
pturā preter sensum pprium referatur: qui vero
iniquitatē faciunt / ad omnē perperā actionem.
Missio autē horum in caminum ignis et fletus
r stridor / perpetuitas est penarū contra tenerū
hominū sensum per ignis asperū sensum. Fle-
tus pro bonis irrecuperabiliter perditis. Stri
dor p reatibus inenitabiliter applicatis. Iusto
rum vero fulgor per similitudinē solis excessuz
eterne claritatis insinuat: qui nec sub imagine
lucidioris corpis potuit designari: quoniā sub
celo nil sole lucidius in corporibus inuenik: q
q multo peramplius ab ista luce in eternū splē
Esa. 30. dor iustorum erit. Nam erit lux lune sicut lux so
lis. Et lux solis erit sicut lux septem dierum: vt
etiā eo amplior sit excessus: vt in ipsius explica-
tione lingua pariter r scriptura deficiat: quoniā
nec oculus vidit / nec auris audiuit / nec i cor ho
minis ascendit que pparauit deus diligentibus
se. Quod vero marcus posuit / nō est certum diffi
nire si alia siue vna est cum ista parabola. Cre-
diderim potius esse vnam q aliam: quis aliqua
seriosius posuit marcus enarrare q mattheus.
Uerumtamen verba illa hic breuiter subrogan
tur: ne preterijsse videamur. Sator idem qui su
pra filius hominis: cui9 dormitio permissio est
agendorum. Nam qui dormit / incuriosus est in
agendis: nec circūspicit quid agatur: neq scru
tatur si quispiam aduersus eū paret insidias: si
quis aggrediatur: si aliquis bella commoueat:
si quis furetur: si quis quōlibet perperam agat.
Est enim dormitio quedam mortis imago: que
dam alienatio anime: ceca extasis mētis: impo-
tentia sensuum: quāobrem dormiēs inactuosus
est: non omnino / sed rationis motu. Quo typo
parabolice filius hominis dicik obdormire: vt
permittat libere spiritalē et mysticam pcedere
sationem. Exurrectio nocturna atq diurna cu
stodia r protectio est in aduersis r psperis / r ex
ercitatio in vtrisq. Qz semē germinat r crescit
ignorante satore: similitudo est / nō veritas. Ni
hil enī filius dei ignorat: q̄uis ignorantis typū
sepe demonstret. Ultro enim terra fructificat:
Spōtanea fructificatio terre bonū est natura-
le: quoniā habet naturale bonū per seipsum in
meliora pficere: multomagis r bonū superoga
te gratie ad potiora se traijcit. Ordo tn̄ et gra-
dus in spiritali pfectu existunt: vt primum ger
minet herbā / deinde spicam / deinde plenū fru-
mētum in spica. Uiridis herba que primo ger-
minatur ex semine / est ipsa fides qua efficiuntur
fideles. Nam fides est ex auditu: auditus autē
per verbū dei: quod est semen faciēs semina re
gni. Spica vero est charitas: quā effraite nomi
nare nesciētes / ab inimicis in flumine sunt sub-
mersi. Dignuz est vt submersus intereat q cha-
ritatem nō nouit: que virtutib9 omnibus super-
natat. Frumentum autē plenum in spica / boni
operis consummatio atq perfectio est. Perfe
cta siquidē charitas foras emittit timorē. Exclu
sio timoris plenitudo est virtutis: quoniā cū ad
perditionem vite rerum r ad subeunda pericu-
la nil timori subijcitur: plenū opus atq perfe-
ctum ex charitate generatur. Nec nō per herbā
ipsam bonam voluntatē intelligere possumus:
sed a pusillanimitate detentā seu apparentē in
nobis: nescientes tamen in quā partē debeat de
clinare: velut videntes grani viridem herbam:
ignoramus vtrū fructificet / vel arescat: aut defi- Ma
ciat humore modico / seu grandine descendente Marc
de celo / siue aeris aut terre defectu / aut hostiū Luc
incursu. Per spicam vero ipsam nostrā bonā
voluntatē: vtiq sic bonam vt mala queq decli-
net: tamē modica bona perficiat. Sed perfectū
frumentū in spica / perfectam in bonis operib9
insinuat voluntatē. Accedit etiā alius non mi-
nor vtiq sensus: vt herba tēpus nature ab adā
vsq ad legem: spica tēpus legis vsqquo deue-
nitur ad christum: plenum frumentū euangelice
siue christifere gratie tempus quousq presens
seculum finiatur / insinuat. Profecto etiā in his
tribus gradus militantium in ecclesia constru
untur: videlicet pbabiliter adorientiū: r gradi-
entium de virtute ima in illā que apicem habet
similiter r eoz qui ad conforme eis culminum

virtutũ peruenerũt. Falx autẽ que demum mittit de messore in messem/ ipsa est vniuersalis infallibilisꝗ dei iusticia: de qua scribitur Apocalypsis decimoquarto: Mitte falcem tuã acutã ⁊ mete: quia venit hora vt metatur: quoniã aruit messis terre. Et misit qui sedebat super nubẽ falcem suam in terrã: ⁊ messuit terram. Falcem acutam habebat qui sedebat super candidã nubem: videlicet sup ecclesiam omni virtute nitentem: qui similis erat filio hominis. Et qui seminat/ vt ipse saluator exposuit/ est filius hominis: vt idez sit messor qui sator extiterat: cui a patre omne iudiciũ datum est: quia filius hois est. Et coronã auream habebat in capite suo: quia ipse est rex regũ ⁊ dominus dominantiũ: ⁊ in robur nostre fidei atqꝫ spei ad coronã suscipiendã pro meritis: qui sumus in gloriã suam transformãdi non alij metallo similẽ/ nisi ei qui sup omnia metalla tenet excessum: vt supra id quod speramus aurearum sit in capitibus saluandorũ impositio coronarũ. Dicitur ꝓtinus filio hominis vt falcem suam mittat: acsi veritas ⁊ ratio dicerẽt: ac si spiritussanctus aut pater hois filio dicat vniuersalez exercere iusticiã: que per falcẽ designatur acutam: a cuius incisione nihil est reseruabile quin veniat in mẽsuram. Hora siquidẽ semp est excercẽde iusticie/ ad demetendũ eos qui vite huius cursum iuste aut culpabiliter expleuerunt: sed vna erit omniũ hora qua messis que finis est seculi/ demetetur: ⁊ omniũ erit dijudicatio extrema: cũ alia non succedet. Quia messis aruit: ad id ꝑfecto peruenit/ vt nil expectetur addendũ: excepta messione per falcem: quod fiet omnino in termino seculorum.

De parabola grani sinapis sati: secundũ mattheũ/ marcum et lucam. Capitulum IIII

Post parabolã iacti seminis: partim in perditionẽ/ partim in trifarium fructũ conuersi: ⁊ post illã qua mali cũ bonis vsqꝫ ad finem seculi dicunt admixti: in modica re augmentũ ecclesie designauit: vt virtus in deum: potentia virtutis ad seipsam: ⁊ quicqd boni in ecclesia exterius agitur/ ad fidei gratiam/ nõ ad homines referatur. Unde aliã parabolã ꝓ
Mat.13. posuit eis/ dicẽs: [Simile est regnũ celo
Marci.4. rũ grano sinapis: quod accipiẽs ho
Luce.13. mo seminat in agro suo: quod minimũ quidẽ est oĩbus seminibus que sunt in terra. Quod cũ seminatũ fuerit/ crescit: ⁊ ascendit in arborem: ⁊ fit maius omnibus oleribus: et facit ramos magnos: ita vt volucres celi veniãt ⁊ habitẽt sub vmbra in ramis eius] Non est hic similitudo rerum/ sed actionũ: quoniã sicut granũ sinapis videtur ꝯtemptibile inter semina: sic verbũ fidei videtur contẽptibile inter verba rationis humane: cũ verbum fidei dũtaxat sit in authoritate: dissertiones vero nature procedant ex quadã insita ratione. Sed cum verbum fidei homo christus seminandũ accepit: quod ⁊ seminauit/ vt iam ꝑnouimus: ⁊ inuisibilibus creuit augmentis: ⁊ ad perfectionẽ arboris per similitudinem fecit ramos plurimos/ status videlicet ordinesqꝫ viuendi: vt homines velut aues in aere absqꝫ certa via in vanitatibus huius mundi errantes/ incertis sedibusqꝫ vagãtes/ veniãt ad habitandũ ⁊ quiescendũ sub vmbra fidei christiane: velut a malis ⁊ intensis caloribus estuati. Una porro est arbor que ex stipite vno consurgit: sed diffunditur/ protẽditur/ dilatatur in ramis: non tamen multiplicata stipitis vnitate. Una siquidem est fides a christo fundata in cordibus hominũ in sato ⁊ contemptibili verbo: que seruans in tenaci radice atqꝫ in robore vnitatẽ/ suo ineffabili creuit augmento: ⁊ ramos expandit plurimos ad receptionez omniũ venire volentiũ: vt nulli excusatio ex tergiuersatiõe pateat/ si nõ venerit ad quiescendũ: vt si vnus ramus nõ placeat/ alter ad habitandum in vmbra eius in placito fiat. Quãuis enĩ vna sit fides credentiũ/ ⁊ vna in illa sit intentio actionũ: non tamen in fide omnino vna est operatio recte agẽtium. Nam ⁊ apostolus nouẽ in ecclesia distinguit spiritussancti operationes: ꝙ̃ꝙ̃ et multo sunt plures: que velut rami existũt in arbore/ sic iste manẽt in fide. Ramus est ⁊ inter ceteros primus/ inexceptuata obseruatio mãdatorũ: in quo primo insidere oportet aues spirituales aduenietes. Ramus est in arbore fidei quãꝙ abiectior/ ipsa cõiugalitas ꝯtracta modo debito propter ꝓlem. Ramus omĩs castratio propter regna celorũ: siue que semp integritatem retinuit: aut illa que de altitudine ꝓcellosi maris in portũ castitatis deuenit. Ramus abdicatio omĩs laudate materiei. Ramus in ꝓximum omnis actio cum pietate relata. Ramus anachoretica vita. Ramus cenobitica cõuersatio. Ramus castigatio corporis cũ discretione assumpta. Ramus est feruor ad penas/ ⁊ electio extinctionis vite: ne ꝑcidatur ab arbore. Magna numerositas est ĩ ramis. In omnibus his magna ⁊ plurima sunt testimonia euangelica/ similiter ⁊ apostolica: que velut nota saltẽ ex consuetudine agendi siue loquẽdi scrutatoribus scripturarũ/ ⁊ parcens etiã lectoribus intermisi: ac per hoc oẽs inuitanꝫ vt aues in arbore huiuscemodi fidei quiescamus. Nemo sibi de aliquo blãdiatur nõ posse in ramis fidei habitare: cum in ipsis tanta sit numerositas/ vt vnũquemqꝫ pro sua capacitate suscipiat. Nihil enĩ fides habet angustum: in ramis suis vastissima est: tantũmodo vnitas in fundamẽto seruatur. Quod autẽ post sationẽ grani triticei satio grani sinapalis inducitur: rectus ordo deposcit: vt amor charitatis super opera inducatur: quoniã iuxta mensuram amoris/ recte agentibus retributor bonorũ omnium premia largietur. Contritum enĩ granum sinapis/ vim eximie caliditatis ostendit. Sumptum id efficit/ cerebrum cõmouet: sed in hoc experientia plus elucet.

De parabola fermẽti: secũdũ mattheum et lucam. Capitulũ V

Virtutem diuinorum saluator ostendit
cū in eo quod tam videtur modicū/tan
tam operetur in transmutatione effica
ciam in virtute: sicut supra granū sinapis: nūc
autē fermentum. Nam ex arte pistoria noscitur
ꝙ modicū fermēti multam massam in naturam
suam ꝯuertit. Et dum ꝑ peccato seu peccatore
depellendo apostolus loqueretur/ausus est di-
1.Corin.5. cere: Nescitis quia modicū fermēti totam mas-
sam corrumpit. Non tamen hic peccati habet
imaginē/sed similitudinē ad ecclesie sancte my
steria ⁊ ad animā per bona opera satagentem.
Et multis hāc parabolā in sensum allegoricū
disserentibus: nos in vita agenda vt possumus
includamus. Nam de natura corporis esse mē-
bra certissimum est: ⁊ vnius nature corpus cum
membris: membraqꝫ cū corpore similē declara-
tionem suscipiunt. Quoniā si regnum celorum
sic assimilatū est: vt mulier fermentū accipiens
sit ecclesia/que rationes corporis tenet: sic que
libet anima que in corpore cū ceteris membris
membrum existit/ deuenire potest in similē acti
onem. Equidem fermentū anima accipit/ cum
suscipit condientē doctrinam: nam et doctrina
bona vel mala nomine fermēti signatur/cū dici
Mat.16. tur: Cauete vobis a fermento phariseorū. Hic
Mar.8. vero pro doctrina sana depromitur/cū assimile
Luce.12. tur sibi actio regni celorū: ꝙ talem similitudinē
omnino nō gereret/ nisi fermētum etiā in bonā
partem etiā accipi posset. Omīs igitur anima
que appetit esse in regno celorū/ accipit sancte
scꝫ euangelice doctrine fermentum: ⁊ in tribus
satis farine abscōdit: vt totū hoc efficiatur fer-
mentū: quod dici potest ꝑ his qui deliquerunt.
Farina nāqꝫ ad contritionē peccatorum refer-
Exo.12. ri solet. Nam israelitici egredientes ex egypto/
iussi sunt portare farinam: contritionē videlicet
peccatoꝝ. Et ad babylonem vt molat farinam/
Esa.47 ad contritionē malorum suorum dicitur: Tolle
molam ⁊ mole farinam: denuda turpitudinem
tuam. Cuius tria sunt sata. Tres em̄ potissime
sunt contritionis cause: quas mēsuras recte ap
pellamus. Habet vnaqueqꝫ determinatā dolen
di rationē. Prima siquidem: quia omne iniquū
in dei primo tendit offensam: cū fiat cōtra eius
legem eternam: que mala fieri semꝑ prohibuit/
nunꝙ concessit. Secunda: quia eius ledit autho
rem/etiā si pena sensibilis non sequatur: cū eius
dehonestat naturam: cum minuit aut consumit
quod author in illa placitū possidebat: ⁊ quantū
in ipso extitit/peccando se abstulit a pulchritu-
dine vniuersi. Tertia: quia diuina durante atqꝫ
dictante iusticia/mali author segregatus a deo
eijcietur in penas. Fermentū igitur euangelice
doctrine in his tribus mēsuris absconditur do
nec totum fermētetur: vt in seipsam hec tria cō
uertat: ⁊ fiat amaritudo euangelica: que semper
parit gaudiū post mortē. Et hoc est quod salua-
Mat.13. tor parabolice dicit: **Simile est regnū ce**
Luce.13. **lorum fermento quod acceptū muli**
er abscōdit in farine satis tribus: do
nec fermentatū est totum. Et etiā acce
pta ipsa eadem doctrina in tribus viribus ani-
me absconditur: vt ꝺm suam proprietatē in illā
conuertatur: quod est memorari ⁊ intelligere at
qꝫ velle: quoniā nihil tam dignum memoria ꝙ̄
doctrina saluatoris: neqꝫ ad intelligendum est
alia doctrina superior / ꝙ̄ velle perfecte: sen-
sus est consummatus. Non fit farina/nisi in du
abus molis granū conteratur: quarū vna supe-
rior/ alia inferior: que nec iure pignoris accipi
ende sunt: charitas videlicet que omnibus su-
perfertur: ⁊ timiditas ne in inferioribus parti-
bus anima detrudatur. Nec abscōdi poterit in
farina fermentum: nisi aqua calida consperga-
tur/vt totum conspersum fermenti virtute fer-
mentetur: quā nihil aliud esse dixerim ꝙ̄ gratiā Gal.3
ex amore tributā: vt christo commassati/eiusqꝫ
doctrine/vnus panis simus cum ipso: pro ipso
amaritudinē huius vite tenētes: cum ipso facti
vnum eternaliter regnaturi. Et hoc est quod in
fermēto sic absconso intelligit᷑ regnū dei.

¶ De parabola thesauri absconditi secundū mattheum. Ca. VI

Noluit eterna sapientia occultare myste
ria ⁊ humanos aīos accendere ad que
rendū. Et ꝑ parabolā thesauri abscon
diti designauit ecclesie thesaurū: exercitiū iustū
in agenda vita statuit christianis/dicens: **Si-** Mat.
mile est regnū celorum thesauro ab-
scondito in agro: quē qui inuenit ho
mo abscondit: et pre gaudio illi⁹ va-
dit et vendit vniuersa que hꝫ: et emit
agrum illū. Si vnus ⁊ idem est abscondens
inueniēs/ vendens ⁊ emens: occultissimā ⁊ diffi Joan.15.
cilem explanationem habet parabola. Si vero
vnus est absconsor/alius emptor: facilior ⁊ cla-
rior carpitur intellectus. Nam si vnus esset ab
scondens ⁊ emens: hec sequeretur absurditas:
Quis em̄ inuentū thesauꝝ/ preterꝙ̄ in suo agro Esa.45
absconderet? Quis in alieno/vt ꝓpter thesau-
rum ad emendū animaretur agrum? Si autē in
suo: cur om̄ia distraxit/et quod suum erat emit?
Quis em̄ sue rei sibiipsi factus est vendēs ⁊ em
ptor? Nisi fortassis sic velim⁹ asserere ꝙ quispiā
in alieno agro ex casu thesaurū inuenisset: quē
cum non potuisset extrahere aut nollet/ne furti
iudicio subiaceret: magis iure vēditionis ⁊ em-
ptionis voluerit possidere: sua queqꝫ distraxit vt
agrum habentē thesaurum absconditū posside
ret. Sed ꝙ vnus ⁊ idē sit ad quē omnes huiusce 1.Corin.13
modi pertineant actiones: tarditas ingenij mei
venire in hāc confidentiā oīno diffidit/spiritus-
sancti gratia ꝓhibente. Verūtamen ad has di-
uersas operationes/ diuersos authores inspice
re decentius iudicaui: vt alius abscondēs/alius
sit ⁊ emēs: ad quā elucidationē singula in expla-
nationē deueniāt. Abscondens est deus pater.
Thesaurus est filius humanatus. Ager ipsa est
actio agēde vite. Inuētor ⁊ sua vendēs et emēs
est omnis fide syncera signatus: regnumqꝫ celo
rum/scꝫ ecclesia sancta nouit/habet hoc: in ipsa

huiuscemodi ministerium sine intermissione peragitur. Inuenit pater nō temporaliter/ sed eterne filiū: cum ab eterno genuit eū quem in tempore prefinito abscondit primo in humanitate: vt postmoduz in actione vite agende absconderet. Actio siquidem ipsa est omne sacramentale mysteriū/ in quo absconsus est Christus: sic absconsus vt non intelligatur: sic vere vt per fidem inueniatur: nam aliunde sacramenta non essent/ si nō absconsum Christū haberent. Abscondit se Adaz ne videretur a deo: innocentie stola nudatus inobedientie merito quam ipse sub celo primus incepit: sed deus e regione filium in sacramentis abscondit: vt inueniretur ab homine merito fidei/ quā hominibus dedit. (Gen.3) Inuentus Adaz ab absconsione sui argutus est/ penaq́ꝫ multatus: inuētus christus inuentoribus peccata remittit. Nudus abscōdebatur Adā a stola virtutis: filius dei abscondit humanitate vestitus: quā vt reuiuisceret p̱ma stola genus humanū sponte suscepit. Non eñ in sacramentis fidei nostre filius dei preter humanitatē/ nec preter deitatē humanitas creditur. Unio siquidē vnā omnino facit esse personaz. Decretū fuit eterni consilij/ vt sic abscōderetur filius dei: vt sic per fidem inueniretur: vt labor inquisitionis in corruptibilibus creaturis/ culpā delectationis in eis prohibite per gratiam dei superaret: et quereretur in multis quez propter multa homo reliquerat: et a multis accederetur ad vnū: a quo ad multa fuerat facta digressio. In virtutibus etiā est abscōsio christi: quoniā cū in actū deueniūt/ actionis eius (Joan.15) est gratia/ Christo dicēte: Sine me nihil potesis facere. Necnō omnis bone legis ipse appositus est finis/ velut premialis thesaurus in agēdis: quoniā finis legis christus ad iusticiā omni credenti: vt pro omnibus asserat dictuz (Esa.45) propheticū: Uere tu es deus absconditus. Uere deus absconditus in humanitate latens in sacramentis: sine corporea dimensione consistens/ incomprehensus a sensibus/ fide creditus. Latet hic thesaurus in agro virtutū: in quo inuisibiliter inuenitur. Hoc eñ potissimuz habent virtutes viuifice/ christū scꝫ dei filiū i thesauris. Non eñ videtur in sacramentis aut in virtutibus christus: sed miro et ineffabili modo absconditus est in eis: qui fide inuenit: premio reuelatur: et aperta facie cognoscet. Hinc (1.Cor.13) apostolus ait: Uidemus nunc per speculuz in enigmate: tunc autem facie ad faciē. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum. Quare videmus sicut p̱ speculum in enigmate: nisi quia in agro agende vite absconditus est? Ager siquidē agende vite/ ipsa est virtutū congregata congeries: scḋm quam debet esse omnis actio christiana: sed in ipsa christus nisi in fide conspicitur: vt omino nostris sensibus abscondat. Sed cū aduenerit tps p̄mij post exercitiū huius vite videbimus facie ad faciē: ꝛ cognoscemus vt cogniti sumus: vt nō abscōdita amplius/ sed in oñi reuelatiōe atq́ꝫ apta visione cognoscat. Atq̄ nō abscōdit eū deus vt semp̱ maneret abscōsus: sed vt inueniret ꝛ cognosceret: ꝛ fieret manifestus: ꝛ esset premiū inq̄sitionis ꝛ beatitudo inuētionis. Nā thesaurus abscōditus ꝛ sciētia abscōdita/ q̄ vtilitas i vtrisq́ꝫ? Si thesaurus nō inueniat et sapientia/ non effundatur/ protinus est ꝛ nulla. Sed hoc fine filium eternus pater per huiuscemodi formam abscondit in tempore/ vt in tempore inueniatur eternus: qui factus est in humanitate tēporalis pro omnibus. Proinde inuētor simul factus emptor accedat. Accessit igit homo ad alienū agrū: ꝛ aliquid ibi egit vñ meruit iuenire thesaurū occultatum. Amore thesauri contractus est: quo distraxit que ante dilexerat: et ad cōmertiū venit: ex quo in luce iam factū est/ suum non esse agrum quē emit. Alterius erat iuris quod sui vendicauit ex precio nō definito/ ex numero/ pondere vel mensura: sed ex vniuersa distracta substantia emit agrū illum: vt siue magni numeri siue parui ponderis ꝛ mensure/ nilq́ꝫ taxaretur: nil esset in exceptione: sed omis substantia reduceretur in preciū/ vt cōpararet agrū propter absconsū thesaurꝫ. Si quis iuxta litterā sequitur omne quod parabolice dicit: aut in sensu scripturaruz errat/ aut ignorat: et ignorando violentabit scripture decursum: retorquens in nefidā partē: que violentiā omino nō patitur. Quāobrem in omnibus sacre scripture mysterijs id ꝯsyderare p̱us expedit/ vt intentioni seruiatur dicentis. Hic post thesauri absconsi negocium/ qualiter in mysterio regni dei possit inueniri discernendū est. Ad inueniendū velut quedā fortis mulier accessit ecclesia: seu prima siue omnis subseq̄ns fidelis anima: illo scilicet pede licite inquisitiōis/ quo vnicuiq́ꝫ licitū est querere catholicā fidem: que cū inuenisset primo agrum q̄ꝫ occultū thesaurꝫ: cōsyderauit illū et emit eū. Quare consyderauit? Utrū in illo aliquid lateret. Naz prius ager q̄ꝫ thesaurus nostris offertur obtutibus. Et diligenter cōsyderans inuenit in ipso agro sacramentorū atq́ꝫ virtutū ineffabilē latere thesaurum/ ad innotescentiaz recte agentiū/ q̄ꝫ virtus ducit ad christū/ non christus ad virtutem: q̄ꝫuis ipse primo ad virtutē capessendā adiutorium prebeat: quoniā nō finis christi virtus: sed christus finis est omino christiane virtutis. Et supra iaz diximus quod ap̄ls dicit: q̄ꝫ ipse finis est legis ad iusticiā oñi credenti. (Ro.10) Inuētus est thesaurus in agro/ diligēti cōsyderatione p̄habita. Hec eñ fuit actio in predio alieno: vt cōsyderaret q̄d boni ꝯtineant sacramēta siue virtutes. Ratio prior hoc laborauit in agro. Ipsa intelligētia prior operata est: cū ingredi fuisset ipsa p̱missa: cū se abstraheret ab his in quibus sensualiter ꝛ naturaliter agebat: ꝛ niteret si q̄spiā supra naturā posset inquirere. Hoc typo salomon ante perfecerat/ dicēs: (Eccs.2) Cogitaui in corde meo abstrahere a vino carnē meā: vt animū

meũ transferrẽ ad sapientiã: euitarẽq stulticiã
donec viderẽ quid esset vtile filijs hoĩm. Opti
ma cogitatio humani cordis: vt abstrahat na-
turalis caro: qua velut a parte totũ totus intel
ligitur homo/ab ea leticia qua forinsecꝰ et blã-
dimento sensuũ delectatur: et animus transfe-
ratur ad sapientiã: que solũ in vitalibꝰ virtuti-
bus plene consistit. Et stulticia deuitet q̃ ipsa
est/et nõ altera: scz gaudiũ siue solamẽ/atq be
atitudinis requiẽ querere in caducis. Hec stul-
ticia plena consistit his delectari que aliũ ordi
nant ad finẽ: nõ de virtutibus dixerim/ sed de
ꝑfunctorijs atq terrenis: et que mortali car-
nis prudẽtia inq̃rũt. Hoc siquidẽ ideo fiat/do-
nec videat quid sit vtile filijs hoĩm. Nihil vti-
Psal. 44. le porro est filijs hoĩm/nisi speciosus forma p̄
filijs hoĩm: qui filius dei existẽs/ inuẽtus est vt
hõ in habitu hominũ: formã dei nõ relinquẽs/
induit formã hoĩm: quẽ nõ cognouerũt filij ho
minũ/ sed excedẽtes naturã oĩm hominũ. Con-
tra quẽ dilexerũt vanitatẽ: quesierũt mendaci-
Psal. 4. um graues corde filij hoĩm: sine quo vani sunt
Psal. 61. filij hoĩm: mendaces sunt in statheris iusticia-
rũ suaꝝ filij hoĩm: sine quo damnant oẽs filij
hominũ: cũ quo et in quo et ꝑ quẽ saluãtur filij
hoĩm. Quid ergo vtile aliud põt esse filijs ho-
minũ/nisi christus dei filius redẽptor oĩm ho-
minũ? Hec nẽpe sit iuxta Salomonis typũ ho-
minũ cogitatio: vt q̃d sit vtile filijs hoĩm cog-
noscat. Sed hic abscõditus est in agro. Si cõ
syderasti agrũ/eme illũ. Nõ est tui iuris: nõ est
tue potestatis. Distãt virtutes a nouerca natu
ra: q̃uis sint ƒm ꝯditã naturam. Iure paterne
hereditatis illas hereditare nõ possumꝰ. Spi-
ritualia ꝛ corꝑalia mala ĩ hereditatẽ a ꝓtopla-
stis accepimꝰ: ꝛ ꝑpetuant ĩ nobis durãte ꝓpa-
gine dãnata: vt nemo ab his hereditarijs ma-
lis preter q̃ thesaurꝰ abscõsus absoluat. Pre-
cio penitꝰ opus est: vt iure vẽditiõis et emptio-
nis deueniat in agrũ hũc thesaurũ occultantẽ
Unde preciũ ad rẽ tã alte venalẽ? Que insigni-
te monete sufficiẽt? Unde copia metallorum?
Que supscriptiones ꝛ imagines cesaris impri-
mentur? Quis proxeneta fiet suadens venditi-
onẽ domino possidenti? Qui tabelliones ad in
strumẽta condẽda? Que fiãt in hmoi cõmercio
cautiones? De his neq de similibꝰ nemo causet
Mat. 19 Uade vende oĩa que habes: nihil retineas tibi
Actuũ. 5. distrahendũz: vt Ananias ꝛ saphyra de precio
nõ defraudes. Affer vẽditori oĩe quod accepi-
sti preciũ magnũz vel paruũ: dũmodo sint oĩa
inexceptuate tua bona distracta. Oĩm eñ inex-
ceptuata distractio que q̃s habet/est oĩbꝰ ab
renũciasse peccatis q̃ nostri sunt iuris. Ista dũ-
taxat habemus ꝓpria: pctã/ꝯsuetudines malas
rebelliones ad verũ/placita sensuũ/voluntates
ꝓprias/ꝛ ꝓprias regulatiões: ꝛ ƒm naturã cor-
ruptã ledẽtes ꝛ ĩclinatiões ꝛ mores ex eis. Isto
rũ oĩm venditio fiat: ꝛ fiamꝰ in gratia q̃ naturã
excedit/ꝛ corruptã supat. Cui vendet? Hec eñ
mala quis sibi vẽdicabit ex precio. Parabola
est. Nã his oĩbꝰ abrenũciasse/ vẽdidisse ptinꝰ
est. Preciuz eñ quod ex his patrimonialibꝰ et
ꝓprijs malis sic distractis ꝑcipit: ipsa est dispo
sitio in alterã vitã/et ꝓpositũ ꝑsistẽdi/recidiuo
omni depulso. Ipsa est firma volũtas ꝑ oĩa
in gratia fieri: supata/nõ destructa natura. Et
emit ager sacramẽtoꝝ atq virtutũ: ĩ quo semꝑ
aliquid est agendũ/de quo viuẽdũ. Ubi thesau
rus est abscõditus/ĩ futuro seculo reuelandus
In hoc agro meditabat Isaac: nã egressus ali
quãdo fuerat ad meditandũ ĩ agro. Que igit ẽ
agri meditatio/ nisi qualiter in illo ĩmaculate
et nõ ociose viuat? In quo sic meditatus/ vidit
rebeccã sponsã nouã aduenientẽ: quã nil aliud
dixerim q̃ gratiã spũssancti: ĩ ea videlicet asso
ciatione matrimonij spũalis: q̃ q̃s semꝑ ad me-
liora se trãsferre nitit: eidez inseꝑabili vinculo
copulatus. In hoc agro iacob ꝑgẽs ad orien-
talẽ plagã/ vidit puteũ fontalẽ/atq profundaz
dei sapientiã: circa quẽ accubabãt tres greges
ouiũ/tres videlicet ordines saluandorũ/ adaq̃-
ri ex illo puteo expectãtes. Nõ est vera sapien
tia neq profunda/nisi in agro sacramẽtoꝝ atq
virtutũ: qm̃ in eis est christus: ĩ quo sunt oẽs
thesauri sapiẽtie abscõditi. Nec alibi qui saluã
di sunt/ q̃ iuxta hmõi puteũ accubare decreue-
rũt: adaq̃ri aqua sapiẽtie salutaris/nõ terrena
ꝛ carnali q̃ bibẽtes interficit/expectãtes: q̃ deꝰ
suos potanit electos. In hoc agro ruth moa-
bitis de iussione socrꝰ accessit ad colligẽdũ spi-
cas post tergũ metẽtiũ: vñ sui victꝰ possit fulci-
re inopiã. Deficiens ruth interpretat. Et vere
oĩs aĩa ĩ defectibꝰ est ꝛ ꝑditiõi ꝓxima: nisi acce-
dat ad agrum sacramẽtoꝝ atq virtutũ: vt colli-
gat exempla sanctoꝝ/ꝛ iuxta nouitatẽ ꝯuersio-
nis illa modica verba q̃ capi pñt ex ore doctoꝝ
Ager iste ad quẽ ruth moabitis accessit: nõ cu-
iuslibet hoĩs/sed hominis in quo virtꝰ et forti-
tudo ꝯsistit. Sic eñ booz interꝑtat. Decet eñ
agrũ virtutũ esse hominis virtuosi atq potẽtis
quem nullus violẽter ꝑ improbitatẽ expugnet.
Hec mulier a dño agri precognita: ne in alteꝝ
agrũ ad legẽdũ spicas accedat/exhortationem
accepit: qm̃ oĩs ager preter q̃ virtutũ/ honestã
cõuersationẽ nõ habet. Nec sunt messores qui
exempla honestatis atq verba veritatis nõ re
linquunt/vñ agẽde vite possit esse ꝯsiliũ: vt mo
desta imitatio sit post eos. Et tradit huic ꝯsor
tiũ puellarũ: vt sociarũ fulta solatio/ in virtute
aĩa plus ꝓficiat: nã socialiter iocũdiores sunt
spũales agones. Et iussũ acceperũt serui/ne in
hoc agro molesti essent huic mulieri. Non eñ
vnius dñi serui ad inuicẽ debẽt habere molestiã.
Et cõcedit cũ pueris bibendi licentia cũ sitis
aduenerit. Omniũ electorũ in agro sanctorũ q̃-
uis dispar/ sapiẽtie atq gratie fit vna potatio ꝛ
saturatio ex pane metentũ. Et largã supra spe-
ratũ hec mulier accepit licentiã/vt si vellet me
tere potuisset. Nam sepe de nouo cõuersis/dis
positiõe atq animi firmitate cõspecta/ tribuit
autoritas disserẽdi. Et aĩo dilatato mandatur

messoribus: vt ex industria plus apponāt: cum assint qui plus colligere valeant. Et colligebat hec in agro a mane vsq ad vesperā: qm̄ vsq ad finem vite actio iusta non debet excludi Quid plura dixeri? In hoc agro facta ē dispotio vt ruth booz sancta et insepabili lege mrimonij iūgeretur: ad spem auxesis / q omipoteti deo in eternitat eiūgamur: ꝑquirētes thesauꝝ absconditū in agro sacramētoꝝ atq virtutū.

¶ De parabola margaritarū / secundū Mattheū tantū. Ca. VII

Incompabiliter preciosus preciosa mysteria condidit: ꝛ in preciosis mysterijs suā designauit ecclesiā: qm̄ negociationi margaritarū ipsā parabolice compauit di-
Math.13. cens: [Simile est regnū celoꝝ homini negociatori / querenti bonas margaritas. Inuenta aūt vna preciosa margarita: vadit et vendit omnia q̄ habet / et emit eā] Inoleuit ex antiqua cōsuetudine inter hoies negociari: et facta est inquisitio ꝛ inuētio secretaruꝫ partiū mūdi ad peragēda negocia: illasq partes negociatores frequentant / quas suis negocijs ad cōmertia faciēda nouerint ex rerum copijs aptiores. Et cū inuenerint aliqd insigne ꝑciosuꝫ: emptionis iure sibi vēdicare festinant. His typicis actionibꝰ ecclesia sancta deducit: que regnū celorū in sancto euāgelio sepius appellat. Naꝫ negociatores sunt / sed ꝑ celestibꝰ legitimi christiani. Et qui nō fuerint / animant ad negocia pficiēda celestia: cū tale margaritū reperiat in regno: preciositate cuiꝰ sunt omnia merito distrahenda. Querūt preciosas margaritas: sed vna est dūtaxat sup oēs preciosa: cuiꝰ virtus ad oia valet: ꝛ omnē expedientiā habet. Cetere gēmis sint aliquibus insignite virtutibꝰ non expediunt ad finē ad quem negociator est editus: nec auferunt inopiā / ad quam depellendam ipse mercatur: nec illā infirmitatē depellunt cum qua periculosius negociator ipse decertat. Nam si de margaritis scientiarū agit: preciose quidem sunt: multa docent: erudiunt negociatorem: attollunt in fama: eloquentē faciunt: in admiratione atq veneratione hominū sepe ponūt: ostēdūt secreta nature: ad astra discernenda sustollunt: rerū mensuras et figuras aperiunt: calculando cuncta proportionantur: modulantur vocis productibilis instrumēta: orare faciūt et acute syllogizare: habentem physicā adijciunt: ne ledatur physis / ꝛ lesa curetur: chirurgicari demonstrāt / vt vlcera ꝛ vulnera de corporibus depellātur: solonis ꝛ atheniensiū et romanorū leges ante mundi rectores fortiter garriūt: et vt perstringā / mathematicarū et mechanicarū plenus est orbis. Et in currū quatuor disponentiū hominū more multi ascenderunt: et adhuc acute disputatur dē ipsis: sed nec expediunt possessorē ex omni preciositate quā continent: eius animū non quietant: beatā vitam nō conferunt. In vna / nō in pluribus omnis est virtus: in illa videlicet euāgelica et eterna doctrina: que preciositatē habet temporalē / similiter et eternā. Quā qui inuenit / omnia distrahat: omnia vendat: abneget semetipsū: et emat illā: ad quā inueniendā / oīm querentiū vitam et saluari volentiū festinare deberet intentio: quoniā de illa scriptuꝫ est: Qui me inuenerit / inueniet vitā: et hauriet salutē a a domino. Si vero ad omnia mūdi preciosa volumꝰ referre parabolā: nil preciosius inuenitur in orbe terrarū / q quod inuenit in agro dominico. Nil protinus preciosius christo: qui preciosa est margarita in terris inuenta: qm̄ ipse in terris visus est: et cū hominibus cōuersatꝰ est: qui nō inueniretur nisi quereretur. Uerūtamē nec hoc / nisi se offerret omibus requisitꝰ. Sed tempus est requirendi dn̄m: cū se inueniendꝫ exposuit. Et si nō inuenitur nisi queratur: etiaꝫ necdū queritur nisi se requirentibꝰ offerat: tantum questioni regula prefigit. Hinc ꝑ Sapiē-
entiam regula querendi posita est: In simpli- Sap.1
citate cordis vestri querite illū. Inuenit auteꝫ ab his qui nō tentant illū. Apparet autem his qui fidē habent in illū. Ecce simplicitas premia est ad inuentionē optime margarite. Cōnectit
autē dn̄s ꝑ Hieremiā cordis totalitatē / dicēs: Hiere.29
Cum quesieritis me in toto corde vestro / tunc inueniar a vobis. Matutina sollicitudo ad inueniendū congrua via est: tepiditas autē nunq inuenit eum. De quo in typo sapientie scri-
ptum est: Qui mane vigilant ad me / inuenient Prouer.8
me. Mane autē vigilare ad christuꝫ / est illum omnibus cogitationibus et speculationibꝰ anteferre: qui semper inuenitur / si nihil ante illūꝫ taut preter ipsū queritur. Sub eodē etiā sapien-
tie typo in libro Sapientie scriptū est: cuꝫ his Sap.6
qui facilem subuentionē expediunt. Facile videtur ab his qui diligunt eā: inuenitur aūt ab his qui querunt illā. Preoccupat qui se concupiscunt: vt illis se prior ostēdat. Qui de luce vigilauerit ad illā / non laborabit: assidentē illam in foribus suis inueniet. Ecce dilectio / questio concupiscentia / euigilatio de luce veritatis et fidei: preoccupantē nos et assidentē foribus voluntatū nostrarū / facile faciunt inuenire. Exi-
mius autē prophetarū alibi audiuit / et alibi in Ps.131.
uenit. Ecce audiuimus eā in effrata: inuenimꝰ eam in campis sylue. Preter id q i iudea christus natus est / a quibus reprobatus: inuentꝰ est in syluis gentiliū docere / vbi spiritu et virtute inueniatur. Nō igitur descēdamus in secretiora maris: non montiū alta subeamus: nō loca cōmercij ad ineniendā hanc margaritā: sed cāpos sylue penetremus. Sylue loca sunt inculta et agrestia. In inculta et agresti via rationabiliter assumpta / christus dn̄s inuenit: Nō em̄ in campis deliciarū / sed syluarū qui se obtulit requisitus. Querantur loca remota et nemorū campi: qui sunt amici meroribus / cōtemplationibus apti / a strepitu alieni: et inibi inuenient: qui inter delicias ꝛ turbas sepe perditꝰ est. Est inter oēs quedam via decentior / compendiū

habens: vt sic queratur vt ab apl'o referꝛ inuē-
Philip.3. tus. Inquit eñ: Et habitu inuentus est vt hō:
indutus est dei filius nostre humanitatis habi-
tū: in quo apparere hominibus voluit: sicꝫ in-
ter homines conuersari: vt posset a querentibꝰ
inueniri. Qualibus moribus apparuit christꝰ/
in talibus inquiramus. In forma hois degēs
mōstrauit hoibus quid in ipso inuenire satage-
rent. Uerbo vitā agendā docuit: egit ope: etiā
habitu inuētus vt hō. Supra id quod hois est
viuebat. Inspiciantꝛ actiones eius: in illis in-
quiratur: et inuenietur vt homo: circūcisus vt
homo: ad templū delatus vt homo: fugit ī egy-
ptum vt homo: timuit vt homo: conuersatꝰ vt
homo: subditus parētibus vt homo: baptisa-
tus vt homo: ieiunauit vt homo: tētatus vt ho-
mo: predicauit vt homo: laborauit vt hō: dor-
miuit vt homo: esuriuit vt homo: manducauit
vt homo: sitiuit vt homo: bibit vt hō: plorauit
vt homo: turbatus vt homo: clamauit vt ho-
mo: aporiatus vt homo: humiliatus/ traditus
vt homo: ligatus vt homo: verberatus vt ho-
mo: passus vt homo: crucifixus vt homo: mor-
tuus vt homo: sepultus vt homo: resurrexit qꝛ
homo: ascendit vt homo: etiā et quia homo in
omnibus procul depulso peccato. Sic ergo in-
uentus vt homo: ita eū querat et inueniat hō:
inuentū teneat nec dimittat homo: et introdu-
cat in tabernaculū mentis: donec ipse in eter-
na tabernacula introducat.

De parabola sagene/ secūdū mat-theum. Capitulum VIII

O Rdinauit saluator ī iā dictis parabo-
lis exercitia hominū: et aniauit corda
multoꝝ: nūc ꝑ parabolā q̄ finē seculi
portat/ omniū mentes absterret/ et cautelā sua-
det: cū ad examen electionis necessariū sit ve-
nire: ad reponendū electos in partibus sūmis:
et reprobos in penis tetralibus eternaliter in-
Mat.13 cludendū. [Iterum simile est regnū ce-
lorū sagene misse in mari: ⁊ ex omni genere pi-
scium congreganti. Quā cū impleta esset/ edu-
centes: et secus litus sedentes/ elegerūt bonos
in vasa sua: malos autē foras miserūt. Sic erit
in consūmatione seculi. Exibūt angeli: et sepa-
rabunt malos de medio iustorū: et mittēt eos ī
caminū ignis: ibi erit fletus et stridor dentiū.]
Hic mores cudere difficultatē habet: et timeo
exorbitationē ab alueo recto sacre scripture/ si
velim illos importune inducere: nā de fine hu-
ius mundi et ecclesie parabola est. Et si nil ali-
ud argueret mundi finē: vtiqꝫ sufficienter asse-
rit hec adaptatio saluatoris: nec ad aliū sensū
multa expositione indiget: cū ipse clarefecerit
discipulis et auditoribus suis. Ad soliditatē re-
cte agentiū est ista parabola/ et in ꝑuersorū pla-
ta terrorē: cū boni eligātur: peruersi detrudan-
tur in penis. Est autē ista sagena oīs iusticia
siue doctrina missa in mare presentis seculi ab
oīm creatore ab Adā vsqꝫ ad consūmationē: id
est/ in qua recte agi potuit vel peccari. Cōnexa
quidē et reticulata mansit ab eo tēpore quo cre- zech.17
ator creaturā condidit/ cū qua sub celo loque-
retur: nec intercisio facta fuit in filo/ quin sub
nodis multiplicibus necterecꝛ: ab originali iu-
sticia per circūcisionis distinctionē et locutio-
nē patribus factā: et ꝑ legē in monte sina: et ꝑ
eructuationē ꝓpheticā: quousqꝫ euangeliū ad-
dereꝛ: ex quo velut ex reticulato artificio est in
nodis insolubilibus ꝑfecta sagena ꝓtensa sub
vndis: in qua pisces ꝓcellosi maris vndiqꝫ cō-
greganꝛ/ ꝓducēda ad lituſ: cū piscationē hoim
voluerit terminare. Ad hanc sagenā imittendā
sub vndis/ ipse ꝓtoplastus post preuaricationē
piscator effectus est: velut qui prior ī hoibꝰ no-
uerat dn̄i voluntatē: quā faciendā/ et sue ruine
cautelā posteris predicauit. Enoch etiā ī sage-
na originalis iusticie semetipsū et alios pisca-
tus est. Noe ad huiuscemodi officiū piscatio-
nis accessit. Abraā/ isaac et iacob suis tꝑibꝰ pi-
scati sunt. Joseph/ moyses et aarō conati sunt
piscari etiā pharaonē/ egyptiacūqꝫ ppl'm: simꝛ
cū eis quos de ipsoꝝ manibꝰ eripe cupiebant.
Josue et qui tꝑa iudiciaria tenuerūt/ zelatores
legis in arte piscatoria studuerūt. Samuel ⁊ re-
ges deo accepti/ oēsqꝫ ꝓphete: q̄ nō a seipsis/ sꝫ
a dn̄o missi sunt: artē piscatoriā exercuerūt: per
quos etiā predixit dn̄s piscatores alios se esse
missurū: apl'os preintendēs et subsequos: vsqꝫ
quo seculū termineꝛ. Hinc ꝑ Hieremiā dictuꝫ
est: Ecce ego mittā piscatores ad vos dicit do- Hier.
minꝰ et piscabunꝛ: nō alia sagena nisi in ea quā
ex filo eterne legis contextā agnouimꝰ. Et ī al-
tū ducta est sagena ista/ et ꝓfunde laxata in ca-
pturā: eo sensu quo in vocatione apl'oꝝ dictū ē/
ꝙ a piscatione pisciū essent ī piscationē hoim Mat.
cōmutādi. Ex quibus cū fuerit impleta sagena
educiꝛ ad litꝰ: vbi erit finita piscatio. Et qm̄ mi-
xta est captura rōnabiliū pisciū/ sicut et ratiōe
carentiū: qꝛ nō oēs vixerūt/ vt in diuersitate la-
bentiū tēporū susceperūt: nec oēs habuerūt re-
probū sensū: aperta fiet bonorū electio/ malis
etiā publice reprobatis. Sed hi dūtaxat eligū-
tur/ q̄ ab eterno ꝑ̄destinati sunt: quos elegit an̄
mūdi ꝯstitutionē sanctos esse/ cōformesqꝫ fieri
imagini filij sui: q̄ electiōi diuine prestauerunt
assensum: se transferentes in nouitate vite/ ad
ambulandū apte in via dei: nō arbitrio ꝓprie
voluntatis/ sed decretor lege vocantis. Uerū
tamen nō obstat huic parabole/ que ꝑ ꝯsūma-
tiōe seculi dicta ē/ illa singulariū ꝯtinuata pisca-
tio: vbi sub incertitudine militantiū aliq̄ eligū-
tur adueniēte corpis morte: aliqui reprobātur:
quoniā huiuscemodi piscatio habet iudicium
dubiū et occultū: vltima vero certum et mani-
festū. Et ex hoc nobis porrigitur sub cauto ti-
more ducere vitā nostrā/ ne simus de piscibus
reprobatis: sicqꝫ degere sub aq̄s procellosi ma-
ris/ vt in capturā veniamus electā: cū ⁊ sagenā
etiā nō immerito dixerim dei omnipotētis in-
euitabilē iusticiā: que absqꝫ alicuius subterfu-
gio cunctos inuoluet. De qua sup Pharaonē

Ezech.17 regem egypti ab Ezechiele pphetatū est: Expandam super te rete meū in multitudine populorū multorū; et extraham te in sagena mea et proÿciā te in terrā. Gloriabat hic quasi aq̄ruz dominus: et q̄ ab ipsis protegeret. Quem dominus per prophetā in sagena sue omnipotentis iusticie capere cōminat: vt super euz decernat penaliter / qui iuste viuere recusauit. Angelorū vero ministeriū et malorū tormentum / solertibus scripturarū scrutatoribus patent: More autē doctoris volētis in animo audientiū omino inferre doctrinā: et precauens quod pfertur ne ab intelligentia elabat / interrogat: Intellexistis hec oīa? Dicūt ei: Etiā. Incompabilis boni pditi periculū noscit / si deficit intelligētia / vbi veritas docet. Et nō appēdisse mores iusticie / germanū ē bestÿs. Sz nec intellexisse perfectū quispiaz habet / si desit actio cui tribuitur premiū. Nemini ad palmaz scientia facta est aut acuitas intellectus / si deest amor et possibilis actio. Igitur vt in predicationē et actionē veniant / christus interrogat Intellexistis hec omnia? Affirmant auditores presto esse intelligentiā ad prolata: que aut ad iudiciū / aut ad misericordiā intelligētibus est Et ait illis p parabolā confirmans: Ideo omnis scriba doctus ꝛc.

De pabola scribe periti ad patrēfamilias et thesauratum / secundum Mattheum.

Ibid.

Capitulū IX

Cum multas parabolas sine interpolatiōe dn̄s posuisset: tādē quod ptulerat ad cui⁹ similitudinē faceret / declarauit dicēs:
Mat.13 Ideo oīs scriba doctus ī regno celorū / similis est hoī patrifamilias qui pfert de thesauro suo noua et vetera. Habet patfamilias thesauros ex reb⁹ veterib⁹ aut antiq̄s: tā transmutabiliū rerū et ex vsu deficientiū / q̄ etiā persistentiū. Et omne dixerim esse thesaurū / quod appositione quarūlibet rerū sumit augmentū: vt vetera noua suscipiant: et noua veteribus apponātur. Aut auro et argēto / aut vestibus aut lapidibus pciosis / aut ex noualibus appositiōe facta thesaur⁹ insurgit: ex quo paterfamilias s̄m exigentiā noua et vetera pfert ad domesticā curā: sic et cū vult ex munificentia dona largiri. Nō aūt thesaurus esset ex veteribus / si nō fulciret ex fiscis neq̄ fisci et noualia prestarēt auxesim / si nihil in veterib⁹ haberet. Utraq̄ oportet inesse: alioquin euanesceret ex his que pferunt. Sic scriba peritus qui ad alios habet pferre sermonē / in thesauris sapiētie huiuscemodi patrifamilias factus est similis: quē veterū atq̄ nouorum oportet habere peritiā: vt de vtrisq̄ ad auditores possit plena documenta p̄stare. Peritus per omnia et in omnibus et super omnib⁹ scriba est ipse / qui parabolice fatur: in quo thesauri omnes sapientie absconditi sunt: qui vetera et noua docendo ptulit: cū disseruit de originali iusticia. Quecūq̄ vultis vt faciāt vobis Mat.7.
homines / et vos facite illis: cū dixerit de lege moysaica: quā nō venit soluere / sed adimplere. Similiter et noua eduxit de thesauris sapientie sue: cū noua mundo cōtulit sacramenta: cū vocauit in vite nouitatē: cū ad precepta supaddiderit noua cōsilia. Produxit vetera / cū infernales penas aperuit: ad quas descendit peccatis veterib⁹ veteratus. Noua ptulit / cū nouitatē resurrectionis ꝛ gloriā vere credētib⁹ repromisit. Ad hāc imaginē oīs scriba doctus in regno celorū instruit / vt noscat veterē nouāq̄ legē: vt posset ex eis parabolice formare sermonē. Et sponsa spōso gratulabūda dicit: Omīa Cant.7
poma noua et vetera dilecte mi seruaui tibi. Poma noua / fruct⁹ ex euāgelica doctrina: vetera / fructus ex lege. Una quidē est ecclesia saluandorū ex fructibus iusticie vtriusq̄ testamēti. Necnō et in doctoribus ꝛ peritis scribis vetera et noua poma seruat: cū in plata doctrina vtriusq̄ testamenti censura seruat. Uetera seruat christo: cum veterē mundū creatū / et nouū per recreationē pie atq̄ inhesitanter credit: cū patres veteris testamenti et noui vna fide collaudat: et originalē iusticiā in primordio conditionis humane in cordibus hominū scriptā similiter et euangelicū assensuz prestitit in fide venerari. Scriba siquidē doctus in regno celorū: qui patrifamilias ī thesauris similis esse debet: omnē doctorē designat / ex autoritate catholice docentē: quē oportet in vtroq̄ testamēto esse peritū: vt illius figuras / istius veritates agnoscat. Omnia em̄ in figura cōtingebāt il- 1.Co.10.
lis / qui degebant sub veteri testamento: nobis aūt sub nouo militātib⁹ / veritates explicite apponūtur. Sub velamine vetus testamentū erat ad cuius ostensionē Moyses velamē gestabat in facie: a nobis vero velamen ablatū est: q̄m transiuim⁹ ad christū. Apostolus siquidē dicit: Cū transieris ad christū / auferet velamen. Expedit quidez scribe solerti ex nouo et veteri in auditoribus fidem astruere: velut si sic eorū celebraretur inductio: ex signo ad signatū / ex cortice ad medullā / ex vmbra ad soliditatē / ex figura ad veritatē / ex sermone ad sensum / ex littera ad intelligentiā claritatis. Hec imperitus scriba nō nouit. Quāobrē si etiā stet in regno dei / scz militātis ecclesie: nō agit / sed agit: nō īstruit / sed docetur. Doctus vero rē regni dei agit / instruit et astruit. Profert vite nouitatē / vt in eius nouitate ambulemus: similiter et vetustatem / vt deseramus. Omnia noua ex christo: cūcta vetera ex Adā. Uetera transire cogantur: omnia ex christo noua in nobis fiant. Hoc pferat: hoc suadeat scriba doct⁹ in regno celorū: vt nouis supuenientibus in vigore gratie / vetera proÿciantur / que sunt ex origine culpe.

De pabola introducta de illo qui incidit in latrones / et respōsione de proximo: secundum Lucam.

Capitulum X

Interrogatus dñs noster Jesus a quo-
dã pharisco tentante: si quis ad diligen
dũ est p̱ximus: parabolice apologisauit
no explicans quis ei proximus esset: sed cui ipe
proximus esse deberet: qm̃ primo indigẽtibus
ad impletionẽ iusti mandati proximi esse debe
Lu.10 mus. Ait enĩ: Homo quidã descende-
bat a hierusalẽ in hierico: ⁊ incidit in latrones
qui etiã despoliauerunt euz: et plagis imposi-
tis abierũt semiuiuo relicto. In tractatu quẽ
nup̱ edidimus de processu pctõris / abunde ista
parabola tractata est: se: sꝫ q̃uis minorate hic
preterire nõ licet. Descẽsus ab hierusalẽ / auer-
sio est a pace / a virtute / a quiete / a templo sacra
mentorũ dei / ab eo quod autoritatẽ habet ⁊ ve
ritatis rationẽ. Etem̃ ista ciuitas regia et pro-
phetalis erat. Descensus ab hierusalẽ est dere
lictio honestatis / p̃termissio sanctitatis ab obe
dientia legis eterne: in qua stantes in pacẽ su-
mus ad deũ: cui animo rebellãtes / pretermitti
tur pax / et causatur damnosa discordia. Nihil
Nihil amarius / nihilq̃ damnosi⁹: q̃ si pax dei
que exuperat omnẽ sensum / nõ custodit corda
et intelligẽtias hominũ: qua dissoluta / obediẽ
tia legis dei omĩno deperdit̃: que nisi per hu-
iuscemodi obedientiã non tenet̃. Male sibi p̱
uidet / et ad gehennaz se parat qui a pace fecit
abscessum. Sibi omĩno nõ conueniet / si a deo
dissidiũ fecit: et intestinũ portabit cõtinue bel-
lũ. Nã mortis habet imaginẽ qui diuidit̃ ĩ se-
ipso. Uidebuntur etiaz sibi alij aduersarij: q̃-
uis afficiant̃ ei qui p̱didit dei pacẽ: qm̃ nemo se
curus in regno / si cũ rege agit̃ bellũ. Suspica-
bitur em̃ insidias / existens etiam cum amicis.
Geñ.4. Erit more Cain vagus et p̱fugus sup̱ terrã: ti-
mens occidi: qui occidens fratrẽ p̱diderat pa-
2.Re.16 cẽ dei. Et Semei qui maledixerat dauid / cũ fu-
3.Reg.2 geret a facie absalon: a Salomone regẽte pa-
terne iniurie sub federe vt habitaret in hieru-
salẽ: remissionẽ accepit sub interminatiõe mor
tis / si aliqñ ab illa discederet: quod et factũ est
cũ discessit. Magnũ est bonũ diuine pacis: in
qua existens a christo indulgentiã suscipit: etiã
si eternũ deũ et patrẽ eius / et omniũ in aliquo
maledixit: a qua recedens merito mortis gla-
diũ non euadit: non solũ dixerim tp̱alis / sꝫ mor
tis eterne. Hierusalẽ dũtaxat elegit dñs / vt eẽt
3.Reg.9. nomen eius in ea: quia preterq̃ in pace nõ ha-
bitat nomen dei. Et in ea templũ est dei: quo-
niã pacifici templũ viuũ sunt dei viui. Et aduer
sus se interpretabat̃ dauid in p̱sona eoꝝ qui de-
Ps.136. tinebant̃ in babylone captiui: Si nõ propone-
ret hierusalẽ ĩ principio leticie sue. Cũ nulla sit
vera leticia: potius omne gaudiuz tristicia di-
Josue.6 ci potest: nisi in pace dei fundetur. Et si hieru-
salẽ pax euangelica datur: hierico dat̃ excidiũ
et maledictio reedificatori h⁹ei⁹. Igit̃ o tu qui-
dã merito nominari nõ dignus: vnde abscede-
bas / quo ve descẽdebas / aduertere debuisti. Ut
quid in mentẽ venit quietis regionẽ dimittere:
abireq̃ in ciuitatẽ lunarẽ: que nunq̃ in eodem
statu p̱manet: et nunq̃ ex aliqua sui parte tran-
quillatur: Mirandis p̱missionibus agit̃: vt exi
stens ĩ domo v̄tutũ / apostasiã meditet̃: sꝫ aut nõ
cognoscit quod habet: aut maiori fraude preuẽ
tus / ab illa recedẽs estimauit se aliquid melius
habiturũ. Sic agit̃ hominis interius maluz: Jo.3
quoniã neq̃ interius aut exterius inuenitur exi
stens malũ. Unde oritur magna deceptio / cuz
nõ sit appetibile malũ: semp̱ em̃ itur de bonis
ad bona: q̃uis disparia sint. Igitur nõ substã
tialiter: sed cũ in maiore aut electione preponũ
tur minora maiorib⁹: causat̃ hominis malũ: et
fit abscessio a hierusalẽ / et descẽsus in hierico.
Utraq̃ bona ciuitas: sꝫ vna ĩ oĩb⁹ alteri supe
rebatur: que melior erat / iam facta fuerat fasti-
dio deliberãti abscessũ: que vero minorabat̃ in
delectationẽ obuenerat. Ad hãc imaginẽ om̃e
peccatũ cõmittitur ab hominib⁹ in vniuersita- Luc.10
te bonorũ: etem̃ semp̱ ad minora et infirma de-
scendẽdo peccat̃: Sed anteq̃ veniat̃ ad termi-
nũ male presumptũ / in periculũ nõ opinatũ in-
curritur. Nã et latrones ei supueniũt qui paci
ficã credebat agere viã: qui spoliãt ⁊ plagant:
priuant scꝫ honestate bonorũ: et mala infirmi-
tatis adijciunt. Fiũt mali dispositi incipiẽtes
apostasiã inuisibiliter demonũ preda: qui sto-
lã innocẽtie auferũt: et vulnerãt cor et sensus: p̱
quos ac p̱ fenestras culpabilis mors ingredit̃
Et debilitas tanta subsequit̃ / vt ad semissez re
digat̃ vitã plagati. Sed nec tota vita totã ces-
sit in mortẽ: nec sibi tota cõstabat seuo p̱seuerã
te duello: vt alterã altera ex toto cõfligeret: sed
alteri neutra cedebat: vt amarius esset bellum
et sic hõ causatus / equa siquidẽ ab vtraq̃ ven-
dicabatur in sorte: nã sicut semiuiu⁹ / sic ⁊ semi-
mortuus diceretur. Ad semissem mortis om̃ia
spũalia mala / siue quodlibet exitiale pctm̃ di-
xerim p̱tinere: ad vite vero semissez plenã liber
tatẽ volũtatis p̱prie cũ iudicio rationis: quam
oĩa exitialia mala rationis durante iudicio in
mortis sortẽ transferre nõ possent: vt totus hõ
in carne viuẽs mortuus diceret̃. Abeunt semi
nece inflicta / infligere amplius nõ valẽtes. Ab-
ire nãq̃ inuisibiliũ predonũ est / hominẽ relin-
quere in ea quã accepit animi libertate: cũ oẽs
eorũ conatus frangãtur in illã. Non em̃ sepa-
biliter ipsã creator donauit homini b⁹: q̃q̃ dep̱
dari possit in iure damnatis: et cõfirmari a deo
in suis beatis: vt hi nisi malũ velle nõ possint:
illi vero nec aliud preter bonũ. Sic vero iacen
te plagato: q̃ pacis monimẽta reliquerat: Ac
cidit vt sacerdos quidã descẽderet eadem
via: et viso illo p̃terijt. Sil'r et leuita cũ esset se
cus locũ / ⁊ videret eũ / p̱trãsijt. Om̃ia q̃ sunt ĩ
mũdo / accidẽtia sunt: solus deus accidẽtib⁹ ca
ret. Sacerdos et leuita viderunt proximũ indi
gentẽ: cui debebãt et ipsi proximi fieri. Ubi p̱-
ximus iacet indigẽs aliena ope: sed nõ omnis
cognoscẽs efficitur p̱ximus. Nec sacerdos ex
officio / nec leuita ex sciẽtia p̱ximi existebãt: nã
nõ ex officio aut ex sciẽtia / sed ex virtutib⁹ hõ

dei legem implet in proximo: ⁊ ſe ꝓximo proximū facit. Et ſepe qui maioribꝰ dignitatibꝰ potiunť: ⁊ amplioribꝰ ſcientijs fulgent/ pretereunt officia charitatis. Quid autē mali adijciat non ꝓximari proximo indigenti: ioannē audi dicen-
1.Jo.3. tem: Qui habuerit ſubſtantiā huius mūdi: ⁊ viderit fratrē ſuum neceſſitatē habere/ ⁊ clauſerit viſcera ſua ab eo: quō charitas dei manet ī eo? Jn quo nō manet charitas/ neqꝫ deus: qm̄ deꝰ eſt charitas. Priuatus deo/ vita priuatꝰ eſt: qm̄ apud eū eſt fons vite. Jnter mortē ⁊ vitā in his q̄ viuere vel mori habent/ mediari nequit. Peiora poſſe inueniri tormenta/ ꝙ deo viuo ⁊ vero priuari: cogitationē et credulitatē hominū ſubterfugit. Et qui ꝑterit aut pertrāſit proximū indigentē: preteriet eū deus. Et qui nō cōpatitur ꝓximo: preter compaſſionē deum iudicē ſuſtine-
Luce.10. bit. [Samaritanus aūt quidā iter faciens venit ſecus eū: ⁊ videns/ miſericordia motus eſt. Et appropinquās alligauit vulnera eiꝰ: infundēs oleum ⁊ vinū. Et imponens illū in iumentum ſuū duxit in ſtabulū/ ⁊ curā eius egit.] Omnia hec allegoriā habent. Conflata vero in vnū/ actiuā charitatē oſtendunt in ꝓximū ex omnibus quibꝰ poſſit male patiens releuari: vt nil deſit ad curam hoīs vtriuſqꝫ/ ſi in vtroqꝫ aut in altero cognouerit adeſſe defectū. Et qui ꝓximꝰ ſm̄ rationē virtutis ad alium fieri cupit: primo ad indigentiā proximi quod eſt ſue poſſibilitatis impendat. Deinde ſi plus ad indigentē pertinet habere ſubſidij: ⁊ ob cauſam defuerit iam preſtanti facultas: per aliū tamē proximū ſuaſionibꝰ ⁊ noticia pagat officia charitatis. Et hic proximus eſſe ꝓprie dicit̄ indigenti. Qui ergo ſaluari deſyderat/ ſimiliter faciat. Jn hoc em̄ ſaluator tentatorē ſibi reſpondendo concluſit. Et oīno reſponſio ad interrogationē videt̄ impertinens: cū ille q̄reret/ quis ſibi ꝓximus eſſet: chriſtus ỽo reſpōdit/ cui ꝓximus eſſe deberet. Decebat em̄ ſapientiā eternā/ que in carne velata venerat hoībus docere ſcientiā: aliter ac ꝑfectius reſpōdere ꝙ interrogauerat ille/ qui ſolū terrena ſapiebat. Et ſaluator omnium chriſtus more traden iū ſcholaſticādo doctrinā: vni reſpōdens plurimos doctrinauit: nemini vnī prefigens ꝓximū: ſed omnē creaturā ratiōe vtentē: que recipere ſimiliter ⁊ impendere dilectionem rationabiliter poteſt: dū actuale beneficiū charitatis ei potius impendat̄/ quē in tua ſciētia validius pōdus indigentie ⁊ calamitatis oppreſſit. Ac ꝑ hoc in hac reſponſione vnuſquiſqꝫ docet̄ a chriſto/ cui debeat ꝓximus fieri: non quē ipſe debeat per ſe ꝓximū inuenire. Nam neqꝫ meritū eſt apud deū diligi/ ſed amare: nō recipe ſed tribuere: nō ſeruiri/ ſed ſeruitium exhibere: nō charitas retranſitiua/ ſed trāſitiua nanciſcit̄ premiū. Et quod virtutis eſt ꝓprie omnibꝰ nō aliene/ docet ipſe magiſter. Jgit̄ ſatagendū eſt nō quō recipiatur/ ſed quō īpēdatur dilectio. Nam vnū eſt ſuum: reliquum eſt alienū. Et de ſua nō de aliena virtute placatur altiſſimus. Et ſicut nil tam neceſſariū/ ꝙ propria ſalus: ſic nil tam expediēs ꝙ ꝓpria virtus. Et ſicut nemo ex alieno pctō damna ex diuia iuſticia patit̄: ſic ex aliena virtute nemo ſaluatur. Pro ſe vnuſquiſqꝫ reddet rationē/ penā vel premiū ſuſcepturus. Rom.14.

¶ De parabola diuitis peruerſe cogitantis ad improuidam ſollicitudinem: ſecundū lucam. Ca. XI

CReator omnium deus nihil in mundo ex rū que ad vſum humane nature ſunt cōdita/ propriū fecit: quoniā hoīem nō perpetuauit in mundo: ſed ſicut ex traduce naſcitur: ſic mors primorū parentū merito in oībus dominat̄. Non ergo debet eſſe aliquid propriū vbi mors inuincibile tenet imperiū. Proprium factū eſt homini mori: non in hoc ſeculo quicꝙ aliud vendicare priuatū: etiam ſi protoplaſti na culpa non fuiſſet/ nec inuidia diaboli mors ingreſſa orbem terrarū: hoīes aliter in alias regiones tranſlati fuiſſent: nec decreto creatoris in terrarū orbe rerū fuiſſet ꝓprietas: que cū affuit inter hoīes/ prouenit de lege peccati quā introduxit iniquitas. Et ſi deꝰ aliquādo permiſit homines in rebus creatis proprium vendicare: ſi nō aboleuit imperatorū leges: que ꝓprium hominibus ꝯceſſerunt: ne rēpublicā omnino peruerſorū incraſſantiū turbaret improbitas: auariciā nunꝙ ꝯceſſit: vbiqꝫ diſſuaſit ⁊ ſemꝑ. Proinde ſaluator ad renouationē vite hominū predicans omnibus palā dicit: Videte et caue- Luce.12.
te ab omni auaricia: quia nō in abundantia cuiuſqꝫ vita eiꝰ eſt ex his que poſſidet. Ad cuius ſententie declarationē/ expreſſiorē parabolā ex vſu ꝓlatā adiecit. [Hominis cuiuſdam diuitis vberes fructus ager attulit: et cogitabat intra ſe/ dicens: Quid faciā ꝙ non habeo quo cōgregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciam. Deſtruam horrea mea ⁊ maiora faciā: ⁊ illuc cōgregabo oīa que nata ſunt mihi/ ⁊ bona mea. Et dicam anime mee: Anima habes multa bona poſita in annos plurimos. Requieſce/ comede/ bibe/ epulare. Dixit autē illi deus: Stulte hac nocte animā tuā repetent a te: que autē paraſti cuius erūt? Sic eſt qui ſibi theſaurizat: ⁊ nō eſt in deū diues.] Crimino ſe ſunt cuncte diuitie/ dānationē extremā expectantes in ſortē: ſi non referuntur ad deū: ſi exiſtunt penitus preter deū: ſi plus appetuntur ꝙ diuinis florere diuitijs. Non ager in culpa: qui iacta ſemina ſuſcipit: ſuſcepta mortificat/ et adminiſtrat virtute nature plus ꝙ recipiat a ſerente. Non ars ſatoria culpam habet: ſed ex ſpirituſancto/ qui eſt omniū artifex: nō vbertas inſolita: nō fertilitas improuiſa: non em̄ eque in ſatis agris natura reſpondet/ ſed cogitatio cōgregandi vltra legē quā neceſſitas poſuit. Tenacitas animi nolle cōferre in vſus egentium/ crimino ſum diuitē facit. Nō em̄ deꝰ nature frena relaxat: vt in cuiuſpiā agro vberiores fructus adueniāt vt recludant̄/ ſed vt diſpergantur in vſus. Jdeo fit interdū natura

vberior: vt ꝓfusior fiat dispensatio ad egenos. Nihil em̃ proprium in multiplicationis ꝓcessu iustus ordo nature pretẽdit. Omnino a natura ⁊ a lege originalis iusticie discrepat ꝗ destruit horrea necessitatis / et cupiditatis horrea condit. Cum quis sibi prouidus fuit in mẽsura nature ⁊ necessitatis iusticia: non ampliet apothecaria in quibꝰ reponat: sed meatus adueniat dispergendi. Proinde intẽdamus per singula in parabolã saluatoris. Animaduertite ꝗd diues cogitabat / qui ex agro plus solito vberiores receperat fructus: ⁊ inde implicabatur in animo vnde poterat ocyus explicari. Cogitabat intra se / dicens: Quid faciã ꝙ non habeo quo cõgregem fructus meos? Importuna erat ista cogitatio. Si non habebat quo cõgregaret: erat paratior occasio tribuendi. Qui nõ habet quo cõgreget / dispersioni obnoxius necessario subiacebit. Frustra igitur cogitaꝝ quid aliud fiat: cum ad actiones iusticie causa cõcludit. Dispergat igitur qui nõ habet quo cõgreget. Inquiet fortassis: Premet necessitas. Opportũa erit annona / si fuerit vita prolixior. Sũt nati et nate: sunt connubia celebranda: multiplicabitur proles: ecce hic infantulus ad vbera pendet: forte ꝓrogabit etatem: grauescit vxor / partui vicina est: aut daturus dotem / aut recepturꝰ ero. Utrobiꝫ sunt amplianda fomẽta. Concesserim siquidẽ sed tu in vita opinionẽ exclude. Non transgrediaris termios / quos tibi necessitas posuit. Nõ intendebat saluator per parabolã istam in eos qui propter exigentiã duntaxat necessitatis alimenta procurant / reponũt atꝫ cõseruant. Naz iste habebat horrea: de quibus cũ fructus exuberarent / dixit: Destruaz horrea mea / ⁊ maiora his faciam. Ecce transgressio necessitatis: ecce amplificatio cupiditatis. Non erat in culpa diues: q2 horrea ꝭm exigẽtiam iusticie possidebat: nam ex debito nature omnibꝰ alimenta debentur: sed ex eo ꝙ ad exuberantiam agrorum horrea necessitatis destruere / ⁊ tenacis auaricie cõdere disponebat. Diues ⁊ fertilis mũdus in administratione nature ꝙ̃ habeat vtentes multo plures aleret: ⁊ nulla esset querulatio sup terrã si tantũ horrea necessitatis / nõ auaricie conderentur. Stent apothece que modeste sufficiunt ad fructuũ exuberantiaz: embolisma non fiant: pauperũ horrea vacua repleãtur: sic em̃ ex auaritia nõ erit exorbitatio in natura. Ecce adhuc diuitis mali detestanda peruersitas: ꝙ in maioribus horreis volebat omnia cõgregare ⁊ omnia nata sua ⁊ bona sua: vt preterꝙ̃ sibi nulli ꝓuenire de congregatis posset vtilitas. Uolebat redigere omnia in priuatũ: que deus ex natura concesserat ad cõmune. Fraudabat pauperes: rapiebat egenis: priuabat omnes dono nature cum cõgregare omnia ꝓ seipso fuerat meditatus. Ad seipsum aspiciẽs paruipẽdebat omniũ vitã: sibi compatiens / incõpassiuus oĩbus erat: vita que deus est / iuste priuandus: quia per eum id fiebat vt oẽs pararẽtur ad necẽ. Ex alio quippe improbanda cogitatio huiꝰ diuitis censebatur: quoniã preintendens accumulare diuitias virtutes abiecerat: nec ꝯgregabat illa que post mortem etiã hominẽ comitantur: sed illa ꝑfunctoria que raro vsꝫ ad exitũ huius vite associant possessorem. Possidere diuitias ⁊ deũ interdum possibile factum est: congregasse tenaciter duo nunꝙ̃. Sed hoc est quod plus accrescit ad culpã: ad acerbiora tormẽta disponit: allocutio quã sue ratus erat anie facere: spondens annos incerte vite: que sub nostra potestate non agit: que ꝑueniri potest / prorogari nõ potest. Sic em̃ dicere meditabatur. Et dicam anime mee: Anima habes multa bona posita in annos plurimos. Multa sunt bona hoĩbus posita: sed plerunꝫ anni crediti euanescũt. Et eripitur sepe a seculo in deca dierũ / qui decaz sibi fabricauit annorũ. Nec anni multi succedunt: vt multorũ congregatorũ ex vsu possit esse ꝯsumptio. Hec em̃ decepit homines innumeros: cum delectati viuere super terrã / procul pepulerũt mortis meditationẽ: longam inhiantes vitã: que dum non creditur / aufugit: ⁊ tunc terminũ sumit cũ speratur esse lõgeua. Et quod plus amatur a miseris amplius eos cruciat: cũ transit in dominiũ mortis. Arguendus in suis cogitationibꝰ diues hic peruerso errore deceptus: quoniam in inquietis quiescere animã autumabat: ⁊ famẽ auferre vnde ampliꝰ crescit: et depellere sitim vnde sumit augmentũ: ⁊ epulari accurate atꝫ sodaliter ad augenda incentiua libidinis / ⁊ ad dehonestanda federa soliditatis. Aduertendũ est quale soliloquiũ cum anima sua est peracturus: requiesce / comede / bibe / epulare. Promittebat sibi requiẽ: vbi non datur querentibꝰ eã. Quomodo requies vbi omnia sunt in motu? Unde in mari requies / agitãtibus mare ventis? Quomodo requies / ex quibus perdiꝝ vera requies? Hic mentes hominũ vexat error: vt vbi animoꝝ et corporũ est tota vexatio / quesita requies adesse credatur. Si totus mũdus in maligno positus est vnde mundũ diligentibus requies esse potest? Si quis amicus voluerit esse huiꝰ seculi: inimicus constituiꝝ dei. Ex dei inimicitia nemini salus: nemini quies aduenit. Est em̃ dominꝰ vniuersi. Quis tutus ĩ regno si rex extiterit hostis? Nemo habebit requiẽ / si sibi aduersabiꝝ heros. Fortassis mundus his requiem prestabit ad tẽpus: qui vnde perfunctorie delectenꝝ / inueniũt velut coruus emissus de arca noe insedit corporibꝰ mortuoꝝ. Inuenerat em̃ quo eius auiditas repleref: in cuius imagine omnes requiem habere vidẽtur / qui mortuis opibus delectantur. Sed cuz ab eadem arca emitteretur columba: non inuenit vbi requiesceret pes eius: videlicet affectus / in quo quis vexationẽ obtinet vel quietem: nisi reuertereꝝ ad arcam: typum eorũ bonoꝝ presagiens / qui extra ecclesiam orthodoxã ⁊ ambitũ legum eius nõ arbitranꝝ esse quietem. Turpis est reꝗes diuitũ audituꝫ detestabilis: contra quos de moab per hieremiã dñs dicit:

48. Fertilis fuit moab ab adolescentia sua: requie-
uit in fecibus suis. Moab popul⁹ fuit ex primo
moab descendēs: qui de incestu per filiam ex pa
tre natus est: qui diues factus ⁊ potēs/ dei pplō
aduersabaẗ. Sed vbi requeuit? Ut ꝓpheta testa-
tur/ in fecibus suis. Feces siquidē sunt egestio-
nes ⁊ farinata corporū. Feces sunt eliquatiões
liquoꝝ inferius descēdentes: in summo liquori
bus remanentibus depuratis. Omnia tꝑalia fe
ces sunt egeste a ꝑfecto ecclesie corpore: que in
caute supinū ex hirūdinib⁹ egeste cecauere tho
biam. Feces sunt oīa inferiora: puritas vero in
superiorib⁹ est. Quā vilis/ ꝗ abhominabilis re
quies diuitis: quā sue anime repromittit. Solū
pauperes spiritu fideliter requiescent: cum raro
vel nunꝗ diuitie sine infidelitate cōsistant: qm̄
aut ꝑ infidelitatē acquiruntẗ: aut fide ad ꝓximū
denegata possidenẗ. False sibi diuites requiem
ꝓmittunt: nā aut laborant vt cōgregent: aut se
peterrenẗ ne inuite perdant. Nulla diuitib⁹ re
quies cum semꝑ nitunẗ addere: fortass̄ s requi-
escerent si plura nō vellent. Ex cupidine insatia
bili/ ex sudorib⁹ acquirendi/ ex ipsis reb⁹ diuiti
bus nulla quies. Comestio siquidē mitigare fa-
mem pōt/ auferre non valet. Similiter est dian
ciare de siti: quod bene ꝑ aggeum ꝓphetā dicitẗ
Agge.1. Comedistis ⁊ non estis saturati: bibistis ⁊ non
estis ebriati: operuistis vos ⁊ nō estis calefacti:
⁊ qui mercedes congregat/ misit eos in sacculū
pertusum. Epulatio ad lautiorē vitam pertinet
⁊ ad accuratiorē/ necnō ad detestanda cōuiuia.
Ad quā complendā nemora vexantur: agitātur
⁊ sylue: cū arcu/ sagittis/ ⁊ canibus animalia sylue
stria impetūtur. Aues rapaces ex natura/ rapa-
ciores ex arte dimittūtur ad volucres mites: vt
venatu aliquid in predā deueniat: vt eo sit epu-
latio gratior/ quo sudatior extitit labor ipse ve-
nantiū. Maria/ flumina/ lacus exquirūtur in ab
ditis submissis hamis/ lineis claustris/ nassis
atq̧ sagenis: vt ꝓ epulatione pisces veniāt in
capturā. Capiferi et dapiferi solertissimi exqui-
runtur. Loca expositionis rerū venalium visi-
tantur diluculo: consyderanẗ epulonibus apta
quib⁹ inuentis cessat emendi litigium: precium
est in voto vendentis: fit rumor varius in varie
tate rerū vt accurate ꝓueniant: ⁊ talis est strepi
tus acsi adhortatio disponereẗ ad bellum. Eri
guntur mense: protendūtur desuꝑ gausape: sine
timore dei discubitus ordinatur. Exercitantur
saporibus fauces: varia vina fundunẗ. Edendi
auiditas etiā in multitudine in primo cōgressu
silentiū facit: ⁊ cum ventres vino humidi vtres
repletioni sunt proximi: cum incalescunt capita
mero: excitaẗ in mensis velut rumor in castris.
Ibi ꝓferuntur inania opprobria in absentes:
omnia inhonesta/ omnia digna risu/ licita tunc
temulentia facit. Inde somni/ inde grauedo/ in
de obliuio bonoꝝ/ inde chori/ inde luxurie/ inde
oīs infirmitas ad ꝓhibita. Ecce q̄lis est epula-
tio diuitis/ quā sue vite misere repromittit. Sed
aduertendū est quod sequiẗ. Dixit autē illi
deus: Stulte hac nocte repetent ani
mā tuā a te. Per oīa est ista horrēda diantis
quā diuiti saluator opposuit: qm̄ stult⁹ diciẗ di-
ues ex eo ꝙ peritura cōgregat: nō seruāda repo-
nit: et cōia redigit i priuatū. Credit requiescere
vbi vexatio: comedere/ bibere/ epulari per tꝑa ⁊
per multos annoꝝ orbes. Et quandā beatitudi
nem sibi velut somniādo parat: vbi etiā misera
vita non durat. Hac nocte velut ipso die fuerit
facta cogitatio: repetent animā tuā a te. Qui re
petent? Maligni scꝫ spūs. Sꝫ quō repetent/ cū
ipsi nō mutuauerint? Nam repetitio est eoꝝ que
danẗ in mutuo. Et iusta repetitio iustum habet
dominiū: ⁊ semꝑ est rei cuius dominiū non trās
fertur. Est ne anima alicuius sub malignoꝝ spi
rituū dominio constituta/ vt iure debite repete-
re censeanẗ? Nōne oēs animas creauit omnipo
tens. Nonne ipse vniuersoꝝ est dn̄s? Quid sibi
hoc vult ꝙ dixit/ repetēt: acsi animā diuitis ma
ligni spiritus ad tēpus ꝓstauerint diuiti/ quā ab
ipso repetant rōne non translati dominij? Mo
dica est questio: sed terrore animas diuitū quā-
tit: que apostolica sententia enodaẗ. Inquit em̄
aplus: Omnes qui volūt diuites fieri/ incidunt 1.Thimo.6.
in tentationē ⁊ in laqueum diaboli. Jam em̄ ex
ipsa voluntate ditandi/ teneri videnẗ infra re-
tia diaboli: ⁊ sibi sunt mancipati: eoipso quo di
uitias ex auaricia querūt: et in ipsis/ non in dn̄o
gaudia sua ponūt. Quo iure in hora mortis re-
petunt diuitis animā: velut dum viueret/ eis do
minio ex iniquitate iam traditaꝫ. Nec ꝑ hoc dei
dominio derogaẗ: si anima volūtarie peccādo
sathanice se tradidit potestati: cū nihil ei⁹ pos-
sit dehonestare imperiū/ vt non subiaceāt oīa
sue iurisdictioni. Repetūt igitur maligni spūs
animā in morte ad eternā penā/ eo iure quo eis
se obligauerat ꝑ tēporalē culpām. Nā qui facit Joan.8.
peccatū/ seruus est peccati. Super quib⁹ iuste di
abolus sibi vēdicat dominatū: ⁊ repetit animā
in termino mortis velut emptū mancipiū. Que
autē parasti/ cuius erunt? Non diuitis: quia secū
ferre nō potest. Non em̄ copie huius seculi tra
hi possunt ad aliā vitā: Sed ad inferos aīa di-
uitis detrahetur: nihil secuꝫ horū portabit que
hic cōgregauerat ad requiē siue ad satietatem.
Nam ibi lassis nō prestabitur requies: nihil ap
poneẗ ad esum: nihil ad refrigerium sitis: solū
penarū erit satietas: quas semꝑ oportebit sume
re: nec ab eis abstinere poterit anima fastidita.
Et sumet inuoluntarie atq̧ incessanter id quod
suā naturā acerbe diuerberat: pro eo ꝙ sumpsit
volūtarie quod diuinā habebat offensam. Pro
inde diuitē diuitie nō sequētur. Cuius autē erūt?
Fortassis ad vsum inopum dispergētur. Egeni
sua iura recipient: ⁊ fraudati paupes in illis de
bitam iusticiā consequenẗ. Fortassis heredita-
bit genitus heres: qui forte vsu ꝓhibito gaude
bit de mām̄ona iniquitatis: aut forte simul cum
paternis diuitijs vitijs astringeẗ paternis. Et
fit sepe iustis modis vt eadē pena multetur he-
res: sicut ille qui heredē instituit. Necnō plerū

q̄ factum est: vt qui fuit hostis/sit heres in bo-
mo. De quo diuite per oīa in sapientia dicitur.
Eccl.11. Est qui locupletaꝛ parce agendo. Hec est pars
mercedis illius in eo q̄ dicit: Inueni requiē et
nunc mādu cabo de bonis meis solus: et nescit
q̄ tēpus p̄tereat/ꝛ mors appropinquet: ꝛ relin-
quet omnia alienis/ꝛ morietur. Sepe remanēt
bona diuitis apud alienos: et eius possessio di-
uoluiꝛ ad extraneos. Sic est qui thesauri
zat/et nō est in deū diues. Thesaurizat
quis sibi: ꝛ nescit cui cōgregabit ea. Sed qui ad
deū ptinet/dicet: Et nunc q̄ est expectatio mea?
Nonne tu dñs? Et substantia mea apud te est.
Culpabiliter ꝛ miserrime oīs est pauper: etiā si
omnib⁹ terrenis gazis refulgeat: si in deum di-
ues nō fuerit: in quo diuitem fieri dūtaxat ex co
pijs inuisibilib⁹ est: quaꝝ possessio non deficiet
neq̄ minuiꝛ ex consorte: neq̄ cresceret etiā si cō-
sors nullus adesset. Diuitie fideliū solū est chri
stus: in quo si vere sui fuerimus/oīa possidebi
mus. Quāobrem apostolus p talib⁹ ditatis in
1.Cor.1. christo gratias agit/ dicens: Gratias ago deo
meo semp pro vobis in gratia dei/q̄ data est vo-
bis in christo iesu: q: omnes diuites facti estis
in illo: in omni verbo ꝛ in omni sciētia: ita vt ni
hil vobis desit in vlla gratia.

¶ De parabola diuitis epulonis et lazari pauperis vlcerati: secundū lucam tantū. Capitulū XII

Malui consimilē parabolā cōsimili ne-
ctere/q̄ doctorū ordinē sequi. Proin-
de parabole diuitis male cogitantis
vel congregātis ex vbertate fructuū/parabolā
diuitis impij ꝛ bonis suis lubrice vtētis annexi
qm̄ ex diuite impio ꝛ delicioso ꝛ ex paupe imfir
mo atq̄ egeno inuariabiles fines hoīm voluit
insinuare saluator: vt diuites terrore pculsi con
uerterenꝛ ad decens: pauperes vo ne in patien
Luce.16. tia vexarentur. [Hō quidā erat diues et
induebatur purpura et bysso: et epu
labaꝛ quotidie splendide. Et erat quidā mendi
cus noīe lazarus: qui iacebat ad ianuā eius vl-
ceri b⁹ plenus/cupiēs saturari de micis/que ca-
debant de mēsa diuitis: ꝛ nemo illi dabat. Sed
ꝛ canes veniebāt ꝛ lingebāt vlcera eius.] No-
men diuitis subticeꝛ/ velut iniqui hoīs. Omis
eñ ad seipsum diues iniqu⁹ est. Neq̄ in diuitijs
alia est iniquitas/nisi cū sunt male parte: aut cū
detinenꝛ non per insticiā erogate: seu cū p lasci
uiam sunt exhauste. Perperam nēpe iste diues
suis diuitijs vtebaꝛ: nam induebatur purpura ꝛ
bysso: ꝛ epulabatur quotidie splendide. Culpa-
tur p̄ciositas vestium: magis autē iactantia/va-
nitas/superbia: que ab ipsa p̄ciositate pcedunt.
Multa in seipsis inculpata manent: culpaꝝ vo
cause maxime fiunt. Tolerareꝛ interdū precio-
sitas in diuitib⁹: si despicabilia pauperib⁹ ero-
garent: si nō iactantia vexarentur: si supbia nō
tumescerent. Etiā epulatio splendida huic erat
in culpa. Et si excusareꝛ/q: interdū diues vesci-
tur epulis accuratis: quotidie tn̄ splēdide epu-
lari p ingluuiē/dānati criminis notā habet. Et
quanq̄ nihil sit p bibitū quod cū gratiaꝝ actio
ne pcipiꝛ: verūtamen oē superfluu est in culpa.
Et obliuionez dei fecit atq̄ virtutum/epulatio
quotidie accurata. Semp consueuit gulositas
annexa esse diuitijs. Nā sicut habilitas furandi
fecit furē/qui furari antea nō meditabaꝛ: ꝛ me-
chandi facilitas occasione pposita mechum fe
cit/etiā talia non p̄cogitantē: sic humane diui-
tie voraces atq̄ comessores plurimos pfecerūt:
exceptis interdū his quos auaricia plus pessum
dat. Sed ecce cōtraria ꝯditio destituti hoīs/ad
cōdemnationē stipati diuitis insurgebat. [Et
erat quidā mendicus noīe lazarus:
qui iacebat ad ianuā eius vlcerib⁹ plenus: cupi
ens saturari de micis que cadebāt de mēsa diui
tis: ꝛ nemo dabat illi.] Non ad condēnationē
diuitis factus est paup/vt per pauperē diuitem
de⁹ velit inuoluere: sed sepe pauperes esse pmi
sit/ vt p eos posset diuites releuare: si velint ha-
bere in rebus/sicut habent/ velint nolint/in na-
tura consortes. Sed ipsi velut immisericordes
paupes contra seipsos in iudiciū statuerunt: vt
per pauperē accuseꝛ perampli⁹ diues: qui natu-
rali cōsorti manifeste indigenti subuenire con-
tempsit. Erat quidē mēdicus nihil ex pprijs ha
bens: absolutus a ciuilib⁹ nempe causis: qui ni
hil vendicabat in pprio: q̄obrem aliena mendi
care cogebaꝛ. Huic suppetebat in iure nature:
que oēs debet alere p captu: necessitas ꝛ indi-
gentia quib⁹ premebaꝛ/ sibi pro legibus erant.
Ex istis exorta occasio depellebat pudorē: vt pe
teret aliena velut nature debitū: paternis here-
ditatib⁹ ꝛ lucris pprijs nō suffultus. Lazarus
vocabaꝛ ex noīe: vt adiut⁹ esset aliena stipe: ma-
xime a deo qui oīm curat annonā. Taciturnita
te p̄terijt nomē diuitis: pauperis vo noīe claru
it scriptura: quoniā pauperū est regnuz celoꝝ.
Et sicut electoꝝ ipsoꝝ nomina scripta sunt i ce-
lis: diuites vo impios tartarea matricula ex no
mine scriptos habet. Huic ad pauperiē addita
erat infirmitas: quia vlceribus plen⁹ erat
vt ampli⁹ torquereꝛ ad meritū: ꝛ rationabiliter
ad exigendā opem oībus possit esse infest⁹. Et
iure condēnatio incōpassiuoꝝ erat. Iacebat
ad ianuā diuitis: non alterius sibi similis:
qm̄ diues habebat vnde illū sine periculo refo
ueret: ꝛ debituz nature sibi competens erat in
abundātia penes diuitē/nō apud alterū paupe-
rē. Sed diues pauperi nature debitū non solue
bat: nec ei videbaꝛ obligari iure nature: quod
si forte p̄nouerat/ꝯtēnebat: vnde sua impietas
augebaꝛ. Sibi vo diues put p voracitatē erat
exactor/sic ꝛ liberalis solutor: vt excedēs natu-
re debitū/q̄ cōtentaꝛ in modicis/ morituro cor-
pori quotidie atq̄ splēdide plus ꝯferret. Et cō-
cupiscentia paupis erat insaturata: q̄ de micis
de diuitis mēsa cadentib⁹ cupiēs saturari/non
habebat datorē: qm̄ nec diues intelligebat sup
illū pauperē ꝛ mendicū: non puidebat: nō intē-
debat in eū. Et fortassis ad visum sibi erat hor-

rori. Sepe sunt odio diuitibꝰ pauperes: quorū
etiā expoliatiōe plerics diuites facti sunt. Pa-
rasite quoq; sui/dapiferi/ pincerne/ propinarij
egredientes ꝛ ingrediētes/omnis ꝗ familia im-
pietatibꝰ subiacebant: ab immanitate animi te-
nebant: ꝙ neq; pro paupe vlcerato suggerebāt
diuiti: neq; ipsi de supfluis quorū est canū vsus
mori misericordia erogabāt. Potuissent eñ ir-
requisito dño de supabundantia mēse que ꝓijci
tur ad refectionez irrationabiliū animaliū/ ad
propellendā indigentiā cōferre rationabili cre
ature. Sed qualis dominꝰ tales ꝛ ministri eius.
Impius heros/ impij ꝛ serui eiꝰ. Sepe ꝓhibēt
iniqui domini seruis suis agapes fieri: vt añ in
domo marcescat ꝙ̄ extra tribuat substantia: ne
fiat allectio pauperū: ne domū diuitis ex cōsue
tudine repetant: ne fiant infesti clamoribꝰ/peti
tionibꝰ importuni. Exijt ab eis crudele decretū
vt omnino ꝑcludatur oīs occasio ne pauperum
sit accessus. Uerūtamen in hac parabola etiā ꝛ
domus domestici accusantur: ꝗuis dispariter/
sicut dñs diues: quoniā non dixit saluator ꝙ cu
pienti saturari de micis diues nō sibi dabat: sed
nemo sibi dabat: vt si diues erat impiꝰ omnino
ꝛ inaduertens: ministri debuissent in tāta indi-
gentia supplere iura nature ex his ex quibꝰ do
minꝰ remāsisset indemnis. Et bene potuissent
impreiudicate vlcerato pauperi dare de micis:
que sepe canibꝰ dant ꝛ porcis: et proijciunt vbi
marcedo consumit. Ac cuz sic mendicus etiā ex
modicis maneret insaturatꝰ/spretus ab oībus:
canes veniebant et lingebāt vlcera
eius. Multi periti sacrarū scripturarū expo-
sitores/istos canes iuxta literalē veritatē ad le-
nimentū miseriaꝝ huiꝰ vlcerosi paupis asserūt
aduenisse. In typico autē sensu ꝑ eos ꝑdicato-
res intelligunt: qui lingua solant angustias mi
seroꝝ. Ego autē ad exaggerationē miseriaꝝ eiꝰ
aduenisse cognoui: qui lingebāt vlcera nō vt sa
narent aut lenirent/sed vt carperēt delectatio-
nem: que sic eis cōpetit ex natura. Non eñ intē
dunt aïalia in his que hoïbus faciunt/inferre
solamen: etiā si beneficiū nature ꝓueniat. Ma
gis autē eos significari ex his canibus dixerim
hoïes/scz feros importune latrantes: qui dele-
ctant atq; pascūtur penis ꝛ miserijs afflictorū.
Et inter calamitates hominū ista sepe plus an
git: cum vident afflicti alios ex suis passionibꝰ
iocundari. Esset autē minꝰ molesta passio: si ha
berent consolatorē/ ꝛ agnoscerent ad eos aïos
videntiū fieri cōpassiuos. Sed huic omnia erāt
ad terrenarū miseriarum augmentum: egestas/
mēdicitas/vlcerositas/ incōpassio diuitis ꝛ mi-
nistrorū eius: inedia famis expugnans/quā ex
micis deperditis ipse repugnare non poterat:
delectatio canū in vlceribꝰ eius. Nihil iste ha-
bebat mūdani solaminis. Ab ipso ꝓtinus oñis
mundana consolatio longe stabat. Ad curā sui
conditoris relictus erat: ad cuiꝰ imaginē illos
nouerimꝰ homines/ qui ab hominibꝰ derelicti
sunt/a pluribusq; afflicti: quos etiā omne pon-
dus miseriaꝝ inuasit: super quos solū desuper ꝓ
spectat altissimus: nutriens ꝛ ꝓtrahens/ac lan
guere ꝑmittens sub ꝑssuris ꝛ tribulationibꝰ hu
ius seculi/ vt postmodum collocet in excelsis.
Quoniā et factū est vt moreretur men
dicus: et portaretur ab angelis in si-
nū abrae. Mortuus est aūt diues: et
sepultus est ī inferno. Uidete ingressum
hominū in hāc miseriā similem dissimilēq; pro
gressum: equalē egressum/ disparemq; terminū.
Nam vnus est omniū ex adam descendentium
ingressus ad vitā: similiter et vnꝰ est exitus per
mortis decretū. Sic eñ in sapiētia scriptū est:
Unus ergo introitus est oībus ad vitā/similis ꝛ Sapie. 7.
exitus. Omnes qui ex traduce nascūtur/conci-
piunt ex semine: coagulantur in lacte: cōmutan
tur ī sanguinē: vertunt in carnem: ꝛ in occultis
in mēbra formātur: ꝛ cū coagulati fuerint/ egre
diuntur ꝑ pollutam portā cū flebili voce in hāc
ancipitē vitā. Ab hoc nature ordine nullꝰ exci-
pitur: siue futurus sit diues/siue in multis sapi-
ens/siue rex. Et cū hanc nascendi seriē salomō
contexisset/adiecit: Et nemo eñ ex regibꝰ aliud
habuit natiuitatis initiū. Cum ꝟo finis mortis
aduenerit: ꝗbuscunq; penis corpus afficiat/ vnꝰ
est exitus: videlicet cū a corpore aïa separat.
Non eñ attenditur exitus in multiplicitate do
lorum atq; penarū: quibus corpora humana ve
xant: sed in eo ꝙ a vexato corpe aïa exire cōpel-
litur. Nam si oēs dolores vno cōflarētur in cor
pore: finis aut exitus nō diceretur nisi aïa egre
deretur. Ac per hoc in ingressu flebili ꝛ in exitu
lethali omniū hominū similis est vna cōditio:
progressus ꝟo aut ex diuinis dispositionibꝰ aut
ex electionibus hominū/ aut ex fortuitis/aut ex
cōmuniter accidentibꝰ consueuit esse dissimilis:
ꝛ in his experiētia ꝙ̄ eloquētia plus elucet: nec
opus est ad declarationē huiuscemodi detine-
re lectorē. Claret eñ omnibus apparenter ipsa
in hominibꝰ continue inuenta diuersitas: ꝓut
in hac parabola diues delicatus ꝛ pauper dere
lictus insinuant. Uerūtamen terminoꝝ immu-
tabiliū atq; inuariabiliū contrarietas nō ex re-
bus quas vulgꝰ fortunales appellat/aut ex stel
larum dispositione/aut a cōmuniter accidētibꝰ
sed a voluntarijs electionibꝰ hominū prouenit.
Nec iste mēdicus sublatus est in sinum abrae/
quia sic exterioribus malis obsitus erat: nec di
ues ad inferna demersus/ quia tantis bonis cir
cundatus erat: alioquin ex rebus exterioribꝰ et
corporalibꝰ salus esset siue dānatio: sed quia di
ues sic elegit gaudere cum seculo/nō dare super
flua mēdicanti: quia despexit nature cōsortem:
Mendicus ꝟo ꝛ si illam nō expetiuit a deo mi-
seriam: tamē patienter ꝓ deo elegit sustinere in
natam: cum etiā multi reperiant/qui molestias
sibijpsis apponūt/illatas ferunt: ꝛ ob virtutem
qua deo se placere credunt/nō abhorrent inna-
tas: ꝛ si sensus refugit/ratio his assentit. Ecce fi
nis tolerate ꝓ deo in hac vita miserie: vt post
hanc erumnosam vitā illi spiritus celestes ad-

ueniant: et obsecũdentur ei angeli quẽ mundus abhorruit: et deferant in sinũ vere quietis: non abrae / sed in eternũ regnũ quod christus in suo sanguine nobis emit. Frustra igitur ois male patiens anxiatur / turbat & querulatur: cũ abiectoꝝ mundi sint regna celestia. Que poterit esse illa calamitas / que tribulatio animã doloribus perforans: si angeli deferant in sup̄na? Eia his qui sunt peripsima mũdi: euge qui aporiati / afflicti / angustiati sunt: qui sustinuere mala ꝓposita qui passi sunt omnia genera tormentoꝝ: qui semetipsos nec tyrannorũ aut emulorum violentia / sed propria voluntate se tradiderunt in penas: quoniam in beatas et perpetuas eternitates ab angelis transferũtur. Quid his qui mũdi abiectissima facti sunt: si patiuntur in tenero sensu ea que habent asperum sensum? Quid si moriuntur inuisi: si iaceãt insepulti: si sint in fluminibus prefocati: aut in mari submersi: quid si a bestijs deuorati: si angeli dei deferunt in superna? O reprehensibilis cogitatio mortalium. O diffidentia hominum. Si credimus euãgelio: si speramus resurgere atq; in melius immutari: cur in animo a tantis molestijs accidentibus circumferimur: si deus desuper spectat: si personas non accipit: cum immittit celestes exercitus ad castra hominum abiectorum? O igitur ꝙ bene perituris omnibus propter christũ. Quid autẽ dixerim de diuite: qui habebat aplistiam: qui post mortem corporis eternam mortem incurrit / & per grauem in grauiorẽ: & de perfunctoria sede honorum ad inferna penetrauit Diuitijs temporalibus penaꝝ abundantia: purpure induitio tenebra: epulationi focus ad pabulum: quotidianitati eternitas: splẽdiditati cognitorũ & sensorum horror: diuina dictante iusticia commutatis meritis successere. Quid sibi diuitie / quid purpura / quid epule / quid quotidiana & accurata refectio / quid conuiuia / quid famulorum copia: quid oĩa quibus ipse diuitie crescunt: si possessor abutens ad inferna detrahatur? Audacter affirmẽ: nedum meli9 caruisse diuitijs: sed etiã non nasci sibi fuisset decentius quem viuentẽ non absterreret penarum metus sed diuina iusticia inferna constituit: a quibus nulla est reuocatio ad alias mãsiones. Sed vnde sepultus est in inferno? Non quia diues / sed quia incõpassiuus extitit ad mendicum: quia supra exigẽtiam nature diuitijs abutebatur: quia impinguatus / dilatat9 recalcitrauit: nec gratias egit creatori suo: & ad fastum cõuerterat / vnde deo debebat esse procliuior. Sed vere sepultus in inferno post mortẽ: ratio / quia dum viuebat / in diuitijs et corporis delitijs obruebatur. Nec de rapina seu furto / aut de impotentium expoliatione seu deuastatione terrarũ: aut ꝙ crassaretur ex preda / causatus est diues: nec sibi homicidia seu incendia opponũtur: sed solũ incõpassio & abusus: vt a minorib9 malis ad maiora formatus ꝓgressus / ostẽdat quantũ sit maioris culpe esse criminosum ꝙ delinquentem: & nequiter operari ꝙ negligere: aut aliena nequiter extorsisse / ab eo quod est propria non largiri. Sed ꝙꝙ in inferno nõ sit vera confessio / iuxta ꝓpheticam sententiã: in inferno autẽ quis confitebit tibi? vt nullus subintelligat: et alibi. Nõ mortui laudabũt te dñe: neq; omnes qui descendunt in infernũ: attamen bonoꝝ et malorum est vera cognitio: illoꝝ per carentiã: istorum per experientiam cũ natura inuicte certantẽ. Proinde sequitur: **Eleuans autẽ oculos cuz esset in tormẽtis: vidit abraam a longe et lazarũ in sinu eius. Et ipse clamans dixit: Pater abraam / miserere mei.** Ex hinc moralia silent. Quõ positus in tormentis vidit receptaculũ beatoꝝ? Quomodo in inferno sepultus vidit abraam / & in sinu eius lazarũ recumbentẽ? Si parabola est / questio est soluta Si vero rei veritas sic existit: illa oculoꝝ eleuatio / illa protinus visio nõ refertur ad corporis actũ / sed ad illam internam cognitionẽ: vbi veritas rei in luce rationis cognoscitur: qua dãnatus etiã non priuatur: vt illa pena eum incessanter diuerberet: qua facienda ꝑtermittẽs / prohibita vero cõmittẽs agnouit: qua bona que perdidit / mala que patitur experimento cognoscit. Eleuans igitur oculos / sc3 interioris hominis cognitionẽ: vidit abraam patrẽ fidei saluãdorũ qui credendo factus est iustus. Cognouit protinus vnde saluari poterat / sed contempsit: & lazarum quẽ despexerat / recognouit in sinu: in quiete videlicet quã electi post hanc vitã sortiuntur Clamor eius ad misericordiã consequendã prodit immanitatẽ dolorum: & desperans loquit introrsus dictante iusticia: quoniã iuste irremediabiliter damnat9 est. **Et mitte lazarum vt intingat extremum digiti sui in aqua vt refrigeret linguã meam: quia crucior in hac flamma.** Ad exaggerationẽ tormentoꝝ quẽ se inferiorem in hac vita persensit / scit in alto ꝯsistere atq; quiescere: qui viuẽs quotidie ab inedia expugnabat: & petit auxiliũ aque in extremo digiti: vt indicet quoniam etiã minimo refrigerio priuatus est: & petit per eũ quem oĩno despexerat: vt crescat pena sumẽdi. Sublimitas ad inferna detruditur: & eius abiectio ad superna leuatur. Refrigerium in lingua duntaxat exquirit: acsi nihil in membris alijs pateretur. Sed lingua fit confessio ad salutẽ: cum corde credit ad iusticiaz. Et iussu lingue potuisset hic diues illum pauperem sustentare / circundatus copia famuloꝝ. Digitum petit ad linguam: quia etiam opus minimum non perfecit aliene lingue audiendo doctrinam. Cruciabatur in flamma pro vita delitiosa: sed nõ erat tunc tempus miserendi eius: quia tempus despexit cum potuit alterius esse misertus. Unde dixit illi abraam: **Fili recordare / quia recepisti bona in vita tua: et lazarus similiter mala: nunc vero hic consolatur: tu vero cruciaris.** Nõ amore aut compassione filium nominat: sed quia esse debuit: aut

quia eum despectũ a deo per iusticiã despicit.
Magis autẽ illud existimo: Quis scriptura nõ
Ioan. 8. explicat: ꝙ diaboli filiũ appellauerit: ꝺm illam
sententiã qua de reprobis dicitur: Uos ex pa-
tre diabolo estis. Hominũ conditiones et sta-
tus mutantur omnino post hanc miserã vitã:
vt aut plena felicitas/aut sequatur omnino mi-
seria. Nec iocundis iocunda/nec aduersis ad-
uersa: sed aduersa iocundis/et aduersis iocun-
da succedunt. Nec in throno hic residens se-
pe intronizaẽ et alibi: nec de sterq̃linio ad ster
quiliniũ est accessus: nec hic oĩbus fult⁹ ad vo
tũ/alibi pro voto refulgeat: ꝛ hic destitutus/ ꝙ
alibi semꝑ inopiã patiatur: quoniaʒ in alia vita
consolabitur qui multa mala fuerit in hac vi-
ta perpessus/si tenuerit in anima ꝛ actione vir-
tutẽ. Et qui omnibus hic floruit: si abiecerit il
lam/eterna damna omnino patieẽ. Hinc abra
am sero remedia inquirenti respondet: Bona
recepisti in vita tua: hic similiter mala perpes-
sus est. Nũc vero diuina iusticia singulorũ me
rita absq̃ acceptione personaruʒ infallibiliter
trutinãs: supplicia eterna nequiter in hoc mũ-
do florentibus: ꝛ abiectis pijs eterna bona lar
gitur. Et orbem cunctorũ iusta lege reuoluit: ꝛ
ima sursũ/et superna deorsuʒ/iusto moderami-
ne vertit. Et sic nec ĩ aque gutta exaudit⁹ est di-
ues: quoniã qui obturat aurẽ suã ad clamorem
pauperũ: et ipse clamabit/et non exaudietur.
[Et ĩ his omnibus inter nos et vos
chaos magnũ firmatũ est: vt hi qui vo
lunt hinc ad vos transire/nõ possint: nec inde
huc aliq̃s transmeare]. Chaos firmatũ proti
nus dixerim impossibilẽ compassionẽ beatorũ
ad eterne damnatos: et nullã posse eis contin
Sap. 5. gere leticiã de gloria beatorũ. Nã stabunt iu-
sti in magna cõstãtia: ita vt nullo modo cõpa-
ti possint aduersus eos qui se angustiauerunt.
Nõ eñi vera esset beatitudo/ si ĩ eis posset esse
compassio. Quãuis eñi in viatoribus compati
sit virtutis: esset defectus protinus in beatis:
qui per molestiã affici nõ poterũt. Et diuine iu
sticie opus aperte videntes/ letabũtur vtiq̃ de
damnatis: respicientes in eũ qui neminẽ dam-
nat iniuste: neminẽ per iusticiã/ sed per miseri-
cordiam saluat. Quomodo igitur cõpati pote-
runt suꝑ his quos dominus imperturbate dã-
nauit? Fulgebunt omnino equaliter ad gaudi-
um beatorũ iste diuine stelle/ misericordia ꝛ iu
sticia: ita vt resplendeat iusticia in damnatis si
cut misericordia in beatis. Cõpati nihil aliud
est/ꝙ̃ de inuariabili dei iudicio cõturbari. Sʒ
necdũ beatis/qui nõ poterunt: etiã viatoribus
interdiciẽ ne damnatis eterne compatianẽ: ꝙ̃-
uis peccatoribus ꝛ afflictis in hac vita in car-
ne degẽtibus ꝛ ardẽtibus ad purgationẽ/cõpa
ti sit charitatis officiũ: sit etiã debituʒ ꝓ ipsis
orare: vt reuocẽtur a malis: vt liberentur a pe-
nis. Non eñi erit in superis ꝓpinquitas gene-
ris: nõ habita in mundo copula cõiugalis: nõ
amicitia: nõ si qua necessitudo prehabita con-
passionẽ adducet: si huiuscemodi dãnatũ cog-
nouerit fuisse consortẽ. Sed nec minus ad ad-
mirationẽ adducit/quod ad Abraaʒ subintulit
incola infernalis. [Et ait: Rogo ergo te
pater/vt mittas eũ in domũ patris
mei. Habeo eñi quinq̃ fratres: vt testetur il-
lis/ne ꝛ ipsi veniant in hunc locum tormento-
rũ.] Sicut beati nõ possunt ad damnatos hu-
iuscemodi misericordijs affici: sic et in inferno
sepulti nequeunt ad eos qui adhuc ĩ carne de-
gunt/vllis cautionibus cõmoueri. Extinct⁹ ꝓ-
tinus est in eis omnis amor in ꝓximũ: ꝛ omnis
virtus adempta: necnõ et exquirũt ĩ penis ha-
bere consortes: Quis ex consortibus nullum
eis posset esse leuamen. Eterne damnatorũ om
nis ẽ deprauata conditio: excepta bonitate na-
turaꝝ: que integra semꝑ manet: quoniã nisi etiã
in damnatis naturarũ bonitas seruareẽ: non
esset cũ quo pena confligeret: sed compassio et
appetitus bonorũ eis omnino nõ assũt. Quid
ergo est ꝙ eterne constitutus in penis rogare
videtur pro fratribus suis viuis/ne similia pa-
tiantur? Respõderim: quoniã hoc saluator pa
rabolice ꝓtulit. Etiã si veritas rei/nõ parabo-
la extitisset: nõ ipsam rem gestam/sed quid au-
ditoribus velit edicere videamus. Si cũ sub-
stantiali bonitate naturarũ affectio recta ꝛ cõ-
passio ad proximũ in inferno vigerent: omnes
prouidere deberent/ne quinq̃ fratres: scʒ ho-
mines in natura insimul omnes fratres in q̃n-
q̃ sensibus constituti; viuentes in carne post
mortẽ ad inferna descenderent: cũ in inferna
augeatur pena: non minuatur ex multitudine
afflictoꝝ. Sed quod esse debuit: nõ qualiter ge
stũ sit/aduertamus. Cui respõdẽs Abraã
ait: Habẽt moysen et prophetas: au
diant illos. Sufficit ad cauẽda peccata lex
diuina. At satis sunt etiã et ꝓphete/absq̃ ꝙ ali
quis vobis predicaturus resurgat a mortuis
Insistit damnat⁹ improbiter ꝓpter mala q̃ sen
tit: ꝓpter tormenta que patiẽ: quoniã si accide
ret ꝑ experiẽtiã/ fatereẽ dissserẽdo q̃ sustinet: vt
eos ad penitentiã prouocaret. At ille dixit
Nõ pater abraã: sed si quis ex mortu
is ierit ad eos/penitentiã agẽt. Cupit
esse doctor/qui mala tolerans fact⁹ est sapiens
qui bonis abutẽs/dei sapientiã habuit in deri-
sum. Estimat se oratorẽ strenue factũ: ꝛ referẽ-
do que patitur/faciliter suadere se credit. Uide
tur nũc inutiliter compati fratribus constitu-
tus in penis; qui contempsit vtiliter compati
vlceroso: dum refarcinaretur splendidis epu-
lis. Sero aliorũ cupit esse magister: frustra cre
dit alijs suadere cautelam: qui ad semetipsum
fact⁹ insipiẽs dixit ĩ corde suo: nõ ẽ de⁹ q̃ possit
aut velit inferre pro delictis hominibus vltio-
nem: et sibi existens incautus/ad tartarea loca
descendit. Sentire hic damnatus videtur cũ
multis: qui dum male viuunt/optant quempi-
am ex mortuis resurgere: vt ãnũciet si q̃d boni
vel mali post hãc vitã erit: et quid erit: quod et

quando vita ista non erit. Asserunt se ad melio
ra conuerti/si ex mortuis iā notis audierint ve
ra esse que per fidem sancta ecclesia dogmati
sat: si vera est beatitudinis atq; penarū eterni
tas: si sic est penaruz acerbitas: si horribilitas
demonū: si qualis affabilitas ciuiū supernorū.
Sed in reprobū sensū huiuscemodi optatores
dati sunt: vt magis velint in meliora mutari ex
vno resurgente a mortuis/ ꝙ ex fide vniuersa
lis ecclesie: que credit omnes ex mortuis in fine
seculi surrecturos. Querūt isti fortitudinez no
stre fidei dirimere: per mortuū ex mortuis alte
rius seculi certitudinem inquirentes. Quis ex
mortuis veniens melius posset dissuadere pec
cata/ et homines ad meliora cōuertere: ꝙ moy
saica lex: ꝙ scriptura pphetarū: ꝙ ipsa veritas
que humanis mentibus interlucet: ꝙ illa origi
nalis iusticia in cordib⁹ hominū scripta? Quis
ex mortuis aptior alterius seculi bona vel ma
la predicere? Quis ad penitentiā cautior inuita
tor ꝙ ipse christus factus inter mortuos liber:
per quez facta sunt secula: qui docuit seculum:
qui vere infernū nouit et celū? Proinde quod
Abraam adiecit/ ad tēpora etiā christiana di
uoluit. **Si moysen et prophetas non audiunt: neq; si quis ex mortuis re surrexerit credent ei.** Habebant illa tpa
Moysen et pphetas: Habēt tēpora christiana
et hos et christū et aplos. Si christo et aplis ho
mines puersi nō credunt: quomodo credēt ho
mini ex mortuis venienti? Christus homines
suscitauit a mortuis: et ipse sua potestate a mor
tuis resurrexit. Ipse in fine seculorū potenter
mortuos suscitabit. In ei⁹ virtute apostoli de
functos reuocauerunt a tumulis. Cui ergo re
ctius prestabitur de alia vita credulitas? Por
ro si ad morū correctionē euangelio christi nō
creditur: desperandū est cui alteri melius creda
tur. Querere hominē ex mortuis: vt nobis qd
sit post hanc vitam annunciet: qui monefaciat
ad virtutes: qui retrahat a peccatis: subterfu
gia sunt: excusationes sunt. Causatio est verita
tis: dubiuz est in fide: nolle simpliciter seruare
promissa: nolle a criminibus explicari. Ac per
hoc si i christo et apostolis nō credit: neq; si sur
rexissent centū millia mortuorū. Nam si angeli
ce virtutes euangelizarent: si spiritus immūdi
in linguis humanis predicarēt: si omnes mor
tui reuocarētur ad vitā cū scientia et potestate
loquendi: si ostenderētur oculis humanis bo
na superna: si possemus vt sunt tormēta et loca
tartarea mente seu corporaliter intueri: etiā ad
hec omnia plus est christus: cui pre omnib⁹ est
adhibenda fides. Ipse detestatus est vitia: pre
dicauit penitētiā: dixit appropinquasse regnū
celorū: et penas eternas interminatus est. Igi
tur qui sint fines piorum atq; impiorū inspici
te: prestare dictis fidem: notate parabolā: a vi
tijs explicari satagite: date virtutibus animuz:
ex quarum ordine cudantur et mores. Non te
inaniter extollant diuitie: quarū possessor sem
piternus inferni factus est ciuis. Nō te delectet
ciborū accuratū edulium: non inter conuiuas va
na loquacitas: cū gustus et lingua pariter igne
inextinguibili torreantur. Paupertas nō te cō
tristet/non corporalis angustia/nō inflicta vul
nera/nō vlcera innata/ non derelicta seu cogni
ta vita: cū his patienter anctus/eternus colle
ga fiat ciuiū supernorum.

¶ De parabola diuitis cum villico iniquitatis/secundū Lucam tantū. Capitulum XIII

Ad honestā prouidentiā agendorum
pro spe futurorū bonorum nos salua
tor exhortans: de villico iniqtatis agē
te sub diuite/parabolā posuit dicēs. **Hō qui** Lu.
dā erat diues qui habebat villicū: et hic diffamat⁹ est apud eū/quasi dissi passet bona sua. Diuitie nō solū possiden
ti/sed etiā dispensatori facte sunt causa pecca
ti: vt raro et difficulter factū sit possidere diuiti
as/quin inducant in animarum pericula con
trectatores. Hinc diffamatur villicus diuitis:
pauperis siquidem nunꝙ reperimus villicum
diffamatū. Non est substantia multa/vt dispē
satore indigeat. Qui paruz habet vnde paupe
ris nomen exortū est/sibijpsi sufficit ad curā/et
modicā gubernare substantiā: nō habet econo
mū: occasionē furandi non parat: nemo alius
de sua substantia diffamatur. Si autez eget/ex
peditior factus est/vt tantū ipse caueat ne fure
tur: nam fures alij domū eius ignorant: nō ha
bet aliquid dissipabile. Litigandi causa paupe
ribus et egenis sublata est: et si pauperi modica
egenis vero protinus nulla subest. Uerūtamē
multitudo diuitiarum non excusat raptores ne
q; dissipatores/aut quomodolibet contrectato
res preter voluntatē possidentiū: vt quia mul
te sunt/ergo licentia sit perperaz perpetrandi
vel pertractandi. Nemini licet quod suum nō
est redigere ad seipsum: aut aliter effundere/ ꝙ
decreuerit dominus rerū. Quāobrē [**et voca uit eū dominus ei⁹/et ait illi:** Quid hoc
audio de te? Redde rationez villicationis tue:
iā enī non poteris villicare.] Uera suspitio de
actione iniqua aures diuitis fortassis aliorum
relatione pulsauerat: aut res nō inuenta in suo
pondere solito et mensura/diuitis animū con
citauerat/ vt de villico suo inquireret: vnde ab
inquisitis vt dissipator accusatus est. Nemo
igitur male agens dicat: quis me videt. Raro
inter homines actio mala tegitur/quin in pu
blicū veniat: apud deū autem nunꝙ. Et neces
sariū factum est erratum omne in iudicium de
uenire. Non est omnino malorum operimen
tum. Nihil enī occultum quod nō reueletur.
Ecce dominus villici assumpsit officiū iudicis
Laudabili autem et probato more formā iuri
dicā sequitur. Non enī more fulguris aut tor
rentis inretrouersibilis etiam innoxios decer
nendum: etiam si accusatio/ si diffamatio mul
ta cōclamet. Inqrēdū est a diffamato/si culpa

eũ accusat/qualiter ⁊ quantũ. Nam iusticie ratio plus causas actionũ ꝙ ipsas actiones cõsyderat: ⁊ oportet suspẽdere iudiciũ: si cõstituto in causa excusatiosus iuste aditus patet. Nõ leuitate/nõ violẽtia/nõ ira/sed ratione agẽdũ est Unde vocauit eũ interrogãs. Quid hoc audio de te? Ac si diceret: Accusatus es: ĩ causa te habeo: est ne verũ quod audio de te? Tuis accusatoribus plenã nõ presto fidez: forte inuidi aut emuli sunt: aut fallere possunt/ et fallere volũt Excusationi etiã tue minime dabo locũ: terminabit veritas litẽ: vt egeris ita recipies/non vt diffamatus es. Proinde redde rationẽ villicationis tue. Potẽter te cõprimere nolo violẽtia nõ vtor: veritas sit in causa. Ratio factorũ dũtaxat aut te absoluet: aut te ꝯdemnabit. Sed quousqꝫ rationẽ reddideris/villicare nõ poteris. Nõ em̃ decet reũ agere ꝑ quib⁹ constitutus est ĩ causa: nisi ab illa recesserit inculpatus. Etiã iã non poteris villicare/ si ratio te culpabilẽ monstrat. Optimus causarũ ciuilium et criminaliũ cognitor est iudex: qui ex veritate/nõ ex opinione aut alia suasione vult ꝓferre iudiciũ: ⁊ lesus in proprijs preter rationẽ iusticie nõ querit vlcisci: nec ab ira concitatus ad iudicandũ fertur in preceps: sed rationi inuestigande ac promulgande actiuã et inquirẽtem subijcit rationẽ/ne lingua labatur. Causarum protinus ordinatar morosa discussio: etiã si adiudicetur innocens: si repertus fuerit inuestigando nocens: inculpabilẽ iudicem reddit dumtaxat ꝙ aliunde non assit sibi certa cognitio. Sed a nullo potior est cõuictio ꝙ a ratione deuinci. Improbatur sepe falsitas: si aliquando quempiã in iudicio ꝑ falsidicos prostrauisset: veritas autẽ nunꝙ. Pretermitti veritas et ratio potest: improbari vero nõ potest rationabilis ⁊ improfugabilis terror: quin rei veritas inuestigata cũ ratione deuincit. Hinc cũ villicus de reddenda ratione cõperisset: attonit⁹ factus ad semetipsũ reuersus est: si quo modo sibi adesset copia euadendi: qm̃ a ratione vincebatur: aduersus quã sibi non erat auxiliũ: nequiter se fecisse agnouerat: tergiuersare nõ poterat in iudicio constitutus: deuitabat reddere rationẽ: qua reddita/ ex fraudibus debebat subire penale iudiciũ: nõ fessus in malo/ iterũ ex iniquo sibi cõparauit refugiũ. Ait aũt villic⁹ intra se: Quid faciã quia dñs meus aufert a me villicationẽ? Fodere nõ valeo: mendicare erubesco. Scio quid faciã: vt cũ amotus fuero a villicatione/recipiãt me in domos suas. Assolitus ex alieno perperã viuere/artes omnino desperat: et ex moribus delicatis ꝑ temporuꝫ augmenta coalescens/etiã in necessitate artibus licitis valefecit: sed laboriosis ꝑamplius semꝑ ad iniqua regrediẽs. Facilius videt his qui viuere nequiter ex alienis operibus didicerunt: illa furta laboriosa cõmittere/quib⁹ iusta pena debet/ ꝙ ex arte que nõ reprehendit: nec actuosa meret suppliciũ. Sepe reprobis accidit: vt ea que sunt licita/eis difficilia videãtur: que vero illicita sunt/possint sine labore perficere. Necnõ ⁊ qui mala agere vult ea que sunt grauiora in bona vita/ꝑducit in causam. Poterat enim iste alias artes habiliores exercere ꝙ terre fossionẽ: et alios mores viuendi ꝙ esse mendicũ. Et si omnino ꝯtingeret: non est pudor ĩ mẽdicitas/vbi adest necessitas: q̃ vbi est rationabilis/nõ est cur erubescẽtia sit horrori. Cur hic villicus nequã laboriosã artẽ mendicitatis ruborẽ meditatus est. Multe sibi alie poterãt esse artes: multi modi aliter viuẽdi: sed pro his cauẽdis tendebat in solita mala. Et quod ĩ moribus hominũ summe damnat: nullius req̃sito consilio apud semetipsũ sibi ꝓuidit in posterũ. Dixit enim: Scio quid faciã. Non prudentũ exquisiuit consilia: nõ hominũ in periculis expertorũ/non sapientũ: sane ip̃e sibi factus est consiliarius et consultor. Uerũtamen cum in mente hominis pro iniquitate patranda diffinitum est nõ consulere quempiã: temperantioris est moris: cũ minus malũ sit in male agente non consuluisse fidemicũ/ ꝙ contra fidemici consilia peregisse. Quandã habet speciẽ honestatis: cũ neminẽ consulit qui omnino tendit in nefas: saltẽ in seipso corruptus/ aliorũ auriculas non fedauit. In alijs siquidẽ consulte agere canonica scriptura nos docet: Omnia cum consilio fac: et post factũ non penitebis. Cũ vero ille dixit: Scio quid faciã: ad seipsum tote relatus est: vt de iniusto viueret apud eos/ quibus iniuste credita sui dñi cogitauerat relaxare: scilicet cũ esset amotus a villicatione: ꝙ reciperet in domibus debitorũ/⁊ eorũ quibus sui dñi bõa emphyteocãdo/ad culturã fructiferã cõmẽdauerat. Ut autẽ reciperet Conuocatis itaqꝫ singulis debitorib⁹ domini sui: dicebat primo: Quantuꝫ debes domino meo? At ille dixit: Centũ cados olei. Dixitqꝫ illi: Accipe cautionẽ tuã: ⁊ sede cito ⁊ scribe q̃nquaginta. Optima inquisitio/sed executio nequã. Interrogabat siquidẽ quantũ deberetur domino suo/ nõ sibi: quoniã omnia domini sui erant. Ipse vero economus erat/ administrationem et curam habens/nõ propriũ dominium rerũ. Sed agebat nequiter/ ꝙ bona domini sui preter iustum ⁊ domini sui voluntatẽ debitoribus relaxabat: vt totam debiti summã reduceret ad dimidiam/centum ad quinquaginta. Penitus economus agit in fraudẽ domini/si relaxat debitoribus preter domini voluntatẽ; ⁊ presumit illud dimittere/quod verisimiliter de dño nõ posset esse presumptũ. Nec iste hoc fecit; vt pius in pauperes velut pauperib⁹ redditus annuos remittẽs: sed in illis sibi parans expulso ab officio agilioris vite cõpẽdia/ de alieno sibi gratiã hominũ cõparabat. Sed necduꝫ diuitibus aut mediocribus/seu sui ipsius cõsyderatione prehabita/ sed etiaꝫ intuitu pauperũ nõ licet de alieno fieri largitionẽ: illa dũtaxat excepta necessitate q̃ a decretis ab-

soluit. Sed reprobi quidē hoīes contrariū faciunt quod ratione decernūt. Sciebat eñ hic villicus qꝛ omnia que ad iustā dispensationez acceperat erant dñi sui: proinde interrogat debitores: quantum debes domino meo? Sed tā꜀ ꝙ propria donabat contra voluntatez proprij possessoris: cum summā debitam defalcabat. Multipliciter rei sunt alienarū rerū preter voluntatē dominorū spontanei largitores. Nam semetipsos et recipientes obnoxios in debitis faciunt: quoniā quod quis iuste non possidet/ neq3 iuste in aliū vendendo vel largiendo potest transferre dominiū. Nec esse potest excusationis suffugiū ex dispensatione cōmissa: si aliter facit quod verisimiliter presumit dominuz non fecisse: maxime autē cū fraus et astutia mē tem dispensatoris inficiunt. Et qui rē accipit a dispēsatore iniusto ex certa scientia: nil sibi vēdicauit ex iure: sed obligauit semetipsuz donec restituat: nec sibi ad excusationē diuine iusticie desup decernentis/ si cautiōes accepit. Deinde alio dixit: Tu vero quantū debes? Qui ait: Centū coros tritici: Ait illi: Accipe litteras tuas/ et scribe octoginta. Et laudauit dominus villicū iniquitatis: quia prudēter fecisset. Remissio tritici siue olei/ villici actionē insinuat: ⁊ ꝙ minꝰ remiserit de tritico ꝙ̄ de oleo/ etiā quandam aduertentiā prouidam arguit: quoniā plus ex tritico ꝙ̄ ex oleo vsus hominū sumit. Et facilius deprehendi potuisset a domino ī tritici paucitate ꝙ̄ olei. Omnibus autem tradidit litteras ad cautelā: vt si dominus comperta fraude villici/ repetere perperā remissa debitoribus decreuisset: economi litteris se in iudicio tuerenť. Uerūtamen dominus villicuz iniquitatis laudibus effert: nō letus de damno/ sed miratus cautelā. Non quia fraudulentum: sed quia prouidū in futurū. Non actū virtutis/ sed ipsam virtutē cōmendat. Et mirū valde/ ꝙ sepe actus est in reprehēsione/ virtus in laude: vt a curru quatuor virtutuz turpis sonus inroboet. Insonuit eñ hic iniquitas: ⁊ villicus iniquitatis dicitur propter fraudez: ⁊ remanet in laude prudentia pro futuris emergētibus malis/ vt possit esse refugiū. Sed hoc interest īter virtutes viuificas ⁊ morales: ꝙ a nulla illarū dū in veritate in animo insident/ reprehensibilis actus egreditur: a moralibus vero etiā in quantalibet veritate retentis detestabilia multa fiunt. Et vt apertioribus sermonibꝰ eloquamur: in virtutibus viuificis dūtaxat in veritate inherentibus/ nemo aliquādo male ꝓcessit in actum: in alijs vero sepe delictum est. Dominus autē villici laudetur: cū laudatur ex eo ꝙ propter fraudem eius nō derogauit prouidentie ipsius. Bñ constitute mētis est ob fraudem aut propter damnū cōmune vel propriuz/ et propter agentē improbiter nō derogare virtutibus: sed semper illas extollere: Quis actus condemnet iniquitas. Cogebatur homo rationis compos ab ipsa laudare virtutē: et hominē ex ipsa regulatū non malum: quod ex humana prudentia perficitur. Quare igitur laudauit? Quia prudenter fecisset: nō quia donauit alienū. Fecit prudenter: quia sibi prouidit in posterum. Pars eñ prudentie ipsa prouidentia dicitur: de qua optatiue Moyses in suo cantico loquebatur: Utinā nouissima prouiderēt. Nouissima prouidet/ qui se parat ad vltimū finem: aut ad deuitanda supplicia q̄ possent ꝯtingere aut ad capessenda premia que debent agonizatoribus prouenire. Hanc prouidētiā villicanaz imo terrenā/ christus cū appetitoribus alteriꝰ vite composuit dicens: Dico enī vobis: ꝙ filij huius seculi prudentiores ꝙ̄ filij lucis in generatione sua sūt. Uigilanti verbo saluator locutus est cū dixit: ī generatione sua. Nō eñ secularē prudentiā christiane prudentie pretulit: quoniā secularis prudētia inimica est deo: sed prudētia carnis mors est: ⁊ facit omino filios agarenos: qꝛ filij Agar exquisierunt prudentiā que de terra est. Nō est cōparatio terrene sciētie/ que tm̄ perfunctoria captare contendit: ad eam prudentiā que superna nanciscitur: que christo tradente serpētina est/ columbine simplicitati sociata. Prudentia filiorum lucis/ stulticia est seculi. Prudentia filiorū seculi/ stulticia est in conspectu dei. Prudentia filiorū lucis prudentiā secularē deuorat: nam ⁊ serpens moysaicus deuorauit serpētes magorū Pharaonis: prudentia filiorū seculi illam in aliquo euacuare nō potest. Ut alio ꝓloquar ordine: secularis prudentia conquirit diuitias: sed illa contemnit. Illa se pōderibꝰ onerat: ista vero sarcinas abijcit. Illa in compedibus est: ista retia mūdi frāgit. Illa se implicat: ista se explicare concertat. Illa timet explicari: ista retinuit īplicari. Illa dolet dissolui a vinculis quibus irretita teneť: ista gaudet cū se videt exceptā. Illa penas refugit: ista se ī illꝫ immergit. Illa omnino abhorret corpis mortez: hec cupit dissolui/ et esse cū christo. Illa morte intētata omnia exponit vt viuat: ista iuuātia vitā/ ⁊ ipsam pariter ꝓ christo paruipendit. Sed ꝙ̄ꝙ superferať omnibus prudētia christiana: quid est ꝙ filij seculi filijs lucis in sua generatione dicūtur esse prudentiores? Quare saluator omniū Christus hanc cōparationē suis auditoribus posuit. Prope modum locutus est: ne secularem prudentiaz christiane preferre videretur: quā si quis vellet inspicere/ ex rerū experientia reluceret. Et si aliqui de prudentibꝰ huius seculi deducerenť in mediū: quoruz adhuc in locis pluribus fama per scripturarū memorias reboat: et multorum qui nondum a seculo migrauerunt: clarescceret amplius. Sed ne videamur hominū seculariuz gesta conterere: alijs assertionibus saluatoris sententiā declaremus. Aut humana secularisq3 prudentia querit deuitare molestū/ et quod aduersū videť ꝓprio placito vel nature: aut aliquid ad votū ⁊ sibi propitiū q̄rit: aut cū amico ⁊ inimico habet

causā: aut p̄ p̄sentibus aut p̄ futuris est anxia:
aut propriā patriā/aut incolit alienā: aut subij-
citur/aut superfert/aut equatur hominib⁹: aut
vendit/aut emit: ⁊ multorū similium: in quibus
sic strenue agit: vt cogant videntes aut audien-
tes velut de celica virtute mirari: ⁊ vilescere vi
dent filij lucis in his que per prudentiā agunt
cū in filiorū huius seculi comparationē deueni
unt. Sed ideo saluator hanc cōparationem suis
auditoribus tradidit: vt prudentes fiant ad fu-
tura bona celestia ⁊ eterna: cū viderint secula-
res pro terrenis atq̄ caducis tanto prudentie
acumine refulgentes. Actionem ex similitudi-
ne/ op⁹ in re tentat saluator inducere. **Et ego vobis dico: facite vobis amicos de mām̄ona iniquitatis: vt cū defeceri-tis/recipiāt vos ī eterna tabernacu-la.** Omnē prudentiā saluator hic edixit: ne su-
pernis priuaremur. Etenī homies ad hoc ipse
creauerat: cū ex īiquo mām̄ona voluit nos ami
cos cōquirere: quibus factis nobis presidio/re-
ciperemur ī illa. Nō de furto atq̄ rapinis/ aut
quomodolibet male partis docuit elemosynas
facere. Sed quia raro vel nunq̄ diuitie sine cri
mine acquirūtur: ideo illas iniquitatis mamo-
nā appellauit: presertim cū infra diaboli retia
teneantur cupientes ditari. Hinc Apl's ad Ti
1.Timo.6 motheū ait: Volētes diuites fieri/incidūt in la-
queū ⁊ in tētationē diaboli. Que aūt maior ini-
quitas q̄ auferre se deo: ⁊ diaboli se mancipium
facere? Que maior iniquitas/ q̄ ei se auferre qui
condidit: ⁊ se tradere qui peremit? De iure crea
toris omnis creatura. Etenī q: bon⁹/bona cū-
cta creauit: eius aduersariū hominū iniquitas
fecit dominū. Proinde diuites fieri cupientes
sunt infra septa diaboli: quia in laqueū eius vo
luntarie inijcientes pedem/eius facti sunt ser-
ui. Nā a quo quis deuictus est/ eius quoq̄ ser-
uus addictus est. Asserit saluator ad eternā re-
quiē posse valere temporalē ⁊ agapeticā actio-
nē: nō tamen semp ex his a quibus impendit: si
amici ex tributis fiant: cū amicos dei ac inimi-
cos dei possumus in amiciciā trahere largitio-
ne bonorū. Sed ipsa charitate atq̄ p̄uidētia in
eterna tabernacula possumus introferri. Neq̄
quicūq̄ datarij quantūlibet efficiantur amici/
ad superna preterq̄ amare nō possunt: sed hoc
modo in eterna tabernacula suos bn̄factores
recipiunt: velut qui de insita virtute testifican-
tur apud deū vt recipiantur.

¶ De parabola perdite reinuēteq̄ ouis/secundum Marcum et Lucā. Capitulum XIIII

CONstruxit saluator peccatoribus mise
ricordie portum: et ne despici omnino
ab ipso se crederent: quam habet sol-
licitudinem circa eos/ sub parabolis introdu-
xit. Ac etiam vt redirent ad iusticiā: exultationē
asseruit angelorū: confutans ex hoc atq̄ repri-
mens superbā iudeorū iusticiā/et phariseorum
murmurationē elidens. **Nā cū essent publicani et peccatores appropinquā-** Lu.15
tes ad iesu/vt audirent illū: murmurabant Mat.18.
scribe ⁊ pharisei dicentes: quia hic peccatores
recipit/⁊ mādūcat cū eis. Opportuna pecca-
torū actio: importuna vero murmuratio iude-
orū: benigna interiectio saluatoris. Nil tā pec
catorib⁹ opportunū/ q̄ appropinquare ad chri-
stū: qui nō vult peccatoris mortē/sed vt cōuer- Eze.18.
tatur et viuat. Expedit infirmis medico esse p̄
pinquos: aliter inuadēs infirmitas inferret exi
tium. Nulla maior infirmitas q̄ fieri peccato-
rem: ad quam depellendā solus Christ⁹ est me
dicus: quia languores nostros ipse tulit: et do-
lores nostros ipse portauit. Et in mortē tenden
tibus seu iam mortuis in peccatis/esse prope vi
te fontem suadet necessitas. Etenī christus est
vita: ⁊ mortui sunt in aīa peccatores. Sed cū
ratio que in hominibus nō extinguit/etiam in
criminosis: cū reuigilare incipit /appropiquat
ad vite fontem. Signū porro excitate rationis
est in his qui deliquerunt/christo proximū fie-
ri fide atq̄ obedientia in his que mandare de-
creuerit. Et quoniā insipientes/iniusti/ immū-
di/et diabolo sunt obligati homines peccato-
res: opportunitas angit om̄ino ad christū ap-
propinquare: qui est nobis factus a deo sapien 1.Corin.1
tia/iusticia/sanctificatio ⁊ redēptio. Et cū sibi
appropinquamus/⁊ ipse nobis appropinquat.
Scriptura em̄ dicit: Appropiquate deo: et ipse Iaco.4
appropinquabit vobis. In veritate siquidē ap
propinquatio ista fiat: ne p̄pheticū dictū ip̄ro-
bet appropinquantes. Dicit dominus: Eo q̄ Esa.29
appropinquat populus iste ore suo: ⁊ labijs su
is glorificat me: cor autem eius longe est a me:
ideo ecce ego addā/vt admirationē faciam po
pulo huic miraculo grandi et stupendo. In ve
ritate ad Christum appropinquatio fiat: alio-
quin cōdemnabit peramplius appropinquās.
Initiū tamē appropinquationis eius est/p̄ om
nē modum longe fieri a peccatis. Mediū ve-
ro/explicari ab his a quibus sub velamento ne
cessitatis plus debito colligamur. Perfectum
quidē/cum virtutū velocissimos ascenderimus
equos: et ipsis ornati erimus placentes ei: qui
tales nos querit/vt appropinquet nobis. Im-
portunitatē habebat phariseorū et scribarū su
perba iusticia: que de benignitate domini mur
murabat: qui recipiebat publicanos et pecca-
tores/cōmodans se illis: nec dedignās eos in
mensa ciborū/vt posset cum eis epulari in men
sa virtutū. Nō nouerāt scribe et pharisei/ quā-
ta eos grauabat iniquitas: nec eis videbat ve-
nia indigere. Iusti sibi apparebāt: zelo peruer
so accendebantur: vt viderentur honeste vite
sectatores: aduersus christū murmurationib⁹
impingebāt. Moris est hypocritali vitio ser-
uiētiū: vt ipsi potiores appareāt/alios infama
re: magis quidē gaudētes/si bonis possent no-
tā applicare maiorē. Dicebant: q: hic peccato-
res recipit: ⁊ mādūcat cū illis. Nesciebant cau-
sam aduentus dominici: qui venerat duntaxat

saluos facere peccatores. Idcirco prestabat
eis gratiā vt venirēt: veniētes vero pie recipie-
bat manducās cuȝ illis: nō ad ingluuiē/sed ad
ostendendā benignitatē et nimiā charitatem.
Quibus murmurantibus: parabolā aptā qua
frenarenꝛ/saluator apposuit dicens: Quis
ex vobis homo qui habet cētū oues
ꝛ si perdiderit vnā ex illis: nōne relinquet nona
gintanouē in montibus aut in deserto: ꝛ vadit
ad illā que perierat/querere eā donec inueniat
illā? Et si contingat vt inueniat illā: amē dico
vobis/qꝛ gaudebit super eā magis/ꝗ̄ super no
nagintanouē que nō errauerūt. Cōpatiua pa
rabola ista est: nec potest in aliū sensum decē-
ter conuerti. Ut si moris est hominuȝ/propter
vnā perditam ouem ad horam totum dimitte-
re gregē: vt illā reperiat querens ad reinueni-
endā: relicto in montibꝰ grege/a quo sua mor-
biditate suaq̄ volūtate discesserat: cur nō lice-
at omniū conditori humanū deuiū genus que
rere/atq̄ vnire cetibus angelorū? Non em̄ ali
ter ꝗ̄ ad veniā peccatorē dn̄s requirebat. Sed
ꝗ̄ꝗ̄ sit bene maius gaudiuȝ suꝑ vno peccatore
conuerso/ꝗ̄ suꝑ nonagintanouē a domino nō
auersis: nunꝗ̄ est credendū ꝙ i conspectu dn̄i
multitudini iustorū/conuersorū paucitas prefe
ratur: alioquin personarū acceptor/nō virtutū
esset omnipotens. Sed qꝛ semꝑ dicitur maius
gaudiuȝ post dolorem/ qui ex re perdita ortum
habet: ꝛ consona est moribus hominū ista lo-
cutio: qui de modica re perdita exultant ampli
us cū illā reinuenerūt/ꝗ̄ de plurima re seruata.
Et hoc quare? Quia nō precesserat dolor in il-
la: qui subsequens gaudiū facit amplius appa
rere. Diuina vero similitudo ītroducta quales
esse debeant fideles ostēdit: videlicet sine lesi-
one ad proximū/mansueti/mites: fructū feren-
tes bonorū operū/ad vtilitatē etiā proximorū:
nulli malū pro malo reddētes: nec semetipsos
defendentes/sed dantes locū ire: ne ꝑ impro-
bitatē/ sed ꝑ patientiā ꝯuincatur improbitas.
Querit oues errantes saluator/ vt reducat in
Esa.53 gregē. Et nos oēs sicut oues errauimus nō
habentes pastorē: nō pastoris defectu/ sed oui-
um subterfugientiū curam eius. Pius em̄ pa-
stor noster est: ꝛ insopitū oculū habet: nō patiꝛ
ignauiā: oues sunt in causa dū errant. Hoc fa-
Ps.118. tebatur dauid: Erraui sicut ouis q̄ periit. Pro
priū fatetur delictū/ cū ꝓpria errauerat volun-
tate: sicut ouis que sua deuiatione periit: nō ꝙ
eā verus pastor abiecerat. Inuētio aūt perdi-
te ouis est/ꝗ̄ querens in quod querebat/ deue-
nit. Sed nemo potest sui conditoris manꝰ aut
scientiā effugere: quin cum volet/inueniat: nec
expedit actuosū aut ociosū laborē inducere/ cū
sibi ad nutū oīa pareāt. Sed in volūtate que
siti positū est: ꝙ se non ad penā/sed ad gratiam
inueniri permittat: quoniā si nō ad gratiaȝ/ ad
penā oīno inuenietur atq̄ tradetur inuitꝰ:
vt sicut propria volūtate perire decreuit/ sic se
offerat requisitus. Tunc em̄ saluator querens
quod perierat/inuenit: cū peccator a malꝛ auer
sus/se ad optima queq̄ ꝯuertit: nō sibi aut suo
placito viuens: sed ei qui nō indigēs ipsuȝ ipso
indigentē quesiuit. Impositio suꝑ humeros fa
cta de oue/ad christi baiulationē ꝛ nostrā infir-
mitatē pertinet. Nā peccatores et deuii facti a
nobis/quales deus non fecit/ambulare nō pos
sumus: sicut si in eo quod facti sumus/ stetisse-
mus. Nulla maior infirmitas hominē grauat
ꝗ̄ recessus a deo. Fit omnibus modis ꝙ dissol
uator qui a virtute recedit: et erret qui rectum
iter reliquerit. Contra quos dicitꝛ: Relinquūt
iter rectū: ꝛ ambulāt per vias tenebrosas: ꝛ ad
luminosas redire nequeūt/nisi a diuina gratia
reportentur. Conuocatio amicorū ad gaudiuȝ
ꝓ reinuenta oue: nō refertur ad ouē/sed ad do
minū requirentē ac inuenientem: ꝗ̄ eius labor
nō fuit delusus: ꝙ sua est facta in inuēta oue vo
luntas. Nā sicut maius est malū dei offensa ꝗ̄
quecūq̄ multatio offendētis: sic maiꝰ est gau-
dium cum per peccatoris penitentiam eius ab
rogatur iniuria/ ꝗ̄ de liberatione peccatoris.
Necnon et congaudendum est penitēti ab ele-
ctis ciuibus: in quorū est reuocatus consortiū:
ne videreꝛ haberi cōtemptui: qꝛ ꝓ tempore in
veritate nō stetit. Magno documēto facta est
nobis ista parabola: vt nemo qui steterit in iu
sticia/nemo innocēs abhorreat delinquentem:
cū reuertitur reinuentus ad gratiā: cuȝ viderit
dominū gaudere in cōuersionibus peccatorū.
Nā etsi nō fuit culpa cōmunis: nō tamen facta
est natura dissimilis: ꝛ ea gratia que tenuit in-
nocentē et iustū/reuocauit erroneū. Ostenden
da sunt cōuersis gaudia: imo hābēda ꝑampliꝰ
ꝗ̄ si semꝑ in virtute mā sissent. Habet em̄ com-
munis vsus hominū: vt plus de reinuētis ꝗ̄ de
nō perditis cū reinuenerint/gaudeāt. Sufficī-
at in hac parte saluatoris patrona sentētia. Et
peccatores indilate cōuertātur: si nullū bonuȝ
amplius sequeretur/ꝗ̄ ꝙ ex ipsorū cōuersione
in celo possūt inferre leticiā: cū suꝑ iustos mul
tos angelos pro vno peccatore conuerso asse-
rat gratulari. Alius vero euāgelista nō tm̄ an-
gelorū/sed dn̄i affirmat adesse leticiā: cū nō sit
volūtas apud patreȝ qui in celis est: vt pereat
vnus de pusillis istis. Quod ꝑ Ezechielē mul-
to ante predixerat: Nolo mortē peccatoris: sed
vt magis conuertaꝛ ꝛ viuat. Porro nō est diui
na volūtatis ꝙ aliquis pereat. Nemo causetur
aduersus dn̄m: cur omniū prescius/quē prescie
bat/ creauit ad damnandū. Nō em̄ creauit vt
damnareꝛ: sed vt saluareꝛ hanc ꝓductus in lu-
cē. Nec voluit ī homines ita preualere pecca-
ta: vt sponte egressus ab eis/eternā traderetur
in mortē: ad quā propellendā factus hō subire
voluit tꝑalē. Sibi nō dn̄o inferat/qcūq̄ dānaꝛ
Fecit em̄ ipse quicq̄d faciēdū est ꝓ salute. Igi-
tur festinemus in illā: ad quā cōsequēdā nobis
prerogata sunt oīa: Et salutis autor ab illa
diuertētiū factꝰ est reqsitor/ ostensor ꝛ duxpla
nator itineris per quod gradiaꝛ morbida ouis.

¶ De parabola drachme ꝑdite et reinuente: vt ad penitētiā reuocet peccatores: secundū Lucā tantū. Ca. XV

Lu.15. Retulit in oue hūilitatē hoīm ꝛ pacificos mores: in drachma vo reformationem turpate imaginis demōstrauit. Habet eñ drachma regis atq₃ ꝓceris cuiusq₃ imaginē ꝛ superscriptionē: quatenus sit in precio eis q̄ ꝑ placito aut necessitate res ad inuicē coalternant. Sed incuria ꝛ incautela drachma deperdit: quā cum notū fuerit/ accensis luminibus diligenter inquirit mulier que amisit. Quicquid possidendo diligit/ sollicitudine querit si defuerit. Et semꝑ anim⁹ manet impatiens quousq₃ rem amatā inuenerit: maxime si ex solito in
Ge.1 illa letat⁹ extiterat. Quod factus sit hō ad ima-
Psal.4 ginē ꝛ similitudinē dei: ꝛ ꝙ signatuȝ sit suꝑ nos lumē vultus eius: ꝛ ꝙ circa nos inscriptionē acceperimus mādatoꝝ/ scripture sacre declarāt: sed inutilis imago ꝑ peccatū facta est voluntarie: nō cōpulsa in minus bona ab illis summis bonis auersa: ꝛ fedauit seipsam terreno stercore volutans se suino more in ceno rerum corruptibilium: dehonestans in se omnē ornatū substātie supinductum sibi nature cōseruata substantia: quā malū voluntariū totā expugnare nō potuit: ꝛ supscriptionē aboleuit celestiū preceptorum: vt non ab eis/ sed a voluntate ꝓpria/ malo suo placito ageret: magis vo ageret a quib⁹ ꝓhibebat. Et facies cognitionis eius ꝛ presentie bone quā author exquirebat/ ab illo suꝑ carbones denigrata est. Inter lapides sculptos ꝛ fusa metalla ꝛ ligna dolata deperdita est: adorās imagines manufactas extra se: qm̄ in se imaginē diuinam nō agnouerat: ꝛ si cognouit/ nō ꝓm decens venerationē ꝛ custodiā exhibuit. Una eñ causaꝝ cur imaginib⁹ diuinus cultus exhibitus est: qꝛ imago in hominib⁹ nō cognita seu custodita est. Ac ꝑ hoc hec est drachme tota ꝑditio: ad quā deitas/ qꝛ sua imago erat/ more mulieris sedule requisitura festinat cum lucerna filij sui: quem lucem mundi ipso dicente cōstitu-
Ioh.8. it: Ego sum lux mundi. Et cū verbo reuocatio-
Psal.118 nis ꝛ directiōis eius: qꝛ lucerna pedibus hoīm verbū eius. Hinc psalmista ait: Lucerna pedibus meis verbū tuū: ꝛ lumē semitis meis. Hāc verbi lucernā deitas accendit/ cum luciferum filium ꝓduxit in tp̄e: cū illum voluit in nostra carne visibilē reddere: cum voluntatē suam per os filij sui mūdo aperuit. Accensa lucerna est euangelium eius: quo inueniunt drachme deperdite/ scȝ anime ad dei imaginē insignite: ꝛ in dñicos thesauros reportant. Nec ali⁹ extitit modus/ aut est aut erit reinuentiōis/ nisi accensa lucerna euangelij eterni: cuius lumine omnia clarescunt: sine quo cuncta tenebrescunt. Accensio siquidem in cordibus fit hominū. Est enim cor humanū eterni dei quedam inuisibilis domus vbi ista lucerna resplendet. Domus vo visibilis/ que totus est mundus: ab isto sole materiali suscipit lumen. Uisibilis a visibili/ sed inuisibilis ab inuisibili ordine suo illuminari decretum est: ꝛ cū lumine huiuscemodi dom⁹ inuisa euertit: donec imago ꝑdita reformetur: velut si res amissa in possessionē redeat amittentis. Si qua vero sunt in supradicta parabola/ ꝛ in ista est similiter differere/ preterq̄ similitudo ouis ꝛ drachme. Nam parabola perdite ouis in humilitatē ꝛ opportunitatē viuendi quesite posita ē: drachme vero in reparationem primi collati boni: ꝙ dei similitudinē in creatiōe accepimus/ ꝛ diuina decreta velut supscriptionē in gyro. In vtraq₃ tamē parabola cōmendat labor ꝛ sollicitudo q̄rentis: ꝛ dignitas hoīs sic quesiti/ sicq₃ dilecti: necnō ꝛ impossibilitas redeundi ꝑ nos in id a quo ꝑ nos inania defluxeramus. Et fit ligatura nodosior quesiti ad querentē ex eo ꝙ sic q̄situs est/ ꝙ ex eo ꝙ sic creatus est.

¶ De filio ꝓdigo ꝑabola in designatione diuine misericordie nostreq₃ fiducie: secūdū Lucā tantū. Ca. XVI

Habet pater filios/ q̄ creatiōe vt creata sint/ ꝛ vt maneant omniū est pat. Lu.15. Habet hereditatē ꝛ substantiā/ q̄ filij oēs alant ꝛ substantifice viuant: que nisi diuidatur est omnibus cōmēsurata ꝓ debito captu: ꝛ nulli deficit/ nisi dum vendicat in ꝓprium. Petit adolescentior sensu/ nō tempore de paterna substantia ꝓpriam portionē: que ipsum iure cuiuscūq₃ donationis cōtingit/ nō emptiōis: cū filiusfamilias larib⁹ educat⁹ paternis/ nō habeat vnde aliqd emat a patre: sed petit dono/ cū ex iure nō posset cōpellere aut sistere in iudicio patrē. Et postulat partē/ q̄ totum habebat in toto. Et pars deficiet cū separat a toto: velut riu⁹ interruptus a fonte/ velut ramus ab arbore/ et velut radius a sole precisus. Nō pater filiū inuitauit ad sortem: nec a se illum emancipare tentauit: ꝓcauens i filio paupertatē futurā: si nō sano regimine/ sȝ suo ñ decreto paterno vixisset. Ipse sibi sufficiens visus est/ cū quesiuit a patre diuortiū. Omne nostrū esse/ oīs cōsistentia nostra est de
paterna substantia. In ipso eñ viuimus/ moue- Act.17
mur ꝛ sumus. Nec aliunde nobis est aliquid ꝙ ab ipso: excepto vitio positiōe carenti. Diuisit pater substantiā/ cū vnumquēq₃ in suis singillatim cōcessis suo relaxauit arbitrio. Cōgregat in vnū oia filius adolescens/ cū hō cōsyderat que accepit: ꝛ accepisse se gaudet: ꝛ ad semetipsum oia recōuertit: ꝛ nouit optime quid accepit/ et a quo accepit/ ꝛ quare accepit: sȝ ad quid accepit a cōsyderatione subuertit. Ideo peregre profectus est: nō locis ꝛ spacijs/ sed affectibus segregant a deo hoīes. Et electiōe cōtraria/ potestate priuata/ ꝓpria directiōe viuendi/ a deo ꝑtinaci mente homies auertuntur. In regionem lōginquam ꝑegre ꝓfectus est: vt dissimiliter viueret ab his q̄ in domo paterna patri subditi versabantur. Non deus ab homibus elongat: q̄ sine situ vbiq₃ presens assistit. Sed sibi/ non deo placentes in his que ab ipso suscipiunt: secesserunt in remotissimā regionem. Nil tam longe

a domo dei vbi est erudiens disciplina / ꝙ viue-
re indisciplinate. Nil tam longe a lege / ꝙ viue-
re ꝑter legem. Nil tam longe a virtute ꝙ ab ipa
in regionem vitioꝝ animo ⁊ moribus secessis-
Psal.118 e. Psalmista inquit: Appropinquauerūt perse
squentes me iniquitati: a lege autē tua longe fa-
cti sunt. Patiť ꝑsecutionē in animo pater: etiaꝫ
si ab extra quiescat: cū viderit filiū indisciplina-
tum: cū viderit labefactari vitijs queꝫ virtutibꝰ
splendere cupiebat: prout est in filijs sceleratis.
Quotquot quotiensq; peccamus: quotquot et
quotiens sine lege quippiā agimus: ꝑsequimur
deum patrem: appropinquātes iniquitati: qua
subuertiť oīs ordo iusticie: lōge facti ab illa di-
uina lege voluntatis eterne: qua iubeť hominibꝰ
queq; turpia deuitare / sectari honesta: vt sine re
prehensione ꝯsistat in nobis diuina imago / quā
in nobis signauit omnipotēs: ne irritū insuper
faciamus sanguinis preciū: ne spūssancti gratie
cōtumeliā inferamus. In regionē longinquaꝫ
ꝑegrinatus est filius adolescens: tanꝙ si crede
ret oclōs posse deuitare paternos: ⁊ agere enor
miter nō argutus. Sed mentiť hominibꝰ iniq-
tas cui appropinquauerunt: vt q̄ vadētes in lō-
ginquā regionē deo e regione viuentes / ipsum
sentiant suꝑ eos vltorem quem noluerūt habe-
re pijssimū patrem. Sed semꝑ in luxu viuiť abs-
q; habenatore deo. Et oīa male fluunt: oīa mā-
cipantur ꝑditioni: oīa dissipanť / vbi verus ordo
deseriť. Nam ⁊ hic dissipauit omnē sub-
stantiam suam viuēdo luxuriose. De-
fecit oīno / qui sibi sufficere videbať. Nec sciuit
tenere gubernacula vite sua ꝓuidentia / qui re-
cessit a patre. Preter dei scientiā stultus est fa-
Hiere.5 ctus oīs homo a scientia sua. Et si quis ꝯsum-
matus fuerit inter filios hoīm / si abfuerit ab il
Sap.9 lo sapientia tua: quasi in nihilū reputabiť. Luxu
riosus animus lubriciter oīa bona dispergit.
Ornatus nimius corporis / voracitas ⁊ coitus a
luxuria pariunť: ⁊ rursum ipsam in suis laribus
fouent. Sed cū hic meretricibus applicať / luxu
riam liberā seu ꝑniciosam insaniaꝫ in mulieres
insinuat: seu vanaꝝ scientiaꝝ aut oīm illaꝝ reꝝ
que animā a cultu veri creatoris auertunt: ⁊ il-
le delectationes sensuales ⁊ steriles / ex quibus
turpis dulcedo carpiť: nullusq; fructus in qui-
bus amaritudo subsequens obuelať. Et post-
ꝙ oīa cōsumpsisset: facta ē fames va
lida in regione illa. Prout in deo viuimꝰ /
mouemur ⁊ sumus: ⁊ ꝓut immortales in anima
facti sumus / hec cōsumere non valemus. Sed
quoniā parabola est / traijciť in alium sensum: vt
cum omnē nostrā in delectationibus ꝑfunctо-
rijs ꝑfecerimus voluntatē: e regione deo in re-
gione longinqua viuentes: valida fames adue
niat: nō illa que ꝓ desyderio poniť / sed illa q̄ pa-
tiens cruciať. Semꝑ enim est fames / vbi nō ap
poniť panis vite. Oīs alius pastus deficit: vbi
q; inedia famis expugnat: nisi substantie imor-
talis homo refectione pascatur: que alibi non
apponitur preterꝙ in domo paterna: quam lu-

bricus dereliquit. Et cepit egere: Insatiabi
lis est mala voluntas: ⁊ semꝑ egestatibus subia
cet ad egena conuersa: quibus nō repleť nisi cuꝫ
capax facta fuerit deitatis. Nobilitas ⁊ latitu-
do animi est / ꝙ reꝝ visibilium ⁊ corruptibilium
appositione satiari non potest. Peruersitas / ꝙ
ex his satiari cōcertat. Damnosa ꝑtinacia / cum
se non ad meliora conuertit / sed tentat vlterius
experiri. Unde iste abijt et adhesit vni ci
uium regionis illius. Cum malus ⁊ inor
dinatus animus velit ex omnibus carpere vo-
luptatem / actu nequit continuo: singulari vitio
se ꝯnectit / quo suum lubricale oblectetur: a quo
subiugatus animus ad facienda turpia destina
tur. Hinc est ꝙ misit illum in villam suā
vt pasceret porcos. Cum hō recedit ab vr
banitate celesti: merito villanus in terrenis effi
citur. Et mittiť velut mancipium a vitio nequi
ens reluctare: vt illa extra perficiat que gerit in
animo: vbi iam factus porcus porcos pascat ex
terius: in quos saluator misit demonū legionē.
Porcus in animo / qui in terreno ceno libenter
inuoluitur velut sus in lutabro luti. Et sic por-
cinos sensus exterius turpiter pascit: et preter
dei legem singulis singula obiecta proponens.
Et cupiebat implere ventrem suū de
siliquis / quas porci mādu cabant: et
nemo illi dabat. Cupit voluntarie segrega
tus a bonis ꝑcipuis / satiare de infimis volunta
tem: ⁊ de porcinis cibis implere rationabilē mē
tem: ⁊ ordinem diuine dispositionis subuerte-
re: cum spiritum corporeis satiare concertat.
Sed nemo illi dabat. Sed quomodo nemo illi
dabat: in cuius potestate penitus erant accipe-
re de illis siliquis: scilicet leguminibus / aut de
ipsorum follibꝰ que porci more porcino pasce-
bant? Sed nemo illi dabat: quia nec ex eis satu-
rare se poterat. Justo dei iudicio agitur: vt rece
dens a satiabilibus impotentia saturandi mul
tetur: ⁊ ꝙ semper egeat inordinata voluntas: q̄
in potestate habuit vnde egere non posset. Cu-
piunt inordinate mētes ab optimis bonis auer
se / de his satiari que animalitati / nō rationi cō-
ueniūt: ⁊ repleri de vacuis: ⁊ nō sinunť: quoniaꝫ
nec dispositio diuina reꝝ naturas ꝓ hominuꝫ
inordinata voluntate alternat: vt nec spūs cor-
poreis / nec corꝑa spiritualibus satienť. Ipse
aūt in se reuersus dixit: Quāti mer-
cēnarij in domo patris mei abundāt
panibus: et ego hic fame pereo. Quo
iste iuerat / quo recesserat: vbi se reliquerat: i quē
locum cuiuspiam se relicto potest esse recessus?
Porro si reuersio ad seipsum / aliquo preter se-
ipsum accessisse insinuat. Sed corpore nemo ꝑ-
git seipso relicto. Sed more extasim patiētis ex
infirmitate saluator parabolaꝫ ponit: qui recta
caret sensuum actione: aut eius qui aliena loqui
tur: qui lucido habito interuallo recta pronun
ciat: et extasi terminata sensus redit ad sensus.
Et profunde dormiens ad seipsum redire di-
citur / cum euigilat. Peccator a se reces-

fisse dicit᷑: velut q̄ rōne deꝑdita irrōnabilia ope
rat᷑. In se ꝟo reuertit᷑/ cū īdite rationis est cō
pos. Quo sensu in se iste reuersus mente occul-
ta ꝓcessum rōnis exequit᷑: recognoscēs q̄d reli
querit: ⁊ mala que patit᷑: famē scꝫ cruciantē: non
famē que desyderiū notat. Mercēnarij ꝟo abū-
dantes in domo paterna/ illos insinuāt q̄ nō fi-
nali amore/ sed mercede quadā rerum labentiū
⁊ futuroꝝ bonoꝝ deo seruiūt. Et oēs abundāt
panibus. Sed pane melius intulisset: illo vide-
licet viuo q̄ de celo descendit. Post meditatio-
nē relicti boni ⁊ mali afficientis/ q̄d iste in se re-
uersus decreuerit atqꝫ ꝑfecerit audiam⁹. Sur
gam et ibo ad patrem meū. Profecto
se cecidisse cognouerat/ q̄ surrectioni se aptat:
⁊ remotū abcessum cognoscit/ q̄ redituꝫ parat:
sub impio tyrāno tabuerat/ q̄ repedat ad p̄rem.
Et orationē in mente p̄ordinat qua credit allo
qui patrē. Et dicā illi: Pater peccaui in
celū et corā te: et nō sum dignus vo-
cari filius tuus. Recte perorat offensum
q̄ offendit: si humiliter in principio ꝯfitetur of
fensam. Et ad iusticiā spectat se fateri corā deo
Pro.18. ⁊ hominib⁹ criminosum. Nam iustus in princi
pio accusator est sui. Et indignitatē quaꝫ sortit᷑
homo ex vitio/ habere pre oculis: ⁊ cōfiteri orā-
do ad p̄sumptionē arcendam/ initium est gratie
ꝑtiende. Peccat quis in celū/ supernoꝝ deserē
do cōuentū/ similiter ⁊ cōcentū: cū intellectu cō
trario ⁊ affectu reꝝ corruptibilium discrepat.
Peccat in celū qui peccat in aīa: q̄ peccat de
serendo iusticiā ceterasqꝫ virtutes. Peccat in ce
lum q̄ cōtemnit ecclesiam: q̄ turpat in se sacra-
menta celestia: q̄ scripturā sacram despicit/ aut
exponēdo ꝑuertit. Et corā deo/ cū ip̄m desuper
omnia ꝓspectantē ꝓcaci mente ab ipso se auer
tendo vilipendit. Et ilico sua paternitate indi-
gnus factus est filius ab ipso auersus/ ad egena
⁊ infirma cōuersus. Et de semetipso iudicando
ꝓnunciat: ꝙ iuste nō sit cēsendus de numero fi-
lioꝝ/ qui sponte recessit a patre: sed inter seruos
mercēnarios se appetit deputādū. Et surgēs
venit ad patrē suū. Duos ꝑniciosos reces-
sus se fecisse cognouerat: duosqꝫ reditus fecit.
A se recesserat/ ꝓinde in se reuersus in optima q̄
qꝫ deliberat: necnō ⁊ a patre cū iuit in regioneꝫ
longinquā: in qua nūc surgens venit ad patrē.
Sed nec audacter ꝓtulerim q̄d hoꝝ precedat:
an a seipso ratione deflexa prius/ an a deo per
auersionem celebret᷑ diuortium: velut si alia oc
currat questio: scꝫ quid hoꝝ p̄eat: an auersio a
deo/ an ad creaturā cōuersio. Dixerim tamē p̄o
ritate atqꝫ posteritate t̄pis oīno postposita/ eo-
dem momēto ista duo pariter celebrari. De du
plici q̄dem reditu similiter ꝓhibeor assertione
firma disserere: si ad deū an ad seipsum alter al-
tero p̄or existit: cum nemo ad deum nisi ratione
preuia redeat: nemo ꝟo nisi ipso duce reuertat᷑
ad cor: ⁊ in intimis atqꝫ se fore fecisse cogno-
scat. Sed dixerim ꝙ si vterqꝫ in veritate agitur
eodem tempore vterqꝫ celebretur. Redit ad pa

trem filius vndiqꝫ maleactus: nō inueniens in-
ter cupita requiem/ melioreꝫ partem ratus exi-
stere apud patrem. Quod vtinā omnes in hoc
solum parabola ista confoderet/ q̄liter aut quō
a deo desilientes manemus sub principe tene-
braꝝ: ocyus profecto reuerteremur ad deum: q̄
ꝓut parabolice tradit/ nō tam paterne q̄ etiam
nos diuine susciperet. Hinc sequit᷑: Cum aūt
adhuc longe esset/ vidit illum pater
suus et misericordia motus ē. Et oc-
currēs cecidit super collum eius: et
osculatus est eum. Longe erat adhuc im
potentia redeundi. Abundat in nobis mala fa-
cultas ad opera prauitatis: ad redeundū ꝟo in
bonum a quo auersi sumus/ etiā cū volūtas ade
rit: nisi occurrerit coadiuuās gratia/ valitudo
nō suppetit. Proinde pius pater misericordia-
rū longe adhuc ꝑ impotentiaꝫ nos peccatores
stare conspiciens: nō affectu nouo in ipso gene
rato/ sed nouiter ostenso: misericordia mot⁹ de
infelici ꝑegrinatione filio reuertēti occurrit p̄-
biturus auxilia: ꝓhibiturus aduersa: ⁊ paternā
pietatem opportuno tēpore ostensurus: irruēs
suꝑ collum eius: suꝑ illam videlicet fidē/ qua re-
uertebat᷑ ad patrē. Equidē velut collū corp⁹ ca-
piti copulat/ sic hominē deo fides. Collum q̄dē
amplexatus est: sed ori osculū tradidit: vt indu-
bita fide sibi artius cōstringamur. Ori cōfiten-
ti delictū reddat᷑ osculū pacis: q̄ꝛ si corde credit᷑ Ro.10
ad iusticiam: ore aūt fit cōfessio ad salutem. Cui
ore competit pacis osculum: vt peccator ex vera
cōfessione se deo reconciliatū agnoscat. Os ve
ro quo a se auersos osculat᷑ cum reuertunt᷑/ ver
buꝫ est eius. Unde in canticis dicit᷑: Osculetur Cañ.1.
me osculo oris sui. Os suū filius est dei: ꝑ quem
osculatus est humanā in incarnatione naturā.
Et ꝓphete veraces cūctiqꝫ doctores ī lege do-
mini in veritate docti/ os sunt dñi. Juxta queꝫ
sensum hierusalē ⁊ iuda ꝑ ꝓphetam a dño argu Esa.30
untur: cum pro auxilio descenderent in egyptū
⁊ os dñi scilicet ꝓphetas domini nō interroga
uerunt. In quo quidem ore orthodoxa ecclesia
⁊ in apostolis ceterisqꝫ doctoribus in illis pri-
scis vatibus figuratis/ in signū pacis se oscula-
tam agnoscit. Sic ⁊ omnis anima si ad miseri-
cordiarū patrem reuertit᷑ in veritate/ sibi sciat a
deo redditā pacē. Attamen hic filius adolescēs
cū ꝑuenisset ad patrem/ ⁊ amplexus ⁊ oscula su-
scepisset: deliberata ꝓrumpit in verba/ dicens:
Pater peccaui in celum ⁊ coram te: ⁊ non sum
dignus vocari filius tuus. Quoniā misit deus Gal.4
spiritū filij sui in corda nostra/ in quo clamam⁹
abba pater: vt quod nō habent homines ꝑ na-
turam/ habeāt ꝑ gratiā: ꝑ quā adoptati deū pa
trem nostrum liceat nomiare: ꝑ quam etiā pec-
catores cōuersi audeant dicere creatorē omniū
patrē suum. Nam ⁊ filius ꝓ peccatoribus na-
scens/ dedit potestatē filios dei fieri his qui cre Joā.1.
dunt in nomine eius: quod si fieri similit᷑ et cla-
mare concessit. Resumpta igitur bone spei fi-
ducia peccator in se ad deū reuersus dixit: Pa-

ter peccaui. Jam traditum osculum ori filij de-
linquentis illum cōfortauit: vt cōfiteret patrē/
quē ꝓpria potestate delectatus reliquerat: nec
nō ⁊ peccatū quod relinquendo cōpleuerat: vt
ex ore plena cōfessio fiat ad salutem. Peccaui
ait in celum ⁊ coram te: id est/ celestes deserēdo
virtutes atqȝ promissiones. Peccat qs in celū
cum terrena celo ꝓponit: ad quod hō vt aspice
ret rectus factꝰ est: ipse vō deorsum inclinauit
aspectum. Peccant in celū per penitētiam pro-
missum hominibus/ qui semꝑ penitenda cōmit
tunt. Peccant in celū spū paupibus reseruatū/
qui diuites in mundo fieri vsqȝquaqȝ cōcertāt:
1.Timo.6 quoniā vt ait apostolus: qui volunt diuites fie-
ri/ incidunt in laqueū ⁊ tētationē diaboli. Pec
cant in celum q̄ sanctos viros cōtemnunt: quo
Ecci.43 niā species celi est gloria stellaꝝ. Sepe quidez in
scripturis sacris ꝑ stellas sanctos homines in-
telligimus. Peccant: quid peccant homies co-
ram deo? Nihil enim subterfugit oculos eius: q̄
Pro.15 in omni loco ꝯtemplaṫ bonos ⁊ malos. Et hec
est hominū altitudo superbie/ ꝙ ipsum deū eter
num omnia videntē peccando cōtemnimꝰ: ⁊ tē-
poralem/ ꝑsentem/ inspectorē iudicem formida-
mus. Indignitatē filiationis confiteri/ non ser
uato immaculate honore paterno/ ad indulgē-
dū paterna viscera plus inclinat. Proinde pa-
ter anteꝙ̄ de optione mercēnaria verba profe-
rat: ⁊ totus in cōpassione misericordia factꝰ ad
filium/ nudatū videns veste gratuitoꝝ bonoꝝ et
tegumento vere honestatis exutū: videns ꝙ si-
gnū nobilis herilis nō gestabat in manu: nulla
scȝ opera q̄ ex fide ꝓcedunt: aspiciens deorsuz/
discalciatū aspexit: pellibus mortuis sanctoꝝ ꝑ-
teritoꝝ scȝ ꝑiectis exemplis. In facie maciē scȝ
inuerecundā frontē/ ⁊ sanctam ꝓpulsam auda-
ciam: corpusqȝ cognoscens effetum/ famis ine
dia expugnatū/ videlicet omnibus bonis vacuū:
oculo paterno filium ex omni parte cōtemplās
dixit paṫ ad seruos suos. Cito proferte sto-
lam primā et induite illum: quia fere nu
dus est: vt solita gaudeat dignitate/ procedens
cōmuni tegumento cū ceteris. Et date anu-
lum in manu eius: vt velut filiꝰ herois se-
cernaṫ a seruis: vt scȝ signaculuz fidei teneat et
opereṫ in fide. Et calciamenta in pedibꝰ
eius: vt ꝓtectus a sentibus terrenoꝝ secure i-
cedat. Et adducite vitulum saginatuz
et occidite: vt mā̄ducemus et epule-
mur: quia fere fame periJt etiam insaturatus
ex siliquis. Et rationabilium hominū societate
cōgaudeat/ qui cōuersabaṫ in longinqua regio-
ne cum porcis. Quā pie/ ꝙ̄ misericorditer pater
na ꝓuidentia tendit ad filiū: vt singulos tolera
tos defectus bonoꝝ cōtrarioꝝ appositione de-
pellat. Si solū stolam dixisset nō addendo pri-
mā/ nulla ambiguitas esset: nā peccator penitēs
vt nudus reinduendus est. Sed quō de stola ꝑ-
ma claret: vt quis nocens in primā innocentiā
redeat? Nisi forte id affirmauerimus/ ꝙ dn̄s ita
libere peccatoribꝰ parcat: vt ita securi ⁊ sine ru-
bore inter iustos existant ante cōspectū eius: ac
si eos nulla macula deturpasset. Anulus in ma
nu fides est cuz opibus: qr fides sine operibus
mortua est. Nec decet conuersum peccatorem
cui gratis est indultū/ a pigritia detineri: magis
aūt opari ardentius/ quo sceleratius se fedauit.
Calciamenta pedum ex mortuis rebus monita
humanoꝝ affectuū sunt: q̄bꝰ mortis infixa me-
moria reuocantur a turpibus: ⁊ eius metu a ma
lis voluptatibus absterrenṫ. Vitulus saginatꝰ
oī pinguedine grāꝝ christꝰ est occisus in cruce:
q̄ cōsyderandus attente nobis apponiṫ. Et etiā
in sacramento ⁊ in re sacramenti sumendus ve
re penitentibus tradiṫ. Causam subiecit pater
cur talia beneficia filio male peregrinato cōfer-
ret: quia erat mortuus et reuixit: peri
erat et inuentus est. Jam ip̄e saluator ad
patrem deum videtur aptare parabolam: cum
mortem pronūciauit in filio: quia nemo filiꝰ mor
tuus temporali patri aliquando reuiuiscit. Et vi
uus erat ex parabola iste filius corpore/ sed mē-
te in peccato decesserat: quod sacramentū iter
deum ⁊ peccatores agitur/ omni parabole de-
pulso velamine. Et ceperunt epulari. Nō
sibi soli fuit apposita mensa: prout cum recessit
a patre/ omnia in ꝓpriū vendicare tentauit: sed
omnes pariter secum epulanṫ ⁊ ipse cū ceteris:
vt cōmunē mensam sacramentoꝝ omnibus esse
cognoscat: ⁊ vt nouerit nihil sibi quisꝙ̄ deberē
vendicare in ꝓpriū in hac vita: vbi nihil potest
esse ꝑpetuū. Et epulatio vituli occisi/ scȝ saluato
ris verbi dei nō cedit in priuatam partē homi-
nibus: sed est omniū ⁊ singuloꝝ: sed non ita sin
guloꝝ/ q̄n ipsa sit omniū. Erat aūt filius se
nior in agro. Si pro allegoria esset dissertio
tota hec in istis duobus filijs gentilem ⁊ iudai-
cum populū loquitur: sed deuitamꝰ si derelicto
allegorico sensu aliunde patet ingressus ad mo
res. Hinc statuamus duos hominū statꝰ: vnuz
in iusticia bonoꝝ operū: ⁊ alterum peruerse agē
tium: vnū signatum in seniore filio/ q̄ sub pater-
nis legibus mansit: alterum in iuniore/ qui a pa
terna lege refuga factꝰ est. Filius senior ī agro
illos insinuat/ q̄ semꝑ im agro dominico aliq̄d
boni agunt: filius iunior peccatores ad domi-
nū reuertentes/ qui sic a domino refouenṫ. Ue
niunt de agro iusti/ in consyderationē eorum q̄
aguntur in domo domini: scȝ in ecclesia sancta
dei. Et cū appropinquaret domui/ au-
diuit symphoniam et chorum: concor
diam videlicet vocum cantantiū canticum no-
uum: ⁊ odas reddentes domino de conuersiōe
peccatoꝝ: magis quia dei nō ampliꝰ in illis cō-
uersis agebatur offensio. Et chorus erat ex in-
sertis manibus vnius ad alterū: ⁊ circulari mo-
tu agebatur in gyro: velut cōmunicatis adinui
cem operibus/ bonum vnius iungebatur alteri
ad iuuamen ⁊ gaudiuz. Et filius reinuentꝰ erat
in choro sancto ludentium sicut receptus ī cō-
munitate bonoꝝ: aggregatus fidelibus ad sor-
tiendum in superna parte leticiam. Et cum illis

parabolis ouis ⁊ dꝛachme deperditarum se pa-
rabola ista consociat: ꝙ gaudiuȝ sit deo angelis
ꝙ suis super vno peccatoꝛe penitentiam agen-
te/ꝙ̄ sup nonagintanouē iustos. Unde post mē
sam positam symphonia sonitū dabat: ⁊ choꝛꝰ
iustoꝝ ⁊ angeloꝝ ad plenitudinem gaudij volue
batur in gyro. Et si filius adhuc cū epulantibꝰ
epulabat: ⁊ choꝛus ad symphonie sonitū moti-
bus se agebat legitime: nō te moueat ad sinistrū
amplius te ad bonum irradiet: vt duplex sit leti
cia occasione peccatoꝛis refuge redeuntis: eoꝝ
videlicet qui sunt in ecclesia: quos adhuc neces-
sario sedere opoꝛtet ad mensam sacramentoꝛū
dum viatoꝛes existunt: aut qui cum male ꝑegre
redeunte letant: velut si ipsi fuissent ad tempus
ab eadē iniquitate detenti: aut humiliter consy
derantes/quia in talibus aut peioꝛibus esse po-
tuerunt. Alia q̄dem ostendit coꝛā peccatoꝛe pe-
nitentiam agente leta festiuitas angeloꝝ: videli
cet in choꝛo eterno ludentiū inenarrabili leti-
cia ꝑ beneficio conuersoꝝ: aspiciendū dei pla-
citum sup eos/⁊ diuinam voluntatē fieri: q̄ non
vult moꝛtem peccatoꝛis/ sed vt conuertatur et
viuat: ⁊ vult omnes homines saluos fieri/ ⁊ ad
cognitionē veritatis venire. Interrogatio autē
filij senioꝛis de agro venientis/ignoꝛantiā mi-
rabiliū factoꝝ dei ostendit: que continue agun-
tur in domo dei. Audiri tamē a doctoꝛibus pos
sunt/similiter ⁊ inspici ĩ scripturis: intelligi au
tē preter ꝙ̄ speciali gratia nequeunt. Respōsio
serui est narratio rei geste: nō tota declaratione
rationis: cum scȝ reuertenti luxurioso adderet
tanta solēnitas/que stanti apud patrem nunꝙ̄
fuit exhibita. Quamobꝛem super hoc dei volū-
tate incognita/⁊ presumptione ingesta de non
lubꝛicali malo ⁊ de mansione cum patre/senioꝛ
filius indignat. Quo typo iusti existētes apud
deum per innocentiā custoditā/vident quodā-
modo indignari sup larga benignitate dei in cō
uersione maloꝝ: nō ꝙ eos tedeat deum ꝓpiciū
peccatoꝛibus fieri/cum ⁊ ipsi potuerint esse pec
catoꝛes: sed ꝙ nō ita continuo recipiūt illa ma
gna dona que cōuersis peccatoꝛibꝰ donari cō-
spiciunt: ignoꝛantes aliquādo dei pꝛouidā cha
ritatem: que nō merito diligendi/sed necessitate
succurrendi/suarum legum refugas redeuntes
amplius ꝙ̄ ꝑsistentes in suis legibus pꝛehono-
rat. Sed hec indignatio nō defectu damnoso ē
retoꝛquenda in iustos: qui si inuidi essent/ iusti
nō essent: sed nec oēs qui sequunt iusticiam/sūt
vsquequaꝙ ꝑfecti: qui de occultis iudicijs dei ve-
lut in nocte ceca tenebꝛant. Hinc iste filius se-
nioꝛ noluit introire/ex ignoꝛantia indignatꝰ/in
illud videlicet secretū dei cōsyderandū: quo de-
relictus requirit/negatus vocat/⁊ aberrantem
reuocat: cōtemptus indulget/vilipensus hono-
rat/ꝓuocatus dissimulat/irritatus tolerat/ deri
sus ridet/maledictus benedicit: nō gratus mul
ta largitur ingratis: blasphematꝰ tacet: a se vo-
luntarie recedentes/voluntarie redeuntes reci
pit: vt homo habitus diuinitatē offert: vt moꝛ-
talis despectus immoꝛtalitatē largitur: vt terre
nus estimatus celestia repꝛomittit. Sed ad hūc
filium egreditur pater: quia ad talia consyderā
da introire nolebat: ⁊ alloquitur iusta ⁊ irrepꝛe-
hensibili rōne filiū: rogās ingressū ad festiuita-
tem filij perditi iam reuersi. Magnū quidē pꝛo
tinus ꝙ̄ pater filium rogat/cui cōpetit impera-
re. Pꝛofundū impenetrabile ꝙ deus ꝓseuchet
hominē ꝓ salute: ꝙ oīs vita/mos/doctrina/ex-
pansio bꝛachioꝝ in cruce hoc ab omnibus fla-
gitat: vt ingrediamur in gaudiū sanctū eiꝰ. Sȝ
aduertendū q̄d responderit patri hec rogāti fi-
lius indignatus. Ecce tot annis seruio ti
bi/et nunꝙ̄ mandatū tuū pꝛeteriui:
et nunꝙ̄ dedisti mihi hedum/vt cum
amicis meis epularer. Numerū non di-
stinguit annoꝝ/acsi semp seruierit: ⁊ indeclina-
bilē a iusticia se ꝓnunciat/cū nunꝙ̄ se asserit pa
ternū pꝛeterisse mandatū: ⁊ cum sic inculpate vi
xerit apud eū/hedū etiā nō accepit: vt sibi cum
amicis posset esse refectio. Que verba traiecta
in alium sensum/alium parant oꝛdinē differen-
di. Quis hominū potest seipsum extollere apud
deum ꝙ ei semp inretroacte seruierit: ⁊ ꝙ̄ omnē
eius impleuerit iussionē: Hoꝛrende pꝛesumit iu
stus/si de seipso talia sentit. Sed nemo iustus ex
lege. Nullus iustus nisi q̄ criminibꝰ nō seruiuit.
Nemo sibi aliquid ꝑfectionis arroget: etiam si
mandata cōpleuerit. Inquit enim Job: Nō re Job.17
pꝛehendit me coꝛ meū in omni vita mea. Sed
nec credebat ex hoc esse ꝑfectꝰ. Apostolus etiā
inq̄t: Nihil mihi cōscius sum: sed in hoc iustifi- 1.Co.4
catus nō sum. Et saluatoꝛ chꝛistus: Cū oīa bn̄fe Lu.17.
ceritis inq̄t/⁊ fecistis quod debuistis: dicite ta-
mē/serui inutiles sumus. Quis igit his cōsyde-
ratis sententijs sibi plenā iusticiā deputet: repu
tet se ꝑfectū: insultet aduersus alios/ se ꝓferat
ad cōuersos: De quadā imꝑfectione pꝛocedit/⁊
de incōsyderatione diuine benignitatis: cū in-
dignatio nascitur aduersus eos/q̄ iuuante dn̄o
cōuertunt. Sed quē hedū denegatū filio senioꝛi
mente contemplemur: Illū videlicet quo pecca
ta designant: nā in iudicio hedi erūt a sinistris/
damnatiōis sententiā accepturi. Quem volebat
foꝛte cū suis amicis atꝙ sodalibus epulari: scȝ
aliquā delectationē suscipere cum sensibus sui
coꝛꝑis: q̄ cuiꝙ sunt ꝓximioꝛes amici: sed vtinā
non dulces inimici ⁊ amici amari. Acsi tende-
ret in id ista conquestio filij deriuata in aliquos
iustos/nō tñ ꝑfectos: ꝙ eis aliq̄n voluissent cō-
cedi licentiā ꝑfunctoꝛijs delectationibus seculi
abutendi. Sic nec fuit vnꝙ̄ aut erit ꝙ ꝓpter q̄
cūꝙ bona facta ⁊ omnimodā obseruantiā mā-
datoꝝ/ab aula iustissimi dei egrediat licētia de-
linquendi aut ꝑperam quid agēdi: nec mala co-
gitatio de diuina cōcessione: ꝙ̄uis dei ꝑmissiōe
ꝓcedat. Alioquin videret diuina iusticia ex do-
nis aut placitis posse coꝛrumpi: quod tam ne-
phas est credere ꝙ̄ deuȝ nō esse: vt ex beneactis
ꝓmissis aliq̄n etiā ad modicū alicuiꝰ mali vsus ꝓ
staret audacia: ꝙ̄uis multa mala permittat fieri

sapientia ipsa diuina. Ex cōpositiōe ad fratrē
videt iste filius de patre amplius indignari: vt
ex verbis plene ꝓnunciat adijciens ad querelā.
**Sz postq̄ hic filius tuus qui deuo-
rauit substantiam suam cū meretrici
bus / venit: dedisti ei et vitulū sagina
tū.** Acsi arguat de improuidentia patrē ⁊ de in
iusticia tribuendi: q̄ si nō dedit sibi hedum / nec
isti dari debuit vitulū saginatū. Ut si iustus nō
habet ꝓperam agendi licentiā: nec peccator cō
uersus sic cito debuit huiuscemodi sortiri an-
nonā. Necnon ⁊ si meretricius peccator sic pa-
scit / quid apponendū est iusticiā ꝓseruāti? At si
de reuersione a malis sic iste alitus est: quo ci-
bo alendus sum / qui tua mandata vsq̄quaq̄ ser
Mat.20 uaui? Ut etiā cū parabola de operarijs missis in
vineam / indignantibus de equa retributione si
militudo ista cōcurrat: quasi nō sit licitum patri
decernere in filios ꝓ placito voluntatis: et dñs
seruis nō possit ꝓpria autoritate ꝓuidere. Sed
nec pater filij legib⁹ subiacet: nec dñs angit re-
gulatione seruoꝝ. Non est filioꝝ autoritas i pa-
rentes. Serui nullo pacto dñis preferunt. Nul
la nobis sunt iura cū deo: vt ipse nobis obliga-
tione subiaceat. Quod nobis cōfert / sui est mu
neris: nō nostri iuris. Quod preripit iustos ne
peccent / est sui doni gratuiti: nō hominū meriti.
Quod peccatores recipit: q̄ ilico penitentibus
indulgentiā donat: q̄ eos admittit ad sacramē
ta celestia: q̄ dulciter fouet: sue benignitatis est
non nr̄e ꝓuentionis. Nulla nobis materia cau-
sandi aduersus deū: arbitrij sunt omnia sui: rep̄
hendi neq̄t. Nihil ꝑ iniusticiā aut ꝑ calumniam
facit: subticere tm̄ nobis est / non discutere suas
infallibiles ⁊ iustissimas leges. Nihilomin⁹ ta-
men quasi debitor dulci verbo refouens ait pa-
ter ad filium: **Fili tu semꝑ mecum es: et
omnia meā tua sunt. Epulari autē et
gaudere oportebat: q̄ frater tu⁹ hic
mortuus fuerat et reuixit: perierat et
inuentus est.** Semꝑ iustus est cū deo / dū iu-
sticiā seruat: ⁊ cū ipso esse / plena iusticia est: et iu
sticia nos facit esse cū deo. Et oīa dei bona sunt
in appositione iustoꝝ: nō tamē ita vnius / quin
pluriū: nō ita pluriū / quin vnius: sed ita singulo-
rum q̄ omniū: ita omniū q̄ singuloꝝ: Quis hic
illa ineffabilia bona contueri nō possint: q̄ nec
Esa.64 oculus vidit / nec auris audiuit / neq̄ in cor hoīs
1.Co.2 ascendit / q̄ preparauit deus diligētibus se. Qui
velut confidens de fortitudine iustoꝝ: velut pa
ter de ꝓuectis filijs / nō eis blanditur: vt mater
suis lactentibus facit: sed peccatores in gaudio
recipit: mensam suarū largitionum apponit: ne
memores delictoꝝ iustis inspectis desperatiōe
frangant. Non autumandū deū amplius q̄ in-
nocentes / cōuersos diligere peccatores: sz sic se
habet ad eos ꝓ maiori spe indulgentia ꝓroga-
ta / velut si nō deliquissent. Posset tn̄ nuꝑ pctōr
cōuersus intantū post lamēta penitētie in chari
tate ꝓficere: vt etiā iustos q̄plures ꝓcederet: vt
magdalena marthā / ceteros coapl̄os petr⁹ / ste
phanū paulus: sed de his ⁊ similib⁹ nec nobis
sermo. Uerūtamē q̄m dubitari merito posset: si
in seniori filio chorū iustoꝝ intelligimus / etiam
nō ꝑfectoꝝ: cur in huiuscemodi inuidiā ꝓlabū-
tur? Id dixerim q̄ aut id sic fieri posset / quāq̄
factū nō sit: aut illos intelligamus q̄ sibi iusti vi
dent ⁊ non sunt: immo eoipso a iusticia cadunt
quo sibi iusti vident / ⁊ peccatorib⁹ indignāt: vt
phariseus ꝑsente dño magdalene: q̄ recipiētem
atq̄ parcentē dñm / ⁊ indignā misericordia iudi
cabat: saluatorē de ignorantia / magdalenā de
immūdicia. Sed deus pius neminē ꝑire volēs
dissimulans pctā hoīm / oībus apponit vnde cu
rent: ⁊ pctōrib⁹ ꝑstat redeundi gratiam: ⁊ beni
gne recipit reuertētes: ⁊ iustis tradit virtutē ꝑ-
sistendi: ⁊ intellectū aꝑit de ordine subueniēdi.

¶ Parabola de remittendo offensā et prestando penitentibus veniam: secundū Mattheū tantū. Ca. XVII

Pater misericordiaꝝ deus ⁊ indulgen-
tie libens dator / filiū suum misit in ter
ris: vt generi humano mōstraret q̄ an
tiquā dimittebat offensam / gratis tn̄: nullis ho
minū ꝓcedentibus meritis: nullis datis satisfa
ctionū obsequijs: q̄ ꝓut fecit nobis / facere nos
ad inuicē docuit atq̄ monstrauit: scz remittere i-
iuriam / ⁊ dare petentib⁹ veniā. Nec aliter volu-
it hoīes inuicē viuere in retenta iniuria / in ere-
cta iusticia: q̄ vt ip̄e ad nos factus est / q̄ dimit-
tit iniuriā / ⁊ petentibus veniā prestat. Proinde
cū petrus interrogaret: si quotiens foret homi
nibus dimittendū: cū dato respōso saluator pa-
rabolā posuit / dicēs: **Ideo assimilatum ē** Mat.
gere. Illi mendacio ꝓtegunt qui tẽporali potentia fulti omnino permanere ſic credũt. Sed fit vt veniant in illã cognitionẽ qua omnia temporalia ꝓut exiſtunt/appareant: ⁊ inde confundant vnde ꝯfidebant. Ac per hoc ſolerter inſpiciendũ eſt/ quõ ſermo veritatis nobis in rebus huiuſcemodi aduerſatur. Et vt breuiter omnez ſermonẽ aduerſarium clauſulis duabus concludam/dixerim: Omnis ſermo placitas ſenſuum impetuoſitates ⁊ irrationabiles motus animorum ⁊ obiecta ſeculi/ſuaſiones diaboli quoquomodo ꝓhibens/aduerſarius eſt aĩe male concupiſcẽti ⁊ aĩalitati turpiter delectanti: necnõ ⁊ ſermo ſuadens quod tener refugit ſenſus/aut quod arduũ in virtutibꝰ hꝫ aſpectũ/ ſilr̃ aduerſatur. Porro hoĩbus aduerſarius factus eſt ſermo veritatis/velut bifrons/bifaux/biceps/bilinguis: vt gladiꝰ biceps: aut cũ ꝓhibet quod appetimus: aut cũ iubet ⁊ conſulit quod ſenſualiter deuitamꝰ. Seorſum aũt ab iſto bifario modo eſt quidã ſermo veritatis aduerſariꝰ: qui nõ moleſtat appetitũ/ neqꝫ ſenſum/ neqꝫ cũ natura hominũ ad deſtruendũ confligit: ſed ipſam ſupgreditur ⁊ intellectũ/⁊ rationẽ/ ⁊ vſum ⁊ ordinẽ eius. Hinc quidẽ eſt ſermo qui credere iubet ea que ſuper naturã ⁊ preter naturam/nõ tamẽ cõtra naturã facta ſunt/ fiunt/fientqꝫ: quouſqꝫ ad pacata vel turbulẽta regna ſine fine veniat. Aduerſari quidẽ dicitur/ quod nõ eſt ſm̃ ſe/magis autẽ preter ſe. Nam quod intellectus nõ capit ratio ignorat/vſus caret/ nec ordo nature ſuis regulis alligauit/eis videtur aduerſum. In diti ceo eſt aliquid ꝓhibẽs ⁊ aliq̃d iubens: ⁊ in omĩ lege moyſaica. In pſalmis ⁊ ꝓphetijs id idem eſt reperire. Doctrina euãgelica ꝓhibet delectantia ſenſum: iubet ⁊ conſulit que aduerſa videntur. Magnus autẽ euangelij gloſſator ⁊ totius ſacre ſcripture ſciarcha ſermonẽ aduerſarium ꝓhibendo depromit: Carnis curã ne feceritis in deſyderijs. Et multa huiuſcemodi ⁊ iubẽtia plurima: que vite auſteritatẽ habent. Que omnia hoc teſtificantia per ſingula inducere in maiori parte ſcriptura euacuaretur: vt etiã plurima volumina cuderent. Indagatiui ſolertes inueniẽt ꝑ ſeipſis: ad denunciandũ his q̃ has virtutes inquirunt. Sermones vero aduerſarij fidem viuificam ſuadentes eorũ quorũ nulla eſt aperta per naturã traditio/ vtiqꝫ plurimi ſunt. Ex his omnibꝰ ortus eſt aduerſarius ſermo diuinus: cui iubetur conſentire viator. Viator eſt oĩs qui per mortẽ corporis nõ eſt depulſus a vita. Via ſeculum preſens eſt: quod principiũ habet ⁊ finẽ. Via eſt hoĩm vita: in qua dum homo efficito aduerſario ſuo ꝯſentiat: concordiã iuſtã faciens ſi homo eſt: omnino ſm̃ ipſum ſe regulans/ſi ſermo diuinus eſt. Ne forte aduerſarius tradat te iudici chriſto: videlicet cui pater omẽ iudiciũ dedit: ⁊ poteſtatẽ dedit ei iudiciũ facere quia filius hoĩs eſt. Et ipſe cõſtitutus eſt iudex viuorũ ⁊ mortuorũ. Ex cõiunctione tñ eſt iſta traditio: cum homo reus a ſermone veritatis ꝯuincitur: cum quo neqꝫ cauendo ꝓhibita/ neqꝫ agẽdo mãdata/neqꝫ credendo credenda voluit habere cõſenſum. Iudex ꝟo conuictum tradet miniſtro/ſcꝫ tormentorũ: qui detrudet in carcerem vt nulla ſit copia euadendi. Nec inde fiet egreſſus donec reddatur nouiſſimus quadrãs. Quadrans genus eſt monete/a quarta parte vncialis ponderis trahens originẽ. Quem niſi reus carceri mancipatus reddiderit/de carcere non exibit. Et cũ reddere nunq̃ poſſit/fiet eternitas tormẽtorũ. Non eñ carere poterit carcere. Ibi nihil inueniet vnde poſſit quippiaꝫ promereri. Aliorũ merita nõ ſubueniẽt. Nemo aliorum merito liberabitur ab illa gente tartarea: neqꝫ aliorum ſuffragio vitã conſequetur eternã. Lucas autẽ hanc eandẽ parabolã/ſi parabola dici debeat/in aliquibꝰ ſuo loquendi genere variauit/ dicens: Cum aũt vadis cũ aduerſario tuo ad principẽ in via/da operã liberari ab illo. Omẽs imus ad principẽ omniũ chriſtũ/ qui princeps eſt regum terre: qui princeps eſt pacis: ſuper cuius humerũ principatus exiſtit. Sed aduerſarius noſter penitus eſt nobiſcũ. Ita faciendũ eſt/ vt ab ipſo liberemur in via. Sed que poteſt eſſe libertas a verbo diuino niſi aſſentire ſibi dũ viuimus/ne in morte truci exactori tradamur: qui detrudet in carcerẽ vbi exactor ſemꝑ exiget: vbi exactus nunq̃ reddet: Et exire inde non poterit quouſqꝫ nouiſſimũ minutũ reddiderit actori. Hec eñ reſtitutio impoſſibilis erit: vt in penis detentio tota ⁊ eterna ſubſiſtat: vt nouiſſimus quadrãs ⁊ nouiſſimum minutũ vltimitatẽ penarũ inſinuent: a quibus nulla poſſit eſſe libertas in illis q̃ ab aduerſario in via liberari operam non dederunt. Ad contumaces verbi dei ⁊ cognite veritatis factum eſt verbum iſtud de duratione penarũ/ſm̃ diuinũ iudiciũ: quod eſt ſm̃ omnimodam veritatẽ. Proinde ad cõcordiam abſqꝫ dilatione cum tam vtili aduerſario veniamus dũ ſumus in via: quoniã poſt hanc vitam ſpacium penitentie non cõceditur: locus emende nõ inuenitur: retributionis dũtaxat protinus tẽpus erit/⁊ locus gaudij vel meroris. Sunt q̃plures alie ſimilitudines atqꝫ parabole in euangelio: que ita ſunt cõnexe cũ ſententijs precedentibus atqꝫ ſequẽtibus: ⁊ ſicut virtus verborũ precedẽtium in ipſas cõiunctim infundit/ſic ipſarũ ſententia in verba ſubſequẽtia deriuatur: vt nõ potuiſſent ſingillatim decenti aſſertione tractari: ſed cõiunctim cũ ceteris ſententijs/que ꝑcedũt ſiue ſequũtur/ſunt diſſerte.

Margin notes: Roma. 13. — Joan. 5. — Ibidem. — Luce. 12. — Apoc. 19. — Eſa. 9.

¶ De parabola infructuoſe arboris contra eos qui iuxta datam virtutẽ deſinunt operari: Secundũ Lucam Capitulum XXXII

Omnis creatura quandã exprimit trinitatẽ ad inſinuationẽ trinitatis creatricis ⁊ ĩcreate: ſcꝫ quia eſt/quia ſic eſt quia ad aliquid eſt. Hic pater ⁊ filiꝰ et ſpiritusſanctus. Hic fides ſpes et charitas. Sed in eo

ꝙ ad aliquid est/exquirit actio ſm insitaz a deo virtutem: vt a celo disponens hec inferiora motus: non tamē voluntarios hoīm mores. A stellis lumen ⁊ ea que sunt earū. Ab elemētis data ꝓprietas. A carentibꝰ vegetatiōe aptitudo quedam. Ab arboribꝰ ⁊ plantis fructus ſm inherētem a natura virtutē. Ab animalibꝰ id ad quod facta sunt. Ab angelis administratio sine labore diuine iussionis ⁊ placiti. Ab homine fructꝰ originalis iusticie atq̧ legis scripte in corde: similiter ⁊ moysaice tp̄e suo: necnō ⁊ euangelice in his qui crediderūt. Et ceteris creaturis reddentibus sue ꝓprietatis officia/post reprobos spiritus fructū reddere soluz neglexit humana natura: vt in triplici iusticia oīno deliquerit nō reddens debitū fructū. Et q̄uis in paucis reddiderit/in pluribus inuenit obnoxia. Sed infallibilis est ordo diuine iusticie: cui aut cuz exigit redditur: aut multat seuiter cōtumacem. Hinc ad animādum ⁊ terrendū hoīes parabolā posuit/
Luce.13. dicens: Arborē fici habebat quidā plātatam in vinea sua. Et venit querēs fructū in illa/et nō inuenit. Dixit aūt ad cultorē vinee: Ecce tres anni sunt ex quo venio querēs fructū in ficulnea hac/et nō inuenio. Succide ergo illā. Ut quid etiaz terrā occupat? At ille respōdens/dixit illi: Dn̄e dimitte illaz et hoc anno vsq̧ dū fodio circa illā et mittā stercora. Et siquidē fecerit fructū: sin aūt/in futurū succides eā. Ad synagogā obijcitur parabolicū verbū: huiuscemodi em̄ erat. Sed sentētia inclusa etiā plura includit: cōtumaciā videlicet totius hūane nature: necnō ⁊ ecclesie in his qui vota diuina nō reddunt: necnō ⁊ singulariter diuerberat singulares. Pretermittamꝰ multa sensum verborū omnimode perstringētes. Creator omniū deus est ille quidā qui habet arborē fici plantatam inter vites. Nam vinea in hoc mūdo plantata vniuersalis est iusticia: ī qua vites sunt plurime fructū iusticie porrigētes: de quibꝰ in hac parabola nulla ē querela. Inter quas etiā erat arbor fici plantata. Mos em̄ agriculture hoc habet/vt arbor fici plantetur aliquādo inter vites: que inter om̄es arbores fructū videtur producere dulciorem. Hec supergreditur vites altitudine ex industria cultoris: que vites in vinea ꝓut natura infunderet/non permittit ascendere: que omnē arborē supergrederentur/ si cui innitere̅tur haberent. Arbor ista illos insinuat: qui statum altiorez in ecclesia gerunt: qui fructū ad quod ordinati sunt/non referunt: quorꝝ omnino est damnanda sterilitas: ⁊ eo amplius quo fru-
Hiere.5. ctificare vberius possent. Et dominus ꝑ hieremiam prophetā conqueritur: ꝙ peiores inuenerit optimates populi q̄ꝫ vulgares: ⁊ illos q̇ videbātur legē scire/q̄ꝫ eos qui videbant ignorare. Si vero genus omne humanū sub arbore ista colligimus: facilior est dissertio. In quo ex tribus annis creator ipsius veniēs fructum debitū nō inuenit: in anno ꝑmitiue iusticie: ī secūdo legis dictee: in tertio quo gratia diuine incarnationis effulsit. Fructus quesitus non ad querentē pertinet/sed ad ꝓferentē. Bonorꝝ nostrorū etenim non indiget. Est quidē fructus quem deus querit ab homine/ id bonū opus quod ex virtute nature/donoq̧ gratie sub decreto legis/ aut occulte ostensionis ipse potest efficere: quo nō reddito/velut res impertinēs humana penitus arbor eradicanda est. Hinc per salomonē dicitur: Quodcūq̧ manus tua potest facere/ instanter operare: q2 nec opus/nec ratio/nec scientia nec sapientia erunt apud inferos: quo tu ꝓperas. Potest omnis adultus cōditā naturā sequi ⁊ ſm illam agere. Potest refrenare corruptam eiusq̧ opera declinare: non virtute propria/sed diuina. Potest date gratie cooperari: aliter autem sine causa daretur. Potest viuere sub decreto legis: alias homo delinquens excusaretur. Si vero mente incapax/adhuc īpotens corpore ab hac vita discesserit: si aliorū fides illum obtulit sacramētis: in illa saluabitur. Si vero fides aliena sibi non subuenit aut ꝓpria: excludetur a bonis illis: includēdus in malis vbi originalis culpa promeruit/ aut propria iniquitas acquisiuit. Propterea omnibꝰ dicitur: Quodcūq̧ potest manus tua facere/instanter operare. Periculosa est in omnibus operibꝰ mora. Preterit enim semꝑ irreuocabile tēpus: et ad inferos sine operibus iusticie ꝓperamus: vbi ratio/sciētia ⁊ sapientia remediū afferre non possunt. Necnō et per ꝓphetā fructus quē dn̄s ab humana arbore querit/edicitur. Indicabo tibi o homo/quid sit bonuz ⁊ quid dn̄s requirat a te. Utiq̧ facere iudiciū/⁊ diligere misericordiā: et sollicitū ambulare corā deo tuo. In se ⁊ ad se intorsisse iudiciū est euasisse diuinū: quo steriles arbores succiduntur. Inquit em̄ apostolus: Si nosmetipsos iudicaremus/nō vtiq̧ iudicaremur. Optimus fructꝰ est iusticie/ se iudicasse de malis: ⁊ se a criminibꝰ auertisse: atq̧ ī se punire penaliter quod deliquit suauiter/ fructū ꝓtendit in altū. Misericordia deriuatur in ꝓximos: quā qui perfecit/est etiā ipse misericordiā ꝯsecutꝰ. Sic saluator ait: Beati misericordes: qm̄ ipsi misericordiā cōsequentur. Et alibi ꝯtraria ⁊ seuera est exp̄ssa sententia: Iudiciū sine misericordia fiet ei/q̇ non facit misericordiā. Exquiritur fructus misericordie ab eo q̇ vult oībꝰ misereri/q̇ velut fenus excrescit. Nā qui facit misericordiā/fenoratur ꝓximo suo. Sollicite ambulare corā dn̄o ī id refert quo impretermissa cautela turpia ⁊ iniqua declinātur/ ne dei offendatur aspectꝰ: ⁊ cū oī prudētia ꝓpulsa pigricia placita dei fiunt: ⁊ itur de virtute in virtutē: ⁊ fructificatur in oꝑbus bonis: sicut dicit ap̄ls: In omni oꝑe bono fructificātes. Hanc si quidē sollicitudinē ambulādi corā dn̄o/que hꝫ annexā cautelā atq̧ prudentiā/ad ephesios paulus expressit. Uidete itaq̧ quō caute ambuletis: non quasi insipientes/sed vt sapientes: redimētes tempus/quoniā dies mali sunt. Et ad Thes

Thessa. 4 salonicenses etiam ait: Rogamus vos et obse
cramus in domino Jesu: vt quemadmodũ acce
pistis a nobis/quomodo vos oporteat ambu-
lare et placere deo: sic ꝛ ambuletis vt abundẽ
tis magis. Sic enĩ sollicite ambulandũ est co-
rã domino: vt in virtutib⁹ semꝑ amplior sit ꝓ-
fectus: et abũdantia latior/et fructus vberior.
Necnon et ad Galatas similiter ista cõmemo
Gala. 5 rat: Spiritu ambulate: et desyderia carnis nõ
Gala. 6 perficietis. Et alibi: Si spiritu viuimus/ spiri-
tu ꝛ ambulemus. Hec porro est sollicitudo ad
ambulandũ placite corã domĩo: que inter fru
ctu quos dñs exquirit a rationali arbore/nume
rat. Satagũt igitur arbores rationales fructũ
expetitũ a dño reddere/qui eas ĩ hac vita plã-
Prover. 31 tauit: quĩ de fructu oris sui vnusquisqꝫ replebi-
tur bonis: ꝛ iuxta opera manuũ suarũ retribue
tur ei. Et sub metaphora mulieris fortis ad to
Ibidem tam ecclesiam et ad omnẽ animã dicitur: Da-
te ei de fructu manuum suarũ: et laudent eam
in portis opera eius. Ecce ꝙ alia nõ datur re-
tributio: aliorum bona in meritum glorie ne-
mini accedunt: sed vnicuiqꝫ datur de fructu
manuum suarum. Et qui non laudatur ex pro
prijs/ex alienis sordescit. Quod beatus est qui
fructũ quesitũ a dño exhibet/ psalmista decla-
Psal. 1 rat: Beatus vir qui nõ abijt in cõsilio impio-
rũ: ꝛ in via peccatorũ non stetit: et in cathedra
pestilentie nõ sedit. Sed in lege dñi voluntas
eius: et in lege eius meditabitur die ac nocte.
Et erit tanꝙ lignũ quod plantatũ est secus de
cursus aquarũ: quod fructũ suũ dabit ĩ tpe suo
Tria deuitãda/duo faciẽda denunciat: vt ex ar
bore humana fructus obueniat. Praua nõ in
ferre consilia: nec ꝑuersis consultorib⁹ sociari:
nec fecisse iuxta ꝑuersa: in via malorũ non ste-
tisse: dispositio est ad bonũ/etiã post delictum:
Et cũ semper sit ad malũ prona mortalis infir
mitas: cũ ceciderit/statim adijciat vt resurgat.
Et cito redeundũ ẽ a pctis. Nõ dogmatizasse
sm praua q̃ sentit/tẽperantiã sanctã habet: qm̃
sepe plures inficit dogma ꝑuersũ ꝙ actio ne-
quã. Volũtas hoĩs in lege dei est/ꝑfecisse volũ
tatẽ dei: et illã meditari die/erudit in ꝓsperis:
meditari nocte/solidat animã in aduersis. Ju-
gis debet esse meditatio legis dei: cũ die ac no
cte in illã defixisse aspectũ beatitudinẽ habeat.
Meditatio legis dei assidua inuenit certissime
q̃d vitãdũ/q̃d agendũ hoĩb⁹ ꝓpositũ est: ꝛ qm̃
oĩm est honestissima/ sua pulchritudine ad se
hoĩes traxit. Jnuenit etiã in lege dei occulta
meditatio ei⁹/q̃d ꝑ iusticiã debet reprobis: q̃d
ꝑ misericordiã ꝓmittatur electis. Necnõ ꝛ ani-
mus sedulo illa meditãs/ reperit infirmitatem
eius qua in ꝓhibita decidit: ꝛ ad ei⁹ iusticiã nõ
resurgit: quã implere satagẽs ꝓpter pulchritu-
dinẽ eius/ꝛ ꝓpter premiũ ipsi⁹ gratiaꝫ postu-
lat: qua possit deuenire in fructũ: ꝛ ex hoc est tã
ꝙ arbor plãtata sec⁹ aquas/dãs fructũ ĩ exigen
tia tpis. Sic hõ iste factus est sentiens iuxta se
dei gratiã decurrentẽ: cui⁹ virtute fructũ quesi

tũ dño querẽti ministrat. Sed si arbor euanne-
scit in fructib⁹: cui⁹ natura existit fruct⁹ educe-
re: frustra ꝑmittitur supra terrã in occupatiõe
ipsius: maxime si est in vinea: cũ vitib⁹ subiacẽ-
tibus noceat: ne calore solis vue ꝑficiant. Jllã
abscindere agriculture ratio exigit: si sterilẽ exi
stẽs/ꝛ alijs cã sterilitatis aut ĩcõmoditatis exi-
stit. Sepe factũ reꝑimus: vt vnus hõ in bonis
operib⁹ sterilis: in alios aut impedimẽti aut ex
empli mali damna trãsfundat. Ait dñs: Suc
cide eã: Ut quid etiã terrã occupat?
Ex rigore iusticie sentẽtia succisionis egredit
ꝓ eo ꝙ ad aliq̃d oĩa facta sũt. Sed si ab arbore
fici terra steriliter occupat: succisioni obnoxia
subiaceat. Cũ nihil in terra de⁹ fecerit sine cã:
frustra viuit q̃ sibi ordinẽ positũ pretermittit.
Quid arbor ĩ agro vel horto: si id quod est sue
nature nõ reddit? Nulla causatio aduersus syl
uestres arbores/si dulcẽ fructũ nõ exhibẽt: non
enĩ eis natura suadet. Aduersus fici arborẽ est
querela: cõpetebat enĩ ei huiuscemodi fructuꝫ
reddere. Nõ enĩ exigit deus a rebus a se crea-
tis/quod in earũ natura nõ posuit: sed credita
eius est exactio: alr̃s iniustus haberet exactor.
Humana igitur videat arbor/q̃d sibi creditũ ẽ
ex natura/quid ex gratia: ꝛ quantũ sua valitudo
ꝓtẽditur: et in his dũtaxat se agnoscat obnoxi
am exactori. Reddat quod ab ea exigit: ad im-
possibilia nõ cogitur: ꝑ iniusticiã nõ grauatur.
Jn ea sm iura diuina decernitur: sm que cõtẽ-
nẽs paratur ad rhompheã. Qm̃ frustra viuit q̃
nequiter viuit: et mori melius ꝙ perperã agere
Ut quid igitur homo sterilis viuit? Amplius ꝛ
male operãs cur existit? Cur terrã ꝛ loca terraꝝ
occupat: q̃ debita nature atqꝫ gr̃e nõ ꝑsoluit?
Fructũ penitẽtie saluator ex ista parabola in-
quirebat: cũ ipsã his q̃ mortẽ galileoꝝ occisorũ
a pylato ꝛ a casu turris nunciauerãt/ ꝓtulisset:
adijciẽs: si nõ penitẽtiã egeritis/ oẽs simul peri
bitis. Et ilico parabolã subdidit. Sꝫ cultor vi-
nee ꝓ arbore intercedit: vt ꝙuis digna sit succi
sione: tñ cultoris intercessione seruet: eo pacto
ꝙ arte natura iuuat. Hinc aũt ille rñdẽs/ dixit
illi: [Domine dimitte illã et hoc an-
no: vsqꝫ dũ fodiã circa illã/ꝛ mittã stercora: et
si quidẽ fecerit fructũ: sin aũt/ĩ futurũ succides
illã.] Cultor vinee christus homo est: q̃ suã co-
lit ecclesiã: apud patrẽ ꝓ sterilib⁹ intercedẽs:
ne post delictũ subito tollãtur a vita: ne sit omĩ
no desperãda correctio: qm̃ si mox post delictũ
eradicãs a vita multatio seq̃retur: paucorũ eẽt
saluatio: ꝛ de correctiõe nullus sermo texẽdus:
ꝛ desperatio in delinquẽtib⁹ adderet: quoꝝ qm̃
ꝙplurimi tolerati ad tẽpus/ad iusticiam reuer
tunt. Hinc Petrus dicit: Nõ tardat deus pro
missionẽ suã/sicut quidã existimãt: sed patiẽter
agit propter vos: nolẽs aliquos perire: sed oẽs
ad penitentiã reuerti. Promittit optimus cul
tor circa arborẽ fossionẽ: terrere scilicet delin-
quentẽ per verba doctorũ donec cõpungatur:
similit ꝛ sterc⁹ apponere vilitatis/ peccati atqꝫ

penarũ dare noticiã. Quod si ex huiusmodi ad
hibitis arbor nõ fructificat sterilitate deposi-
ta: ferrũ diuine iusticie illã succidẽs adueniat.
Terror ex hoc oĩbus factus est. Nã si nõ fru
ctificãs iusticie/atq; nõ faciens fructus dignos
penitẽtie/iuste succidit: iniquitati deseruiẽs qui
bus penis multabit? Confirmat eñ hoc ad ali
ud dicta quedã magis acerba Petri sententia
1.Pe.4. Et si iustus quidẽ vix saluabit: impius z pecca
tor vbi parebunt?

¶ Epilogus quidã de parabolis tri bus proxime supradictis. Capitulum XXXIII

Volẽs saluator noster ꝓpt sui secũdi
aduentus incertitudinẽ seruos suos
esse ꝑatos: aduersus imparatos sim
pliciter docẽs z terrens: et parabolice suo mõ
disseruit: Dis seruꝰ qui aliqd agere cõmissũ ac-
cepit: si malus est/in absentia dñi segniter ope
rat. Et morã facere dñm ĩ corde causat: vt ꝯce-
pte malicie opus adijciat: sibi neqter impuni-
tatẽ ꝑmittẽs si tardauerit dñs. Est et alioꝝ ma-
lorũ seruorũ ꝑuersitas: que biꝑtite cõmittitur.
Ut aliquis domini volũtatẽ nolit intelligere:
ne quod intellexerit teneat implere: sciẽs verã
Lu.12 z infallibilẽ esse sententiã: Quia seruꝰ sciẽs vo-
luntatẽ dñi z nõ faciẽs/plagis vapulabit mul-
tis. Et seruus nesciẽs voluntatẽ dñi sui/neq; ꝑ-
ficiens/plagis vapulabit paucis. Sed scientez
z nescientẽ sequitur vapulatio ẜm trutinã diui-
ne iusticie. Est et alius malus seruus: qui cõser
uis z ancillis infert iniuriã/ dñm ĩ absentia nõ
veritus. Et participiũ habet cũ cõsimilibꝰ ma-
lis: cũ eis in abusum deducẽs domini sui bona:
ꝙ in familia dñi dei nostri taliũ seruorũ repro-
bã consistentiã adesse certissimũ est. Sed certis
simꝰ erit improuisus aduẽtus/certissimã ꝓuisi-
onẽ faciẽs nõ preuisus. Ideo paterno affectu
diligens quos cõdidit z redemit/venire se im-
prouise minatur: ne cogatur ex iusticia ineuita
bili percutere/quos monet ante cauere. Feri-
re penitus volens ex iusticicia siue odio/caute-
lam non predicat: sed velut immobile signũ ex-
positum ad sagittã/ querit ineuitabiliter quem
transfigat. Cautũ ergo fiat omnibus in domi-
ni seruitio recensitis ꝙ veniet: sed certissime cũ
nõ speramus adueniet. Et si vltima omniũ di-
es atq; cõmunis a remotis conspicit: vniuscu-
iusq; finalis multis in insidijs/ multis vero in
ianuis est. Sed nemo aduersus dñm moueat/q̃
re oĩes huiusmodi nescientie voluerit subia-
cere: vtilius forte arbitrans si scientia largire-
tur: in multis que ad hanc vtilitatẽ excogitari
pñt/ iaciens fundamentũ. Magis aũt talis ar
bitratio peccatũ grauat: qr dñm tanq̃ defectu
ose agentẽ nostrã salutẽ accusat: quia nihil ad
ipsam expediens in aliquo retardauit: seipsum
aũt nobis in oĩbus dedit atq; ꝑmisit: quod il
lius scientie maioris est muneris. Quã sciẽtiã
Act.1. tanq̃ nõ vtilẽ: vt in actibus apostolorũ legitur:
ipsis petẽtibꝰ denegauit. Scire nãq; futura nõ
est virtꝰ: Quis signũ possit esse virtutis: se aũt
ad futura vita z moribꝰ z animo preparare/ple
nã dico esse virtutẽ. Maiori vero sũ contẽpla-
tus ĩtuitu periculũ magnũ generi humano ad-
esse/si talem ignorantiã in scientiaz couertisset.
Nam homines nõ conuersi: z si qui fuerunt iã
facti auersi: vsq; ad vltimũ fere terminũ mundi
huius amenitatibus delectati atq; illecti: redi-
re ad dominũ distulissent. Et ex eo firmat ista
sententia quod experientia docet: Nã si finis ꝑ
ximi atq; remoti huiꝰ/z omniũ ignorãtia homi
nes a mũdi amenitate nõ eximit: certũ ꝙ scien-
tia nõ eximeret: potius temporis faceret parti-
tores/si haberet tẽporis certa mẽsura: vt partẽ
primã floride iuuẽtutis pulchriorẽ atq; maiorẽ
diuinis laboribꝰ aptã/magis acceptã oĩm cõdi
tori/cũ mũdo abusiue in dulcedine vana consu
merẽt: z reliquã z minorẽ senilẽ et grauescentẽ
ineptã studijs alte vite /velut putridã fecem in
aniter claro vino consumpto dño reseruarent
Igit imparatũ et malũ seruũ/qui dñi nõ cogi-
tabat aduentũ/sententia iusticie diuidet dñs a
paratis: z partẽ eius ponet cũ hypocritis: cum
quibus similẽ vitã habuit. Et mancipabit eter
nis fletibus/qui ꝑ peccato flere noluit: et strido
ribus dentiũ/cum quibus male comedit et risit
Peramplius aũt suos cautos facere volens/et
improbare aduersos: decem virginũ adiecit pa-
rabolã: quinq; prudentiũ pertinentiũ ad para-
tos/z quinq; fatuarũ signantiũ multitudinem
oĩm imparatorũ: qui delectati sensuũ qnq; ob-
iectis/forinsecus in corꝑali lumine ꝑuagãtes:
nõ accipiũt vasa plena: patulũ cor ad deum nõ
habẽt: nec se ꝯstituũt vasa charismatibꝰ replen
da diuis: nec oleũ misericordie ĩterne leticie fo
mentum luminis/ in seipsis velut in vasis do-
mini ponunt: nec lampadem faciunt in seipsis
lumen infallibilis veritatis sursum ferentis z
dirigẽtis habẽtẽ: sed ad portã diuine iusticie au
diẽt vocẽ diuine sentẽtie: **Amẽ dico vobis nescio vos.** Quid est/nescio vos? Quid est
quod nesciat q̃ oĩa creat? Quid est quod nesci-
at q̃ oĩa fecit? Quid ẽ quod ignoret /qui oĩa no
uit anteq̃ fierẽt: nec aliter nouit facta ꝙ fiẽda?
Inuariabilis eñ est sciẽtia eiꝰ. Sed nescio vos
nõ approbo vos. Nescio vos: reprobo vos. Ut
qui me nõ ꝓbastis: nec ad me vigilastis in cor-
dibus ac moribꝰ vestris: reprobo vos ĩ ianuis
meis. Et seruũ nõ operantẽ cũ accepto talẽto/
iustissime cõdẽnauit. Quotquot etatẽ capacem
vitij z virtutis attingimus/talentũ accepimus
rationis: sup quã fundat liberũ arbitriũ volũ-
tatis: cũ quo demereri possumꝰ z mereri. Sed
pleriq; donũ acceptum a deo abscondunt: qui
publicũ ex actibus virtutũ nõ faciũt/ quod ra-
tione intrinseca cognouerũt. Sed vbi abscon
dunt? In terra. Quõ in terra? Fodit. Bonũ ẽ
id quod absconditur: quia donũ quod diuina
largitur bonitas. Malum: qr nulla in abscõsi
one vtilitas. Ecclesiasticꝰ dicit: Sapiẽtia abscõ Ecc.
dita z thesaurꝰ abscõditꝰ/ que vtilitas in vtris-

ꝙ: Malũ vbi abscondunt: quia in terra. Ter-
ra maledictionẽ accepit in operibus peccato-
ris. Malũ modus quo abscondũt: qꝛ fodiunt.
Fodiens enĩ laborat. In laboribus fossionis
est mali autor/ ꝛ nouitatis inuentor. Sed ad pre
libata extensius reuertamur. Bonũ abscondi-
tur. Quod bonum? Quod placere potest deo:
quo mereri nobis aliquid supra datũ possumꝰ/
vt bonum mereatur amplius bonũ. Quod bo-
nũ? Quod nouit esse autorem. Quod bonum?
Quod non discrepat a cõsimili. Quod bonũ?
Quod cõsonat vniuerso. Quod bonũ? Quod
destrui ex toto ipse autor non sinit. Quod bo-
nũ? Quod non habet ex natura contrarium.
Quod bonũ? Naturale ingenũ. Quod bonũ?
Rationis donũ. Quod bonũ? Libere volun-
tatis arbitriũ. Quod bonũ? Esse in contentu.
Quod bonũ? Morale quadripertitũ. Hec oĩa
et similia ex radicibus nature fecit atq; dedit
cõsurgere/ qui naturã fecit ꝛ dona. Et hec oĩa
talentũ vnũ perficiunt: quod summũ põdus de
signat. Quod si ad hoc pondus adderẽ gratiã
christianã: quasi arena maris grauior appare-
ret. Vide igitur talentũ cõcessum: vide donũ
acceptũ: vide pondus supremũ: vide bonũ ex
multis bonis conflatũ. Sed vide bonũ abscõ-
ditũ. Sed hoc damnabile malũ ꝙ dei abscon-
dunt donũ. Operemur cũ donis acceptis: ꝛ ad
sibi ꝯueniẽs vnũquodq; ordinemus: nec sũt so-
pite virtutes: q̃s natura voluit palã fieri: ꝛ ip̃e
oĩm largitor bonorũ ad hoc dederit vt ordĩa-
rent ad opus relatũ ad largitorem: ꝛ redimere
mus nos ab his quibꝰ nos tradiderat ꝑmoge-
nita mors: ꝛ releuaremꝰ ab imitãtibꝰ in q̃s de-
iecerat nouerca natura: ꝛ ipsis cõpilatis ad fi-
nem ordinatis/ velut exules reuocaremur ĩ pa
triã. Vituperat ecclesiasticus abscõdita bona/
Eccl.20 dicens: Bona abscondita in ore clauso/ quasi
appositiones epularũ circũposite sepulchro.
Ut ista similitudo altius deducat/ sensus a lit
tera recõuertit. Mortuus aũt cadauer ĩ sepul
chro existẽs/ comestibiles appositões nõ come
dit neq; sentit. Ita velut cadauer in sepulchro
fetide iacens reputãdus est: qui talẽta dñi ap-
posita/ ꝛ varia dona dei nõ mancipat inuisibili
aut visibili opi ad largiẽtis honorẽ ꝓpriãq; sa-
Prouer.11 lutẽ/ ꝛ ad edificationẽ ꝓximi. Et maledictꝰ q̃ ab
scõdit frumẽta ĩ ꝑplis: sapiẽtia clamat: vt eter
nis subiaceat penis/ q̃ dona dei abscõdit a ꝓxi-
mis. Et multabit taliõe pigrorũ abscõsor ope-
Prouer.19 rũ. Abscõdit piger manꝰ suas sub ascella sua: ꝛ
laborat si ad os suũ eas cõuertit. Quid ergo ꝑ
manus nisi potẽtia ꝛ actꝰ? Quid abscõsio sub
ascella/ nisi sub modico calore occulte delecta-
tiones detineri? Quid ꝙ nõ applicat ad os/ ni-
si ꝙ taliter non agit vt debito modo fiat? Sed
malũ est locus vbi abscondit: quia terra. Terra
cibus est serpentis: terra grauis est: terra ter-
renos facit. Ve igitur qui terrenis rebus diui-
nũ abscondit talentũ: quod ideo datũ erat/ vt
vt cũ illo mercaret regnũ eternũ. Reprobus ẽ
mercator qui aurũ in ferrum/ argentũ in plum
bũ/ margaritas in lapides alueos equali quan
titate cõmutat. Nulla tam grandis sufficit pe
na ei/ qui dona inuisibilia pro visibilibꝰ/ incor-
ruptibilia ꝑ corruptibilibus tradidit in cõmer
ciũ. Absconsionis autẽ modꝰ culpã magis ag-
grauat/ si quis recte consyderat. Primo fodit:
deinde abscondit. Fodere laborẽ insinuat: quẽ
ferre malus villicus recusabat/ dicens intra se:
Fodere nõ valeo. Quis autẽ infructuosior la- Lu.16
bor/ ꝙ de quo vite priuatio carpit? Quis peri-
culosior ꝙ quẽ nulla sequitur requies? Quis in
utilior ꝙ cui stipendiũ mortis offertur? O ma
le fodiens velut equus vngula terrã. O qui co
naris in vetitũ propulsa virtute. O qui super-
na dona terra ima defodis. O q̃ adinuenis vn
de mittaris in antrũ: fodis vt abscõdas arte at
q; violentia facis. Ve igitur qui conant in ma
lum. Ve qui adinuentiões perficiunt in pecca-
catis. Visitabo vos dicit dñs in adinuẽtionibꝰ
vestris. Malum est maluz facere: sed peius est
cum labore: sicut propheta exaggerando lo-
quitur: Ut inique agerẽt laborauerunt. Ma- Hiere.9.
lũ est quod deo non placet: sed grauiꝰ peccat q̃
adinuenit quod sibi maxime displicet: qꝛ ibunt
ꝑ damnationẽ in adinuẽtiõibꝰ suis. An ideo fo
dit: qꝛ male credebat facere inuisus? Sed ocu-
li dñi in oĩ loco contẽplãtur bonos ꝛ malos
ꝛ nec est q̃ se abscondit a calore iusticie eiꝰ. Et
si nostra substãtia occultaretur in inferioribꝰ
terre: a dei oculo nõ esset effugiũ. An fodit vt ĩ
profundũ malorũ descenderet? An fodit vt plã
taret aut propaginaret plantatũ? Ad q̃d fodit?
Ad nihil vtile fodit. Sed ad finem peruersũ fo
dit: et foueam fecit vt absconderet. Quid? Pe-
cuniã domini sui: non partẽ/ sed totum talentũ
quod acceperat: vt nihil remaneret ad vsum/
quod totũ ad fructũ fuerat erogatuz. Ecce la
bor ĩ dãno: ecce opis ꝑditio certa: ecce fatiga-
tio vt deueniatur in penã: sic dei vltione agit/
ꝙ peccator incidit in foueã quam fecit. Et ali- Psal.7.
bi: Foderunt ante faciẽ meã foueã: et incide- Psal.56.
runt in eam. Dixerat olim Job: Traxerũt ĩ bo Job.21.
nis dies suos: et in puncto ad inferna descẽde
runt. Ego contrariũ dico: Trahunt et ducunt
peragunt et faciunt in laboribus/ sudoribus ꝛ
anxietatibus dies suos: et in puncto/ imo ĩ tp̃is
momento paruissimo ad gehennalia loca mer
guntur. Qui fodit/ corpus rectum incuruat: et
terrã percutit sarculo duriori: et amplo ligone
sursum terrã trahit ab infimis. Fouea vero fa
cta funditus iactato talento/ terram in infimis
vt abscõdat/ iterũ recõuertit. Nõne hoc labor
ꝛ afflictio spũs? Ecce cecatas hoĩm mentes: q̃
labores/ q̃etes/ amaritudĩes/ dulcedĩes/ pũctio
nes/ vnctiões appellãt. Ad peragendũ malũ ꝙ
bonũ amariꝰ desudat: ꝛ toleratũ ex tp̃e malũ ꝑ-
parat ad eternũ. Que ꝑuersio ad labores a la-
boribꝰ ꝑgere? Accedere ad quietez expediebat
potiꝰ laborãti. Verũtñ si ꝑ deo/ nõ ꝑ mũdo aut
carne fuisset tolerati labores: nõ labor/ sꝫ cã q̃e-

tem adijcit vel laborē. Quid ergo est fodere, nisi preter domini voluntatē in terrenis animo et corpore laborare: atq; desudare in his, in quibus diuina bonitas nobis in carne facta magistra, desudandū contēpsit: et ad terrena omnē suaz incuruare virtutē: velut illi qui oculos suos statuerunt declinare in terrā seorsum ab
ob.29. istis: dicente Job: Lux vultus mei non cadebat in terram. Quid est fodere, nisi cū insensibilibus gerere bellū durum? Nonne cū terra pugnat fodiens duro ligone? Percutit et artus: simul et brachia tremunt: et qualē dedit ictum pertulit terre fossor. Quid autē est abscondere in humo fossa talentū, nisi omne a summo deo acceptum beneficiū et donū: ita in rebus visibilibus et mortalibus implicare atq; immergere vt in dei seruitio nihil suum appareat ante conspectū? Absconditū enī est quod ante deū obsequendo nō venit: id finaliter agens, vt faciē misericordie sue ipse abscōdat a nobis. Strenu⁹ miles tēpore belli vires corpis bellandi peritiā nō abscōdit. Sapiēs sapiēter necessitate dictante, quod nouerit expedire nō celat. Si quis super naturā doctus querit materiā rebus gerēdis: delitescere appellat inertiam. Qui diligit nō occultat amorē: sed signo ⁊ opibus pandit. Infanti sugere postulāti mater aut nutrix vbera nō subpannat: ⁊ lamie nudant māmas: et lactant catulos suos. Aues ⁊ animalia nō abscōdunt eorū expediētia natis. Nō obtegūt plante virtutē insitā a natura: sed ornāt folijs, floribus ⁊ fructibus orbē. Quatuor elemēta eoꝝ ꝓprietatē nature nō obnubūt. Lux seipsam non operit. Nihil est ordinē rerū sequēs regulamq; iusticie: quod nō obtendat loco ⁊ tpe, necessitate aut euentu rerū opportune manifestari expediens ad profectū sui, aut ad retunsionē cōtrarij. Quid est ꝙ sola iniquitas hominis quod a deo accepit, abscōdit? Exagitabit te forte sermo vteri tui: vt ad excusandū aut te protegēdū inferas verba tua: vt quod est vitij, velis ascribere ad virtutē, dicens: Preceptū accepi a christo, vt abscondā opera bona, orationes et munera. Sed aliud est abscondere iusticie opera: ne intentione supposita tēporalē atq; vētosam gloriā capiamus: ⁊ hoc est quod prohibet christus. Aliud est instrumenta bonorū operū atq; virtutū, ī terrena delectatione defodere: ne cū illis domini placitū faciamus: et talem absconsorem iussum est a domino mitti in tenebras exteriores: quia in exterioribus fuerat delectat⁹: et fletum et stridorē dentium patietur, qui flebilem vitam dilexit: et pro ipsa dentibus multa corrosit. Omnes quidem parabole supra proxime memorate de decem virginibus, de seruis prudentibus, de vigilia ianitoris, de rege peregrinante dona tradente, rationē exigente cum redierit: in vigilia terminanꝶ: et prudentiā persuadent, et sollicitudinē agendorū: nō ꝙ sempꝛ corpore vigilemus, sed mente solerti: et prouideamus nobis, et operemur pro nobis: ne inueniamur in die vltime exactionis fiende a domino imparati: sed parati ad eius regnuz ab ipso nobis paratum eternū.

¶ De parabola mulieris ī partu tristicia habentis: ad depellendam in agonibus tristiciam electorū: secundum Joannem tantū. Ca. XXXIIII

Altos agones saluator in mūdo imposuit: cū ex verbo ⁊ auditu fidez trinitatis, incarnationis sue, ceterorūq; factorum suorum, ⁊ resurrectionis omniū: eterne penalitatis et glorie humano cordi per suos discipulos disposuit coniugare: atq; mundū subiugare cruci: que iudeis scandalū, gentib⁹ stulticia est. Hinc talia suadentibus, persecutiōes pericula, gladij, exilia, et omnia tormentorū genera parabātur: etiam omne horrendū moriendi genus. Ratione atq; demonstratione ista insinuanda carebant: nec aliter ꝙ per fidē poterant in cordibus hominū mitti. Magna porro distantia inter cor humanū et taliū, atq; inuisibiliū et futurorū fidem. Proinde iesus pronunciat futura pericula: et ex eis causandā tristiciā: quam et per adiectā parabolā mitigat: ⁊ pollicetur in leticiam conuertendam, dicens: [Amen amen dico vobis: quia plorabitis et flebitis vos: mundus aūt gaudebit: vos autē contristabimini: sed tristicia vestra vertetur in gaudiū.] Unde fletus atq; ploratus? Quia ex his que predicabitis, cōtumelas afficiemini atq; tormētis. Et quoniā segregatos a dilectoribus mundi, moribus etiā a societate ⁊ conuersatione separabunt. Gaudebit mundanus homo: cū se viderit superiorē subactis suasorib⁹ fidei: cū crucifixus suos nō tuebitur cruciatos: cū extemplo nō fuerit ī eis vindicatū ex iacturis et ꝯtumelijs irrogatis. Gaudebit quippe cum viderit nouos Christi precones atq; sequaces squalidos, ꝑssos inedia, nudatos rebus, abdicatos a domesticis, seiūctos a charis: nulla substantia mūdi refulgētes: se ipsū autē aspiciēs florere placitis, abūdare cupitis: ⁊ mundū sibi arridere ad votum: ignorans quanta sit infelicitate claudendus. Uos aūt cōtristabimini corpore, sed nō mente. Nō enim oportet mente tristari eū qui pro christo agonizare disposuit, et certare ad captanda celestia: ꝙuis etiā corpus teneaꝶ in pena. Et si aliquando in anima irrepserit ipsa tristicia: si ꝓ re corruptibili fuerit, ilico auellaꝶ: si vero ꝓ iniuria saluatoris, pro defectu virtutis, ꝓ derelinquentibus legē dei, ꝓ patratione facinoruz: oportet vt teneatur. Etenī dauid in his tristicijs angebaꝶ dicēs: Uidi ꝑuaricātes ⁊ tabescebā: q̄ eloquia tua nō custodierunt. Laudabilis miserabiliter, ⁊ misera laudabiliter est ista tristicia de ꝑditione boni honesti: et cū cōmittiꝶ quod summa iusticia vetat: sed talium tristicia vertetur in gaudium: nō perfunctoriū, sed eternum. Ad hoc meli⁹ cordib⁹ infigendū, subiecit de parturiēte parabolā: in qua statū militātis ecclesie ⁊

cuiuslibet agonizãtis anime saluator edocuit:
[Mulier cũ parit/tristiciã habet: q2
venit hora eius: Cũ antẽ peperit puerũ: iã
nõ meminit pressure ꝑpter gaudiũ: quia natus
est homo in mundũ] Sub typo mulieris partu
riẽtis describit ecclesia orthodoxa: et quelibet
anima fidei anulo desponsata christo: que pre-
habet tristiciã ad gaudiũ: ꝛ quod est causa tri-
sticie ab icerto/fit causa leticie cũ votũ aut spe
ratũ possidetur ex certo. Tristat mulier pariẽs
ex doloribꝰ: tristatur ex incertitudie partꝰ/ an
masculinus aut femininus existat. Tristat ne-
sciẽs/ an partus/an ipsa pariens moriat. Tri-
statur/ne abortiuũ habeat/aut editũ ilico mor
tuũ audiat: et ne aliquid sit demptuz/ vnde pu-
dor sit in pariente: ꝛ coalescẽte prole tristat: ne
quod timet/ eueniat: et ne veniat quod sperat.
Inter spem ꝛ metũ impossibile fit nõ adesse tri
sticiã. Huius mulieris typo laborat ecclesia/et
oĩs fidelis aĩa. In partu continuo ecclesia est:
quid sit nesciẽs paritura. Multos habet ipsa
cõceptꝰ ex semine fidei/ex semine verbi dei: ne-
scit tamẽ quales partus oĩm sit futurꝰ: q̃m mul
Math.20. ti sunt vocati: pauci vero electi. Habet cũ parit
ipsa tristiciam: quia venit hora eiꝰ/scilicet par-
tus: qui dolorẽ parientibꝰ infert: ꝛ hora discer-
nendi q̃d sit gestatũ in ventre/an validuz an in
firmũ: an cũ omni decore/an cũ aliquo nature
dedecore. Attẽdendũ q̃ ab homine nõ satus in
virgine supra naturã partus a virgine: qui tri-
sticiã prime mulieri ex vindicta parienti appo-
suit: et de muliere natus: omniũ tristiciã quan-
tum in ipso erat/conabatur auferre: etiã ꝑ mu-
lieris similitudinẽ parientis/tristiciã suorũ di-
scipulorũ ex mundi varijs euentibus venientẽ
ꝛ tunc de absentia sua in illorũ cordibus iã ex-
ortã consolari dignatus est: inferens parabo-
lam parientis in tristicia/post partũ in leticia
exultantis. Precesserant huius tristicie testi-
Gen.3 monia in scriptura sacra. Nã eue post peccatũ
dictũ est: in tristicia paries filios. Et eccl'ia cũ
suos part/tristiciã habet: cuiꝰ figurã eua gessit:
sed illa ꝑpter peccatũ: ista ꝑpter penã peccati
Demerito quidẽ illius primi delicti tot agoni-
bus agimur: tot tẽtationibus agitamur: vt vix
Gen.25 possimus palmã virtutis attingere: aut ꝑtinge
re quo vocamur. Rebecca in tristicia peperit:
cũ añ partũ geminos bellãtes agnosceret: ex-
quo stupens p̃ tristicia dixit: Si sic futurũ erat:
q̃d fuit necesse ɔcipere? Duos ppl'os gestat ec-
clesia i vtero fidei bella gerentes: dissilitudine
morũ ꝛ differẽtia sentiẽdi: q̃obrẽ tristat nesci-
ens quid futurũ: tristatur ex bellis aduersis q̃
Gen.38. patit. Thamar tristis in tristicia geminos par-
turiuit: vt ex passione cõfligentis doloris et p̃-
sagij ad futura lamẽtaretur: q̃ propter eam di-
uisa esset materia. Talia presagia in veritate in
ecclesia incessanter agitur: vnde velut pariẽs
Apoc.12 mulier sepe tristat. Cuius tristiciã ꝛ causam/ ꝑ
cessum et pugnaz Joannes in Apocalypsi de-
scripsit de muliere que cruciabat vt pareret: et
draco partui parabat insidias: ꝛ ex emisso tri-
bulationũ ꝛ heresiũ/ et omniũ aduersitatũ flu-
mine ab ore suo: vt partꝰ ꝛ pariẽs necarent: ni-
si terra iuuisset absorptu fluminis: tristãdi ꝛ timẽ-
di materia data erat. Sed ꝑfũctoria est oĩs hu
mana ɔditio: etiã si vtrãq3 partẽ ipsa ɔtineat: ꝛ
alternant vices hoĩm: vt nũc tristãdi/nũc gau-
dendi habeat occasio. Proinde nõ tristiciã/sed
causam oportet inspicere: et cuius intuitu tole
ratur aduersum/nõ quod patitur contemplati
onẽ inducat. Sepe quidẽ mundi tristicia ĩ eter-
nam traiecit habentẽ: sepe quidẽ trãsiuit ĩ gau-
dium. Quod tristicia tristiciã nanciscit: ꝛ tristi
cia in gaudiũ terminet: nõ hec tristicia seu illa
ta tẽtatio/aut aduersitas tolerata facit/ sed cau
sa. Suppositiuas omniũ causas oportet inspi-
cere: sicq3 de fine dare iudiciũ. Si rerũ labenti
um conditio tristiciã fecit in seculo: faciet illã
eterne succedere: si vero christus est causa/ter-
minabit ad gaudiũ. Et hoc ipse discipulis loq̃-
tur: Tristicia vestra qui ꝑpter me affligemini/ Joan.16.
nõ omniũ vertetur in gaudiũ. Quia cũ ecclesia
orthodoxa seu fidelis aĩa/longo tẽtationũ ꝛ tri
bulationũ cruciata partu: cũ emiserit bonorum
operũ partũ in oĩbus seruata ɔstãtia: cũ fructũ
virilẽ/nõ effemiatũ fecerit: vt non sit filia mollꝭ
ꝛ tenera/fragilis ꝛ caduca: sed filiꝰ accrescẽs v̄-
tutibus/sapiẽs in moribus/letificãs patrẽ: non
stultꝰ inferens matri tristiciã: sit filiꝰ de numero
filiorũ qui in ecclesia bñdicũtur: sit filiꝰ dextre/
sc3 operãs aptũ beatitudini regni dei: nõ recor
dabitur tristicie atq3 pressure: illa eterna/et su-
pra auditũ ꝛ visum ꝛ intellectũ inuenta leticia.
Uere non omniũ tristicia vertetur in gaudiuz:
sed illorũ dũtaxat qui ꝑpter christuz patiuntur
vnde tristẽtur? siue quia dolent absentiã et pro-
longationẽ: ex hoc istius incolatus deplorãt di
centes vt ꝑpheta: Heu mihi q2 incolatꝰ meꝰ ꝑ- Psal.119.
longatus est. Seu quia ob confessionez sui no-
minis illa tolerant mala que suadet inferre pri-
mo ad se crudelis hostilitas: ꝛ hominũ excogi
tat deprauata crudelitas: aut q2 illũ offendere ĩ
lege sua: ꝛ sentiunt eñ in pena sua purgatoria/
nõ eterna. Purgatiuã eñ habet virtutẽ tristi-
cia post peccatũ: ꝛ ipsuz solũ in hac vita digne
sortitur tristiciã: que si p̃uenit vt sit ex culpa po
tius q̃ ex pena: nil decẽtius reperit ad diluẽda
peccata. Oportet verã ꝛ salutiferã oriri tristici
am ex displicẽtia culpe/nõ ex displicẽtia pene.
Illa displicentia exoritur/quia displicuisti deo
ex vitio interdicto: ista/quia displices tibi ex pe
na quã pateris. Displicere sibi patiẽti ex pena
ꝑpriũ est oĩm sensibiliũ/etiã ratiõe carẽtiũ. Dis
plicere sibi ex culpa itm̃ est vere ratione vtentiũ
maxime aũt oĩm verorũ fideliũ: ac ꝑ hec incun-
ctanter tristicia de peccato/nõ de supplicio ver
tet in gaudiũ. Et parabola parientis mulieris
elucidat. Parit in tristicia mulier: q2 venit ho-
ra partus: qui ex multatione diuina ĩ doloribꝰ
agit: pepit puerũ: nõ meminit p̃ssure ꝑpter gau
diũ. Nõ dicit/nõ meminit tristicie; sed/pressure

Pressura causa est tristicie: non tristicia causa pressure. Quoniã dũ dolor cũ corporis natura confligit/adest tristicia pariẽti: cuz vero dolor tanꝗ a potẽtiori bono victus abscesserit/et tristicia defluit. Ubi ad memoriã dolor corpis et animi tristicia reuocãtur: nõ tenet memoria ꝗn ta fuerit ipsa pressura: sed tenet quantuz tristicia ipsa cõfoderit. Facilius recordatꝰ eiꝰ quod passus est animus/ ꝗ eius quod sustinuit corpus. Quãuis em̃ vnũ consistit in altero: et vnũ preter alterũ habet existere posteriꝰ/ sed nõ prius. Nõ existit anima priusꝗ tradat corpus: sed creatur cũ traditur: et tradit cũ creat. Habet autẽ post existere/ viuere et intelligere ꝑter corpus. Sic quidẽ ania solũ sentit tristiciã siue dolorẽ cũ pena infligit: corpus vero penã nesciẽs quid et que et quales sunt anmi passiones. Recordabit igitur animꝰ passionis sue nature potius ꝗ alterius cuius est corpus. Diuersa quidẽ natura ꝑ omnẽ modũ est animorũ seu spirituũ et corruptibiliũ corporũ: tristicia ĩ anima/ pressura in corpe agitur. Nõ meminit ergo anima pressure acte in corpe: recordabit tamẽ tristicie quã ipsa ꝑpessa est. Nõ tamẽ memoria tristicie tristiciã dabit his quibus veruz successit gaudiũ: sicut memoria se fuisse aliqñ letatũ/ nõ dabit leticiã his qui eternũ suppliciũ incurrerunt. Nã ex magna infirmitate redditus sanitati/illius recordabit non tristatus: et ex magna sanitate redditus infirmitati/ tenebit illam memoriter nõ letatus. Unde nõ meminit mulier pariẽs pressure ꝓpter gaudium. Quare? Quia natus est homo in munduz. Sic est exemplificans. In exẽplificatũ igit veniamus. **Et vos igitur nũc tristiciã habetis.** A csi diceret christꝰ: qr nũc recedo a vobis corpore actu peregrinandi/ non officio diligendi atqꝫ subueniẽdi: sed id quod est causa tristicie/sit et vere leticie. **Iteruz videbo vos: et gaudebit cor vestrum: et gaudium vestrũ nemo tollet a vobis.** Tꝑalis absentia tẽporalẽ tristiciã generabit: ꝑsentia visiõis eterne inauferibile gaudiũ prestabit eternũ.

¶ Libri sexti de parabolis saluatoris finis.

¶ Liber septimus de similitudinibus a saluatore positis et assũptis.

¶ De similitudine salis: secundum Mattheum/Marcum et Lucam. Capitulum I

Differentiã similitudinũ ⁊ parabolarũ in libro ꝑdiximus de parabolis/hic silẽtio tradentes. Sed cũ in prima et generali predicatione christus in mõte turbis ⁊ discipulis loquerer; ad discipulos solũ sermonẽ intorsit: preostendẽs quantũ primatus/quantũve fructus sup alios ⁊ in alios acceperant: non solũ eos/sed futuros similes ĩ suis similitudinibus premonẽs/instruẽs ⁊ exhortãs. Et primo omniũ extitit similitudo sal: sub qua presagiauit aplõs ceterosqꝫ in illa sorte futuros/dicẽs: **Uos estis sal terre: quod si sal euanuerit: in quo salietur? Ad nihilũ valet vltra nisi vt mittat foras/⁊ cõculcet ab hominibꝰ.** Uigilãs est similitudo ex natura introducte rei: ex christo clarescit peramplius. Nec imerito in om̃ibus tenet ista primatũ vt velut in rebus esibilibus sal: sic inter eos q regũtur/aut opportune docent et dirigunt: debeant esse qui presunt/instruũt siue ducũt. Nihil protinus operat in his que vsu capiunt sal: quod silitudine sumpta nõ conueniat his qui sumpserũt ducatũ. Et in omni quod deficit aut euanescit in his quibus vsu apponit aut applicatur/insulsitas aut putredo exorit. Sic in his que agunt in hoibus ſm rationẽ fidei/moresqꝫ gerẽ archotes/spũales doctores/duces: si euanescunt siue deficiũt/dãna similia ꝓuenire credantur. Sed quis comedere põt insulsũ/ si debuit sale penitus esse conditũ? Aut quis tanget putridũ/aut sumet in esum/ seu tenebit ad vsũ: si appositione salis debuit preseruari? Proprietates siquidẽ salis solertibꝰ indagatoribꝰ relinquimus: ne plus debito sermo trahatur in longũ. Quod cũ fecerint: nihil inuenient inapplicabile in ꝓfectibus/nihil in defectibus ad archotes spũales: si aderit eis in similitudine bonitas salis: aut si aberit eis ꝓprietas opportuna. Sed si sacrã scripturã volumus ꝑcontari: clarius apparebit cur archotibꝰ christiani exercitus salis/fuerit a Christo similitudo tributa. Sale quippe ipsam charitatẽ in agẽdis opportunã merito intelligimꝰ: siue quã nemo aliquid deo acceptũ fecit: que in fedus sempiternũ posita est inter nos et deũ. Ac ꝑ hoc dñs in veteri testamẽto omne sacrificiũ cõdiri sale mãdauit/dicẽs: Quicquid obtuleris sacrificij/sale condies: nec auferes sal federis dei tui de sacrificio tuo: in oblatione offeres sal. Sacrificia fideleũ christianorũ porro illa esse noscunt: que in corporibus hoĩm respectu supne patrie per carnis maceratione/vilitatẽ et abiectionẽ aguntur: in quibus nulla vtilitas/ si defuerit charitas. Nec tale sacrificiũ erit acceptũ/ si omnino erit insulsum. Sunt em̃ sacrificia nostra exercitationes in orationibꝰ et indagationibus scripturarũ sanctarũ/⁊ in intimis meditationibꝰ cordis: ac etiã in illis theorijs/quãdo supra seipsũ et supra cũcta sensibilia noster animꝰ conat extolli. Sunt ⁊ si qua peragimꝰ in subuẽtionibus ꝓximorũ: que om̃ia inepta redduntur/nisi sale charitatis condiant. Hinc em̃ est quod Apls ad Corinthios scribit nihil esse/nihil ꝓdesse si sine charitate/dicẽs. Si linguis hominũ loqr et angelorũ: et cetera que annectunt. Est primo ipsa charitas fedꝰ ĩter nos ⁊ deũ: vt si diligimꝰ

Prover.8. diligemur: sicut sapientia clamat: Ego diligentes me diligo. Est et fedus quod si diligimus deum diligamus et proximū: sicut ioannes in sua canonica cōmemorat. Est et fedus ad mādata seruāda: vt si diligim⁹ preceptorē/eius precepta ope cōpleamus. Etē christ⁹ dicit: Joan.14. Si quis habet mandata mea et seruat ea/ille est qui me diligit. Ille habet mādata mea qui nouit/ qui tenet ea memoriter: sed tūc seruat cū deducit in actum. Est et fedus ad beatitudinē obtinendam. Sola enī charitas facit patere celum: ipsa sola introducit in regnum. Proinde auferri de sacrificio prohibet. Nec auferes sal federis dei tui de sacrificio tuo: immo in omni oblatiōe tua offeres sal. Tunc enī in omni oblatione sal offert: cum omne quod agim⁹/ipsa charitate fulcitur. Necnon et ordinē tenendū in moribus aperte cōspicimus/si preceptū de sale factū subtiliter indagamus. Preceptū factum vt omne sacrificium sale cōdiatur. Ex quo ptinus indicit vt in omnibus ordo seruet: sicut aplus ait: 1.Cor.14. Omia quidē honeste et sm ordinē fiant in vobis. Nā vbicunq ordo deseritur/in positū finem nō erit accessus. Nihil fiet impertinēs aut frustra/si i rebus diligēdis ordo seruatur. Omnia enī deus legibus ordinis alligauit: vt etiā in his que tradita sunt/vt perueniamus ad deū seruatus ordo perducat. Et nullū sacrificiū gratius quam illa diligere atq peragere que tendūt in deū: vbi sal ordinis penitus est ponendū tanq fedus ad deum. Ipsam porro scientiā noīe salis arbitror estimari. Fit enim sal ex coctis aquis a sole aut ab igne. Et aqua sapientie potauit dns sanctos suos. Et in omi sacrificio nostro necessaria est scientia: maxime in zelo quo ad deū accendamur: ad euitandā illā sententiam/quā dixit apostol⁹: Roma.10. Habent zelū dei/sed non sm scientiā. Nā sicut sal sapidum reddit vbi apponit: sic charitas/ordo et scientia cūcta que visibiliter et inuisibiliter agunt/grata faciūt deo: vt nō sint insulsa/sed sapida que fiunt mādato celestis siue terreni agonum positoris. Ipsi siquidem agenti aliquid in vtraq substantia sua facta non insulsa/sed sapida erūt: si sale charitatis et ordinis atq scientie condient. In his pactū nobis cum deo cōstituitur sempiternū: de quo dominus sacerdotē veteris testamēti diligēter cōmonuit. Nume.18. Pactum salis est sempiternū corā domino/tibi ac filijs tuis. Pactū huiuscemodi salis ideo sempiternū vt nullo tēpore violetur. Pactum sempiternū: vt ex ipso inuiolabiliter custodito eterna gaudia capiam⁹. Hoc salis pactum rememorauit abia rex iuda hieroboā regi israel: cum in prelium cōuenirent. 2.Par.13. Stans abia sup montē semeron: qui erat i ephraim/ait: Audi hieroboā et omis israel. Num ignoratis quod dns de⁹ israel dederit regnū dauid sup israel in sempiternū ipsi et filijs eius in pactū salis? Quid est pactū salis in quo regnū dauid datum cōmemorat: nisi pactū illarum virtutū/ que potissime in agendis omnib⁹ exigūtur: que salis similitudine designant. In pactum salis regnū dicitur datū dauid: in condimento sacrificij quod tunc tēporis agebatur: quādo ipse rex fuerat a dno constitutus in manu samuelis tunc sacerdotis atq videntis: qui sacrificiū sub censura salis ante constituta offerebat. Ex quo typico mysterio insinuatū est sub pacto salliti sacrificij vera regna ꝯstitui: et iura regalia hominū sine prefato sale ad perfectum nō posse deduci. Arguit abia rex iuda hieroboam regē israel: qui ad impugnandū ipsum et regnum eius arma cōmouerat/quod iniuste huiuscemodi rem fecisset: quod in sempiternū cōcessum sit regnū occasione salis in pactum. Ex hoc ad demones remouēdos magna iurisdictio nobis efficit: si stabit intactū protinus salis pactū. Nec non ipsam iusticiam in similitudinē salis accipimus: sine qua nihil rectū agitur cū ipsa vniuersitate ꝑfulgeat et condire habeat pre ceteris moralē hominū vitam: et dū sub sua censura omia disponūtur: nihil est quod de obliquitate causetur. Ipse siquidē dauid/qui regnū accepit in salis pactū/iusticiā operabat: regū scriptura dicente: Et regnauit sup omnez israel. 2.Regū.8. Faciebat quoq dauid iudiciū et iusticiā omni populo. Et de iusticia plene ꝯfidens in psalmo dicebat: Ps.17. Et retribuet mihi dns sm iusticiā meam. Nempe sicut sine sale insulsa sunt esibilia plurima: pter panē parum delectantia gustū: et sicut sine sale vermibus carnes scaturiunt: sic sine iusticia nihil in morib⁹ hoim delectabile: necnō et humana vita corrūpit insolertia pessimoꝝ. Circa quā dauid magna diligētia intēdebat/ne ꝑtermissa iusticia subiecta sibi res populi turbaretur: cum put psalmus eloquit/faciebat: Ps.100. In matutino interficiebā omnes pctōres terre: vt disperderez de ciuitate domini omes q operant iniquitatē. Quāobrē p seipso interpellabat ad dnm. Ps.118. Feci iudiciū et iusticiā: non tradas me calumniātib⁹ me. Ipsam etiā sapientiā euangelicā salis noie non immerito dicim⁹ esse censendā: que omniū cōdiuit hominū vitam: et sanauit steriles hominū nationes. Et humani mores et leges viuendi p ipsam condiunt: et ne putrescāt sua virtute seruant: et sanantur saucij populi defluētes. Quod in libro regū multis ante tēporibus legimus figuratū. 4.Re.2. Nam viri ciuitatis hierico dixerunt ad helizeum: Ecce ciuitatis huius habitatio optima est/sicut tuipse dne ꝯspicis: sz aque pessime sunt et terra sterilis. At ille ait: Afferte mihi vas nouum: et mittite in illud sal. Qui cū attulissent egressus ad fontem aquarum/misit in eum sal et ait: Hec dicit dominus: Sanaui aquas has: et nō erit in eis vltra mors/neq sterilitas. Sanate sunt aque vsq in hanc diem: iuxta verbū helizei quod locutus est. Helizeus interpretatione nominis/que deus me⁹ saluator est/siue re gesta deum significat: cui humana natura defectum quasi lunarē patiens loquitur suo sensu/ dicens quod mūdi hui⁹ habitatio bona est: quia omne quod est/bonū est natura: et in ordine suo defectu omnimode caret: sicut deus plene cognouit. Nam

Gen.1. vidit deus cuncta que fecerat/⁊ erant valde bo
na. Sed huius mundi sensu quodammodo ca-
rentis aque pessime sunt. Quid tam noie aqua-
rum intelligit/ nisi numerositas populorum: iu
xta Joãnis in apocalypsi sententiã: aque multe
populi multi. Populi quidẽ hominũ non natu
ra/sed volũtate pessimi facti erant: dum dediti
cultibus idolorum deum verũ ⁊ ipsius sapientiam
ignorabant: ⁊ viuebãt insulsi/sale diuine sapien
tie non cõditi: ⁊ pessimabant velut putride car
nes fetẽtis luxurie/aliarũq; iniquitatũ vermib9
bullientes. Et terra sterilis erat: qr terra huma
norum corporũ/vsum bonorum operũ non habebat.
Sed deus omnipotẽs in plenitudine temporis
vas nouũ iussit afferri: cum almam virginẽ ius-
sit mundo preparari: que vere dicit vas nouum
ab antiquitate paterna discrepãs/ disciplina ce
lestium innouata virtutũ: in quo vase posuit sal
eternã sapientiam/scz vnigenitum filium eius.
Aut vas nouũ ipsum verbum incarnatũ sentia-
mus: qui nouus dicit nouitate incarnãdi/ noui
tate nascendi ⁊ conuersandi: qui nouã doctrinã
attulit: nouiter mundo vixit: sicq; mortuus ⁊ se
pultus/⁊ regressus ab inferis ad celestia pene-
trauit. In quo posuit sapientiã suam noie salis
signatam: sicut ipse p̃dicando sepe dicebat: Do
Joan.7. ctrina mea nõ est mea/sed eius qui misit me pa-
tris. Et alibi: Sermonẽ quem audistis non est
meus/sed eius qui misit me patris. Et iterum:
Joan.14. Que loquor vobis/a meipso non loquor. Peni
tus put nouus homo erat/sapientiã a patre ac
cepisse testabatur. Quod sal scz incarnatũ ver-
bum effudit in apostolos per virginis partum
sed sapientiã per p̃dicantem filium: ⁊ filius per
apostolos post missum spiritumsanctũ sanauit
qui recipere voluerunt populos nationum. Et
virtute salis/scz euangelice sapientie non esset
sterilitas/sed sanitas: nisi adhuc libẽs hominũ
repugnaret iniquitas. Sanauit aquas euange-
lica ⁊ superna doctrina: quia populos recipien
tes illã/condiuit ⁊ erudiuit: ⁊ docuit que nescie
bat mũdus/nõ habebat vsus/ignorabat homi-
nũ intellectus. Saporis huius effectũ refugie-
Eccl.39. bat carneus sensus. Et inter initia eorũ que vi-
te hominũ necessaria dinoscunt/ecclesiasticus
salem esse cõmemorat. Et tamen ex mãdato do-
Ezechie.19. mini ezechiel hierusalẽ inter cetera obiecit: q in
die natiuitatis eius nõ esset sale salita: scz illam
discretionẽ non habuit/qua bene omnia dispo-
nuntur. Nam cũ renascimur sacramẽtis/discre
tione christifera opus est inter ea que cogimur
eligere/atq; iter illa que agere obligamur. Op
tima inter virtutes noscitur esse discretio: que
gradiens inter bonũ ⁊ malum/inter bonũ ⁊ bo
num/inter malũ ⁊ malum/inter opinionẽ et ve-
rum/inter voluptatẽ ⁊ necessitatem/ inter virtu
tem ⁊ famam/ inter competentia corpori ⁊ spi-
ritui semp ad tutiora declinat/deuitatq; peiora.
Et sermonẽ nostrum tali sale condiri decreuit
Col.4. paulus apostolus. Sermo vester semp in gratia
sale sit conditus. Igitur cum supra memoratas
virtutes habere atq; docere oporteat eos q au-
thoritate atq; doctrina populis preferunt: me-
rito christus dixit apostolis: Vos estis sal ter-
re. Quibus p seipsis ⁊ pro successoribus dictuz
fuit: Sed si sal euanuerit/ĩ quo salietur? Si vir-
tus deficit in doctore: si doctor deficit ipsi virtu
ti: quid boni perficiet? Cum ad nihilũ valeat: di
gnũ fit vt his fiat in ridiculũ atq; derisum quos
erudire debuit per doctrinã/ monefacere per ex
emplũ: ⁊ fiat vilitate conculcatus inferiorum qui
vita ⁊ doctrina debuit superesse.

¶ De similitudine lucis: Secundũ matheum. Capitulũ II

Quoniã christus vnigenitus dei filius
erat lux vera: que illuminat omnẽ ho-
minẽ venientẽ in hunc mundũ: voluit
quos elegerat/hui9 lucis esse participes: p quã
illuminaret orbis terrarũ qui tenebris peccato
rum vbiq; in hominibus iacebat obscurus. Et
quia quadã noue intelligentie luce illos pfude-
rat: ⁊ peramplius pfusurus erat: ⁊ lucis sequeret
effectus: sine interpositione verborũ suos apo-
stolos ⁊ similes posteros luci cõparauit/dicẽs:
Vos estis lux mundi. Jussu dei facta est
lux: nec aliquid pulchrius in corporib9 diapha
nis: ⁊ eius virtute cognoscuntur obiecta omnia
oculorum: ⁊ fertur inoblique ĩ receptacula sua.
Et per ipsam fit accessus atq; recessus/⁊ contra
riorũ declinatio. Secundũ hanc proprietatem
apostolos et ipsiformes saluator p similitudi-
nem mũdo p̃fecit: non visibili atq; sensibili/sed
ei qui capax est diuinorum ⁊ susceptiuus theoriarum
supernarũ. Et sermo dignus est/q sibi saluator
in hac similitudine homies huiuscemodi asci-
uit cum de seipso dixisset: Ego sum lux mũ
di. Illuminauerat exteriorem mundũ ope cre-
ate lucis: illuminat interiorẽ luce veritatis. Et
humanarũ mentium se cum apostolis ⁊ ipsifor
mibus lucẽ facit. Et nihil in spiritualib9 rebus
pulchrius veritate: cui9 splendore si qua obiici
possunt humanis intellectibus/cognoscunt: ⁊
inoblique irradiat sup humanas mentes se re-
ceptui coaptantes: vt possit esse accessus ad in-
cõmutabile bonũ. Hanc lucẽ petebat dauid vt
ad finem positũ cert9 possit esse accessus. Emit
te lucẽ tuam ⁊ veritatẽ tuam: ipsa me deduxerũt
⁊ adduxerunt in montẽ sanctum tuũ ⁊ in taber
nacula tua. Et recessus fit per eam ab eo quo
culpabiliter ⁊ noxie tenebramur. Unde aposto
lus: Eratis aliquãdo tenebre: nunc autẽ lux in
domino. Per lucem siquidẽ veritatis/recessus
fit a tenebris peccatorum. Declinatio contrariorũ
ad destinatum finem istius lucis veritate pera-
git. Propterea saluator ait: Qui ambulat
in die/non offendit: quia lucẽ huius
mundi videt. Hanc lucem domin9 aposto-
los esse voluit per exemplũ atq; doctrinã: quã
intuentes in ipsis apostolis ⁊ apostolicis viris
nõ exorbitent/per agones superna captantes.
Lux viua est exemplũ rationalis aĩalis/et vir-
tute cõsurgens: ab oriente fidei ortum habens.

Suffragat͂ sana doctrina in ordine suo lucens: ⁊ exemplari luci prestat augmentū. Et duꝫ prestat/ipsa etiā suscipit incrementū: ⁊ ad inuicem incrementa suscipientes splendidissimā lucem faciunt. Suum ꝓpriū lucere oportet pretēdere: alioquin a tenebris nō differret. Primū siquidem sui officij est insistentes tenebras effugare: deinde ostendere quomodo leuētur oculi ad dirctū. Sicqꝫ cum apostolis dicit͂ per similitudinem quid sunt: quid sint facturi: ex tacito mādato suscipiunt/ ne sit ociosa lucis appellatio que tanto dictatore indicitur.

¶ De similitudine ciuitatis: secūdū mattheū tantū. Capitulū III

Qui terrenā ciuitatem ordinauit ad exercitium ⁊ agones hominū: supernaꝫ vero condidit ad gloriam angelorū/et hominū recte agentium in terrena: vt ad supernā a terrena esset ascēsus ab eo qui in ista esset virtute probatus. Proinde per similitudiē ciuitatis docuit/quid mundo apostoli ⁊ conformes vtilitatis cōferre teneantur: cū sine interpositione dicit: Mat.5. Non potest abscondi ciuitas supra montē posita. Jn veteri testamento legimus mandato domini/ ordinatione moysi cōplemēto iosue/ ciuitates plures factas fuisse refugij: ne ad eas confugiens malefactor subito iudicaretur sine magna examinatiōe iudicij. Etenim apostoli ⁊ eorū loca tenentes/ penitus sunt refugium peccatorū: esseqꝫ debent in patulo/nō abscondi: quoniā positi sunt supra montem. Mons vero summus sup omnes christus Daniel.2. est dei filius: quē Daniel preuidit velut lapideꝫ precidi de monte sine manibus/ ⁊ in montē magnum erigi: super quo apostoli ⁊ viri apostolici sunt fundati. Non ergo debēt abscondi quin ad eos possit esse refugiū/cum hostile ingruerit bellum. Ciuitas siquidē primo cōuentione localis situs cōstruitur: deinde firmatur lege viuendi: ⁊ ne incursantibus nō retunsis damna patiatur/circumcingitur muro vel vallo. Apostolica ciuitas cōuentio est fidelium. Fundatur autē in 1.Corin.3. monte qui est christus: quoniā vt ait apostolus fundamentū aliud nemo potest ponere/ ꝑter id quod positū est: quod est christus iesus. Lex qua viuendum euangelica de superis declarata doctrina: cincta muro inexpugnabili virtutū/⁊ vallo timoris domini. Hec ciuitas abscondi nō potest: magis vero non debet: quia sicut christus quod nō debet/non potest: ⁊ quod nō potest/nō debet: sic ciuitas apostolica ⁊ fidelium supra ipsum montē posita nō debet abscondi. Nam impossibile factū erat fidem tegi aliquo diabolico aut hominū velamento. Nec impossibilitas absconsionis erat ex ciuitate que fundabatur: sed virtute mōtis ex quo ciuitas ipsa surgebat. Etenim petrus fundabat͂ in petra/ non petra in pe- 1.Corin.10. tro: petra autē erat christus. Sed in ipsis apostolis ciuitas militans cōsurgebat: ipsiqꝫ in mōte altissimo atqꝫ immobili fundati erāt: qui verbo predicationis euāgelice/per signa verba sequentia/per sanguinē ⁊ mortem/per vniuersum orbem illam fundaturi a domino parabantur. Hanc etiā ciuitatem que nō debet abscondi/de celo descendisse cognouim9: vt ⁊ ipsa in celi mōte cōsistat/ꝙuis descendisse dicatur. Non enim terrenū aut humanum/sed celeste atqꝫ diuinum habet ista ciuitas fundamentū. Hinc ioannes ait: Uidi ciuitatē sanctam hierusalē nouam/descendentē de celo/a deo paratam: sicut sponsaꝫ ornatam viro suo. Apoca.21. Descēdit ciuitas de celo: terrenum nō querens/neqꝫ relinquens celeste fundamentū. Nam sicut christus in terra carne degebat/in celo deitate: sic ciuitas sancta in terra militat/in celo virtute consistit. Que tūc abscōderetur si non predicaretur: tunc occultaretur si recte in illa nō viueretur. Absconsa siquidem diceretur/ꝙꝙ in christo mōte fundata: nisi predicationis altitudine/ vita/ miraculis per orbē vniuersum propensius reboasset. Proinde in omnē terram exiuit sonus eorum: ⁊ in fines orbis terre verba eorum. Ps.18. Sonus videlicet quo in ore dicētium ⁊ in cordibus audientiū miro modo resonabat: sicqꝫ inoccultabilis erat ciuitas in diuino monte constituta. De hoc mōte dixerat esaias: Uenite ascendamus ad mōtem domini/⁊ ad domū dei iacob. Erat quedam mutua inuitatio: vt ad christū qui est mons domini/veniretur. Esa.2. Et ciuitas nunciabatur sub nomine domus dei: ⁊ gloriosa dicta sūt de ciuitate dei. Sꝫ nunꝙ gloriosa nisi ex fama: nunꝙ vera fama nisi ex his ex quibus vera fama consurgit. Sed altiori ⁊ perspicatiori sensu hanc similitudinē pertractantes: christus ī hoc suos apostolos ⁊ discipulos cōmonebat: vt tales in virtutib9 essent vt ciuitatem inabsconsibilē ⁊ supernā digni fierent nunciare: vt intelligat͂ quāte debeant esse virtutis qui constituti sunt vt ciuitatē in superno monte constitutam/ nō abscondendam/sed manifestandā sub iustis iudicijs debeant ꝓpalare. Ac per hoc cū saluator dicit: nō potest ciuitas abscōdi supra mōtem posita: in id verus huius scripture intellectus traijcitur: vt si ecclesia orthodoxa nūc fundanda/si superne patrie ciuitas nō potest abscondi: congrue factū est vt per vos quos elegi inclarescāt. Jgitur tales estote vt illas aperte predicare possitis: ⁊ inueniamini digni mysterio huius ciuitatis.

¶ De similitudine lucerne: secundū mattheum et lucam. Ca. IIII

Immensa bonitas ⁊ omnibus pro captu recipientiū eque liberaliterqꝫ se prestās supernamqꝫ promerentib9 datura mercedem/noluit euangelij gratiā mercede conduci: ꝙobrem futuris mundi doctoribus non occultande lucerne similitudinem apposuit/ dicens: Nemo accēdit lucernā et ponit eam sub modio/ sed super candelabrum: vt luceat omnibus qui ī domo sunt. Mat.5. Lucerna siquidē sub modio non ponēda/prima insinuatiōe sensum inocculationis habet: sed discussa similitudo propēsius terrenā mercedē

in euangelica p̄dicatione condēnat. Similitu-
do hui⁹ prope modū infimi actus ad diuinas
actiones attollitur: vt nō personalis/sed actio-
nalis simulatio ipsa esse mōstretur. Lucerna q̄
accensa sub modio ponenda negak/est ipsa euā
gelica lex. Nam fuit ab eterno lex ista: quia eter
num est euangelium/q̄uis in tēpore promulga
tum: sed tūc accensa est ista lucerna cū saluator
mundo predicaturus apparuit: cū exemplo vi-
uendi/authoritate docendi/signis supra naturā
sequētibus clarescere fecit. Hec lucerna lumen
habet inextinguibile in ecclesia sancta dei. Nā
Exo.27 preceptū erat in veteri testamēto: Ardeat lucer
na semp in tabernaculo. Que figura i veritate
nūc terminata est in ecclesia: quoniā non extin
guitur/nec extingui potest lumē eius. Et iob su
Job.21. am prosperitatē in tribulatione cōmemorans/
enigmatice lumē istud se habuisse dicebat. Quā
do splendebat lucerna super caput meū: ꝛ ad lu
men eius ambulabā. Nul⁹ splendor clarior hu
ius lucerne lumine. Nullus incessus rectior q̄
ad lumen eius ambulare: non em̄ ambulat in te
nebris: quoniā lumē est vite. Hec lucerna diui-
na est sapientia: cui salomon adhesit ꝑpensius:
quoniā inextinguibile est lumen eius. Et proti-
nus ipsa sola introlucet affectibus ꝛ intellecti-
bus nostris: et sine offendiculo gressuū nostro-
Ps.118. rū semitas dirigit. Etem̄ dauid dicebat: Lucer
na pedibus meis verbū tuum: et lumen semitis
meis. Quid verbuz dei/nisi euāgeliū eructuatū
a verbo dei? Quid pedes/nisi intellectus ꝛ affe
ctus: quibus anima inuise mouetur? Quid semi
te/ nisi cōpendia que captamus ad aliā vitam?
Mandatū dei lucernam animarū scripture sa-
cre diffiniūt: vt inoffenso pede in valle ista mi-
serie ambulemus. Inquit em̄ salomon in mora-
Prouer.6. libus instructionibus: Mandatum lucerna est
ꝛ lex ꝛ lux/et via vite et interpretatio discipline.
Quod mandatū splendidius q̄ mandatū nouū
ꝛ non nouum: quod dedit vt diligamus inuicē.
Hec lucerna innocue lucet ꝛ ardet quousq̄ in
superna fuerit ascensus: vbi lumē eius erit splē-
didius. Hanc lucernaz euangelicā videre non
possunt interiores oculi qui caligāt: ꝛ homines
qui cum mundo senescente senescūt. Nam in li-
1.Regū.3. bro regum legitur: Factū est in die quadā hely
iacebat in loco suo ꝛ oculi eius caligauerant: et
nō poterat videre lucernā dei anteq̄ extingue-
retur. Si allegorias respicimus/defectū syna-
goge in isto homine cognoscim⁹: si mores/alius
offertur ordo loquendi. Senex erat hely: et pre
senectute oculi eius caligauerant. Qui sunt qui
senescunt/nisi qui mundū diligūt inueteratum?
Qui quantalibet florida etate vernantes/si mū
do senescente delectantur: si eius amplexibus
amplectuntur: eoipso senescunt ꝛ caligant inte
riores oculi: vt lucernam euangelij dissuaden-
tem hominibus mundi delectationem/ꝛ prohi-
bentem amplexum/videre nō possunt: nisi prius
extinguak. Cuius lumen q̄uis in sui natura in-
extinguibile maneat: tunc tamē apud vnumquē
q̄ hominē extinguitur/cum in eius non transfi
tur affectum: et cum ad eius lumē iustis morum
passibus non ambulatur. Naturā altestonicam
habet ista lucerna: que semel accensa nequit ex
tingui. Sed nec ponenda sub modio/aut vase/
aut lecto. Modius ad mensuram/vas ad vsum
lectus ad quietē refertur. Hec verba tres euan
geliste posuerūt: vt nec propter auariciam eorū
que mensurari possunt/ nec propter eorū vsum
que transeunt/ aut propter quietem aliquā per-
functoriam euangeliū predicetur. Ut a christo
suscepimus/omnibus est eadem liberalitate do
nandū: ꝛ cuius finis est tota vita/rebus mortali
bus nō subdatur. Proculdubio sub modio po-
nitur si preconis cor auariciā sequitur/et per eā
eius molimina fulcit: aut quomodolibet ei⁹ nō
mine augentur opes hominū. Multa in ponti-
ficibus et ecclesijs christo pauperi nouim⁹ esse
data: ꝛ monarcha elephanticus christum indu
it in syluestro. Si per auariciā possidentur/que
sunt largitate collata: malus vsus inclamitat.
Et qui terrena tenebant ꝛ abundabant tempo-
ralibus bonis/ad huiusmodi lumen lucerne cō
moti: lucernam hanc in ore moribusq̄ gestanti
bus bona innumerabilia contulerunt. Subtus
quibus positum nūc in pluribus noscitur euan
gelium: quod antea superferebatur. Posita est
sub vase lucerna: quoniā contra euangelij veri
tatem atq̄ charitatem nomine suo multiplica-
ta sunt vasa: que a vescēdo sortita sunt nomina:
vt velut philargyria multiplicatur in rebus/ad
recōdendum vasa composuit: ꝛ prout exarsit in
placitum malū/ad funestū vsum corporis innu-
mera procurauit. Sed charitas euāgelica the-
saurizare non nouit: dispergere aūt magis ipsa
consentit: nec cōuertit aliquid in propriū vsum:
quod tamen indigentibus potest esse cōmune.
Stat interdū abdita sub lecto lucerna: cum qui-
es appetitur ex his que sunt christi euāgelio cō
secrata. Et magnā deliciosis quietem appositā
nouimus temporalē: vt nec labor in verbo/nec
sollicitudo ad precauendū periculum animarū
nec exhortatio vel exemplum ad meliora cōmo
nens. Quiescunt corpora dilatata delitijs: ꝛ bo
nis innumeris vallata tabescunt: ꝛ tranquillan
tur sup euangeliū/sub quo laborare debuerunt.
Ad effectum ꝟo diuinorum lucerna cādelabro
superponenda est: cōmodis vllis temporalibus
nō subdenda. Iniuria fit legi similiter ꝛ latori:
si ea que ad eterna ordinata noscunk/ad tempo
ralia referantur. Attollitur siquidē candelabrū
a terra stillo quodam disposito super basim:
super quod posita lucerna pluribus lucet: quia
nec ipse qui accendit/aliter q̄ super candelabrū
poni voluit: quā tunc accendit quādo predica-
uit: tunc sup candelabrū posuit quando mentes
ad superna subuexit. Tunc detexit a modio ꝛ a
vase: cū sine sacculo/pera ꝛ fulcimine itatuto vi-
te temporalis suos predicatores exposuit: in se
primo perficiēs que alios facere docuit. Quod
doctor gentium nō accepit in vanum: cū penis

tus sine sumptu posuerit euangeliũ: qui cum potestatem haberet de euangelio viuere/ illa vsus nõ est: nedum ꝙ aliam vellet de euãgelio capta re mercedem. Ad corinthios inquit enim: Sed nõ vsi sumus hac potestate: sed omnia sustinemus: ne quod offendiculũ demꝰ euangelio christi. Nescitis ꝙ qui in sacrario operãtur/ que de sacrario sunt edunt: Qui altari seruiunt/ cũ altari participant. Ita ꝛ dominus ordinauit his q̃ euangeliũ annunciãt/ de euangelio viuere. Ego autẽ nullo horum vsus sum. Bonum est mihi mori magis/ ꝙ vt gloriam meam quis euacuet. Que est ergo merces mea: Ut euangeliũ predicans sine sumptu ponã euangelium: vt nõ abutar potestate mea in euangelio. Cassa porro fuisset predicatio euangelij: si in corde aut in moribus predicantiũ temporalis cõmoditas insedisset. Plus veritas euangelij claruit in paupertate p̄dicantium: ꝛ magis ad illã conuersi sunt audientes: ꝙ in virtute miraculorũ. Eo enĩ ipso cognitũ fuit euangeliũ esse diuinum/ quod a diuinis hominibus nũciabatur: quo tẽporalia commoda nõ querebant: nec ex ipso vane sunt quesite mercedes. Remouit a lecto quietis: cum fatigatus ex itinere sedebat sic super fontẽ. Et apostoli iussu eius euntes ibant ꝛ flebant/ mittentes semina sua. Et in laboribus plurimis se fuisse paulus testabaẛ apostolus. Super candelabrũ lucerna tunc ponitur: cũ euangeliũ in sua libertate predicatur. Porro candelabrum est ipsa libertas: super quã lucerna euangelij ponẽda est. Aut ipsam catholicã ecclesiam per candelabrũ intelligere possumus/ super quã est euangeliũ. Nulla enĩ secta vel contio p̄terꝙ ecclesia lucernam euãgelij p̄ veritate habet: nec eis lumẽ huius claritatis infulsit. Nam ꝛ candelabꝛuʒ pro tanto mysterio/ similiter ꝛ magisterio/ mandato domini dispositũ est in veteri testamento cũ hastili/ calamis/ spheruẛ/ nucibꝰ ꝛ cyphis ĩfusorijs emunctorijs: catholicã ecclesiã sua ordinatione figurat: vbi euãgelij lucerna plene refulget his qui sunt in domo/ ꝛ his qui venire decernũt.

¶ De similitudine dextri oculi/ dextreꝗ manus ad ea quibꝰ magis homines afficiũtur: secundũ mattheũ. Capitulum V

Scriptum est/ quoniã vidit deus cuncta que fecerat: ꝛ erant valde bona: non solum separate substantie/ vt angeli: sed inuisibiles ꝛ vnite/ vt anime: ac etiam si qua sunt in re corporea ordinata: vt ab hac bonitate naturarũ nulla corpora excludãtur: ꝙꝙ multa differentia corpora ipsa distinxerit. Et vt alias differentias p̄termittã: nulla preterꝙ humana fecit instrumenta virtutis: quibus animas creando infudit/ et infundendo creauit: que capaces sunt virtutis ꝛ vitij: sicut esse possũt pene vel p̄mij ꝛ beatitudinis atꝗ miserie. Igitur humana membra bona sunt bonitate naturarum: seu bonitate qua sunt in ordine entiũ. Possunt autẽ esse meliora prout facta sunt instrumẽta virtutũ vt cuiusꝗ vita tanto sit criminosior/ quãto ipsa fecerit instrumenta vitiorum: et tanto maioribꝰ supplicijs anima fodiatur/ quãto maioribus criminibꝰ statuerit illa seruire. Proinde saluator omniũ membra que bona fecerat: ad meliora ordinauerat: ꝛ extollere super celos decreuerat: a malo vsu auertit: ne gehennam quã pro hominibus nõ fecerat patiantur/ dicẽs: Quod si oculus tuus dexter scandalizat te/ erue eum et proĳce abs te. Expedit enĩ tibi vt pereat vnũ membrorũ tuorum ꝙ totum corpus tuũ mittatur in gehennã. Et de dextra manu similiter dixit. Ueruntamẽ nec credendũ ꝙ cuiꝗ mandauerit aut voluerit a seipso vindicario iure membrum ob actum crimen abscidi/ aut interfici: Quis hoc p̄mittat iudici decernẽti: ꝛ de morte inspirauerit ipsi samsoni. Nam iudici permittit in criminosos decernere: ne cõturbent rempublicã vitamꝗ moralem: aut ne ledant quempiã singularẽ. In figura vero futuri mysterij samsoni ceco inspirauit ꝛ mortem. Non autem concedit hominibus/ vt sibi membra detruncent: etiã si male ipsis vtanẛ: nec vt aliq̃d a seipsis faciant vt moriantur: sed vt deuitent ꝛ abscidãt ipsorũ perperam vsum: ꝛ ne subdant vitijs instrumẽta virtutum. Hoc siquidẽ ex superioribus pendet. Predixerat enĩ: quia qui viderit mulierẽ ad concupiscendã eam/ iam mechatus est eã in corde suo. Idcirco a malo visu oculum cõminando diuertit: vt abscidaẛ impudicitia visus: nõ vt eruatur qui bonus creatus est oculus. Similiter tollaẛ manus opus malũ: nõ abscidatur ipsa: que nature est bonũ: Quod vero dexter oculus ꝛ dextera manus dixit/ ad id quod magis in cõcupiscẽtia ꝛ in operibus diligimus plene referẛ: vt in oculo cõcupiscentia/ in manu opera nostra signentur: eo ꝙ incõparabiliter magis expediat amatis concupiscentijs ꝛ dilectis operibꝰ perperosis in hac vita carere/ que pars est vite: ꝙ sine remedio in gehennã in tota futura detrudi. Scãdalum ỽo nisi deuitetur p̄ueniẽs/ est oĩe quod deo displicet/ ꝛ animã ledit. Sed nec immerito saluatori placuit illa quibꝰ magis afficimur assimilari dextro lumini/ dextreꝗ actioni: quoniã in his etiã corporalis ẛm suum propriũ fortior nosciẛ virtus: vt si dextri ꝛ sinistri altero penitꝰ carere p̄tingeret/ eligere potius nobis remanere quod dextrũ: etiã recipiẽtes in donum/ si ineuitabilis alteriꝰ deberet esse abscisio: relicto dextro quod sinistrũ est/ tolleretur. Proinde quicquid illud esse p̄tingat quod magis allicit/ quo magis afficimur/ quod p̄ ceteris nos delectat: omnino priuari velimus potius ꝙ tradi ardoribus sempiternis/ dũmodo scandalũ parit: qm̃ indeclinabilis optio est hoibus p̄rogata: vt aut vite p̄senti ſ dulcedine scandalizãte/ aut gaudijs eternis priuẽtur: priuatos detinẽte gehenna.

¶ De similitudine oculi ad lucernã: secundũ Mattheũ/ marcum et lucã: Capitulum VI

LUmen eternū de eterno lumine natum
suum contrariū non sinit incognitum.
Et quoniā inobliq̄ procedit ī eos quos
eterne illustrat: rectitudinem in eis infusi lumi
nis in his que anio cōcupiscente operib⁹ agūt:
vt nō sit anfractuosus ꝓcessus creati luminis:
similiter ꝛ per gratiā iam infusi: omnino in ho
minib⁹ querit: satagens ꝛ premonēs ne p̄ter ra
tionē dati luminis contrariū fiat: per sīlitudinē
lucerne: ad cui⁹ lumē de nocte ambulam⁹: oculū
corporis intelligere voluit: quē retulit ad ocu
Mat. 6. lum cordis, dicēs: Lucerna corporis tui
Luce. 11. est ocul⁹ tuus. Si fuerit oculus tuus
simplex, totū corpus tuū lucidū erit.
Si aūt ocul⁹ tuus nequā fuerit, totū
corp⁹ tuū tenebrosum erit. Si ergo
lumē quod ī te est, tenebre sunt: ipse
tenebre quāte erūt? Quecūq; lucerna sit,
lucet ꝛ nō videt. Lucerna que est oculus, videt
ꝛ nō lucet. Lucerna fugat tenebras: oculus ṽo
non fugat. Lucerna que illuminat, omnino nō
nouit: oculus ṽo illuminata cognoscit. Lucer
na monstrat quid cognoscatur ꝛ quo pergatur:
oculus vero cognoscit ꝛ pergit. Quid igitur est
q̄ oculus corporis assimilat̄ lucerne alicuius li
quoris virtute lucentis: cū oculus videat ꝛ non
luceat: lucerna luceat ꝛ nō videat: nisi q: intror
sum ista similitudo traijcit̄: vbi est lucerna inui
sibilis que videt ꝛ lucet: insita sc; hominibus ra
tio: que corporis lucerna nomīe oculi a dn̄o ap
pellat̄: que lucet in corpore dirigendo corporis
actiones: ꝛ videt atq; cognoscit que obijciuntur
in vtroq; hominū sensu: vnde prout ad lumē lu
cerne nocturne vbi lucet, fugant̄ tenebre: sic ad
lumen rationis ignorantie depellunt̄. Optimū
autē rationis lumen est fides: q̄ inter potentias
anime solum in ratione statuit sibi sedē: que re
diuiuam facit, velut cū ad aliquod susceptiuum
luminis ignis apponitur. Si qua em̄ fuit ab ini
tio quorūcunq; hominū ratio preter fidem: am
bulauit in tenebris. Et vani facti sunt oēs ho
mines, in quibus nō subest scientia dei: ꝛ de his
que videntur bona, non potuerunt intelligere
eum qui est: neq; operibus attendētes agnoue
runt quis esset artifex. Scientiā dei proprie in
telligimus fidem: quā philosophi nō habentes
rerum non intellexerunt artificem: quē omnino
esse negauerūt: mundū absq; lumine fidei diffi
nientes eternum. Quātalibet em̄ perspicuitate
ad inuestigāda secreta nature, atq; ipsius osten
sibiles actiōes hominū ratio vigeat: tenebrosa
est, ceca est: ꝛ quo vadat ignorat: nisi fidei lumi
ne illustret̄: cum quodā alio lumine naturali, dif
ferenter tamen, ratio hominū soleat illustrari:
quod esse suo modo lumē negare nō possumus:
quod oppositū fidei tenebras appellam⁹. Pro
inde saluator adiecit. Si lumē quod in te
est, tenebre sūt: ipse vero tenebre quā
te erūt? Qua sentētia duo accepimus esse ge
nera tenebrarū. Vnū quo ratio non illustratur
lumine fidei, etiā; si aliter ipsa refulgeat: aliud
quo peccatis homines inuoluunt̄: spreto q̄ na
tura, lex ꝛ virtutis iudiciū dictat. Inter que ge
nera tenebrarū hanc comparationē saluator ap
posuit. Si lumen quod in te est, quecūq; videli
cet rationis acuitas, siue splendor spreta fide te
nebre sunt: ipse peccatorū tenebre quāte erunt?
Quod si cōparatiue accipimus, peior est pecca
torꝫ actio q̄ lumen fidei nō habere. Si vero cau
satiue hanc inuestigamus sententiā, alium sen
sum parit: vt carere lumīe fidei multorꝫ sit causa
malorꝫ: et ille tenebre innumeras ꝛ magnas ge
nerent tenebras peccatorꝫ. Porro non trahat̄
in dubium q̄ carentia fidei aut fides suscepta et
nutans, criminū ꝛ scelerum ꝛ peccatorꝫ tenebro
sam noctem inducit. Nam sine fide impossibile
est deo placere. Et fides nutans nō operatur:
que tenebras mortis habet: q: fides sine operi
bus mortua est. Non placere deo ꝛ in fide non
operari, magnas tenebrositates habēt: quibus
malorꝫ actuū adijcientur profecto maiores. Ad
clariorē vero intellectum de oculo simplici ꝛ ne
quā: vnde talis comparatio seu malorꝫ causatio
sumpta est: intentionē ꝛ actionē oportet induce
re: vt intentio sit oculus, actio ṽo corpus. Pro
inde si intentio hoīs fuerit simplex, pura videli
cet duplicitate carens, simplex simplicē duntaxat
xat incōpositū diligens ꝛ querēs, ꝛ sibi soli ser
uiens: totū corpus, omnis sc; actio lucida erit ꝛ
clara ꝛ grata bonorꝫ omniū, non p̄sonarꝫ hoīm
acceptori. Si ṽo intentio nequā fuerit, quod le
quit̄ est manifestum: quoniā arbor mala malos
fructus facit: ꝛ tenebrosa intētio tenebras ope
rū peperit: quā summope oportet inquirere q̄d
inq̄rat, quid velit, quo ve tendat: quoniā ipsa est
lucerna ꝛ ocul⁹ actionū. Que si velut nequā pec
catorꝫ versat̄ in tenebris: multas ꝛ graues eorū
efficiet tenebrarū oculus horriditates. Ac per
hoc oportet habere intentionē simplicē, vt solū
ab eterno simplicē querat: q: nemo pōt duobus
dominis seruire: q̄ sententia statim ad istā sequi
tur. Necnō ꝛ fidē simplicē: q: ipsa nō h; ex reb⁹
ꝛ causis, aut ex accidētib⁹ cōpositas rōnes: q̄m
qui cōpositas rōnes querit in simplici fide, cum
nō inueniat, nō venit ad fidem. Si aūt venit, ve
lut immo hereticus recessit ab eadē: aut hesitās
nō faciet bonū: aut in tenebris versabit̄ pecca
torꝫ. Quā vero vtilis ꝛ accepta sit deo simplici
tas intētionis ꝛ fidei: q̄ vero ī illa seruiētes dn̄o
iure letati sunt ad animandū dei seruos: scriptu
rarum sanctarꝫ testimonia perquiramus. Sim
plici intentiōe abel munera deo obtulit: ad quē be
respexit dn̄s ꝛ ad munera eius. Cain autē inten
tione nequā: qui ꝛ reprobatus est. Et iacob vir be
simplex in tabernaculis habitās, assecut⁹ est he
reditatē ꝛ primā benedictionē paternā: quā esau
in syluis venatione vagus amisit. Et dauid cū
ad edificationē plurima cōgregasset, deū bene
dicens asseruit ipsum simplicitatē diligere: sibi
q; oīa grata que in simplicitate offerunt̄. Vn
de paralipomenon legit̄: Scio dn̄e de⁹, q̄ p̄bes
corda, ꝛ simplicitatē diligas. Vnde ego in sim

plicitate cordis mei letus obtuli munera hec.
Simplex/incōpositus ꝛ benign⁹ ꝛ largus est de
us: ꝛ tales seruos querit ꝛ diligit. Et tūc in sim
plicitate cordis munera offerūtur: cum in om-
nibus actionib⁹ nil aliud ꝙ dei honor ꝛ placitū
querit. Et Paulus admonet ꝙ que tribuuntur
deo vel ꝓximo/in simplicitate tribuant. Ac etiā
carnalib⁹ dominis seruis iubet in simplicitate
Ephe.6 cordis seruire. Ad ephesios em̄ inquit: Obedi-
te dominis carnalibus cū timore et tremore/in
simplicitate cordis. Alte cogitauit apl̄s simpli
cis interioris oculi fructū: cum mādauit seruis
carnalibus dominis in cordis simplicitate ser-
uire. Porro simplicitas interioris oculi est/ nō
variata intentio ad diuersos fines: nec preter ꝙ
vnū simplicem deum in his que agit ꝛ diligit/in
premio querit. Et ab omnib⁹ absoluta cōmodis
a iudicijs hoim libera/audes et opprobria ho-
minū eque pendēs/solum deuz querit in testem
Sap.1 ꝛ iudicem ꝛ remuneratorē bonoꝝ. In qua sapi-
entia deū querere iubet. In simplicitate cordis
vestri querite illum. Nescit deuz tentare sancta
simplicitas: idcirco eius cōspectibus deus que
situs offertur. Propterea sequit: Quoniā inue-
nitur ab his/qui non tentant illū: ꝛ apparet qui
fidē simplicē habēt i illū. Et hoc est quod apl̄s
precauet: timēdo ne a simplicitate fidei excidāt
2.Corin.11 serui christi. Timeo em̄ inquit/ne sicut serpens
euam seduxit astutia sua/ita corrumpant sensus
vestri ꝛ excidāt a simplicitate fidei/ q̄ est in chri
sto. A simplicitate fidei homines excidunt: cuz
rationes eoꝝ que per fidem solā tenētur/inqui-
runt. Solū quidem hoc est de ratione fidei/hu
mana ꝛ cōposita ratione carere. Necnon a sim
plicitate fidei excidit: cū infima q̄ de⁹ in carne
gessit/a curiosis ꝛ supbis animis deridenk: aut
cū actiōes euāgelice q̄ nostris sensibus aduer-
sank/in gratū mētis nō veniunt: sed poti⁹ apud
multos i displicētiā et odium transeūt. Opti-
ma est i virtutibus christiana simplicitas. Nā
Prouer.10 qui ambulat simpliciter/ambulat cōfidēter: qui
aūt depravat vias suas/manifestus erit. Et ali
Prouer.11 bi scriptū est: ꝙ simplicitas iustoꝝ diriget eos:
quia nō est securior et directior via iustis ꝙ in
Job.1 simplicitate ambulare. Et beat⁹ Job simplex
et rectus appellatus est. Ideo simplex/quia re
ctus: ideo rectus: quia in simplicitate cordis co
rā domino ambulauit: q: deus simplicē nō ꝓ-
ijcit: magis vero cū simplicibus sermocinatio
eius. Et ad ornatū charitatis etiā simplicitatē
1.Pe.1 oportet assumere: vt Petrus ait: Simplici cor
de inuicē diligite. Simplicitas vera sine rep-
hensione cōstituit possessorē: ꝛ tales habere spi
rituales filios deus q̄rit. Et hoc est quod apl̄s
Phil.2 ad Philippēses admonet/dicēs: Oīa aūt faci-
te sine murmurationib⁹ ꝛ hesitationib⁹: vt sitis
sine q̄rela/et simplices filij dei sine reprehēsiōe
i medio nationis praue et puerse. Oculus vero
nequā malus est. Quod iesus hierosolymita nō
Luc.11 tacuit/dicens: Memento quoniā malus ē ocu-
lus nequā. Nequi⁹ oculo q̄d creatū ē? Intētio
nequā mala penitus est: q̄ nihil nequi⁹ inuenik:
q: sepe ad ea conatur q̄ neq̄t efficere: a q̄ cūcta
mala ꝓcedūt velut a virulēta radice. Propter
ea idē expiri atq; cognoscere aiam iubet: In vi Eccl.37.
ta tua tēta aiam tuā: et si fuerit nequā/nō des il
li ꝑtātē. Alam tētare intētionē est expiri. q̄ si ne
quā fuerit/ nūq̄ ꝑtātis ei prestek effectus. Naz
prius in oibus ꝑquirak intētio/anteq̄ in effectū
operū veniamus: qm̄ bona ꝛ mala magis ꝑ in-
tētionē rectā vel nequā ꝙ ꝑ id quod exteri⁹ agik
a dn̄o iudicabūtur. Et ꝑ Esaiaz maledictio dak Esa.1
semini nequā. Semē nequā intētio nequā: q: ve
lut a semine fructus: sic ab intētione actus ma
lus vel iustus. Et cōtra simplicitatē, duplicitas
e regione cōsistit: quā scriptura ꝓhibet ꝛ condē
nat: Ne accesseris ad deū duplici corde. Et ite Eccl.1
rū: Ue duplici corde. Et/Ue pctōri terrā igre- Ibidem.2
diēti duabus vijs. Et/Uir duplex aio/incōstās Ibidem.
est in oibus opibus suis. Duplex corde aut ani Iaco.1.
mo est: ꝛ terrā duab⁹ vijs ingredik: q̄ de his que
agit/tpalē et eternā vult captare mercedē: ꝛ de
um querit et hoies hui⁹ seculi pariter oblecta-
re. Duplex corde aut aio est/q̄ agit versute cuz
quibus loq̄tur et obuersak. Nā vnuz est in cor-
de/aliud in ore: cū ore blāditur/corde decipere
tentat. Simplicitas est libertas ab om̄i versu-
tia et astutia: que quod corde gerit/ore profert:
que decipi non vult: decipere nunq̄ nouit. Ad
quā suos seruos saluator hortatur: Estote sim Mat.10.
plices sicut columbe.

De similitudine volatiliū celi: se-cundū Mattheū et Lucā.

Capitulum VII

Quem ad suā imaginē et similitudinē
omnipotēs fecerat: ꝛ ad seipsum ꝑ in
ternā ꝯsyderationē erexerat: nolebat
implicari a distrahente animū sollicitudine ter
renoꝝ: ne fieret illis ꝑ terrenoꝝ occupationē
inferior/quibus per dignitatē superior fact⁹ est.
Idcirco ad remouendū sollicitudinē superflu- Mat.6. Lu.16
am atq; damnosā/ similitudinē volatiliū celi et
lilioꝝ agri suo verbo saluator induxit. Uolati
lia ꝑ victu: lilia pro ornatu cōnexit. Uictū vo-
latilia questuose inueniunt et suscipiūt: absq; ꝙ
impendant sollicitudinē ad futura. Et sentiūt
sensu carnis/quo de loco ad locū/et ad suas na
turales actiones mouentur. Lilia vero sensu
carent/et questu nō mouētur: nisi ab alio mota
et ornantur et vestiūtur decore naturali: vltra
ꝙ ars hūana possit efficere aut imitari. Quod
autem est victuz querere ad conseruationē sui
a natura sumpsit indicium: sed nec ipsa pascit
sensibilia/nisi ad pastū ipsa moueank. Quod
est ornatū esse ipsa natura fecit: absq; ꝙ ipsa or
nāda ꝑ seipsa moueank. Unū ad esse ꝑtinet: al-
terū ad ornatū esse referk: vt eē et bn̄ esse/bn̄ eē
ꝛ meli⁹ esse in his duab⁹ sītitudinib⁹ intelligak.
Sed hec similitudo discussa ꝓpēsius/intellectū
in altius prouehit. Quinto die a creatiōe mūdi
volatilia esse creata ex scptura sacra didicim⁹
ꝛ hoiem esse ꝓductū legim⁹ sexto die: quo i spe-

cie nulla creatura posterior. Inuenit ipse siquidē alia vniuersa creata cū educeret in esse: quibus omībꝰ sēsibilibꝰ ipse erat supior: vt referret cōditori gratias / ꝙ in tā magnā edē eū induxerat / rebus innumeris et varijs opulētā: vt haberet qd sumeret ad valitudinē corpis: ⁊ qd cōsyderaret in actu speculationis: et ī aliqbus sumeret vite cōpēdiū: in aliquibꝰ vero viuendi captaret exemplū: vt etiam creatura irrationalis atqꝫ insensibilis creature rationali moleste viuendi tacendo magisteriū daret. Quod nūc saluator mūdo nouꝰ apparēs aperuit: cū volatilia ad recte viuēdū ꝓduceret ī exemplū: cū superfluā sollicitudinē a cordibꝰ et ab opibus hominū vellet arcere. [Respice inquit volatilia celi: qm̄ nō serūt neqꝫ metūt / neqꝫ cōgregāt in horrea: ⁊ pater vester celestis pascit illa. Nōne vos magis pluris estis illis?] Oīa que pn̄t in isto sensibili mūdo in vsuz vtriusqꝫ hoīs ꝯuenire: deus ꝓpter hoīem / nō hoīem ꝓpter illa creauit. Vñ si deꝰ rebus minoribꝰ relatis ad aliud sine sollicitudine ꝓuidet: multo amplius ei cui referunt. Volatilia nō serūt neqꝫ metūt: neqꝫ in vasis qppiā cōgregāt: tā illa quibus cōmunis est pastus / ꝙ̄ illa qbus est omīno diuersus. Gregatim siquidē vadūt ad escā / q̄ pascuntur seminibꝰ aut fructibꝰ arboꝝ seu terrenascētijs. Que vero cadauerū carnibꝰ / aut ī mari vel lacubꝰ piscibus intēdentes: viuēdi sil'r est vna ꝓportio. Tm̄ hoc est ab oībus a natura remotū / ꝙ artibꝰ viuere nō ꝯtendūt: vt serāt semina territ: maturas segetes metāt: ⁊ excussa paleis grana cōgregare velint in cōmunē seu ꝓpriū dñatū. Nihil ampliꝰ querūt ꝙ̄ quod eis natura cōstituit. Nec variant pastū / nisi quod eis est insitū a natura. Nec in aliā horā aut in crastinū aliquid ꝓuidere nouerūt. Tēpus p̄sens est in cura qn̄ est hora pascendi. De futuro nō norūt etiā cogitare. Nihil sibi in rebus appropriant: nec querunt in re aliqua velut ī ꝓpria singularē dominatū. Ad horā nouerūt pascere pullos suos: nec quicꝙ̄ pro eis reseruauerūt in tempus. Fouent illos in nidis / quousqꝫ ab eis possint auolare: deinde relinquūt cuz nouerūt querere pastū. Non eis viuendi anxia cura: cū plus ꝙ̄ expediat nō requirāt. Et in hoc sunt diuites aues celi: cū nil superfluū velint: cū regiones et terras / arbores et semina nō diuiserint ad pascendū: cuz nulli sit assignata ꝓprietas: et cū ꝓpria nō vendicāt / in cōmuni diuitias habēt. Exemplo quorū suos sequaces saluator ad viuendū instruit: et arguit eos qui aliter viuūt forma volatiliū derelicta. Quid igit̄ est ꝙ sollicitudo tā mordax cruciat nos mortales: quibus est tā vita modica sup terrā: vt prouidētes in crastinū / in hebdomadā / in mensem et annū: vt nulla sit anime ī cogitādo quies: et corpꝰ nō nisi lassitudine requiescat. Et multi prouidētes sibi p hebdomadā in futurū / diē crastinā nō viderūt: ⁊ p mensem / nō impleuerūt hebdomadā: et ī annuz plurimi ante nouiluniū decesserūt. Quid em̄ est ꝙ in hoc mūdo ꝓpriū hoīes querunt / vbi solū mori siue peccare hoībꝰ factū est ꝓpriū? Nunꝙ̄ vel nemini preterꝙ̄ peccare potest esse ꝓpriū / vbi mortis sup oēs regnat imperiū. Quid tanta prouisio in futurū: cū sepe mors homines ex hoc mūdo añ prouisū tēpus eripiat? In vanum ⁊ ad crimen acuta sollicitudo pro futuris instat hoībus: si munera et viuēdi alimoniā in omī tpe dñs p̄parat: quod omībꝰ fieri per psalmodiā Dauid enūciat / dicēs: Oculi oīm in te sperāt dñe: et tu das escā illorū in tpe opportuno. Aperis tu manū tuā: et imples omē aīal bñdictiōe. Quid em̄ aliud q̄rit̄ / ꝙ̄ vite habere fulcimē in tpe opportuno? In non opportuno criminosa est sollicitudo q̄rētis. Verecundiores sunt hoībꝰ aues celi: q̄ opportunitatis ⁊ nature cōtēte limitibꝰ / irrep̄hēsibiliter opant̄ atqꝫ quiescūt. Nō em̄ aliūde hoīes in iustā reprehēsionē deueniūt / nisi cū opportunitatē atqꝫ naturā improbit̄ conant̄ excedere. Sꝫ nōne ioseph ī egypto septeno annoꝝ numero ꝓuidit ī tpa? Vtiqꝫ dixerim: sed ī sacramēto magni et futuri mysterij: et qꝛ infallibil'r septena futura erat ostēsa sterilitas: quā deꝰ ideo p̄ostēdit dño pharaoni / vt ioseph interpretaret̄: et p eū opportune ꝓuideret̄. Et multi sanctorū patrū habuerunt diuitias reseruātes in crastinum: et ad heredes diriuantes in posterum: aduersus quos non possumus de iure causari. Sed nec cōdemnamus diuitias et res reseruatas ꝓ filijs / pro ꝯiugandis puell'/ pro defensione reipublice: quoꝝ interest opportune atqꝫ modeste ꝓuidere ī crastinū: sed supfluā sollicitudinē / criminosū questū / ⁊ retētionē īprobaz: preter id quod modestie atqꝫ opportunitatis ⁊ ordinate naturā regulaz habet christꝰ īprobat: cuiꝰ autoritate suffulti / ⁊ nos penitꝰ īprobamꝰ. Et quod ad adā a dño dictū est In sudore vultꝰ tui vesceris pane tuo: laborē et sollicitudinē sibi creator oīm posuit: sed tēperauit cū dixit: vesceris pane tuo: nō sollicitudinē dānās / q̄ modeste ꝯquirunt̄ cōpēdia vite: sꝫ illā q̄ necessitatis ⁊ nature iura trāsgredit̄. Proinde si dñs auibꝰ celi sine sollicitudīe ipsaꝝ ꝓuidet / q̄ corā eo ꝓ modico sūt: q̄nto magis nobis q̄ corā ipso tanta dignitate ꝯstamꝰ / vt ad similitudinē illiꝰ nostra sit facta creatio: et ī tpis plenitudine reassūpta: et ī sāguine verbi et morte facta redēptio: et cū ipo et̄na gl'a expectet̄? Quo sēsu saluator adiecit: Nōne vos pluris estis illis?

De similitudine liliorum agri: secundum Mattheum et Lucam. Capitulum VIII

Hec olimꝰ ex scriptura deū primos homines nudos ī paradiso statuisse: nec ante peccatū necessitatē statuisse vestitus: ne sic homo implicitꝰ a diuina cōtemplatione vacaret. Nec postꝙ̄ est apposi. a necessitas vestimēti / voluit hoīes inuolui sollicitudine nimia: quos recte agētes / erat eterna gloria vestiturus. Et pluris est victus dissuasisse sollicitudinē ꝙ̄ vestitus: cū victꝰ sit ꝯcessus homini

etiā honesta nuditate regēte. Quod aūt minus
cōfert ad necessitatē inqrere/ fit mai⁹ ad crimē.
Excepto christo adā in hoibus nemo ex creati
one nobilior: cui ꝛ socie dñs post peccatū tuni-
cas pelliceas fecit: etenī añ illā lethalē iobedi
entiam vestire nō erat indiguū. Sed quales ve
stes dedit in remediū post peccatū/ taliū sollici
tudinē nō remouit. Et cū ipse ampli⁹ sic nō eēt
daturus: prerogata forma vestitus/ vt se vesti-
ant/ reliqt hoibus. Nunc vero vestimētoꝝ im-
pertinentē sollicitudinē remouet: agri lilia pre
ferens in exemplū/ vt in rebus insensibilibus ꝛ
et terrenascentijs formā veris morib⁹ capiam⁹
dicēs: [Et de vestimēto quid solliciti
estis? Consyderate lilia agri quō crescūt. Nō
laborāt neqꝫ nent. Dico eñi vobis: qm̄ nec salo
mō in om̄i gloria sua cooptus est sicut vnuz ex
illis. Si aūt fenū agri quod hodie est/ et cras i
clibanū mittit deus sic vestit: quāto magis vos
modice fidei?] Questiōe aios hoim pulsāt siti
tudo apposita/ et sentētia seu dissuasio saluato-
ris: cū post initiale homis malū/ vestiri q̄dā sit
introducta ab hoibus necessitas: tū ꝑpter ae-
ris intemperiē/ tū ꝑpter honestatē. Nam hone
stas quedā est humani corpis vestimētū/ postq̄
corp⁹ fuit funestis moribus dehonestatū: et ho-
neste mēbra obtegunt vestimēto/ in qbus exci
tata est rebellionis et inobedientie turpitudo.
Et q̄q̄ deus vñ possint fieri vestimēta/ produ-
cat instrumento et ordinatione nature: nō tñ fi
unt nisi sollicitudo apponat ex arte. Quid igit
est q̄ dicit de vestimēto: qd solliciti estis: in cō-
syderationē insensibiliū nos inducēs: ac si ve-
stimentorū nulla opportunitate premeremur:
vel sic largiturus esset posteris sicut dedit pa-
rētib⁹ primis: aut si peccatū esset ex arte vestiri:
cū ex natura vestita in exemplū ꝑferat lilia cā-
pi. Sed nōne ministerio artis/ sollicitudine q̄rē
tis potius aut indigētis/ etiam a sanctis viris
sunt vestimenta quesita? Et vt de his nō sileā q̄
sacra scriptura commemorat: filios patriarche
Ge.27. Isaac legimus nō solū vestimēta/ sed duplicia
habuisse. Nā esau venatū ad imperiū patris va
dēs/ vestimēta domi reliqt: cū qb⁹ a iacob est i
paterna bñdictione preuētus. Et ipse patriar-
Ge.37. cha Jacob/ ioseph fecit tunicā polymitā ꝛ tala
Ge.45. rē. Et ioseph suis fratrib⁹ stolas i egypto dedit
Et de vestimētis adhibita est nō modica cura
maxime in leuitis. Et reges iuda et israel indu/
ti sunt regio cultu. Et sacerdotes ꝛ ꝓphete nō
solū vestes/ sed etiā ab alijs distinctas habebāt
Et christum legimus pharisaico more vestitū:
et sanctos noui testamēti suo more vestitos: q̄q̄
aliquos reperiam⁹ ob vite austeritatē ad tēpus
nudos māsisse: q̄ nec potuerūt vestimēta ex his
que natura produxit sine artis sollicitudine at
qꝫ mētis studio corpib⁹ hoim coaptari. Sed ali
ud est ex necessitate aut status appositione: ali
ud ad ornatū et ex curiositate vestiri. Primū sal
uator nullo pacto condemnat: cū incumbit tē-
pus algoris: aut cū homo vestit ratione pudo-
ris: seu cū status hoim est in causa: cū cōsuetu-
do antiqua hec habeat reges ꝛ principes a sub
iectis populis distincto vestimēto secerni: et sa
cerdotes et quōlibet infulatos/ a ceteris quadā
amplioritate vestiū insigniri. Sed hoc qppe ꝑ
tinus damnat/ et sollicitudinē culpat quod ad
ꝑperā ꝑtinet: qm̄ om̄e vestimentū supgrediens
nature necessitatē/ cōseruandūqꝫ pudorē/ preter
quod appositū statū i hoib⁹ habet ostēdere/ ac
cusationē iustā iniquitatis nāciscit. Et excusa
bile factū est christiano quod necessitati et pu-
dori/ aūt ex multitudine/ aut ex preciositate/ aut
ex vanitate i vestimētis supfluū querit. Proin-
de saluator dicit: Consyderate lilia agri
quomodo crescūt: nō laborant neqꝫ
nent. Crescūt lilia sine sollicitudine/ incremē
tū illis prestāte natura: sed nec laborant vt cre
scant: nec vt cibū ad augmentū inquirāt. Nere
nō norunt vt vestiant: aut varient nendo colo-
res: vt nec Salomon in sua peritia illa potuis-
set excedere varietate coloꝝ. Illat⁹ē solus rex
salomō i exemplū: cū multi reges ornati/ sapiē-
tes et purpurati iā i om̄i pp̄lo ꝑcessissent: qꝛ q-
bus ipse loqbat/ salomō notior erat: et creditū
ab hebreis q̄ oēs i sapia excessisset. Idcirco ipe
in cōparatione liliorū submittit/ ceteris ꝑtermis-
sis. Ac ꝑ hoc saluator rōnabili argumēto ꝯclu-
dit in mētibus hoim: Si aūt fenum agri
quod hodie est/ et cras in clibanū mittitur/ de-
us sic vestit illud: quāto magis vos modice fi-
dei?] Juxta hois sensū loquēs/ multicoloria
sunt lilia/ et om̄e fenū agri: vt plus natura q̄ ar
te colorata refulgeāt: q̄ deus sic varijs colorib⁹
vestit: quāto magis ratiōabiles hoies: ad quo-
rū vtilitatē hmōi sunt creata. Et irrefragabil
ratio dictat maiori diligētia esse curādū/ cui ē
repromissa eternitas/ q̄ quod natura habet ephi
merā: seu subito quod augmētū suscipit euellit:
et ad vsum sepe adijcitur/ pro quo fuit in esse ꝓ
ductū. Et modice seu nullius fidei crimen in-
currunt/ qui accurate multis coloribus vestiū-
tur. Et ꝑ prophetā hierusalē improbat: q̄ vesti-
mēta multicoloria sumpserit/ et vestita sit eis.
Et vestimentū mixtū sanguine erit in cōbusti- Esa.9
one/ et cibus ignis. Tunc vestimentū mixtū est
sanguine: cū peccato cōiūgitur/ opportunitatē
iustā pregrediēs. Adijcitur vero igni: cū de il-
lo sollicit⁹ iusta pena plectet. Ubicū ꝙ autē in
sacra scriptura dissuasio sollicitudinis inueni-
tur: nō omnis sollicitudinis intelligendū est dis
suasionē fieri: sꝫ anxie/ timide/ philargyrice/ cō-
fusiue/ infirme: adducētis merorē superflue nō
rieqꝫ cure: preuenientis tēpus in tpe nō cōple-
to: prenosticantis et coniecturantis illa/ quoꝝ
solus deus est cognitor.

De similitudine festuce et trabis ad deuitanda iudicia: secūdū Mat-thcum et Lucam. Capi. IX

Volēs etiā saluator temeraria hoim re
mouere iudicia: silitudinē festuce ap
posuit ad culpulas iudicati: trabis

Mat.7. aũt ad magna crimina iudicāti. Quid aũt
Lu.6 vides festucā ĩ oculo fratris tui: trabē aũt ĩ oculo tuo nõ ꝯsyderas? Aut quõ dices fratri tuo: frater sine/eijciā festucā de oc'lo tuo: ⁊ ecce trabs est ĩ oculo tuo. Hypocrita/eijce ꝑmũ trabē de oculo tuo: et tũc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. Hõ alti cordis et sublimiũ oculoꝝ ꝓtēdit in ꝓximũ: ⁊ ad se nõ reciprocat visũ: et acute ꝯsyderationē nequā defigit in illũ/a sui ꝑquisitione deficiēs. Arguit aliorũ inspector a semetipso recedens ipsorũ crimina: ⁊ parua magna/ ⁊ magna maxima facit. Et quod in alijs ad similitudinē festuce leuiat/ velut trabē impõderat. Et põdus suorũ criminũ p̄grauās velut trabē: sicut insensibilis festuce leuitatē putat: quod est iniquitas pessima/ et peccatũ maximũ apud deũ. Dis aũt sane inuestigationis ⁊ dijudicationis autor incognitā ⁊ incertā culpā nemini debet iudicando imponere: verā et certā nõ amplius ꝙ̄ fuerit aggrauare: imo grauē credere leuē: et vbi possit fieri sine crimine/scutũ excusatiõis apponere. Suā aũt quā inuestigare certius põt/ paruā magnā et magnā ꝑ excessum enũciet. Mĩ vnicuiq; notior sit sua quecũq; mĩor iniquitas/ꝙ̄ cuiuscũq; alterius iniquitatis qualiscunq; maioritas. Ac ex hoc magis vnusquisq; non solũ in magnis/ sed etiā in minimis debet arguere semetipsũ/ꝙ̄ ĩ magnis criminibus etiā ꝑ iudiciũ impingat in proximũ. Nõ eñ põt iuste ꝓnũciare de alijs qui in ꝓprijs deuiat. Et cũ iniquitas grauat ꝓpria: iudiciũ rationis nõ sinit recte iudicare de ceteris. Purgatũ esse oculum decet: qui clare vult alios ĩtueri. Et purgata ratio debet esse a tenebris/q̃ fugare alioꝝ nebulas cupit. Mũda sit man⁹/q̃ alios studet abstergere. Hinc saluator dicit: Quid vides festucā in oculo fratris tui: trabē aũt in oculo tuo nõ cõsyderas? Quid armaris ad iudicandũ in minimis proximũ: et temetipsũ nõ ꝑspicis magnis sceleribꝰ obuolutũ? Non est hic charitas: te despecto ĩ criminibꝰ alios velle curare. Charitas porro esset: si corꝑe patiēs tꝑalibus minoratus fratri auxiliũ fieres. Nõ hic veritas fructuosa: si te relicto seueritate iudicij tēdis in aliũ. Nulla honestas cũ ab eo quod quis ĩ alio arguit/eque vel amplius in seipso priꝰ arguitur. Detestāda est audacia/que modicā culpā ꝑ cēsurā in alio reprehēdit: et magnā in seipso non sentit. Quid vero agendũ culpādo monet ipse saluator: cũ hoc malũ ad hypocritā asseruit ꝑtinere/dicens: Hypocrita/eijce primũ trabē que est in oculo tuo: et tũc videbis eijcere festucā de oculo fratris tui. Ille quē ꝓpria iniq̃tas grauat/videre nõ debet/ aut recte non videt quid in alio reprehēdat. Sed nec impingimus in illos malos/ quibꝰ vera inest autoritas/quā supprimere nõ potest omnis iniquitas sed illa dũtaxat absq; fide: seu que inficiṫ heretica prauitate. Habēt in potestate aliqua iuris cõstituti/etiā si mali sint nõ exorbitātes a fide/reprehēdendi autoritatē: sed nisi corrigātur ꝑ certam damnationē. Quod hypocritā saluator induxit in causam: aduersus illos intēdebat/ qui optimi apparere volunt/sed boni existere nolunt: Et vt appareant sicut appetunt/alios iudicādo confundunt: et reprehendũt plurimos in publico velut malos: cũ ipsi multo sint ĩ occulto peiores. Quibꝰ diciṫ vt primũ eijciāt oculorũ ꝓpriorũ trabē/ imo nubē rationis oculos obtegentē: quā supinduxerāt ex ꝓpria malicia: qua remota videbunt eijcere festucā fraternā: quā forte adduxit humana fragilitas seu ignorantia nõ deuicta. Nec incõgrue festucā dixerim subitā irā: trabē aũt odiũ antiquatum: aut nouiter ꝑniciose ab ira ꝓgressũ. Proinde q̃ ab oculo fraterno festucā nouiter superuenientis ire satagit remouere: ꝑniciosi odij trabē prius esse submoueat. Breui tꝑis spacio fit in germinationibus terre festuca: et subito coalescit atq; arescit: Trabs vero multi tꝑis spacio humore terre trabēs ꝑficiṫ: atq; ĩ soliditatē ⁊ grauedinē augustaṫ. Ac ꝑ hoc oĩs qualiscũq; iniq̃tas subita et improuisa tēpestas: que actionē ꝑuersam atq; reprehēsibilē firmato ꝓposito nõ susceperit: leuis festuce imaginē portat: trabis quodlibet ꝑuisũ vitiũ/aut pctm̃ ꝑtinaciter antiquatũ.

De similitudine reproborum ad canes: secundum Mattheum Capitulum X

Decebat altissimā doctrinā atq; supernā caute proferri: et presentibꝰ doctoribus atq; futuris cautelā iustis apposuit: ⁊ impios et iniquos in canũ similitudine designauit dicēs: Nolite sanctũ dare canibus. Sanctũ est oĩe sacre scripture verbũ instruens ad eternũ regnũ: maxime euangeliũ sanctum est sacramentũ/a dño christo institutum. Sed est sanctuz quod dari nõ potest/ nisi ab eo qui cuncta bona infallibiliter põt. Hoc siquidē dicimus esse virtutē et gratiā/⁊ beatitudinē sempiternā. Est sanctũ quod dari penitus potest: videlicet sacra doctrina: cuiꝰ tũc fit plena largitio: cũ dans et recipiens opportune in doctrina et disciplina conueniunt: vt ille velit docere ille discipulus fieri. Cassabiṫ autē/si alter aut vterq; horũ defuerit. Et sacramentalis sancta donatio fiet/si autoritatē habēs presto erit: et si nõ defuerit catechizandus: aut si resolueri aliter indigebit iam catechizatꝰ: ille fultꝰ humili fide: iste ad imposita virtute obediētie. Nõ autē erit si alter cesserit/aut neuter astiterit. Proinde saluator coaptans et p̄struēs talis donatores canibus conferre prohibuit: ne diuinoꝝ charismatũ derogatio adderet. Sed ꝙ̄ꝙ̄ aliquid boni naturalis reperiatur in canibus/vnde possunt etiam exempla bona captari habēt tamē aliq̃d quod humanꝰ sensus abhorret: in quo aliquorũ reproborũ genus simile factũ est. Reuertũtur canes ad vomitũ: et reprobi ad ea mala q̃ aliquādo reliquerũt. Et deprauati sepe repetunt illa que ratione sententiaq;

Pro.26. verboꝝ aſſ damnauerūt. Vñ Prouerbioꝝ dicitur: Sicut canis q̄ reuertiť ad vomitū ſuum: ſic impudens q̄ iterat ſtulticiā ſuaꝫ. Nulla maior ſtulticia ꝙ eū offendere/ ſine quo nulla natura ſubſiſtit/ ⁊ eſſe nō pōt: ꝓpter quē boni nihil eſſe pōt. Deteſtāda eſt ſtulticia ei diſplicere/ a quo neceſſariū eſt deuinci. Proinde impudēs ē hāc ſtulticiam iterans et ſolefaciens. Quod in ſuū periculū vergit: cani factus eſt ſimilis redeūti ad vomitū: q̄ repetit noīe ſtulticie cōdemnatū. Nec bonū et iuſtū ſaluator ſanxiuit/ panē filiorū ſumere ⁊ canibꝰ erogare. Panis filioꝝ delicatus eſt cibus: ſcꝫ ille panis viuꝰ q̄ de celo deſcēdit: nō mittēdus canibꝰ/ hoībꝰ ſcꝫ deprauatis: qui turpiter redeūt ad ea q̄ pulchre vomuerūt. Ecce ſanctū/ ecce panis: neutrū donandū canibꝰ/ impudentibus hoībꝰ abſq; rubore peccantibꝰ. Impudētes porro penitꝰ ſunt canes: ⁊ quo expellunť/ amplius niſi verberenť redeunt ocyus. Importune ſepe latrāt ⁊ furiūt: quibus aſſimilať quorūdā hoīm ꝓcax et inhoneſta conditio: qui merito priuātur participatiōe ſancti: ⁊ cōmunione panis celeſtis ⁊ vini: vt nō ſit ī voluntate dantiū dare: ꝙꝙ largiri cōtingat ex euētu ⁊ ꝑmixtione bonorū et malorū: quos ſecernere nō poſſumꝰ: ⁊ interdū nec debemꝰ: ſicut iude ꝓditori feciſſe credimus ſaluatorē: quem nō ſecreuit a ceteris/ cū eſſet volūtate ſecretus: quoniam infamē et cognitū publice notare nō expedit. Sed quod interdū agitur huiuſcemodi more: volūtate determinata nō fiat: ꝓpterea verbo reprehēſibili loq̄tur ipe ſaluator cū dicit/ nolite. Hanc eandē exprobrationē intulit chananee: vt gētiles canes etiā appellaret dicēs: Nō eſt bonū ſumere panē filiorūꝫ/ et dare canibus. (Math.15.) Hoc typo loquendi omnes infideles ⁊ impudicos ſua ſcelera iterantes deſignans.

¶ De ſimilitudine diuinorū ad margaritas/ et porcorū ad immundos: ſecundū mattheum. Ca. XI

Sicut ſaluator deteſtatur recidiuos ad malū/ et malos impudētes importune contendētes atq; furētes: ſic abhorret q̄ ſectātur immundiciā: et ab ipudicitia nō recedūt: quibus prohibet etiā ea que precioſa ſunt elargiri: vbi duplex ſimilitudo preſtruiť: vt diuina myſteria margaritis: porcis vero immūdi homīes cōparenť. Inq̄t eñ: (Mat.7.) Et nolite proijcere margaritas ante porcos. Margarite appellati ſūt illi viui albiſſimi relucenteſq; lapides: que in cōchis marinis velut in quibuſdā vaſculis ſeu vētriculis reperiūtur que ſepe ad ornatū ſumūtur: magis vero cōtra cordiale malū redacte ī puluerē valere ferūtur: quibꝰ aſſimilātur diuina myſteria: quoꝝ ornatu plus creſcit anima: que fit ſupra naturā/ vſuꝫ ⁊ ſenſum/ illoꝝ ſplendore fulgētior. Sed quoniā de margaritis alibi ſermo ē: ad id quod de porcis dicitur/ trāſeamus. Immūdos hoīes porci ſignāt: illos maxime qui more ipſorū in ceno rerū terrenaruꝫ animo et corpore volutantur: de quibus et ſuperioribus ꝑ Petrū diciť: Canis reuerſus ad vomitū: ⁊ ſus lota in volutabro luti. (2.Pe.2) Sed vt clarꝰ pateat/ ante quales porcos ſaluator inhibuit proijcere margaritas: aduerſus quos Petrus tale prouerbiū protulit/ priꝰ oportet intendere. Multam eñ hominū ꝑuerſitatē atq; maliciā numerauit/ anteꝙ talē ſimilitudinē contra eos ediceret. Nā ante dixerat: Fuerūt vero et pſeudo ꝓphete ī populo: ſicut ⁊ in vobis erūt magiſtri mēdaces: qui introducēt ſectas ꝑditionis: ⁊ eū qui emit eos/ dñm negāt: ſupinducentes ſibi celerē ꝑditionē. (Ibidem) Et multi ſequētur eoruꝫ luxurias/ ꝑ quos via veritatis blaſphemabiť: ⁊ ī auaricia fictis verbis de vobis negociabūtur. Et cū interponeret punitionē: reſumpſit eorū multiplicē iniquitatem. Ibi ſunt velut irrationabilia pecora naturaliter in captionē et in perniciē: in his que ignorāt blaſphemantes/ in corruptione ſua peribūt: ꝑcipiētes mercedē iniuſticie: voluptatē oēm exiſtimātes diei delicias/ coinq̄nationis ⁊ macule: delicijs affluētes: in ↄuiuijs ſuis luxuriantes vobiſcū: oculos plenos habētes adulterij ⁊ inceſſabilis delicti: pelliciētes animas inſtabiles/ cor exercitatū ī auaricia habētes. Maledictiōis filij derelinquētes rectā viaꝫ errauerūt. Hi ſunt fontes ſine aqua: ⁊ nebule turbinibꝰ exagitate/ quibꝰ caligo tenebrarū reſeruať. Superbiā eñ vanitatis loquētes/ pelliciūt in deſyderijs carnis luxurie eos qui paululū effugiūt: qui in errore cōuerſantur/ libertatē illis promittentes: cū ipſi ſerui ſint corruptionis. His rurſus impliciti ſuperātur: facta ſunt eis poſteriora prioribꝰ deteriora. Melius eñ erat illis nō cognoſcere viā iuſticie/ ꝙ poſt agnitionē retrorſū reuerti ab eo quod illis traditū eſt ſancto mādato. Et cū oīa hec mala/ imo plura velut improborū opera Petrus apoſtolus numeraſſet: ad ipſorū exaggerationē ſigillū turpiſſime ſimilitudinis aduerſus eos apoſuit: ꝙ hi canes et porci/ quibus ſanctū negari expedit/ nec margaritas ꝓijcere/ merito vocarētur/ dicēs: Contigit eñ illiſ illud veri ꝓuerbij: Canis reuerſus ad vomitū ſuū: ⁊ ſus lota ī volutabro luti. Videte canes: videte porcus: quibꝰ diuina exhiberi negātur: qui melius ꝑ huiuſmodi Petri apľi inſinuationes innoteſcunt/ ꝙ ſi queq; alia verborū ſupfluitas adderet. Et quod poſſet ſi ſecꝰ fieret euenire periculum/ ilico ſaluator annexit: Ne forte conculcent eas pedibus ſuis: et cōuerſi dirūpant vos. Terrenis voluptatibꝰ ⁊ deceptionibꝰ inuoluti/ ea q̄ ſūt ſctā ⁊ diuina deſpiciūt: ⁊ nihilopēdūt ſacra myſteria/ niſi ab erroribꝰ exuanť. Et inſipientibꝰ diuulgare ſecreta/ eorum eſt minuere dignitatē: cuꝫ apud indignos digna indigna reputētur: et ſepe reprobi furiunt/ quo magis audiunt veritatē ⁊ celeſtium nouitatem: et animo et opere ſeuiūt in docētes. Sed nūquid timore periculi futuri nō predicabiť peccatoribꝰ regnū dei? Nunq̄d corā ipſis nō arguetur iniq̄tatis via? Nūquid nō re-

prehendenk in eis ea que mācipata sunt vitio?
Nūquid q̄ꝛ digna idigne tractabāt/ veritas re-
linquetur? Nūquid argutio quā opportune siſr
et importune oportet inferre /in taciturnitatis
1. Timo. 5 domibus habitabit? Inquit em̄ apl's: Peccan
2. Timo. 4 tes corā om̄ibꝰ argue. Et alibi: Argue/obsecra
increpa/insta opportune iportune. Et ad Titū:
Tit. 2 Argue cū iperio. Equidē dixerim/q̄ꝛ magistri ꝛ
discipuli dicta nec inuicē aduersank. Hoc em̄
dicit apl's quod et christꝰ: hoc p̄co quod iudex.
Sed est in scriptura sacra vnde ostendak cōso-
nū/quod in voce sepe sonat aduersū: nā formaꝫ
discipuli oportet assumere: magis autē humilē
discipulū fieri/ingredi volentē scholas dn̄i sal-
uatoris. Et accedentē ad ipsū fieri sine contra-
dictione credentē: ꝛ cupidum fieri patricipē sa-
cramētorū christi: totū inexceptuate dari fidei
ratio christiana deposcit. Quot ꝛ quot vero in
hoc ꝓfundū nō veniūt/derisores ꝛ ipij sūt. Pro
Prouer. 19 pterea p̄ Salomonē dicik: Qui erudit derisorē
ipse sibi iniuriā facit: ꝛ q̄ arguit impiū/sibi ma-
culā generat. Derisores sūt diuinoꝝ/ q̄ pseudo
sunt: terrena ꝛ corruptibilia semꝑ querunt. Et
semꝑ h ō deridet quod iure sibi non placet: aut
quod i eius displicentiā venit. Impij ꝟo sunt
q̄ simplici fidei nō subdunk. Et alia sc̄ptura di
Eccl. 32. cit: Ubi nō est auditus/ nō effūdas sermonē.
Uere sermo diuinus vbi nō est auditus humi-
lis ꝛ fidelis/nō est effundendus.

¶ De similitudine falsorū propheta rum ad lupos: secundū Mattheū. Capitulum XII

Non desistit vnigenitus dei filius no-
stra natura in veritate vestitꝰ: eos q̄
false virtutibꝰ vestiūtur/ad precauēdū
edicere: ne velut improuidꝰ doctor a posteris
causarek/ q̄ necessarie cautionis doctrinā non
dederit: ꝛ q̄ mali sint pctōres: vt caueātur ocy-
Mat. 7. us/lupis assimilauit/dicēs: Attendite a fal
sis prophetis/qui veniūt ad vos in
vestimentis ouiū: intrinsecus autem
sunt lupi rapaces. Prophete falsi non so
lū illi appellati sunt/qui in veteri testamēto di-
cti sunt videntes: sed omnes qui autoritate do
cendi atq̄ regēdi presidēt: aut sunt i eccl'ia san-
cta dei. Qm̄ si nō prophetāt a spū sācto afflati
ea que futura sunt: illa tamē populis disserere
habēt que sancti ꝓphete predixerūt. Sed mul-
ti autoritatē sanctā nō habētes/ veniunt seu va
dūt nō missi: simulātes mores honestos: effigiā
tes virtutū speciē/ipsarū veritate carentes: ve-
niūt in vestimētis ouiū. Multi vestimenta oui
um habēt: ipsi tamē oues non sunt. Sed vesti-
menta ouiū portare/ouēq̄ꝫ nō esse/ speciē est ha
bere virtutis: veritatem vero eius est abiecisse
post tergū. Ideoq̄ꝫ talibus se vestibus obnuūt
ideo conātur simulare virtutē: vt incautiꝰ deci-
piant indoctos: ꝛ subuertant ex animo imperi-
tos. Nō em̄ potest inferri deceptio/nisi pallia-
tione honesti: aut cū nō pāditur malū/ quod in
insidijs latet. Sed vnde falsi? Quia locuti sunt
falsa. Contra quos imtendebat David dicens:
Alienati sunt pctōres a vulua: errauerūt ab ve
ro: locuti sunt falsa. Uulua/id est valua: ianua
est regni celestis: a qua facti sunt alieni hoies
peccatores: et ipsa est iusticia: que nisi super scri
bas ꝛ phariseos abūdet in nobis/non intrabi-
mus in regnū celorū. Uterus vero lex est verita
tis: a qua causatur error/cū ab ipa recedik. Nō
em̄ errare q̄s pōt/nisi cū abscedit ab vtero ve-
ritatis. Proinde alieni a iusticia/ deuij a verita
te incūctanter falsa loquunk: a quibus fucatis
colore virtutum cautos nos ipsa veritas facit.
De quibus etiā p̄ Hieremiā deplorantē hiero
solyme ciuitatis excidiū dicik: Prophete tui vi
derūt tibi falsa et stulta: nec aperiebāt iniquita
teꝫ tuā/vt te ad penitentiā ꝓuocarēt. Nulla dā
nosior doctorū ꝛ presidentiū i populo falsitas
q̄ nō apire aut ostēdere peccata populi delin-
quētis: quoniā prenosticiū fit/ vt i hoibus non
appropinquet regnū celorū/ p̄ quo humana cō
tendit intētio. Sunt ꝓphete falsi qui a dn̄o nō
mittunk/aut ab habēte mittēdi potestatē: qui lo
quūtur in nomine illius a quo nihil acceperūt
nec in cordibus hominū timorē futuri mali in
cutiūt vnde mala vitētur: sed securitatē incer-
tā tanq̄ certā populo repromittūt: vt cessek ab
actione quā virtꝰ indicit: ꝛ fiat om̄ino quod ini
quitas precipit. Contra quos Hieremias acce
pisse a dn̄o fatebak/dicēs: Et dixit dn̄s ad me:
Falsa ꝓphete vaticināt̄ur in noīe meo: ꝛ nō mi
si eos: et nō precepi eis: ꝛ nō sū locutus ad eos.
Uisionē mendacē et diuinationē fraudulentā
ꝛ seductionē cordis sui prophetāt vobis. Et q̄
precedūt atq̄ꝫ sequūtur hanc scripturā qui hie
remiā in hoc loco legit/intelligat. Mores no-
stri tēporis cudimus: nō tm̄ pristinos rememo
ramus. Que falsitas euidētior/q̄ se legatū di-
cere nō mittētis: ꝛ illius ꝓferre verba que pe-
nitus nō accepit: ꝛ in virtute illius edicere qui
dicēdi nō tradidit potestatē? Hi mores pestife-
ri hactenus fuerūt in populis: ꝓuidit etiā chri
stus affuturos: multiplicati sunt hodie suꝑ nu-
merū. Palliāt se indumēto virtutū/specie hu-
miliū: quoꝝ intētio est ꝑuersa: q̄ꝛ intrinsecꝰ sunt
lupi rapaces/rapiētes predā cōmodi tp̄alis: et
cum damnatis demonibꝰ deceptorū aīas par
tiētes. Sed q̄ cauere admonuit/ agnoscere do-
cuit. Difficile vitatur malus/nisi apte aut ꝑin-
dicia cognoscak: q̄ obrē dicit: A fructibus
eorū cognoscetis eos: quia nemo de
spinis colligit vuas/neq̄ꝫ de tribulis
ficus. Cuius nature sūt arbores/ tales fructꝰ
ex se producūt: neq̄ꝫ aliud pōt ex eis colligi/nisi
quod in eis ipsa rerū natura ꝓduxit: quoꝝ itel
ligentiā annexa similitudo ampliꝰ manifestat.

¶ De similitudine arboris ad bonos et malos homines: secundum Mattheum tantū. Capitulū XIII

Arbor est christus: q̄ꝛ ipse est vitis ve-
ra: que fructū mūdo attulit/bona oīa
excedētē: ꝛ suꝑ mel et fauū dulcioꝛ est

fruct⁹ eius. Est etem̃ eterna beatitudo fructus
qui de hac vita colligiť:et tales palmites que-
rit/facientes saltem dignos penitentie fructus.
Quos vero ꝓuidet in hanc nõ venire cõcordiã
cognosci voluit:ne decipiant innocentes. Et ne
credatur simulata virtus nãcisci posse celestia:
nec itroire nisi resipiscat viaz qua gradiť regnũ
Mat.7. dei:similitudo arboris posuit. Sic omnis
arbor bona/ fruct⁹ bonos facit: ma-
la autẽ arbor fruct⁹ malos facit. Nõ
põt arbor bona fructus malos face
re:neqȝ arbor mala fructus bonos
facere. Oĩs arbor que non facit fru-
ctum bonũ/excidetur et ĩ ignẽ mitte-
tur. Igitur ex fructibus eorũ cogno
scetis eos. Qualis est arbor/talis est fruct⁹:
qualis vnusquisꝙ talia opa eius. Fructus arbo
ris ex humore radicis:opus hominis ex quali-
tate volũtatis. Radix arboris abscõsa manet:
voluntas hoĩs omnino inuisa. Quo ꝓfundior
radix/arbor solidior atꝙ fecundior. Quo volũ-
tas hoĩm humilior erit:eo magis ipsi firmãtur
ꝛ vberiores fiunt ad boni opis fructũ. Sed bo-
na arbor fructus bonos facit: bonus homo in
rectitudinẽ opis intendit:sic quod diciť recon-
uertiť. Sed cũ bone arbori seu male agendi cõ
traria videať adempta potestas: cõuenit ꝑspica
cius hunc inuestigare sermonẽ. Certũ est homi
nibus adesse liberũ arbitriũ/quo nulla illata vi
olentia libere mouentur in placita: nec cuiꝙ in
hac vita ex cõmuni punitiõe ipsum adimiť: ꝙꝙ
in vesanis atꝙ obsessis a spiritib⁹ immũdis se-
creto dei iudicio liberi arbitrij videať adempta
libertas. Quid est quod diciť/non potest arbor
bona seu nõ potest arbor mala: si volũtas libe-
ri arbitrij in hominib⁹ regnat:quod oĩbus defi
cientibus argumẽtis/ rationib⁹ ꝛ scripturis:ex
his que agimus/monstrať esse conspicuũ. Sed
nemo bonus absꝙ spiritussancti gratia:qua cũ
homine stante/bona dicitur arbor:ꝛ malos fru
ctus germinare nõ potest. Nõ qꝛ homo bonus
est bonitate naturariũ: sed quia gratiam habet
annexaz: que ad meliora ꝛ ad opa iusticie semꝑ
hominẽ cui assistit/prouehit: que si desereretur
ab homine/ ipa eũ omnino desereret:ꝛ tunc nõ
bona/sed arbor mala esset:ꝛ fructus malos pro
duceret. Nam sicut bona est arbor humana dei
gratia persistente: sic efficiť mala dei gratia de
serente. Sic e regione accipiť:ꝙ si voluntas ho
minis ab iniquitate detinetur/ quod malum est
operabitur:qua iniquitate in homine volunta-
tem regente/bonũ meritorium nõ poterit ope-
rari:qua depulsa ope diuine gratie per liberuȝ
volũtatis imperiũ arbor bona fiet:ꝛ efficiet gra
tum fructum. Exemplũ vero patens ad vtrũꝙ
satis induciť. Ferrũ ex natura frigidũ est:igni-
tum vero calet:igne depulso iterũ reuertitur in
naturã:quo durante in ferro ꝯtra naturã ignis
agere nõ potest:ꝛ quod ꝓprium est/ignis effici-
et:ꝙꝙ possit ignis ab illo depelli. Quẽ ignem
si per similitudinẽ dabimus gratie vel iniquita
ti:quod de arbore bona ꝛ mala differiť/demon
strabit. Morali autẽ experimẽto hoc fidelibus
magis claret. Nam sepe vidimus hoĩes ab ini-
quitate permotos sceleratissime opari: qui cuȝ
peruenissent ad gratiã/contraria ꝑfecerunt. Et
interdũ vidimus in charitate gratiaꝙ degẽtes
operari decentia: ꝛ deserentes gratiã turpitudi
ni deseruisse. Legimus saulem in regẽ a deo ele 1.Regũ.9.
ctum:et postmodũ reprobatũ. Legimus dauid 1.Regũ.16.
sanctũ:legimus eundẽ factum iniquum/dũ fere 2.Regũ.11.
simul tria mala cõmitteret:ꝛ iterũ eundem legi
mus ad sanctitatẽ reductum. Legimus salomo 3.Regũ.3.
nem arborem bonã/ꝛ fructus bonos vtiꝙ pro-
duxisse: quẽ deprauatũ ex scriptura cõspicimus 3.Regũ.11.
velut arborem malã/fructus malos impudici-
tie atꝙ idolatrie ꝓduxisse. Legimus pessimum 4.Regũ.21.
manassen regẽ/arborem vtiꝙ malã:et tandem
velut bonaȝ fructus bonos penitentie ꝑfecisse.
Legimus magdalenã arborem impudicã/et ta- Luce.7.
les fecisse fructus: quã conuersam ad bonitatẽ
scimus partẽ optimã elegisse. Quid de multis
qui faciẽtes similia ꝓcesserunt? Sed vnde in ho-
minib⁹ boni ꝛ mali operis tãta varietas:nisi qꝛ
gratia inest/ aut deserta deserit: aut qꝛ suscepta
iniquitas suscipientẽ voluntatẽ exagitat: aut di
missa recedit? Sed cum sit omnino necessarium
quod bonum est operari:ad quod nos inuitat ꝛ
exemplificat arbor vite:nõ solum fructũ nequã
facientem/sed etiã bonũ ad ꝓducentẽ decreuit
saluator abscidi/et tradi eternis ignibus cõbu-
rendam. Nam omnis arbor que nõ facit fructũ
bonum/nõ solum illa que malũ/excidetur a con
gregatione iustorum: ꝛ mittetur cũ demonibus
comburenda: quoꝝ opera dum vixit/voluit imi
tari. Conclusionẽ cognitionis maloꝝ hominum
vt deniteť ex fructibus/saluator apposuit: Igi
tur ex fructibus eoꝝ cognoscetis eos. Clara cõ
sueuit esse causarum cognitio per effectus. Ne
autẽ a sciolis crederet/ꝙ sufficeret extrinsecum
ostensa forma virtutũ per fictos mores/aut per
verba sonantia: bonus magister aperuit/dicẽs:
Non oĩs qui dicit mihi/ꝺñe domine
introibit in regnũ celorũ: sed qui fa-
cit voluntatẽ patris mei/qui in celis
est:ipse intrabit in regnum celorum.
Profiteri dominũ verbis/ꝛ sibi opere nõ serui
re:aut ab eo resilire quod ꝓcepit: veri⁹ negatio
potest dici:quod ad titũ scribẽs apostolos om
nino nõ tacuit. Confitentur se nosse deũ/factis Titũ.1.
autẽ negant:cum sint abominati ꝛ incredibiles
ꝛ ad omne opus bonũ reprobi. Sed perfecisse
diuinam voluntatẽ atꝙ paternam/ hoc est totũ
humane arboris bonum:ꝛ totus ꝛ nullus alius
fructus melior: cum hoc solũ sue bone placen-
tie ad nostram vtilitatẽ in hac vita: hoc solum
saluator exquirat a nobis. Cui effectui aperitur
regnum celoꝝ:quod iniquitas cepit claudere in
adam vniuerso humano generi:quod etiã ĩ sin-
gulis nunc ipsa claudit. Quod ꝟo sequitur:mul
ti dicent mihi in illa die/domine domine ꝛ cete
ra:affirmatio est dictorum.

¶ De similitudine facientiū et nō facientium verba christi: secundū mattheum et lucam. Ca. XIIII

Hoc exq̄rit doctrina moralis/ vt sit actiua legentibus. Et doctor qui nō docet inuanū querit auditores in actionib⁹ efficaces. Euāgelica sane doctrina nō effundebatur a christo: vt tantū memoriter/ sed ꝛ opere teneretur: nec erat contēnenda in directionib⁹ suis/ que a tale doctore tradebatur. Non eīm venerat dei sapientia de altissimis in carne versatura in terrā/ ꝛ in carne hoībus locutura: dans precepta suauia/ cōmonefaciens ad superna: vt eius doctrina de morib⁹ neglectui traderetur: quā negligere nihil aliud est ꝙ perire. Et coaptans verba verbis/ sententiasq₃ sententijs; vt sequentia ex p̄cedentibus sepe dependeāt. Nam predixerat vltricem reprobationē eorū/ qui dicunt ꝛ nō faciunt. Nunc vero facientibus ꝛ nō facientibus quid futurū sit/ iustis similitudini-
Mat. 7. bus pandit/ dicēs: Omnis igitur qui au-
Luce. 6. dit verba mea et facit ea/ assimilabitur viro sapienti qui edificauit domū suā supra petrā. Potius ista similitudo que inter actiones sumitur rationabilium hominuz inter parabolas tractanda fuit: sed vt hic dissererem/ me similitudinis vocabulū traxit. Fidē ꝛ factionē verboꝝ christi precedit auditus: quia fides ex auditu: auditus autē per verbū dei. Unde saluator incipit ab auditu. Omnis igitur qui audit verba mea. Non omnes/ sed multi audiūt verba christi: sed siue omnes siue multi aut pauci audiant/ initiū est virtutis: sed fecisse iusticia
Rom. 2. quia non auditores legis/ sed factores iustifica-
Jaco. 1. buntur. Et auditor verbi ꝛ non factor speculāti in vitro faciem factus est similis: qui nec tenere memoriter potuit quod aspexit. Proinde verba que in anima inuisibilē ꝛ in corpore indicāt visibilē actionē/ expedit ad illam deducere. Alioquin aut in vanū effusa sunt verba diuina: vel in vanū sunt ab audiente suscepta. Et vt audituí opus addatur: alte cōparatus est faciens/ videlicet sapiēti qui domū edificat supra petram. Sed cum multe alie inueniantur in hoībus sapientibus ꝓbitates et actiones insignes: quib⁹ potuisset benefaciens cōparari: quid est ꝙ ceteris pretermissis de actione dom⁹ edificande dūtaxat similitudinē posuit? Habet profecto in se magnū mysterium: sed amplius satagit in actionibus morum. Nā omniū hominū finalis intētio ꝙꝙ varie sepeq₃ deuie affectat omnino quietem/ maxime post exercitium atq₃ laborē. Et in exordio creationis rerū deus aperte illā insinuauit affectari: cū ipse die septimo requieuit. Sz itur in via: laborat̄ in vinea: in agro aliquid agitur/ vnde nomen accepit: in agone contenditur litigatur in foro: clamor extollitur in plateis: et quasi necubi quies. Domus ṽo repetit̄ ab hominib⁹ ad quietē: vt deuitetur aer quādo importunus est corpori: vt sumatur in pace cibus: corpus colligat̄ in lecto/ ꝛ in silentio dormiat̄: ꝓut fieri potest omni timore sublato. Que si defectu male iacti fundamenti dū quiesceretur/ fieret in ruinam: humana intentio frustraret̄ maiori damno ꝛ acriore dolore/ ꝙ si ad hec nō fuisset domus ipsa quesita. Quāobrē sapiens cum illam querit extruere/ sup̄ solidū saxum stabilire nititur fundamentū: super quod imobiliter innixa domus opportuna cōsurgat: ne vndiq₃ arietātibus que cōsueuerunt inferre ruinā/ in casum ipsa deueniat: cui assimilauit christus domin⁹ sua verba opere facientē. Pro quiete/ pace/ securitate atq₃ defensione in actionez adducere verba domini saluatoris/ domum fundatissimaz est fecisse: vbi optime velut in optimo quiescere poterit qui ꝑfecit. Hinc salomon clamat: Qui autē me audierit/ absq₃ terrore requiescet: ꝛ abundantia perfruetur/ malorū timore sublato. In forma christi salomon loquebatur: qui si obedienter auditur/ domus apta ꝯstruitur sup̄ stabile fundamentū. Et nusq̄ securius quiescitur ꝙ in domo virtutū ad quā nulla incursantia possunt incurrere/ vt ruina causetur. Habēt ꝓfecto verba diuina cū aguntur/ ꝛ domus ꝯstructa virtutū vnde se protegat a pluuijs: videlicet a multiplicitate innumerabiliū peccatorum. Habet vnde resistat impetuositatib⁹ fluminū. Signant eīm flumina impetuositates succedentiū tribulationū. He sunt flumina babylonis: super quib⁹ sedendū authoritate vincendi: ꝛ flendum sup̄ miserū incolatū. Habet vnde caueat a tempestate ventorū. Superbiā mundi ꝛ iactātiam ꝛ perfunctoriā vitā ipsi venti significant: quibus nō restitit domus filioꝝ iob: quā ventus a regione deserti vsq₃ quaq₃ cōcussit. In altiorē sensum quod dicit̄/ dissérere me compellit. Ab eterno preuidit in tēpore factus homo assimilare sibi hominē cū produceret: quod ꝛ fecit creās illum ad similitudinē suā: in plenitudine p̄finiti tēporis assumens similitudinē nostrā: vt ait apostolus: In similitudine hominū factus/ et habitu inuentus vt homo. Nunc ṽo in terris degēs/ exemplo nos prestruens/ verbis docens: fieri sibi similes iterum homines querit cū dicit: Qui audit verba mea ꝛ facit ea/ similis est viro sapienti: qui edificauit domū supra firmā petrā. Uir sapiēs cui factores verborum suoꝝ assimilat/ est ipse qui ꝓnunciat. Quoniā in ipso sunt oēs thesauri sapientie absconditi: ꝛ ipse est sapiētia que ex ore altissimi ꝓdijt/ primogenita ante omnē creaturam: qui domū suam non edificauit sup̄ aliud saxum/ quod sepe trāsfertur de loco suo: sed super seipsum/ qui est immutabilis in eternū. Edificata est dom⁹ domini saluatoris sancta mater ecclesia supra petrā: petra autē erat christus. Domus christi habet in fundamēto christū. Edificauit porro christus domū suam super seipsum nō sua/ sed nostra vtilitate pensata: super quā petram vniuscuiusq₃ querit edificari domunculā: vt fundamēti virtute tota subsistat: quā neq₃ pluuie/ neq₃ flumina siue vēti possint disponere ad ruinam. Propter quod sequit̄: Et descēdit

pluuia/et venerũt flumĩa/et flauerũt
venti: et irruerunt in domũ illam: et
nõ cecidit. Fundata enim erat supra
firmã petram. De hac petra longe ante da
uid ꝓdixerat: Dominus petra mea: tanꝙ funda
mentũ exprimens sup quo ipse secure ꝯsisteret.
Patet luce clarius de ecclesia/ꝙ pluuie maloꝝ
ꝛ hereticarũ doctrinarũ que videntur ex alta co
gnitione descendere: ꝛ flumina tyrannicarũ per
secutionũ ꝛ venti/scꝫ inuisibiles insufflationes
demonũ: ecclesie nõ potuerunt inferre iacturã:
sic ꝛ ecclesie membris nulla nocebit aduersitas
facientibus verba christi/sup ipsam petrã tota
virtute fundatis. Raro ex pluuia domos audi-
uimꝰ ruere: nisi cũ fecit illa torrẽtes: quibꝰ siue
ex multiplicibus tentationibus/aut ex malis et
prauis doctrinis proueniant: cũ irruunt/ funda
menti virtute spiritualis cõstructio immota cõ
Ps.17. sistit. Quos cõmemorat dauid: Et torrẽtes ini
quitatis cõturbauerunt me. A quibꝰ petra chri
stus defendit/si in ipsius foraminibus cõuersa-
mur: ad que fidelium ꝯcionem/velut sponsam in
uitat. Foramina sunt plage/quarũ authoritate
defen[illegible]ius: aut inuestigate intelligẽtie scriptu
ra[illegible] quibus male loquentibꝰ respondemꝰ. Ter
rent sepe flumina/scꝫ tormẽta crudelia tyranno
rum: siue quecũꝙ penalia ꝛ ꝯfligentia mala: que
velut defluentia flumina ꝓtinus ab initio seculi
vsꝙ ad finem nõ defuerunt/neꝙ deficiũt: vt ab
eo die quo primus homo conditus fuit/vsꝙ ad
cõsummationẽ seculi maloꝝ intercapedo nõ fu-
erit. Inter que cõfugit ad petram: sicut filij be-
niamin in bellis persecutoꝝ omnino deficiẽtes
ad petram remmon in solitudine cõfugerũt: vbi
pene sexcẽti viri salui facti sunt. Petra christꝰ:
remmon ecclesia interpretat. Christus petra est
ecclesie: eo ꝙ ipsa in ipso/velut in suo fundamẽ-
to consistat: ad quẽ quicunꝙ confugerit/saluus
erit: si non in transitoria vita/saltem in illa que
vocatur eterna. Flant seuissi[illegible]i demones seuas
tentatiões: ꝛ nihil est vitij: nihil est diuine displi
centie: nihil vanitatis terrene: quod ipsi vento
pestifero sup homines ꝗtum eis permittit/non
inducant: vbi cũ cor agonistici hominis angu-
stiatur/exaltatur in petra: quod sibi ꝓuenisse da
Ps.60. uid in suis carminibus asserebat/dicẽs: Dum
anxiaretur cor meũ/in petra exaltasti me. Nec-
non Esaias in susurrationẽ venti ꝛ protectionẽ
Esa.32. petre simul disseruit: Et erit vir sicut qui abscõ-
ditur a vento: ꝛ celat se a tẽpestate/et vmbra pe-
tre ꝓminentis in terra deserta. Mystica ꝛ mo-
ralia sunt hec: studiosis scrutatoribus patent.
Proinde si omnia mũdi mala supra christũ pe-
tram fundatis eueniant: nõ valebunt inferre ia
cturam. Hac fundatiõe securꝰ exclamat apl's:
Rom.8. Quis nos separabit a charitate christi? Tribu
latio an angustia/an ꝑsecutio/an fames/an nu-
ditas/an periculũ/an gladius? Certus eñi sum:
qꝛ neꝙ mors/neꝙ vita/neꝙ angelꝰ/neꝙ prin-
cipatus/neꝙ potestates/neꝙ virtutes/neꝙ in-
stantia/neꝙ futura/neꝙ fortitudo/ neꝙ altitu-
do/neꝙ profundum/ neꝙ creatura alia poterit
nos separare a charitate dei: que est in christo
iesu dño nostro: qꝛ fundata est hominũ consistẽ
tia spiritualis supra firmã petrã. Sed qui au
dit et nõ facit/ similis est viro stulto
qui edificat domũ sup arenã. Et descẽ-
dit pluuia ꝛ venerũt flumina ꝛ flauerũt venti: et
irruerũt in domũ illã/ꝛ cecidit: ꝛ fuit ruina eius
magna.] Ex hac similitudine apte cognoscimꝰ
sapientiã ꝛ stulticiã a contrario sensu impacate
distingui: ꝛ sapientẽ ꝛ stultuꝫ habere oppositas
qualitates. Unde diuinoꝝ auditor ꝛ non factor
edificatori stulto cõparatus est: cum vno funda
mento soliditatis relicto/sup arenam multipli-
cem fundans domuꝫ/multiplicatus est. Porro
vnũ est necessarium: vna scꝫ petra/vnũꝙ regen
dorum ꝛ diligendorũ stabule fundamẽtum. Et
fundamentũ aliud poni nõ potest: ꝑter id quod
positũ est/quod est christus iesus. Stultꝰ igitur
est qui sup id quod soliditatẽ nõ habet/innitit.
Et ei quod aduersarijs incursationibꝰ patet/ad
herere dementia est. Multitudo tẽporalium ꝓ
ter sterilitatẽ arena nũcupatur: que ab vno deo
mente multiplicãdo diuertunt. Cũ res multipli-
cantur/multiplex fit affectus: ꝛ hominũ occupa
tio multiplicatis rebus ex opere respõdebit: et
erit auersio ab vno per multa. Et qui vnus est
verus deus: ab vno se auersum ad multa cõuer
sum/in multis fundatũ deseret ꝓpter multa de-
sertus. Ad cuius domũ cum omnia illa ꝑuene-
rint/scꝫ pluuia/flumina/vẽti: valide ab oĩ par-
te cõcussam dabunt penitus in ruinã. Nec erit
misero quies: cũ subito sibi quod non sperabat
adueniet/fietꝙ magna ruina. Protinus ruinã
magnã non dixerim/vbi menia ruunt. Ruit ma
gna troia: ruit babylon latissima: ruit aurea ro-
ma: ruerunt magne in orbe vtiꝙ ciuitates: ceci
dit sublimitas edificioꝝ: prostrata est interdum
altitudo turriũ. Et quod ꝑsenter oculis sepe vi-
demus: ruunt incessanter in mortẽ corpora viuẽ
tia/sed nõ in ruina magna. Sed illam duntaxat
appellauerim magnã/ qua ruũt hominũ mores
cadũtꝙ virtutes: qua hominũ affectus inclinã-
tur ad infima regẽda: qua hoĩes delectati seip-
sis ꝛ corruptibilibꝰ bonis/a deo cadendo rece
dunt. Hanc siquidẽ ruinam magnam saluator
dominus appellauit.

¶ De similitudine spõsi et spõse ad christũ et ecclesiã et filiatione spũali: secũdũ marcum. Ca. XV

Qui de sponsa virgine nouiter atꝙ in-
effabiliter natus est: qui per sanguinẽ
ꝛ mortẽ ꝛ fidem ꝛ iusticiam sibi despõ-
sauit ecclesiam: quã non vult habere maculam
neꝙ rugã: atꝙ ipsam velut sponsam inclyta co
rona decorauit: sponsus est. Et inde dicit spon-
sus: quia ꝓmissus est ab eterno patre catholice
orthodoxe. Inde spõsa: quia adhesit sibi in vo-
to. Sibi coherẽtes filios appellauit: dum a di-
scipulis ioãnis de illoꝝ ieiunio tentaret. Unde
scriptũ est: ꝙ [accesserũt ad eũ discipuli Mat.9.

Marci. 2. ioannis/dicẽtes: Quare nos et pha
Luce. 5. risei ieiunamus frequenter: discipuli aũt tui nõ
ieiunant? Et ait illis iesus: Nunquid possunt fi
lij sponsi ieiunare q̄diu est cũ illis sponsus? Ve
nient autẽ dies in quibus auferetur ab eis spon
sus/⁊ tunc ieiunabũt. ¶ Nondũ christo adhese-
rant/nec plene credebant in eũ: qui cum aduer-
sarijs phariseis ieiunij censurã tenentes/se chri
sti discipulis in ieiunio p̄ferebãt. Necnõ ⁊ chri
sto videbãtur irrogare calumniã: tanq̄ discipu
lis suis vite laxioris licentiã indulsisset: nec eos
artaret in via/que arta ducit in patriã. Et velut
resolute vite magister/sustinet ab eis stulte que-
stionis insoltũ. Consuetũ erat iudeis ieiunare:
taliq̄ abstinẽtia nõ solũ ipsi/ sed ⁊ gentiles sepe
dominũ placauerũt. Et per prophetas legimus
indictũ sepe ieiunium: quod dure ceruicis po-
pulo nõ erat impertinẽs: sed tanto aptius/q̄to
ab eoꝝ proteruia peramplius domãdi erant: et
minus nouerãt quid existeret de p̄fectione vir-
tutis: ⁊ corporalibus molestijs assoliti / deũ in-
ternis precibꝰ pleriq̄ rogare nõ nouerant. Bo
num est ieiuniũ: sed nõ omnibus eque. Bonuz
est ieiuniũ: sed nõ omnibꝰ vna forma. Bonum
est ieiuniũ: sed eis melius qui per id possunt ⁊ ex
pedit carnis illecebras mitigare. Bonũ est ieiu
nium: sed intermittitur ⁊ agitur/intenditur ⁊ re
mittit̃ decreto ⁊ iudicio statuẽtis. Bonũ est ie-
iuniũ: sed illiꝰ qui indidit/frui p̄sentia superfer-
tur. Superbia est se p̄ferendo de alio inquirere
atq̄ velut inexpertũ infallibilẽ interrogare ma
gistrũ. Et se similẽ in iusticia dicere illi qui sum
me iusticie aduersatur/non est recta prudentia.
Jdcirco ioannis discipuli merito arguẽtur/di-
centes: Quare nos ⁊ pharisei ieiunamꝰ ⁊c̃. Om
nibꝰ fere patebat q̄ iusticie summe christi pha-
risei verbis ⁊ animo ꝯtradicebãt: quos isti asci-
uerãt ad ieiunandũ similes in cẽsura. Sed chri-
sti responsio refellit opinionẽ: statuit veritatem
dicens: Nunquid filij sponsi possũt ieiunare q̄
diu est cũ eis sponsus? Sed vigilantiori verbo
marcus disseruit/cũ dixit: Nunquid possunt filij
nuptiarum q̄diu cuz illis est sponsus ieiunare?
Quanto tẽpore habẽt secum sponsum/ieiunare
nõ possunt: vt ꝓprie noua filiatio ad christum ⁊
ecclesiam referat̃: inter quos sunt nuptie ineffa
biles celebrate: ex quibus filij ex sponsi p̄sentia
oriunt̃: cuiꝰ astante p̄sentia opportunitas de ie-
iunio nõ insistit. Celebrabant̃ tunc in terra nu-
ptie magni agni: cũ per vnionem sibi copulaue
rat humanã naturam: per doctrinã ⁊ passionẽ/
⁊ sanguinẽ ⁊ mortem festinabat copulare eccle
siam: ex qua oriundi erãt filij spirituales: ⁊ exclu
debatur penitus synagoga/que filios carnales
aluerat. Ecce sponsus/ecce sponsa/ecce filij qui
nascũtur. Sponsus ab eterno p̄ordinatus in tẽ
pore/noua cõceptione generatus/ mũdo ineffa
biliter natus. Sponsa noua/ecclesia noua: que
nouiter de celo virtutibus ornata descendit. Ad
quem spõsum suamq̄ sponsam ex volũtate per
fidem integrã veniẽtibꝰ data est potestas filios
sponsi fieri: qui nõ ex sanguinibꝰ peccatoꝝ/neq̄
ex voluntate corrupte delectatõis ⁊ infecte car
nis/neq̄ ex voluntate virilis intellectus seu ra
tionis nasci potuerũt: vt celestis sponsi celestes
filij esse mererentur. Sed per ineffabilẽ dei mi-
sericordiã ex deo per spiritussancti gratiã con-
cipiunt̃: ⁊ sine materie corruptione nascunt̃: si-
cut ipse sponsus existens eterne deus: in tẽpore
in carne spiritussancti virtute ꝯceptus/atq̄ mũ
do ex virgine natus apparuit. Sed quoniã hec
similitudo sponsum ⁊ sponsam non respicit: sed
tantũ filios qui in p̄sentia spõsi nec ieiunare co
guntur: quocirca dũtaxatilioꝝ sponsi similitu-
dinem pertractemus: que in hanc sententiã ten
dit: vt discipuli christi typum gerãt filioꝝ spon
si: aut vt ipse christus dicatur per similitudinem
spõsus. Jsta similitudo me dubijs angit: si qua
ratione in p̄sentia sponsi fas sit abrogare ieiu-
nium: in absentia vero illius molestia cruciari.
Sponsi filij ex preterita et p̄mortua sunt vxore.
Nam sponsus dũtaxat dicit̃/dum est in sponsi-
one/aut dum in nuptijs occupatur: cũ vero ma
trimoniũ consummatũ fuerit/vocat̃ ipse mari-
tus. Cuius filij cum in secũdis paternis nuptijs
occupant̃: a ieiunij molestijs non arcẽtur. Cum
ꝟo sponsus desierit a cõuiuijs nuptiarũ: filij ad
ieiunia relabũtur: vt illa nõ sit accuratio alimẽ
torum: sed parcitas sit in potibꝰ ⁊ in cibo: ⁊ tũc
dicat̃ sponsus auferri/cum cessauerit accurare.
Quãobrem merito christꝰ discipulos sub hac
similitudine ipse perstrinxerat/⁊ sponso se simi-
lem dedit. Habebat christus filios/scz discipu-
los ex vxore p̄terita: videlicet iam premortua sy
nagoga: ⁊ ecclesie noue sponse nuptie celebra-
bant̃: quibꝰ discipuli assistebant: ⁊ talibꝰ sacra-
mentoꝝ conuiuijs letabant̃: maxime quia filia-
tio mutabatur: vt qui fuerant synagoge carnali
ter filij/per gratiã sponsi noui ⁊ sponse noue fi-
lij vocarentur: non vt hic nouerca in aliquo vo
caretur/velut ex vxore filijs superinducta p̄mor
tue: sed vt trãsitus fieret ad gratiam de natura:
vbi tanq̄ nouicijs nõ erat imponẽda inedia ie-
iunandi: maxime q2 noue filiationis virtus viui
fica in talibus cerimonijs ⁊ austeritatibus non
cõsistit. Boni quidẽ actus sunt ieiuniũ et queli-
bet austeritas corporis a virtute ꝓcedentes: vir
tutes autẽ non existunt. Virtutes ꝟo quibꝰ no
ua filiatio constituit̃: ⁊ constituta cõualescit: et
exercetur fides/spes/charitas/humilitas ⁊ ab-
iectio/patientia/pax ⁊ gaudium: ⁊ in eis ⁊ ex eis
sunt. Proinde dũ in nouis nuptijs in talibꝰ trã
lationibus filioꝝ virtutes huiuscemodi appo-
nunt̃: nõ est tanq̄ de re perfecta ⁊ initiante ho-
minẽ ad optimum/de ieiunio disputare: nec quẽ
piam actũ corporis leuem seu asperum preferre
virtutibus. Protinus carnales erant ioãnis di
scipuli: ⁊ adhuc carnaliter sapiebant: ⁊ circum-
cisioni carnali ⁊ carnalibus legalibus subiace-
bant: a quibus filij sponsi noui ⁊ spõse noue pe-
nitus soluebãtur. Sed tẽpus quo spõsus possit
auferri/vt ieiuniũ omnino resumat̃: carnaliter

intelligere aut fieri possibile vt possit auferri
Mat.28. post resurrectionẽ/a christo ꝓlata sententia contradicit: Ecce vobiscum sum vsq ad cõsummationẽ seculi: ex qua nunq creditur auferendus. Utraq tamen sunt verba saluatoris: et q auferetur/ꝛ q nobiscũ vsq ad consummationẽ erit. Utraq vera: quia mentiri nescit. Adinuicẽ aduersari videntur/nisi intellectus alius capiatur quia q nobiscum erit / et q auferetur / omnino dissonantiã faciunt. Sed est ĩ moribꝰ vnde ista contradictio sopiatur. Uerũ est q vsq ad consummationẽ seculi nobiscũ erit: sed tunc aufertur cũ malis moribꝰ viuitur. Peccata eñi sunt que diuiserunt inter nos ꝛ deum. In illis porro discipulis sponsiq filijs/ tota futura fideliũ cõgregatio tangebat: que ipsum erat vsq ad finez seculi habitura: ꝛ ipsi quasi auferẽdus/cũ essent homines peccaturi: ꝛ iterum reddendus ad penitentiã vocatis: vt illi omnino configant acerbitate corporalis ieiunij/ qui sumpserũt prohibita pabula vitiorũ: ꝛ arcendi sunt penitus a cõcessis/qui prohibita cõmisere: vt non solum ieiunent q ablatus est spõsus: sed vt redeat ieiunio ꝛ meroribus iam placatus. Uerũtamen presertim hoc saluator videt asserere: vt noui ad nouitatem vite vocati/ad dura ꝛ vite aspera non cogantur: ne nequam cogitatio surrepat/q equis actionibꝰ synagoga ꝛ ecclesia deputentur: ꝛ ne inuoluent tali errore caliginis/ q filiatio spõsi potius in exterioribus q in interioribꝰ pro veritate consistat. Aut ne deterreant ad fidem spõsi venire decernentes: q essent premendi tali onere seruitutis/qui vocantur in sanctã libertatem ꝛ in adoptionẽ filiorum dei. Non tamẽ ex hoc credamus improbari/magis vero approbari ieiunia: cũ hac ratione in discipulis christi ab ipso minus distinguit/ne interior interlucens mentibus hominũ virtus suis actibus in aliquo posteretur. Nouitas eñi vite nõ in corporeis actibus/sed in mentis reuocatione consistit. Pro-
Ephe.4. pterea dicebat apostolus: Renouamini spiritu mentis vestre. Cui renouationi compensata hominũ qualitate/cõfestim adijcitur ordinatio debita moris nostri. Hoc eñi peramplius subsequẽtes similitudines manifestant.

¶ De similitudine panni rudis et veteris pro synagoge filijs et ecclesie: secundũ mattheũ et marcũ. Ca. XVI

Quoniã eternus dei filius de nouo humanã naturam quã creauit/induerat: ꝛ de carne nostra sibi quoddã fecerat vestimentũ: cum quo degens inter homines/volebat sibi corpus taliter coaptare fideliũ: ne vllo modo scissura irreparabilis sequeret. Et quos allexerit sacra doctrina studuit preseruare: ne impositione molesti oneris frangerẽtur: ꝛ relaberent in illa que pro nouo discipulatu reliquerant. Idcirco cum ab ipso cur discipuli sui nõ tenerent censurã ieiunij/a ioãnis discipulis que
Mat.9. rerent: similitudinẽ panni rudis ꝛ veteris respõdens prudenter opposuit. Nemo aũt mittit cõmissuram panni rudis in vestimentũ vetus: tollit eni plenitudinẽ eius a vestimẽto/et peior scissura fit. Pannus rudis dispositionẽ habet ꝛ aptitudinẽ ad vestimentũ. Omne autẽ vestimentuz ex rudi panno processit. Omnis autẽ pannus ad vestimentũ vsq non peruenit: ad quod semp est rudis/ꝛ se habet ad vestimenti nouitatẽ: cum vero factum fuerit vestimentũ/tendit in vetustatem. Non igit coniũgendus est rudis ꝛ nouus pannus atq suendus veteri vestimẽto: ne vetus vestimentũ perdat quod est/cum sibi cõsuit quod nõ decet: nam quod est confundit/si rei sibi nõ competenti sociat. Ueteris vite christi erant discipuli: ꝛ nouus ꝛ rudis pannus insinuabat vitã initiandã/immo initiatã per christũ. Noua igitur nõ sunt iungenda veteribꝰ: nisi prius vetera renouẽtur. Ac per hoc saluator asserit rem nouã esse ieiunium veteribus nõ imponendũ: ne quõlibet sub ipso frangantur/cũ de nouo ad ecclesiam veniunt. Habet autẽ aliter similitudo huiuscemodi planũ sensum. Nã omne vestimentũ vetus habuit nouitatẽ: sed pãnus nouus nõdũ venit in vetustatem: quod vero noscitur vetustati vicinũ/in omni aut fere a vetustate cõsumptum vite noue moribꝰ nequit asscisci.

¶ De similitudine apposita ꝑ vinuz nouũ et vtres veteres: secundũ mattheũ et marcum. Ca. XVII

Sue deitatis capaces deus aĩas hoĩm fecerat/similiter ꝛ virtutũ: quas sic replendas ꝓuiderat: ne taliũ feruore rumperent/ꝛ fieret damnosa effusio facti vasis: q effusorũ remaneret integritas: quia nõ dispergitur deus/aut virtus: cũ anima ipsis suo damno vacuat. Ne autẽ fienda sit incauta repletio vini noui: veterum vtriũ ꝛ nouorũ aptam similitudi
nem christus induxit/dicẽs: Neq mittunt Mat.9.
vinũ nouũ in vtres veteres: alioqui rũpuntur vtres/ et vinũ effunditur: et vtres pereunt. Sed vinũ nouũ in vtres nouos mittũt: et ambo cõseruatur. Noua leticia/nouaq iusticia erat ditãda humana cõditio: ꝛ nouis erat moribus reparanda. Sed nisi per spiritũsanctũ anime a vetustate renouarent: ꝛ purgate soluerent ab antiquis cõtagijs: nouitas iusticie similiter ꝛ leticie atq morũ adesse non poterat. Et cũ ieiuniũ inter lamẽtationes penitentie ab orthodoxis merito deputetur: ꝛ per sponsi ꝑsentiam omnis lamentatio auferat: per vinũ quoq censura iusticie atq cordis leticia censeat: cum exquireretur de ieiunio/quod pars est lamẽtationis: etiã asseruit de alia parte/ que dicit iusticia ꝛ leticia cordis. Justicia siquidẽ notat in vino: cũ samaritanus illud sic cũ oleo sup male vulnerati plagas
infunderet. Leticia vero in psalmo attestante da Ps.103.
uid: Uinũ letificat cor hominis. Nũc per subiectas similitudines lamentationẽ nouã/recentẽq leticiã asserit hominibꝰ veteribus/velut antiquis vestibus nõ consui: atq sicut vinũ nouum

vtribus vetustis nõ infundi: ne vetera vestimē-
ta noui panni assutione rūpantur: ⁊ vtres vete
res noui infusione vini frangant / ⁊ effundatur
vinū gratie nouū / antiquis non cōpetēs hoībꝰ
cōmisceri. Sed que hoīm nouitas esse poterit /
vt noua tradat gratia / seu nouiter actio virtuo-
sa: nisi prius per gratiā in hoībꝰ sit innouata na
tura? Precedet ne nouitas nouitatem? Nonne
ideo nouus homo dicitur / quia in vite ambu-
lat nouitate: in qua nisi aīo et opere gradiatur /
nouus esse nõ dicitur? Sed clarius inueniemus
quod querimꝰ / si hāc similitudinē in altiora sub
uehamus: planū oībus rationabilibꝰ factū est /
vtres veteres atq; nouos nõ nisi ex pellibꝰ mor
tuoꝝ animaliū fieri. Ac per hoc dissuadet ratio
christiana vt noua iusticia / nouaq; leticia nõ im
ponat iam peccatis mortuis sub lege occidua
cōstitutis: sed in gratia ⁊ pro gratia / ⁊ cū christo
⁊ in christo ⁊ ꝓpter christum ꝓprijs voluntati
bus ⁊ in corpore morituris. Sed quoniā in his
duabus similitudinibus noui panni / noui vini /
et nouoꝝ vtrium: nouā vitā vite antique / vitam
gratie vite legali / vitā virtutis vite iniquitatis /
vitā spiritus intelligentie literali / vitā spiritua-
lem occupationi corporali supponere videtur
atq; tenere cautelā / ne impertinēs ⁊ dānosa per
mixtio fiat: in plerisq; locis apte ⁊ absolute sa-
cra scriptura denūciat. Nā per ꝓphetā dñs di-
Ezechl. 36. cit: Cum sanctificatus fuero in vobis corā eis:
tollā quippe vos de gentibꝰ ⁊ ꝯgregabo de vni
uersis terris: ⁊ inducā vos in terrā vestrā. Et ef
fundā sup vos aquā mūdā: ⁊ mūdabimini ab oī
bus inquinamētis: ⁊ ab vniuersis idolis vestris
mūdabo vos. Et dabo vobis cor nouū: ⁊ spiri-
tum nouū ponā in medio vestri. Hic siquidē ve
locioribus intellectibꝰ mystice seu moraliter no
uitatem vite agende demōstrat: cui vestimentū
nouū absq; cōmixtione cū veteri ꝯgruit: ⁊ vinū
nouū velut vtres noui sine fractiōe recipit ⁊ re-
fundit. Propterea consona veritate renouatus
1. Corin. 5. iam aplus dicit: Expurgate vetus fermentū: vt
sitis noua cōspersio. Et noua nouis vsq;quaq;
ꝯueniūt: ⁊ qui nouas actiōes ꝑ gratiā innouati
suscipiūt / nõ deficiunt neq; tabescūt.

¶ De quadrifaria similitudine aniā liū ad tolerantiā et cautelā: secundū mattheū et lucam. Ca. XVIII

Mansuete / pacifice / humiliter mundum
christꝰ ingressus: cū in id vellet suos
transformare sequaces: vt nõ ope ma
gne potētie / sed passionis testimonio ⁊ in virtu-
tibus euāgelica doctrina clarescceret. Hinc su-
os designans quales velit esse saluator: inimi-
Mat. 10. cos etiā ꝑ similitudinē annotauit / dicēs: Ecce
Luce. 10. ego mitto vos sicut oues ī medio lu
poꝝ: estote ergo prudētes sicut ser-
pētes / et simplices sicut colūbe. Sepe
per oues saluator suos subsequos designauit: in
sinuans māsuetudinē: que conuersationē tole-
rabilē amenā cū oībus habet: ⁊ pacem / qua hō
deo sibi ⁊ ꝓximo est quietus; ⁊ rabiē contradi-
ctionis ignorat: nec nouit vacare litigijs aut cō
tentionibus deseruire. Preostendit humilitatē
qua quisq; sibi qualis existit / apparet. Nec alio-
rum opinione supra se rapitur: et laudibus hu-
manis confunditur / non leuatur: forinsecum iudi
cium omne deuitans: solo cōscientie testimonio
tristiciā patit vel letatur: prout vitioꝝ atq; vir-
tutū adesse cōsperexerit alterā partē. In hac oui-
na similitudine saluator ab Esaia prophetatus
est pati. Sicut ouis ad occisionē ductꝰ est. Qua- Esa.
si solum hoc sit animal / quod nesciat vocē male
querulam sue perditionis emittere: nescia relu-
ctare ducenti. Etiā saluator cum de fure ouium
q; proprio pastore vellet ꝓ rei veritate differe-
re: ilico de ꝓprietatibꝰ ouiū intulit: Et oues
vocē eius / scʒ proprij pastoris audiūt. Et
turtur nidum vbi reponat pullos ſuos. Sꝫ mul
ti refugiūt eſſe pulli huius ſolitarie auis: q̄ ve-
re factus erat ſicut paſſer ſolitarius in tecto: ne
q̧ nidus cōſtitutus ſub pennis eſſe ſatagūt: ad
protectionē ⁊ defenſionē a rapacitate milui aut
accipitris/circa nos inuiſe atq̧ inſidioſe volan-
tis: vt in nido ſuperne patrie reponantur. Naꝫ
nidus eſt ipſe locus vbi pulli oriuntur: de quo
ſaluator non loquitur. Nidus eſt ipſa congre-
gatio ſeu multitudo pullorū/ ab vna ornice vel
aue deſuper incubante ouis exorta. Iuxta queꝫ
ſenſum lucas nidum expreſſit: vbi mattheꝰ pul-
los edixit. Nidus eſt ſuperna patria: quā paſſer
ſolitarius chriſtus pro ſuis pullis reponendis
inuenit. Et intentius conſyderare nos angit ſi-
militudo pullorum: qui nō coitu aut geſtatione
vterina ſeu more hominū aut quadrupedū ori-
untur/ſed per incubationē naſcuntur ex ouis: q̄
bus ſaluator quos ſaluare querit/aſſimilat equi-
dem nec īmerito. Porro in ouis gallinarū ſiue
aliarum auiū nihil videmus de carnibus/ nihil
de ſanguine/nihil de oſſibus/ nihil de pennis/
nihil de his que futura ſunt: vt ex eis pulli aui-
bus incubantibus fiant: ſed quadam ſpe/vſita-
to curſu nature/pulli exoriri ſperātur. Hoc idē
in iactis terra ſeminibus accidit ⁊ ſperat. Sic
em̄ in his qui ſaluandi ſunt/nihil apparet illius
beatitudinis quam poſſidebūt: ſed totum agit
in ſpe/ qua ſalui facti ſumus: que cum videt/nō
eſt ſpes. Filij ergo dei ſūt in ſpe in hac vita de-
gentes/donec reueletur in eis reuelatio filiorū
dei: quam expectat expectatio rationalis crea-
ture: que vanitati ſubiecta eſt nō volens: ſed ꝓ
pter eum qui eam ſubiecit in ſpe. Hi ijdem filij
ſpei cōgregati in hac vita ſub alis diuine prote-
ctionis/erūt filij beatitudinis: cum reuelabit in
eis gloria veris filijs cōferenda. Nam quod vi
det quis/quid ſperat? Si autem quod non vide-
mus ſperamus/per patientiā expectamus: velut
pulli nondum viſi ſperantur ex ouis futuri. Li-
buit autem iſtam ſimilitudinē primā ponere in
ordine illarum ſimilitudinū: quas in ſe chriſtus
aſſumpſit/pro ſeq̧ diſſeruit: q̄uis prima non ſit
in ordine a ſcriptoribus tradito euangelice diſ
ſertionis: ꝓ eo q̄ pre ceteris humilitatē chriſti
⁊ exinanitionē filij dei ſignificat: a quibus ſalua
tor incepit.

De ſimilitudine chriſti ad templū ſecundum Joannem tantum. Capitulum XXXIII

Sicut ex ſcriptura didicimus q̄ ſpiritus
dei omniū eſt artifex: vt preter altiores
intellectus qui poſſunt attribui/ etiam
hoc intelligatur quod per eum ars in nature re
medium ſit hominibus contributa. Nec enim
artis peritia opus erat/ſi in ſuis baſibus cōdi-
ta natura manſiſſet: ſed merito delinquētis in-

firmiter inclinate/spiritussanctus sua bonitate
in arte subuenit: que imitaretur naturam: ⁊ per
illam iuuaret/que defecisset ocyus: nec fulte vi-
uere potuisset/nisi sibi ꝑ artē a domino fuisset
prouisum: qua multa facta sunt materia supple
ta: nec omnia ꝓpter corpus aut corpoream vi-
tam: sed etiam vt in his exhiberet cultus oīum
conditori. Inter ea vero que arte ad honorem
domini surrexerunt/salomonis templũ magnũ
ac mirabile opificiũ fuit: cuius similitudinem ad
indaginē futurorũ in se saluator voluit suscipe-
re: cũ expeteret ab eo potentie signũ: si quare il
lud templũ a negociatione turpante tanto zelo
mũdasset: vt etiam pro flagello funiculis vtere-
Jo.2. tur. Qui respondens ait: **Soluite templũ
hoc: et in tribus diebus excitabo il-
lud.** Quod quãq̄ potuisset de illo templo sic fa
cere/tamē de suo corpore per illam similitudi-
nē dixit: quod sic dixisse post resurrectionē apo
stoli ad memoriã reduxerunt. Nam quoto nu-
mero annorũ vt iudei responderũt/factũ erat tē
plum: tanto dierũ numero vno supaddito/fetus
in vtero materno formatur/vt animã possit susci
pere: quãq̄ vero in christo fuerit accelerata cō
ditio/vt in instanti esset cōceptio ⁊ animatio/et
omnis compago membrorũ: moles tamē corpo
ris cōmuni more ꝓcessit. Magis aũt ipse tēplũ
allegoricũ erat cũ corpe suo ecclesia: etenim si
qua erant in illo templo/ipsm figurabãt. Quod
si quis velit aperte cognoscere/in volumine re-
gum eius cōditionis legat historiã. Morale tē
plũ similiter erat: vt preterq̄ in ipso nulla sit mo
rũ actio approbata/nullaq̄ deo grata morali-
tas: nulla doctrina instruens ad celestia capes-
senda: nisi que de porta huius tēpli ꝓdierit. Et
ipse templũ docebat in templo: ⁊ similitudinem
expressit stans in illo. Et anagogicũ ⁊ nostre be
atitudinis templũ etiam penitus erat: quoniam
in ipso velut in templo omnes dicent gloriam.
Ipse enim est templũ eterne glorie: ipse tēplum
beatitudinis sup̄ne: ipse templũ celestis patrie:
in quo adorabimus vnitatē in trinitate/⁊ trini
tatem in vnitate venerabimur: in quo sup̄ omia
spiritualia ⁊ corporalia videbimus resplendere
⁊ existere deitatem. Et vt familiariori sermone
quod dicimus pateat/euangelista aptius mani-
festat cũ dicit: **Hoc autem dicebat de tē
plo corporis sui:** vt non anima siue deitas
imaginē gerant ad templũ/sed corpus siue ca-
ro dũtaxat: quoniã velut in sancto templo in il
lo habitat omnis plenitudo diuinitatis corpa-
liter. Et a cōtemplando templũ nomē accepit.
In ipso nempe omnis cōtemplatio perspicua ꝑ
fidem plene ꝯsistit: vt etiã quicũq̄ corpus illud
nascens ⁊ cōuersans/passum ⁊ moriens/sepul-
tum ⁊ resuscitatũ/palpatũ ⁊ in alta subuectũ per
fidei cōtemplationē agnouerit: nil restat q̄d pos
sit amplius cognoscere super terraz. Sed hoc
templũ solutũ fuit in morte: quoniã nō anima
nec deitas solutionem ab inuicem aut per inter-
nectionem acceperunt. Solum corpus ab aĩa
fuit/non tamen a deitate solutum/triduo quie-
scens/⁊ insolubiliter reconiunctũ: ⁊ post triduũ
excitatũ/vt omnes ad nouitatē resurrectionis
ad nouitatem vite/ad capessenda celestia/ad cō
syderandum in periculis ⁊ in morte humanã a
deo posse conseruari naturam/pariter ⁊ excita-
ri. Quod templum totiens ab hominibus sol-
uitur/quotiens in aliquo iudaizatur aut pecca-
tum exitiale cōmittitur: sed totiens in nobis hu-
iusmodi templum reficimus/quotiens agimus
virtutum viuificans triduanum.

¶ De similitudine serpentis/quã dominus saluator assumpsit: secundũ Joannem tantum.

Capitulum XXXIIII

Qui serpentinos abhorret anfractus
in hominibus malis: nō in natura ser
pentis quem ipse creauit: dedignatus
nec est serpentis similitudinē sumere: nō repen-
tis naturaliter super terram/sed artificialiter fa
cti/⁊ in ligno suspensi: ad auferendam ex serpē-
tinis morsibus plagam. Nam cum conaret in
struere atq̄ ad fidem trahere nicodemum: simi
litudinē serpentis induxit: **Sicut moyses
exaltauit serpentem in deserto: ita ex-
altari oportet filiũ hominis: vt om-
nis qui credit in ipso/nō pereat/sed
habeat vitam eternam.** Super murmurã
tem populũ ignitos serpentes dominus misit:
vt culpe pena respondeat: q2 serpentes linguas
bifurcant. Et qui molestiam in corpore patiun
tur/conqueruntur de ipsa iusticia: ⁊ diuinã iusti
ciam arguunt. Et murmuratio huiuscemodi si
militudinē habebat ꝑuaricationis ade: omneq̄
malũ ab illa sumpsit exordiũ. Et serpens ope-
rante diabolo decepit. Et diabolus in serpen-
te ipsam euam seduxit/scilicet vt laberet in cul-
pam. Et nunc serpentes mordent murmurãtes
in penam: a qua liberantur a visione serpentis
in alto suspensi: nō naturalis/sed artificiati: nō
se mouentis/sed moti: non super pectus repen-
tis/sed in phalanga pendentis: non carnei/sed
erei: non terram comedentis/sed appetitu ⁊ edē
di potestate carentis. Cuius/non primi illius si-
militudinem saluator accepit: significans q̄ al-
te suspendendus erat in cruce: cuius aspectu hu-
mana infirmitas sanabatur: ⁊ homo curabat a
serpente antiquo percussus. Nec per naturam
facta est salus/sed arte diuina: qua sine semine
humano in aluo virgineo factus est filius dei ho
mo. Nec se mouebat/sed omnia sua referebat i
patrem qui eum miserat: semp̄ insinuans q̄ a se
ipso nō erat. Non inclinauerat pectus/cor siue
corpus ad vilia ⁊ terrena: sed suspendebat cor-
pore in ligno/mente aũt in celo. Non erat car-
neus quia deus/sed vt homo: non ex humano
semine factus homo/sed spiritussancti mysterio.
Ereus sonoritate facti. Nihil enim a seculo tã
alte reboauit: quãq̄ dei filius suspenderetur
in cruce. Nihil tam sublime intonuit/q̄ q̄ mor-
te vnius mors omnium vinceretur: et ligno

affixus in inferno affixos defigeret. Sonuit ipse voce septena ligno pendens: ⁊ in lachrymis et clamore valido exauditus est ꝓ sua reuerentia. Terrā nō comedit. Nullo enim pacto terrena/ sed celestia sapiebat: ⁊ oēs ꝓhibuit thesaurizare in terris: sed suasit thesaurizare in celis. Nō comedit terrā: q2 sibi nō incorporat eos q̄ sunt terrenis affixi: nisi mente saltē sint ab ipsa diuisi. Non eos assumit quoꝝ gloria in cōfusiōe facta est: q2 terrena sapiunt. Non sibi adest taliū appetitus. Huius serpentis ipsum figurantis similitudinem saluator expressit sic exaltatus in ligno: cuius fideli aspectu omnes sanantur: qui nisi aspicerent damnarentur. Proinde adiunctū est: Ut omnis qui credit in ipso/ nō pereat/ sed habeat vitam eternā. Igitur exaltatus in cruce corpore siquidem: nā deitate vel anima exaltari non poterat: ⁊ mortuus est exaltatus. Ergo in eum fidei dirigatur aspectus: quia qui credit in ip̄o/ presertim incarnato vel nato/ ⁊ nō in cruce mortuo exaltato: nō erit liber a ꝑditiōe: nec salutem cōsequetur eternaꝫ. Qui vō credit in ipso exaltato in ligno/ in ipso ꝗ mortuo/ habebit beatam vitaꝫ. Expedit omnem interiorem aspectum in illum exaltatum dirigere/ si non perire decreuimus. Et si exaltatū in ligno penali credendo diligimus: ⁊ diligendo fideliter credimus: exaltabimur in supernis quoniam exaltatio penalis erecti ligni nostram exaltationem in superno regno promeruit: vt non solū non pereamus/ sed vitā habeam⁹ eternam. Non potuisset genus humanū ab antiqui serpentis fraudibus ⁊ sibi similium morsib⁹ liberari: nisi in forma eremitici ⁊ insensibilis serpentis ipse fuisset exaltatus in cruce: Quis ipse aliter potuisset. Utrūqꝫ profecto verum est: ⁊ ꝙ aliter genus humanum liberari nequiuit: et ꝙ deus aliter potuit. Quod autem serpens er[illegible]s insensibilis erat/ non refertur ad infirmitatē nature: pro eo ꝙ insensibile a sensibili minoratur: sed ad impassibilitatem diuine nature: quā nec in cruce nec alibi attigerunt inflicte corpi horride atqꝫ seuissime passiōes. In eremo celebrata est illa suspensio ad medelam: quoniā illic populum serpentina tabes infecerat. Et homo q̄dem non peccauit existens in celo/ sed angelus sed sub celo velut in squalenti eremo deliquit in terra: in qua sibi christus sua ope subuenit moriturus morte/ ab impiis exaltatus in cruce: vt in forma serpentis serpentinos morsus excluderet: ne exhiberet diuina dictante iusticia diabolo ad repugnandum forma hominis/ quem decepit: ⁊ forma serpentis/ in qua sibi male suasit: vt in vtraqꝫ confusus per dei iusticiam multaretur/ ⁊ homo liberaretur. Igitur vnigenit⁹ dei filius in forma hominis quam diabolus in serpente decipiens/ sibi asciuit ad culpaꝫ: deinde asciturus in penam/ moritur pro liberandis omnibus exaltatus in cruce: accipiens illam in eremo similitudinē serpentinā.

¶ De similitudine christi ad spōsum et ecclesie ad sponsam: secundū Mattheum/ Joannem et Marcum.

Capitulum XXXV

Spondens recte agentibus hereditatē eternam: qui se patriarchis ⁊ prophetis venturum ⁊ humanam naturam assumpturum infallibili pollicitatione spopōdit: nec violentia cuiuspiam coactus/ sed sponte illā assumpsit/ mortemqꝫ suscepit. Sponsi non corrupturi sponsam/ sed castificaturi similitudineꝫ accepit: quam baptista Joannes primo edixit: deinde christus asseruit. Nam cum ioannes suos discipulos vellet de christo perfecte instruere: ac etiam seipsum ab illo minorare perfecte decerneret: christum appellauit spōsum/ seip̄m eius amicum/ dicens: Qui habet sponsaz Joā.3. sponsus est. Amicus autē sponsi qui stat et audit eum/ gaudio gaudet ꝓpter vocem sponsi. Locutio ista relatione ꝯstringit: vt ille sit spōsus q̄ sponsaz habere cōuincitur: ita ⁊ que sponsum habet/ sponsa dicatur. Sponsus est christus scilicet ecclesie: ⁊ ipsa sponsa nemini nisi christo. Christus spōsus ꝓmissus atqꝫ optatus/ maxime per sanguinem ecclesie factus est sponsus: vt dixit sephora moysi: Sponsus sanguinū tu mihi. Quod illa dixit Exo.4 ob circumcisionem filii: quod ecclesia meli⁹ dicit in virtute sanguinis ꝓ nobis effusi: ex quo ipsa nata est velut eua de latere ade: in quo lota ⁊ munda nitescit. Lauit em̄ nos a peccatis nostris in sangnine suo/ ex quo redempta: tenebat Apoca. enim eam diabolus in humana natura in adaꝫ corrupta captiuam. Hinc apostolus ad Ephesios scribit: In quo scꝫ christo habemus redēptionem per sanguinem eius/ ⁊ remissionē peccatorum ſm diuitias gratie eius. Et Petrus i Ephe.1 canonica sua dicit: Scientes ꝙ non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana 1.Pe.1. vestra conuersatione paterne traditionis: sed p̄cioso sanguine quasi agni incontaminati ⁊ immaculati christi iesu. Quam sic natam/ lotā atqꝫ redemptam mystice atqꝫ pro moribus desponsauit: vt vnus ab altero respectiuo mysterio nomen accipiat. Dixit nāqꝫ dominus per Osee in figura futuram ecclesiam preintendens: Spōsabo te mihi in sempiternū: vt non sit separabi- Osee.2 lis copula hic ⁊ in futuro/ qua christ⁹ sue ecclesie copulatur: nec possit celebrari diuortium a natura humana/ quam assumpsit: nec ab ecclesia/ quam sanguine consecrauit. Sed cum sempiterna sit desponsatio primitus celebrata/ per alios morum anulos ip̄am desponsat: vt nō solum vnus digitus solito more anulo decoret: sed etiam quinqꝫ digiti anulorum pulchritudine fulgeant. Proinde subsequitur: Sponsabo Osee.2 te mihi in iudicio. Aptus anulus quo sponsus eternus sponsam adornat: quam non vult iudicare/ sed potius a iudicio liberare. Judicium ē. Inquit enim apostolus: Si nosmetipsos iudi- 1.Co.11 caremus/ non vtiqꝫ iudicaremur. Cū aūt iudicamur/ a domino corripimur: ne cum hoc mun-

do dānemur. Sed quoniā nihil bene fit quod
iusticiā caret: anulū etiam iusticie sponse dedit.
Spōsabo te mihi in iusticia. In q̄ oportet vnū
quēq; viuere: atq; hic ꝛ in futuro in cōspectu do
Psal.16 mini apparere. Unde Dauid dicebat: Ego au
tem in iusticia apparebo cōspectui tuo. Ille por
ro in iusticia conspectui domini apparet: q̇ sem
per se corā deo astare cogitat: ꝛ ꝙ desup eū deꝰ
semꝑ aspiciat: ꝛ nil agit vel amat quod iusticia
reprehendat. Et qui operaꝝ iusticiaȝ/exaltabiꝝ.
Et exaltationē sponse querit qui sempiternꝰ est
sponsus: ꝛ iusticia liberabit a morte/scȝ eterna
in quā neminē vult christus dn̄s introire. Per-
ornat misericordia possessorē: ꝛ qui illa est fultꝰ
misericordiā consequeꝝ a domino. Hinc spon-
sator subsequiꝝ: Sponsabo te mihi in misericor
dia. Tali pacto sponsa sponso iungitur: vt sicut
ille misericors est/ꝛ illa misereatur. Ad quod sal
Lu.6 uator in euangelio nos hortatur: Estote mise-
ricordes/sicut pater vester misericors est. Anu-
lo misericordie ornatus existit/qui omnibꝰ ani
mo miseretur: siue spiritualē egestatem siue cor
poralem inediam patiantur: etiam si ope subue
nire nō possit. Et quoniā si fieri potest/multis ē
operibus impendendū: idcirco alio anulo spō-
sam inuestit/dicens: Sponsabo te mihi in mise
rationibus: vt diuersis operibus diuersis indi
gentibꝰ multiplex sit miseratio. Et quoniā inter
cetera que inter sponsum ꝛ sponsam delectabi-
lem copulam seruant/diciꝝ esse fides: ne violatio
ꝓmissoꝝ obueniat: ne plus sponso alius place-
at: ꝛ ne adulteriū prius in animo ꝙ in corpe me
diteꝝ: nam si alius a sponso amor in animo sedē
tenet: qui iura spōsalis amoris immutet/distor-
queat aut minuat: etiam si opus nō sequaꝝ illici-
tum/iam in animo iura sponsalia violanꝝ: ꝓin-
de q̇ fidelis/sponsusq; verax: sub decreto fidelis
anuli sponsam sibi subarrat/dicens: Spōsabo
te mihi in fide: ꝛ scies quia ego dominus. Spō
satio in fide sponsi dūtaxat plenā ꝑstat scientiā.
Nō enim in hac vita hominibus alia cognitio
verior ꝑrogaꝝ/ꝙ cum ad ipsum vera fide vigila
mus. Presertim si hunc anulum nō abijcimus
ꝑ idolatrie specimen/aut per aliud infidelitatis
crimen: si fidei circulum in nostris digitis irre
mote seruamus: longe stabit omnis iniquitas:
nec erit vnde sponsus de sponsa possit iuste cau
sari/si eius ꝓmissa incōcussa seruanꝝ: vt non so
lum fides in animo/sed anulus fidei sit in manu
Quoniā fides sine opibus mortua est. Et sicut
sponsus temporalis sponsam suam vt valet ꝓ
suo placito ornat: sic ꝛ qui sponsus est sempiter
nus/cui nihil deest q̇n spōse sue ecclesie seu cu-
iuslibet anime possit porrigere ad ornatum: de-
dit virtutes quibus ornareꝝ: sacramenta vbi la
uareꝝ: ꝑcepta in q̇bus erudireꝝ: beatitudinē qua
cum ipo in ꝑpetuū frueretꝝ. Similiter ꝛ cū inter-
rogareꝝ de ieiunio suoꝝ discipuloꝝ/in respōsio-
ne se sponsum appellauit: cuiꝰ amicꝰ scilicet io-
annes baptista: in quo signaꝝ omnis multitudo
ꝑconū: q̇ stat ꝛ audit eū. Stat in gradu vocatio
nis: ꝛ in quo ꝑordinatꝰ est nō ꝑsumens plus ap
petere/aut in pluribꝰ se igerere ꝙ quod sibi posi
tū est: nec opiniōe attolliꝝ plus ꝙ sibi a veritate
cōcedaꝝ. Sic stabat in quo positus erat ioānes
vt nec opinione populoꝝ existimantiū eum esse
christū: nec q̄stiōe discipuloꝝ supra id quod erat
ferebaꝝ in aliquo: exemplo cuiꝰ si vita fidelium
agereꝝ/de superbia nulla vel modica querela cō
sisteret. Nam ꝓpriū est superboꝝ supra se culpa
biliter tolli/quos iusta pena consequiꝝ: vt ꝛ ipsi
mereanꝝ ad ima demergi. Et audit eum docen
tem/cōminantē ꝛ promittentē ꝛ precipientē ad
obediendum iussioni: sicut ille decernit/non si-
cut ipe voluerit. Et gaudio gaudet propter vo-
cem spōsi. Nulla suauior vox ꝙ vox christi: nul-
la delectabilior ad audienduȝ: nulla facilior ad
agendū: cum nil fieri sanciat/quin primo ad per
ficiendum gratiam conferat: nulla vtilior nosci-
tur esse post factum. Ideo gaudio gaudet ami-
cus propter vocē eius. Omnis vox spōsi ad or-
natum sponse ꝑfertur: ꝛ dearticulaꝝ in his que
ipam prepediunt: ꝛ differta omnino est in his q̇
ad vitam expediunt. Gaudio ꝑtinus gaudet ad
vocem sponsi/qui se nouerit legitimū membruȝ
sponse: ad cuius ornatum eternūq; profectum
sempiternus sponsus intendit. Amicus sponsi
christi/membrū est sponse christi: nam si amicꝰ
non est/membrū sponse non est: ꝛ si membrum
sponse non est/amicus sponsi esse non potest: ꝛ
si amicus est/gaudet: si gaudet/amicus est. Ue-
rior amicitia christi ꝓut in nobis est/ad vocem
eius inexceptuate gaudet: siue terreat/siue mi-
netur/siue consulat/siue ꝑcipiat/siue ꝓhibeat/si
ue dissuadeat delectabile/siue suadeat/siue pro-
mittat vitam eternā/siue auferat terrenā substā
tiam. Ue quibus vox ista conturbat audituȝ: ve
qui non audiunt: crudelius ve qui audiunt ꝛ cō-
temnunt. Euge autem his qui ad ipam resonā-
tem gaudio mētis exultant: etiam si ob eam cor
pore cōtremiscant.

¶ De similitudine lucis quam se esse saluator dixit/ipseq; asseruit: secūdū Joannem tantū. Ca. XXXVI

L Ucem habitare deū inaccessibilē apls
scribit: quā aliā intelligere ꝑter ipsum
catholicus intellectus abhorret. Nec
em̄ eterna lux aliā ꝙ seipam inhabitat. Et nihil
īaccessibile saltē intellectu dixeri: nisi eū q̇ euāge
licū intellectum transcendit/similiter ꝛ huma-
nū. Lux seipam videns: ꝛ nihil extra seipam co
gnoscens. Lux nihil ab extra participans: in
seipa tota ꝛ simpla manens: creauit corpoream
lucem ad illuminationē eorum que infra ista ce
li concaua sunt reclusa. Et produxit luciferum
inobscurabilem in tempore suo: qui posset illu-
minare hominū mentes/quas lucifer tetratus
tenebris horrendis obduxerat: q̇ seminario spi
ritussancti/nō hominis ex aluo virginali eductꝰ
etate more hoīm coalescēs: cū vellet theoria ꝛ
actu illuminare tetros/in similitudine lucis no-
minatꝰ est; ꝛ ipse sic predicando disseruit. Nam

Jo.i. euangelista: Lux in tenebris lucet: et te-
nebre eam non comprehenderūt. Et
Jo.3. alibi: Lux venit in mundum: et dilexe-
rūt homines magis tenebras q̄ȝ lu-
Jo.8. cem. Et aperta locutiōe dixit: Ego suȝ lux
Jo.9. mundi. Et alibi hoc idem reiterauit: Quā-
diu sum in mundo/lux sum mūdi. Et
Jo.12. ad crudelitatē lucis animauit audiētes: Dum
lucem habetis/credite in lucem: vt fi-
lij lucis sitis. Et paulo post: Ego lux ve-
ni in mundum. Omnia ista in id redeūt: vt
christus lux vera sit atq̄ dicat: Quod si vera lux
est: non debet dici lux ꝑ similitudinem/sed ꝑ ꝓ-
prietatem. Quod si sic: frustra inter similitudi-
nes assumptas a christo lucem posuimus. Sed
hoc me in similitudine tractare premonuit: q̄m
in christo fuerūt q̄dam q̄ nullo modo similitu-
dinem in rebus/exemplū in angelis aut homini
bus habuerūt. Quedam vero q̄ q̄uis sibi sum-
ma excellentia conuenirent: nihilominus tamē
ꝑ similitudinem repertam in rebus clarius sunt
disserta. Et ex hoc quod est nullam habet simi-
litudinem exprimentē/quod deus est: nec exem-
plū explicans quod ex ipso gestū est: ⁊ agnomi-
nationē omnino nō recipit. Proinde si q̄d de il
lo per quorūcūq̄ nomina dicit/per similitudi-
nem differit omnino: cū infinite plus sit q̄ȝ per
quod dici potest. Sūt vtiq̄ res in ordine suo si-
bi a deo insito/q̄d alte atq̄ mire oꝑatiōis habē-
tes: q̄rū suscepta similitudine ipse nobis ꝑam-
plius innotescit. Ac ꝑ hoc quia homo fact⁹ est ⁊
hominibus loq̄bat quos erudire volebat: ꝓ sa-
lute ipsoꝝ vt lux absq̄ nubilo se pretulit: vt eum
sequeret q̄ nollet remanere in tenebris. Qm̄ ni-
hil querit ante lucem: nec q̄ q̄reret q̄dpiam in
tenebris inueniret: cū omnia cognoscant in illa
q̄ȝ corpaliter posset homo in tenebris aliq̄d q̄-
rere/sic et inuenire: sed non nisi ante in luce co-
gnouerit. Quesitū igit hominū/quod erat bea-
titudinem conseq̄: ante lucem q̄ christus est/nō
Psal. poterat inueniri. Hinc psalmista dicit: Vanum
est vobis ante lucem surgere. Qui surgūt ante
lucem/sepe cadendo leduntur: ⁊ si querūt/inueni-
re nō possunt. Vanū igit fuit omnibus ante lu-
cem surgere: cū nequirent inuenire q̄sita. Sur-
rexerūt patriarche: surrexerūt omnes sancti ve-
teris testamenti ad actiones bonoꝝ operū: sed
ante lucem exortaȝ/ ⁊ in cruce corpore membri-
fractā: surrexerūt in vanū suoꝝ bonoꝝ opeꝝ be-
atitudinis non capientes effectū: magis aūt ꝑ-
nacue surrexissent/nisi futura lux christus scȝ ie-
sus in carne venturus prius ꝑ fidem eoꝝ surre-
xisset in cordib⁹. Omnes vanissime surrexerūt
in potentijs ⁊ sapientijs hui⁹ seculi ante christū
lucem morū ⁊ inuisibilis mūdi. Pro beatitudi
ne regni venturi lucis similitudinē merito chri
stus accepit: ante cui⁹ ortū nemo bene aliq̄d fe-
cit nec vtiliter/sed vane surrexit. Caret anfracti-
bus lux: nec sua directione declinat in alteram
parteȝ. Offert se obiectis corpib⁹: ⁊ suis radijs
omnia eq̄ ꝑfundit. Non accipit hoc corp⁹ plus
q̄ȝ aliud corpus: recipit aūt magis a corpib⁹ dia-
phanis/vt ab aere qui ab ipsa ⁊ extra replet. Et
corpa crystallina q̄ȝ q̄ȝ solida/int⁹ ⁊ exteri⁹ subi-
to cū lux affuerit ꝑfundunt. Sic lux vera q̄ chri
stus est/personam hominū nō accipit: sed illas
que ip̄m ampli⁹ ex virtute recipiūt: vt si nō per-
sonarū acceptor/tamen est ipse virtutū: nā dia-
phanitas ipsarū homines aptat ad lucis hui⁹
susceptionem. Contrariū suū lux incognitū es-
se non sinit. Ostendit hominib⁹ christus q̄ sibi
non suo/sed damno mortaliū aduersant. Tene-
bras nō illuminat/sed depellit: ideo tenebre eū Jo.i.
non comp̄henderūt. Splendor cui⁹ vt lux erit
fugans tenebras/non ꝓseruans. Non em̄ illu-
minat peccatores vt sint peccatores: sed ab eis
peccatoꝝ tenebras ꝓcul pellit/cū voluerint filij
esse lucis: ⁊ effugatis tenebris lux subsequit. Et
de vtraq̄ resurrectione intelligit verbum Job Job.17
cum dicebat: Et rursus post tenebras spero lu
cem. Obtenebrant homines tenebris peccato-
rū: a quibus lux vera recedit: ⁊ rursus sperari po
test omnino ipsis depulsis. Obscurant homi-
nes in morte: cū in primo parente humana na-
tura multat: ⁊ post mortis tenebras contio fide-
liū rursus lucem resurrectionis expectat. Inq̄t
em̄ ipse: Ego sum resurrectio ⁊ vita. Et sedenti Jo.11.
bus in tenebris in regione vmbre mortis/lux Esa.9.
orta est eis. Christus lux non sibi ortus est: sed
his q̄ sedebant in tenebris: ⁊ in tetralibus pec-
catoꝝ edibus habitabant. Non indiget lux se
ipsa: nec in suam valitudinem aliq̄d facit. Nul
la indigentia dei filius premebat: ꝓ nobis ostē-
sus est vt lux/existēs in se inaccessibilis lux. Cor-
porea lux corpales tenebras fugat. Et christus
sp̄ūalis lux tetras mētes illuminat. Nec eo sen-
su dictus est lux/quo facies eius resplenduit si- Mat.17
cut sol: aut quia corpus eius posset glorificatio-
nis splendore vniuersa q̄ celi ambitu continent
melius q̄ȝ sol antiquus fulgoribus illustrare: sȝ
ꝓ eo q̄ sp̄ūales mentes illuminat. Proinde lux
veritatis est/in qua nihil nouit corpalis intui-
tus: etem̄ nec aspicere illam potest. In illa luce
amplissima veritatis omnia locū indicationis/
dissertionis/necnon ⁊ discretiōis habent. Om-
nia vident non aliter q̄ȝ sunt. Non prestat lux re-
bus id quod non habent: sed quod habent ostē-
dit: neq̄ colorat q̄ confusa in tenebrositate non
discernūtur: sed cuius sint coloris innotescere
facit. Efficit autem in oculis videntium vt vi-
deant/visa cognoscant: vt discernant ab interi-
ore iudice/relato ad ipsum ministerio intuentiū
oculoꝝ: inde nascat cognitio intima eorum que
absq̄ luce credebantur esse confusa. Hac ima-
gine lucis non mutat christus naturam virtu-
tum et vitioꝝ/beatitudinuȝ siue penaꝝ/angelo-
rū et hominū/saluatoꝝ ⁊ damnatoꝝ: sed videri
facit eoꝝ esse quod est: ⁊ q̄d habiturus sit talib⁹
sociandus: ⁊ q̄d fugiendum/q̄dve sit appeten-
dū humanoꝝ intellectibus aperit. Nō violētat
lux res aliter esse/neq̄ oculos hominū intueri:
sic neq̄ christus aliq̄d mutat/nisi q̄ lux est: ma-

gis sibi coaptãtibus se coaptat: ⁊ nõ tenebras
sed tenebrosum/scilicet sibi subterpositũ in oc-
culto sensu illumiat. Presens est omnibus lux
super quibus irradiat: sed multa insensibilia eiꝰ
ꝑsentiam non nouerunt: et homines siue bestie
quibus natura visum non prestitit/aut macula
qualicũqꝫ infecit. Ita lux christus/lux veritatis
frustra perstringit insensibilium oculos: atqꝫ il
lorum qui malicia ꝓpria mentis oculos cecaue
runt: nec vt illuminent/illuminatrici luci subdũ
tur. Ac per hoc quia lux est/sequamur illaz: imo
includamur in illa: remoueantur obices: prece-
det nos: subsequetur pergentes: illuminabit ad
dextram ⁊ ad sinistram/a summis celoruz vsqꝫ
ad inferna deorsum. Intendamus in illam: vi-
te directiua est inuestigantis intellectus: totum
docebit/quo plus velle scire supfluum est. Ilico
irradiabit in coetaneum suum: vt non hoc vel
illud/sed quod optimã animam facit/affectet ⁊
diligat. In operibus vero nõ exorbitabit ago-
nista legitimus/lucẽ illam irretrouerse secutus:
non ambulabit in tenebris ignorantie atqꝫ ini-
quitatum tetrarum/que huiuscemodi lucis pre-
sentia fugabũtur: sed aderit ꝓfecto possessio vi
talis luminis: quo vita nostra clarebit ⁊ splẽde-
bit eterne.

¶ De similitudine christi ad ostiũ: secundũ Joannẽ solũ. Ca. XXXVII

Gen. 3. Clausum fuit ostium paradisi: ⁊ ꝓtopla
stis culpa exigente inde pulsis/apposi
ta cherubica illa custodia/gladioqꝫ flã
mante: ne tam exulantiuz ꝙ ceteroꝝ potuisset es-
se accessus/nisi dño decernente. Que sic firma-
ta seratio superne vite repagulatum ostiuz irre-
more signabat/ nisi nouum ostiũ adderet: quod
ex sanctissimis radicibus iesse ꝓductum/ad fu-
gandum desperationem/spemqꝫ prerogandam
Jo. 10. clamat dicens: **Ego sum ostium ouium: per me si quis introierit/saluabitur.**
In omnibus edificiȷs construendis ⁊ in com-
ptis domificationibus ad habitandum constru
ctis/de ostiȷ dispositione prius contendit. Duo
nempe domicilia omnipotens ipse construxe-
rat. Unum in labore/alterum in requie: vnũ ad
agonem/alterum ad honorem: vnum in virtu-
te/alterum in beatitudine: vnum in gratia/alte-
rum in gloria: vnum in via/alterum in patria:
vnum est ecclesia/alterũ est superna patria: hoc
in mundo sub celo/alterum in empyreo celo. Et
his duobus domiciliȷs dumtaxat vnum ostium
fecit: vt neqꝫ in ecclesiam/nisi per eum possit es-
se ingressus: ⁊ ad supernam patriam nemini pa
teret accessus. Nã nemo christianus/nisi ꝑ chri-
stum: nemo saluus/nisi per iesum. Nullum sal-
uat quia iesus: nisi quia christus/anteꝙ aliquis
fuerit christianus: quia christus ostiuz est ad ec
clesiam: quia iesus ostium est ad gloriam sempi
ternam. In christum credendo/homo christia-
nus efficitur: ꝑ iesum credens/ad gloriaz intro-
fertur. Proinde si christus est ostiuz: ingressus
⁊ aditus aliȷ sunt latronum ad perditionem sim
plicium ouium. Qui etiam si possint aliũde fal-
se credendo in ecclesiam ingredi: nullis tamen
machinationibus in domicilium supernũ pote-
runt introferri: nam ꝙuis videatur ingressus in
ouile dominicum: non est christianus siue saluã
dus/si non intrat per ostium christum. Hãc ostiȷ
similitudinem saluator assumpsit cõtra scribas
⁊ phariseos: ne ouilis dominici se crederent es-
se pastores: cum ostiũ ad intrandũ vere sit chri-
stus: ꝑ quem credendo ipsi ꝓtinus intrare nole
bant. Intendebat autem contra futuros here-
ticos christianos/de christo minꝰ debita seu im
pia credituros: qui ꝑter christum vt est pie cre-
ditum/estimarent se posse aliũde in ouile domi
nicum introire: quod arrius fecit/qui diuinita-
tem sibi abstulit: ⁊ ꝙplures aliȷ qui de eius diui-
nitate non vera senserũt: ⁊ habuerũt interdum
non sine causa deo permittẽte pastoris officiũ:
sed fures fuerũt atqꝫ latrones/non ingressi per
ostium christum. Mactauerunt ⁊ perdiderunt:
quia christum non cognouerũt/nec eius ouicu-
las dilexerũt. Salui facti non sunt: quia qui osti
um non inueniũt ad ecclesiam/eis claudetur ad
vitam. Nam sicut per ostium intrat in domum
ab eo qui perperam agere non intendit: sed per
christum intratur in ecclesiam ab eo qui recte
agere cupit. Et sicut qui manifeste intrat/non
habet specimen furis: nec vnde furti crimine cõ
demnet: sic q̃ in ecclesiaz ꝑ ostiũ christũ intrat
non habens vnde damnetur/saluabitur. Ac per
hoc non solum contra illos qui aliude ingredi
ecclesiam tentant/christus dicatur ostium: sed
etiam ꝓ omnibus qui domum militantis eccle-
sie militaturi strenue intrare contendunt: vt in-
grediantur in illam patriam vbi beati esse pos-
sunt. Et vt facilior sit introitus/optima figura
precessit. Nam dum de fabricatione prime ra- Gen.
tis cum Noe dominus loqueretur dixit: Osti-
um ponens in latere deorsum. Arca siquidem il
la per omnia figurabat/si quis allegorizare sa-
ne cognouerit: in cuius latere deorsum positum
est ostium. Nullus in ecclesia humilior est chri-
sto. Nemo se tãtũ abiecit: nemo se tãtũ homini
bus coaptauit/vt omnino esset deorsum: vt fi-
des qua fideles salui fiunt/fit de his que fecit
omnino deorsum. Deorsum incarnatus est: de-
orsum hominibus natus est: deorsum cuz homi
nibus conuersatus est: deorsum degens super-
na docuit: ⁊ de agendis deorsum ꝓ supernis in
struxit: deorsum miracula fecit: deorsum humi-
liatus est vsqꝫ ad apostolicos pedes: deorsum
passus ⁊ mortuus ⁊ sepultus est: deorsum ad in-
ferna descendit. Protinus ostium fidei/ostium
ecclesie positum est deorsum in latere: scilicet vt
latus et spaciosus omnibus venientibus sit
ingressus. Et dominus apparuit abrae sedenti Ge.
in ostio tabernaculi. Prima domini apparitio
ex fide christi est. Sedentibus in ostio taberna-
culi deus apparet. Quiescentibus in christo per
fidem/qui ostium est ecclesie sempiterneqꝫ vite/
se omnipotens manifestat in ea fide que ꝑ verã

visionem reuelanda est. Et post ostium sara risit: quia post christum in fide susceptum sequetur risus: qui nunquam dolore miscebitur. Et ad ostium tabernaculi testimonii ad placandum deum oblatio iubebatur offerri. Ut suprafati sumus: ostium ecclesie christus est: in quo 7 ꝑ quem omnis oblatio in ecclesia fiat/ si placare cupimus quem horrendis peccatis offendimus. Nunquam melius/ immo nunquam aliter quam in christo placatur omnipotens deus. Et cum in illa peregrinatione deserti israelitici populi essent castra mouenda: prius ante ostium tabernaculi federis/ omnis multitudo populi tubis argenteis vocabatur. Tabernaculum federis etiam ipsa ecclesia est: in qua federa sunt virtutum preceptorum 7 sacramentorum: quibus nos cum deo/ deusque nobiscum federati sumus. Ante cuius ostium/ scilicet christum tubis argenteis/ id est apostolicis predicantibus viris: omnis fidelium multitudo congregata est: vt non moueantur ad alibi castrametandum/ non bellent/ non aliquid fiat: nisi prout ante christum ecclesie ostium fuerit ante preuisum. Non autem immerito christus ostium dicitur: si ostium ab eo quod aliquid ostendat/ esse censeatur. Per eum quidem supra sensum hominis multa ostensa sunt nobis: ea videlicet que sunt vite agende/ similiter 7 sperande.

De similitudine christi ad pastorem: secundum Joannem/ mattheum/ et marcum. Capitulum XXXVIII

Qui ouilis se ostium dixit/ 7 ouium se pronunciauit in veritate 7 bonitate perfecta esse pastorem: qui secundum proprietatem proprie modum melius quam per similitudinem dici posset. Sed quoniam rationales animas pascit in similitudine ouium: merito imaginem assumpsit ipse pastoris: dicens his qui aderant phariseis 7 aliis: Ego sum pastor bonus. Huius bonitatis veritatem ipse aperuit. Bonus autem pastor animam suam dat pro ouibus suis. Hoc solum sibi proprium primo fuit: nec simile in pastore aliquo vnquam fuit/ vt pro ouibus vitam exponeret: quamuis ad eas tuendas se committat sepe periculis preter intentionem mortis. Saluator autem pro ouibus suis morti se scienter obiecit/ promptequè suscepit. Et si aliqui pastores spirituales/ pro eis commissis gregibus se morti exposuerunt: quando hoc christus gessit/ non precesserat dum exemplum: pastorum autem ouium irrationabilium pro eis voluntarie mortem subesse neminem reperimus. Sed christus non bonus pastor/ quia animam pro ouibus dedit: sed quia bonus pro eis mortem sustinuit: 7 exposuit se lupis rapacibus/ vt rationales oues ab ipsorum erueret faucibus. Mercenarius autem: scilicet qui mercede conductus est 7 pastor verus non est: quia nec eius sunt oues proprie: videt lupum venientem/ et dimittit oues et fugit: et lupus rapit et dispergit oues. Sibi timet/ sibi cauet/ sibi luctatur: qui fugit veniente lupo. Mercenarius autem fugit: quia mercenarius est: 7 non pertinet ad eum de ouibus. Multifarie pastor mercenarius dicitur: honore/ fama/ re: que cum diligit/ rationales oniculas despicit. Et ad quem pertinet honor/ fama/ 7 quecunque temporalis commoditas: non pertinet de ouibus curare ne pereant. Adueniens lupus est quodcunque periculum possibile prohiberi/ quod potest rationales oues offendere: quod signatur in lupo/ qui ouibus maxime fit infestus: a quo rapiuntur oues ad vitia seu in predam eternam: aut disperguntur ne teneant vnitatem catholicam et charitatem fraternam. Etiam pastor bonus cognoscit oues suas/ cognosciturque ab eis: vtrunque agit bonitate pastoris/ vt cognoscat 7 cognoscatur. Hunc eundem quem legimus bonum/ alibi audiuimus esse percussum: velut alii euangeliste commemorant: Percutiam pastorem: et dispergentur oues gregis. Mat.26
In zacharie prophetia hoc precesserat: 7 Zacha.13
similitudo in veritate decurrit: 7 quamobrem christus dixerit/ rei effectu patuit. Nam sicut pastore percusso grex dispergitur: quia non est qui reuocet: non est qui sciat incitare canes: non resonat cithara pastoralis: sic percusso christo/ apostoli sunt dispersi: sicque veritate facti per vmbram futuri mysterii/ primus ouium pastor Abel iustus Gen.4
occisus est: non solum damno sui corporis/ sed etiam in dispersionem sui gregis: cui non erat heres qui dispersas oues iterum congregaret. Sic nisi christus surrexisset a mortuis/ discipulorum discursio in peiora cessisset. Quoniam bonus: adeamus eum/ cognoscamus eum/ amemus eum/ sequamur eum. Nec illa bonitate bonus est qua perfecit vnum bonum/ aut plura bona: sed illa qua omnia bona potest/ nouit/ diligit/ aut agit. Pastor bonus non habens ab eterno quos pasceret: cum voluit creauit ipse quos pascendo reficeret: intellectuales substantias quas pascit solum intellectualibus alimentis/ inexhaustibili copia sui: qua ineffabiliter replentur et delectantur/ semper eodem modo manente desyderio se pascendi: quo pastu intolerabili superbia plurimi caruerunt: pluriores vero eterne illo delectati sine intercisione fruuntur. Ineffabilis est omnino illa pastura: quam preterire silentio dignius iudicaui: ad quam conueniunt qui carne viuentes/ virtute proficientes sequuntur in valle mundi huius eterne vite pastorem. Concessit pastor bonus nondum homo factus/ primis parenti- Gen.2
bus in deliciarum loco pastum vite in ligno vno: in ceteris vero dedit licentiam comedendi: sed dissuasit pastum illius arboris/ in qua bonum subiectionis 7 obiectionis 7 obedientie commendauit. Qui vero reprobi sunt/ auidius delectantur vetito quam concesso. Pauit celesti manna quadraginta annis populum in deserto. Pauit super naturam quadraginta diebus cibo inuisibili/ nullo corruptibili refectis corporibus moysen 7 heliam: vnum accepturum legem dei/ alterum pergentem ad montem dei. Pauit Danielem seruum suum in lacu leonum: Dan.14
mittens abacuk prophetam de terra iudeorum in terram chaldeorum. Pascit naturalibus alimoniis cunctarum

ptilia/volatilia pennata/bestias deserti/pecora cāpi/hoīes ⁊ mulieres:⁊ oīa in q̄bus est spūs vite. Pascit infideles siℓr ⁊ fideles/subiectos atq̄ rebelles:⁊ neminē excludit ab alimento alimonie naturalis. Pascit secretiori alimēto eos q̄ fide sibi ⁊ dilectiōe copulant. Et supnaturalez eis tradidit pastū:ipsoq̄ȝ sibi gratificauit in pastu/scȝ sui corpis quod sumendū suis fidelibus dereliq̄t:⁊ pastū verbi sui statuit his dūtaxat q̄ hominē interiorē nutrire curauerūt. Precessit
Gen.vlti. hūc pastorē in benignitate ioseph:q̄ fratrib⁹ timētib⁹ suorum scelerum vltionē post patnā mortē dixit: Nolite timere:ego pascā vos ⁊ puulos vestros. Certo psagio ad christuz illa benignitas ferebat:q̄ etiā offensas nostras indulget:⁊ post ipsas penitētibus nobis annonā vtriusq̄ hoīs ministrare nō desinit:pascens virtute puectos siℓr ⁊ in virtutibus puulos. Lōge ante de hoc pastore orando ad dn̄m moyses pphetauit. Inq̄t
Nūe.27 em̄:Prouideat dn̄s deus spirituuz omnis carnis hominē qui sit sup multitudinē hāc:⁊ possit exire ⁊ intrare ante eos:⁊ educere illos vel introducere:ne sit populus dn̄i sicut oues absq̄ pastore. Cui statim de iosue substituendo a dn̄o dictū est/quod pphetice tendebat in christum:in cui⁹ figura Josue mādato dn̄i substitut⁹ moysi re ⁊ noīs interptatiōe pcessit. Sub quo lupus et agnus pascunt simul:cū in mūdo mali ⁊ boni/nocētes ⁊ innocētes ab ipso nutriunt:⁊ in ecclesia vtriq̄ sub pastu spūalis alimonie tolerātur. De quo post omnia gesta eius Petrus edocu-
1.Pe.2 it:Nūc pversi estis ad pastorē ⁊ episcopū animarū vestrarum. Vere pastor qui nisi fastiditos pascere non desistit:⁊ episcopus supintendens negocijs vestris:vt psummato mūdi mysterio pascat suos electos in sublimissimis locis. Sed pastorem ⁊ episcopū animarum/nō corporum esse Petrus ostēdit. Nam q̄uis omnipotēs corpa omniū viuentiū pascat/tā volatiliū q̄ terrestriū/siℓr ⁊ natatiliū/ taz hoim q̄ bestiarum:q̄q̄ etiā sit resuscitaturus corpa omniū hominū:alia siquidē ad supernā beatitudinē pfruendā:alia in locis gehēnalibus mancipāda:attamē in hac vita mortali soluz animabus supintendit:vt alat in grā/vt pascat in celesti doctrina/vt pseruet a peccatis etiā sepe corpibus in penis ⁊ cruciatibus derelictis. Parum est q̄d in corpibus eueniat:aut in his q̄ corruptibilia sunt:qm̄ corpa quoquo modo pcedant/ad tempus ab anima sunt soluenda. Necessitas facta est vt omnino moriant:sed quid cure quō resoluant? Nihil deo de corpib⁹ deperit:aīabus oportet intēdere ne peccatis labant:q̄ nunq̄ eximunt si ad tartarea loca sub sathanica potestate descēdūt:sic em̄ de aīabus immutabilis dei iusticia diffiniuit. Ac p hoc christus potius pastor ⁊ episcopus dicit animarū q̄ corporum:qm̄ ad similitudinē dei atq̄ imaginē in anima/nō in corpe fact⁹ est. Nō poterat esse similitudo in corpe substantie omnino incorporee. Hoc em̄ exemplo studeant q̄ volūt esse pastores:vt curā animarum/nō corporum in suis oib⁹ prius intendant:quō curent a vitijs:qualiter caueant a pctis:qualiter intendāt virtutib⁹:qualiter bonis moribus assuescant.

¶ De similitudine christi ad granuz: secundum Joannē tantū. Ca. XXXIX

Ut hoīes allicerent ad ea que supra naturā sunt:vt exercerent illa morib⁹ que vite agende sunt:⁊ sperarēt indubitāter q̄ in beatifica pmittunt:⁊ velut p gradus statuerent accessus:exēpla multa in natura sūt posita:ipseq̄ saluator eorum que naturaliter agūtur similitudinē in seipso suscepit: cuz responderet gentibus in templo ipsum videre cupientibus. Nisi granū frumenti cadēs in terrā mortuū fuerit:ipsum solum manet. Si aūt mortuū fuerit:fructū multuz affert. De seipso christus dn̄s loquebat/grano mortificando se cōparans:quod in terra satū/nō prestat fructū nisi moriat. Rei experientia in his qui agriculturā nouerunt/plus scientie ministrat q̄ verborum dissertio. Nam granū in terra satū/nisi humore terre mollescat:⁊ quodāmodo a sua spissitudine resoluat:⁊ a sua soliditate omnino distemperet/soluz manet:nulla facta in ipso alteratione aut corruptione/vt aliud generet. Et q̄uis corrūpi aut generari quodāmodo permedia fieri videant:tamē in omnibus causis corruptio ipsa precedit: vt ⁊ vnū nō possit nisi altero pcedēte:alterum vero possit esse sine reliquo subsequente. Nam ordine solito nature seruato/nil generatur nisi precedat corruptio:corrumpuntur vero multa/nec sequitur generatio:sic granum non generat nisi corrumpatur:interdum non generat/⁊ corrumpitur. Eadem imagine christus satus erat in terra/scilicet in vtero virginali:non semine hominis/sed semine spiritussancti. Et inde virginaliter eductus terram incolebat atq̄ calcabat:q̄ nisi fuisset morte interemptus/fructū multiplicationis fidelium ⁊ redemptionis eorum nō attulisset in se vt nat⁹ erat existens:q̄uis potuisset absq̄ morte omnē fructū multiplicationis ⁊ redemptiōis afferre:sed ideo aliter noluit/quoniā sic afferre ab eterno preuidit. Quid igit si sic pnisum erat fructū multū puenire p mortē/si sol⁹ ipse mansisset? Protin⁹ fruct⁹ nō fuisset secut⁹/q̄ erat aduenire pnisus. Potior aūt oīno est in oib⁹ his declarādis ipsi⁹ snīa saluatoris:q̄ sic apte asseruit: Nisi granū frumenti cadens in terram mortuū fuerit/multum fructum affert. Granū crescēdo grandescit:⁊ inde nomen accepit. Et q̄uis conueniat omni semini; distinxit tamen a ceteris cum dixit/granum frumenti. Pro eo autem dicitur frumentum/q̄ precipuum sit ad fruendū:⁊ inter cetera semina amplior et substantifico sapore dulcescat. Granum frumenti dumtaxat antiqua electione cibus fact⁹ est hoim:alia vero semina hominū ⁊ iumentorum. Granū frumēti ⁊ nō aliud granū christus elegit/vnde panis cēt ex quo suū corpus ipse conficeret: vt quod cib⁹ erat corporum/ etiam cibus fieret animarum.

et rebus in vsu hominū solitis/diuinitate ꝯiūcta hoīes sacramētaliter fruerent: nec esset horrendū si corpus sumeret in pane/seu panis trāssubstantiatus in corpe. Longa igit quadā cōueniētia vsus ne fieret horrescentia: panē grani frumenti ad suū coaptauit corpus/vt esset apta decentia. Qui velut in terra satus/⁊ crescens conuersatus/ꝑ oīa humiliatus/in cruce mortuus/ac deinceps ⁊ post multū fructū attulit. Nā mortuus attulit vite fructū: ⁊ exemit ab inferis qui granū hoc figurauerant ⁊ ꝑdixerant nasciturū. Resurgēs ex mortuis/fructū numerosiorē fecit. Nā celū sine mora in inferis aperuit. Judeorū in pte fuit celebrata cōuersio: ⁊ gentiū plurima fidei adhesio subsecuta. De quorū numero erāt qbus sic respōsum est qn iesum videre tentabāt: vt nō sit cognitio vera iesu/nisi ꝑ meritū mortis eius: nec plena visio ipsius dūtaxat/nisi credere ꝙ potuit ⁊ voluit mori: potuit atqꝫ voluit cū integritate resurgere. Retorquet etiam hoc ad agendā vitā: vt nisi volūtas hoīs mundo moriat/fructū ꝓ eternis afferre nō pōt. Sibi quisqꝫ viuens/mortuus christo est: sibi mortuus/christo viuit: in quo oīa pōt: sine quo nihil agere bñ potest. Quō qs potest fructū ꝓducere sine christo/cū ipse sit vita? Quō pōt esse cum christo vita/nisi sibi ⁊ mūdo moriat in hac vita? Verūtamē nō corpis mors hic hoībus indicit: ꝙuis de morte corpis christus in seipso loqretur: sed de morte infidelitatis ac volūtatis/que seruit desyderijs carnis. Hinc ꝓ seipso dicebat apls: Mihi mūdus crucifixus est: ⁊ ego mūdo. Et q christi sunt/carnē suā crucifixerūt cū vitijs ⁊ ꝯcupiscētijs. Omnis hō granū ē in terra cadens: in qua nisi moriat/fructū germinare non pōt. Si aūt morimur legi carnis: si a nobis ista mortalia abdicamus: si nolumus cū mūdo deflorato aut caduco florere: fructū plurimū afferimus: vt eo plus qsqꝫ afferat/quo a se plura recidit: quo se magis legi christi humiliter subdidit: quo se magis despexit: quo se vita indignū peramplius estimauit.

De similitudine secundi aduētus christi ad fulgur: secundū mattheum et lucam. Capitulum XL

Non est delitescere claritatis: neqꝫ lux diffusibilis qrit occultū. In luce tenebre non decipiūt: etem̄ fugant ab illa. Quod non sperate dicit actionis/quod subito agit/quod sup̄na virtute fit: ꝙꝙ vt multi astruūt in ethere ordine naturali/aduersus quod inferior deficit omnis obex. Difficile/imo impossibile impedit quod expedit in omniū venire noticiā: est etiā a latebris alienū. Quā ob causam ne de christi aduētu secūdo sub electis possit ꝓuenire deceptio: ipse iterū vēturus semetipsum (Mat. 24 Luc. 17) fulguri cōparauit dicēs: **Sicut enī fulgur erit ab oriēte et paret vsqꝫ in occidentē: ita erit aduētus filij hominis.** Nec improprie christus/qui nunꝙ aliqd impertinens dixit aut fecit/fulguris similitudinē sumpsit excūtis ab oriente: vnde aurora/deinde solare lumē in isto hemispherio nascit: qm̄ ipse ꝑ fidem venit in nos/que lumen est animaꝝ. Subito irradiat fulgur: sꝫ ocyus christus illuminat. Improuise fulgurat: ⁊ cū christus adueniet/nemo ꝓsentiet. Permodicū durat actio fulguris: ⁊ ilico expediet iudicātis aduētus: qui ꝙuis sit improuisus/attamen eius actio innotescit: sic ⁊ christi actiōes pie scrutantibus ⁊ credentibus note fiunt: modi aūt a noticia mortaliū sunt remoti. Nemo ꝓhibere posset impetum fulguris: ⁊ ad christi manifestū aduentū nullus est obex/ꝓter ꝙ ad inuisibilē in animas hominū: cui sepe obstat deprauata volūtas: nō potestate sua/sed illam reprobante diuina iusticia: vt nec ad eam christi ꝑ gratiam fiat aduentus. Fulgur exit ab oriente: christus exit a patre verbū: ⁊ paret in occidente: quia in occiduo mūdo cōuersatus est. Exit ab oriente: quia oriens est nomen eius: paret in occidēte ad iudiciū peccatoꝝ. Exit ab oriente luce splendidissima fulgens: paret in occidente/vt oībus mūdi plagis eius aduentus refulgeat. Etem̄ partes collaterales lucē eius ꝓsentiēt/vt ipsum aduenisse vbiqꝫ clarescat: ne inualeat illa deceptio qua diceret: hic est aut illic/in penetralibus aut in deserto. Proinde ſm Lucam dicit: **Nam sicut fulgur coruscans de sub celo/in ea que sub celo sunt fulget: ita erit filius hominis in die sua.** Veniet iterū de sub celo iuste iudicaturus: qui sub celo perperam extitit iudicatus. Fulgur coruscans sub celo/fulget in his que substant celo. Igitur eius aduentus ꝙꝙ improuisus/tamē adesse erit omnibus notus: vt qui in ꝓmo aduētu quodāmodo venit obscurus/in secundo veniat ex omni parte coruscus. Sed quoniam in fulgure splendor ⁊ terror: sic in christi secundo aduentu erit splendor pro noticia/⁊ terror ꝓ cōtumacia: splēdor ad electos/terror ad reprobos sit ex eo.

De reassumpta similitudine suijpsius ad cadauer/et electorū ad aquilas: secundum Mattheum et Lucam. Capitulum XLI

Quoniam vnigenitus dei filius voluntarie corpus assumpsit: ⁊ omnia que ad nostram spectant salutem/gessit in corpore: in quo dumtaxat mortuus est ⁊ resurrexit ⁊ in corpe celos ad patrem/a quo diuisione non discesserat/regrediens penetrauit: ⁊ in corpore visibili mundum iudicaturus adueniet: idcirco cadaueris similitudinem de seipso posuit: quia cadendo per mortem/per vitam nos stare fecit. Et quia sic nequiter iudicatus est vsqꝫ ꝙ moriendo caderet: sic cadaueris illius memoria iuste iudicationis in omnibus ratio erit. Et per illud cadauer quod in cruce sic cecidit/in sepulchro sic latuit: erit iusta reproborum damnatio/pia saluatio electorū. Reproboꝝ siquidem: quia cadauer christi tanꝙ pecoris reprobauerūt: vñ reprobi dicti sunt/meritoqꝫ dānandi. Electorū

aũt: quia cadauer dilexerũt: ⁊ de altitudine intel
lectus ad hũc casũ: vt impie factus ẽ ab impijs
pie𝗊ꝫ toleratus a iusto/ velut aues alte volãtes
credẽdo hũilit descẽderũt. Quod qꝛ sicut est/ ita
crediderũt: sicut crediderũt/ ita dilexerũt atqꝫ imita-
ti sũt: i iudicio nõ ad cadauer/ sꝫ q̃si ad cadauer
ad ipm christũ glorificatũ diuina maiestate ful
gentẽ congregabunt electi. Inde ꝓtinus dicit:
Mat.24. Luce.17 Ubicũqꝫ fuerit corpus/ ibi cõgrega-
bũtur et aquile. Fulguris similitudo ꝓ re
probis ⁊ electis est posita: corpis ⁊ aquile tantũ
modo ꝓ electis fidelibus est adiecta. Qm̃ q̃ nõ
fuerũt cõgregati ꝑ vnitatẽ fidei ad cadauer sic
ꝓ hoĩbus passum: in iudicio nõ cõgregabũtur
ad christũ in sua potẽtia gloriosum. Sed cõgre
gabunt aquile illi fideles dũtaxat qui viuentes
in seculo in ꝓpria vel in aliorꝫ fide altitudinẽ mẽ
tis dimiserũt: vsqꝫ in terrã qua iacebat cadauer/
se animo transferẽtes: ⁊ odorati sunt hanc car-
nem/ ad illam veniẽtes ad escã: qm̃ caro sua ve-
re est cibus: ⁊ lambuerũt sanguinẽ eius/ qui ve-
rus est potus. Porro electi cuius sũt carne pa-
sti/ sanguine spũaliter satiati/ corpus in iudicio
recognoscent: ad ipsumqꝫ cõgregabunt/ quod
in terris positi dilexerũt: ꝑ quod saluati sibi gra-
tias referũt. Sed nec tm̃ ad eũ cõgregabuntur
sub celo/ vbi velut fulgur irradiat: sed in supna
patria/ vbi imꝑpetuũ regnat. Ultima similitu
do de cadauere fuit ⁊ de aquilis ꝓ electis/ non
parabola: qm̃ corpus christi ob hoc voluit esse
cadauer: vt aquile videlicet electi ad eũ in hac
vita cõgregati ꝑ fidẽ/ ꝯgregarent in patria per
infallibilẽ visionẽ: ⁊ hic est finis christi omniũ
corporaliũ actionũ: qui nec esset nisi corpus ex
cecidisset in cruce. Cõgregemur itaqꝫ ad cada-
uer: ⁊ de illius carne passa cõtemplatiue pasca-
mur: aspiciẽtes aquilino visu in autorẽ fidei/ cõ-
Hebr.12. summatorẽ iesum: q̃ ꝓposito sibi gaudio susti-
nuit crucẽ omni cõfusione cõtempta. Si aquile
intellectuales celi sumus: si renouari vt aquile
volumus: accedamus ad huius cadaueris escã.
Ecce alte pendet in ligno: sub celo passus est: in
terra defixus est stipes/ vbi esca diuini cadaue-
Ro.12 ris pendet. Nõ alta sapiamus: sed ꝯsentiamus
humilitati cadaueris. Nõ decerpamus carnem
eius dẽtibus: quia nec ad rem huiuscemodi in-
re: quod est blasphemiā irrogare. Sed omissis intelligētijs plurimis: ad duo q̄ hic vident̄ gravia revertamur. Dictū est spiritum blasphemie nō remitti: ⁊ contra spiritūsanctum dicere verbum / non remitti in hoc seculo / neqȝ in futuro. Blasphemiā adversus homines dimittamus: ⁊ iuxta verborum intentionē sequamur authorē. Non eñ eatenus in deū quatenus in homines blasphemia irrogatur: ꝙuis per similitudinem vnius possit ad cognitionem alterius ingredi. Blasphemia nomen est grecū: quod vna ꝓlatione latine multiplicia mala sonat: qua ꝑ negationem ⁊ affirmationē prout dominꝰ dabit / ipsam declarabo legentibꝰ: vt ex blasphemia hominū possimus advertere quid sit blasphemare dominū deum. Dicere homini: vah volare nō potes: ignem nō vales illesus cōtingere: siccis pedibus suꝑ aquā incedere: mobileȝ facere per contactū stabilem terre molem: nulla blasphemie iniuria irrogat̄. Nam huiusmodi actus et passiones impossibilitate nature se dividūt: ꝙvis plerūqȝ in talibus gratia fuerit supergressa naturaȝ. Quispiam adhuc dicet: Non videbis oculis clausis: ꝯiunctis labijs loqui nescis: aure obtusa nō audis: non olfacis emunctis naribus: nec discernis sapores abs gustu: stellas tāgere nescis: nec irretito īcedere pede: futura nō nosti: hoīm cogitatus ignoras: nec habes quod certū est denegasse naturam: neqȝ blasphemie aut alicuius iniurie habere fertur indiciū. Naȝ quod natura negat: potentia nō cōcedit: suppetit scientia nulla: nequit inficere ars invēta: nulla possunt blasphemie aut alicuiꝰ iniurie inferre convitia: si alteri ab altero per improperium proferant̄. Sed si que natura / potentia / sciētia / ars inventa cōcessit / a quoqȝ improperativo fastu removes: blasphemiā non modicā irrogas. Si per improperij viaȝ attribuis homini quod nullo iure sibi cōpetere potest: nullā dicis blasphemiam. Si removes ab eo quod sui est iuris / blasphemie intulisti notā: si tibi fecisti ꝓprium quod ꝓprie ꝓpriū erat alterius / blasphemasti. Blasphemia etēm esset ad hominē si ridere vellet equus: qui ⁊ blasphemaret̄ / si hynnire vellet capra. Rugitus leonis nō competit porco: nec grunnire leoni. Si tuā potentiā / nobilitatē / acuitatem animi tui alteri non ꝯcedis / aut que tue sunt possessionis ⁊ iuris: nō blasphemasti: sed si que tui sūt dedecoris atqȝ culpe / alteri tribuisti: proculdubio fecisti blasphemiā. Multa quidē ⁊ alia sunt que istā a christo damnatā declarāt: sed ipsaȝ epimonice brevi verbo diffiniā. Blasphemia est generalis illa iniuria: cū removetur per improperiū ab aliquo quod habet a natura potentia sive scientia / sive ab arte quesita. Blasphemia est removere ab hoīe quod sui est iuris. Blasphemia est tibi appropriare quod ꝓpriū est alterius: blasphemia alteri apponere tuā notam. Blasphemia est in contemptū atqȝ despectum alteriꝰ dicere aut facere quod certissimū est displicere: nec ad tuū cōmodū inflecti posse

quod dicit aut agitur. Blasphemia est cum de-
bita quisq; suo iusto creditori non soluit. Blas-
phemia est cum quis regẽ in sterquilinio/in tri
bunali seruum vellet videre sedentẽ. Blasphe-
mia est velle peruertere ordinẽ iusticie atq; mo-
rum. Blasphemia est cũ alicui dicimus malum
placere quod displicet: et bonũ displicere quod
placet. Blasphemia est inexceptuata iniuria/in
exceptuata malorum suspicio/inexceptuatũ op-
probrium. Ex his igitur compilatis quid sit deũ
blasphemare cognosce: vt quotiescũq; in vete
ri testamento aut nouo/blasphemie verbum oc
currat: ad has diffinitiões recurras: vt quid sit
deum et quenq̃ blasphemare cognoscas. Ac per
hoc luce clarius intelligenti patebit/sine blas-
phemia nullũ posse cõmitti peccatum: cũ blas-
phemia sit importũe facere quod displicet: aut
sine damno nõ facere opportune quod placet.
Sed quia blasphemia est malũ quod ore pfer-
tur/et cito meretur veniam: spiritus blasphemie
est quod corde credit atq; sentitur: qui nisi eiici-
atur/non recipit indulgẽtiam: et quãto difficili-
us est cor mutare q̃ corrigere verbũ: tanto dif-
ficilius spiritus blasphemie veniam consequit/
q̃ blasphemia que solo ore pfertur: idcirco de
blasphemia et spiritu blasphemie in deum/opor
tet longiore sermone disserere. Blasphematur
deus cum relinquitur in suis legibus et manda-
tis alia copulatiõe quesita. Improperat de dei
Esa.1. populo esaias: Dereliquerũt dominũ: sanctum
israel blasphemauerũt: alienati sunt retrorsuz.
Et cũ sua non custodimus eloquia/blasphema
Esa.5. mus. Quod idẽ ait: Abiecere legem domini ex-
excituũ: et eloquium sancti israel blasphemaue-
runt. Vituperant legem abiicientes: et deũ inse-
quitur maledictis/qui eius eloquiis nõ prestat
assensum. Naz quid aliud est blasphemare suũ
eloquium/nisi reprobare tanq̃ falsum aut defe-
ctuosum: ipsum nõ credere verũ aut virtuosuz:
aut ad seipsum existimare aduersum quod est in
nostra vtilitate prolatuz? Ad sui blasphemiam
sibi arrogabat omnipotẽs: cum cultus diuinus
idolis offerebat: atq; adiutorium et consilium ex
petebatur ab eis: quod solius dei erat concedere:
et sperabat ab eis quod in solo deo decebat spe-
rare: et omnis placitus rerũ euentus ab idolis
credebatur: quod qui romanas et gentiles histo
rias recolit/quod dicit non ignorat: quomodo
idolis omnia tribuebant. Proinde referebant
in thurificationib9 et sacrificiis simulachris gra-
Esa.52. tiarũ sedulas actiones. Quod per esaiam con-
ditor omnium deus inquerulat. Et iugiter tota
die nomen meũ blasphemat. Quod apostolus
ad romanos hoc idem repetens/cuz additione
Rom.2. quãtali clarius verbum fecit. Nomẽ enĩ dei per
vos blasphematur inter gentes. Que blasphe-
mia hoc insinuat: ꝙ dabatur idolis quod diuini
fuerat iuris. Quod si non idolatrico cultu agit
in christianis/pestifero tamẽ sepe more peragi-
tur: vt dominus et nomen eius culpabiliter blas
phemetur. Quod tunc fit cum sua visibilia et in-
uisibilia iura per fidez et credulitatẽ/per amorẽ
et actionem in aliquẽ diriuamus. Unde cũ chri
stus ignoraretur ꝙ esset deus: cum aliqua dixit
que solius erant dei/fuit appellatus blasphe-
mus. Dimisit peccata paralytico: et dictum est:
Hic blasphemat. Interrogatus est a caipha si
filius erat dei: responsione accepta/cũ scissione
vestium ipsum appellauit blasphemũ: quia so-
lum ab eis existimatus homo/videbat sibi ius
vsurpare diuinũ. Quod in quadã congressione
verborũ iudei expresserunt: cum excusare se vel-
lent/ꝙ nõ eũ querebãt lapidare de bono opere
sz de blasphemie spiritu/dicẽtes: De bono ope
non lapidamus te/sed de blasphemia: quia tu ho-
mo cũ sis/facis teipsum deũ. Acsi dicere velint:
Nulla maior blasphemia/q̃ hominẽ ex natura
humana velle habere diuinũ. Quo volendi ge
nere peccauit angelus: et criminatus est hõ pri-
mus: criminatus quicũq; similia imitatus. Que
esaie et apostoli verba si ad aliam intelligentiã
referantur: nomẽ eius blasphemari conspicitur
cũ in vanum nominat: et pro sterilibus verbis
et promissionib9 friuolis/et multotiens vitiosis
adhibetur in testem. Magis vero ista blasphe
mandi sententia colligit/cum sibi ab improbis
attribuitur quod nulla sibi potest lege assistere:
put qui crudelem/immisericordẽ/rerum impro
uisorem/gubernatorẽ iniustum/acceptorem per
sonarum/curam nõ gerere de creatis/stateratorem
rem bonorum et malorũ iniquum: plus inferre
pene q̃ culpe conueniat: non tantũ tribuere vir
tuti q̃tum expediat: spiritu blasphemo cogitãt
aut ore blasphemo loquũtur. Necnon creden-
tes nõ esse quod erat/inferebant blasphemias.
Nam in cruce pendẽs/a seipso derelictus in pe
nis: a latrone reprobo/a phariseis/a scribis/et
turbis est mordaciter blasphemat9: quia nõ crede
bant diuinũ quẽ sic aspiciebãt christum. Et dãna
bilior erat spiritus blasphemie qui erat i corde
q̃ verbum blasphemie platum ex ore: quod nõ
pferret nisi a corde emitteretur. Sententia enĩ
est saluatoris/ꝙ blasphemia cum aliis vitiis ex
corde pcedit. Et quoniã caput christus non est
pcisum a corpore suo/quod est ecclesia: proinde
si quis ecclesiam dei et authoritatẽ et virtutem et
sanctos eius spiritu blasphemo aut ore cõtige-
rit: blasphemie culpis/iusticie penis p rato de-
licti atq; pcti librامẽto equitatis diuine obno-
xius subiacebit. Igit q̃ legis/hec mala deuita.

Qui dixerit verbũ in spiritum san-ctum/nõ remittetur ei. Ca. XXIII

AD secundũ vero quod timore horren
do nostruz propulsat auditũ: concutit
cor: hebetat intellectũ: ꝙ inueniat ali-
quod nõ remitti peccatũ/quod dicitur in spiritũ
sanctũ: multa est diligentia p intelligentia insu
dandũ: sed verborum connexionẽ prius inspicia-
mus. Dicit ipse saluator: Qui autẽ dixerit
verbũ contra spiritũsanctũ/nõ remit
tetur ei/neq; in hoc seculo neq; in fu
turo. Quis loquẽdi modus: que loquẽdi [illegible]

tiorque locutionis necessitas: ad quid additio
ista/neqꝫ in futuro? Nam sonare videtur ꝙ pec
catū aliquid suscipere possit veniam in futuro.
Quod si est: quod est illud? Originale/aut veni
ale siue mortale? Si autem quod hic non susci
pit veniā/neqꝫ in futuro suscipiet: superflua est
ista negatio/neqꝫ ī futuro. Si peccatū aliquod
in futuro remissionē suscipiet/quam hic primo
nō susceperit: erūt ergo in futuro seculo sacra-
mēta: ergo iterū militabit que triumphare cre
dit ecclesia: ergo nō vnū erit iudiciū/ꝑsens scꝫ
et futurū: et quod hic nō suscipit/ alibi suscipi-
et. Ergo erit penitentia: erit ꝯtritio: erit cōfes-
sio: erit absolutio: erit satisfactio: erit aq̄ asper
sio: erit sacerdotis benedictio: erit oratio: erit
chrisma: erit iterū extrema vnctio: erit predica
tio: erit missarū celebratio: erit cōmunio: erūt
opera misericordie: erit tūsio pectoris: erit pe
regrinatio: erit iniuriarū remissio: erit pro ori-
ginali malo baptismus: quibus omnibꝰ in hoc
seculo peccatorū oīm genera relaxanᷓ: ⁊ remis-
sionem ſm religionē christianā suscipiūt: nec
ſm orthodoxam fidem aliter remitti possunt.
Uerum est ꝙ ista ī seculo futuro nō sunt: licet
peccata purgantur: sed purgatio futuri seculi
nō est remissio: quia nihil ibi purgaᷓ nisi quod
hic remittitur. Et multa hic remissa sunt dolo
re preeunte sacramentali mysterio: que per in-
terioris doloris abundantiā/ corporis actionē
et penā purgata nō sunt: nec futuri seculi pur-
gātibus addita flāmis. Et quod hic nō remit
titur: seu qui remissionē in hoc seculo sub isti-
us sancte matris ecclesie iusto et misericordi
iudicio anteꝙ moriatur/nō suscipit: ī futuro nō
tradetur flāme purganti: sed flamme crucianti
mancipabitur in eternū. Et qui hic ab origina
li malo flumine benedicto ī catholica fide/tri-
nitatis inuocato mysterio/aut sanguine fuso ꝓ
christo/aut flamine supinfuso nō abluitur: nec
in futuro seculo abluetur. Et si nō apponetur
gehennalibus flāmis/neqꝫ affligetur in penis:
visione tamē carebit dn̄i saluatoris. Sed hoc
tm̄ dico ꝓ paruulis non ablutis. Qui autē atti
gerunt ꝓuectiorē etatē ratiōis capacē/offendē
tes in lege nature/ī lege origi nalis iusticie/ seu
in moysaica et ꝓphetica lege: in aliqua triū ab
lutionū in ꝓpria fide abluti nō fuerint: sicqꝫ de
cesserint: vt pueri non videbunt deū: ⁊ vt malo
rū autores ſm magis et minꝰ/iusto dei libran
te iudicio habebunt asperū sensum. Iterum se
offert questio pre foribus non linquenda. Sūt
et venialia peccata: quorum omniū nō potest
esse memoria: in contritionē dearticulata non
veniunt: sacerdotibus nō panduntᷓ: que si non
in hoc seculo/in futuro remittunᷓ. Ego aūt au
dacter affirmo: ꝙ om̄e peccatū delectabiliter
cogitatū/et cui volūtas prestauit assensuꝫ/pro
latum aut factuꝫ/veniale siue mortale: de quo
ante mortē potest esse contritio: si nō dearticu-
late/saltem indistincte: et si potest tractari sa-
cramētale mysteriū/ et nō fit: nō ad remissionē

aut ad purgationē in alio seculo reseruaᷓ/ sed
ī eternā autorē detrudit penitus gehēnā. Naꝫ
impenitentiā venialis peccati dico esse morta-
le peccatū edificans ad gehennā. Sed hoc a
cordibus fideliū eximaᷓ: ꝙ si q̄s absqꝫ morta-
li existens peccato/q̄uis venialibus irretitus:
repēte aut subito nimia celeritate mortis iacu
lo feriretur ꝙ nullū contritionis esset spaciū/
nec confessionis remediū: ꝙ nec eternis affli-
geretur penis: et remissionē post mortē/ simili-
ter et purgationē/dei misericordia largiēte sus
ciperet. Quod si ad hunc articulū tm̄/illud ne-
qꝫ in futuro: quasi sit possibile in futuro pecca-
ta remitti: saluator noluerit declarare/penitus
ignoramus. Sed large tenentes peccatorū re-
missionis verā sententiā; adhuc verbum anne-
xum/scꝫ neqꝫ in futuro/in pendulo est: et ꝙ sal
uator sic dixerit/vere sic est. Nec quod dicitᷓ est
contra sententiā saluatoris/sed ad eliciendam
certitudinē veritatis. Sed iterū atqꝫ prius ad
connexionē verboꝝ/retrograda ꝯsyderatione
redeamꝰ. Ait em̄: [Quicūqꝫ dixerit ver
bū cōtra spm̄sctm̄/nō remitteᷓ ei.] Igiᷓ solū
verbū dictū non remitteᷓ: igitur nec ⁊ factum.
Maius est malū facere ꝙ̄ dicere: aut maius di
cere ꝙ̄ facere: aut dicere nō remitteᷓ ⁊ facere re
mitteᷓ: an si nō remittetur dicere/⁊ multo ma-
ius facere. Titubat hic animꝰ/ꝙ ista sententia
sonat: quā ꝑ occultas venas discutiētes ītroi-
bimꝰ duce ducēte in serenū atqꝫ planū eiꝰ. Qui
cūqꝫ dixerit verbū cōtra spm̄ sanctū/ diabolus
est aut mēbrū eius. Sed habet mēbra ⁊ mēbra
mala/⁊ peiora/⁊ pessima. Optat diabolus ho
minē ledere/insidiaturqꝫ omnibꝰ. Dux est ma
lorū: complices eius sequūtur ducē. Dixit in
corde diaboli membrū verbū contra spiritum
sanctū: verbū scꝫ immutabilis propositi ad le-
sionem inferendā. Dixit em̄ ī corde suo: nō mo
uebor a generatione in generationē sine ma-
lo. Obstinatus peccator immutabilem se dicit
ad maluꝫ: nec quiescit donec ledat quod odit.
Aut se de mūdo non credit exire/ nisi malū ꝑfi-
ciat quod ipse cōcepit. Rebellat hic sane gra-
tie mutatrici/qui se ī corde denegat ab ip̄a vel-
le mutari. Et mortis reprobat incertū euentū/
q̄ ante ipsā credit ꝑficere cogitatū. Dixit ⁊ ali-
us verbū in corde contra spiritūsanctū/ qui de
um immemorē in corde suo appellauit: ⁊ etiam
existimauit illius peccata in fine nolle punire/
cuius vitā impunitā sinit abire. Ait em̄ scriptu
ra: Dixit em̄ peccator in corde suo: oblitus est Psal. 9.
est deus: auertit faciem suam ne videat in finē.
Peccaui: non pertuli penam: oblitus est deus
preceptū ꝑterii: mansi absqꝫ tortura: oblitꝰ est
deus. Belial sum: oblitus est deꝰ. Ab initio cō-
fregi virtutis iugum: deo seruire contempsi-
oblitus est deus. Faciam ampliora/immo de-
teriora: erūt īpunita vt prima posteriora. Qua
re? Oblitus est deus: et auertit faciē suā/ noti-
ciam sapientie sue ne videat in finē: ne quod ī p̄
senti non vlciscitᷓ/nec etiā in finē vlciscetᷓ. Sed

adhuc nõ quiesceret dicere verbum contra spi
ritumsanctũ. Uide quid secut⁹ adiunxit: vt sub
interrogatione ac responsione ꝓpheta decla-
ret/ ꝓpter q̃d irritauit impi⁹ deũ. Respondit ꝛ
Psal.9. ipse: Dixit eñi in corde suo/ nõ requiret. Quid
nõ requiret? Bona vt premiat: nec mala vt pu
niat. Negat iste in corde suo premia iusta: ne-
gat penas atq̧ flagella derisoribus. Negat ꝑ-
cutientes malleos corporibus iniustorũ. Con-
tra spiritũsanctũ in corde suo verbuȝ dixit: qui
benignus est iustis: et iustus in iudicijs pecca-
torũ. Sȝ horũ vide improbationẽ ꝑ illud quod
sequit̃: Uides quoniã tu laborem ꝛ dolorẽ con
syderas/ vt tradas eos in manus tuas. Quod ꝛ
in Ecclesiastici sententia ex omĩ parte ꝯfirmat:
Ecci.16. Nõ dicas: a deo abscondar: et ex summo quis
memorabitur mei? In populo magno nõ ag-
noscar. Que est anima mea in tã immensa cre-
atura? Ecce celũ ꝛ celi celorũ/ abyssus ꝛ vniuer
sa terra/ ꝛ que in eis sunt/ in cõspectu illius cõ-
mouebũtur. Mõtes simul ꝛ colles ꝛ fundamẽ-
ta terre: cũ cõspexerit illa de⁹/ tremore cõcutiẽ-
tur. Et in omĩbus his insensatũ est cor: ꝛ omĩe
cor intelligit̃ ab illo. Qui etiã dicit verbũ ꝯtra
spm̃ sanctũ/ iniust⁹ est: q: spũssanctus iustus est.
Iniustus loq̃tur cõtra iustũ: q: iniust⁹ est: et ex
ipso quo cõtra iustũ loquitur/ fit iniustus: et si
ante fuisset iustus. Sed vbi dicit/ aut primo lo
Psal.35 quit̃ iniust⁹/ psalmista docet: Dixit iniust⁹ vt de
linquat in semetipso. Ubi dixit iniustus? cui di
xit? Nõ extra per verba sonãtia: nõ auri audi-
enti. Sed vbi dixit? In semetipso. Quid dixit
in semetipso? Ut delinquat: vt deuȝ deserat: vt
ipsum offendat: vt peccet: vt ledat: vt se prohi-
bitis nectat. Et quare? Quia non est timor dei
ante oculos eius. Timor dei donũ est spiritus-
sancti: contra quẽ iniust⁹ dixit in semetipso: sci
licet deliberauit in mente. Igit̃ erit istud dice-
re verbũ contra spiritũsanctũ irremissibiliter:
scȝ timore carere/ deliberate malum perficere.
Eccl.1 Quid ni? Dicit eñi scriptura: Qui sine timore
est/ nõ poterit iustificari. Qui eñi nõ iustificat̃/
nõ remittit̃ ei/ sed retinet̃ peccatũ. Sustine am
plius/ vt videas clarius: quid est verbum dice-
Psal.13. re irremissibiliter contra spiritũsanctũ. Dixit
insipiens in corde suo: non est deus. Ubi dixit
insipiẽs? In corde. Cui dixit? Nemini. Cui di-
xit qui in corde dixit? Cõtra quẽ dixit? Contra
deũ: quia dixit/ nõ est deus. Et nihil maius cõ
tra deũ/ q̃ esse negare deũ. Quis deus? Pater
et filius et spiritussanctus. Quia si nõ est pater
neq̧ deus filius/ neq̧ deus spiritussanctus. Si
non filius/ neq̧ pater et spiritussanctus. Si
nõ spiritussanctus/ neq̧ pater et filius. Relati
ua sunt eñi: et vnus sine alio esse non potest. Et
1.Jo.5. tamen non tres dij/ sed vnus est deus. Quod
ei remittet̃ peccatũ/ dicenti nõ esse deũ spiri-
tũsanctũ. Sed qui dicit verbũ contra spiritũ-
sanctũ/ dicit contra patrẽ et filiũ: quia sicut tri
nitatis opera sunt indiuisa: ita et facte offensi
ones ad ipsaȝ. Quare igitur magis inuebitur
contra verbũ in spiritũsanctũ/ q̃ contra verbũ
in patrem et filiũ? Questio est subtilissima hic
penitus nõ pandenda: sed intende quod cepi-
mus. Quis dixit? Insipiẽs. Quis insipiens?
Qui sapientia caret. Sapientia nobilius do-
nũ est spiritussancti. Ecce duo dona extrema
spiritussctĩ/ scȝ timor ꝛ sapientia: quib⁹ carẽtes
iniust⁹ ꝛ insipiẽs: nõ ore/ sed in corde cõtra spi
ritũsanctũ dicũt: quia iniqui in corde/ et corde
locuti sunt. Nã proculdubio maius malũ est in
corde de deo trino ꝛ vno/ et de incarnato ver-
bo atq̧ fide male sentire/ q̃ ore ꝓferre/ aut ope
re malũ facere. Et ali⁹ dixit in corde suo verbũ
cõtra spiritũsanctũ: quẽ ꝓpheta Esaias cõme-
memorat: Quõ cecidisti lucifer q̃ mane orieba
ris? Corruisti in terrã qui vulnerabas gentes:
qui dicebas in corde tuo: In celũ cõscendã: su
pra celũ exaltabo soliũ meũ: sedebo in mõte te
stamẽti in lateribus aq̃lonis: Ascendã sup alti
tudinẽ nubiũ: similis ero altissimo. Uide quõ
iste ꝑ omnia in corde verbũ dicebat contra spi
ritumsanctũ: vide quomodo in isto erat spiri-
tus blasphemie in spiritumsanctũ/ dicens ver
bũ contra ipsum. Quid dicebat in corde suo?
In celum conscendã. Celũ insinuat celata ꝛ al
ta mysteria scripture sacre: secretam superna-
liũ morũ scientiã: reuelatio quoruȝ spectat ad
spiritumsanctũ. Nam altissime sapientie/ intel
ligentie/ scientie dona in ipso sunt: ab ipso lar
giuntur: ab ipso ꝓcedunt: et vbi vult spirat: et
cui vult ꝛ quõ vult/ ꝛ quãdo vult. Ad hoc cela
tũ celũ nullus nisi ipso vocante cõscẽdit: null⁹
accepit nisi cui ipsa dedit: nulli dedit nisi qui se
humiliauit. Super humiliatos requiescit spi-
ritussanctus. Errat qui se credit per se sapere
diuina mysteria: sui acuitate intellectus intelli
gere sacre scripture secreta: supernaliũ moruȝ
sursum agentẽ ferentiuȝ sine spiritusancto ha-
bere peritiã/ scientiã atq̧ vitã. Ecce verbũ di-
ctũ cõtra spiritumsanctum in corde. Sed vide
quod sequit̃: Super astra celi exaltabo solium
meũ. Sed qui ꝓpria virtute se subleuat/ ꝓpria
defectione dejcit̃. Astra intelligibilis empy-
rei aut intellectual̃ celi/ angeli sũt: supra quos
quis ascendit? Celũ scriptura est: cui⁹ astra ful-
gentia sunt luminosissime veritates: quarũ do-
ctrinã solũ spiritussanctus habet inferre. De
quo saluator ait: Cũ autem venerit ille spiritus
veritatis/ docebit vos omnẽ veritatẽ. Astra ce
li sunt sancti fulgentes vita ꝛ doctrina p̃sentis
ecclesie. Ipsa etenim celũ dicitur. Super ista
quis ascendit? Conditor deus qui carne vela-
tus descendit. Bene igitur contra spiritũsan-
ctũ in corde suo protulit verbũ/ q̃ sup astra ista
exaltare voluit soliũ suũ. Solium sedes est re-
gum. Reges sedentes in solio solent iudicare
subacta: discernẽdi proferre iudicia. Sed quis
hominũ nouit in solio sue mentis iudicare de
substãtijs seꝑatis/ de spiritib⁹ almis/ de ꝟitati-
bus luminosis/ de sãctis ꝑfectis: nisi conditor
oĩm deus/ qui est spũssanctus? Quis igit̃ p̃su-

met exaltare iudicij soliũ/nisi temerari⁹ et men-
te superbus: qui in corde suo verbuz dicit con-
tra spiritũsanctũ? Cui⁹ sanctificatione sanctuz
est quicquid est sanctũ: et clarescit quicquid est
verũ. Uide sequentia verba contra spiritũsan-
ctum in corde prolata: Sedebo in monte te-
stamenti in laterib⁹ aquilonis. Sedere actus
est quietis. In monte testamenti. Quis mons
testamenti: nisi altitudo hereditatis diuine/ex
paterno testamento morte interueniente/ qua
confirmatur testamentũ/filius hereditatẽ sor-
tit. Quod hic tangit/magni est mysterij: pluri
mos ramos habet: breuitatis secure succidaz.
Oportet filiũ esse legitime natũ/ aut adoptiuũ
q̃ hereditatẽ assequi concupiscit. Nõ est filius
proprius neq̧ adoptiuus/qui verbũ dixerit cõ
tra spiritũsanctũ. Filius vnus est proprius cui
semp̱ fuit esse: quod preteritũ et futurũ sedit at
q̧ sedebit non habet. Boni autẽ ceteri per spi-
ritussancti gratiã sunt adoptiui. Sic em̃ dicit
Ro.8. Apostolus: Accepistis spiritũ adoptionis fili-
orũ dei: i quo clamamus/abba pater. Ipse em̃
spiritus testimoniũ reddit spiritui nostro/quia
sum⁹ filij dei. Si aũt filij/et heredes. Qui vero
per spiritũsanctũ adoptiui sunt: et altitudinez
adoptionis cognoscũt: modũ adoptionis cre-
dunt: magnificam bonitatem adoptantis ani
mo et moribus venerantur: volunt hereditatẽ
in monte testamenti /in altitudine bonorũ inef
fabilis: sed nõ in lateribus aquilonis: quia ab
aquilone pandet omne malũ: in cui⁹ lateribus
sedere contra spiritumsanctũ fator elegit. Ani
mat animus plura disserere contra in spiritũ-
sanctũ verbosum/quare ipsum remissio non se
quatur: quod electio sessionis in laterib⁹ aqui-
lonis satis aperte declarat. Latera aquilonis
tp̃alia bona significãt: que frigidã animã faci-
unt a charitate/in cordibus verorũ fideliũ dif
fusa p̱ spirtũsanctũ. A qua frigiditate omniuz
cõscientia teste p̱gredit om̃e malũ. Ait etiã sal-
Mat.16. uator: Quoniã supabũdauit iniquitas/refrige-
scit charitas multor. Nõ omniũ negauit cha
ritatem/sed multorũ: qui hic et in futuro pec-
catorũ remissionem nõ assequũtur: quorũ nu-
merus sicut et electorum soli deo est cognitus.
Sed si nobis damnatorũ incertus est nume-
rus: defectus qui nobis est ex fide vsq̧quo cer
tissimus/quis est. Frigiditas charitatis signa
ta in laterib⁹ frigidi aquilonis: a quo ſm Hie
remiam/pandetur omne malũ: septiforme sci-
licet cõtra septiforme spiritussancti donũ. Et
ecce verbũ irremissibile dictũ contra spiritum
sanctum: peniteat/doleat/ gemat/laboret/ agat
quod vult bonũ: remissionẽ nõ recipiet chari-
tate priuatus. Ipsa sola est que remissionẽ im-
petrat peccatorũ: cuius frigiditas generat om
ne maluz. Heu quid elegit sedere in lateribus
aquilonis? Quod malũ ẽ quod frigiditas ista
nõ faciat? Quod malũ est quod tẽporalitas et
tẽporalis claritas et mũdana serenitas nõ in-
ducat? Dicam audacius/quod cognosco clari
us: Nullũ. Ad quã credulitatẽ vide testimoniũ
scripturarũ. Salomõ dixit: Uẽt⁹ aq̃lo dissipãs Eccl.1
pluuias. Flatus malus qui ab aquilone pro-
cedit/imbrem sanctarũ ac celicarũ doctrinarũ
auertens. Charitatis em̃ frigiditas confundit
flãmantia verba: nec pluuiam suscipit celitus
missam/feruefactam ab igne diuino. Et vatici Esa.14.
nabatur Esaias/ dicens: Ab aquilone fumus
veniet: et nõ est qui effugiat agmen eius. Frigi
ditas charitatis et temporaliũ frigidus amor
generauit in hominibus superbie et vanitatis
fumũ: et fere nullus inuenit eius agmen eua-
dens. Ipsa rerũ experientia clamat/quant⁹ sit
in hominibus appetitus honoris ⁊ laudis/di
gnitatis et glorie: quanta in morib⁹ extollẽtia:
quant⁹ fast⁹ i vita: quot nouitates ĩ malũ: quot
vanitates in vetitũ: vt pauci reperiant qui ab
aquilonari fumo nõ inuoluant. Necnon aq̃lo
naris fum⁹ peruersuz dogma significat: quem
de puteo abyssali Joãnes in apocalypsi exire
cõspexit: a quo obscurat⁹ est sol/ scʒ intellectus
human⁹/⁊ sancte cõtemplatiõis aer. Qui fum⁹
generauit locustas/ distorte alas incedentes:
necnõ se subleuãtes p̱ temp⁹a terra in altitudi
nẽ virtutis: sed statim relabentes in ima: vnde
p̱modicũ fuerant q̃ndoq̧ subleuate/habentes
nefariã et defectiuã potestatẽ permittẽte deo
more scorpionũ inferre subdole lesionẽ per do
gmatis peruersi seminariũ conant: nullo valẽ
te prefugere/nisi qui signũ dei discretiuũ a ma
lis/in frontib⁹ mẽtis ⁊ corpis indelibiliter ha
buit impressũ. Sed sicut deficit fum⁹/peccato-
res deficient a facie summi dei. Ecce ab aq̃lo- Hiere.1.
ne omne malũ culpe: ab aq̃lone ventus cõfun-
dens domini bona. Ecce ab aquilone fum⁹ re-
ctos oculos rationis multimode ledens. Sed
iustũ est vt vnde culpa exorit/inde plectens pe
na oriat. Ille idem qui vidit ab aquilone om̃e
malũ pandi/vidit ollã diuine iusticie igne vin-
dicte succendi: sed facies eius erat a facie aq̃lo Hiere.1.
nis: vt inde feriat diuina iusticia quo processit
malicia. Et malũ punitiuũ idẽ vidit Hieremi-
as ab aq̃lone: vt malũ culpe malũ pene rescul-
pat. Iterũ autem dicit: Uox auditionis ecce ve Hiere.10.
nit: et cõmotio magna de terra aq̃lonis/ vt po
nat ciuitates iuda in solitudinẽ ⁊ habitaculum
draconum. Aquilo te duxit ad facin⁹: aquilo te
multabit vt commouearis: nec quiescas ali-
quando inquietus ad malum. Et desolent ani
me que nomine confessi sunt deũ/ negauerequ
factis. Et habitaculum fiant demoniorũ/ qui
angelorũ consortiũ prauis moribus atq̧ frigi
dis contempserũt. Sed nec semper erit fede-
ratio ferri et eris ab aquilone: nam necessario
dispergende sunt diuitie charitate carentiũ/ et
nõ calentiũ animarũ habitantiuz in lateribus
aquilonis. Igitur vide quantũ quale verbũ in
corde contra spiritumsanctũ dixerit/ qui sede-
re voluit in lateribus aq̃lonis/charitate se pri-
uans: que donum sanctispiritus est muneris.
Nec ergo mireris/si remissione hic et in futu-

ro nõ suscipit:magis attẽde q̇d sequenter adie
cit:Ascendã inquit sup altitudinẽ nubiũ: simi-
lis ero altissimo. Nubes predicatores a rebus
sublati sunt terrenis. De quib⁹ alio loco dicit
Psal.77 scriptura: Mãdabo nubib⁹ desup. ne pluãt su
per eam imbrẽ. Altitudo nubiũ sublimitas est
doctrine christifere: qnã quia simplicitate ver-
borũ /abiecto dictamine tegit: supgredi se cre-
dunt: ac etiã quia videntur intelligere litterã/
subiacere sibi putant occultam intelligentiaz.
Magis vero super altitudinẽ nubiũ attollun-
tur/qui sibijpsis nõ sanctis doctorib⁹ credunt
τ maiorẽ arbitrãtur habere intelligentiã inue-
stigatione doctrine/q̃ concedat gratie infusi-
one: et acquisitione studij/subtilitate ingenij/ar
te syllogizandi/inani peritia disputandi euidẽ-
tiora inuenire se credũt/q̃ virtute orationis et
inspirationis diuine concedat. Nubes fuerũt
apostoli et euangeliste: q̃ altitudinẽ scientie ha
buerũt atq̃ doctrine: sed multi heretici conati
sunt superascẽdere. Multi sapiẽtes naturales
se istis fecerũt superiores. Multi etiam docto
res appellati catholici nomine fuerunt: nescio
si in animo extiterũt: nouitate loquẽdi miscen
do cũ supernaturali theologia naturã: cũ scri-
ptura diuina philosophicã /historiaz et poe-
ticam/sibijpsis superuolitare sunt visi: et quod
est certũ/in dubiũ reuocãtes per vtrũ: et quod
est clarũ et lucidũ/inturbidũ et obscrum redi-
gentes per vtrũ: quod est sanũ/infirmũ facien
tes per vtrum: quod iustũ/ prudens/ modifica-
tũ/in contrariũ vertentes per vtrũ: quod bo-
nũ moribus et doctrina probatũ/ approbatum
comprobatũ a Christo/ad litẽ reuocantes per
vtrũ: quod est sanctitatis atq̃ virtutis/quasi nõ
sit contendentes per vtrũ: quod questione nõ
indiget/ad verborũ cõtrouersiã reuocauere p
vtrũ. Si filius dei necessario carnez assũpsit: si
de virgine absq̃ semine/incorrupta lege natu-
re cõcipi τ nasci potuit/volentes inuenire per
vtrũ. Si qua fecit/si decẽter fecit/ nitẽtes decla
rare p vtrũ. Si mãdata sacramẽta sunt neces-
saria: quõ sunt possibilia: ad quid expedientia:
quare tot et nõ plura/semp retractãtes p vtrũ
Fere omnẽ scripture punctũ cõmittentes ad
vtrũ. Quod humana ratione nunq̃ potuit aut
poterit inueniri/comprehendere satagentes p
vtrũ: simplices mentes fideliũ puertentes per
vtrũ. Et syllogistica forma vtentes/ vident ne
scire loqui nisi per vtrũ. Puram et simplicẽ et
necessariã scripture scientiã nõ habẽtes /addi-
tis syllogismis querũt apparere per vtrũ. Cũ
comprehendũtur a sanioribus et clarioribus:
scutũ syllogismũ/et peltam faciunt vtrum. Et
intantũ super altitudinem nubiũ se leuauerũt:
vt modũ loquendi prophetarũ Christi et apo-
stolorũ/et verorũ et sanctorũ doctorum corre-
xerint per syllogismos et tomos: quasi pul-
chrior et aptior sit modus loquendi philoso-
phicus et aristotelicus/syllogisticus et diale-
cticus/topicus et elenchicus/rhetoric⁹ atq̃ sa
tyricus: q̃ ille quem docuit/tenuit/edidit/τ per
pphetas sanctos/apostolos approbatos de-
derit pater et filius et spũssanctus: et intantuz
exorbitauerũt naturales hominũ mẽtes: vt su-
per altitudinẽ nubiũ se sustollãt/dicentes atq̃
credentes q̃ theologica nõ possunt apprehen
di: nisi ceco Aristotele duce/ et viam prebẽte or
bato platone/atq̃ ceteris preeũtibus philoso
phis: veris priuatis luminibus: solũ innitenti
bus baculis scientie naturalis: quasi velint as-
serere q̃ in docendo et discendo supuolitet sci
entia naturalis. De quibus scriptura dicit: Va Sa.
ni sunt omnes homines in quib⁹ nõ subest sci-
entia dei: et de his que vident bona/nõ potue
runt intelligere eũ qui est: neq̃ operibus atten
dentes agnouerũt quis esset artifex. Proinde
alia scriptura dicit: Credentes se esse sapiẽtes/ Ro.
stulti facti sunt. Sed bñdictus deus dñs q̇ illu
xit nobis: et posuit nubẽ ascensũ suũ: τ ascẽdit
sup cherubin atq̃ sedit: et nubes suscepit eũ in
celo: et in nubibus celi veniet: ad quas sola fi-
des humilis atq̃ simplex/oratio deuota/medi
tatio sancta appropinquabit humiliter/nõ sup
ascẽdet arrogãter: sup quarũ altitudinẽ credũt
ascendere/spirituisancto cõtumeliã facientes:
volẽtes aliter assimilari altissimo p superbiã q̃
deceat: nõ retinẽtes similitudinẽ suã/quã ab ipso
in creatione suscepimus: que reformata est in
nobis quando redempti sumus. Quõ igit qui
sic in corde verbum dicunt contra spiritũsan-
ctum/remissionem hic et in futuro recipiẽt pec
catorum: nisi humiliter sine curiositate subdã-
tur simplicitati vite et doctrine/que est in chri
sto iesu dño nostro semp.

Que sint peccata in spiritumsanctum. Capitulum XXIIII

Libet amodo ad p̃dicta finẽ apponere:
sed prius alio loquẽdi ordine quãtula
potero breuitate/in spm̃sanctũ aliqua
peccata subiungã. Qui spem venie sibi adimit
spirituisancto contumeliã facit: quia in ei⁹ vir-
tute omnia peccata laxantur hominibus: cui
maledicto se primo obligauit cain dicẽs: Ma
ior est iniq̃tas mea q̃ vt dei veniã merear. Et i
nouo testamẽto sibi iudas se simili pacto cõso-
ciat: q̇ penitentia ductus/ a desperatione deui-
ctus/laqueo se suspendit. Vult em̃ spiritussan-
ctus omnibus penitẽtibus misereri. Denegat
ergo misericordiã dei/qui desperatiõis iaculo
se ꝯfodit. Nimia presũptiõe sui duct⁹ diuinã iu
sticiã arguit. Vellet em̃ peccare ĩpune a seipso
decept⁹. Qui bona irremunerata/ et mala im-
punita fatetur/verbũ habet irremissibile con-
tra spiritũsanctũ: quia cui⁹ est indulgere suba-
ctis/presumptuosos in maluz nõ relinquit im-
punes. Expedit omino dolere peccantẽ: prima-
ta pũctiõe doloris/obstinatio dominat. Obsti
nat⁹ ad spiritũsanctũ hostilib⁹ demonib⁹ est tra
dend⁹. Preteritorũ malorũ et veterũ delicto-
rũ volens aboleri chirographũ/ad cautelã fu
turoruz expedit firmum fieri. Igit dispositus

ad futura seu ↄtingētia mala/ sp̄ussancti puri-
tatē et sanctimoniā vilefecit. Juste nāq3 ignis
eterni pabulū erit/ qui semper pastus est malo
Inexceptuate opoꝛtet veritati pꝛestare assen-
sum: victoꝛiosissima em̄ est: ⁊ semꝑ suos aduer-
sarios conterit. Qui animo atq3 verbo ipsam
et facto quā nouit impugnat: antiquo menda
ciequissime tradetur in sociū. Ad fratres et ꝓ-
ximos charitate cōiungi diuina iura pꝛecipiūt.
Inuidentia ꝑtinax hanc aboleuit virtutē: quā
qui possederit/ eius efficieẗ iusto iudicio colle-
ga: cui⁹ inuidia moꝛs intrauit in oꝛbem terra-
rū. Ad penitentiā nos expectat conditoꝛ et re-
demptoꝛ: ad quam sua benignitas teste Aplo/
omnes peccatoꝛes adducet. Sed coꝛ impeni-
tens spiritui sancto aduersatur benigno: cuius
thesaurizatoꝛ merito subdetur ei qui pꝛimū fu-
it aduersatus in celo. Quāuis autē omne pec-
catū moꝛtale cōtra spiritūsanctū insurgat: fa-
ctoꝛem etiā sua gratia pꝛiuat: ista vero que tan-
ta malicia cōmittūtur/ dicunẗ hic et in futuro
nō remitti. Quod verbū indiget declaratione
altioꝛi modo ꝙ̄ littera iacet. Nihil bonum ⁊ pi
um est impossibile apud deum: hoc credere ca
tholicū est: contrariū vero fugatur a fide. Nul
lum peccatum posse excedere diuinā bonitatē/
misericoꝛdiā ⁊ benignitatē/ certissimū est: ↄtra
riū vero a veritate mactaẗ. Nullū hominē q̄n-
tumcunq3 peccatoꝛez adultū ante moꝛtem/ aut
ante inherentem omnino insaniā: aut ante ar-
reptionē a demonibus: que quedam moꝛs est/
cū fieri ꝑmittit qui in sua dispositione nō falli-
tur: pꝛiuari libero arbitrio quo se pōt peruer-
tere: dei gratia pꝛesto stante penitētiā agere lu
ce clari⁹ patet. Cōtrariū vero recedit a luce/ ꝙ̄ i
experiētia est. Uñ igiẗ non sequitur remissio in
hoc seculo neq3 in futuro? Nō a deo: qꝛ nō vult
moꝛtē eternā peccatoꝛis: sed vt cōuertatur ⁊ in
eternū viuat: et vult omnes homines saluos fi
eri/ et ad agnitionē veritatis venire. Nō a cō-
misso peccato: superat em̄ christi passio quecū
Eze.18 q3 peccata. Et ꝑ Ezechielē omniū iniquitatuz
penitenti polliceẗ remissionem. Sed sequi pōt
a difficultate penitendi/ ꝓpter excessiuā a tali-
bus maliciā peccatoꝛū/ ⁊ indispositionē ad pe
nitendum: qua necessario in agente habēt ista
peccata causare. Rari enim sunt in memoꝛia
hoim quos scriptura cōmemoꝛat qui ad peni-
tētiā venerint/ remissionē acceperint hmōi pec
catoꝛes: quoꝛū peccata dicuntur irremissibilia
hic et in futuro. Ad istoꝛū verboꝛū clarā intel-
ligentiā: sc3 neq3 in hoc seculo neq3 in futuro:
cū3 additionibus et modo pꝛoferendi opoꝛtet
intendere: nam nō ad omnimodā impossibili-
tatē ꝑ hanc negationē/ sed ad difficultatez ista
reducēda sūt verba. Aut neq3 in hoc seculo re-
mittenẗ sine ↄtritiōe ꝓfunda ⁊ penitentia ma-
gna/ neq3 in futuro sine grauissima pena. Siue
neq3 in hoc seculo neq3 in futuro: ac si apte di-
cat: quod nō remittiẗ ꝑ̄ite penitētia i hoc secu
lo: multo mi⁹ remitteẗ in futuro. Seculuz nāq3 istud
est impetrāde misericoꝛdie: futurū vero distri-
buende iusticie. Etiā in hoc seculo anima i bo
nū et malū vertibilis est: in futuro vero immu
tabilis in bono aut in malo erit om̄ino volun-
tas. Pꝛoinde anima que se hic nō cōuertit ad
bonū/ neq3 in futuro seculo cōuerteẗ.

¶ Bonus homo de bono thesauro coꝛdis sui pꝛofert bona.

Capitulum XXV

Arbonizant plerūq3 plurimi causā que
rere peccatoꝛū: et antiqua est ista ho
minū questio: in nullo tempoꝛis cur-
su ab aliquo nisi vnimode nō soluenda: quam
ipse saluatoꝛ in subiectis verbis exoluit. Siqui
dem [ex fructu arboꝛ cognoscitur. Mat.12.
Pꝛogenies viperarū/ quomō potestis bona
loqui cū sitis mali? Ex abundantia em̄ coꝛdis
os loquitur. Bonus homo de thesauro suo ꝓ
fert bona: malus homo de thesauro suo ꝓfert
mala.] Similitudines apposite in suis ꝓpꝛie
tatibus nature/ peccatoꝛū et maloꝛū pꝛogres-
sum in sua veritate declarant. Et arboꝛ fructū
si habet/ vnde habet? Pꝛeter id quod videtur/
causā qua fructificat habet occultā: fructus in
arboꝛe ab occulta causa venit: ergo ex occulta
causa fructus/ ex fructu arboꝛ cognosciẗ i qua-
litate: similiter apud multos i specie. Arboꝛ est
homo: fructum bonū aut malū facit: virtutis
actum aut peccatum cōmittit: iudicabit veri-
tas. Bonū fecit/ ergo est bonus: malū fecit/ er-
go malus est. Judicasti arboꝛez ex fructu bo-
no vel malo: fructum vero ex quo iudicas? Si
ex arboꝛe: igitur erit idem iudicatū et iudicās/
effectus et causa/ opus et autoꝛ. Obmittam⁹
verboꝛū obuolutiones: nec similitudines dis-
cutiamus per singula. Cū bonus sit homo na
tura creatus: velut arboꝛ fructū pꝛoferens in
tempoꝛe suo: vnde facit malū: que causa mali?
Erit igitur quod bonū est causa mali? Maluz
factū a mala causa soꝛtitur effectū. Causa ma-
la rationalis arboꝛis est mala volūtas: que ex
tra seipsam nō habet causam: Quod cuz dixi-
mus de coꝛruptela peccati/ aliqualiter declara
uimus. Causa vero bona est voluntas bona: q̄
extra seipsam habet ecōtrario causā: sc3 deum
bonū creantē bona/ ⁊ assistentē gratiaz: ac per
hoc om̄is homo pꝛius bonus aut malus est in
volūtate ꝓpꝛia/ excepta bonitate naturarū: bo
nitas nāq3 naturarū semper manet: absq3 ꝙ ali
quid deducatur ad actū: deinde ex mala volū-
tate aut bona/ tanꝙ̄ ex causa operatur bonum
siue malū: ad quod alludunt quādoq3 senten-
tie supꝛadicte. Siquidem ex fructu arboꝛ cog-
nosciẗ. Ac si aperte dicaẗ: Si fructus bonus/
hō bonus: si malus/ homo malus. Cuius fru-
ctus voluntas est causa: ex qua homo diciẗ bo
nus vel malus: quod similitudo subiūcta de-
clarat: Pꝛogenies viperarū/ quomō potestis
bona loqui cū sitis mali? Quare? Quia ex abū
dantia coꝛdis os loquiẗ. Ex eo enim ꝙ cuiusq3
voluntas appetit/ loquitur/ querit/ et dicit/ et

operatur: et quod thesaurus nō habet/expēsor aut custos nō profert. Inde fit quod volūtas nō appetit/lingua ex affectu nō loquitur: et corpus per opera nō requirit: et quod volūtas appetit/lingua profert/et actio querit. Et hoc est quod salvator adiecit: **Bonus homo de thesauro suo profert bona: et malus homo de thesauro suo profert mala.** Etenim thesaurus et locus cōservationis eius est nostra voluntas: ex quo ad peragendā viam nostre perditionis atque salvationis exhauriūtur expēse. Igitur mutet volūtatē/opus mutare desyderās. Opere non mutato iusticia dei cadit perpendiculariter super eū: ut secundum quod est a sua causa productū/autorem eius puniat aut beatū faciat. Cōvertitur hoc in locutionibus catholice fidei atque scripture: etiam si dissentiant vanarum questionū aucupatores. Quod ex mala causa malus sequatur effectus: et ex malo effectu cause malicia iudicetur: salvatoris est ista sentētia: quia ex fructu arbor cognoscitur. Proinde si quempiam velis agnoscere ad imitandū sive cavendū/cōsydera exteriores effectus: interiores affectus nemo nisi deus pōt inspicere: sive cui de speciali dono gratie fuerit elargitum. Fructus vero exteriores quos nominamus sensuū actiones innumerabiles: sed impertinētes atque culpabiles ab pertinētibus atque inculpabilibus oportet secernere: sed nō inspicias hominū physionomiā: secundum quā superbi philosophi superbissime atque incaute innumeros iudicaverūt: nō deferētes divine gratie sive potētie/nec hominis libere volūtati: tantummodo in actionibus sensuū quē deprehēdere cupis/observa. Loquela interdū loquētis idioma insinuat: et raro fallit/preterquam in his qui aut longo tractu tēporis/aut nimia peritia linguā aliā velut originariam didicerūt/sicque loquūtur: sed impossibile fit ut interdū nō relabātur in illam. Equidē et ipsa verbulatio qualis quis fuerit/sepe pandit. Posuit enim custodiā ori suo/et ostiū bone circūstantie labijs suis/sibi per virtutē predominatus in corde: ut nihil indisciplinatū aut reprehēsibile dimittat a labijs. Et preter necessitatē nō faciet verbū: et ubi esse aut expedire poterit per silentiū/nō loquetur: ubi per pauca verba nō abūdabit per amplius. Coactus ad verba dominabitur ipsis per tēpus et modū/numerū atque pōdus. Quē videris de nūmis/de mulierū pulchritudine/pompatice/furibūde/accurate/arrogāter derisorie/emulatice sepe loquentē: in his ex intimis cognosce affectū. Quē videris visū figere in faciē feminarū: et leviū virorum vel puerorum spectacula et artiū novitates sedulo intuentē: his applicatū agnosce. Prestantē facile rumoribus et relationibus atque inutilibus narrationibus aurē/sine cūctatione levitatē in animo residere cognosce. Applicantē ad inutilia corpus/crede inutilē: ad vitia vero se iūgentē/indica penitus peccatorē. Difficiliter tamē disvelātur hominū simulationes et hypocritales figure: inascitē vero rarū vidi posse decipere. Semper

enim ad sikes se cōstringit affectus. Infallibiles penitus sunt suprapositе sententie salvatoris.

De verbo ocioso reddenda est ratio in die iudicij. Capitulū XXVI

Terret amplius nos salvator exacturus de nostris actibus rationem/ut caveamus a malo. Iustus exactor est deus et infallibilis perscrutator/ut nullus effugiat exactionē eius. Sempiterna quoque memoria eius retinet parva et magna: que nos oblivioni mādamus: ac etiā si vellemus/propter insitū defectum retinere nō possumus. Unde statim quia dixerat os ex abūdantia cordis loqui: ne invanū loquemur/nos terrendo adiecit: **Dico autem vobis: quia omne verbū ociosū quod locuti fuerint homines/reddēt rationē de eo in die iudicij.** Si de ocioso/quid de mendacio: quid de periurio: quid de falso testimonio: quid de blasphemia: quid de iniurioso verbo: quid de discordioso/aut de similibus malis lingue: que nō hic/sed alibi sunt tractanda? Quid voluit hic salvator innuere? An ne voluit per compationē loqui: ut si de minoribus ratio multo magis de maioribus exigetur? An omne malū lingue sub isto voluit itelligi: aut solū quod sic prolatū est/voluit precaveri? Sed verba sacre scripture a precedentibus sepe dependent et a sequentibus innotescunt. Quia supra per paradigmata dixerat voluntatem bonam aut malam/causam esse bonorum atque malorū. Verbū igitur ociosū velut malus fructus arborē condemnat in causa: et velut denarius falsus thesaurū in malis repositū indicat: quia malus malū profert de malo. Igitur verbū ociosū erit omnis locutio impertinēs: et omne malū dictū malam adesse voluntatē declarans: quia ex abūdantia cordis os loquitur. Sed proculdubio magis dixerim ex precedētibus verbis atque sequētibus sumendo sententiā/esse verbū ociosum verbū bonū/cui bona opera nō respondēt. Nā ociosum est verbū/quo quis se medicū innotescit/cui medicine peritia nō assistat: aut si assistit/operari desistit. Ociosū verbū est/quo quis se militem esse fatetur: sed nunquam militaribus actibus potuit aut scivit adesse. Ociosum verbū est/quo si quis artificē/aut alicuius misterij se fore insinuat: cuius operibus semper privata extitit manus: nec ad actū posset aut sciret applicare potētiā/quā verbo dicit habere. Nihilominus tamen verbū bonū est/quo si quis artificem alicuius ministerij se fore insinuat: quia bonā rē dicit: et bona est lingua: et bonū est cor in eorū natura atque substātia: sed eoipso verbū est ociosum/quo per opera nō firmatur. Ociosum est verbū quo quis se cōfitetur hebreū/si nō circūcidatur: aut nō moysaica servet. Permagis est ociosū verbū/quod nis proferat bonū: quo nos dicimus esse christianos: et christiani volumus appellari: christianitatem autē operibus nō firmamus/imo moribus improbamus. Et ociosa est locutio vocari quempiā dominum: et eius nō obsequi volūtati: quod sem

alij euãgelistã ad hec verba saluator adiunxit: Quid autẽ vocatis me domine dñe/ et nõ facitis que dico? Quasi dicat: Inutilis est in aliqua pfessione locutio: et verbũ est ociosum si opibus nõ firmat: dũ p mores et vitã oportear esse quod dicit. Ecce igit de quo reddamus rõnem cũ exacti fuerimus in die iudicij: fociose nos diximus esse christianos: et si operibus pbauimus aut improbauimus quod verbo pfessi sumus. Quã intelligentiã verba sequẽtia manifestant. Ex verbis enim tuis iustificaberis: et ex verbis tuis cõdemnaberis. Quis igit iustificat ex verbis/ stantibus opibus mortuis? quis damnabit ex verbis ociosis/p penitentiã correctis/ et stantib9 operibus viuis? Ista ergo sentẽtia sic nostris animis claret. Ex verbis tuis iustificaberis/ si christianã religionẽ iuratus debitis opibus approbasti: ex verbis tuis cõdemnaberis/ si ipsam pfessus corruptis morib9 improbasti: vt si es quod dixisti/suscipe gloriam: si nõ/accipe penã. Igit q legis/hec mala deuita:

Generatio praua et adultera qrit signum. Capitulũ XXVII

Sine intermissione verbor qdam saluator reprehẽdit: a quib9 oĩno precauere oportet fideles. His supradictis ex aduerso infidelitas curiosa cõsurgit: q p signa qrebat cõfirmari verba: q tanta veritate pollebant vt plus essent q oĩa: plus enim veritas q oĩa signa valet. Et in curiositate male sociati sunt nazareitis/qui miracula curiose a saluatore petebant. Nã quoniã videbat alte traditionis quod saluator ait: ex verbis tuis iustificaberis: tũc statim qdã de scribis et phariseis dixerunt: Magister volumus a te signum videre.

Mat. 12 Mar. 8 Lu. 11.

Ecce verbũ ociosum/de quo supra proximo fati sumus/vocare magistrũ: cuius doctrine non vt discipuli boni credũt: nam si crederẽt/ signa nõ peterent. Infidelibus/nõ fidelibus data signa noscunt: nec magistror est facere signa/ sed inferre doctrinã. Uide ergo q iniqui sua locutione se destruunt: cũ ore loquunt/quod facto cõfundunt: sed eos saluator respondendo declarat/quanta in eis animo dominet iniqtas. Et magna oportet cõsyderatiõe insistere circa verba/p que saluator visus est aliquos improbare. Respondens nãq dicẽs: Generatio mala et adultera signũ querit et c. Dis generatio sua natura et suo noie bona est: quid est quod additũ est/mala et adultera? Ex volũtate mala nature bone adiungit/quod a domino reprobat. Quid ẽ ergo generatio mala: siue vnde generatio mala: aut in quo mala? Nam generatio qua quis ab alio generat/ vt ex vno multi generent dici solet: que put generatio est/neq peccatũ/neq mala dici debet: qr donũ dei ẽ per seminariã virtutẽ collatũ ipsi humano generi. Que si p matrimonij legẽ fiat sine libidine: aut adiuncto libidinis malo: aut p aliam libidinem extra matrimonij legẽ/generatio mala non est: quia bonũ nature est. Nam malũ libidinis non turpat bonũ generationis: sicut bonũ generationis nõ honestat malum libidinis. Et sicut bona generatio malũ libidinis nõ põt auferre: sic malũ libidinis generationẽ bonã nõ põt maculare: sed nec de hmõi generatiõe saluator eloqtur. Sz etiã generatio solet dici quecũq hoĩm cõgregatio: q in vno genere viuẽdi cõueniũt/ velut si ab vno patre habuissent exortũ: q si bonis morib9 fulget/ bona: si malis turpata ta bet/ mala vocat: quo loquendi genere illam iudeorum generationẽ appellabat malã: qr malis et perditis moribus corrupta erat: et pter idolatriam in quã sepe ceciderat (sicut fere oẽs pphete fuerunt plocuti) adultera meruerat appellari. Sed ptermissis iudeis/ qbus tunc dñs et saluator loquebat: et etiam nũc ex euangelio posset intẽdi aduersus nepharios christianorum mores ista duo verba retorqueri libet: ex dictis veteris testamenti p similitudinẽ sumentes initiũ: que ad huc nõ sunt sopita/ nec dormiunt: sed prout clamauere atq plata sũt aduersus pfidos iudeos/ nunc in spũ aduersus malos christianos magis inclamitẽt. Audi legislatorẽ iudeor differentem vnde sit generatio mala: qr fidẽ fregerant fideli et iniqtatẽ reddebant iniqtate carenti: iniusticiam iusto/ et obliquitatẽ recto. Deus inqt fidelis et absq vlla iniqtate/iust9 et rectus: peccauerunt ei et nõ filij eius i sordib9. Generatio praua atq puersa/ heccine reddis dño populus stulte et insipiẽs? Fidelis est de9 nobis in oĩbus pmissis eius: nã et Dauid dicit: Fidelis dñs in oĩb9 verbis suis. A fideli nõ expedit p infidelitatẽ auerti. Utrũ fideli deo pmissam seruem9 in baptismate fidẽ/ et in alior pticipatiõe sacramentorũ: oẽs q christiani sumus/ nosmetipsos interrogemus: et respondebit nobis cõscientia nostra qnta infidelitate turpemur. Infidelitas est cũ licitum et honestũ atq vtile nõ seruare promissum quã si discutere vellem p singula/ tẽpus potius deficeret q materia. Nullã iniqtatẽ ad nos operatus est deus: nequit enim et nescit/ et non vult: est enim absq vlla iniqtate. Psalmista p simile clamat: Quoniã rectus dñs deus noster: et non est iniqtas in eo. Tota vero iniqtas dicit ledere innocentẽ: et bonũ facienti semp rependere malum. Quẽ vnq lesit omnipotens? Quid nobis debuit et nõ fecit? Immo in nullo nobis existẽs noxius/ nulla debiti lege ligatus: ineffabili sua largitate bonor suor voluit esset dator/ pmissionibus debitor/ pietate redẽptor/ et vltimo glorificator in superis. Et nos ex aduerso per iniquitatem montem male atq inique recompensationis ascendimus. Et iustus est dñs qui iusticiam dilexit: cui nos iniusticiam fecimus: auferentes nosmetipsos a seruitio sancto suo: ad quod omnis iusticia nos obligat. Iniusticiã facit/qui omnibus non reddit debita iura. Iniusticia damnabilis ẽ/se suo denegare factori. Rectus est/qui obliquari nõ potest: rectus/ q nullos nouit anfractus: rectus/qui recte iudicat: re

Deu. 32 Psal. 144 Psal. 91

ctus/qui vtitur ponderibus iustis. Igitꝛ rectus
Ps.24 est deꝰ. Quod psalmista canit: Dulcis ⁊ rectus
dñs: ꝓpter hoc legē dabit delinquētibus ī via.
Et cū sua rectitudinis linea vult oēs incedere:
a q̄ obliquamur mēte corrupta ⁊ moribꝰ depra-
uatis. Sed q̇s multitudinē infidelitatū/iniq̄ta-
tū/iniusticiaꝝ/obliquitatū: quas falsi christiani
velut aquā intrepide bibunt/calculare p̄sumet?
Obrigerent digiti: resoluerentꝛ masculi: ad scri-
bendū ꝟo careret potētia manus. Sed qui fece
rūt hec? Qui dño peccauerūt: q̇ nō sunt filij eiꝰ/
priuari ꝑ nihilo pendūt hereditate eius. Sed
nitidi sunt filij eius: q̇ ꝟo ei peccant/sunt in sor-
dibus. Ideo dicit: peccauere ei q̇ non filij eius.
Ubi peccauerūt? In sordibꝰ peccatoꝝ: in sor-
dibꝰ tēporalium reꝝ. Sordes em̄ sunt tp̄alia re
spectu celestiū. Et sordes hierusalem declamat
Tren.1 Hieremias esse in pedibꝰ eius/dicens: Sordes
eius in pedibus eiꝰ. Sordes in pedibꝰ/tēpora-
lia in affectibus. Nā in eternis ⁊ ꝑ eternis dño
nō peccatꝛ: sed ꝑ his quoꝝ breuis est mora ⁊ vi
cinus semꝑ est finis. Sed quis sordeat quantū
Apoc.17 vult ſm sententiā ioānis in apocalypsi: tēpus est
breue ⁊ finis vicinior. Et ex his dixit moyses:
Deu.32. Generatio praua atq̧ peruersa: heccine reddis
dño populus stulte ⁊ insipiēs? Generatio ē pra-
ua/q̄ suis cōsuetudinibus indurata corrigi ne-
quit: magis ꝟo nō vult. Peruersa ꝟo q̄ rectis
itineribꝰ nō incedit: imo q̄ oīa recte ꝑuertit. Nā
prauus est incorrigibilis/indisciplinabilis/in-
Hiere.17. suasibilis/indoctrinabilis diuinis theorijs atq̧
actionibꝰ: solū firmatus in placitis. Et hoc est
quod Hieremias dicebat: Prauū est cor hoīs
⁊ corpus: nō oculus/nō lingua/nō manꝰ/aut ce
cās est: ⁊ filij mēdaces/filij nolentes audire legē.
Qui dicūt vidētibus/nolite videre: ⁊ aspiciētib⁹
nolite aspicere nobis q̄ recta sunt. Loqmini no
bis placentia: videte nobis errores. Auferte a
me semitā: declinate a me viaꝫ: cesset a facie no-
stra sanctus israel. Silr ⁊ Amos: Odio habue Amos.5
rūt in porta corripientē: ⁊ loquentē pfecte abo-
minati sunt. Hec igit herodias mali hui⁹ verita
tē ꝑ alijs typū tenet: que ioanni arguta nō acq-
escebat: nec herodē acqescere ipsa sinebat: cui
ex odio ꝓcurauit necē/iā a diabolo in aio pne-
cata. Sed ad crimen accrescit herodis iuramē
tū incautū/⁊ ꝓuidentia nulla ꝓuisum. Iuramē
ti vero adimpletio/ad crimina plus augmētat.
Sed hic questio animū pulsat: si obligat incau-
ta iuratio: ⁊ si omne ꝓmissuꝫ detinet ad effectū.
Cui questioni ꝓut inspirat deus/breuiter respō
deo: ꝙ ois iuratio cōtra veritatē/cōtra iusticiā/
contra charitatē/contra honestatē/cōtra publi
cos bonos mores/cōtra mandata dei nō tenet:
nec vt obseruet astringit: nec obligat quod pro-
mittit si rumpit quod iubet: nec obligat priua-
tum si destruit publicū bonum. Nec inepta iu-
ratio illaqueat vbi confundit decor publice ac
debite honestatis: nec sibimet homo tenet ad
fidem. Et ꝓculdubio nemini seruanda est fides
vbi virtuti diuine ac christiane fidei derogat.
Nec expedit fieri per iuramentum ab aliqua vir
tute recessum: magis deo ꝙ sibi/virtutib⁹ ꝙ ho-
minibus/diuinis legib⁹ ꝙ verbis incaute ꝓla-
tis seruanda ē fides. Nec fides incaute aut im-
prouise aut ironice aut inaniter ꝓmissa posteri-
or/pori ⁊ diuine sancte atqꝫ iuste aufert puilegiū
firmitatis. Et vbi charitas conflictū recipit/se-
ipsam ꝓmissio destruit. Et ꝑ quam regit queqꝫ
ciuitas: ⁊ assidēte ipsa in entibus/entia suos ter-
minos non excedūt: ⁊ inferiora supioribus ordi
nant: ⁊ creatura deo in suscepto esse supponit: q̄
vocatur iusticia: cum silet in aperto aut in occul
to clamat iniquitas: non erit quodlibet firmum
ꝓmissum/si priuilegium iusticie in alicuo abra-
datur. Et vbi veritas confundit/ꝓmissio annul
latur: quia veritas non destruit veritatē/sed ve-
ritati falsitas aduersat. Et vbi submittitur atqꝫ
cōfundit veritas: quod iurat aut ꝓmittitur/in-
dubitanter est falsitas. Agat taliter iurās peni-
tentiā de stulta cordis deliberatione aut verbi
emissione: ad exequendū vero se obligari nō cre
dat. Remissius sane fuisset herodi nō interfecis
se ioannem ꝙ obseruare ꝓmissionē. Nam ꝙ iu-
rauit fuit ꝑ liberū volūtatis arbitriū: ꝙ interfe-
cit fuit contra diuinum pceptum. Nec eū excu-
sat regal'autoritas/aut ptās ab impatorib⁹ col-
lata romāis: si quod nō debuit fecit. Nec alios

mūdi pncipes τ rectores a crimine defendit au
toritas ppria/siue ab alijs supioribus irrogata:
si quod nō debēt/faciūt. Nā mūdi huius impa-
tores/reges τ pncipes/iudices τ rectores/ordi-
narij aut legati/electi aut vocati: eoipso aliquid
possunt quo de iure possunt. Iura vero hūana
impatorꝝ τ regū/puinciaꝝ τ ciuitatū τ quorūcū-
qꝫ ipsa condentiū/eoipso iura nō sunt quo a di-
uinis legibus τ iuribus reprobanť. Neqꝫ sibi-
met derelictus est ad regimē mūdus: cui psidet
in suis legibus eius conditor deus: τ si tacet/nō
semp tacebit. Et si nō mala fieri violēter phibet:
certuꝫ est φ in posterū puniet. Igiť mala si qua
ab hoībus arcbotibus fiūt: nō credanť fieri p le
gis diuine regulā/sed p deprauate arbitriū vo-
lūtatis. Nec potētia rōnabiliter dici pōt/si ope
rať p quod damnari pōt: īmo tpalis vocať infir
mitas/ad quā sequať eterna penalitas. Perma
xime igiť caueant mūdi reges atqꝫ rectores: ne
autoritate ppria cū herode pessimo interficiāt
aut ledāt quomodolibet innocētes: quoꝝ causaꝫ
Ro.13. assumpsit deus/τ p eius vltor est dn̄s. Et quia
oīs potestas a dn̄o deo est. Intantū est/inqͣtuꝫ
sub suis legibus se tueť/iudicat τ opať. Habes
igiť malū conuiuiū: habes incestū: habes salti-
ciū: habes animū incorrectū: habes iuramen-
tū incautū: habes homicidiū ī ista popina. Er-
go q̄ legis/ hec mala deuita.

¶ De modica fide. Capitulū. XXXV

Siquidē in massam peccati ingrediť: cū
in fide de dn̄o quomodolibet dubitať.
Naꝫ pastor ecclesie Petrus nocturnis
tempibus cū alijs cōplicibus marinos vertices
naue sulcans ppedita cōtrarietate vētoꝝ: vidit
ambulanteꝫ dn̄m supra mare/ marino nauigio
nō vtentē: quē credēs esse fantasma: simul cum
alijs timore pterritus exclamauit. Sed vox dn̄i
cōtra timorē ad dandā securitatē τ seipsum de-
Mat.14 clarandū insonuit dicēs: Habete fiduciaꝫ:
Mar.6 ego sum: nolite timere. Ad cuius sonum
Petrus parumper confidens: petiuit signū su-
pra naturam/si dominus esset querēs: Domi
ne si tu es: iube me ad te venire super
aquas. Cui ait dominus: Ueni. Et de
scendens de naui/pergebat ad domi-
num super aquas. Et concussus a validis
ventis τ in corde diffisus/corpore mergi cepit.
Quem statim dominus arguit dicens: Mo-
dice fidei quare dubitasti? Merito in fi-
de dubius est a domino arguendus. Sed omis-
sis que in allegoria sententia declamet: que in
moribus arguat aduertamus. Si dominus cō
didit: si fouet: si redemit: si omnipotens: si sapi-
ens et bonus amator noster est: quare in peri-
culis positi dubitamus? Quare si pbamur aut
tentamur/diffidimus: cùm meminē deus in ani
ma τ corpe ad pericula supra id quod sustinere
pōt exponat? Qui de deo in aliquo dubitat: aut
ipsum estimat impotentem: aut insipienteꝫ/aut
crudelem esse consyderat: aut amorem quem ad
nos infallibiliter habet/nō credit: aut dormiē-
tem cogitat super nos oculum insopitū: aut mē
dacem facit eū qui nos custodire disposuit: at-
qꝫ in sua ineffabili veritate spopondit. Igitur
nō caret peccato: sed nescio quanto/qui titubat
de dn̄o in periculis: quod ex eo colligiť qꝛ a dn̄o
reprehenditur. Nihil enim nisi quod ad vitiuꝫ
pertinet/dn̄s reprehendit. Similem sentētiam
alio expressit in loco: quando ipm dormientem
in naui discipuli sui videntes se a fluctibus su-
perari/excitauerunt dicentes: Salua nos/ Mat.
perimus. Quibus statim respondit Mar.
Quid timidi estis modice fidei? Ual- Luc.
de igitur absonū est christifideles de sua prote-
ctione dubitare: nec aliter esse potest φ subiace
re peccato. Non enim placet deo tremula no-
stra fides.

¶ De malis cogitationibus. Capitulū XXXVI

Ad peiorem diffidentiā ascribuntur τ
cōstituunť eoipso pamplius peccato-
res: quo christū non credunt posse aut
nolle peccata dimittere. Quod in curatiōe pa-
ralytici deus declarauit: cum ante curationem
ei peccata dimisit/dicens: Confide fili: re- Mat.
mittūtur tibi peccata tua. Quod dictuꝫ Mar.
cū sibi a scribis τ phariseis ad blasphemiam as- Luc.
scriberetur: prenoscens eoꝝ cogitationes ma-
las/dixit: Ut quid cogitatis mala ī cor
dibus vestris? Per potentiā qua expulit in
firmitatē a corpore/ostendit authoritatē quā ha
bebat in peccatoꝝ remissiōe. Nephas ergo pes
simū est/dubitare christum nolle aut non posse
peccata dimittere: τ pter assumptam humani
tatem diuine derogare potentie: cui proprium
est velle τ posse misereri. Similiter cum marie
magdalene ppria potestate/liberali pietate/pia
voluntate peccata remitteret: admiratio τ diffi
dentia coram assistentium ppulsauit. Et credebāt
christum blasphemare: quē solū hominē existi-
mabant: quia nulli hominū cōpetit alijs pecca
ta dimittere: sed deitatē in christo esse non cre
debant: cui ppriū est pctā laxare.

¶ Non lotis manibus manducare nō coinquinat hominē: vbi octo vi- tia iudeorum exprobrat cōminando. Capitulum XXXVII

De peccatoꝝ numero prefignanť cōdi-
tores aut quōlibet factores legum/tra
ditionū/ꝯstitutionum/statutoꝝ ꝯtra le
gē dei. Quod saluator noster tūc disseruit/ cū a
scribis τ phariseis argutionē sustinuit. Nēpe
accesserūt ad eū scribe et pharisei di- Mat.
cētes: Quare discipli tui trāsgrediū- Mar.
tur traditiōes seniorū? Nō enī lauāt
manus quando panem manducant:
Jesus autem respondens ait illis:
Quare vos transgredimini manda-
tum dei pter traditiones vestras?
Que christi responsio multiplicat intellectum
ad inqͥrendū q̄d sit/τ φ graue sit hoc peccatum.
Luce clarius oībus fiat/τ reipublice mores ha-

bẽt: ⁊ legẽ stabilẽ esse nõ posse positã ab hoībus
si a supioribꝰ autoritate aut iure mutari potest.
Nec iure lex dici debet. Supior vero rõne/auto
ritate/virtute/sapia/ↄsuetudine oībꝰ deꝰ est: sub
quo volũtarie vel inuite curuant oẽs q̃ regũt vł
regere cupiũt orbẽ: quoꝝ leges velut tele arane-
arꝰ sunt/si diuinis legibꝰ aduersant: vt artiꝰ strin
gam/imo si nõ obsequunt. Dedit sane mã data
omnipotẽs: q̃bus hũane nature sua irrephẽsibi
lis volũtas ꝑ affirmationẽ ⁊ negationẽ innotu-
it. Per affirmationẽ: vt declararet suũ placitũ
ꝓpter vtile nostrũ. Per negationẽ vero: vt ꝓhi
beret suũ displicitũ/ne admissum faceret nostrũ
dãnũ. Et p̃ceptũ huiꝰ posuit: ⁊ sine dãno delin-
quẽtis nõ p̃teribit. Et tanta sunt autoritate fir-
mata: vt ab eo tpe quo data sunt/ nullas excepti
ones penitus susceperũt: vt oĩno dãnent q̃ ↄtẽ-
pserũt/si ꝑ p̃actã penitentiã liberati nõ sũt. Nã
ipsos iudeos q̃bus diuinoꝝ p̃ceptoꝝ in siniaco
mõte p̃mũ est facta collatio: nõ ꝓpter ꝑegrinati
onẽ/nõ ꝓpter bella/nõ ꝓpter dispsionẽ: quã me
rito sepe sustinuerũt/⁊ sustinent: ab ipsoꝝ obser-
uatiõe fecit exemptos. Nec ipsos gẽtiles q̃ non
audierũt neq̃ receperũt: cũ tñ scirẽt q̃ data fu-
erũt: ab obseruantia fecit liberos: q̃ si nõ serua-
rẽt/vellet esse dãnatos. Et decẽ digito dei scpta
receperũt christiani: a q̃bus ⁊ cũ euãgelicis nul
la exceptiõe sunt liberi. Nã diuina p̃cepta q̃bus
nobis iussit ⁊ nobis sua facta est nota voluntas:
nõ impatores/nõ reges/nõ p̃ncipes/nõ quoscũ
q̃ pceres ⁊ magnates/nõ spũales p̃latos/nõ sa
piẽtes/nõ fortes/nõ debiles ⁊ infirmos/nõ rusti
cos/nõ vrbanos/nõ mulieres/nõ aliquos viros
exceptuant: dũmodo non sint rõnis expꝑtes/⁊ ad
ea intelligẽda capaces: nõ locus ex situ/non ex
aeris intẽperie ↄturbatus/nõ desertus/nõ ame
nus/nõ interminata pena/ nõ tolerata nõ ꝑse-
cutio/non fames: nõ q̃cũ q̃ tribulatio quã pos-
set ꝑsuadere diabolus/excogitare homo/inueni
re iniquꝰ/aut inferre cuilibet quomodolibet mũ
dus: a diuinis mandatis facere ꝓñt exortẽ. Nec
mos firmatus/nec cõsuetudo ãtiqua/neq̃ vsus
longeuus ↄtemptorẽ aut p̃uaricatorẽ excusabũt
celestiũ ⁊ insolubiliũ p̃ceptoꝝ: multo magis dã-
nabunt qui contra diuina p̃cepta leges ↄficiũt.
Contra quos saluator videt intendere cũ dicit:
Mat.15 Quare vos transgredimini mandata dei ꝓpter
traditiões vestras? Et hoc potissime intẽdamus
non differẽtes q̃d fecerint iudei: sed ostendentes
mala q̃ faciũt/aut a q̃bus cauere debeant chri-
stiani. Dicam igit: Est mandatũ dei: ⁊ est tradi-
tio hominũ. Prefert traditio hominũ manda-
tis dei? Minime. Nulla ratio docet. Est lex dei
⁊ est lex hominũ. Seruabit lex hominũ lege di-
uina contẽpta? Nequaq̃. Nulla iusticia suadet.
Leges hominũ sunt iniq̃: q̃ oĩs homo mẽdax:
⁊ non est q̃ faciat bonũ: non est vsq̃ ad vnũ. Et
ꝑ Esaiam maledictioni eterne subdunt iniqua-
rũ legũ conditores. Ve q̃ condunt leges iniq̃s.
Si inique non sunt: nõ hominũ mendaciũ/sed
dei verissimi sunt: q̃ omne bonũ ab ipso habet

exordium. Condidit impator legem q̃ dei derõ
gat mandata: pctm̃ maius fecit/q̃ si mandatum
cui ꝑ suam derogat legem/ipse in ꝑsona ꝓpria
contẽpsisset. Nam nulla maior mandati p̃uari-
catio/q̃ aduersus ipsum firmare decretũ. Con-
diderũt reges: condiderũt mũdi principes: con
diderũt mũdi sapientes ⁊ seniores ꝑ volũtatis
libito leges: quarũ obseruatione dei p̃termittũ-
tur mandata. Sed eoipso damnabiliores sunt:
quo ad p̃uaricandum summi dñi legẽ condide-
rũt leges. Et iura diuina ⁊ humana ⁊ ipsũ in re-
gimẽ reipublice docet: q̃ q̃ vult a minoribus su-
is suas leges seruari/ꝑ integrũ debet ⁊ ip̃e man
data seruare maioꝝ. Nam quotquot sunt in mũ
do p̃cellentes/velint nolint altissimo subiacent.
Et q̃uis ex ipso peccato parentũ hominum de-
prauata ꝓgenie inter se sint hoĩes serui et dñi/
p̃lati ⁊ subditi: respiciendo diuinũ impiũ omnes
sumus equaliter serui. Nec est in conspectu dei
dñoꝝ ⁊ seruoꝝ diuersa conditio: nisi q̃ dñi maio
ri seruituti astringunt/cũ de subiectis populis
cogent reddere rationẽ. Et coꝝ leges eo neq̃o-
res sunt: quo diuinis legibus aduersant. Sꝫ ve Esa.30
qui telas legum ordiunt: non ꝑ voluntateꝫ dei:
sed consuetudinẽ/firmatũ morẽ/longeuũ vsum
allegantes reprobant. Quia nulla consuetudo
antiqua/mos firmatus/longeuus vsus p̃scribe-
re potest antiquissime veritati ⁊ eterne rationi.
Et quotiens ingrediunt in campum certami-
nis: conflictum suscipiũt ab acie triumphali ve-
ritatis ⁊ rationis? Ve igit qui confidũt in lege
male consuetudinis/damnati q̃uis firmati mo
ris/ vsus longeui tempis. Ve qui confidũt in le
ge male agentis multitudinis. Nam intantum
sunt grauiora peccata ⁊ ad remouendum diffi-
ciliora: inq̃tum talibus legibus se ipsoꝝ tuent
autores. Et eo magis radicat peccatum: quo se
stipat factor multitudine delinquentiũ. Et au-
dacter dixerim maius pctm̃/legem facere de fu
rando aut fenerãdo: q̃ sit simpliciter contra di
uina mandata rape aliena. Non ad iudiciũ peni
tentie adducet/quod ꝑ legem credit licitũ. Naꝫ
in hoc stat iudeoꝝ certa damnatio: quo christũ
morti tradentes ad penitentiam non venerunt:
q̃ nulluꝫ pctm̃ habere se credũt aut crediderũt:
dum zelum legis sup eum infixerunt dicentes:
Nos legẽ habemus: ⁊ s̃m legẽ debet mori: quia Jo.19
filium dei se fecit. Vide igit q̃ sit horrendũ ma-
lum sub p̃textu legis opari pctm̃: cũ iudei se pec
cauisse non credant: quia ꝑ iusticiam legis inter
fecerũt christum. Et lex quam allegabant iusta
erat/sancta erat/a deo vero ⁊ viuo ꝑ moysen da
ta erat: sed ꝑ ipsos iudeos male itellecta/peius
interp̃tata fuerat. Argumentum igit sit nobis
si ꝑ bone legis zelum tantum factum est scelus
q̃ occisus est christus: q̃d fiet ꝑ leges iniquas:
dum altitudo regiminis/virtus consuetudinis/
robor firmati moris/vsus lõgeui tempis/deflu-
xio multitudinis eas roborat atq̃ firmat: necnõ
ostendit ⁊ licitas. Certe semp offenderet in om-
ni loco ⁊ tempe christus: q̃ sub zelo bone legis ꝑ

nobis semel est mortuꝰ. Quot ciuitates/quot so-
cietates/quot ꝯgregatiões/q̄ta hoiuz multitu-
do his legibꝰ innũera mala cõmittãt: impossibi-
litas disserere nõ ꝑmittit: magis vero non expe-
dit. Nec tñ ex his q̃ dicta sunt derogat legibus/
ꝯsuetudinibꝰ/vsibꝰ/moribꝰ q̄tũcũqꝫ antiq̃s aut
nouis diuie legi ꝯformibꝰ/aut detrahit: qꝛ eoip-
so bone sunt/quo legibꝰ diuinis alludunt. Sed
plerũqꝫ sub q̃dã boni specie traditiões fiũt: que
dei ordinatióibꝰ ⁊ ecclesiasticis ex antiq̃s bonis
firmatis moribꝰ nõ ꝯsetiũt: imo tm̃ discrepãt vt
aliã legẽ ꝯstituãt. Sꝫ ꝑmũ nouerit ꝙ ꝯtẽptor le-
galiũ p̃ceptoꝝ nullũ aliud bonũ facere põt quod
sibi sic existẽti cedat in p̃miũ: nec aliquã ꝑfectio-
nẽ in aliquo statu virtutis aut gradu dignitatis
valet attingere/qui p̃cepta legalia p̃uaricationi
ascripsit. Vñ audacter affirmẽ christi vicarium
Imediatũ a legalibꝰ p̃ceptis nõ eximi: neqꝫ sibi a
christo deo cõcessam potentiam vt alios possit
eximere/atqꝫ ꝯcedere licentiã in aliquo delin-
quẽdi. Deide nouerit ꝙ minoris nõ est sine cau-
sa mutare statuta maioris: neqꝫ vniꝰ quod multi-
tudo iuste sanciuit: neqꝫ iuuenũ animosoꝝ/seni-
oꝝ sapientũ variare iusta decreta. Et in lege di-
Deute.19 uina cauet: ne trãsferas terminos quos posue-
rũt patres tui. Nã nullũ aliud bonũ voluntarie
assumptũ ꝯfert: si ex eius causa vel alia in prece-
ptis p̃me tabule aut secũde peccat. Ad q̃d ergo
futuri p̃mij valet ieiuniũ volũtariũ: si p̃termittit
eius causa vel alia quod est ab ecclesia firmatum
⁊ ordinatũ? Sed forte q̃s diceret: Dia ieiunia q̃
sancta mater mandat ecclesia/nõ possum effice-
re: sed talẽ diẽ ex deuotione ad ieiunandũ susce-
pi. Si nõ potes/impossibilitas te excusat: nam
nulla de impossibilibus lex ẽ. Sꝫ de illo die quo
semel in hebdomada vel mẽse/aut in toto anni
circulo potes: affirmauerim tutius ⁊ rõnabiliꝰ
in illis quos ordinauit ecclesia ieiuniũ aut peni-
tentiã ꝑfici: q̄ illis dimissis in alijs ob deuotio-
nẽ ꝓpria volũtate regulari: vt etiã nõ laudẽ aut
approbẽ emissum de ieiunando votũ: si cõtẽnit
aut fieri põt ecclesie sancte p̃ceptũ: vt si p̃ceptũ
⁊ volũtariũ/si p̃ceptũ ⁊ votũ emissum/ nullo mõ
simul pñt ꝑfici: dimittat quod eligit ⁊ vouet: te-
neat quod p̃cipit ⁊ iubet. Illud em̃ fuit volũta-
tis/istud necessitatis. Ubi aũt vtrũqꝫ possibili-
ter agit/sentẽtialiter dico: nihil in moribꝰ chri-
stianis tã laudabile q̄ superogare mãdatis. Ex
hoc em̃ ꝑfectio nascit: quã diligẽs animus semꝑ
gliscit. Nec ista solũ ꝓ ieiunio dixisse me fateor
sed quotiẽs inter p̃ceptũ ⁊ volũtariũ solum sine
voto firmatũ ꝓ aliqua causa talis disceptatio fi-
eret: hanc sententiã assero esse tenendã. Ac per
hoc dispensationẽ nõ auferimus ecclesie in his
que concilia ⁊ summi põtifices mandauerũt: ꝙ
loco ⁊ tempe ⁊ vrgẽte iusta necessitate nõ possit
dispẽsari a summis põtificibus: sed dispensatio-
nẽ oĩno negamus in diuinis mandatis: q̃ inuio-
labiliter mandauit obseruari deus pater ⁊ chri-
stus vnigenitus filiꝰ eius. Et in experientia rei
loquor. Multos vidi ⁊ audiui ministros cõfes-
sionis ⁊ penitẽtie/qui pctõribus multa imposue-
rũt: sed nec ad obseruantiã eoꝝ q̃ mandat eccle-
sia reduxerũt. Quod salua pace eoꝝ/p̃mo debue-
rũt suos clientulos pctõres ad ecclesie manda-
ta reducere/postmodum suꝑaddere: et si vtrũqꝫ
ex certa impossibilitate peccatoris nõ potuerint
facere tenebant primum ⁊ relaxare secundũ: vt
ista sit epitomenica dictoꝝ sententia certa: q̄
in omni volũtario bono/voto firmato vel non/
electo ex deuotione aut per penitentiam imposi-
to: diuinum ⁊ inuiolabile preceptum in toto/ec-
clesie vero preceptum in toto si fieri potest/vel
saltem in parte p̃ferat: imo nec in aliquo preter-
mittat/nisi excuset illa impossibilitas: quam nõ
cogit legis seu mandati autoritas: aut illa dispẽ-
satio quã exigit iusta necessitas. Nã dispensatio
sine cã iusticie necessarie atqꝫ necessitatis iuste
aut dispẽsatorẽ aut dispensatũ tenet in vinculis
aut vtrũqꝫ. Ecclesiastica em̃ autoritas non est
humane/sed diuine virtutis: q̃ ad virtutis ꝑfe-
ctũ/nõ destructionem a deo ordinata consistit.
Hinc em̃ apl'us secũda ep'la ad Corinthios di-
cit: Nõ em̃ possumus aliq̃d aduersus veritatẽ/
sed ꝓ veritate: Ac si apte dicat: Nulla est ꝯces-
sa a deo potestas aut autoritas aduersus verita-
tẽ legis ⁊ mandatoꝝ dei/atqꝫ sanctoꝝ morũ: qꝛ
autoritas q̃ veritas est/aduersus seipsaz nõ est:
Esset vtiqꝫ/si virtutez aut veritatem destrueret.
Egrediet statim q̃stio de latibulis: ꝙ vna virtus
ꝓ maiori põt intermitti: ⁊ quod sub p̃cepto ca-
dit ecclesie/casu emergẽte etiã excellẽtiora vota
mutare: vt ꝓ cõuersione multoꝝ virginitatẽ vo-
to firmatã/in matrimoniũ transferre. Nõ diffi-
teo quod nescio: sed dico quod scio: ꝙ vbi cõ-
mitteret etiã pctm̃ veniale/ecclesia nõ põt infer-
re p̃ceptũ: cuiꝰ autoritas nullum includit vitiuz.
Quia aliud est ꝓ maiori virtute minorẽ ex p̃ce-
pto intermittere: aliud est rẽ p̃cipe: vbi saltẽ ve-
niale pctm̃ certissimum est adesse. Si primũ in-
terdum admittit/reliquum omnino remouetur:
nec ex eo primum admittit/reliquum remouet:
vt vnum alterius in hoc causa ꝑsistat. Sꝫ a deo
habet quodlibet minimum pctm̃ hoc p̃uilegiũ:
vt nullum cadat suꝑ eum de faciendo p̃ceptuz:
vt nunq̄ sit autentica illa sententia: faciamꝰ ma-
la vt eueniant bona. Unum vero assertius dixe-
rim aut eque: ꝙ autoritas sancte ecclesie que
autoritas est virtutum/nihil habet in seipsa sa-
thanicum: Profiteor aũt in hoc licet iudicio ali-
quoꝝ suꝑuacue fidem meam. Hõ peccator sum:
⁊ cũ tentationibus carnalibus habeo ꝯgressuz:
sed votum corde atqꝫ ore castitatis emisi: quod
mihi ad vim penitus ascribo p̃cepti. Quod si su-
mus pontifex ob certissimã cõuersionẽ omniuz
infidelium ⁊ peccatoꝝ mihi p̃ciperet cõiugari: si-
bi nõ obedirem nisi libidinẽ illã auferret totali-
ter de meis mẽbris/que ante pctm̃ nõ erat in pa-
rentibus p̃mis. Et mihi certum est vxorem non
posse tangere atqꝫ carnaliter cognoscere sine li-
bidine: que si mortale non est/saltem peccatum
est veniale: nisi suꝑueniret in mẽbris meis san-

ctificatio illa spũs: quã nõ põt dare põtifex sum
mus. Que sũt virtutis põt ob rẽ ⁊ cãz ipe pcipe:
sꝫ virtutẽ nõ põt ipe pferre: neqꝫ sua ptãte mem
bra sanctificare: q̃uis a ptractis pctis post peni
tentiã possit absoluere. Nec em̃ malũ libidinis
excusaꝛ aut tolliꝛ ppter matrimoniỹ bonũ: sicut
ipsius matrimoniỹ bonũ nõ damnaꝛ ppter libi
dinis malũ. Nã bonuꝫ matrimoniỹ bñficiũ est
nature: malũ vero libidinis est pene cõtracte in
pmoꝝ parentũ ppetuata dãnata ppagine: quod
in genitalib⁹ mẽbris etiã post baptismũ remãet
veniale. Si q̃s aũt sanctificationẽ in suis mem-
bris sp̃s sãcti suscipiat: in tali casu si eueniret/ vt
se sentit ita obediat. Igiꝛ in his dictis atqꝫ di-
cẽdis caueãt oẽs q̃bus aiaꝝ cura incũbit: ne sta-
tuta meliora cõmutẽt: ne pfessionib⁹ cũ pstituti
onib⁹ derogent: ne diuinis pceptis aut pmissis
psilijs suo fastu reluctẽt: ne magis timeri velint
tyrãnice q̃ rõne: ne faciãt traditiões contra le-
ges diuinas: ne magis homini q̃ deo/ psuetudi-
ni q̃ rõni velint inferre honorem. Post q̃ salua-
tor eos appellauit hypocritas/ causaꝫ hypocri
tatis annectẽs. Inq̃t em̃: Hypocrite bñ p
phetauit Esaias de vobis dicẽs: Po
pulus hic labijs me honorat: cor aũt
eorũ lõge est a me. Sine causa colunt
me: docẽtes doctrinas et mãdata ho
minũ. Quã multipliciꝛ in euãgelio ⁊ diuis alijs
scpturis hoc malũ hypocritatis sit detestatiõi
⁊ rep̃hensiõi ac etiã dãnatiõi cõmissuꝫ/ null⁹ q̃ le
git ignorat. Hypocrisis nomẽ est grecũ: latine
vero simulationẽ dicit. Simulatio vero vnũ ob
tendit/ aliud ostẽdit: vnũꝫ in corde/ aliud in ore:
vnũ in intentiõe/ aliud in ope. Simulator (dicit
scptura) ore decipit amicũ suũ: q: quod ore lau
dat/ morib⁹ rep̃hẽdit: ⁊ quod morib⁹ laudat/ ore
vitupat. Nullus hõ ita leuiter arguit falsitatẽ q̃
falsus: ⁊ simulationẽ q̃ ab ipsa detẽtus: ⁊ quõli-
bet crimẽ q̃ quo est infectus. Si nutritus est in
ter vbera hypocrisis seu simulatiõis: tũ q: pal-
liari se credit/ si quo est infectus arguit: tũ quia
melius nouit quod ipe patrauit. Vere igiꝛ deci-
pit amicũ suũ hominẽ primũ: atqꝫ put in ipo est
decipit verũ ⁊ summũ amicũ dñm iesum christũ.
Et simulatores ⁊ callidi puocant iram dei. Dif
ficilius hypocrita q̃ supbus reuocaꝛ ppter spe
ciẽ virtutis: cũ qua reputationẽ in animo ⁊ ocu-
loꝝ spectationẽ ⁊ reuerentiam in actu exteriori
mercatus est. Supbus vero q̃nqꝫ facilius incli-
naꝛ ad verũ: caret em̃ his vmbrosis mũeribus.
Nullũ vitiũ de moribus hominũ tãta indiget
accusatione vt remoueaꝛ de moribus/ sicut ista
lethalis. Sunt em̃ alia vitia sine laude: ⁊ nanci-
scunꝛ opprobria in ppatulo habentia notam.
Ista vero pestifera monstrat oculis incultã ce-
sariem/ riposam vestẽ/ illotam faciẽ/ deiectum ad
ima vultũ: mansuetũ ⁊ rarũ in admiratiõe ver-
bũ/ pambulis suspirijs interuenientibus sepe sin-
gultibus: parcitatẽ cibi cũ cõmemoratiõe vero-
rũ abstinentiũ aut infernaliũ tormentoꝝ: elici-
tas ex arte diabolica lachrymas: despectum

mũdi ad seipsum/ corpis incõpositionẽ: annihila
tionẽ suijpsius: ⁊ similia: q̃ laude dignissima sũt/
si ex veritate aguntꝛ. Recti sunt hi rami ex tortu
osa radice. Nõ curant hypocrite virtuosorum
actuũ habẽtes exterius decus/ quantũ ab int⁹
sustineãt dedecus. Vidi supbũ: ⁊ reprehẽsus aut
egit vere penitentiã: aut se malũ cõfessus ẽ. Vi-
di auarũ/ luxuriosum/ inuidũ/ iracundum/ acidio
sum/ gulosum/ pompatice incedentes/ tyrãnos/
raptores/ homicidas: ⁊ arguti fecerunt similiꝛ.
Vidi argutũ hypocritã: ⁊ ex apparentia tutum
respondentẽ: Quid tu frater vides in me: quare
me iudicas? an ignoras scriptũ esse in euãgelio
sancto: Nolite iudicare/ ne iudicemini? Et men
te amaricatus/ ne pderet vnde captabat hono-
rẽ dixit: Frater parcat tibi deus: ⁊ p hoc hono
rẽ pamplius est mercatus. Certa experientia co
gnoui aliq̃n deuitantẽ interdũ a fide ad fidẽ fa-
cilius recõuersum/ q̃ hypocritã ad rectos fidei
mores. Nõ em̃ ex hoc pfero malũ malo: vel sub
ijcio malũ malo. Hypocrita cũ oĩb⁹ nõ est idẽ:
cũ plerisqꝫ mansit incognitus: cũ aliq̃bus fudit
venenũ. Iratus est aliq̃n in aĩo vir hypocrita
⁊ ppter astantes tẽperauit ire insultũ: ⁊ nihil si
bi est difficile ad agendũ ne detegaꝛ. Multa su
stinent hypocrite sanctificantia spm̃: si non fie-
rent ex virulenta radice. Vir hypocrita simula-
chrũ est virtutis/ artificiosam cõpositionem sen
suũ habẽs: sed ve sibi/ caret em̃ visceribus. Vi-
sus fuit aliq̃n in orõne ac cõtemplatione astare
hypocrita: ⁊ paulatim destitit/ ⁊ hypocrisim p
hypocrisim deuitauit. Vir hypocrita monstrũ
est/ cui simile nunq̃ fecit natura: q: nec vult esse
quod videꝛ: neqꝫ vult videri quod est. Bene igi
tur iusta damnatio eius: q: semp falsitas est di-
rectrix eius. Veritas enim liberat liberãdos: fal
sitas suos clientulos in infernuꝫ detrudit. Vir
hypocrita caret hospitio: solũ falsitas ei⁹ acce-
pit eũ in domũ suã: ⁊ ministrauit de infernalib⁹
facultatib⁹ suis. Nudus incedit hypocrita: de-
ceptio eius ei pbuit vestimentũ. Famelic⁹ erat
nõ saturandus pane: patiebaꝛ sitim/ nõ vino cõ
plendus: sed laus humana dedit ei cibum ⁊ po
tũ. Infirmus erat ppter deficientẽ virtutẽ: sed
reputatio aliena visitauit/ imo cõfortauit eũ. Et
erat in carceribus peccatoꝝ: sed demones inui-
sibiles accesserũt ad eũ/ redẽptionẽ falso spon-
dẽtes: ⁊ deluserũt detinẽtes eũ. Mortuus iace
bat hypocrita in plateis nimine speciose videli
cet mũdi: sed fama hoĩm in suis cordib⁹ sepeli-
uit eũ. Sed legiꝛ in Iob: Gaudiũ hypocrite ad Iob.20
instar puncti. Punctus certe geometrice sum
ptus/ est minima ps lineee. Breuis ⁊ modica le-
ticia eius: q: tunc gaudet cũ laudaꝛ: tũc letaꝛ cũ
aspicitur. Inuisus nõ gaudet: grauiter em̃ con-
scientia mordet. Pũctus enim grãmaticaliter
sumptus/ si subest/ damnat: si superest/ signat: si
interponitur/ diuidit: si apponitur/ sententiam
finit. Nam per punctabile hypocrite gaudiuꝫ
damnatur ad penas: signatur signo demonum
⁊ a cõsortio diuiditur beatorum: post finem su-

ſtinēs ſine fine penā. Juſte igiꝰ talis ſnīa ꝑmit:
qꝛ ad inſtar pūcti in hoc mūdo gaudia nō ſuꝑ
celeſtia q̄rit. Hoc malū neceſſario me coegit di-
greſſionē facere. Sꝫ reuertamur ad ſnīaꝫ ſalua-
toꝛiſ: q̄ cāꝫ ſubnexuit hypocriſis cū dixit: Quia
ppl'ſ hic labijs me honoꝛat. Jgiꝰ oīs malꝰ chꝛi
ſtianꝰ hypocrita: qꝛ oꝛe dicit quod coꝛde nō di-
ligit. Qui em̄ deo verbis appꝛopinquat ⁊ coꝛ-
de lōge fit/ hypocrita eſt. Uerba dei habebāt iu
dei: ⁊ verba dei habēt ⁊ mali chꝛiſtiani: ſꝫ coꝛ eo
rū lōge factū eſt a deo: qꝛ coꝛ eoꝝ non erat rectū
cū deo: nec fideles habiti ſunt in teſtamēto eiꝰ.
Jlli in veteri: ſꝫ in nouo mali chꝛiſtiani. Et Eze
Ezechie.33. chiel ſiꝉr increpat malos ſui tempꝛis/ q̄ increpati
one ⁊ hypocrite chꝛiſtiani arguūꝉ. Ait em̄: Au-
diūt ſermōes tuos/ ⁊ nō faciūt eos: qꝛ in cāticū
oꝛis ſui vertūt illos: ⁊ auariciā ſuā ſequiꝉ coꝛ eo
rū. Et eſt eis q̄ſi carmē muſicū quod ſuaui dulci
qꝫ ſono caniꝉ. Pꝛedicaꝉ in eccleſia dei dulciter
a pluribus: ſed auariciā tꝑalis cōmodi aut ho-
noꝛis intēdit celatū coꝛ. Sermocinaꝉ vocali cō
cētu verboꝝ: ⁊ altiſſima de deo referanꝉ myſte-
ria: verba videnꝉ diuini lapides ignis: ſed plerū
qꝫ coꝛ dicentiū lōge fit a deo: aliq̄d in hoc ꝑter
deū/ nec ad deū referibile q̄rēs. Cantanꝉ altiſſi-
mis vocibus diuina oꝛacula: kyrie lingua gre-
coꝝ/ gloꝛia hymnus angelicus/ alleluia hebꝛeoꝝ
cetera latinoꝝ ꝯſtrepūt: voces reſonāt in excel-
ſis ⁊ choꝛi fatiganꝉ: ſex inſtrumēta vocalia can
tanꝉ ⁊ diſcātanꝉ: ⁊ voluunꝉ palate lingue: fiunt
toni/ ſemitoni/ dytoni: ⁊ voluunꝉ cuꝫ notis/ litte-
ris ꝑtermiſſis/ q̄nte atqꝫ octaue/ duodecime atqꝫ
q̄ntedecime: ⁊ varietate clamandi detineꝉ ppl'ſ
atqꝫ multeꝉ: ab his q̄ ſanctitate vite/ moꝝ hone-
ſtate carētes aliter placere nequerūt. Pſalliꝉ ⁊
caniꝉ dimiſſo plerūqꝫ libꝛo/ deflexo digito/ dear
ticulata manu: coꝛ plerūqꝫ fit longe a deo: quia
quod ꝓferꝉ in oꝛe/ nō verſaꝉ in coꝛde: ſed vani-
tas coꝛdis reſonat in vocibus oꝛis. Cātabit ky
rie eleiſon/ q̄ nemini miſericoꝛdiā fecit deiqꝫ cō-
tempſit. Cātabit chꝛiſte eleiſon: q̄ chꝛiſti ſangui
ne ꝯtumeliā intulit. Cātabit gloꝛia in altiſſimis
qui omnē gloꝛiā etiam ex cantu mercaꝉ in terre
nis. Cātabit alleluia: qui deū in ſuis vituꝑat mo
ribus. Cantabit epiſtolā: qui diuinū non recipit
miſſum. Cantabit euangeliū: cui ꝑdicatio mūdi
placet. Cantabit graduale: q̄ ꝑ gradus nō aſcē-
dit in bonū. Cantabit verſum: qui a dn̄o eſt auer
ſus. Cantabit tractū: ad ſua placita tractus. Cā
tabit ſanctus/ ſanctus/ ſanctus: qui coꝛde oꝛe et
oꝑe eſt iniquus. Cantabit hāc trinitatis laudē/
qui in trinitate anime ſue/ memoꝛie/ intelligētie ⁊
volūtatis poꝛtat peſſimā labem. Cātabit introi-
tū miſſe ⁊ finem: qui ꝑncipiū malū fecit: qui finē
debitū in dn̄o nō ꝯſtituit. Cātabit pater noſter
qui es in celis: de quibus dici pōt/ vos ex patre
diabolo eſtis. Cātabit deo ꝑ omnia ſecula ſecu-
loꝝ: q̄ cōtra dei ⁊ apoſtoli ꝑceptū huic eſt ꝯfoꝛ-
matus. Cātabit dn̄s vobiſcū: qui cū demonibꝰ
habet ꝯſoꝛtiū. Cātabit ſurſum coꝛda: qui ſurſuꝫ
habet coꝛ aduerſus deū: aut habet i terra ⁊ pec-
catoꝝ fece defixū. Cantabūt gratias agamꝰ aga
mus dn̄o deo noſtro: quoꝝ deus vēter eſt/ ⁊ deo
ſunt ꝓ maximis ingrati: ꝓ minimis vero homi
nibus valde grati. Cantabūt ꝑfationē et oꝛatio
nem: quoꝝ lingua iniquitatē faꝉ. Cantabūt pſal
modias ⁊ antiphonas ⁊ cetera diuina: q̄ ꝑ om-
nia complectunꝉ hūana. Uere deus ⁊ ea q̄ ſunt
eius/ in multis ⁊ varijs vertunꝉ in oꝛis canticuꝫ
⁊ in carmē muſicū: vt plus melodia cantus/ ſua-
uitas vocis q̄ꝫ veritas rei delectet cantātes/ de-
mulceat audientes: ⁊ coꝛ eoꝝ ꝑ huius auariciaꝫ
laudis ⁊ complacentie atqꝫ pecunie longe fiat a
deo. Nō ſufficit labioꝝ honoꝛ vbi a coꝛde ꝓpel
liꝉ chꝛiſtus: ⁊ alta oꝛis clamatio vbi coꝛdis oꝛa-
tio ſilet. Nec lingue volubilitate placaꝉ altiſſi-
mus/ qua ſepe decipiꝉ ꝓximus: ⁊ vocum ameni
tas magis ad irā deū ꝓuocat vbi regnat in ani
mo feritas: ⁊ ꝑ foꝛibus depelliꝉ charitas. Siq-
dem innuens nō ex eo quod exterius in ſubſtāti
uis moꝛibus agiꝉ/ ſed ex eo quod in coꝛde geriꝉ
pctōꝛes conſtitui: cū petētibus apoſtolis iꝑe re
ſpōdit: Nō quod in os intrat coinqui-
nat hominem: ſed que ꝓcedūt de oꝛe
hec coinquināt hominē. Et cū ad petiti-
onē Petri ⁊ apoſtoloꝝ ediſſeruiſſet parabolam
dixit: Non intelligitis: qꝛ omne quod
extrinſecus introiēs hominē/ nō pōt
eū coinquinare: qꝛ non introit in coꝛ
eius: ſed in ventrē vadit et in ſeceſſuꝫ
exit/ purgās oēs eſcas. Dicebat aūt:
quoniā que de hoīe exeūt/ illa coiqui-
nāt hominē. Ab intus enim de coꝛde
hominū cogitātes male ꝓcedūt: ho-
micidia/ adulteria/ foꝛnicatiōes/ furta
falſa teſtimonia/ auaricie/ nequicie/ do
lus/ impudicitia/ oculus malus/ blaſ-
phemie/ ſuꝑbia/ ſtulticia. Hec oīa ma-
la ab intus ꝓcedūt: et coinquināt ho-
minē. Que aūt ꝑ ſemetipſum ſaluatoꝛ expoſuit
nō ꝑſumit ſermo noſter diſſerere. Et labefacta-
ri hominē malis doctrinis/ pctōꝛē ē fieri: quod
ꝑſignauit cū dixit: Cauete a fermēto pha-
riſeoꝛū et ſaduceoꝛū. Quod de doctrina nō
ſana intelligiꝉ: vt ipſe euāgeliſta teſtaꝉ. Ceteꝝ ꝑ
amplius pctō ſubiacere mōſtrauit/ qui diuinis
diffinitiōibus ꝑſumpſerit in aliquo reluctari: vt
etiā ſathanas nūcupeꝉ/ ⁊ diuine maieſtatis of-
fenſoꝛ ⁊ neſciēs bona. Quod Petrus pie ſalua
toꝛē a paſſione volens auertere/ accepit in ſentē-
tia contra eū. Uade retro ſathanas/ ſcan-
dalū mihi es: non enim ſapis que dei
ſunt. Nec nō ⁊ offenſoꝛ dei ab offenſione inno
centū conſtituiꝉ: quis deſtruiꝉ melius diceret.
Amat em̄ deus innocētes ⁊ puros: quos neqꝫ in
fide ꝑ malā doctrinā/ neqꝫ in vita moꝛali ꝑ ma-
lū exemplū aut impedimentū/ neqꝫ in ꝑſona per
nocumentum patiꝉ inulte offendi. Un̄ ex pena
cognoſciꝉ grauitas talis peccati. Quāobꝛē ſal-
uatoꝛ ait: Qui ſcandalizauerit vnuꝫ de
puſillis iſtis qui in me credunt: expe-
dit vt ſuſpendatur mola aſinaria in

collo eius et demergatur in profundum maris. Et qui quomodolibet scandalū iniuste scʒ offensionē in aliquē dat/ peccat: quod ex eo colligitur quod adiungitur: Uerumtamen ve homini illi per quem scandalum venit. Peramplius aūt ex malo vsu sensuum ꝑdixit generari graue peccatū: cū manuʒ ⁊ pedē mandauit abscidi scandalizantē/ ⁊ oculū erui: nō membrū/ sed eoꝝ ꝑfidum vsum. Et peccatorē terribiliter puniendū esse asseruit/ q̄ suo primo petenti veniā nō prestauit: cum ex parabolica sententia saluatoris talis atrox torquentibus sit vsqꝫ ad debitam exactionem iuste concessus. Peccatorē quempiā fieri ex inuidia premonstrauit: cū oculū nequā adesse in homie qui apud patrēfamilias voces querulas ausus fuit emittere: ꝙ plus ꝙ̄ diurnū denariū nō accepat/ ꝑ quo cum ipso cōuenerat: existimans plus debere suscipe ꝙ̄ in ope successor impactus: cui tā tundē vt ei qui pactū fecerat/ dñs voluit ꝓuidere benignus. Declarauit pctō teneri astrictos q̄ volunt sine labore vitia supare/ adipisciqꝫ virtutes: quando petentes dexterā ⁊ sinistrā sessionē in regno supno/ redarguit ignorantie subiacere
20 cū dixit: Nescitis quid petatis. Et interrogauit si calicē amarum primo bibere poterant: anteꝙ̄ quietē ⁊ gloriam tam dulcissimā postulabant. Indignationē vero de genere monstrauit esse peccati: magis ꝟo intulit esse peccatū: cum tanta seriositate redarguit et ꝑmonuit atqꝫ docuit reliquos apostolos decē: q̄ aduersus hmōi petentes duos fuerant in aīo male moti. Ex auaricia tam eos q̄ cleri sunt domini/ ꝙ̄ reliquos rōne vtentes actu ⁊ verbo inuit peccatores: cum semel ⁊ iterū de tēplo dñi eiecerit negociatores. Et maxime gratie ⁊ donoꝝ spūssancti ⁊ sacramentoꝝ christi ⁊ euangelij eius venditorem arguit/ cum columbas auferri precepit: quod vitiū in posterū propter simonē magū simonia extitit appellatum. Et fieri certissime asseruit peccatores/ q̄ alia in domo dñi agunt preter id ad quod facta est. Nempe domus eiꝰ orationis/ laudis/ gratiarūactionis/ collecte ad pauperes ⁊ eruditiōis euangelij est: nō alius ministerij omniū autori ante oīa nō grati. Ad plenū ꝟo criminosi redduntur ex parabola locate vinee malis agricolis oēs q̄ de bonis a deo datis in natura inuisibili ⁊ visibili/ spūali ⁊ corporali: ⁊ in gratia ⁊ in virtute: fructū debitū ꝭm iusticiam affectionis ⁊ cognitionis ⁊ actionis/ possibilitatis loci ⁊ tēporis nō reddūt iustissimo exactori dño nostro deo: q̄ nihil ꝓ se a nobis exigit/ sed ꝓ nobis. Indigua em̄ est exactio eiꝰ. Et ꝑampliꝰ reddiꝛ crimē: cū ꝑdicatoribus/ doctoribus/ monitoribꝰ vt reddamꝰ debitū fructū/ ꝑtinaciter reluctamur: ⁊ in nobis occidimꝰ verba vite: ipm vitā oīm christū extra nos excludimꝰ: ⁊ extra bona collata ꝓijciētes: ⁊ xp̄m in nobis ē ipsi christo mortē inuisibilē inferētes: ꝑ nos ipos credētes sufficere in salutē. Adijciunꝛ infausto numero peccatoꝝ omnes cōtemptores diuine legis vel vocationis: allegantes excusationes cōtētiosas/ nō acceptari dignas: dūm pretextu auaricie atqꝫ supbie/ negociationis superflue/ sensualiū delectationū atqꝫ carnaliū venire recusant: sed quod peius ad crimen/ precones ⁊ inuitatores verbis/ verberibꝰ ⁊ mortibus affixerunt. Quod licet literaliter nō sepe fiat: moraliter ꝟo plerūqꝫ fieri non ambigiꝛ. Et qui vltricibus penis adijcitur/ vestē nuptialē non habens ꝑmonstrauit quale sit in carentia illius peccatū. Etem̄ ipa vestis nuptijs virtuosis ac celestibus apta mihi aliud nō ostendit/ nisi aptitudinē virtutis in omni tpe/ in omni loco/ in omī re atqꝫ cōuersatione: seu moralē opeꝝ aptitudineʒ ad nuptias vere fidei: qꝛ fides sine opibus mortua est: qua carens carebit ⁊ vita: peccator effectus in via/ ꝓ culpa seuiter puniendus in pena. Nec a peccatoꝝ damnato collegio seorsanꝛ qui alios tentant: ⁊ nominibus alios ex affectu vocare videnꝛ: quoꝝ ministerio subijci nolūt: nec nō alijs parant inferre calumniā/ ⁊ laqueū inijcere nocumēti: saluatoris declinante sentētia/ q̄n do phariseos cū herodianis ipm de reddendo tributo interrogantes/ appellauit hypocritas: qꝛ magistrū veꝝ vocabant/ cuius doctrinam in animo et in opere contemnebant. Discordes firmiter in moribus a doctrina esse peccatores iustissime demonstrauit: q̄n ꝭm mattheum in cathedra sedentes/ ciuiliū atqꝫ plebealium doctrinaꝝ disseruit onera grauia ⁊ importabilia imponere alijs autoritate doctrine: ipsos ꝟo non appropinquare paulisper. Nec solū in his/ sʒ in eo ꝙ apparēdo alijs intentionē sequantur obliquā: ⁊ affectant ꝑferri ceteris in cōuiuijs ⁊ i cōgregationibꝰ primas sedes: ⁊ salutari capite inclinato in forinsecis ꝓcessibus ⁊ plateis: ac etiam magisterij ⁊ principatus nomē aīo ⁊ actu venanꝛ: cuius effectū voluntarie abiecerūt. Quibus nominibꝰ saluator noster suos cōmorales noluit insigniri: penam damnose humiliatiōis annectens his q̄ voluntate ⁊ affectiōe ꝓpria se subtollunt/ cū sepe fando expressit: Qis q̄ se exaltat/ humiliabiꝛ. Precipue tamē octo vitia exprobrauit phariseis digna penis eternis: q̄ ꝭm typicū intellectū possunt in faciē obijci christianis. Ideo solerti studio caueri debent q̄ penas ꝑhorrescunt eternas. Habita quippe cū eis cōgressione verboꝝ/ dicit saluator eisdē: Ue vobis scribe et pharisei hypocrite: qui Mat. 23
clauditis regnū celorū ante homies. Uos aūt nō intratis: nec introeūtes sinitis intrare. In qua sententia post illoꝝ ⁊ illius tpis malū oēs reprehendunꝛ/ qui ad viā regni celoꝝ alijs obicem ponunt: aut iam incipientē quomodolibet ꝑ argumenta diaboli/ ꝑ placentiā mundi/ ꝑ amena corpoꝝ/ ꝑ blandimenta verboꝝ/ ꝑ pollicitationes reꝝ/ ꝑ terrores et minas/ ad pristina reconuertunt. Et q̄ alijs prestat impedimētū ad vitā/ eoipso sequiꝛ ipse morteʒ: vt duo mala in vnū ꝯueniāt/ ꝙ impediēs ⁊ impeditꝰ dānationē suscipiāt. Quod plerūqꝫ tangit

sacre scripture doctores: qui cauendas foueas
nō ostendūt ꝓ regno faciēda nō dicūt. Secūdū
Mat.23 addidit cū dixit: Ue vobis scribe et pha-
risei hypocrite: qui comeditis do-
mos viduarū / orationes longas orā-
tes: ꝓpter hec amplius accipietis iu
dicium. Uerū erat ad literā in illis: quia salua
tor aliter nō dixisset: sed ex hoc rephenditur in
hoib⁹ oib⁹ ferentib⁹ habitū honestatis seu reli
gionis: q̇ domos viduaꝝ ꝑniciosa frequentāt li
centia: vidētes solutas a lege viroꝝ ꝑ mortē: ze-
lotypiā eoꝝ amplius nō verentes: quaꝝ res vi-
dent posse libere cōtrectare viroꝝ dominio iaz
ablato: ⁊ laqueū deceptiōis inijciunt ipsorū re-
moto cōsilio: vt ꝓ ipsorum aia largas elemosy-
nas faciāt: oratiōes ꝓmittētes ꝓlixas / actu ex-
ercentes in diuinis actionib⁹: vt solū deo pare
ant / nō seculo cōformati: sed eo magis ⁊ ampli⁹
iudiciū suscipient vltionis: quo magis inremo
tis custodib⁹ atq̧ testib⁹ fauore auaricie ipsas
viduas visitarūt: sub hypocritali pollicitatiōe
missaꝝ ⁊ orationū ex ꝑte agentiū rei familiaris
stipem subdole subtraxerunt. Sed ideo magis
aduersus illos ⁊ quoscūq̧ tales de viduis sentē
tiā ꝓtulit: q̄ facile decipitur in quolibet malo /
etiā ad danda munera muliebris sexus: cui nō
supest obediētia maritalis / aut ꝑdominat lumē
gratie spūalis. Sed his acrius reseruat suppli
ciū: quia corda simpliciū nequiter deceperunt.
Mat.23 Addit tertiū / inquiēs: Ue vobis scribe et
pharisei hypocrite: qui circuitis ma-
re et aridam / vt faciatis vnū prosely
tū: et cū fuerit fact⁹ / facitis eū filiū ge
hēne duplo magis q̄ vos. Quid ꝑ hāc
sententiā tunc in tpe saluator nr̄ redarguit: nisi
sollicitudinē indebitā illoꝝ / q̇ gentiles ad ipsoꝝ
legē multis suasionib⁹ ⁊ laborib⁹ inuitabāt ⁊ ef
ficiebāt ꝑampli⁹ pctōres / legis obseruatiōe cō
tēpta. Quod nūc i tpe illos insinuat eterne ma-
ledictiōi subiectos / q̇ ꝑter sctissime nr̄e legis in
tētionē ipa cognita vel nō ꝑagūt mores: vt nec
hoc eis ad damnationē sufficiat / nisi similes su
is morib⁹ habeāt: ⁊ in eterna dānatione similē
suscipiāt seuā penā. Nā vsq̧quaq̧ cognoscit iu
stū: vt q̇ cū similib⁹ alijs vitā suscipiūt / similē sen
tiant in legib⁹ disciplinā. Sed horrenda res di
ctu / magis ꝟo effectu: q̧ peior efficiat ꝓselytus
scz q̇ de vno statu in aliū ꝓsiliuit / q̄ ille q̇ ad ꝓ-
siliendū suasit: quod melius iudicio credere di-
uine sentētie / q̄ in noticiā ducere nudis verbis.
Quartū maledictiōis eterne malū saluator an-
nexit: cū eos de ꝑuersa intētiōe iurandi rephen
Mat.23 dit / dicēs: Ue vobis duces ceci: qui di-
citis: quicūq̧ iurauerit ꝑ templuz / ni
hil est: qui aūt iurauerit ꝑ aurum tē-
pli / debet. Sed hec lr̄a est illa / q̄ in euangelio
ad hanc clausulam sequit. Aliud tūc phariseis /
aliud nobis clamat. Sed eis relictis / q̇d nobis
insinuet breui sentētia sentiam⁹. Proculdubio
ex his verbis caute ꝑcipit / q̧ aliquod iuramētū
aut ꝓmissum intēsi⁹ nō astringit: si ꝑ deū iurat /
aut aliq̇d ꝓmittit: q̄ si ꝑ alia q̄ sunt ei⁹ iurat aut
ꝓmittit. Et q̄uis supi⁹ ꝓhibitū sit iurare / argu-
tus sit etiā herodes / q̧ caute iurauit: tn̄ si oino
expediat hec facere aut promittere libeat / quod
deo aut ꝑ deum iurat aut ꝓmittit: ⁊ ꝑ ea q̄ sunt
eius eque ligat: dūmodo quod iurat aut ꝓmitti
tur / ad peccati cautelā ꝑtineat: aut si de rōne vir
tutis: nec sit cōtra oim cōditorē atq̧ iusticiā pu
blice honestatis: neq̧ contra virtutes christife-
ras ⁊ morales. Nā in iuramētis atq̧ promissis
nō solū attendit ꝑ q̇d / sed q̇d: nec interest si deū
aut aliq̇d eoꝝ q̄ sunt eius adhibeam⁹ in testē: si
ꝓmittimus veritatē aut bonitatē siue virtutez /
aut peccati deuitationē / aut ꝓximo iustā rē. Hu
ius nāq̧ ꝓmissio simplex ⁊ recta sine additamē
to ꝑ q̇d / ꝓmittentē siue iurantē insolubilit atq̧
iexplicabiliter obligaret: nisi tales aut aliter fa-
ctas iurationes simpliciter ⁊ ꝑ q̇d / supior ⁊ poti
or / necessaria ⁊ verior iurisditio explicaret.
Quintū malū ad eandē sententiā maledictiōis
ꝑtinens est: Ue vobis scribe et pharisei Mat.23
hypocrite: qui decimatis mentam et
anethū et cyminū: dereliquētes que
sunt grauiora legis iudiciū / misericor
diā et fidē. Hec oportuit facere: et illa
nō omittere. Duces ceci excolantes
culicē / camelū aūt glutientes. Quā sen
tentiā dimittentes / eos ad quoꝝ aures est illata
⁊ ad nos q̇ credimus euangeliū refundētes: q̄m
quō moraliter ligat edicimus. Sunt nempe nō
nulli hypocritalib⁹ morib⁹ circūsepti: q̇ tm̄ mi-
nima bona legis ⁊ moꝝ ꝑficiūt: q̇b⁹ relictis mo
dicū ꝑiculū aut nullū incurrūt: sed ea relinquūt
q̄ ꝑfectū in lege atq̧ morib⁹ hoiem faciūt: ⁊ nō
ꝑacta expedite eterne maledictiōi subijciūt: de-
relinquētes scz iudiciū veꝝ ⁊ iustū in se: q̄ si nos
metipsos iudicarem⁹ / nō vtiq̧ iudicaremur: et i
alios ⁊ ꝓ alijs sanū ⁊ debitū ꝓferre iudiciū ad-
monemur: ⁊ misericordiā indulgētie oportet ꝑ-
stare penitētib⁹ iā cōtritis: si ad deū ⁊ ad seipos
⁊ in seipsis oꝑati sunt malū. Et lesum in eo q̇ le-
sit / oportet impēdere misericordie domū: ⁊ fidē
seruare ad deū ⁊ in deū ⁊ ꝓpter deū: ⁊ ad quēli-
bet nobis in humanitate / maxime in religione
christiana ꝓximū atq̧ ꝓpinquū: ⁊ oē in regula
⁊ ex regula christiana ꝓmissum tenere firmiter
incussum. Hec sunt illa q̄ oino facere oportz: q̇
bus carens infallibiliter ima petit: sed illa non
omittere / illas videlicz cerimonias atq̧ mores
q̇ ad bene viuere ornatū faciūt: quod in decima
tione mēte / anethi / cyminiq̧ signat. Igit opor
tet primo in realib⁹ ⁊ viuificantib⁹ virtutibus
animū ante deū fundatū fieri: vnde beneplacēs
deo vita cōsurgit: ⁊ postremo taliū modicorum
addere ornamenta: ⁊ velut cecos duces arguit
quoꝝ agit iter in preceps / q̇ minima peccata si-
ne misericordia ⁊ discretiōe rephēdit: maxima
ꝟo velut minima ꝑtermittit. Qui sub tali inue-
ctiōe tradunt duces ceci: excutiētes culicē / glu-
tientes camelū: minimū malū discutiētes ipie:
camelū magnū malū / tortuosum peccatū incor

rigibiliter ꝑtractantes. Vel eos demõstrat ista sentẽtia q̇ vilẽ pauperẽ/simplicẽ ⁊ abiectũ si delinquerit acriter puniunt: insignitũ ꝟo quõlibet si peccauerit/licentiant impunitū: vnde iusticia correctiua ꝑuertiť/⁊ in lumine claro iusticie cecanť/ꝑuerse trutinantes merita subiectorū aut hoim delinquẽtiũ. Insignitos aut illustres homines nõ vereť iusticia si delinquũt. Sed sextũ eos acriter mordet/q̇ ad exteriorẽ mundiciã in-

Mat.23 nituntur: de interiore mũdicia nõ curantes. **Ve vobis scribe et pharisei: qui mundatis quod deforis est calicis et paropsidis: intus aũt pleni estis rapina et inmũdicia. Pharisee cece: mũda prius quod intus est calicis et paropsidis: vt fiat id quod deforis est mundum.** Quid igiť nobis ꝑ hanc sententiã clarescit: nisi ꝙ hi a dño arguunť/q̇ ꝑtermissa interiori mũdicia ꝑ quã deus conspiciť/corꝑali atq̃ forinsece qua deus sepe offendiť intenderũt. Quod si referamus ad eos q̇ diuinũ cultũ in sacramentalibus actib⁹ tenent: magis cõdemnabit ꝙ defendet exterior nitiditas/si anio nõ cõspecto dominať iniquitas. Nã si mũdiciã foris habent/ quã dicunt sic cõuenire: intus magis habere deberent: quã habere certũ est deo placere: carere vero certissimũ est displicere. Nec in alia ꝑte nostrã a nobis oipotens mundiciã querit/ꝙ in illa in qua sumus ad suã imaginẽ creati. Nõ em̃ ĩ corꝑe/sed in aĩa similitudinẽ ab ipso ⁊ ipsi⁹ in creatione suscepimus: nec ex eo quod exterius agimus/sed ex eo quod in intimis nostris diligimus ⁊ habemus/iustissime iudicamur. Nec effectus affectui pondus/meritũ/premiũ aut nomẽ in curia oim cognitoris imposuit: sed affectus effectui hoc fecit. Ideo nobis tanꝙ christi vasculis ⁊ virtutũ diciť/vt mũdem⁹ quod intus est: ⁊ exterius oia mũda erunt. Nã si accepte deo essent intimis ꝑtermissis exteriores mũdicie: stelle/flores/herbe/aues/animalia multa/ꝑmia reciperẽt in eternũ. Ad exaggerationẽ ꝑdic-

Mat.23 torum septimũ ve maledictionis induxit: **Ve vobis scribe et pharisei hypocrite: qui similes estis sepulchris dealbatis: q̃ a foris apparent hominibus speciosa: intus vero plena sunt ossib⁹ mortuorũ et oĩ spurcitia: sic et vos a foris paretis hominibus iusti: intus aũt pleni estis hypocrisi et iniquitate.** Que sẽtentia in tali similitudine sic assũpta magis claret ex litera/ꝙ expositiõe annexa. Octauum aduersus eos intendit/q̇ suos ꝑdecessores malos exemplificant in seipsis. Et horum genera reꝑhẽdit/q̇ patrũ carnaliū aut doctrinalium ꝑuersa opera imitanť. Quod in fine huius octaue maledictionis dñs declarauit/dicẽs:

Mat.23 **Et vos implete mensurã patrũ vestrorũ:** serpẽtes appellans ex paterno transfuso veneno/⁊ genimina viperarum q̇ ꝑcedentiũ mala sectanť: q̇bus fugere a gehẽna oino sit impossibile/nisi resipiscant ab imitatione dãnata. Et hierusalẽ increpata de occisione missorum/eos designat simĺ cũ malis agricolis vinee: q̇ christi seruos verbis/diffamationib⁹/maledictis/ opprobrijs ⁊ tribulationib⁹ ꝑsequunť: sicut in ecclesia dei sepe nouimus factũ. Sed ve q̇ cũ talib⁹ portionantur.

Peramplius cõdemnanť q̇ diuisi anio/intentione/morib⁹ existentes: cõgregari renuerũt congregatione sanctifica: qua in medio cõgregatorũ cõsistit ipse saluator: in cuius noie atq̃ virtute ois ꝯgregatio est fienda: ⁊ exauditio sic cõgregatorum in huius noie ad petita sequereť. Nẽpe cõgregare affectat dispersiones israelis visibiles atq̃ inuisibiles: vt cõgregatio facta ĩ vnitate virtutũ/post deuictũ triũphatũq̃ mundum eterna regna suscipiat. Expedit cõgregari omino in castrũ ecclesie spũalis: q̄r extrema castrorum

in veteri testamẽto cõbussit celitus ignis: ⁊ vir Nu.11

tus diuisa ⁊ quecũq̃ potentia/⁊ fortis athleta in agone sepe succumbũt. Cõgregatio aũt in noie dñi dispersit aduersarias potestates. Quid em̃ est ꝙ tam multipliciter ad ꝯgregationẽ nos saluator inuitat: ⁊ ꝑmittit cõgregatis in noie eius excellẽtia sensum: minaturq̃ suppliciũ si non fiat? Ut hec in nouo enodem⁹/de veteri testamẽto aliq̇d ꝑferamus. Subcelestes aque oportebat vt cõgregarenť in vnũ/⁊ arida palā fieret.

Proinde q̄r spũs dñi ferebať suꝑ aquas: vt in- Gen.1.

telligamus aquas dispositas ad operationẽ diuinã hoim voluntates/suꝑ quib⁹ ferť spũs voluntatis diuine: quas in vnũ iubet cõgregari diuina voluntas: in vnũ baptisma/in vnũ corpus ecclesie atq̃ fidei ⁊ virtutis/in vnũ finẽ/scz qui finis est hois: in vnũ velle/in vnũ amorẽ/in vnū quẽ ante suũ aduentũ oia ꝑclamauerunt: vnū redẽptorẽ oim christũ. Et arida ponderositas oim peccatorũ humore sanctispũs merito suo priuata/manifesta fiat ad sue dãnatiõis cumu-

lũ ⁊ iustorum noticiã atq̃ augmentũ. Nec adaq̄ri Gen.29.

poterant greges ad puteũ/nisi oẽs cõgregarentur ad vnũ: ꝓ eo ꝙ os putei claudebatur lapide grandi: q̇ ab vno pastore remoueri nõ poterat/nisi prius in vnũ cõueniret multitudo pastorum: vt quod ab vno nõ poterat fieri/a mltitudine possit remoueri. Quid illo in tꝑe/q̇d allegorice hic quod gestũ dimittim⁹: ꝓ eo ꝙ ad speculabilia moralia festinam⁹. Ecce hř cõgregatiõe/quod nõ habebať singularitate: habeť congregatim/quod nõ singillatim: habeť vnione/quod nõ diuisione. In oib⁹ validior est ꝯgregatio virtuosa: vt remoueať duricia infidelitatis/duricia cordis/duricia cõsuetudinis/duricia quorũlibet vi-

tiorum: ⁊ haurim⁹ in gaudio aquas misericordie: Esa.12

aquas amoris sui: aquas sapientie de fontibus saluatoris: vt nõ vltra sitiamus: sed fiat ĩ nobis

fons aque salientis in vitã quã affectamus eter- Joã.7

nã: ⁊ que non fuerunt congregata in egypto de Exo.9

agris / grandini subiacuerũt: vt destruať vltiõe diuina q̇ cõgregationẽ deuitat/ad quã saluator

inuitat. Samuel ꝑpheta dñi populũ iussit con- 1.Re.10

gregari in masphat: quod speculationẽ aut cõtemplationẽ sonat: vt oraret ꝓ populo. Cõgre-

gari expedit ad speculationē diuinoꝝ ⁊ cōtem-
plationē beneficioꝝ ⁊ gestoꝝ eiꝰ ꝓ nobis: ⁊ tūc
orabit ꝓ nobis oīm vates vatū dn̄s noster ie-
sus christus ad omniū patrē misericordiarum
atqꝫ ꝓ nobis fusa exaudietꝭ oratio sancta eius:
q̄ in lachrymis ⁊ clamore valido in cruce pen-
dens exauditus est ꝓ reuerētia eius. Ipse nāqꝫ
Mat.3 preco ioānes ꝑdixit triticū cōgregari a deo i su
pernū horreū suū: ergo primo cōgregemꝰ nos
in area sancta virtutū. Quamobrē saluator im-
properatiue loquens dicebat: Hierusalē hie
rusalem/ quotiens volui cōgregare
filios tuos/quemadmodum gallina
congregat pullos suos sub alis suis/
et noluisti. Pia ornix dn̄s noster iesus chri-
stus: q̄ se ꝓpter nos exinaniuit/dimissis delecta
bilibus humanitatis plumis/rauca ex fatigati-
one voce/nos ad alas sue ꝓtectionis vt confu-
giamus ꝓclamat: sub q̄bus totā spem suā pro-
Psal.56 pheta posuerat: Sub vmbra alarū tuaꝝ spera-
bo/donec trāseat iniquitas. Quādiu spes? Do
nec transeat iniquitas. In superis nō spes /sed
rētio est: hic in mūdo iniq̄tas est. Uniuscuiusqꝫ
quippe cū moritꝭ meritoria bonitas aut demeri
toria transit iniquitas: vt ad alterā trāquillitas
ad alterā sequatꝭ penalitas. His ijsdem alis ꝓte
Psal.16 gi affectabat q̄ supra sperabat. Sub vmbra ala
rum tuaꝝ ꝓtege me a facie impioꝝ q̄ me afflixe
runt. Est ꝓtectio eterna: est ꝓtectio tp̄alis: et ē
afflictio eterna: ⁊ est afflictio tp̄alis. Una in be
atitudine/altera in virtute ꝓtectio agitꝭ. Una i
eterna miseria/in tēporali pena afflictio secūda
infligitꝭ. Penā dico nō solū corporis/sed culpe: q̄
ad eternā disponit: a qua querit ꝓtegi/ q̄ timet
dānari/appetit coronari. Sed sub q̄bus? Gemi
nis alis/charitate dei ⁊ ꝓximi: ⁊ multiplicibꝰ pē
nis/operꝫ videlicet numerositate bonorum. Aut
alis deitatis ⁊ humanitatis/ noue legis ⁊ vete-
ris pennaꝝ/multiplicatis beneficijs atqꝫ myste
rijs ꝓ nostra salute ꝑactis/ipse nos saluator in-
uitat: necnō ⁊ in oī homine ad hanc cōgregati-
onē saluator similiter inuitat. Nā oīm aīaꝝ est
vna natura: sed diuise sunt hoīm voluntates: q̄
variantꝭ ex tēpore: ac etiā variantꝭ ex appetibiliū
diuersitate: ⁊ vnaqueqꝫ defectum tp̄is patitꝭ / cū
ad tp̄a nō venimus: aut in tp̄e aliquo existētes
q̄ tēpus habet habere neq̄mꝰ. Et in vnoquoqꝫ
diuersi sunt ad aliq̄d motus: vt nūc hoc/nūc ve
ro velit ⁊ illud. Et ab obiectis extrinsecis inte-
rior variatꝭ aīe appetitus: ⁊ semꝑ decipitꝭ in ap
petitis: q2 sufficientia non est in eis: q̄ cruciatꝭ si
nō habet: frustratꝭ si habet. Et dispse facte sunt
vires interiores: quas cōgregare vult q̄ creato-
rū dispersionē nō auctionatꝭ sub alis sue iusticie
ꝓpter vitam agendā: ⁊ sue misericordie ꝓpter
vitam eternā sperandā: vt sub ala iusticie nil ap
petamꝰ nisi iustū quod ad deū nos dirigit: nec
faciamus nisi quod fieri iuste cōcedit. Que qui-
dem ala plurimas habet pennas. Iusta desyde
ria multa sūt vnū tm̄ appetētia finē: ⁊ multiplices
actiones sunt ad ꝑfectionē vite hoīem adducē-

tes. Sub alā misericordie nostrā ponamꝰ mise
riā: ꝓtegamur ab illa: de ipsa ⁊ ꝑ ipam vitā spe-
remus: sub multiplicibꝰ pēnis ineffabiliū beati
tudinū eiꝰ cōgregemur: sub his cōgregatis nō
nocebit nobis diabolicus miluus. Uocationē
igitꝭ nō cōtemnamus. Sed ad cōtemptū vocati
onis/desertionis suppliciū sequitꝭ. Acsi dicat:
Quia cōgregari noluistis me vocante/ desere-
mini me volente. Ait em̄: Ecce relinquetur Mat.23
domus vestra deserta: vt nō cōfugientes
ad deū/deserantꝭ a deo: eo certe merito/quo cō-
gregari nolunt. Quare deserta? Quia deseruit.
Nō deserit deus vt deseratꝭ: vt sua ꝑcedens de
sertio causam nobis desertionis ministret: sed
ideo deserit q2 primo desertus est. Inheret no
bis deus/si sibi adheserimus. Neqꝫ portus ⁊ ci-
uitates deserunt naues: īmobiles em̄ sunt: sed
versa vice naues vento cōmisse aut remis agita-
te recedunt. Uide igitꝭ culpas: vide penas: aspi
ce crimina: vide supplicia. Ex pena em̄ sepe ino
tescit ⁊ culpa: ex magnitudine vindicte/sceleris
agnoscitꝭ magnitudo. Quod/quantū/quale no
scitꝭ esse crimē/ad quod desertio sequitꝭ iusta dei.
Sed quo it desertus a deo: aut vbi remanebit/
quē deserit deus: q̄s locus refugij eiꝰ: aut q̄s lo
cus quietudinis eius? Quis accedet ad desertū
a deo? Deserti desertū querent: deserti desertū
sociabunt: vt simul similē habeant penā/ qui fu
erunt in culpa cōsimiles. Igitꝭ q̄ legis/hec ma-
la deuita.

¶ Tractatus de ꝓcessu peccatoris et reuersione eius ad deum.

Capitulum XXXVIII

Processum ꝟo peccatoris in suis ver-
bis parabolice ip̄e saluator interseruit
dicens: Hō quidā descendebat Luce
a hierusalē in hiericho/et incidit in la
trones: qui etiam despoliauerūt eū:
et plagis impositis abierunt semiui-
uo relicto. Uide peccatorē anomiū: vide pec
catoris ꝓcessum: vide ꝙ incidit in inopinatum
periculū: vide perditū bonū: vide malū susceptū
sed vide diuina bonitate vsqꝫ ad mortē in quo li
bet ad penitendū liberꝫ arbitriū reseruatū. Di-
gni nominari nō sunt/q̄ peccare disponūt: q̄ de
libro vite delentꝭ/si peccata ꝑficiunt. Deleantur
de libro viuentiū: ⁊ cū iustis nō scribantꝭ. Sꝫ iu Ps.
storꝝ noīa in libro vite sunt scripta: ⁊ sup oē gau
diū dixit esse discipulis saluator: q̄m noīa eorū Luce
scripta in celis erant. Quo noīe nūcupabitꝭ/qui
creatori rebellare disponit: quo censetꝭ titulo q̄
a deo diuortiū querit? Caret dignitate noīs/qui
viuit lege tartarea. Sed q̄ est dignitas noīs no-
stri: vt litere huiꝰ ꝟitate seruata supra id quod
sonare videtꝭ/intellectus fidelis aspiciat? Nō est
dignitas nostri nominis: in quo vnꝰ ab alio dis
tinguitꝭ: ad quod nomina sunt inuenta: vt inter
se hoīes indiuidui cognoscantꝭ: nec alicuiꝰ no-
minis est dignitas/quo status hoīm atqꝫ offici
orū titulantꝭ: ⁊ mutua fiat noticia circa hūanas
mentes; ac noticia deriuatꝭ ad animos postero-

rum: nec est dignitas nõis ꝙ quis probitatẽ sor
titur. Sed dignitas nõis est quo ꝗs filius dei ꝑ
adoptionẽ meruit appellari. Quia ipẽ saluator
Jo.1 dedit potestatẽ filios dei fieri / similiter ꝛ nomi-
nari: si credimus in nõie eius: vt eius sit suꝑma
ꝛ summa cõditio / quo ꝑ fidẽ atꝙ ꝑ ceteras virtu
tes ꝛ actus dei nominet filius: nõ quo dicatur
petrꝰ vel mattheus. Nõ eñ huiusmodi nomini
Mat.5 bus superni ciues abinuicẽ distinguent / quorũ
est omniũ intuitiua cognitio. Quã nõis perdi-
dit dignitatẽ ꝗ a hierusalẽ / scꝫ a diuina pace re-
cessit: retinuisset si stetisset: qꝛ beati pacifici / quo
niã filij dei vocabunt. Est ꝛ alia dignitas nõis
quo a dño nostro iesu christo habentes autori
tatẽ dicimur christiani: quod ꝑ opa virtutũ ap-
probantes / ad supernã ferimur patriã: moribus
reprobantes / mergimur in gehennã. Cuius di-
gnitatẽ agnouit quidã diaconus ab infidelibꝰ
cõprehensus: vt negaret christi fidẽ / quã in aĩo
ꝛ moribus fatebat. Qui cum grauiter a questio
narijs torqueret / ꝛ inquireret si quo nomine vo-
caret ꝛ vnde ꝛ ꝗs esset: tale fertur dedisse respõ
sum: Christianꝰ sum. Hoc mihi nomẽ / hoc mi-
hi genꝰ / hoc mihi patria est: nihil aliud ꝙ͂ chri-
stianus sum. Et multipliciter ꝛ grauissime tor-
tus / hoc solũ ꝑ verba inter verbera resonabat:
nihil aliud ꝙ͂ christianus sum: qꝛ dignum est vt
eũ imitemur / cuiꝰ nõie insignimur. Quod nomẽ
ꝑdunt / ꝗ moribꝰ cõtradicũt. Et si humana ꝛ vsu
alis vocatio nominat / diuina sapiẽtia reprobos
Mat.25 negat. Amẽ dico vobis: nescio vos. Sed miseri
pctõres ꝓcessum altius intẽdamꝰ. Descẽdebat
a hierusalẽ. Vere descendit ꝗ recedit a hierusa
lẽ: qꝛ fundamẽta eiꝰ in montibꝰ sanctis: sed ascẽ
siones ad hierusalẽ / ad virtutẽ / ad deuꝫ in corde
suo disposuit legitimus seruus dei. Quid nam
iste descensus de hierusalẽ / ꝙ descendenti tanta
mala succedunt? Hierusalez visio est pacis: pax
aũt totalis est virtꝰ. Nã pax trinitatem insinuat
mentibꝰ nõ velatis. P. patrẽ dicit. A: que litera
in alphabeto primũ principiũ tenet / filiũ denũ-
Joã.7 ciat. Nam ipẽ dixit in euãgelio Joãnis: Prin-
Apoc.1 cipiũ ꝗ ꝛ loquor vobis: Et in Apocalypsi: Ego
sum alpha ꝛ ω / principiũ ꝛ finis. X spiritumsan-
ctũ declarat: est eñ duplex consonans. Igitur
quod dimittit pacẽ / a trinitate recedit. Pax nul
la dicenda ꝗ copulat creaturas / ipsaꝝ autore of
fenso. Esset certissime vera schismate ad oĩa
firmo iure ad deũ ipsa inuiolate seruata. Ergo
quod de iure nõ est / nec esse vere dici põt. Pax
tamẽ ad deũ firmissimo iure cõsistit: quia ipam
oĩa iura cõcedunt ac iubent: ꝛ damnatiõi ascri
bunt omnẽ aliam sine ista: ꝗ ad ipm verũ ꝛ vnuꝫ
deum est in oĩbꝰ inexceptuata subiectio: ꝛ no
stre voluntatis ad suã tota ꝛ plena cõformitas:
vt nec in minimo sit discreta diuersitas / ꝛ bono
rũ omnisi executio: ꝓut potest nostra facultas.
Aut ipa est ꝗ nullũ diuinũ placitũ exceptuat di-
ligendo: nec operando / nisi ꝗ nec potẽtia neqt:
Aut pax dei domus est imperturbata virtutuꝫ.
Ista sane verba nostri ad deum pacem simul ꝛ

eius causam luce clarius ministrant: quorum si
occultos intellectus inuestigare vellemus: pro
ut disponendi aut cauendi sunt mores / tenende
virtutes / seruanda mandata / sacramẽta tractan
da: nõ breue speculũ / sed volumina cuderemus.
Proinde solũ ꝓcessum male peregre videamꝰ:
atꝙ inuectiue / ꝓclamatiue ad descendentẽ ser-
mo noster inclamitet. Quid tibi displicuit o de
scendens in domo virtutũ: vt ab ipsa descende
res / aut egredereris portas pulchritudinis eiꝰ.
Displicuit tibi situs? Fundata est in montibus
sanctis / in altitudine diuinoꝝ bonoꝝ. Displicu-
it tibi habitatio: an i ipa existens varios ex defe
ctu parietũ timebas incursus? Qui cõfidunt in Ps.124
dño sicut mons sion: nõ cõmouebit in eternũ ꝗ
habitat in hierusalẽ. Mõtes in circũitu eius: ꝛ
dñs in circũitu populi sui / ex hoc nũc ꝛ vsꝙ in
seculũ. Ecce cõfidentia: ecce incõmotio: ecce ꝓ
tectio: ecce diuturnitas tanti boni. An displicu
it regalis autoritas? Expedit tibi anima vt re-
garis: sed pacifice ciuitatis rex pacificus ẽ. In
domo eñ virtutis rex est omniũ christꝰ. An nõ
placebant tibi ꝓphete? Cautum te faciebãt / vt
pauidus atꝙ paratꝰ diuinũ expectares aduen-
tum. An sacerdotes tibi faciebãt discrimẽ? Nõ-
ne sacramẽtis sanabãt putrida tua: ꝛ orationi-
bus ꝛ sacrificijs ꝓ te interpellabãt ad dñm? An
ꝑdicatoꝝ declamatio tuis auribus tediũ infere
bat? Sed hoc tibi debebat esse ad gaudiũ: qꝛ da
bant creatoris noticiã / redemptoris amorẽ / re-
demptiõis necessitatẽ: doctrinã regni / salutis vi
am tuis auribꝰ insonabant: vt defixus a mundo
adherẽs deo vnus spũs esses cũ eo: ꝛ insignitꝰ
characteribꝰ suꝑne patrie / militie angeloꝝ simi
litudinẽ gereres suꝑ terrã: cũ quibꝰ i castris tri
umphalibꝰ esses eternaliter coronãdus. Nõne
hec oĩa peragunt in domo virtutũ: etiam hieru
salẽ pretermissa visibili? An tibi odio erat tem-
plũ? Locus est orõnis ꝛ recõciliationis ad deũ:
ꝛ nociuoꝝ tutela. An tibi displicebat ꝓpiciato-
riũ deauratũ / ꝛ tabulis aureis affixis / clauis au-
reis circũdatũ? Christũ ꝗ est vera charitas ꝛ ꝓ-
piciatio pro peccatis: circa quẽ angeli ꝛ oẽs be
ati velut tabule charitatis amoribus clauati as
sistũt / nõ oportebat dimittere. An tibi duo che 3.Re.6
rubin nõ placebant: ꝗ versis vultibus ꝓpiciato
riũ prospectabant duo testamenta omni scien
tia plena? Te decebat audire ꝗ christũ enigma-
tice atꝙ vere / allegorice atꝙ moraliter confir-
mant in cordibꝰ auditoꝝ. An mensa propositio
nis duodecim panũ tibi nauseam fecit? Fidem
duodecim articuloꝝ oportet custodire credẽtẽ.
An altare aureũ nõ placebat? Et suꝑ fidem chri
sti vnigeniti dei filij / ꝛ in eius merito sacrificiũ
oportebat offerre cõtriti cordis ꝛ spũs cõtribu
lati? An candelabrũ luminis velut hely tuis ocu
lis / velut egris odiosum erat: quod puris gaudi
um prestat? Sed a luminosa veritate nõ decet
eẽ secretũ: ambulat eñ i tenebris ꝗ ab ipsa rece
dit. An tibi nõ placuit velũ? Sed scissum est in Mat.26
duas ꝑtes / a sũmo vsꝙ deorsum; vt aspicias my

steria magna dei ꝑ glorificatione aīe atq̄ nr̄e
carnis benignissime mūdo data: vt a sūmis ce/
loꝝ vsq̄ ad ima terraꝝ nihil sit ad nostrā vtilita
tē eductū. An figure prominētes erant fastidio?
Et sanctoꝝ exēpla conuenit aspicere certatori.
An longitudo templi nō placet? Fidem trinita/
tis ꝑseuerantes expedit retinere. An altitudo?
Et ad spem celestiū inuitamur. An latitudo tē/
pli facit tibi dispendiū? Et charitate iubemur
ad oēs extendi. An vas eneū mare dictū sup bo
ues duodecim latū/tibi aliq̄d fecit horrori? Et
baptizari oportet: ⁊ iteꝝ balneari si baptismate
suscepto turpamur/balneo penitētie: quod ap̄li
duodecim toto orbe terraꝝ diffusi vbiq̄ intre/
pide p̄dicauerunt. Quid est in domo pacis/in
domo virtutū/in ecclesia dei quod tibi displice
at? Qualis est cui displicet visio pacis: qualis ē
qui caret pace ad omniū creatorē? Omniū em̄
emulus est: ⁊ manus eius cōtra oēs/⁊ omniū cō
tra eū: qui a pace diuina diuortiū fecit. Nec ad
seip̄m pace bona potit/qui factorē suū reliquit.
An forte porticū ante templū iudicabis super/
fluū? Sed cōsyderandū erat quod ante secreta
mysteria cognoscenda ⁊ cōtemplanda oporte/
bat preire bonoꝝ opeꝝ actionē: ⁊ s̄m latitudinē
charitatis longitudo bene actoꝝ bene tendit.
An displicebat tibi q͂ in templo erant ad lumi/
nis susceptionē obliquate fenestre? Sed tibi sit
rōnis ad artē: q͂ quanto magis obliquant inte
rius/tanto ab extra ingrediens lumē maiori cla
ritate diffundit: ⁊ patulā abintus esse animā ex
pedit q̄ gratie lumē expectat. An tibi displicuit
q͂ templū edificatū est de lapidibꝰ dolatis atq̄
ꝑfectis? Argumentū tibi esse debebat: qm̄ dola
ri/poliri/ꝑfici ꝑ virtutes oportet in supno tēplo
edificari querentē. An te tanta sapientia obce/
cauit: q͂ oēs magistri laborauerūt ⁊ operati sūt
in sapientia salomonis ⁊ nō in sua? Nullus em̄
magistroꝝ sciebat mentē eius/⁊ quō debebant
opata disponi: sed ipso decernente oīa cōposita
sunt: ⁊ post cōpositionē laudauerūt oēs sapiētiā
salomonis: suoꝝ opeꝝ videntes tam pulchrum
atq̄ mirū cōcentū. Sed hoc magis debuit ani/
mā tuā ad amorē manendi suspendere: qm̄ sine
Joā. 15. christo nihil possumus facere: ip̄o dicente: Si/
ne me nihil potestis facere. Etiā ap̄ls ait: Non
sumus sufficientes ex nobis: sed oīs sufficiētia
a dn̄o deo est. Forte fulgor auri quod oīa in tē/
plo tegebat/tuos oculos intolerabiliter irradi
auit. Magis ṽo te illuminare debuit quod oīa
bona pornat: ⁊ vniuersa delicta opit charitas.
An tibi admirationē adduxit velut nō intelligē
ti: q͂ malleus ⁊ securis rumor ⁊ oē ferramentū
nō sunt audita in domo dn̄i dū edificaret? Do/
cumentū tibi esse debuit atq̄ p̄sagiū futurorū:
q͂ quies absq̄ rumore in supno templo cōsistit.
Nec instrumēta virtutū/nec agoniste ipsaꝝ so/
nū exercitij dabunt vbi fructus solū ꝑcipit post
laborē: ⁊ q̄es imutabilis sequit sanctū opus: et
stipendia in pace suscipient/q̄ fuerūt fortes in
bello. Et q̄ caumata senserūt belloꝝ ⁊ armorū
strepitus in castris sp̄ualibus nō vitarunt: non
clamabūt vlterius aduersus hostes: nec cōtra
eos clamoribꝰ orationum ⁊ lachrymaꝝ postula
bunt auxiliū/quos videbūt ex tota diuina boni
tate subiectos. Nec aduersus vitia erit perstre
pens agmen: que hic fuerūt deuicta in validor
in intelligibili clamore virtutū. Nec causaberis
de carne rebelli: q̄ omnē suā beatitudinē posside
bit. Nec aduersus corruptibilia erit rumor: ni/
hil em̄ est corruptibile in supnis. Nec ad docē/
dū ꝓximū cōcionator cōcionabit: videbūt em̄
oēs verū in luce diuina. Nec rumor est missarū
⁊ cantus ⁊ se voluentiū vocū: cū oīs laus ⁊ gra
tiarūactio mente sonabit in auribꝰ sūmi regis.
Et vt ita ꝑstringam/nulla rumoris ac frangen/
di silentij causa: vbi omniū est in vno vero ⁊ sū
mo ⁊ eterno deo cōcors ⁊ pacifica volūtas ⁊ to/
ta fruendi vita. Quid imoror ad huius tēpli re/
serāda mysteria? Suscepta intentio ad alia me
cōpellit. Sed o male descendens/cur nō ascen/
disti in montē aut arcē sion? Forte nō descen/
disses de hierusalē. An tibi displicuit mōs sion
ꝓpter quod descēdisti? Sed speculari magis ti/
bi expediebat ⁊ cōtemplari dn̄i bona/⁊ te i ista
sustollere: vt ꝑ cōtemplationē diuinoꝝ terrena
te implicantia deuitares: ⁊ diligenter inspice/
re in sionitica cōtemplationis arce: quod oīum
saluator ⁊ dn̄s agnū imaculatū ꝓ paschate co/
medit: innocentiā/simplicitatē/mansuetā ⁊ ino
xiā vitā ostendens: dans ap̄lis ⁊ ceteris exēplū
sic cōuersari debere in medio nationū. Et vidis
ses oculo alio q̄ carnali diuinā maiestatē in hu
manitate piscatoꝝ ⁊ ꝓditoris pedibus inclina/
tam: ad ostendendā humilitatē/ad supna ducē/
tē/⁊ abluentē sordes affectuū filioꝝ hominū: vt
nō amplius cōcupiscamus q̄ diuina manꝰ a no
bis abstersit. Et cōtemplare vlterius in sioniti
ca cōtemplationis arce cibum supsubstantialē/
supbonū/supersanctū/supnaturalē/superintelle
ctualē/omnē habentē plenitudinē deitatis: fon/
tem infinite vite/⁊ omnē copiā omnis boni ha/
bentem: per semetipsum se ministrantem in ro
bur virtutis: in tutamentū a turbine peccato/
rum: in signū omnis dilectiōis ad nos: ante di/
lectos ap̄los/quos sua bonitate fecerat dignos
se. Nec ad reuocationem iude scariotis in gre
gem a quo iam animo diuisus erat sibi denega/
uit/sed dedit: eum tanto signo dilectionis am/
plectens/vt reuocaret in gratiā ad quā ante vo
cauerat: magis dolēs christus q͂ eū erat ꝑditu
rus/q̄ q͂ iudas eū erat ilico ꝓditurꝰ. Perspica
ciꝰ accōmoda mētis aures: ⁊ audies christi mē/
tis arcanū ⁊ eloquia diuina/ꝑ oīm dn̄m nostrū
christū. Altius oculis aspice: ꝯtemplare magno
intuitu: ⁊ videbis ibidē ostendi nouitatē celestē
in corpe saluatoris ab inferis resurgentis: ⁊ cre
dulitatis palpatiōes ⁊ ṽitatis oñsiōes ꝑ cibos
⁊ ꝑ singularē tactū radiantiū cicatricū. ad tollē
dū dubitatiōes singulariter dubitātis. Ultimo
mente cōspicies in sionitica mansione spiritum
sanctū effundi de celis in pauperculā ⁊ humilē

⁊ modicā christi familiā: et iterū misceri hūana diuinis fideli mēte videbis: q̄ oīa nisi habitātibus in pace atq̄ in domo hierosolymitana virtutum nō patēt. O nequā: o male viator: o male pegre: o mali autor itineris: q̄re de hierlm descēdis? Sūt ne ista mysteria genimina displicētie: vt dimitteres de sensu lethifero hāc sanctissimā ciuitatē: nō cemētoꝝ ⁊ lapidū habentē initiū/ sz pacis ⁊ ꝓciosaꝝ amabiliūq̄ virtutū? Inq̄es forte: Nō displicet hierosolyma/ nō tēplū/ nō mōs sion/ nō pacta mysteria: sed hiericho magis placet. Cur placet hiericho sita in planicie? Non ita cito suscipit lumē solis. Cur placet hiericho? Luna ex interꝑtatiōe vocat: q̄ sui luminis defectū patit: ⁊ nunq̄ in eodez statu ꝑmanet. Nōne interpositiōis lune sol eclipsim patit: vt eiꝰ lumē nō plenū diffundat ad subiectas orbis partes. Magis vero lunatica bona interponūt: ne lumē iusticie illucescat nobis: ⁊ ne sol iusticie oriat in cordibꝰ nostris. Perfunctoriā mūdi amenitatē hiericho speculatoribꝰ veritatis ostēdit: sed nō placeat amenitas hierichōtina. Arca domini circūdata sacerdotibꝰ/ tubis clāgētibꝰ/ vociferātibꝰ pp̄lis/ ad impiū dn̄i est funditus subuertēda. Nam oīs diuina scriptura diuinitꝰ intellecta/ oīs sacramētalis autoritas atq̄ sonora doctrina/ oīs electus populus dei contra ipsaz multimode semꝑ inclamitat. Placet mūdi amenitas/ quam omnis animo habitās in fine deletur?
Josue.6. Sola Raab meretrix ⁊ sibi coherētes euaserūt excidium: qui magis dilexerūt sacramentale mysteriū ⁊ dei populū q̄ suoꝝ multitudinē ciuiū atq̄ muroꝝ fastigium: eos designās hoīes qui magis diuinis mysterijs aīo/ vita/ moribus se cōmittūt/ q̄ detineri velint mūdi amenitatibus defecturis. Placet hiericho: cuius oīa bona sunt anathematizata: ꝑter q̄ ad diuinū possunt ordinari vsum? Lapidatus est Nachor: q̄ tulit pallium/ argentū ⁊ aurū ⁊ coronā de anathematizatis volēte dn̄o. Ve q̄ aliq̄d desyderāt de mūdo visibili: ꝑter quod necessario vitā hominū fulcit: aut in diuis redūdat obsequijs. Placet amenitas venenata? post cuius destructionē maledicit oīs q̄ ad reedificiū ꝑstat opus: vt ꝑmogeniti ⁊ secūdogēiti morte plectat q̄sq̄ recōditor: vt aīa ⁊ corꝑe in fine tradat gehēnalibus flammis: q̄ amenitatē mūdi aliq̄n ꝯtemnēs/ velut recōuersus ad vomitū reaffectat. Cur placet lunatica ciuitas? Nā lunaticus crebro in ignē cadere fert: ⁊ in aquā mergi narrat. Arrepticij sunt lunatici: ⁊ a demonibꝰ agitant. Sed ve cui hierusalē displicet: ⁊ hiericho in placito est. Etiaz ve cui cōꝑatiue hiericho magis placet. Nunq̄d ꝙūt hierusalē/ videlicet pax diuina ꝑmo displicuit: postmodū hiericho placuit? An hiericho ꝑmo placuit: hierusalē postremo in displicentiā venit? An instātanee vtrūq̄ ꝑagit: vt ad id trahatur ista sn̄ia: si ꝑus a creatore fit auersio: deide ꝯuersio ad creaturā? An preit ad creaturā ꝯuersio: ⁊ auersio ad creatorem subsequit? An simul vtrūq̄ ꝑficit? Sed hoc determinare q̄s nouit?

An aliq̄d placitū ꝑter deuz aspexit in aīo quod cōcupiuit: cui adherere voluit: ꝓpter quod deū dimisit? An aliq̄d sibi nō cōpetēs aut minus placēs vidit in deo: ꝓpter quod ab eo recedere disposuit? Sed recessus oīs certos terminos habet: terminū a quo/ ad quē ⁊ ꝑ quē. Ut tardioribus ꝑ exēplū pateat/ iste idē de quo fit sermo declarat. Descēdit a hierusalē/ ecce terminꝰ a quo: in hiericho/ ecce terminus ad quē: ꝑambulabat viā/ ecce terminus ꝑ quē. Igit typice suscipe. A deo recedit: ecce terminus a quo/ vn̄ pctōr male defluit. Creatura ꝑter deū appetit: ecce terminꝰ ad quē pctōr male se cōuertit. Uolūtas est q̄ appetit: ecce terminꝰ ꝑ quē/ i quo pctōr se ꝯuertit: sed terminꝰ iste mediꝰ serenabit clarius quod latet occultius. Sed ꝑus altius intēdamus. Primus angelus q̄ a deo auersus/ ad quā ē creaturā ꝯuersus: ⁊ hmōi auersiōis q̄s est mediꝰ terminꝰ? Quod eīm mediū dicit/ indubitāter extrema sortit: ⁊ nulla pōt fieri a deo auersio/ nisi ꝑ mediuz volūtatis fiat ad creaturā cōuersio: nulla vero creatura erat in esse/ quā angelus ꝑter deū posset appetere. Quo ergo angelus se cōuertit/ qn̄ se a deo auertit: cū necessario terminū ad quē q̄rat auersio? Et si hoc fert in dubium frustra: q2 terminꝰ medius/ scz inordinata volūtas/ alteruz de necessitate q̄rit extremū. Sed si de adā aliq̄s querularet: quo se cōuertit auersus/ faciliꝰ rn̄demus. Erat deus: erāt oēs creature in specie sua: erat adā q̄ noīa imposuerat cōueniētia rebus. Habes igit in auersione ade terminū a quo: q2 deꝰ erat a quo auertebat: habes terminū ad quē q2 creatura erat ad quā cōuertebat: habes terminū ꝑ quē volūtas sibi aderat in q̄ ꝯuertebat. Nec in angelis est terminū ad quē extra seiꝑos modo aliquo repire. Sed forte dices: Unus cōuertebatur ad aliuz: ⁊ dereliquerunt deum. Ad quod sed/ sequitur sed. Nec angeli depravati appetiuerunt bonos: quos dereliquerunt. Nemo relinquit quod appetit/ si tenere potest. Adijcies: Et vnus depravatus appetiuit preter deum alium depravatum. Sed tanta sunt celeritate puniti pro eo q̄ deliquerunt: et nulla prioritas atq̄ posteritas est in puniendo seruata: sed ipso instanti eiecti fuerunt/ quo contra diuinam voluntatem suam erexerūt: vt nullus alium posset preire suum preter deum appetendo consociuz qui sine omnis tempis interuallo ꝭm ordinem: ineffabilis ⁊ diuine iusticie receperunt supplicium: atq̄ reprehensibiliter sunt penis debitis et vltricibus per diuinam sententiam deputati. Quia nunq̄ et nusq̄ pena etiam per momentuz minimum dissociatur a culpa: vt pena non absit vbi culpa persistit: imo vt statim est culpa sequitur pena/ quasi simul existente pena cum culpa. Igitur angelorum auersionis terminum habemus a quo: terminum autem ad quem extra seipsos penitus non videmus. Sed appetiuit forte vnusquisq̄ seipsum: ⁊ si hoc fuisset/ iā istos tres terminos habemus. Qm̄ nō est hic sermo de angelis disserendus: sed ad exemplum nostre

auersionis eoꝝ auersionē adduximus: idcirco ad
ꝓpositū reuertamur: ⁊ q̇s terminoꝝ triū in ꝓces
su pctōꝝ ꝑcedat an simul sint/ q̄tū possumus hu
militer indagemus. Accipiam⁹ igiṫ hois pmā
cogitationē de aliq̄ re appetibili/ anteq̄ sequaṫ
ꝓhibit⁹ appetitus: deinde adiūgam⁹ ꝓhibituꝫ
appetitū: deinde videbim⁹ si ꝑcessit aut ē auersio
subsecuta. Igiṫ q̇dā cepit cogitare aurū et pul-
chritudinē ⁊ vtilitatē: ⁊ quō multa posset ꝑ mul-
titudineꝫ auri expedire. Deinde cepit appetere
atq̧ appetiuit in aīo ꝑter deū. Est ne nunc post
inhibitū appetituꝫ auersio subsecuta? Intuere
subtilius. Quod est hois debitū atq̧ totū in hac
vita bonū? Cogitare de deo: diligere deū: adhe
rere deo. Nā de ipso cogitare/ sensus est cōsum
matus: ip̄m diligere totalis est virtus: ⁊ dilectio
semꝑ ad dilectū animū tenet: q̇ sibi adheret/ cū
ipso efficiṫ vnus spūs. Cogitans igiṫ aurū pmo
ꝑtermisit debitū quod erat de deo/ aut de his q̄
sunt eius/ sedulo cogitare: ꝯcupiscens ex amore
ꝑuerso: q̄ꝛ nisi quod amaṫ/ nō ꝯcupisciṫ: aut ꝑter
misit dilectionē dei: que si animnm tenuisset ad
deum/ non ꝑter deum appetiuisset aurum. Ad-
herens vero auro/ dissolutus prius erat a deo:
nam stante adhesione ad deum/ ad creaturā nō
potest esse damnata conuersio. Sed hoc nō fie-
ret/ nisi pmo esset deordinata volūtas. Ergo ter
minus medius prior esset q̄ alter/ et alter extre-
mus: sed nec deordinata esset/ nisi aliquid appe-
tisset: quia nec a deo se auertisset/ nisi aliquid ꝑ-
ter deum vellet. Multa posset hic fieri verborū
congressio. Ego aūt q̄tum capio tantū dico: q̄
hec triuitas anathematizata/ maledicta ⁊ repro
bata est equalis in tēpore: inq̄tum creatura po-
test istorū trium instantaneam actionē in se su-
scipere: vt tunc sit auersio quando ⁊ conuersio:
tunc cōuersio quando auersio: tūc est deordina-
ta volūtas quādo auertiṫ ⁊ conuertiṫ/ ꝯm quod
ꝓhibet veritas. Igitur male peregre vide quid
feceris: dimittens hierusalem/ hiericho vadens
periculosam gradiens viam/ malam trinitatem
portans/ apertior rebellis factus trinitati creā-
ti: damnatam trinitatem pariter tecum portās/
auersionem a deo/ conuersionem ad defectibi-
lem creaturam et voluntatem peruersam. Que
ista trinitas sic infausta? Est ne ista potentia pa
tris vt auerteris ab eo: est ista sapientia filij vt
creature adhereres: est ista bonitas spūssancti
vt in voluntate deprauareris? Ue qui recedit a
deo. Ue qui se ad creaturam ꝑter deum conuer-
tit. Ue graui hominum voluntati: Aspice inopi
natū quod īcurrit male ꝑegre iuste ꝑiculū. **Et
incidit in latrones.** Incidit: nec cogita-
bat affutura pericula. Merito incidit in latro-
nes/ qui recessit a murata hierusalem. Peruagi
sunt latrones: excludi volūt: timēt includi. Me
rito incidit in latrones q̇ recessit ab altitudine
atq̧ securitate sionitice arcis. Alte arci neque-
unt dāna inferre latrones. Merito incidit in la
trones q̇ tēpli sanctimoniā dereliq̇t. Preualet
latronib⁹ virt⁹. Merito incidit in latrones/ q̇
regalē iusticiā dimisit. Timent iusticiā/ iniustici
am facientes. Et ꝓphete forte dedissent vatici
niū de cauendo/ si nō recessisses ab eis. Et anq̄
ꝑueniret quo aīo ⁊ pede tēdebat/ ꝑtulit quod
nolebat: ⁊ priusq̄ venisset ad affectatū terminū/
incidit inopinatū periculū. Omnia q̇deꝫ hec sic
litera gesta docet. Sed vere peccator tā sancta
mysteria derelinquēs/ nō īmerito depredantuꝛ
visibiliter atq̧ inuisibiliter īmisericordes inci-
dit manus/ latronū videlicet auferentium alie-
na. Nondū ꝑuenerat peccator ad quod cōuer-
tiṫ: ⁊ multaṫ q̄ꝛ iam auersus erat. Et penam luit
ex deliberatione/ anteq̄ malū actione perficiat.
Sed q̇ sunt hi latrones in quos male ꝑegre in-
cidit: imo quis etiā est q̇ ad manus latronū per
uenit? Cōspice diuinā iusticiā subtilius: ⁊ rē ge-
stam intelliges clarius. Pertinet ad ordinē di-
uine iusticie/ vt interdū mali malos puniāt: et si-
miles cōsimiles malos torqueant: nā latro inci-
dit in latrones/ ⁊ latro ait ad latronē. Quid aūt
latro? Est siq̇dem latro/ ad malū latibulū que-
rens. Igiṫ quod diciṫ cōpetit peccatori. Uellet
ꝓculdubio deū ⁊ hoies sua mala latere. Latro
incessor solitudinis est/ expectans quē expoliet.
Latro fur est/ ⁊ alioꝝ manuductor improbus ⁊
inuisus. Latro q̇ appetit sibi nullo cōpetens iu
re: ac etiā inuite accipit quod alterius est iuris:
Latro est q̇ ꝑ insidias occupat vias: ⁊ viatori-
bus insperat⁹ occurrit. Latro est q̇ ꝑdiu in ali-
enas ꝑtes labores violētia erumpit: ⁊ fouet vi-
tam sudoribus proximoꝝ/ quos improbe spolia
uit. Latro est q̇ omni verecundia pulsa de mori
bus/ aperte ⁊ clamdestine sua nō sua facit. Pro
inde latro omnis peccator: ⁊ quod diciṫ recon-
uertiṫ. Nā si latro diciṫ q̇ aufert inuito dn̄o ali-
enū: hoc oīs peccator facit: ꝓ eo q̄ iure creatio
nis oīs hō velut oīs creatura alia est dei. Et ve
limus nolimus/ sui sumus: peccatores vel iusti.
Hoc salomonis sentētia clamat: Etenī si pecca
uerimus/ tui sum⁹: scientes magnitudinē tuā: et
si nō peccauerimus/ scim⁹ q̄ apud te sumus cō-
putati. Ac ꝑ hoc si oībus modis sui sum⁹: ex vo
luntate ꝓpria iure dilectionis ⁊ adhesionis sui
esse debem⁹: ac ꝑ hoc peccātes omnipotēti deo/
nosip̄os latrocinamur atq̧ furamur. Necnon
iure redemptionis facte ꝑ sanguinē sibi vendi-
cat nos saluator: vt vita nostra referaṫ ad eum:
nec viuam⁹ animalib⁹ sensualitatib⁹ nostris ab
ipso auersi/ ad creaturā ꝑter ip̄m cōuersi: sed ei
q̇ mortē suscepit/ vitamq̧ dedit ꝓ nobis. Cū igi
tur peccando ab ipso auertimur/ ad creaturam
conuertimur: q̇d aliud facimus q̄ nosip̄os qui
dn̄ica vasa sumus sibi ꝑ baptismū lota: ꝑ fidem
⁊ sacramētale mysteriū saluatori omniū conse-
crata: more latronū rapimus/ ipso inuito: aliter
q̄ velit cū creaturis nos turpiter cōtrectam⁹: ⁊
more furuꝫ de alienis/ facimus de nobisipsis: q̇
nostri nō sumus/ sed diuini iuris. Incunctāter
appropiatione typica quod corꝑaliter a latro-
nibus/ hoc spiritualiter a peccatorib⁹ agitur.
Merito ergo latro īcidit ī latrones: vt latro la

trdonẽ puniat: malus malũ afficiat: pctõrẽ pctõr torqãt: vt eũ sentiat tortorẽ in pena/ cui sĩlis factus est in culpa. Incidit deui⁹ a deo/ ꝓnius ad malũ in latrones inuisibiles/ videlicet demões qui a dño se ꝑ furtũ ⁊ latrociniũ subtraxerunt: ⁊ de falcatiõi sĩlr oẽs latrocinari conant̃. Est ⁊ latro mũdus tot⁹ posit⁹ i maligno: q̇ multos amenitate sua latẽter ⁊ furtim a deo diuertit. Latro est q̇ nõ ſm deũ noiat̃ amicus: q̇ ad q̃ꝙ placita trahit amicũ: videlicet occultã amicitiã semper habet: q̇ imꝑpẽse aiaꝫ furat̃ amici ⁊ dulci furtim quadã violẽtia trahit. Utinaꝫ tibi latro nõ fuisses: vtiꝙ latrones nõ inuenisses. Sꝫ q̇d ei fecerũt: q̇d ei latrũculi rapuerũt: quod dãnũ dederũt? Expoliauerũt eũ: vere tunica innocẽtie atꝙ camisia puritatis: necnõ ⁊ honestatis pallĩũ abstulerũt: auferẽtes mortis mẽoriã cũ mortĩcinia calciata de pedib⁹ subtraxerũt. Et zonaꝫ castitatis asportauerũt a lũbis: vt ꝯstrictio pulchra corpis/ tegmine velata pudoris/ in dispersa libidinis dissoluat̃. Perstringaꝫ breuiter q̇d expoliatio ista significet. Uestiuit de⁹ adã imaculata veste nature: ꝙobrẽ ⁊ ipse ꝓtectus nõ subiacebat pudori: nec in se aliq̇d sentiebat aduersum/ indiscissa manẽte aut nõ ꝑdita ꝓme donationis ⁊ induitiõis toga: q̃ expoliatus extitit/ cuꝫ auersus a deo accessit ꝯuersus ad vetitum. Accepit iteꝝ inartificiatã/ sed detractã pellẽ ꝓ velamine ad pudorẽ: eo nãꝙ ꝙ accesserat vitiũ/ successerãt pudor. Hec eadẽ erat ad tutelaꝫ ꝓpter aeris intemperiẽ. Cõmota eñ statim sunt elementa contra euꝫ: qm̃ rebellauerat in eoꝝ autorem. Que tunc in manus predantiũ venit/ cum pctm̃ impudenter admittit̃: ⁊ artificiatur ad vanitatẽ quod ꝓpter tutelam est necessitate concessum.
Gñ.27 Esau habebat duplices vestes ⁊ fortes ⁊ multiplices: aliquas ad ciuilitatẽ ⁊ vicinitatẽ in conuersatione ad hoĩes: aliquas ad feritateꝫ/ q̇bus vtebat̃ in venatione syluestriuꝫ: ⁊ ipsis indutus pergẽs ad imperiũ patris vt venatu aliq̇d ꝓ imperante citius venaret̃: ciuilibus domi relictis ⁊ tegẽtibus materna ꝓuidentia alterius fratris corpus/ hereditate priuatus est. Merito q̇s vestibus sancte cõuersationis ⁊ bone ciuilitatis ⁊ rõnalis moris ad ꝓrimũ spoliatus incedit: q̇ feralitatis ⁊ bestialitatis actibus arcu volũtatis sagitta subtilitatis insistet: ⁊ caret bñdictione/ imo hereditate paterna: quam omnis legitimus
Gñ.37 heres expectat. Tunica talari polymita expoliatur ioseph a latronibus fratribus/ imo homicidis: quasi ꝓ eo quod a patre recessit vadens in dothaim/ scꝫ in defectũ quem dicimus esse virtutũ. Perseuerantiam talaritas sonat: varietatem ⁊ ornamentum bonoꝝ ostendit polymitas
Gñ.39 quam ꝑdidit in ꝑegre sic se habens. Et in egypto a meretrice scinditur palliuꝫ honestatis: vt sepe hoc fiat ꝙ ex molli ⁊ feminea cõuersatione si nõ ꝑdit̃ castitas/ infamet̃ honestas. Asciscitur
1.Re.24 huic sñie abscissuꝫ palliũ Saul a dauid esset ad req̇sita nature: vt quia in his q̃ naturali debito agimus/ cautelã in oibus nõ tenemus; velut in cauernis obscuris nostre impudẽtie noster habitat inimicus: q̇ nostre regalitatis chlamydeꝫ trũcat: improperãs ⁊ ostendẽs ꝙ peiora facere poterat si dñs ꝑmisisset. Fuerũt vestes legales atꝙ sacerdotales: q̃s i manu moysi electo pplõ edixit oipotẽs: vt legales ad doctrinã ⁊ agendaꝫ vitã: sacerdotales ad medicinã ⁊ remediũ referamus: q̃ꝝ ꝑtulit expoliationẽ q̇ ꝓpter hiericho hierusalẽ sacramentaleꝫ aio ⁊ ope dereliq̇t. Et vestis grẽ/ q̃ dicit̃ nouitas vite. Induite (inquit
apl's) nouũ hominẽ/ q̇ ſm deum creatus est. Et Ephe.4
alibi: Induimini dñm iesum christũ. Et iteruꝫ: Ro.13
Quotquot baptizati estis/ christum induistis. Gal.3.
Quã expoliatorib⁹ exposuit q̇ vitã aspirauit in veterẽ. Ecce vbiꝙ hierusalẽ ⁊ hiericho: ecce in omni hoie hierusalẽ ⁊ hiericho. Ecce in paradiso hierusalẽ ⁊ hiericho. Unꝙ ⁊ vsꝙ quousꝙ terminus mortis adueniat/ habet q̇spiã a quo defluat/ in quod effluat/ quo se ꝓfluat.

¶ Uulnera hoĩs descẽdẽtis in hiericho: id est pctõris. Ca. XXXIX

Sed post ꝑdita q̇d? Accepit plagas. Circũdatus ab inimicis necessario suscipit plagas/ nõ ꝓtectus armatura materie durioris: ⁊ inuisibilia vulnera subito penetrãtia cor/ in via volũtarie auersionis a deo accipi et inermis spiritualibus armis: que reliquit in sion et hierusalem et templo/ extra muros perambulans: vbi sunt monumenta iustorum: vbi existentes nunꝙ accepere/ sed semper aduersarijs dedere conflictum. Sed quos imponunt? Immanes quibus absꝙ ꝙ plangent/ expoliare
non sufficit. Inquit Ecclesiasticus: Quasi rhõ Eccl.21
phea bis acuta omnis iniquitas: et plage illius nõ est sanitas. Omnis iniquitas dupliciter nocet. Animam ledit et corpus: et in presenti et in futuro seuo telo configit. Et hec est rhomphea bis acuta: et non est sanitas si vltima sequatur infirmitas. Nam infernalem plagam quis curauit aliquando? Nam alia scriptura dicit: In inferno nulla est redemptio. Et psalmista do-
lens ait: In inferno autem quis confitebitur ti Psal.6
bi? Profecto illi lassitudini nulla sequitur requies. Cum quis ergo plagatur/ infirmus efficitur: ⁊ quãto magis inualescit infirmitas/ tanto magis debilitas sequitur. Uerius enim in hoc spiritu ꝙ in corpore agit̃: vt pessima fiat plaga peccati/ que consuetudine longa infecit. Hinc
Hieremias ait: Insanabilis fractura tua: pessi- Hiere.30
ma plaga tua. Quare isanabilis fractura? Quia est pessima plaga. Quare pessima plaga? Quia consuetudine longa indurauit. Et sapientia di-
cit: Languor prolixior grauat medicum: cum Sap.10
tam cito non possit adhibere remedium. Sed nihil est quod diuina potentia omnino non sanetur: si dispositũ sanare disponit. Et post plagam male consuetudinis peior plaga infligitur: vt etiam iacula desperationis plagatus vitijs iterum feriatur. Unde iterum Hieremias
ait: Quare factus est dolor meus incurabilis: Hiere.15
et plaga mea desperabilis? Quia sepe fit vt as-

suet⁹ lōgo tpe vitijs/dissuescere nolit: magis ve-
ro sua existimatiōe nō possit. Existimat impossi
bile posse mutare naturā: quā finxit assuetudo lō
geua. Et licet sit absonū dicere: ꝙ ꝯsuetudo mu
tatione specifica in ipsam vertat naturā/vt fiat
aut sit ꝯsuetudo natura: istud vero infallibiliter
est exꝑtū ꝙ ꝯsuetudo firmata nature habet po-
tentiā. Stabiliti ⁊ diutini atqꝫ lōgeui ꝑuersi ho-
minū mores intantū asciscunt nature corrupte
vt appropriatiōe typica ⁊ morali ad impossibi-
Hiere. 13. le cōnectant. Quod Hieremias expssit: Si pōt
mutare ethiops pellē suā ⁊ pardus varietates
suas: ⁊ vos poteritis bñfacere cum didiceritis
malū. Merito igit desperabilis est ꝯsuetudinis
plaga/si cui nō pōt adhiberi remediū: ꝙuis di-
uina potētia oībus possit esse subsidiū. Sed pla
ge qñqꝫ innascunt/de qbus iste text⁹ nō loquit:
sed de his q̄ ꝑ alioꝝ ꝑcussiones fiūt/q̄ in triplici
Esa. 1. genere reꝑiunt: de qbus Esaias ꝓloquit: Vul-
nus ⁊ liuor ⁊ plaga tumēs nō est circūligata nec
curata medicamine/nec fota oleo. In ꝑcussio-
nib⁹ assolet euenire: vt qñqꝫ vulnus/qñqꝫ liuor/
qñqꝫ plaga causet. Vulnus est cū leuiter aut for-
titer cū vi aliqd corpi sentiēti ꝯfigit aut infigit/
vt fractura in corpe pateat. Liuor vero est ex ꝑ
cussione ꝑua vel magna pallidū aut nigrū vesti-
giū: vt nec carnis fracturā/aut scissurā ostēdat.
Plagā vero vocamus que aut ex ꝑcussione/aut
alio casu aꝑtura lata ⁊ ꝓuaga existit in corpe: q̄
aut ex dolore/aut ex desperatione curādi patien
tē plerūqꝫ plangere cogat. Habes ergo in vul-
nere quodlibet pctm̄ aꝑtū: habes i liuore quod-
libet malū occultū: habes in plaga tēpus ⁊ nu-
merū ⁊ ꝙtū ꝓuagatū periculū. Sed ve si nō cir-
cūligant vinculis legis: ve si non curant ex sa-
cramētis: ve si non fouent oleo pietatis. Adhuc
o male ꝑegre aduersus te verboꝝ suscipe iacu-
la. Forte cōquereris ꝙ hierusalē derelinquens
ad hiericho pergēs/nec ꝑueniēs tāta mala ꝑtu-
3. Reg. 3 leris. Nouimus referente scriptura ꝑ fidem: ꝙ
semei sententiā mortis accepit/qui cōtra inhi-
bitionē regis Salomonis egressus est hierusa-
lem: vt merito nō euadat gladiū vltionis si quis
effugerit ciuitatē tanti mysterij atqꝫ pacis. Nec
4. Reg. 25 nō sub eadē fide ꝑnouimus hierusalē obsessam
a Nabuchodonosor babylonis rege: cuius ma
nus volēs effugere rex hierusalē/ noīe Sedechi
as: cum bellatoribus suis rupto muro fugiebat
ad cāpestria solitudinis: sed comꝓhēsus est in
sequētib⁹ emulis in planicie hiericho. Alia scri-
ptura dicit: in cāpo hierichōtino/cū oībus suis
bellatoribus dilectis. Qui adductus corā ba-
bylonis rege/audiuit iudiciū. Jussi sunt interfi-
ci duo filij sui/scꝫ sedechie in ꝯspectu eius: post
quoꝝ ꝯspectā mortē ad doloris augmentū/eru-
ti sunt duo oculi eius/sentētia durāte regali: vin
ctus cathenis ducit in Babylonē. Ecce q̄ rece-
dit de hierusalē/comꝓhendit in latitudine luna
tici atqꝫ deficiētis mūdi. Sed a qbus comꝓhen-
dit? A ꝯfusis/⁊ ꝯfusionis notā oībus facere sata
gētib⁹. Derelinquit ab angelis ⁊ sanctis ⁊ opi-

bus iustis: vt bona q̄ ꝓ ipo ante fuerāt/in necessitate iuuare nō valeāt. Ante cui⁹ ꝯspectū duo filij occidunt. Intellect⁹ verus ⁊ amor rectus extinctiōis sententiā suscipiūt. Cecant oculi ꝯtēplatiui ꝯtuitus auferunt: ne dñi bona videam⁹. Vinculamur catenis nostroꝝ videlicet pctōꝝ: vt anulo male cogitatiōis addat anulus delectationis: cui cōiungat anulus cōsensionis: cui iungat anulus male oꝑatiōis: cui nectat anulus male cōsuetudinis: cui parilet anulus necessitatis: quē sequat anulus desperatiōis ⁊ obstinationis: ⁊ his vincti ducamur in babylonem/ in confusionē turpantiū ⁊ perditoꝝ moꝝ: et ibi finiat vita omniū derelinquentiū hierosolymā ciuitatē: nō euertendā ⁊ destruendaꝫ ab emulis/ sed fidelē ⁊ moralē ab angelis custoditam. Sed nec auditor hoꝝ sermonū/aut tu male peregre subtriceris/scuto vitree excusationis palliare te credens. En hierusalē fame aut violētia manuꝫ hostilē requirebat effugere: destruēda erat ⁊ tēplū depopulandū: fugiendū igit erat. Affirmo si euasisses: ⁊ si more humano loquar. Gloriose mortis nanciscit nomen q̄ hostibus terga non dedit: ⁊ signo triūphali ē ascribēdus post mortem qui nō fugiens/sed tuens morit in ciuitate ⁊ magis eligit ꝓbiter mori/ꝙ̄ turpiter si ꝑ fugā posset viuere post ruinā. Cautū fuit semꝑ militibus ꝓbitatis nō dare hostibus terga: suscipere in facie seuos ictus belloꝝ: scuto ꝓtegi: reddere ꝑcussionibus viceꝫ: cedere nemini ante mortē. Proinde ac ꝑ imagis īsignitus characterib⁹ suꝑne militie/quē post corpis mortē eterna vita cōplectit: debet poti⁹ mortis subire suppliciū ꝙ̄ virtute relicta ꝯseq̄ bñficiuꝫ. Huic sentētie inferūt martyres de facto ꝯcordiā: qbus dū alterū duoꝝ a ꝑsecutorib⁹ in optione daret: vt aut sufferāt mortē: aut deserāt christū atqꝫ virtutes: elegerūt sanius omnes opprobria atqꝫ mortis subire tormentum ꝙ̄ deserere dñm christum: ⁊ anteꝙ̄ virtutem/maluerūt ꝑdere huius vite iocunditatem. Hoc em̄ totius christianitatis est robur: facere de necessitate virtuteꝫ: ⁊ penalitates ⁊ verbera/contumelias ⁊ opprobria/vulnera sic ⁊ mortem in arma conflare virtutum: et de his scalam facere celos pertingentem. De his omnibus qui turbant aut interimūt ꝑfunctorie vite statū: spūssanctus q̄ omniū est artifex/noue artis inuisibilem dedit peritiā: vt faciamus spūales machinas ad inferendam violētiam regno: qm̄ regnum celoꝝ vim patit: ⁊ violenti scꝫ qui sibi ipsis priuatis delectationibus/superatis aduersitatibus violentiam faciūt/rapiūt illud. Nā si vita durabilis nō est in mundo: ⁊ hec modica vndiqꝫ vallata doloribus: si vita ex omni ꝑte inevitabiliter penalis est/in inferno sociata demonibus: si vita gratiosa ⁊ deo placens non est nisi in sacramentis/mandatis ⁊ virtutibus: si beata vita non est nisi apud deū/quā repromisit omnibus vere querentibus: quid est eligendum/tu ipse consydera. Mori expediebat in pace iuxta templum/iuxta sacerdotes ⁊ vates/iuxta diuina

mysteria: pati oportebat oīa trāsitoria mala ꝑ
pe sioniticā arcē. Hec oīa conferunt ad supna.
Et deuitata indicibilibꝰ mal adijciūt aīo ⁊ mo
ribꝰ fugientē: ⁊ a hierusalē nostre atq3 virtutis
christifere descendētē in hiericho/ exponūt spo
landuz latronibꝰ bonis naturalibꝰ atq3 gratie/
vulnerandū plagis innūeris: vt vix relinquat se
miuiuus male ꝑegre sic ꝓfectus. Ac ꝑ hoc ꝙ ex
toto nō morit ⁊ nō semimortuꝰ/ sz semiuiuus re
fert: diuina bonitate videamꝰ in oībꝰ ante mortē
tale bñficiuz/ scz liberū arbitriū reseruatū. Tre
mulat in his verbis noster animꝰ ⁊ ꝯfidit: tremu
lat cū ignorat ⁊ cōtrariū aspicit: ꝯfidit qꝛ sic scri
ptū legit ⁊ credit. Dicā aptiꝰ: vt pateat clarius.
Omē pctm̄ mortale ideo mortale dicit ꝓ eo ꝙ
aīe infert mortē: ⁊ disponit iterū ad aliā mortē.
Sed que nā est ista mors: cū in gloria siue in pe
na crudeli anima semꝑ viuat: nec aliquod vitiū
eius pōt annullare naturā? Et ꝗuis omē vitiuz
hoc habeat ꝓprie ꝓpriū ꝙ minuat aut torque
at aut destruat quod ē bonū: quod sibi ad inua
dendū aut in ipso insurgendū fuerit ab omniuz
gubernatore cōmissum: ꝗuis ad summū bonuz
nullū possit appropinquare vitiuz: nec in illo ex
illo insurgere si ꝗd est illud quod nomē defectꝰ
iure sortit: nō tn̄ pōt nature bonū in anima exi
stēs extinguere: ꝗuis grauiter possit alia si qua
bona sibi competētia in ipsa nō extra ipsam mi
nuere atq3 destruere/ imo vt nec ipsa ꝑcipiat im
pedire. Que igit erit ista mors quā dicimus in
ferre mortale pctm̄/ aut disponi ꝑ eū? Deus ē to
ta vita ⁊ omniū viuentiū: mortale vero pctm̄ di
Esa. 59 uidit inter nos ⁊ deū: quod Esaias dicit: Nōne
iniqtates nostre diuiserūt inter nos ⁊ deū no
strū? Igit anima natura viuēs a tota vita ꝗ deꝰ
est/ ꝑ pctm̄ diuisa patit quandā mortē: ⁊ si pecca
ti paries nō auferat de medio/ ꝑ mortez corꝑis
trahet in mortē eterne damnatiōis/ semꝑ manē
te vita nature: qꝛ creata est īmortalis in sua na
tura/ vt nullo cōtrario possit vita ꝑuari. Et dā
natiōis eterne mors talis esse asserit: vt anima
que ipsam patit/ potius vellet naturam habere
mortalē ⁊ passibilē a pena vita priuari/ ꝗ̄ penali
ter viuere in eternū. Pctm̄ ergo mortale vnam
mortē irrogat/ scz diuisionis: ad aliā disponit ꝑ
corꝑis mortis mediū/ scz damnationis. Et to
ta mortua est aīa ꝗ a tota vita ꝗ deus est/ ꝑ pec
catū diuortiū fecit. Quid ergo est ꝙ pctōr relin
quit semiuiuus: cū ex pctō mortali totus fit mor
tuus? Hoc est in quo noster auimꝰ tremulat/ cuz
ista qualiter fiāt penitus nō cognoscat: ⁊ mortē
hmōi irrogari intellectu fideli cōspiciat? Quid
ergo dicemꝰ? Incurrimus disputatiōis voragi
nē. Vñ egrediemur ad lucē? Nēo velit clareface
re: vt de originali pctō aut veniali hūc velit esse
sermonē. Nam originale pctm̄ excludit ab hu
ius disputatiōis articulo. De actualibꝰ de cōtra
ctis garrulat noster sermo: nec de veniali soluet
quod videt implicitū. Nā si oīa venialia suā spe
ciem non mutantia conflarent in vnuz: mortem
diuisionis aut damnationis nequirent inferre.

Inquies forte: Semiuiuus est: ergo nō intule
runt peccata venialia mortē. Aduerte ꝗd dicis.
Vbi vnius totiꝰ medietas tm̄ asscribit vite/ aliā
siue reliquā morti patet esse subiectā: quod de iu
re pcti mortalis est/ nō de potētia venialis: subij
cere morti ꝗ relinquit a deo/ ꝗ totalis est vita.
Quare nō semimortuꝰ/ sed semiuiuus narrat?
Vt quicꝗd est/ potius denominat ab eo bono
quod retinet: nō ab eo malo quo priuat ⁊ bonū.
Sed ad disputationis voraginem reuertamur.
Vnde ista semiuiuitas? A natura īmortali: quaz
extinguere nō pōt vitiositas. Vnde natura est
a deo: ⁊ huic nature liberꝝ arbitriū inauferibile
cōcessit oīpotens: quo se posset auertere ⁊ con
uertere/ ⁊ recedere atq3 redire: vsq3quo cōfirma
tio in pena seu in gloria subsequat. Et intantuz
ꝗs ꝑ peccatū mortale mortuus ⁊ a deo vita di
uisus/ dicit semiuiuus: ꝓ eo ꝙ ante corꝑis mor
tē aut mētis alienationē liberū arbitriū sibi re
linquit: quo ꝑ gratiā dei adiutus/ a pctō quo te
nebat possit recedere/ reassumere virtutes: ⁊ ad
deū quē deseruerat/ ⁊ a quo auersus/ possit redi
re/ diligere atq3 adherere/ recipere adoptionē fi
lioꝝ dei: ꝗ vt essent filij/ potestatē a dño ꝑ fidem
acceperūt. Vide igit quāte virtutis est liberꝝ ar
bitriū: vt ꝯtra oīa possibilia mala/ inferētia mor
tē/ sibi semiuitā retineat: ꝙ si ꝑ gratiā adiuuat/
ab aīa illatā mortē oīno repellat. Vidimꝰ pe
riculū: remediū breuiter videamus. Vt semiuiuꝰ
ad totā redeat vitā/ voluntas ꝓpria nō sufficit.
Et virtus nō est in eo ꝗ a deo auersus est. Inci
pit esse cū vult redire: nā hoc velle vtiq3 vna vir
tus est. Iacebat iste plagatus: inuisibiliter iacet
vulneratus peccator. Vellet resurgere: non ha
bet cui porrigat manū: affectat sibi mederi: sed
non est medicus virtutis in regione pcti. Non
inueniuntur que conferunt sanitati vbi factꝰ est
recessus a deo: ergo quomodo agit cura? Nō a
te īcipit/ qui vulnera pateris. Immobilis es: di
riguisti vt lapis ex te: sz appropiauit tibi custos
hominū/ cui tu appropiare nō poteras. Reci
tat em̄ euangelista vtrūq3 ꝓcessū/ ꝑiculi atq3 re
medij. Samaritanus aūt quidam iter Lu. 10
faciens venit secus eū: et vidēs eum
misericordia motus est: et appropi
ans alligauit vulnera eius: infundēs
oleū et vinū. Et ponens illū in iumē
tum suū duxit in stabulū/ et curā eius
egit. Samaritanus custos est omniū entiū: qui
abrae dixit: Ero custos tuus quocūq3 perrexe Gen. 15
ris. Qui custodit introitū ⁊ exitū nostrū. Si cu Psal. 120
stos/ cur nō ꝓseruauit aut custodiuit a peccato?
Custodisset si nō affuisses: necessario ⁊ vi nō cu
stodit/ cū liberū arbitriū dedisset tūc inuanum.
Sed custodit dñs oēs diligentes se. Ecce venit Psal. 145
custos ad requirendum non custoditum. Qui
dam est singularis: quidam est ꝗ descēdit ⁊ in pe
ricula incidit: ꝗdam est qui venit: quidam ⁊ qui
daz. Quidam venit ad quendam. Quidam vide
licet īnominabilis pre multitudine iniquitatis
⁊ vilitatis. Quidā innominabilis pre altitudine

maiestatis. Quidā iustus/ q̇dā iniquus: q̇dam totus sanus/ q̇dā totus plagatus: q̇dā vestit⁹ gratia/ q̇dā expoliatus: q̇dā vero ⁊ tota vita/ q̇dā semimortuus: q̇dā existēs deus/ q̇dā homo luteus: quidā supernus dn̄s/ q̇dā malus seruus substratus: quidam redemptor christus/ quidam homo damnatus: quidam regens angelos/ quidam latronibus datus: quidam nullo indigens/ quidaꝫ egens natus. Sed que istoꝝ conuentio? Que cōuentio lucis ad tenebras: que conuentio christi ad belial? Quare quidā tam altus/ quidam tam imus insimul conuenerunt? Hoc fecit bonitas alti/ quod iniquitas non merebatur imi. Excelsus domin⁹ humilia ⁊ deiecta respicit: suscitās de terra iniquitatis in virtute inopē: ⁊ de stercore peccatoꝝ erigens pauperē. Uenit ergo reformator imaginis ad imaginē deformataꝫ. Uenit ergo filius homīs querere ⁊ saluū facere quod perierat. Sed quō venit faciens iter? Sempꝑ itinerat saluator: sempꝑ in peregrinationibus est: ꝑ ciuitates/ ꝑ plateas ⁊ vicos/ ꝑ vias ⁊ sepes/ ꝑ latibula ⁊ patula gradit̄: vt inueniat qui eū inuenire nō possunt. Sue bonitatis est ꝙ nos inuenit: nō nostre virtutis. Sed vbi inuenit pctōres? In terra deserta a virtute: in loco horroris a p̄dominā̄te iniquitate: ⁊ vaste solitudinis a male agēdi libertate. Sed quo venit? **Secus eū.** Iuxta est dominus his q̇ tribulato sunt corde: ⁊ humiles spiritu saluabit. Non veniret secus: nisi prius esset spiritus cōtribulatus. Et ꝓpe est dominus inuocātibus eū in veritate. Nō venit secus: nisi veraciter inuocatus. Et ꝓpe est timentes salutare ipsius. Nō venit secus/ cui nō est timor eius. Nō aūt ociose venit secus eū: sed voluit videre eū. Sed si saluator cognoscit figmentū nostrū: scit etiā ꝙ puluis sumus: quid est ⁊ videns eū? In omni loco oculi domini contēplātur bonos ⁊ malos. Cōsyderat em̄ saluator multitudinē peccatoꝝ: ⁊ q̄nto affectu in ip̄a dilapsi sumus: consyderat īmanitatē sceleris/ ⁊ tēpis diuturnitatē: obseruat scelerū nouitatē/ adinuētiones in malis/ assuefactionē ⁊ occasionē: fragilitatē et potentiā/ ignorantiā et scientiā resistendi occulto intuet̄ intuitu. Maliciā ponderauit cadendi et maloꝝ turpitudinē annotauit: si dolet: si saturatus est inferis: si penitet: si proponit rebellare peccatis: si placet eradicans manus: si vult alligari ne vltra sit male peregre: si rasoria/ si ignes/ si decisiones putridorum/ si emplastra/ si cataplasmata/ si omnia instrumēta/ si omnē artis spiritualis medicine peritiam patienter suscipere paratus est: ⁊ hoc est videns eum. Nouit em̄ infallibiliter saluator omnium deus dispositionē/ velle/ patiētiā aptitudinis/ contritionem/ dolorē/ penitentiā omniū peccatoꝝ: ⁊ melius nouit ipse occulta nostra q̄ꝫ nos manifesta nostra. **Et misericordia motus.** Quare motus misericordia? Quia misericors ē ⁊ p̄stabilis sup̱ mala nostra: ⁊ ꝓpicius fit oībus peccatis nostris: sanare volēs oēs infirmitates nr̄as. Et misericordie ei⁹ est ꝙ nō sum⁹ cōsumpti: quia nunq̄ꝫ deficiūt miseratiōes ei⁹. Et misericordia dn̄i plena ē terra: miserator ⁊ misericors dn̄s lōganimis vere. Quō miseret̄ pater filioꝝ/ miseretur dn̄s cōuersis pctōribus: qm̄ ipse cognouit q̄ꝛ fecit figmētū fragilitatis nr̄e. Quō misericordia mot⁹? Sempꝑ em̄ misericors est: de nouo sibi misericordia nō accedit. Quō ergo mot⁹? Quia cū pctōr in aīo suo ꝑ penitentiā est mot⁹: apparet in misericordia ꝑ indulgentiā mot⁹ magnus. Immutabilis em̄ est: ⁊ ꝓpheta dicit: Ego de⁹ ⁊ ... nō mutor. In creatura tn̄ sine mutatiōe mutabilia sempꝑ facit. Uidēs igit̄ supꝑnaturalis curator maloꝝ ista in mēte plagati: nec em̄ aliter accessisset: nō dedignatus nature condite bonum ꝓpter ingressum vitiū/ accessit ꝓpius vt etiā tāgere dignaret̄. Inuisibilis em̄ est manus q̄ peccatoris animā tangit: lenit leniter manus vulnera tangens. Medici manus si tangit abstergere vult: ⁊ medicine solamine consolidat vulnus medici manus. Abstergit de⁹ sua inuisibili manu nostroꝝ maloꝝ feces. Consolat̄ ⁊ fit ꝓpicius peccatis nostris: quia ipse est dn̄s deus noster: nec odire pōt quod ꝑ dilectionē creauit. Remouere vult turpitudinē supinductā in pulchritudine bona: repellere vult vitiū a natura bona: satagit alligare legibus moribus dissolutū: q̇ solutus a lege male cessit in ꝑegre: ideo appropians alligauit vulnera eius. Modus ē loquēdi. Inalligabilia sunt vulnera: ꝑuatiōes sunt coniunctoꝝ ⁊ oculoꝝ cecitas: sed diuisam carnē secatā in partes constrinxit. Malefactor in seipso discors factus est. In se vero discors/ nemini virtute vnit̄. Reunitus ē diuisus: ⁊ sectus in partes ⁊ recōpaginatus est. Alligauit eū ne iterū dissoluat̄. Alligauit non fasciolis ⁊ institis/ a q̇bus dn̄s iussit resuscitatū Lazarū solui: sed diuinis legibus ⁊ mādatis: a q̇bus solutus erat ⁊ agebat in malum/ sempꝑ ꝑgebat in p̄ceps. De q̇bus mādatis et ligatione ꝓuerbiator dicit: Cōserua fili mi ⁊c̄. Infrunite incedens/ pericula queq̄ꝫ captabat. Et irretinate incedentem inuenerunt vndiq̄ꝫ mala. Alligauit eū legibus amoris ⁊ collatoꝝ bonoꝝ: quoꝝ īmemor factus nō rependerat vicē. Infundit oleū et vinuꝫ. Oleum leticia est. Psalmista dicit: Unxit te deus oleo leticie. Et vinū leticia est. Idem psalmista dicit: Uinū letificat cor hoīs. Ac ꝑ hoc duplici leticia recōuersus peccator ꝑfundit̄: quia euasit infernū/ et regni supꝑni accepit ꝓmissionē: aut pctōꝝ euasit tenebras/ ⁊ vidit iusticie lumen. Oleū contemplationē supernoꝝ: supꝑnatat em̄ oībus liquoribus oleum: vinum vero actionem rigidam bonoꝝ moꝝ dicit: quibus oportet insistere penitētem. Oleū misericordiā/ vinū iusticiā: his stipatus incedit liberatus a malo. Oleū veritatis lumen: fomentū est luminis oleū: vinū vero sp̄ūs ebrietatem atq̄ꝫ feruorē. Expedit in lumine ambulare: ⁊ non tepide aut verecūde agere curatū a manu superna/ cui nō erat auxilium ab humana. Et imposuit supꝑ iumentū suū. Ipse aūt ē iumentū ⁊ onerās. Predixerat de ipso psalmista:

vt iumentũ factus sum apud te. Et esaias: Et
dominus posuit in eo iniquitates omniũ nostrũ.
Duxit in stabulũ. Alicui vult deus sciẽti dirige
re/subditũ fieri delinquentẽ. Et curam egit vt sa
naretur: vt postmodũ diceret: Sana me dñe et
sanabor: saluũ me fac ꝛ saluus ero: qm̃ salus mea
tu es. Vides qm̃ nil legitur dixisse aut fecisse pla
gatus: sed oĩa ipso tacente custos hoim fecit.

¶ De filio prodigo: id est peccatore reuertente. Ca. XL

Quonsocia similitudine adhuc aliũ male ꝑ
egre videamus: ꝛ quibus modis sit re
uersus ad patriã. Famosissima euãge
lij parabola de filio adolescẽtiori/ q̃ recessit por
tionatus a patre: fratre remanẽte maiore. Que
qm̃uis populũ iudaicum ꝛ gentilem in allegoria
demonstret: moralitatẽ quã de spiritussancti li-
centia intendimus/ nõ excludit. Igitur hic videꝑ
cessum alterius male peregre. Adolescẽtior
filius voluit portionẽ a patre/ et acce
pit. Congregauit illã: peregre profe
ctus est in regionẽ longinquã: et ibi
dissipauit substantiã suam/ viuendo
luxuriose. Post consumptionẽ pas-
sus est famẽ: et adhesit ciui cuidã re-
gionis illius: et missus est in villam
et pascebat porcos: et cupiebat satu
rari de porcorũ siliquis: nec dabãtur
sibi. Non excusat adolescentia/ quẽ accusat sci
entia. Non excusat tenera etas/ cui libertas insi
sit arbitrij. Non excusat iuuẽtus/ cui presto est
electiua voluntas. Non excusat impubertas/ qui
se nouit secerni a patre. Non excusat error eius/
qui nouit in partem secedere. Non excusat leui
tas animi eius/ qui nouit ꝓprium a cõmuni. Non
excusat feruidus sanguis/ qui superiorem habe
re noluit atq̃ collegam. Nihil est quod excuset
ꝓpria potestate delectatũ/ sub paternis legibus
viuere recusantẽ. Nulla excusat ignorãtia/ qui
nouit quod agit: nulla fragilitas qui sibi suffice
re credit. Spiritualiter atq̃ moraliter militant
ista que dicimus. Dixit adolescentior pa
tri: Da mihi portionẽ substantie que
me cõtingit. Inuidet antiquus hostis ado
lescentie hominum: quã affectat maculare deli
ctis. Nouit enĩ quod scribitur in sermonibus san
ctis: Adolescens iuxta viam suam graditur: ꝛ cũ
senuerit/ nõ recedet ab ea. Tenera enĩ etas cito
qualificabitur: sed tarde recedit qualitas in iu-
uentute firmata. Noua veges retinet saporẽ et
odorem quo primo fuerit imbuta: ꝛ testa recẽs
hoc idem facit. Plicationes inepte cauẽtur in
his rebus que primo aptantur ad aliquid: nam
difficile est in aliam relabi partem. Virgulta et
arbusta dum tenera sunt/ faciliter torquentur in
circulos: desiccata vero ad rectitudinẽ nulla fa
cultas: frangerentur enĩ anteq̃ redirent in pri
stinum statum. Studium enĩ demonis est obser
uare homines vsq̃quo capaces sint per rationẽ
boni ꝛ mali: ꝛ semꝑ nititur trahere in partẽ re-
gni sui; vt sub armis iniquitatis assuescant: et si
ant contra iusticiam strenui bellatores. Igne-
facta iuuentus illecebris carnis/ vsq̃ ad huma
tionem vicinam ardebit. In scholis diabolicis
educatus/ doctrinã honestam appellabat insa-
niam. Adolescens nutritus inter mãmillas me
retricis/ absinthium dixit omnẽ virtutem. Pla
cent deo virilia opera: ideo sathan eos auertit.
Continet vna veges vinũ clarum ꝛ feces. Qua
lificatus vitijs adolescens/ vinũ clare iuuẽtutis
propinauit demoni: deo autẽ seniles reseruauit
ꝛ feces. Redolentem ꝛ rubentem rosam porta-
uit in manibus ꝛ olfecit sedulo: putentem ꝟo ap
plicauit naribus christi. Propterea salomõ di-
cit: Ab adolescentia tua addisce sapientiam fili Eccl.6.
mi: ꝛ vsq̃ ad canos inuenies eam. Sapientiam
illã dixit que nouit placere omniũ regi regum:
qua qui ab adolescẽtia factus discipulus/ pudo
rem dicit addiscere. Sed videamus quid adole-
scentior iste velit. Portionem substãtie que eũ
contingebat. Quicquid deus creauit est patri-
monium hominũ: non ꝓpter se/ sed ꝓpter nos
cuncta creauit: omniaq̃ posuit in cõmuni: celũ/
stellas/ lucem/ ignẽ/ aerem/ aquam/ terrã/ eorum
q̃ effectus. Hoc solũ dedit hominibus propri
um/ personã ꝛ liberum arbitriũ: vt nullus esset
essentialiter persona alterius: aut vellet per vo-
luntatẽ alicuius alterius: si se accõmodare pos-
set in ordine obsequendi; vt nouerit competere
de lege nature. Ceteras autẽ rerum quarũlibet
ꝓprias qualitates omnibus voluit esse cõmu-
nes: vt quod est omniũ/ non fieret singulorum: sed
tantũ quod est omniũ/ singulariter participa-
rent singuli: quantũ concepit ordo iusticie atq̃
nature. Quid est ꝙ homo petit in diuino patri
monio portionẽ: quod nouit esse cõmune? Alte
se indicat dignum/ qui a cõmuni elicit proprium.
Nolebat iste superiorẽ: nã disponebat recessum
a patre: nolebat collegam: diuortium querebat
a fratre. Vide igitur male agentis initium: qui
nõ vult viuere sub lege creatoris. Collegam nõ
patitur in vita: consortem renuit in natura: vult
portionẽ qui cum deo christo ꝛ sanctis nõ vult
vitam habere cõmunẽ. Sed que est ista portio?
Sibi viuere/ sibi cõplacere/ sibi esse omne quod
est: in bonis domini habere nullũ superiorẽ aut
equalem: sua lege oĩa ordinare: omnibus vti
que de cõmuni erario ac patrimonio domini ac
cipere potest in partẽ: vt etiã semetipsum in hãc
computet portionẽ. Sed nõ erat ista vtilis por-
tio eius/ sed quam dicebat dauid: Portio mea Ps.118.
domine dixi custodire legẽ tuam. Ista debet esse
omniũ portio/ legem altissimi custodire. Debet
esse portio ꝑfectorum hominũ in hanc vmbra- Ps.141.
ticam vitã/ in eternam ingredi non portionatã.
Hoc dicebat dauid: Portio mea domine sit in
terra viuentiũ: vbi sic viuitur/ ꝙ nullus moritur:
non in hac vita: vbi nullus ita nascitur/ ꝙ non mo
riatur. Cognoscebat dauid omniũ dominũ om
nibus posse fieri partem. Est enĩ deus omnia in
omnibus/ et totum in cõmuni/ ꝛ pars in speciali;
sm̃ exigentiam meritorum in singulis. Propterea

Ps.15. dicebat: Domin9 pars hereditatis mee. Et ali
Ps.72. bi: Pars mea deus in eternum. Et hieremias:
Treno.3. Pars mea dominus: dixit anima mea. Deuius
enim qui est dominū nō potest habere partem: ꝙ
in hac vita ꝓpriam vult portionē. Sed quoniā
culpa penam habet annexā: vide partem illorū
qui propriā volunt portionem. Inquit dauid:
Ps.10. Ignis/ sulphur/spiritus ꝓcellarū pars calicis
Job.24. eoꝝ. Job etiam dicit: Maledicta sit pars eius
in terra. Caret omnino de charitate qui porti-
onem querit. Ipsa enim charitas non cōmune in
ꝓpriū/sed ꝓpriū in cōmune deducit. Et dauid
Ps.111. dicit de viro iusto/ꝙ dispersit dedit pauperib9:
non cōgregauit sibi vt ꝓprietarius. Et accepit
adolescens deuius petitā portionem. Dedit enim
deus hominibus arbitrij libertatē. Non coge
batur a patre petere aut accipere portionē: sc3 ꝙ
viuimus/ꝙ sumus/ꝙ intelligimus/ ꝙ sapimus/
ꝙ sentimus: ꝙ mouemur animo/affectu ⁊ corpo
re: ꝙ extra nos ꝓpter nos accepimus: ꝙ in no-
stra potestate/libertate/regulatiōe viueremus:
sed cum deo subditi deo/adiuti a deo/regulati a
deo viueremus. Congregauit illā deuius ado-
lescens. Congregat semetipsum sibi pctōr: ⁊ oīa
extra se sibi coaceruat i dānū: ⁊ se ⁊ sua secer-
nit ab alijs. Congregauit omnia/vt fortior esset
ad malū. Experientia docet/ꝙ aggregata forti
ora sunt ex alterutris. Uult nempe ꝓnus ad ma
lum/vt omnia respondeāt ad votū: ⁊ cum vocat
eas/assumus ecce dicant deprauate hominum
mentes: ⁊ quesitum placitū vult ꝙ assistat ad vo
tum. **Et peregre profectus est.** Ecce ha-
bes alium male peregre. Ille recessit a hierusa
lem/iste discessit a patre: ille hierico/iste regio-
nem longinquā. Sed dimittam9 male peregre
cōcentum: mores reprobos videamus. Male
peregre vadit in peregre. Semꝑ est in peregre
qui recessit a deo: ⁊ cū sanctis habet diuortium:
cum quibus nostra debet esse ciuilitas: atq3 cum
deo debemus esse domestici. Secūdū nostram
hanc sententiā apostolus ephesios alloquit̄/di
Ephe.2. cens: Nō estis hospites ⁊ aduene: sed estis ciues
sanctorū ⁊ domestici dei. Ad esse ⁊ ad fieri ver-
ba ista se habent. Ad esse per fidē: ad fieri ꝑ mo-
res: vt non male peregre simus/sed per debitos
mores ciues sanctorū ⁊ domestici dei permane
amus. Sed quo peregrinatus est? **In regio-
nem longinquā.** Ecce si voluisset/potuisset
prope manere animo ⁊ moribus: ⁊ propria pote
state segregatus a deo. Regio autē longinqua
non stadijs/nō dietis/non interuallis/nō inter
iecto mari/non interpositis mōtibus aut plani
tijs est: sed regio est vmbre mortis/regio egesta
tis/regio dissimilitudinis. Non querātur loca
lia spacia ꝓ regione longinqua. Dicit enim scri-
Hiere.23. ptura: Celū ⁊ terrā ego impleo. Nec inter bo-
nos ⁊ malos ꝓ secretione standum est spacijs.
Ecce in vna ciuitate iudeus ⁊ christian9/fidelis
⁊ paganus: in vna domo bonus ⁊ iniquus est/in
vna mensa/in vna camera: immo sepe cōtingit
in vno lecto. Sed dissimilitudo religionis fecit
longinquitatem regionis/dissimilitudo legum
dissimilitudo cultus/dissimilitudo morum atq3
vitioꝝ. Dissimilitudo vero ista nō ex coloribus
est: nec ex his que oculis subiacent/nō ex sonis/
non ex odoribus/non ex saporibus/non ex tan-
gibilibus/non ex quātis/aut cōmuniter accidē-
tibus: sed inuisibilis est: veruntamen visibiles
actus habens dissimiles: prout a dissimilibus
affectibus aut intellectibus ipsi ꝓcedunt. Sta
tuamus igitur duas inuisibiles regiones: vnam
bonam/alteram malā/dissimilitudinē omnē ha
bentes: ⁊ duos homines in actus omnino dissi
miles exeūtes: sed intantū similes inquantū re-
gina tenebrosa hypocrisis ingrederetur in alte
ram regionē. Habet enim ista in similitudinē bo
norum adducere actus suos/abintus iniquita-
te regnante. Una est regio virtutis/altera vitij
vna pacis/altera discordie: vna lucis altera te-
nebrarum: vna sub diuinis legibus viuit: altera
in proprijs directionib9 regnat. Una proximū
diligit vt seipsum: altera cōtempto proximo so
lum diligit seipsum. Una prefert cōmunia pro-
prijs: altera ꝓpria cōmunibus anteponit. Una
vacat laudibus dei: altera delectationib9 mun
di. Una in suis interioribus habet gaudiū: alte
ra semꝑ querit ab extra solatium. Una tēporali
ter gemit ne in eternū lugeat: altera tēporaliter
plaudit vt in eternū plangat. Una in abstinētia
degit: altera vētri seruit. Et vt perstringā/vna
omnibus virtutibus studet: altera vitijs omni-
bus se cōmendat: ad quā male peregre secessit
in peregre. Longinqua est ista regio a regione
virtutū: quia hic diabolus/ibi deus regnat altissi
mus. Sed de recedentibus ab omniū condito-
re dauid dicit: A lege autē tua longe facti sunt: Ps.
vt non tuis/sed suis legibus viuerēt. Sed atten-
de paulisper. Lōge a peccatorib9 sal9. Quare?
Quia iustificationes tuas nō exquisierunt. Siti
unt in terra longinqua/in quā abierunt. Iterū
scriptura dicit: Domine omnes qui elongāt se
a te/peribūt. Quare? Quia ꝑdidisti omnes qui
fornicantur abs te. Uide altissimi de nostri iu-
stissimam retributionem: vt qui longe recessit a
deo/lōge sit a salute: quia in eo solūmodo salus
Et merito pereūt qui elongātur a vita: quia qui
noluit benedictionem/elongabitur a deo. Non
vult benedictionē filiorum qui recedit a patre.
Nec benedictionē omniū humilium animarū
atq3 dextralium/ qui ad vitiorū sinistram cū he
dis lasciuis accescit: sed induit maledictionē si-
cut vestimentū. Sed o male peregre fili/quare
recessisti a patre? O anima deprauata/quare te
elongasti a deo? Audite domini disceptationē
per hieremiā cum populo suo. Hec dicit domi-
nus: Quid inuenerūt patres vestri in me iniqui
tatis: qr elongauerūt a me: ⁊ ambulauerūt post
vanitatē: ⁊ vani facti sunt. Igitur quid iniquita
tis habet altissimus: cū nemo sit bonus/nisi so-
lus deus? Est ne ipse inuidus? neq3 equalē/neq3
superiorē habet: ad quos solet esse inuidia. Est
ne superbus? Omnibus dominat̄/volentibus

⁊ nolentibus. Et ipse creauit qui bꝰ dominaret:
non ad sui magnificentiã / sed ad nostrã futuraz
gloriam. Est ne auarus aut parcus? Omnia pos
sidet: ⁊ nihil sibi minuitur cum largitur. Est ne
iracundus? Nulle passiones deitatẽ attingunt.
Est ne maculatus? Incorporeus est ⁊ incõtami
nabilis. Dicent forte: Punit / flagellat. Et hoc
vt nõ discedas ab eo: aut si recessisti / redeas ad
eum: sine quo nunꝙ ⁊ nusꝙ tibi bene / semper et
vbiqꝫ tibi male succedit. Quare te longe fecisti
a deo: quare ambulas post vanitatem? vt vanus
effic ereris. Uacuũ est quod vanuz est. Uacuus
est qui non satiatur aut replet pacifice nisi deo.
Dissipauit substantiã suã. Merito con-
querebatur dauid: Tempus faciendi domine:
dissipauerunt iniqui legẽ tuam. Modus est lo-
quendi. Lex dei dissipari nõ potest: sed cum per
iniqua opera ei resistitur: nõ lex / sꝫ mores quos
precipit / dissipantur. Sed que maior est iniqui-
tas ꝙ cum lex que debet fieri / dissipatur? Adole
scens erat iste: adolescens ⁊ tu. Tempus adole-
scentie / tempus est faciendi. Dissipauit iste om-
nem substantiã suam: dissipas tu domini bona.
O vtinã vox mea in auribus omniũ iuuenum re
sonaret: nõ mea tantum / sed dauid: ⁊ intellectu ⁊
affectu perciperẽt: quoniã tempus eorꝫ tempus
est faciendi: in quo ipsi dissipant legem dei. Enu
triti in delitijs / philocapti vmbrosis atqꝫ limo-
sis amoribꝰ: inebriati vino luxurie / omnẽ in suis
corporibus turpitudinẽ exercentes: intendẽtes
suauitatibus / gulositati operã dantes: infruniti
omni vanitati subijcientes corpora christiana:
mẽbra redempta christi sanguine / abiecta vere
cundie lege: vt ille dicatur probior qui audaci-
or fuerit ad maluz: ⁊ ille maiori laude funesta se
subleuat: quo ĩ plura mala dilapsus / aut quo mi
nus defuit potentia peragẽdi. Sed tẽpus est fu
giendi / quo te mundus amenus insequit. Tem-
pus est resistendi / quo te mala occupare cõcer-
tant. Tempus est abstinendi / quo in te furibun-
dus est sanguis. Tempus est discipline / cũ viri
litas corporis in libidinẽ spumat. Tempus est
cautele / cũ te illicit morbida caro: cum tibi arri
det venustus aspectus: cũ petulans oculus nu-
tibus tecum ludit. Tempus est prudẽtie / cũ pru-
dentissimus inimicus atqꝫ inuisibilis tendicula
parat: abscondit in omnibus pedicã: ⁊ infra tui
corporis domũ / occultam habet decipulã. Tem
pus est tẽperantie / cũ te placita multa querunt.
Tempus est fortitudinis: cũ non cessat congres
sus. Tẽpus est iusticie: cũ seruire potes amato.
Tempus est doctrine: cum discere sane vales.
Tempus est orandi / cũ lingua non errat: cũ ge-
nua flectere atqꝫ viriliter erigere potes. Tem-
pus est agendi: cuz assistit potentia clara. Hec
omnia senectutẽ effugiunt: vt chronica experi-
entia monstrat. Eorũ tempus est quiescendi / cõ
sulendi atqꝫ meditandi. Confecta senio mẽbra
fortitudo relinquit: pallentẽ aspectum rubicun
dus aspectus non appetit. In rugata facie pro-
tensa non delectatur. Caput canũ capilli flaui

deuitant. Ueteranos militando ꝓhibet impe-
rialis maiestas. Princeps huius mũdi diabo-
lus nõ nimis curat senes: quos scit cõtra deum
in suis castris diu militare nõ posse: nec scit for
tia esse membra que posset plene in arma iniqui
tatis cõuertere. Nõ tamẽ intermittit hostis an
tiquus: quin senes quos potest / teneat auaricia
ligatos: aut obstinatos mẽte ꝓ moribus / in qui
bus in iuuentute habuit strenuos bellatores.
Igitur o iuuenes tẽpus vestrum tẽpus est faci-
endi. Non ergo prauis moribus dissipetis le-
gem dei: quia in cuius corde lex dei est / non sup
plantabuntur in eternũ gressus eius. Sed quo
modo dissipauit substantiã suã? Ut frater eius
improperat: cum meretricibus viuẽdo
luxuriose. Ad literã multotiens sic in rebus
temporalibus agitur: ⁊ si allegorice ista tracta-
rem / alius esset sensus. Sed que sũt iste meretri-
ces cũ quibus se homo contaminat: ⁊ membra
christi facit membra meretricis? Si de carnali
coniunctione agitur corporũ / notus est sermo.
Sed alie meretrices sunt que mercedem accipi
unt: nã a merendo sic appellate sunt: que omnẽ
nostram substantiã a deo nobis datam exhau-
riunt: ⁊ de nostris marsupijs numos extrahunt
quos accepimꝰ ad peragendũ iter in celũ. Sed
alius male peregre incidit ĩ latrones: iste in me
retrices: que sunt ꝭm subtiliorẽ sententiam / sci-
entie seculares / scientie philosophice: que ipsa-
rum amenitate mulcentes animũ / multos deuia
re fecerũt a tramite veritatis: ⁊ inter mãmillas
syllogistice forme naturalis doctrine: que vidẽ-
tur lac ꝓpinare dulcedinis: retinuerũt multos
suis cõstrictos amplexibus: vt diuina mysteria
in opere creationis / atqꝫ nostre redemptionis
acta nõ crederent: aut de ipsis minus ꝙ deuote
sentirent. Et nõ solum extra christianã religio-
nem / sed in ipsa plures mathematici sunt reper
ti: qui rationalem creaturã arbitrio liberã pro-
pter quã facta sunt astra / voluerunt astrorum le
gibus necessario mancipare: vt hominũ varie
tas ⁊ morũ diuersitas: que diuine ꝓuidentie no
bis incognita lege peragitur: ac etiã liberi arbi
trij voluntate ꝑficitur: necessario sit ex astris: ⁊
sub fatalibus regulis dicũt omnia fieri: nihil di
uine volũtati reseruãtes atqꝫ hominũ libere ra
tioni. Sunt meretrices heresiace sententie: que
tanta illectione pollere vident: vt ab ea veritate
auertãt animũ / que rationibꝰ redditis nõ perci-
pitur. Sunt meretrices hominũ blandimenta:
⁊ mũdi oblectamenta tristia suauia prestant. Et
velut iudas osculo tradidit christũ: sic mundus Mat. 26
suo suauio demonibꝰ tradidit christianũ: intan
tũ dicens: quemcũqꝫ suauiauero ipse est vester /
tenete eũ. Et meretrix magna ipsa sensualitas:
cum qua fere fornicant carentes aut dignitate
fulgentes. Sed vide quid scriptura sacra cõtra
huiuscemodi meretriceos actꝰ dissertiat. Pro-
hibebat in veteri testamento ne aliqs sacerdos
duceret scortũ in vxorem: ⁊ summꝰ sacerdos si-
militer prohibebat: sed virginẽ de populo suo.

Christianus sum: in fide loquor: a spiritusancto
accepta licentia: qui docet omnē veritatē litera
lem / allegoricā ⁊ moralē: dico neq̧ summū pon-
tificem neq̧ ceteros debere dare operā philoso
phie aut artib⁹. Neminē ex eis vidi aut audiui
aliquādo ad fidem cōuersum. Ecclesiam dei nō
vidi ex hoc in aliquo tutā: ⁊ quo magis per rati
ones naturales se vellet tueri aut quēpiam pro-
uocare ad fidem: eo amplius minuerek fidei for
titudo. Legi historias ab initiāte christo eccle
siam quot ⁊ quot legere potui: legi conciliorum
acta: ⁊ legi adesse philosophos: legi passiones
certatorū et certantiū ꝓ fide in tormētis / penis /
exilijs / per sanguinem ⁊ mortē: ⁊ non repperi re-
pugnasse aduersarios per philosophicas ratio
nes: nō cōperi adduxisse aliquē ad fidem per syl
logismos ⁊ questiones. Legi disputātes docto-
res / cōfessores / cenobitas / anachoretas: ⁊ nihil
in eis / ꝓ eis ⁊ pro alijs vtile reperitur per inanē
philosophiā. Immo quotquot ista scientia fue
rint imbuti / christianitatis titulū cognoscētes /
libellum huic meretrici dedere repudij: accipiē-
tes vxorem virginē de populo sancto dei / sc; fi-
deles: scientiā nō corruptā sophismatibus atq̧
garrulitatib⁹ dialecticorꝫ: nō astralib⁹ decretis
infectam: nō contentionibus seruientē: de crea
tione mundi / de potentia dei / de sapiētia dei / de
bonitate dei / de prouidentia dei: etiā vsq̧ ad mi
nima nostra: cōtra eos philosophos qui intelle
ctum dicunt diuinū vilescere / si hec minima pro
uideret: sed omnia humiliter adorantē ⁊ venerā
tem. Populus eñ dei populus est virtutū: de
quo accipiēda est sacerdoti vxor. Sed meretrix
Josue. 6. hierichontina secessit in populū dei: ⁊ facta est
vxor vni⁹ principis tribunalis: sed non iā mere
trix scientia illa: sed tota coaptata virtuti: tota
conuersa in populū virtuosum: vt etiā filios ge
neret i spirituali genealogia saluatoris. Nec ꝓ
tanto dicimus legitimo christiano debere dare
operā huiuscemodi scientijs: si nō dedit: gentili
um eñ sunt / nō christianorū: sed si scit ad san-
ctitatem ⁊ virtutē conuertere / si qua nouit. For
te in his que dicturus aduenio: aut ad turbatio
nem / aut in admirationē legentē inducam. Iu-
uenis fui aliquali dotatus ingenio: intēdebam
his scientijs sicut coetanei mei: credens ex his
placere altissimo: atq̧ sic debere ꝑfecta vita pa-
gi. Cum vero omēs collegas meos viderem in
hanc tenebrosam voraginē ꝓsilire: accidit quo
dam die in meis teneris annis: me ferente om-
nes fere libros naturales sub chlamyde: vt sum
ma diligentia repeterē que audierā a doctore: ⁊
cū interrogaret me qui creditus ab oībus san-
cte vite / dicēs: quid est hoc quod defers frater?
libros naturales me ferre respōdi. At ille: Non
est hec via tuta / neq̧ vocatio tua: nec verorum
christianorꝫ intēdere nature / sed gratie. Verbis
quoq̧ completis tanta celeritate mutatū est cor
meū: vt si voluissem / nō potuissem aperire codi-
ces naturales: nec etiā ex iussu aliquid ex eis me
morie cōmendare: atq̧ quod magis mirandum
erat / porta intelligentie claudebatur: dispōsitē
deo ad theologica me conuerti: illis oīno dimis
sis in quib⁹ frustra sudauerā atq̧ disposuerā de
sudare: ⁊ aliqua luce veritatis perfusus / puro et
claro animo intellexi meretrices esse inuisibilis
animi omnes istas scientias / animā indeuotā ⁊
volantē per area cōstituentes: ⁊ denegātes suis
peritis viā humilitatis in fide atq̧ in moribus
sepe. Vidi etiā secreto mentis intuitu in eis re-
curuatū / omnino etiā inuite orare volentem: et
quod horrendū est / gratie initium deficiebat in
natura: ⁊ geometrizabat corporum quantitatē /
qui sibi viuit immēsuratus. Et astra et ipsorum
orbes ⁊ orbiculos et reuolutionē reuoluebat in
animo: dum se sponderet altissimo supplicare.
Neminē audiui / nec vidi deuote atq̧ humiliter
intendentē ad euangelij veritatē talibus mere-
tricibus sedulo implicatū: nisi repudio mācipa-
uerit. Proculdubio plerūq̧ a deo facisit animā
fornicari. Sed dicit scriptura: Perdidisti om-
nes qui fornicank abs te ⁊c. Barbar⁹ sum om-
nibus qui horū que dicūtur intrinsecam experi
entiā non viderūt: ⁊ appellor fatuus a talib⁹ sci
entijs fascinatis: sed veritatē nouit altissimus: ⁊
ipsi videbunt eū cum dure fuerint exacti / ꝙ tali-
bus vanitatibus se dederūt. Incomprehensibi
lis nisi per fidem est veritas: que liberat nos ab
omni maligno. Turbabsitur a facie intima veri
tatis / que nō explicatur lingua / nec videk oculo
naturali qui hec audierint: sed auferretur ab eis
spiritus intelligentie ipsorū: et deficient coram
ipsa: ⁊ cōuertentur in puluerē terrenorꝫ / rapien
dum a vento vanitatis: vt vētus tempestatis ⁊
turbinis ventilet in eternū. Insurgēt vultu pro
caci: melius est sic intendere ꝙ vagari: tali alli-
gari studio ꝙ sepe ꝑdire in publicū / ⁊ a venustis
aspectibus illici / ⁊ a varijs delectationib⁹ capi.
Audacter affirmē nihil esse bonū comparatio-
ne peioris: immo strictius dixerim / nihil est bo-
num quod cōparatur bonitate carenti. Compa
ratio eñ bonitatis in vtraq̧ parte asserit boni
tatem. Resculpo i meipsum forte ꝙ verba hec
aliorꝫ verbis retūderenk: ⁊ validiores rationes
his rationib⁹ redderenk. Quin ni! Ampli⁹ ait.
Et ꝙ scriptura recompingik a scriptura: valeat
vtiq̧ quod proferk. Sed o vtinā inuenirem aut
inuenissem mecū catholice contendentē ex scri
pto firmato: nō variabili aut nugaci ꝟbo: quod
aut per rationes fidei cogerē negare fidem: aut
remouerē ab artib⁹ ⁊ philosophis verbulosis:
Vt autē contra has meretrices quadā appella
tione concludā: perfectionis quoslibet ꝓfesso-
res / preuaricatores / relaxatos impuros assero:
si cum his meretricibus affectu ⁊ intellectu atq̧
iugi studio cōtubernant: nec ꝓfessioni opa per
fectionis adijciant. Plus autē in talibus dāno
sa experiētia / ꝙ mea querimonia clamat. Opor
tet omnino ꝑfectioni lectionis et orōnis inten-
dere eū qui perfectionē promisit: ⁊ alijs quibus-
cūq̧ poterit ipsam firmare operibus iustis atq̧
perfectis. Qui autē dixerūt ⁊ dicunt verā theo-

logiam nō posse conscendere nisi ꝑ istam scien
tiā: similes facti sunt edificatoribꝰ turris babel
qui per altitudinē turris credebant in sup̄na cō
scendere. De meretrice aūt heretice prauitatis
que multos in fornicationē auersionis adduxit
Prouer. 5. prouerbiator dicit: Fauus distillās labia mere
tricis: ⁊ nitidius oleo guttur eiꝰ. Nouissima aūt
illiꝰ amara quasi absinthiū: ⁊ lingua acuta qua-
si gladius biceps. Pedes eiꝰ descendūt in mor
tem: ⁊ ad inferos gressus eius penetrāt. Per se
mitā vite non ambulāt: vagi sunt gressus eius ⁊
inuestigabiles. Dulcia sunt hereticoꝝ verba / ve
lut fauus melligenus. Nam si dulcia nō essent
nō audirent̄: neq̄ traijcerentur in anime intrin
secum gustū. Merito hereticus meretrix appel
latur: quia illa ad illudendū omnes trāseuntes
inuitat: ⁊ steriliter omnibꝰ abusiue corpus expo
nit: ⁊ labijs suauiando demulcet quē accipit ad
vlnas. Sic ⁊ heretici omēs quos possunt ad se
conātur attrahere: omnē corporis existentiā / at
tracti prestant ad vsum: vt ea sterilitate loquēdi
qua decepti ipsi decipiant: quoꝝ labia totā quā
se credunt habere dulcedinē non effundūt / sed
distillant: vt auidius audiantur / ⁊ accendant ad
doctrinā intensius auditorem. Stillas erogant
sed copiosam asserunt reseruare dulcedinē: qua
si apud eos maneat multitudo doctrine. Gut-
tur ipsoꝝ oleo nitidius dicit̄: quia omnis puri-
tas leticie / nitiditas luminose sciētie / opus mise-
ricordie / humilitatis profunde in eoꝝ doctrina
videtur plenū consistere: que per oleū designan
tur: quod diligēter inspicienti scripturas patet
Nouissima ṽo hereticoꝝ amara sūt: quia nihil
amarius q̄ ex falsis doctrinis relinquere domi
nū iesum christū. Acuta ipsoꝝ lingua vt gladiꝰ
biceps: quia corpus ⁊ animā / affectum ⁊ intelle
ctum transuerberat. Omnis autē ipsoꝝ itinera
tio atq̄ adherentiū a via vite declinat: festinat
q̄ in mortē culpe pariter q̄ ⁊ pene. Et tanta lo
quendi ⁊ viuendi varietate vagantur: vt cōpre-
hendi non possint: inuestigari nequeūt: bifurca
te loquunt̄: semiuerba ꝓnunciāt: diuersos intel
lectus imponūt: vnde decepti decipiunt. Mere
trices amenas / scʒ mundi oblectamēta ⁊ sensua
Prouer. 7. litatem descripsit salomon / dicēs: De fenestra
mea per cancellos ꝓspexi: ⁊ vidi paruulū vecor
dem iuuenem: qui trāsit per plateas iuxta angu
lum: ⁊ prope viā domus illius graditur. In ob
scuro aduesperascēte die ī noctis tenebris ⁊ ca
ligine: ecce mulier occurrit illi in ornatu mere-
triceo / p̄parata ad capiēdas aīas: garrula / va
ga / quietis impatiens: nec valens in domo cō-
sistere pedibus suis: nunc foris / nūc in plateis /
nūc iuxta angulos insidians: apprehēsumq̄ de-
osculatur iuuenē: ⁊ procaci vultu blanditur / di-
cens: Uictimas pro salute debui: hodie reddidi
vota mea. Idcirco egressa sum ī occursum tuū /
desyderās te videre: ⁊ repperi. Intexui in funi-
bus lectū meū: straui tapetibꝰ pictis ex egypto
aspersi cubile meum myrrha ⁊ aloe ⁊ cinnamo
mo. Ueni inebriemur vberibus / ⁊ fruamur cupi

tis amplexibus / donec illucescat dies. Non em̄
est vir in domo sua: abijt via lōgissima: sacculū
pecunie secū tulit: in die plenilunij reuersurꝰ est
in domū suam. Irretiuit eū sermonibus multis
⁊ blanditijs labiorum protraxit illum. Statim
eā sequitur quasi bos ad victimā ductus: ⁊ qua
si agnus lasciuiens ⁊ ignorās: ⁊ nescit ꝙ ad vin
cula stultus trahatur / donec transfigat sagitta
iecur eius: velut si auis festinet ad laqueū / ⁊ ne-
scit ꝙ de periculo anime illius agitur. Que oīa
q̄uis actu sepe faciat meretrix impudica: tamē
magna fornicationū mater / carnis nostre mate
ria visibilibus atq̄ sensibilibꝰ intenta est: infru
nita meretrix ⁊ mulier inuerecunda / que ad suū
ornatum omnia disponit / mūdi oblectamēta su
scepit: prope cuiꝰ domū infinita hominū gradit̄
multitudo: sed ille cui suo merito iratus est do
minus / incidet in eam. Habet ista meretrix do-
mū / habet viam / habet plateas / habet augulos
habet garrulitatē / habet impatiētiā / habet oscu
la / habet vultū procacē / habet victimas / habet
lectum intextū funibus / habet egyptiaca tape-
tia / habet cubile secretū; habet aspersiones alo
eticas / myrrhantinas et cinnamomicas: habet
vbera / habet amplexꝰ / habet diuitē virū / habet
blandicias labioꝝ. Domus eius est ipsa creata
natura / in regulis originalis iusticie ordinata:
que natura pascit̄ modicis: ꝯtentatur ⁊ paucis
nec s̄m iusticiā positā in superflua querit egres-
sum. In qua nō valet ꝯsistere meretrix / scʒ sen-
sualitas impudica. Egreditur foras terminos
rationis atq̄ iuste necessitatis: ⁊ ī mūdi plateis /
scʒ in latitudinibꝰ ponit insidias: nūc iuxta di-
uerticula anguloꝝ deceptionis laqueos parat.
In plateis decipit / cum multitudinē delectabi-
lium pandit. In angulis decipit / cum per obli
quitatē occultam ⁊ singularē turpitudinē ratio
nē inficit. Uia eius est que sibi videtur iusta pro
eo ꝙ per eā plurimi sic incedunt: ⁊ multitudine
male viuentiū quasi per quandā viam publicam
decipit: ac se iuste fecisse tuet̄. Garrula est si nō
habet quod querit: ⁊ garrulitate verboꝝ tendit
in placita: vt garriendo percipiat quod silendo
non posset. Impatiēs est ista meretrix inhone-
sta: quousq̄ obtineat quod cōcupiuit. Et semꝑ
per impatientiā diuerberat se si nō percipit pla
citas suis sensibus qualitates: ⁊ quietis semꝑ in
animo cū per rationē se regere volunt / efficitur
impatiēs: ⁊ bella variarū appetitionū inducit:
que si multos ex toto nō deijcit / sine quiete viue
re facit: vt etiā sapientes ⁊ senes ⁊ vniuersos vs
q̄ ad mortē ipsa sollicitet. Quē vero circa se de
prehenderit ambulantē ⁊ intendentē in his que
sunt de funestis iuribus eius: velut iuuenē carē-
tem cordis prudentia: qui s̄m salomonis man-
datū / cor nō omni custodia custodiuit: dulciter
male suauiat: ⁊ quadā perniciosa vultus audaci
tate decipiēdo blanditur: ac si eum magnis vo
tis ⁊ desyderijs quesiuisset: ⁊ statim de lecto ma
le quietis ꝓnunciat. Sane ad eternā damnatio
nem quiescit / qui requiescit corde ⁊ aīo in lecto

lethifero terrenorum atqꝫ carnaliuz voluptatū.
Sed intextus est funib⁹ lectus: quia peccatorū
suorꝫ funib⁹ vnusquisqꝫ cōstringitur: ꝛ intextus
est funibus lectus: quia nulla sensibilis ꝛ carna
lis delectatio est durabilis super terrā: ſꝫ velut
funis in fine marcessit. Egyptiaca ꝑfectio ꝛ de
picta tapetia quibus pauimēta zetarum ꝛ parie
tes obteguntur ad ornatū cubiculi ꝛ delectatio
nem oculorꝫ propter varietatē nimiā picturarū
insinuat artificiosas ꝛ exquisitas adinuētiones
pessimas in peccatis: quorꝫ varietate delectati-
onū anima teneatur illecta: nec velit resurgere
de lecto / vbi iacet turpiter delectata. Secretum
huius impudice cubiculū ipsum est absqꝫ testi-
monio malū: vt eo sit liberior delectatio / quo te
stibus caret: ꝛ delectationis fiat augmentū / quo
deuitauit hominū peruersa libido conspectum.
Aspersum aromatibus ꝓnunciat: velut si non
essent corruptibilia bona visibilia hui⁹ mundi.
Amplexus hui⁹ sunt inseparabiles astrictiones
ad volita: vt nisi per mortē raro separatio per li
berā voluntatē: sed stercorea est amplexio a fo-
ris / qua deturpaꝛ anima in occultis. Subacta
ꝟo vbera meretricis sunt vene dulcedinis: que
si debite ſm legē nature atqꝫ originalis iusticie
deprimūtur / elicitur necessarium vite butyrum.
Concessum est nāqꝫ omni viuenti iusta lege vti
bonis nature. Si autē fortiter emūguntur / san-
guis elicitur peccatorꝫ: quia si quis vbera natu
re lac vite propinātia plus debito exprimit: pec
catū omnino cōmittit. Prestruitur in vsu cōces
sorum ꝑfecto delictum: si diuinorꝫ lex transgre
ditur decretorꝫ. Labiorum vero blandicie sunt
sensuales allegationes sub vmbra cōdescensio-
nis / aut ꝑ tempore iuuētutis / aut in statu assum
pte nō inflicte necessitatis / aut infirmitatis / aut
sub scuto bonitatis diuie: quasi delectabilia nō
produxisset ad aliud / nisi vt sensus delectaretur
humanus: quib⁹ homo faciliter irretitur: diffi-
cilime ꝟo dissoluitur. Uir eius vniuersorꝫ domi
nus: qui nō videtur esse in domo duz impunite
malū patitur fieri. Cetera ꝟo huius metapho-
rice locutionis / ad actionē mali ꝛ authoris pe-
riculum disponūtur. Uide scorta: vide meretri
cios intellectus / affectus ꝛ actus: cū quib⁹ ma-
le peregre diuinum patrimoniū dissipauit / viuē
do luxuriose: vt omni qua potuit voluptate fru
eretur: ac per hoc statim sequiꝛ fames. Non ha
bet quod manducet: et patrimonio consumpto
inedia inualescit. O male peregre fili / iam pate
ris impedimenta etatis: nō patereris si non re
cessisses a patre. Jam te conficit fames / habun
dantia relicta paterna. Premeris inedia / qui tu
us esse cupisti. Eclipsim pateris / a lege deuius
alta. Non sufficis tibi / ope relicta paterna. Di
uinorum bonorꝫ ꝛ honorabiliū contēptores au
dite. Fames est valida in regiōe longinqua: nō
panis ꝛ vini / dicente propheta: sed audiendi ver
bi dei. Doctrinā non appetit criminosus volu-
ptatibus deditus. Odit salubres monitus / qui
non est adhuc satiatus inferis: verba dei repu-
tat cantilenā. Jnimicus sibi factus ex suis ꝑdi
tis morib⁹ verba pacis ad deū ꝯtēpsit. At nulla
crudelior fames ꝙ a virtutib⁹ abstinere. Mise
rabile fit ieiuniū deficiēte pane virtutis / atqꝫ vi
no leticie spiritalis. Tabescit aīa in mēsa ma-
lorum: famē semꝑ patitur mala voluptas: quo
plura mala comederit / ad reliq̄ fit auidior. Nun
ꝙ satis est cui ꝑ nihilo reputatus est deus. De
genere maledictionū est fames: quas per moy-
sen derelinquenti eum populo dominus repro-
misit. Dicit eñ scriptura: Mittet dominus su- Deu
per te famē / esuriē ꝛ increpationē in omnia ope
ra tua que facies: donec conterat te ꝛ perdat ve
lociter / ꝑpter adinuentiones tuas pessimas: in
quibus reliquisti me: vt causa suum effectū pre-
cedat / culpa suppliciū. Non est adinuentionis
diuine ꝙ relinquamus deum: nos adinuenim⁹
huius viam erroris. Non est diuine doctrine ꝙ
recedamus ab eo: nos adinuenim⁹ itinera ma-
la. Causam recessus nō dedit omnipotens: nos
adinuenim⁹ deuiationis causam. Non cogit re
cedere qui funiculis amoris oēs ad se trahit.
Nemini dixit: de domo subtrahe pedē / satiatus
sum / odio te: nemini scandalum displicentie pre
parauit: tua fuit adinuētio vt abires in regionē
longinquā. Non adinuenit mala deus: qui bo-
nus bona cuncta creauit. Adinuentiones malo
rum pessime hominū sunt / in quib⁹ relinquim⁹
deum: propter quod super relinquentes fames
iuste dimittitur diuinorꝫ eloquiorum: quorꝫ abū
dēs sapor est suꝑ mel ꝛ fauum. Et esuriē patiꝛ q
recessit a pane vitali: arescit in siti q̄ fontē aque
reliquit: vt dissoluatur necesse est ꝑfugus a vir
tute: vt conficiatur inedia ratio sana docet. Ali
enus ab illo sine quo omnis est male peregre:
non solum extra se / sed etiā in se increpationēꝫ
suscipiat a ratiōe arguēte / conscientia torquēte:
quoniā omnia oꝑa mala sunt que summi dei le-
gez effugiunt: vt tam diu afficianꝛ cruciatibus
his peccatores / donec conteranꝛ ꝛ perdanꝛ cū
demonibus velociter desuper terrā: nisi cōuersi
ad dominū resipiscant. Et peccatores famē pa-
tiuntur vt canes: nec saturanꝛ dum mundi ciui-
tatem circumeunt: nisi ad dominū deū reuertā
tur vnde exierūt. Sed hic male peregre malorꝫ
typum in omnibus secū portans / ad mala speci
alia se cōstrinxit. **Adhesit** profecto vni ciui-
um illius regiōis ambrose: aliquo pecca-
to speciali se ligatione seu delectatione ligauit
in federe. Non eñ quis sufficit omnia mala in
eodem instanti atqꝫ actu peragere. Nec nō ꝛ se
pe videmus ꝙ huic hoc vitium / illi vero aliud
magis in placito est: cum quo est fabulatio sua /
ꝛ tota complacentia sensualis: etiā si interdum
cetera mala pretermittat. Seu forte aliquis de-
mon accipit in eum districtius potestatem: **qui
misit eum in villam ad pascendum
porcos.** Jn villa rustici sunt / in ciuitate vr-
bani. Merito nanqꝫ efficitur rusticus qui di-
mittit vrbanitatem celestem / quam virtus ꝛ gra
tia darent. Et pascit porcos. Jn rusticitate sen-

sus emittit: ꝛ voluitur in ceno vitiorum / fetorē
ostendens etiā ad coeuos: vt cōuersatio sit hor
rida ratiōi / humanis infesta aspectibus. Urba
nū facit ad celestia hominē deus pater: vitium
vero facit eum omnibus dissimilē. **Et cupie-
bat implere ventrē de cibo porcino**
Credit sepe peccator se contentū fieri ex corru
ptis: ꝛ animā incorporeā corꝑalibus adimple-
re: sed negat natura spiritualia corꝑalibus / et
corꝑalia spiritualibus posse repleri: ac ꝑ hoc
nunꝙ creaturis replebit anima / que creatoris
est capax: quo nō plena aut i esurie / aut semper
erit in pena. **Et nemo illi dabat:** quia va-
cuū per vacuū natura non implet: et sibi insuf-
ficiens nemini satis erit. Ecce duos male pe-
gre: vtriꝙ in malo ꝛ in auersione cōcordes. Il
le descendit a hierusalem: iste recessit a patre.
Ille in hierichontinā defectionē: iste in regio-
nem longinquā. Ille incidit in latrones: iste i
meretrices. Illū expoliauerūt: istius bona dis
sipauerūt. Ille ꝑtulit vulnera / iste famē. Ille se
minimus relictus: iste semꝑ insaturatus. Sed
istius reuersionē velut magis insignem sedula
mēte tractemus. Reuertitur male peregre ad
rationē: abundantiā paterne rememoratur do
mus: se perire cognoscit: deliberat reditū: dis-
ponit confiteri peccatū: et humiliat se appel-
lans indignū: postulat gratiam supra condi-
gnū. Uide reuersionis processum. Iste in se re
uersus dixit ire. Reuersio ad relicta. Quis au-
tem est qui seipsum relinquat: aut quo perge-
ret si semetipsum relinqueret? Quis modus lo
quendi? que loquendi ratio? Extra se iuerat / ꝙ
ad se reuertebat: nō corpus extra corpus / non
animā extra animā: sed forte anima extra cor-
pus. Nā Paulus apostolus raptus / siue i cor-
pore siue extra corpus anima ꝑagrasset / se fate
tur ignorare: attamē tēpore raptus anima cor
pore nō vtebat. Et legim9 ad se reuersū: ꝛ aiam
corꝑis vsū resūpsisse. Petr9 vero cū ꝑ angelū
educeret de carcere: ꝓpt modū mirū videbat
sibi visū videre ꝑ somniū. Et in se reuersus di
xit / ꝙ vere deus miserat sibi angelū. Quo er-
go iuerat Petrus / qñ est ad se reuersus? Ipse
vero ambulabat: ꝛ aīa corporeis motib9 vteba
tur. Sed tal loquēdi mod9 magis innotescit ex
perientia ꝙ scriptura. Fit sepe repente ex ali-
quo accidente tātus timor / vt aīa plerūꝙ alie-
net a sensib9: nō tñ relinquēdo corp9. Ex nimio
dolore corꝑis aut rei ꝑdite illud idē cōperi eue
nire / necnō ex inualescēte infirmitate. Ex amo-
re nimio scio extasim fieri: ex ꝯtēplatione aīas
rapi / nō reuocat in dubiū: ꝓcuratiōe artificio-
sū ꝑ incidēdis ad sanitatē mēbris / ars ipsa de-
mōstrat. Capt9 quidā me ꝑsente a iusticia meri
to suspēdendus: sūptione potionis cuiusdā in
tñ obstupuit / vt de carcere vt mortu9 traherē-
tur: et tali fallacia vt mortuus euasit mortem.
Arreptus nimio somno: excepto ꝙ calet / mor
tis habet imaginem. Et horū quilibet peracto
termino cū reinceperit corpore atꝙ sensibus

vti / dicitur ad se reuersus. Sunt et aliȷ̄ modi /
cū quis vtitur sensibus / et a se dicitur recessisse
aut cum fortiter agitur ab ira: aut cum nimio
vino madet: seu defossa ratione non sequitur
quod veritas iubet: aut sequitur quod ipsa cō-
demnat: siue arreptus a demone / verbo / mori-
bus aut actibus quod hominis est excedit: aut
amens fact9 se in suis gestibus nō cognoscit.
Ac ꝑ hoc ꝙuis ex omnibus his modis ad pctō-
rē possit similitudo deduci: ex trib9 tñ posteri
orib9 male peregre / aut pctōrē ad se dico re-
uersū. Nā defodit rationē / nec veritati obedit
ꝙ recedit a deo: ꝛ maloꝝ efficit autor: et agitat
a demone: ꝛ velut nō mēte san9 insana comple-
ctit: a quibus recedēs / ad se reuersus dicit. Iu-
xta quas sentētias ꝑ Esaiā dñs dicit: Redite Esa.46.
ꝑuaricatores ad cor: recordamini prioris secu
li. Redit ad cor / qui ꝑ cōpunctionē male acto-
rum in seipso reuiuiscit: ꝛ discutit conscientiā
suā: quia ꝓpria voluntate sua atꝙ ꝑuersa reces
sit a deo: et penam quam iuste meret / agnouit.
Redit ad cor qui benignitatē expectantis at-
ꝙ miserētis aspexit: ac videt se seruisse sceptris
iniquis. Redit ad cor / qui iugū diaboli excus
sit a collo. Redit ad cor / qui peccatoꝝ euasit te
nebras: et menti veritas interlucet. Et prioris
seculi recordatur / qui perfecte dolet de bono
innocentie quod amisit: ꝛ cognouit: ꝙ bonū ei
fuerat in dei volūtate inculpate mansisse: ꝙ io
cundū habuisse cōsortia cū electis: ꝛ omniū ꝑ-
ticipiū tenuisse bonorū. Et irremediabilis est
calamitas fuisse imꝑatoris amicū / ad inimici-
cias deuolutū: nisi fiat regressus in idem. In-
cōsolabilis debet esse tristicia ei qui seculū ha-
buit inculpatum: sed cauernā peccatorū inha-
bitat. Sed recordetur prioris seculi ꝗsꝙ delin
quens: nō vt steriliter doleat / sed vt nitatur in
id regredi vnde male corruerat. Et ꝙuis neqt
fieri ꝙ peccator nō fuerit qui peccauit: tamē vo
luntatē recuperet innocentē / qui nocentem ha
bere voluit actionē. Igitur reuocetur ad cor:
et prioris seculi recordetur / qui se deliquisse fa-
tetur. In corde ratio viget / et omnis virtus so
lū perceptibilis intellectu: corꝙ petit a nobis
ꝗ omniū gubernacula tenet: Fili da mihi cor Prouer.23.
tuū. Cordi loquitur. Osee dicit: Ducā eam in Osee.2.
solitudinē: ꝛ loquar ad cor eius. Et alibi: Lo Esa.40
quimini ad cor hierusalē / ꝛ aduocate eā. Pro-
inde nō recedere a corde / dominiū est virtutis.
Ad cor cito redire / virtutis est probitas. Qui
non recessit a corde / semper fuit i dei regno.
Ipse saluator dicit: Regnū dei intra vos ē. Re Lu.17
uersus ad cor regnū perditū reaccepit: immo
violentauit illud: quia regnū dei vim patitur:
quod intelligit de intellectuali / morali atꝙ ce-
lesti. In corde manens nō ꝑpetrauit ineptum:
egrediens fecit vtiꝙ mala: reuersus aptitauit
se virtutibus. Nō egressus a corde permansit
monas ad monadē: egressus multiplicauit se-
ipsū: regressus ꝯgregauit dispsa. In seipso ma
nēs vbi veritas lucet / contēpsit iudicia: egres-

sus foras vbi opinio fulget/variauit mores: in
tro regressus differentiã veritatis et opinionis
agnouit. Qui itra se vidicat cõmorari: totus est
suus: palans homo mendicus est. Si quis est
tam constãs atq reluctans/ vt ad tot voces ex-
tra vocantes nõ egrediat: laudarẽ vtiq si inue
nirẽ. Sed cito ad teipsũ reuertere/ vt dicas cũ
malo pegre: **In se reuersus dixit: Quã-
ti mercẽnarij ĩ domo patris mei abũ
dãt panibus: et ego hic fame pereo.**
Abũdantia est in domo dei omniũ bonorũ/ vi-
sibiliũ et inuisibiliũ/temporaliũ ⁊ eternorũ: et
omnibus sibi seruientibus temporalem mini-
strat/et eternã repromittit annonã. Quia vt di
2. Corin. 9. cit apostolus: Potens est autem omnẽ gratiã
abundare facere in vobis. Et ego hic fame pe-
reo. Non mireris: a diuino et virtutũ horreo
recessisti. Sed vbi erat fames? Hic scilicet in
regione longinqua/et in rustica villa: vbi ciui-
tatis dei presentis/nõ future exuberant bona.
Tempore septennalis famis alimenta erãt in
egypto: ioseph vero distributor erat: saluator
q mũdi appellabat. Patriarcha iacob et tota
cognatio eius descẽderũt ĩ egyptũ ppe horrea
manere volẽtes/ne fame perirent. Reuertaris
tu ad domũ creatoris tui/que sãcta ecclesia est
si nõ vis fame perire. Dic ergo: **Surgam**
Igitur cecidisti. **Ibo.** Profecto recesseras.
Ad patrẽ meũ: quia iã seruus factus eras
Jo. 8. peccati/christo dicente: Qui facit peccatũ/ser
uus est peccati. Et Petrus in canonica sua di
2. Pe. 2 cit: A quo quis deuictꝰ est/huic seruꝰ addictꝰ est.
**Dicam illi: Pater/peccaui in celũ et
corã te.** Quis peccat in celũ? Qui ppter ter-
rã ipsum contemnit. Peccatũ est vtiq graue:
imo nostre malicie tota moles: celestia cõtem-
nere/stercora amplexari. Corã deo peccat/ qui
desup ipso spectãte: cuius insopitũ oculum et
omnia penetrantem nemo valet effugere neq
deuitare iudicium: a peccando eius timore non
sistitur. Grauibus esset disciplinis multãdus/
qui etiam in absentia contra leges faceret au-
gustorum: sed capitalem omnino deberet subi
re sententiam/ presenter contemnens in suis
legibus regiam maiestatem. Narrare dispo-
nit peccata que fecerat/ vt ex misericordia iu-
stificaretur: quia corã deo peccauerat/ ipsum
nos vbiq videntẽ in suis legibus paruipen-
dens. Sed hec est hominũ delinquentiũ ne-
fanda peruersitas: vt in malefactis omnino vi
tare velint humanũ aspectum: cũ nullatenus
possint euitare diuinũ. O si dispositus ad pro-
Psal. 15 hibitũ diceret cũ Dauid: Prouidebã domi-
nũ in cõspectu meo semp: et se videri a desup
inspectore continuo imaginaretur: proculdu-
bio frenaretur ne curreret in voragines pecca
torũ. Profitetur se indignũ amplius tanti pa-
tris filiũ nominari: mercennariorũ numero se
conscripsit. In lege Moysi filius cõtumax ob
ruebatur lapidibus: in lege augustorũ priua-
tur hereditate: in lege morali patre bono indi
gnus est filius malus. Unde ergo benigno in
gratus/pio impius/sapienti stultꝰ? Nobili ve
ro patre indignus est filiꝰ imorigeratus: ac pa
tre abũdante ⁊ ordinate viuẽte indignꝰ est filiꝰ
pdigus. In lege vero gratie alia nos sentẽtia
premit. Accepimus eñ potestatẽ filios dei fieri
nõ per naturã/sed p adoptionẽ ⁊ gratiã: cuius
alma paternitate filius indignus efficitur/ qui
omniũ peccatorũ patrem in suis legibus dia-
bolum aut primũ parentem Adam in sua obe-
dientia imitatur. Filius vero verus atq legi-
timus educatus legitime/patri nõ intulit aliqñ
do querelã: malꝰ vero contrariũ fecit. Sed no
bilitate deposita filiali appellat ad mercẽnari-
orũ legẽ: vt ex distinctione notemus qui sint fi
lij atq mercennarij. Quantũ mihi dominꝰ ad-
ministrat/filios intelligo qui nõ offenderũt de
um: et vixerũt ſm eius sanctissimas leges: mer
cẽnarios vero abũdãtes pane ĩ domo magni-
fica sancta dei/appello omnes peccatores cõ-
uersos/ resipiscentes a malis/ad domũ pater
nam atq diuinam humiliter reuertentes/agẽ-
tes penitentiã/ corde compunctos/ vultũ pro-
cliuũ ferentes pre verecũdia/quia domino pec
cauerunt: desudantes in operibus iustis/tun-
dentes pectora/lachrymis nõ parcentes. Nec
eos mercennarios dixerim/ quia superna ca-
ptare concertant: sed pro eo q aliquando tẽ-
poralem stipem atq mercedẽ in malis actibus
quesierunt. Merces nãq a qua mercennari-
us dicitur/in omni lingua hebrea/ greca et la-
tina: rem quã quis seruiendo meretur/ perfun-
ctoriã atq temporalẽ signat. Nã qui pro eter
na gloria seruit/mercennarius dici nõ potest:
cũ ex merito alicuius laboris nemini debea-
tur: sed diuina misericordia beatificãdis con-
cedit. Igitur mercẽnarij domus dei dicũtur/q
mercedẽ tẽporalẽ iterdũ sectati sunt/ diuinam
gloriã contemnẽtes: Sed reuersi sũt domũ pa
ternam/peccatorum labe satiati/ malorũ mo-
la contriti/domino seruientes/abũdantes pa-
nibus diuinorũ verborum atq promissionum
confortantibus hominũ corda: ne veterũ con-
socij delictorũ/ premia diuina desperent. Cum
pater misericordiarũ et totius consolationis
deus paratus sit indulgentiã prestare petenti-
bus: ac in suis pmissionibus debitor fieri non
merentibus. Igit peccator reuersurus ad de-
um omniũ piũ patrem/ argumenta p simile p
sua parte conquirit/dicens: Quanti mercẽna-
rij abundant panibus in domo largissimi atq
benignissimi patris nostri: quãtis scilicet pec-
catoribus cõuersis ipse pepercit: ⁊ mensã sue
bonitatis apposuit. Quot ⁊ quanti aut quales
peccatores suorũ delictorũ sunt veniã consecu
ti: quot miseri misericordiã receperũt: quot p-
fugi cũ reuersi fuerunt recepti. Quem exclusit
misericordia dei? quem repellit benignitas eiꝰ
cui nutrimentũ gratie negauit largitas eius?
Ueniat ĩ memoriã peccatoribꝰ quod ipse salua
tor docuit: ⁊ sub pollicitatione firmauit/dicẽs:

Lu. 11 Petite et accipietis: querite/ et inuenietis: pul-
Ma. 7 te/ et aperietur vobis. Nã qui querit/ inuenit: q̃
petit/ accipit: et pulsanti aperietur. Et qui petit
panem misericordi: nõ accipiet lapidẽ iusticie.
Et qui petit ouum spei/ nõ accipiet scorpionẽ
deceptionis in fine. Qui petit piscem fructuz
et inundatione lachrymarũ: nõ accipiet serpẽ-
tem diabolum aridũ et tortuosum. Quot sunt
verba dei sonantia misericordiam et benignã
receptionem in scriptura/ volumen magnum
ipsa declarata perficerent. Sed paucis verbis
dominus per Esaiam omnibus peccatoribus
prestat audaciam reuertendi sub sponsione fi-
Is. 55 da miserendi: Derelinquat impius viam su-
am: scilicet male peregrinationis in regionem
longinquam: et vir iniquus cogitationes suas:
et reuertatur ad dominũ/ et miserebitur eius: et
ad deum nostrum: quoniã multus est ad igno-
scendum. Et per Hieremiã de preuaricatrice sy-
Hier. 3 nagoga siue anima dicitur: Tu fornicata es cũ
amatoribus multis: tamẽ reuertere ad me: et ego
suscipiam te. Post omnẽ vero deliberationez
deliberatã perfecit: Et surgens venit ad
patrem: qui benignus preuenit eum a longe
ne iterum diabolica impedimenta sentiret: et
mundi blandimenta deluderent. Nã nisi gra-
tia dei preueniret/ animus nõ moueret in bo-
num: nisi comitaretur in melius/ nõ proficeret:
nisi obuiam ad subsidiuz haberemus/ repeda-
tio sequeret ad solita. Et proinde pater mi-
sericordia motus: occurrit filio de larua-
li peregrinatione redeunti: Et amplexatur col-
lum fidei: quo totum corpus quod est ecclesia
christo capiti copulatur. De quo in Cãticis cã-
Cant. 1 ticorum ad ecclesiam per spiritumsanctũ dicit
Collum tuũ sicut monilia: Fides scilicet est et
esse debet ex bonis operibus tanq̃ ex margari-
Cant. 4 tis ornata. Et ibidẽ dicitur: Sicut turris Da-
uid collum tuũ: que edificata est cũ propugna-
culis. Mille clypei pendent ex ea: et omnis ar-
Cant. 7 matura fortiũ. Et iterum: Collũ tuum sicut tur-
ris eburnea. Vere fides collo/ colluz turri si-
mile dicitur: vt et fides ad similitudinem turris
esse dicatur. Edificatur turris ad prospectan-
dum a longe: atq̃ quãtũ potest/ rectitudine in
altuz erigitur: vt que de planicie atq̃ subiectis
domibus nõ videntur/ de altitudine turris vi-
deantur. Nam neq̃ de planicie naturali/ neq̃
de ratione alicuius artis videntur/ que de fidei
culmine conspiciunt. Videt ergo fides que in-
finitis et inuisibilibus spacijs distant a natura
Que si presenter vellet disserere: oporteret dei
oĩpotẽtis/ et christi filij eius recẽsere mysteria.
Necnõ ad tutamẽtũ turris edificari cognosci-
tur. Ad tutamentũ oĩm nostrũ christus fidei edi-
ficiũ fecit: sub quo nõ lapides/ nõ ligna/ nõ au-
rũ/ nõ argentũ/ nõ homines/ nõ angelos/ sed se
Cor. 3 ipsum fundamentũ iecit: dicente ap̃lo: Funda-
mentũ aliud nemo potest ponere/ p̃ter id quod
positũ est: quod est Christus iesus. Que cũ ꝓ-
pugnaculis edificata dicit. Propugnacula nã

q̃ sunt que procul hostibus insilientibus red-
dunt vicem: et procul obsistunt emulis/ pro
quanto desuper projicitur prohibens. Et sepe
fit/ et aggrediendi experientia clamat: ꝙ iacta
de ꝓpugnaculis manualiter vsq̃ ad hostes ꝑ-
ueniunt: sed que hostes manualiter iaciunt/ ꝓ-
pugnacula nõ attingunt. Quãuis in arte pro-
pugnandi multa insidiosa sagacitas humana
reperiat/ vt feriat/ aut deijciat quod oppugnat
sed fidei fundamento gratias referamus: su-
per quod erectũ edificium inexpugnabile sem-
per manet. Longe sistit fides suis propugna-
culis omnes sibi aduersos aut cogitãtes inua-
num/ quomodolibet inferentes insultũ: vt nec
qui venit ab oriente nature rationibus natu-
ralibus circũseptus: nec qui ab occidente pec-
catoruz insiliuit: nec qui ab aquilone idolatrie
idolis sociatus/ ad ꝓpugnandũ accessit: nec q̃
ab austro heresiarche doctrine de insidijs ꝓsi-
liuit: appropinquare potuerũt: nec fidei nostre
inferre iacturã: ꝓpugnaculis desuꝑ iaciẽtibus
altissima verba dei/ omnibus oĩmode resistẽ-
tia/ s̃m beneplacitũ dei. Quocirca mille clypei
pendent ex ea: scilicet innumerabilis martyrũ
multitudo: qui susceperunt seuos ictus tyran-
nicos: qui si corpore/ mente tamen nunq̃ fracti
sunt: qui nos muniunt: qui pro fide inconcus-
sa tenenda tam viriliter certauerunt. Et pen-
det in ea omnis armatura fortiũ: scilicet vete-
ris testamenti et noui omniũ sanctorũ patrũ.
Et dicitur turris eburnea nostre fidei collum:
omnẽ nouam castitatem insinuans/ et omnem
antiquã pulchritudinem preostendens: quam
amplexatur pater in peccatore humili remean-
te: necnon et osculatur eũ/ se reconciliatum de-
monstrans: dilectionis porrigit signũ: pacis ir-
rogat instrumentũ: indulgentie fedus prestat/
charitatis donans officiũ: et de renouatione
amicitie atq̃ firmatione profert insigne chi-
rographũ. Post concordiaz et pacẽ ad domi-
num nostrũ deum deũ reconuersus est male pe-
regre: ꝑ sequentia q̃lis debeat esse vita descri-
bitur. Iubetur indui stola prima: vt in perditã
innocentiã animo et opere semꝑ aspiret: quaz
q̃uis recuperare nõ possit ꝙ nõ fuerit nocens
post actionẽ ad deũ animo et opere semper ni-
tatur permanere innocens. Non eñ dubita-
tur ibi esse innocentia/ vbi male agẽdi nullus
suspirat affectus: et pro posse deuitatur omnis
malus effectus. Et anulus datur in ma-
nu: in memoriã receptorũ/ necnõ ad consyde-
rationẽ omniũ indultorum: vt eum gratitudo
in bonis operibus semꝑ feruere faciat/ quẽ in-
gratitudinis ad tanta mala ꝓtraxit iniquitas.
In anulis autem sepe consueuit lapis aliquis
preciosus ĩcludi: aut vt delectet aspiciens/ aut
propter insigne virtutis. In nostris operibus
semꝑ inclusus est christus: cuius fidelis aspe-
ctus animã delectando demulcet: vt amplius
oꝑari semꝑ ipsã delectet: et insigne virtutis ful-
geat: vt si non custodit/ nemo sit qui ab aduer-

sarijs proteget. Et calciamenta dantur pedibus: que pedum sunt munimenta. Sunt etem̃ pedes/ affectus et intellectus: quibus per systolim et diastolim inuisibiliter veluti visibiliter ambulamus. Nam stante sepe affectu perambulat intellectus: vt aliquid bonũ inueniat/ et inuentũ renunciat; et ipso quiescente affectus mouetur et amat: quos morticinis pellibus oportet esse munitos: ne pro vero falsum recipiat intellectus: aut malo pro bono noster ligetur affectus. Ineuitabilis em̃ mors consueuit suis a viuentibꝰ detractis pellibus homines per sue ineuitationis cõmunire terrorem. Et ipsa quidẽ mortis memoria foribꝰ nostre mentis affixa/ retrouersionẽ a malo sepe i animo fecit: ac per hoc sepe verteret in semper/ si a mente fieret inuisibilis ipsa consyderatio mortis. Nempe sine cunctatione intellectũ affectũ et effectũ incessanter incessabilis mortis meditatio colaphizat: nec pmittit aliquem prolabi ad vanũ: post cuiusq̃ abolitionẽ actam nullũ potest esse remediũ/ pro quo male peregre/ iã bene peregre facto/ vitulus in mensa cõuiuij apponitur saginatꝰ. Vitulus saginatus est corpus christi: cui nulla potest fieri pre dulcedine atq̃ nobilitate cõparatio super terram omnẽ pinguedinis gratiã secũ habẽs. Et duo audienda dantur in auribus eius: symphonia et chorus: vt in ecclesia dei sciat esse concordiã hominũ/ legum/ fidei/ morũ et scripturarum: ⁊ quod ad discordiã pertinet/ de domo dei nõ est etiam si vndiq̃ ab omnibus diceretur/ est. Ac etiam pergentẽ in circuitu chorũ oportet audire resonantẽ in vocibus dominicã cantilenam Chorus em̃ est hoim i modũ corone vnius ad alterum conserta manu pergentiũ atq̃ cantantiũ/ ad sonitum alicuius instrumenti de genere musicorũ. Nequaq̃ autez i choro principiũ et finis discernitur: sic etem̃ ecclesie conuenit intelligere cursum/ ꝙ erunt primi nouissimi/ et nouissimi primi: et pergere debemus atq̃ cantare ad sonitũ fidei et irreprehensibiliũ scripturarum: affigere mentẽ diuine bonitatis operibus: ꝙ intãtũ sua benignitate preuenit/ vt ante inclinaretur in filium: et pactiones reconciliationis ostenderet/ ꝙ totũ posset cõplere cõceptum: aut ꝙ formaret in animo verbum. Et quia indefectibilis pater misericordiarũ et totius consolationisq̃ deus/ omnibus ad se reuertentibus semper meliora exhibet ꝙ rogatus: et tam excedentia sensum: qualia qui suscipit/ ante non fuerat suspicatus. Sed talia data donorum misericordie ascribimus: ad morũ vero institutionẽ talia prepositiuã habemus innocentiam/ ad quam tota nostra debet niti affectio. Quia quis ascendet in montẽ domini? aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus et mundo corde. Bonorũ operũ iugi actioni anulus gratitudinis docet intendere: memorari exitum vltimi finis morticina calciamenta demonstrant. Saginatus autem vitulus sacramentaliter viuere docet: nõ soluz pro eo ꝙ sumi a fidelibꝰ debet/ sed qꝛ nisi alia sacramenta purgantia precedant/ ꝗuis nõ omnia: sumi nõ iuste potest. Symphonia scripturarũ te regulet: vt iuxta sua gradiaris decreta: ⁊ ꝗcquid est ab ipsa/ seorsum noueris esse peruersũ. Chorum militãtis ecclesie nimio contemplare intuitu: qui circa christum in medio existentẽ psallentẽq̃ cithara tensi corporis ꝓ nobis in cruce pendentis: et plectris ferreis resonantẽ cuius modulatione passionũ omnis anima se coartet: necnõ et triumphantis ecclesie chorũ altiori contemplatione cõspiciat/ vbi nulla est diuersitas voluntatũ. Habeo duos male peregre: in quibus processum/ imo egressum peccatoris a deo/ atq̃ regressum in euangelica scriptura vidisti: aliã vero deniã scilicet magdalenam vias peccatorũ/ et omniũ vitiorũ abrupta petentẽ: subiugalẽ factã septẽ demoniorum: reuertentẽ ad eum qui sensu inuisibili anias tabit: et modum reuersionisq̃ eius sedule videamus. Mota igitur ad celestis doctoris verbuz suorum peccatoruz mole contrita/ liquefacta dulcedine Christi/ tracta decore conuersationis/ fida in animo de benignitate ipsius/ sperans remissionẽ peccatorũ eius/ incensa/ igne charitatis illiꝰ: opportunitatẽ perueniendi studio impigro querebat. At vbi tẽpus et locus: et quesitus christus conueniunt: querẽs inuisibiliter tracta: nõ sono vocis/ sed mente vocata venit. Stetit retro secus pedes dñi: sequelã pmittens vestigiorũ eius/ que ꝑ leges peccati antecesserat leges eius. Preit omnis peccator deum in suis legibus/ nõ sequit: nã si sequeretur nõ fieret de numero peccatorũ. Stat ante deum per superbiam erectus i animo qui delinquit: ⁊ velut inimicus aduersat moribꝰ/ et verbis contradicit in facie/ qui male loquitur aut agit. Primũ igitur reuertens a deuio iniquitatis stet retro: nec presumat in faciẽ/ quẽ peccatorum verecundia premit. quousq̃ ab eo qui habet indulgere prestet audacia. Stet post tergũ qui faciem contẽpsit omniũ gratiarũ. Respiciat terga/ qui ad faciẽ diuinam sua terga cõuertit: de quibus ppheta dicit: Et reuerterunt ad me tergũ/ et nõ faciem. Stent a tergo qui faciẽ omnia videntẽ atq̃ scientem velut cecã et sciolã contempserunt. Unde propheta: Dixerũt scilicet contemptores: quis videt nos/ aut quis nouit nos? Et alius propheta de peccatoribꝰ dei scientiã contemnẽtibus/ dicit: Et dixerunt Quomodo scit deus: ⁊ si est scientia in excelso? Stemus post tergũ dñi quotquot errare nolẽtes: et domini misericordiã prestolemur. Stabat populus dei/ et respiciebat tergũ Moysi quousq̃ tabernaculũ ĩgrederet. Quousq̃ indulgentiã habuerimus peccatorũ/ diuinã faciem videre nõ queramus: sed requiramus cum psalmi sta i futuro aspicere seculo. Aiebat em̃ Faciẽ tuã domine requirã. Sed bonũ est videre faciẽ dei: scz habere noticiã diuinorũ/ quam

Psal.23.

Stare retro.

Ps. 79. ipse petebat: Ostẽde faciẽ tuã: et salui erimus. Christ⁹ est eñ ista facies: q̃ totus est facies/ noticiã ꝛ sapientiã oĩm habẽs: ad quam paterno facto respectu conseq̄mur indulgentiã peccatorũ. Quod ꝛ David petebat: Respice in faciẽ Psal. christi tui. Sed terga petam⁹ adhuc: nec recedamus: nã nõ sine damnationis periculo recedit̃ a tergo dei. Et samuel post peccatũ grãde ad ppl̃m orationẽ eius petentẽ ꝓ indulgentia ne moreref̃/ dixit: Verũtamẽ nolite recedere a tergo dei: ꝛ seruite illi ĩ toto corde. Aspiciam⁹ dñi tergũ: q꜡ ipse post tergũ suũ ꝓiecit oĩa peccata nostra. Qui vero in veritate tergũ dñi aspexerũt/ suorũ cognouerũt ex dñi penis magnitudinẽ peccatorũ. Crucẽ eñ Christ⁹ portauit a tergo: vbi sunt ꝓiecta imo deiecta peccata. Stemus a tergo passionẽ crucis eius imitãtes: q꜡ si socij fuerimus passionũ/ erimus ꝛ consolationũ participes. Et vnde mala prouenerint: Esaias dicit: Peccare et mẽtiri cõtra dominũ: ꝛ auersi sumus ne iremus post tergũ dei nostri. Non recedamus a dorso: sup̄ quod ab initio mundi fabricauerũt et fabricãt et fabricabũt quomodolibet peccatores. Videamus sanctũ dorsum dñi nostri Jesu christi: inspiciamus sarcinã putridã peccatorũ/ magis horrẽdã q̄ humanorũ stercorũ: quã sup̄ dorsũ ei⁹ imposuimus: nec ponere delinquendo cessam⁹. Profunda sunt ista que tractanda suscepim⁹: sed nõ recedam⁹ a tergo. Ipse preit nos quotquot sumus peccatores noui testamenti et vite secutus eos qui precesserũt in veteri: sed omnium a tergo sunt purgata et deleta peccata per crucẽ. Nec solũ a tergo christi/ sed ab alioꝝ sanctorũ precedentium tergo nõ recedamus. Et Ruth 2. eñ Ruth spicas legebat post terga metentiũ: ꝛ nos peccatores post apostolos et martyres legamus reliquias sanctorũ moruꝫ et passionũ. Nõ igit̃ sine magno moꝝ documẽto stetit retro ista peccatrix: nõ erecta ceruice/ sed christi pedibus inclinata et prouoluta: vt ipsoꝝ nõ errantiũ sequelã spondeat: que in suis incedẽs a via veritatis errauit: duces inuisibiles plures sequens ad inferna ducẽtes: recõuersa seq̄tur vnũ ad superna ferentẽ. ❡Offert lachrymas p̄ dolore: atq꜡ intantũ bulliendo exuberant: vt etiã pedes lauet domini saluatoris. Exprimunt lachrymẽ sepe conceptũ dolorẽ ĩ animo: et contritã mentẽ demonstrant. Arma sunt miserorũ: ad que semp̄ potest recurrere/ qui ab aliquo merore contrahitur. Orphani et pupilli ꝛ vidue desolate ipsarũ habent refugiũ. Placationes sũt sine voce/ testes sine verbo/ indices sine digito/ clamor in silentio/ victoria sine ferro/ terror demonum sine sonitu/ oblationes sine ritu/ pulsatio sine strepitu/ aqua decoctionis cordis/ aqua saliens in vitã eternam/ mare submergens egyptios insequentes/ aqua sapientie salutaris: stillicidia sunt stillantia sup̄ terram infructiferã nostre carnis: et super gramina operũ nostrorũ stille cadẽtes: liquores sunt rationabilis arboris: mestis cibus ꝛ potus: vt miradũ omnimode sit/ cur fletus dulcis sit miseris: balnea sunt secum lata in refrigeriũ estuati/ et in vulnerati atq꜡ plagati remediũ. Hoc funditur ad saluatoris pedes in ablutionẽ veterum delictorũ/ aut in bonorũ agendorũ fervorẽ. Lauantur his lachrymis pedes domini velut ex aquis feruefactis ex charitatis igne: quem inuisibiliter in corde accẽderat herus q̄ lauabatur: qui etiã educebat paulatim de fontib⁹ oculorũ ꝓuolute suis pedibus peccatricis et iterũ calefiebant cũ tangerent humanatum ignẽ. Et magis ac magis fluebant vbertim: cũ liquefiebat cor coagulatum ex igne intus ꝛ extra incendente suauiter: nec inferente penalẽ sed delectabilẽ vstionẽ. Et qui vocauerat atq꜡ traxerat more magnetis inuisibili tractu: magis delectabat̃ in eis q̄ in abũdanti conuiuio pharisei. Fluebãt lachryme/ nec cessabãt donec ab eodẽ igne siccarẽtur: qui cordis sui glaciem in fluxibilem aquã resoluerat. Loti sunt igitur ex lachrymis pedes dñi: quib⁹ venit ad humanas hominuꝫ mentes: et facta est in eis quedã abstersio pulueris nostrorũ innumerabiliũ peccatorũ: vt qui veras lachrymas fundit/ agnoscat sua delicta lauari ꝛ mũdari a macula iniquitatis herentis. ❡Sistit̃ ꝓfluuiũ lachrymarũ dispensatione lauati: et ad aliam actionẽ virtutis spiritu docta consurgit. Discriminat capillos capitis sui: ꝛ plicatam cesariẽ supra pedes expandit: vt abstergat pedes quos lauerat lachrymis. Poterat hec sibi ꝓuidisse de peditergio/ sicut de vnguento ꝓuidit. Poterat hec mulier ab astãtibus peditergiũ petere: sed detinebat̃ a dulcedine pedũ/ sup̄ quibus tota mola corporis firmabat̃: nec patiebatur ad modicũ sequestrari a pedib⁹/ donec iussu dñi dimitteretur in pace: non eñ volebat vacare ad verbum ꝓpter caro factum verbum. Damnũ sibi estimabat solũ erexisse cerviceꝫ. Poterat hec mulier velamẽto aut capitis vitta pedes abstergere dñi: sed qui docet hominẽ scientiam: et ad veniendũ lauãdiq꜡ docuit: et vocauit eũ absq꜡ verbo: instruxit vt insolitum peditergiũ inueniret: quod ipsa secum ferebat in sui remedium/ et in doctrinam atq꜡ exempluꝫ omniũ peccatorũ. ❡Capilli sunt capitis: ꝛ cũ sint de corpe atq꜡ in corpore/ corpis nõ sentiunt passiones: et sine dolore ipsorũ incidũtur: quod alijs mẽbris corpis nõ dolere ab ipsa natura negat̃. Caput cuiuslibet mens est: cuius capillos impassibilitates intelligo: ad q̄s anima peccatrix pacto se ligauit: ne iterũ subijciat̃ passionib⁹ vitiosis turpãtibus animã/ ꝛ corpi adijcientibus notã. Expedit eñ omnino impassibilẽ fieri ad vitia cõcertantia in agone nobiscũ: ne animo ꝛ corpore passibiliter q̄uis ad passiones tentationũ fere nõ possit esse remediũ: sed nõ dubitet qui tentatur/ si passibiliter nõ succumbit. O vtinã mihi adhesisset tale peditergiũ: preferrẽ certe illud oĩbus linteaminibus q̄ ab initio mun-

di ex arte humana manus potuit operari. Nō
quiescit animus quē exagitat spūssāctus: ꝛ no-
ua operaᵵ qui noua suscipit in doctrina. Stat
ad pedes peccatrix/ ꝛ nō cogitat de recessu: nec
sibi adest de conuiuio vlla cura: conuiuātes nō
aspicit neqꝫ cogitat: neqꝫ appositas intueᵵ da
pes: suis intēdit officijs: prepediri nō vult: nec
alios ipsa prepedit. Et sicut suscipit ad hos pe
des mēte doctrinā: nouū resurgit ī opus: ruit ī
oscula pedū: ꝛ premit duo labia sup pedes/ su-
perius et inferius eque stātes. Duo nempe la-
bia os hominis claudūt/ vt interdū verba nō
exeant: interdū dentes abscondūt: interdū fe-
torē oris ipsa prohibēt exire. Claudātur labia
ne ꝟm apl̄i prohibitionē malū verbū ex ore no
Ephe.4. stro exeat. Inquit em̄: Omnis sermo malus ex
ore vestro nō procedat. Et alia scriptura dicit:
Eccl.14. Beatus qui nō est lapsus verbo ex ore suo. Ab
scondūt sepe labia dentes/ ne loquātur inani-
ter sanctas meditationes/ quibus omnia rumi
nāt. De quibus dentib⁹ Jacob dixit cū bene-
Gen.49 diceret iudam: Dentes eius lacte cādidiores.
Opera em̄ pfecta naturā ossiū habent in soli-
ditate manēdi. Dentes autē ossa noscūtur esse.
Meditationes sunt dentes: ī quib⁹ maxima sa
piētia est: ac acqritur si nō est. Ruminaᵵ denti
bus quod rapacitate a quibusdā bestijs ī ven-
trē traijciᵵ. Teriᵵ dētibus quod ad valitudinē
nature percipiᵵ. Et meditationibus reuoluū-
tur audita: ꝛ conterūtur cuncta que obesse aut
prodesse noscūtur. Et hec sapiētia intima est/
quā sapiētes abscondūt. Inquit em̄ Salomō:
Prouer.10 Sapientes abscondūt sapientiā. Prohibēt se-
pe labia diffluaues fetores stomachi aut oris/
cū mutuo se coniungūt: vt homo malū quod ī
animō conceperat/ nō loquaᵵ: ne malū ex locu
tione sortiaᵵ effectū: aut alijs feteat p malū ex-
Psal.33 emplū: ꝟm quā sententiā psalmista dicit: Pro-
hibe linguā tuā a malo: et labia tua ne loquan
tur dolū. Si quis loqtur malū/ excepto qui ex
charitate illud aut autoritate reprehendit: aut
ipse vult facere/ aut ad faciendū vult alios in-
uitare. Si qs dolū loqtur/ decipere vult. Hec
em̄ oris nefanda officia pessimi sūt fetores. Sꝫ
videā attētius que sūt hec labia peccatricis su
per pedes domini pressa. Nam labia vocis et
verbi exteriores sunt clausure/ et magis appa-
rentia instrumēta: vt si ad formandū vocē in-
strumēta cetera conuenirēt: labijs clausis non
dearticulareᵵ/ aut distincta perciperet auditu.
Ipsa etiā suo tpe proferūt bona et expedien-
tia moribus: ꝛ placētia ei qui condidit atqꝫ ape
riri pmittit. Inter hoīes fulgebit prudentia/ q̄
Prouer.10. ratiōe nouerit moderari. Scriptū est em̄: Qui
moderaᵵ labia sua/ prudētissim⁹ est: ne ab eis p
grediaᵵ indebita/ neqꝫ congrua taceaᵵ. Pro
Prouer.17. inde alibi diciᵵ: Qui moderaᵵ sermones suos/
Ibidem.20 doctus ꝛ prudēs est. Et idē: Uas preciosū/ la-
bia scientie. Que si ꝟm typū quē hec mulier ge
rit/ ecclesie de gētibus collecte: multa mōstra-
būt adumbrata mysterio. Si vero put signifi-
cat omnē animā peccatricē: in morib⁹ considę
randa nō pauciora consurgūt. Amor et timor
labia sunt aīe: vnū superius scꝫ amor: timor la
biū inferius est. Quibus in veritate assistenti-
bus anime: si prepediaᵵ tota corpis valitudo/
exaudiᵵ a dn̄o. Scriptū est in Regū volumine 1.R
q cū Anna ppter filiū impetrandū: qꝛ sterilis
erat: supplex staret corā Heli: pre amaritudine
atqꝫ dolore nō loquebatur verbū: sed tm̄ labia
eius mouebanᵵ: et de ple meruit a dn̄o exaudi-
ri. Nec magdalena legiᵵ verbulasse: sed labia
timoris atqꝫ amoris premebat in dn̄i pedes: et
osculis loquebaᵵ. De quib⁹ in Job diciᵵ: q in Job.1
om̄ibus aduersitatib⁹ aduenietib⁹ nō peccauit
Job labijs suis: vt a dei timore atqꝫ amore re-
cederet: vt amore atqꝫ timore priuat⁹ cōtra do-
minū aliquid loqueret. Judith vero cū caput
esset precisura temulēto principi holoferni: stet
tit ante lectū/ ꝛ orabat cū lachrymis et labiorū
motu silētio: vt effectu posset implere quod vo-
to querebat. Ecce igiᵵ labia Magdalene atqꝫ
anime peccatricis/ amor videlicet atqꝫ diuin⁹
timor. Sunt etiā duo labia quibus dn̄i premē-
di sunt pedes: affectus bonus/ ꝛ intellectus ve-
rus: de quibus Job diciᵵ: Et labia tua reple-
bunᵵ iubilo. Jubilus vero est ineffabilis men
tis leticia: quā ligua explicare nō nouit. Quo
repleᵵ affectus bonus/ cū p gratiā et in gloriā
ineffabilē recipit bonitatē: ꝛ intellect⁹ ver⁹ ful-
gentissimā suscipit et ineclipsabilē claritatem.
Quos semp velut labia quedam aperiri a dn̄o
postulabat David dicēs: Dn̄e labia mea ape-
ries: ꝛ os meū annūciabit laudē tuā: vt affect⁹
ad bonū et intellectus sit apert⁹ ad verū: ex eis
resonet laus diuina in ore peccatorū oīm con
uersorū atqꝫ iustoꝝ. Necnō ꝛ actiuā vitā atqꝫ cō-
templatiuā duo labia/ velut quoddā supius et
inferius appellamus: de quibus iesus filius sy-
rach dicit: In labijs sensati inuenietur gratia.
Tota nāqꝫ gratia qua grati reddamur creato-
ri: ꝛ accepti sumus in conspectu magnitudinis
eius: labiū inferius actiua scꝫ vita/ et labiū su-
perius scꝫ cōtemplatiua vita cōsistit: p quibus
sciendis atqꝫ tradēdis effectui/ om̄is querēda
est doctrina. Unde Prouerbiator dicit: Appo
ne cor tuū ad doctrinā meam: que pulchra erit
tibi/ cū seruaueris eā in corde tuo: ꝛ redūdabit
in labijs tuis. Pulchra est om̄is doctrina/ ma
xime diuina cū precipiᵵ: pulchra ꝛ delectabilis
est cū in corde seruaᵵ. Sed hec est tota doctri-
ne vtilitas/ cū ad actiuā vitā atqꝫ contemplati
uā agendā aptaᵵ. Tūc em̄ redūdat in labijs/ cū
quis sapiēter actioni ꝛ ꝯtemplationi intendit:
de quibus ibidē diciᵵ: Qui diligit cordis mun
diciā/ ppter gratiā labiorū habebit amicū re-
gem. Labiorū em̄ gratia contēplatiue vite at-
qꝫ actiue/ rationabilis executio diciᵵ: p quā cre
atori omniū amicamur: ꝛ ad hec duplicis vite
labia pax eterna subsequeᵵ: sicut p Esaiā diciᵵ:
Creaui fructū labiorū pacē. Rationē in virtu-
tibus fundatā/ ꝛ conuersationē sctis moribus

fultam/nõ immerito labia ista declarãt: de qui-
bus salomon dicit: Labia mea detestabunt im
pium. Naꝫ fundata virtutibus ratio detestatur
diabolum: ꝛ nulli malo aut impio prestat assen
sum: ꝛ verbis semꝑ arguit quẽ impium esse co-
gnoscit. Conuersatio sancta non patitur cũ im
piis habere cõsortium. Quem eñ nouit ratio al
tissimo inimicũ/conuersatio nõ patitur nisi per
violentiã aut spe correctionis eũ habere conso
cium. Vere igitur ista labia detestãtur impium:
que tam ꝓmuntur dulciter in pedibus suꝑ piũ.
Ecce pressa labia suꝑ domini pedes: ecce labio
rum osculũ ad signũ pacis inuentũ. Uide quan
ta secum labiorũ osculum ferat: vt anime pecca
tricis ꝛ dei federa semꝑ ferat. Quid eñ sũt ista
oscula/nisi pactiones ad deũ: quid est osculatio
pedum christi/nisi ꝓmissio imitationis vestigi-
orum eius: Quid est osculatio ista/nisi pax facta
in humanitate degente/ambulante ꝛ laborante
ꝓ nobis: Sed alius male peregre in collo fidei
osculũ accepit a patre: peccatrix hec domini pe
des osculatur in fide. Ille parum loquitur: ista
eñ per impressum loquitur osculũ: quantũ dili-
gitur osculatus/ꝛ quantũ dilectũ habeat in ani
ma impressum/osculũ ostendit in mẽbra corpo-
ris pressum. Et ſm ꝙ vnctio ſm ioannẽ in cano
nica sua/docet de omnibꝯ: hanc mulierẽ vnctio
intrinseca extrinsecꝯ vngere docuit. Ideo ipsa
vnguento vngebat domini pedes: ꝛ innouabat
opera noui cultus: quia nouũ hominẽ nouerat
ꝛ variabat opera: ne velut ociosa pateretur ab
ipso repulsam. Quia nec standũ est ociose ante
diuinos pedes qui nõ quieuerunt in oꝑe nostre
salutis: sed per montes ꝛ planicies/ciuitates et
castella/per maria ꝛ deserta fecere discursum:
donec configerent in cruce: ad expectandũ om
nem peccatricẽ animã/redeuntẽ de latibulis et
cauernis ꝛ viis ꝛ sepibus peccatoꝝ: fundentes
sanguinẽ in ablutionẽ animarum nostraꝝ: ꝛ in
recõpensationẽ ꝛ retributionẽ fusarum lachry-
marum atq; fundendarũ pro ipsius misericor-
dia implorãda. Sed quod aut quale fuerit istud
vnguentũ/non audeo diffinire. Hoc tamẽ lini-
et vnguentũ: ꝛ quod noscitur rigidũ/atq; durum
emollit. Multa vngebãtur in veteri testamẽto:
ꝛ reges etiã perfundebant vnguento: anteq̃ re-
gnare cepissent. Sed ne violentiã videar infer-
re scripture: humiliter ꝓtestabor hoc vnguen-
tum fore intimã charitatẽ/ in cordis alabastro
reconditam/effusam in pedes in omnia illa que
diuine atq; humane in nobis operatꝯ est: vt totũ
amorem effundat in eũ qui totũ nobis se contu
lit in salutẽ. Melius autẽ dixerim: quia vnguen
tum ex multis aromatibus cõficitur: oĩes inte
riores vires/memoriã/ intelligẽtiã voluntatẽ: ꝛ
si quid potest esse inuisibilis potẽtie atq; virtu-
tis: ꝛ omnẽ corporis aptitudinẽ quasi aroma cõ
trita per dispositionẽ ad conficiendũ vnum vn-
guentũ aptum solũ diuinis pedibus atq; man-
datis/in omnẽ sequelã vsq; ad mortem: nõ ponẽ
dum pedibus pharisei: velut legem mosaicam

non dicere dignã huiusmodi sequele: quia nec
ipsa ad perfectũ quempiã suum duxit sequacem
Nec etiã effundendũ suꝑ pedes apostolorũ aut
discipuloꝝ christi. Neq; vngendi angelorũ pe-
des: quos antiquus abraam velut peregrinorũ
hospes in signũ ꝛ figuram solũ aqua perfudit.
Ut dicere audeam/nec applicandũ pedibus vir
ginis genitricis dei ꝛ domini nostri iesu chri-
sti redemptoris omniũ/in suis pedibus hoc vn-
guento peruncti. Solus eñ est christꝯ deus: cui
debetur oĩs charitas/oĩs gratiarũ actio/omnis
virtus/omnis honor/oĩs gratia/omnis laus/
omnis dei benedictio/ oĩs timor/omnis subie-
ctio/omnis obediẽtia vsq; ad mortẽ. Pro nul-
lo decretũ est mori: nisi ꝓpter christũ/aut ꝓpter
eripiendas animas propter christũ. Soli enim
christo omnis honor ꝛ oĩs gloria/et in oĩbus
ꝛ de omnibꝯ ꝛ ab omnibꝯ debetur in seculoꝝ se
cula. Ipse solꝯ creauit ꝛ recreauit: saluauit atq;
redemit. Ipse solus beatificauit in superis/non
alia creatura in angelis ꝛ hoĩbus in esse produ
cta. Si quid aũt debemus sanctis: ꝓpter ipsius
participationẽ debemus. Mẽsurare debemus
certa ꝓportione: ipsi autem sine mẽsura omnia
debemus. Sed ꝓ tanto sine mẽsura nõ est: quia
quelibet creatura mensurata nõ est atq; finita:
ꝛ infinitos actus visibiles atq; inuisibiles habe
re nullo modo potest. Habes peccatricis vn-
guentũ/omnẽ videlicet amorem ꝛ bonorũ omni
um aggregationẽ: quasi vnum vnguentũ effun
dendũ totũ atq; totaliter in dominicos sanctos
pedes: ad sequelã irretrouersibilem vestigiorũ
eius: ne in via iniquitatis ambulemꝯ: atq; vt nõ
erremus in semitis veritatis: sed via regia gra-
diamur/nõ declinantes ad dexterã neq; ad sini
stram: donec perueniamus quo ipse infallibilis
doctor theoria ꝛ actu ducit: nõ viuentes nobis
sed ei qui ꝓ nobis mortuus est ꝛ resurrexit. Ui-
dimus deuiam ꝛ subiugalem demonioꝝ septem
excussam a demonioꝝ imperio: absolutã a mul-
titudine dominantiũ funestoꝝ: reuersam sub pe
dibus imperatoris diuini: omnia ꝑcipientis le
uia/iusta/honesta/vtilia: nõ in suum/sed in cõmo
dum subiectoꝝ. Nunc suscipientis benignitatẽ
interiori oculo videamus. Trahitur ista inuisi-
biliter a magnete diuino. Inuisibiliter suscipit
per amorẽ in altitudine mentis sue: vt q̃uis pe-
dibus corpore ꝓuoluta subiaceat: in christi mẽ
te altissimã tenet sedẽ: immo crediderim christi
amorem ad ipsam ꝓcliuius inclinatam/q̃ ipsaꝫ
pedibꝯ christi. Patitur tactũ eius: nec dedigna
tur peractã immũdiciã eius. Lauabatur eñ cũ
ipsa lauaret: opera ꝝo eius improperat inuitã-
ti: illam ꝑferens conuiuio pharisei. Tuetur eã a
calumniis: ꝛ ibi ꝛ deinceps eius factꝯ est aduo-
catus aduersus simonem/sororem atq; pessimũ
proditorẽ: contra eã officium iudiciale submit
tens. Dimittit sibi peccata ꝓper amorẽ/vocali
confessione submissa. Ipse ꝝo summus sacer-
dos videbat interiora eius: ipsa ꝝo cõfessa fuit
per lachrymas eius. Sed nõ ita nunc/quod fa-

ctum est tunc. Pronunciat sibi post amorē vir-
tutem fidei eius: cum saluam factā dicit ex fide:
atq ipsam dimittit in pace celebrata mirifica
retro diuinos pedes. Pax in qua puaricatrix
dimittitur/anima est: vt ita de offensa consistat
secura/acsi non fuisset culpa cōmissa. Pertinet
ad hanc peregrinationē infaustam typus per-
dite ouis centesime: que vt periret/errabat a nu
mero centesimo atq congregatione que dicata
erat altissimo: τ singulares vias incedens: vt lu
pis vespertinis paratior esset ad predā: fugiēs
pastoris sibilum τ ducatū τ correctionis virgā
atq canum latrantium securā custodiā: cui pa-
stor occurrit ante luporum incursum: τ reuocat
in caulas. Errat anima sepe singulares atq in-
fames peragrās vias: τ tanto atq tam dulciter
malorū errore detinetur: vt redire non possit et
nesciat nisi reuocet. Errare a via veritatis pe-
nitus/est penitus a nobis per initiū τ processuz
atq morari quousq dies calamitatis adueniat
Redire autē penitus non ex nobis: nisi diuinus
pastor vsq ad nos cū pastoralibus instrumētis
reuocaturus accedat: et imponat sup humeros
benigne humanitatis: sup quos ppter nos por
tauit crucem. Prophete plures/magis vero fi-
des christiana huic astipulantur sententie. Dra
gma decima perdita etiā typice dicit peccato-
ris pcessum: que approbatur vel reprobatur ex
materia/pondere/subscriptione atq figura. Et
cum perditur/quatuor ista in illa perdūtur. Ani
me materia neq bona neq mala est: si ex quo fa
cta sit ipsa/conspicimus. Est enī ex nihilo τ im
materialis: si ad elementa aut ad elementata cō
ponimus. Sed si ipsam cōsyderamus quid est.
Bona τ nobilis τ incorruptibilis substātia est
quā substantiā non incongrue quandā bonam
materiā dicimus/vniformib9 virtutib9 aptam.
Pondus cui9 est amor humilis atq subiectus.
Figura diuina similitudo atq imago: quas cre
ator sibi contulit/cū creauit. Suprascriptū aut
circūscriptum mandatū ne per creaturā a crea
tore recederet: que perditur in puluere terreno
rū: τ obuoluitur τ tegitur vt nō appareat: nisi di
ligenter quesitor cū lucerna veritatis/que mēti
non oculis lucet/inueniat: τ inuentā reponat in
thesauros diuinos: vt sit perfecta in decalogo
preceptor̄. In his duabus typicis locutionib9
duas preuaricationes agnouim9: legis nature
condite atq scripte. In oue deuia preuaricati
onē legis nature condite simplicis τ incōposi-
te. In dragma vō hanc eandē et mosaice legis
maxime decalogi: propter numerum decimū a
quo perdita fuerat. Tu qui legis/intellige. Ha
bet ouis solum quā accepit existendo naturam:
habet dragma naturā τ artem. Preuaricatio fu
it in oue vsq ad moysen in his qui malefecere:
preuaricatio in dragma vsq ad finez seculi. In
dragma metalli non mutata natura mutat sepe
character atq figura: necnō τ scriptura interdū
dilatatur: τ plus de suprascriptione apponitur
Naz additū in scriptura intellectualis dragme
ad id quod accepit tēpore moysi/in tēpore chri
sti. In omnibus his solus est ipse qui reuocat:
qui ↄdidit τ saluare potest homines/ ppter ho
mines in tēpore factus homo. Deuiauit siquidē
petrus timore perterritus: τ negauit eum quem
dei filium fuerat ante ↄfessus: quem etiā non se
negaturū fuerat paulo ante pfessus. Sed respe
ctus a dño per reuocātem gratiam: per lachry
mas cordis veram penitentiā indicantes: quia
fleuit amare/ deleuit peccatū/recōuersus ad do
minū. Latro vero semp a via veritatis τ a bo-
nis moribus deuius: vltimo morti vicinus/eter
ne vite cognouit authorem: τ seipsum pena ple
cti dignū pro suis maleactis diiudicans/pene
gehennalis euasit exitiū. Et mente credens/ore
vero pronūcians secum pendentē in simili tor-
mēto/dispari merito/dominū vniuersi: nec pe-
nam credidit posse derogare maiestati diuine:
quā in illa carne passa p fidem firmiter esse co-
gnouit: τ fidei perspicuitate vidit in animo alte
rius ineffabilis regni habere dominia: quē iu-
xta se propter terrenū regnum ab impio preside
tam turpiter viderat iudicatum. Et eius se po-
stulauit fieri per fidem in suo regno consortem
quez in horrendo patibulo habebat sine culpa
participem. Ait enī: Memento mei domine dū ue
veneris in regnum tuum. Sed ad eum facta re-
sponsio magis demōstrat/quantū iste latro cō-
uersus in vltimis ipsi domino adherebat: Sa-
ne in responsum accepit: Hodie mecū eris in
paradiso. Que verba presentis dissertionis nō
sunt: in ordine alio exponenda succedūt: sed hic
apposita sunt: vt i nullo quis premia diuina de-
speret: cū in omi loco/etate τ tempore ante vite
terminū dei misericordia τ indulgentia sit pa-
rata: si per veram penitentiā anima peccatoris
fuerit preparata. Igitur habes peccatoris pro-
gressum/τ ad deū factum in veritate regressum:
cuius tractatui in domino finem damus: adden
tes aliū pro generalitate atq specialitate malo
rum: in que potest peccator peregrinari atq de-
fluere: vt cautior fiat qui cauere intendit: τ ape
rire sciat qui redire disponit.

Explicit tractatus de pcessu peccato-
ris/τ reuersione eius ad deum.

Tractatus de generalitate et spe-cialitate malorū: in que potest pecca-tor peregrinari. Et primo de corru-ptela peccati. Capitulū XLI

HOnestas fidei christiane
inhonesta p posse deuitat: sed or-
do requirit vt prius deuitāda ce-
gnoscat. Igit quia honestā et ho
nore preditā creaturam diabolus
est dehonestare conat9: τ ab honore creationis
in baratrū dānationis immergere: τ corrūpere
incorruptā: qr ipsam corruptibilē pcognouit: qr
seipsum nobilius factū per peccatū corrupit: id
circo de corruptela pctī libet doctrinā innecte-

se: vt quod vitare debeat christianꝰ agnoscat.
Sed peccatū licet multa nomina capiat: plures
tamē malos sortitur effectus. Et si quis suā va-
rietatem dinumerare voluerit/ multiplicabunt
super maris arenā. Dicit quandoqꝫ malū: iuxta
illud dum cōmendaretur Iob/ vir simplex ⁊ re-
ctus/ ⁊ timens deū ⁊ recedens a malo. Et in pro
uerbijs salomonis: Timor domini odit malū.
Et alibi: Sapiens timet ⁊ declinat a malo. Di-
citur quandoqꝫ macula: quia imaginē dei defor
mat. Sapientia refert: Beatus vir qui inuētus
est sine macula. Et cum dauid quereret quis in
monte vite eterne requiesceret/ dicens: domine
quis habitabit ī tabernaculo tuo: aut quis requi
escet in monte sancto tuo? responsum in seipso
a spiritusancto accepit: Qui ingredit sine ma
cula: ⁊ operatur iusticiā. Dicitur etiā pollutio: ⁊
hoc quantū ad cōtagionē contractā ex terrena
delectatiōe. Unde hieremias: A prophetis hie-
rusalē egressa est pollutio super omnē terram.
Dicitur etiā reatus: quoniā obligat ad eternaꝫ
penam. Quod noster saluator ait in euangelio:
Qui dixerit fratri suo fatue/ reus erit gehenne
ignis. Dicitur quādoqꝫ culpa: ⁊ hoc ꝓut respi-
cit penam. Unde ezechiel: Anima que peccaue
rit ipsa morietur. Dicit delictū: ⁊ hoc ſm ꝙ est
recessus a dignitate gratie habite: quod fit cum
anima recedit ⁊ derelinquit deuꝫ. Unde esaias
hierusalē improperat/ dicens: Dereliquerūt do
minū. Et alibi: Qui dereliquerūt dominū/ con-
sumentur. Dicitur ꝑuaricatio: ⁊ hoc inquantū
mandatū dei despicit. Sic ⁊ psalmista deplorat
Uidi preuaricātes ⁊ tabescebam. Dicit vitium
inquantū est defectus naturaliū bonorum: quia
ex eo vitiuꝫ est/ qꝛ interimit aut paulatiꝫat quod
in natura placet. Dicitur scelus/ ꝓpter iniuriā
dei magnā. Propter quod in esaia ex ꝑsona pa-
tris de filio dicit: Propter scelus populi mei ꝑ-
cussi eum. Hoc est/ ꝓpter magnā dei offensam
⁊ opprobrium meū magnū percussi filium meū
Uocatur nephas/ ꝓut est illicitū persone perpe
tranti. Unde in ecclesiastico dicit: Dedisti ma
culā in gloria tua. Uocat crimen/ ꝓut est dignū
accusatione ⁊ pena. Sic ⁊ sapientia dicit: Pu-
gnabit pro eo orbis terrarū. Nominatur pecca
tum/ ꝓut sit cōuersio ad bonū cōmutabile: cuiꝰ
rei causa factor sit mutabilis. Trenorū: Pecca-
tum peccauit hierusalē: propterea instabilis fa
cta est. Uocatur pena: ⁊ hoc inquantū respicit
primi hominis peccatum: in quo natura nostra
corrupta fuit. Quacūqꝫ die comederitis ⁊c. mo
riemini. Dicitur iniquitas/ ꝓut diuinā iusticiā
inequat. Dicitur malicia: qꝛ molitur ꝯtra deum
seipsum ⁊ proximū. Sed quocūqꝫ modo nomi-
netur/ substantia caret: substantia nō est: ⁊ inter
creaturas nominari non potest: nec per se subsi
stere potest: sed est ī bona ⁊ ex bona natura quā
deꝰ creauit. Et si nulla bona natura creata esset
peccatū seu malum vbi consisteret nō haberet:
cum aliud nō sit malum seu vitium/ nisi quod est
bone nature spirituali aut corporali aduersum:
⁊ per seipsum nō habeat esse positiuū. Nam si-
cut abstinentia positiue nihil est/ et ex ea tamen
corpus languet: sic peccatum nihil est/ et ani-
me bonum turpat: ⁊ corrumpit naturā per cul-
pam/ ⁊ gratia priuat. Quid est cecitas oculorū
nisi priuatio visus? Et mutitas quid aliud ꝙ̄ pri
uatio loquele? Surditas quid ponit inesse/ nisi
quia priuat auditū? Quid ponit silentiū aut rea-
liter efficit: nisi quia tollit vocē aut ꝓhibet cla-
morem? Quid mors actuale habet existens: nisi
quia vita priuat? Quid em̄ aliud est malum aut
vitiū corporis: nisi quia speciem ⁊ modū ⁊ ordi-
nem in ipso corrumpit/ minuit aut destruit? Q.
si totaliter destruit/ nō habet vbi vltra subsistat
Si minuit/ quod remanet dolet: dolendo testifi
catur ꝙ bona natura est: que de malo quod pa-
tit/ dolet: ⁊ ꝙ malū nihil aliud est/ nisi quod ad-
uersum naturā est: pugnās vt destruat/ aut ꝙ vi-
tiata ex boni diminutione ꝑmaneat. Quid autē
aliud est malū substātie spiritualis: nisi vt supra
tactum est/ corruptio speciei/ modi ⁊ ordinis?
Species ꝟo in anima que a peccato corrumpi-
tur/ est ipsa similitudo ad deū. Facti em̄ sumus
ad imaginē ⁊ similitudinem dei: quā peccatum
deturpat ⁊ dissimilat. Modus autē ipsa est for-
ma viuendi ⁊ intelligendi/ amandi/ volendi/ ap
petendi/ recordandi/ timendi/ veniam sperandi/
gaudendi/ tristandi/ dolendi: quā peccatū cor-
rumpit vt modꝰ oīno nō sit: qꝛ modus ibi solum
est vbi neqꝫ plus neqꝫ minus est. Sꝫ pctm̄ in ta-
libus anime potentijs ⁊ affectionibꝰ ita modū
⁊ formā corrumpit: vt aut anima infra subsistat
aut omnino excedat. Ordo autē in aīa est ipsa
intentio ad finem. Nam omnis ordo causarum
actionū/ voluntatū ⁊ intentionū tendit ad finē:
finis vero cunctorū est christus. Quem ordinem
peccatū corrumpit: vt anima se nō ordinet in af
fectionibus atqꝫ operibus suis ad finē vnde be
ata sit: sed trahit deorsum ad creaturas per cō-
cupiscentias vitiosas: vt spreto incommutabili
bono fructificando in ipso ⁊ ex ipso ⁊ per ipsuꝫ
bonū cōmutabile atqꝫ corruptibile faciat finē
suū. Sed cuꝫ malū non habeat substantiā: neqꝫ
possit per seipsum ꝑterꝙ̄ in aliqua bona nature
subsistere: cum sit nihil: quō in id quod est ⁊ bo-
num est/ preualuit? Et cū creatura bona sit deuꝫ
habens intra se: nō tamen inclusum/ sed totā se
ipsam scientē: habēs extra se/ nō tamē exclusum
sed totā seipsam protegentē: habens ipsum deū
infra se nō depressum/ sed ipsam sustentantē: ha
bens ipsum supra se/ sed non elatū/ sed ipsam ꝓ
uide gubernantē: vnde ergo ad intrandū ad ip
sam aditus malo patuit? Qua via venit: quō hic
irrepsit: per quā portā intrauit? Unde dicit scri
ptura: Uidit deus cuncta q̄ fecerat/ ⁊ erāt valde Gen.i.
bona. Unde ergo malū/ cum dei factura nō sit?
Antiqua est questio ista/ ⁊ in euāgelio renouata:
Domine nōne bonum semen seminasti in agro Mat.13.
tuo: vnde ergo habet ꝫizania? Uentilata subti-
liter a plerisqꝫ doctoribus: quorū aliqui errauerunt
a fide/ dicentes deum esse authorem mali:

aliqui vero duo principia: vnũ mali/alterum boni; aliqui ſm fidem catholicã ſunt locuti: quã in omnibus premiſimus et premittemus: quos in preſenti opere non ſequamur: cũ malũ non habeat eſſe preterꝙ in bono: non ꝓcedit niſi a bono: ⁊ in omni genere cauſe non habet verã cauſam. Nam cũ ſit defectus/nõ habet cauſam efficientem/ſed deficientem: quia peccatũ facit deficere a deo indeficienti: ⁊ rebus deficiẽtibus adherere. Cum ſit nihil ⁊ priuatio boni: non habet cauſam materialẽ/ ſed materiã corrumpentem. Cum ſit forme viuendi ⁊ formalis pulchritudinis deſtructiuũ: non habet cauſam formalẽ/ſed formã auferentem. Cum auertat a vero fine: nõ habet cauſam finalem debitam/ſed penalem finalemqꝫ nature bone non competentem/peccatrici vero cõuenientem. Igitur in omni genere cauſe nõ habet debitam cauſam: vnde ergo venit? A propria voluntate creature rationalis: in ſe aut in aliquo corruptibili extra ſe/ nõ in deo delectãtis. In ſe/vt in angelo: quia extra ſe nihil niſi deꝰ erat: in quo delectari poſſet ſm ſue nature nobilitez: ſed a deo auerſus/ad ſeipſum conuerſus peccauit; de quo infra cum de angelis locutio erit/fiet ſermo prolixior. In homine vero in ſe primo ⁊ extra ſe citra deũ ⁊ preter deum fuit ⁊ eſt prohibita delectatio. Nam peccatum nõ eſt nec eſſe poteſt ex aſpectu malarũ rerum: quia res male non ſunt: cuncta bona fecit deus: nec ex appetitu rerũ bonarũ: quia bonus eſt animus appetẽs: bone ſunt res appetite: ſed ex auerſione a deo et conuerſione ad creaturas per ꝓhibitas ⁊ illicitas delectationes. Erit igitur malum a mala voluntate: et voluntas mala non eſt ab alio/niſi a ſeipſa. Et ſi dicatur ꝙ diabolus in forma ſerpentis preuenit in primis parentibus voluntatem: ipſe ab initio peccator ⁊ malus exiſtens: voluntatẽ ergo primi peccatoris aut angeli peccantis quis preuenit? Nullus. Sed a ſeipſa voluntas in angelo et in homine facta eſt mala. In angelo/quoniã a nullo preuenta: in homine/quia libera nec a diabolo violentata: ꝗuis deceptioni eius ꝓſtaret aſſenſum: primũ in ſeipſa ⁊ a ſeipſa ⁊ per ſeipſam decepta. Non eſt ergo peccatum a voluntate bona exiſtente/ſed a volũtate libertate arbitrij male vtẽte: qua contemnit omniũ conditorem in preceptis ſuis: ⁊ ab ipſo auertitur qui eſt bonũ ſummũ: ſumme beatificare valens ⁊ volens: ⁊ in eo noluit delectari neqꝫ cauſas delectatiõis inquirere: ipſum exiſtentem ſempiterne velut non exiſtentem relinquens/ad creaturã ſe cõuertens. In tali conuerſione creatore contempto qui relictus iniuſte creaturam iuſte reliquit: vnde peccatum ſeu malũ aut quomodolibet nũcupatum ortum ⁊ principium habuit: ⁊ malum ⁊ peccatũ fuit non ſui poſitiuum: ſed boni naturalis/gratialis ⁊ glorialis priuatiuum. Perlucide igitur non curioſis/ſed humilibus verum deſyderantibus patet: ꝙ peruerſus amor a voluntate progrediens/⁊ peruerſus vſus ſubſeruiens in diuinam tranſiuit offenſam. Nam non eſt peccatum cibus a deo creatus in creaturarũ ſuſtentationem: ſed eſt peccatũ voluntatis peruerſe amantis ⁊ vtentis cibo. Non eſt peccatũ mulier neqꝫ beſtia/neqꝫ puer: ſed voluntatis peruerſe amantis ⁊ vtentis/preter diuinam legem/puerum/beſtiam et mulierem. Neqꝫ peccatũ eſt aurum/argentum aut quodcũqꝫ metallum: neqꝫ peccatum dicemus eſſe lapidem precioſum aut veſtimentum ſeu calciamentum/aut hortum/ domum et agrum/filium ⁊ amicum: ſed voluntatis peruertentis contra legem dei amorem vel iuſſum. Et vt breuitate perſtringamus/que multa volumina petunt: dicimus creaturam aliquã viſibilem ⁊ inuiſibilem/corporalẽ aut ſpiritualem/cognitam ⁊ incognitam/paruam aut magnam/ſupercelestem aut ſubceleſtem/poſitiuaꝫ aut realem: aut in ratione aut imaginatione hominũ non exiſtentem nõ eſt peccatum: ſed voluntatis peruerſe amantis aut vtentis aliqua re: que aut per legem nature/aut per legem teſtamẽtorum dei veteris ⁊ noui ordinata eſt: quantũ ⁊ quomodo ⁊ quare debeat diligi: ⁊ quare ⁊ quomodo ⁊ quãtum rationalis creatura debeat vti illa. Et cuꝫ multi catholici doctores ⁊ ſancti conati ſũt diffinire peccatũ: quorũ diffinitiones libet tacere preſenter illas non reprobantes: nec diffiniendo quod poſitionem non habet: ſed dando paruulis intellectum/ſententiunculã talem adijcimus. Peccatum eſt om̃e illud quod deo diſplicet ⁊ facienti nocet. Ad cuius intelligentiã oportet animũ preſtare attentum. Nam omne quod prohibitum eſt/velle diligi ⁊ fieri: aut prohibitũ quia peccatũ erat: aut peccatũ fit: quia poſt prohibitionem volitum/dilectum ⁊ factum eſt. Ac per hoc idolatria/blaſphemia in deum/furtum/homicidiũ/vſura/rapina/inuidia/ira/ſuperbia/gula/omnis luxuria/omnis auaricia: ⁊ his ſimilia magna mala: non iam peccata quia probita: ſed ideo ꝓhibita/quia per naturã ſunt peruerſa peccata. Comedere autem carnes in quadrageſima ⁊ ſimilibus diebus/ non ideo prohibitum quia peccatum: inquit apoſtolus ad timotheũ: Nihil prohibitum eſt quod cum gratiarũactione percipitur. Sed ideo peccatũ eſt ſi poſt prohibitionem admittitur: ⁊ his ſimilia: ſi quis velet exempla prolixius perquirere. Sed quoquomodo peccatorũ conſiſtat conditio: aut quomodolibet nominẽtur ſeu exoriantur: deum offendunt ⁊ facientem ledũt: cuius rei cauſa peccata ⁊ mala ſunt. Quare autem deus ex his offendatur: et ſi fiunt/ reputat ſe offenſum: cum ſibi non noceant: ⁊ quare facientem ledant: ordo diuine iuſticie requirebat: vt per contraria clareret rerum bonitas naturalis: cuius declaratio eſt magni voluminis: ſed non preſentis operis. Proinde nõ vltra inueſtigemus talia: ſed caueamus prout poſſumus minima ⁊ magna peccata: ⁊ ab ipſis ſm ſapientie ſententiã fugiamus dicẽtis: Quaſi a facie colubri fuge peccata: Et ſi acceſſeris ad illa/ſuſcipient te. Dentes leonis dentes

eius: interficiētes aīas hominū. Quasi rhom
phea bis acuta omnis iniquitas: ⁊ plage illius
non est sanitas. Propterea terrendi essent ho-
mines ne peccarēt: quod fortasse cauerēt/si quā
tum peccata noceant/aut que dāna faciant pro
uiderent. Quorum damnorum numerus omnium
calculantium resolueret digitos: si aliqua curi-
ositate ad noticiam quod est impossibile/duce-
retur. Nam quomodo numerabitur damnum:
infinitatem amissi boni maliqꝫ inuēti temporis
⁊ loci penitus secum portās? Quod modica sen
Esa. tentia esaias aperuit/dicēs: Iniquitates vestre
diuiserunt inter vos ⁊ deum vestrum: ⁊ peccata
vestra absconderunt faciē eius a vobis ne exau
diret. Quā sententiam si quis diligenter inspe-
xerit/omnia suprafata mala prospiciet. Sed vt
terror incutiatur his qui nature fragilitate/ani
mi leuitate/rerum placabilitate/ cōuersationis
amenitate/sensuum vagatione/exemplorū imi-
tatione labuntur. Et cōgruum duxi ſm scriptu-
rarum sanctarum probationem/que pro pecca
tis damna proueniūt: prout in generali potest
sermo profundi: ⁊ in speciali requirit ordo dicē
di deum timentibus atqꝫ hoc legētibus enoda-
re. Quem o infelices peccare delectet: cum pec
catū dei constituet inimicū/quando mundi hu
Jac.4. ius per inordinatū affectū facit amicū? Quod
iacobus in canonica sua dicit: Quicunqꝫ volu-
erit esse amicus huius seculi/inimicus dei con-
stituetur. Et seruus peccati efficitur actor eius:
quod in nulla hominū eueniet actione: vt quis
eius quod efficit/seruus fiat: cum factor operis
seu possessione aut artis peritia per illa dñ effi-
cit dominus appelletur. Et saluator hāc peruer
sitatem videlicet dominium operis in actorem
sententialiter diffiniuit/in Joannis euāgelio di-
Joan.8. cens: Qui facit peccatū/seruus est peccati. Ex
quo trahitur ꝙ nec vnius domini/sed tot domi
norum quot vitiorum actor eorum seruus effici
tur: ⁊ calcat super nos peccatū velut rex domi-
nus constitutus: vt eius calcaneo finali scꝫ do-
minio vrgeamur. Quod Job enunciat/dicens:
Job.18. Calcet super eum/hoc est peccatorē: quasi rex
interitus/peccatū certe vita priuans. Cuius re-
gnum in nobis non fieri persuadet apostolus.
Roma.6. Non regnet inquit peccatum in vestro mortali
corpore: quia peccati regnum in misera mundi
vita/in alia penarum expectat dominium: cum
ex ipsa fiet opportunus egressus: in aliam vero
eterne penalem irreuocabilis erit ingressus. Et
Prouer.19. iuxta prouerbiorum sententiam: malum semp per
sequitur peccatores: ⁊ parata sunt iudicia deri
soribus peccatoribus/⁊ mallei percutientes cor
poribus iniustorum. Sed anteꝙ peccatorum se
quatur pena perpetua: indurat ad penitentiam
tale malum: sicut induratum est cor pharaonis
vt etiā flagellis ⁊ miraculis non emolliretur ad
veniam. Et iob effectum demonis in hominū
Job.41. corde declarans/dicit: Cor eius indurabit qua
si lapis: ⁊ stringetur quasi malleatorum incus.
Hier.17. Et hieremias populi peccata deplorans/ dicit:

Peccatum iude scriptum est stylo ferreo in vn-
gue adamantino. Et zacharias hanc duriciam
de suo populo narrat/dicens: Cor suum posue- Zacha.7.
runt vt adamantem: ne audirent legem. Qui la
pis ſm gemmarū peritissimos cognitores ali-
cui metallo nō cedit: nostri cordis duriciam ex
nostro peccato prouenire demonstrans. Exce-
cabit plerunqꝫ hominum corda peccatum: vt
quam viam gradiamur penitus ignoremus: nec
aspiciamus terminū vltra quem non patebit p
gressus. Quod ⁊ dauid non tacuit/cum edixit: Ps.34.
Fiant vie illorū tenebre ⁊ lubricum: et angelus
domini persequens eos. Peccatorum nanqꝫ te
nebre sunt: vt nec viam qua pergimus et termi-
num ad quem tendimus/videamus. Et lubricū
est in peccatorū vijs: vt de vno cadamus ad ali
ud dulcedine tracti: aut aliqua fallacia decepti:
necnon ⁊ plerunqꝫ merito proruamur inuiti: iu
xta apostoli sententiā: Non eñ quod volo hoc Roma.7.
ago/sed quod odi illud facio. Et angel9 per do-
minium potestatis persequitur nos: quia malus
per arbitriū voluntatis: immo insequitur ⁊ per
sequitur nostrorum merito peccatorum. Inse-
quitur vt cumulemus peccata peccatis: ⁊ perse-
quitur velut a deo fugiētes/qui refugij loca ne-
quimus inquirere: vt in camporum latitudine nos
comprehendat: et in eternum subditos habeat
sue imperio potestatis. Et idē dauid velut im-
precatiue seu prophetice cecitatem ad peccato-
res euenire propter peccata denunciat: Obscu Ps.73.
rentur oculi eorum ne videāt. Et alibi: Super- Ps.57.
cecidit ignis concupiscentie male; solemqꝫ nō
viderunt christum summe iusticie: de quo dam-
nati conqueruntur/dicentes: Errauimus a via Sap.5
veritatis: et iusticie lumen non illuxit nobis: et
sol intelligentie non est ortus nobis. Et super
montem caliginosum leuate signum: in esaia di Esa.13.
citur. Quod nihil aliud sonat nisi ꝙ supra men
tem nostram ⁊ altitudinē intelligentie sue igno
rantie nebulis caligantem/⁊ tenebris peccatorum
densissimis obscuratam leuetur signum/scꝫ cru
cis: in quo signo deletur omne peccatum: et ab
ipso fugantur tenebre vitiorum. Et semp cum
committitur/obligat ad penam: vt primorū pa
rentum monstrat iusta damnatio facta cōmina
tione contempta. Quacūqꝫ die comederitis in- Gen.2.
quit/ex eo moriemini. Replet amaritudinibus
conscientiā culpa commissa: vt in seipsa cogno
scat ꝙ malum est ꝙ peccauit. Quod hieremias
ad hierusalem loquens non tacuit: que per pec
catum dominū reliquit/dicens: Uide ꝙ malum Hiere.2.
⁊ amarum est dereliquisse te dominū deum tu-
um. Necnon et ipsa bona naturalia vulnerātur
in nobis: cum delectationē ⁊ operam querimus
in prohibitis. Quod ille nobis annunciat qui
recedebat descendendo a hierusalem ciuitate/
scꝫ pacis: quā innocentiam et gratiā seruatam
intelligimus: in hierico in rerum creatarum de
fectibilem et lunarem/frigidam et variabilem
delectationem: qui cogitatione ac delectatione
necnon consensu anteꝙ attingeret quo perge-

Luce.10. bat/incidit in latrones: ⁊ extitit vulneratus/ ⁊ se
miviuus relictus: quod in volentibus male age
re sepe contingit: vt anteꝗ̃ opere compleant/ ex
consensu deliberato in naturalibus puniuntur:
vt semiuiui fere / videlicet cum libero arbitrio
relinquantur. Trahit nempe ad aliud si statim
non resistitur cõmisso peccato: vt per peniten-
tiam ⁊ sacramẽtorũ mysterium deleatur. Quod
Gen.4 ⁊ factum est in Cain: cuius inuidia ipsum ad ho
micidium traxit/ ⁊ deum arguentem cõtempsit.
Prouer.18 Et iuxta salomonem: Peccator cum in profun
dum malorũ venerit/ contemnit: deum scʒ ⁊ vir-
tutem ⁊ seipsum ⁊ gloriam ⁊ penam: et sanctarũ
scripturarum admonitionem/ ⁊ predicatorum do-
ctrinam quasi anilem reputat cantilenaʒ. Nam
facit insensibilem animã quodãmodo per actũ
malum: vt non sentiat quid mali nanciscatur:
quidve boni amittat: vt nec euenire credat: ve-
lut si canis/ aut aliqua bestia in naui existens ali
cuius indicio submergenda: ligatum ad colluʒ
pondus non sentiret: quousqꝫ ab ipso maris pro-
funda petente traheretur inuita: nec nature do
mum de supernatando aquis bestiam liberat/
ponderi grauissimo alligatã: quod pondus nõ
natandi donum/ sed submergendi propriũ acce
perat a natura. Sic euenit plerisqꝫ pessimo pec-
catori: ꝙ si ex anime natura/ seu ex christi gratia
data possit superferri/ sed nec subinferri penis:
tamen alligato peccato ex eius proprietate affli
getur in eis: ipsa insensibilitate causante mate-
riam ante penam. In ipso vero recessu a corpo
re in portis mortis anima multabitur ex pecca
tis: cum demonum sustinebit insultus: illusio-
nes patietur: oportebit pugnare cum demoni-
bus moriendo: quibus viuẽdo noluit repugna-
re. Quid vero post mortem patietur peccator/
cum de penis erit sermo dicetur: sed hic in ge-
neralitate quadaʒ peccatoris mala perstringã.
Peccator est inimicus dei/ angelorum emulus/
⁊ amicorum dei actu ⁊ mente contrarius/ inimi
corum dei amicus/ demonũ seruus/ deformata
imago/ indignitas vite/ turpator nature/ corru-
ptor morum/ odium sui/ subsannator virtutum/
virtuosorum irrisor/ contemptor dei in manda-
tis/ trufator in sacramentis/ derisor in pmissio-
nibus/ celi exul/ inferni promissus ciuis/ amator
mundi/ turpitudinis cultor/ subselliũ libidinis/
crudelis ⁊ amara vita/ praua conscientia/ iniqua
voluntas/ intelligẽtia peruersa/ ratio corrupta/
memoria sterilis/ anfractuosus mons: organũ
⁊ cithara ⁊ instrumentum diaboli ex malicia ⁊
ex voluntate/ ⁊ non ex proprietate nature: mate-
ria infernalis ignis/ cenobium malarũ cogita-
tionũ/ obscuratus sol/ eclipsata luna/ stella de ce
lo innocentie cadens/ ignis in seipso ardẽs/ ob
tenebratus cõtemplationis aer: aqua maris a-
mara/ ex feruore mali quiescere non valens/ flu-
xibile lutum in mari damnationis: grauissima
terra ex ponderibus peccatorum/ tribulos ⁊ spi
nas malicie germinans: cibusqꝫ terra serpentis
deceptionis antiqui: auis inconstans/ aquila p
superbiã alte volans/ falco insidians innocen-
tie/ accipiter vngulãs/ miluus ad viscera putre-
facta descendens: coruus procrastinans peni-
tentiam/ cadaueribus mortuis videlicet operi-
bus insidẽs: columba seducta/ philomena deci-
piens/ caladrius querulus: passer solitarius in
parietib⁹ habitans: regulus pungẽtes incolẽs
sepes: vmbra infernalis luminis/ nubes aquarũ
malarum/ obscura nebula/ tonitruum terrẽs/ va
por percutiens/ ventus ecclesie enauiganti con
trarius/ inquietum mare: naufragus in pelago/
⁊ plerunqꝫ in portu: nauis sine gubernatore/ ca-
rens omni artificio nauigandi: piscis sub aquis
luxurie natans/ leo seipsum deuorans/ vrsus se-
ipsum halãs/ aper se vẽto inanis glorie pascẽs/
lupus simplicitatis destructor/ asinus piger: ca
nis ex iracundia latrans/ ex memorata delecta
tione mali reuertẽs ad vomitum: sus voluta in
ceno rerum: lepus trepidans vbi nõ est timor:
fera pessima augmentum bonorum exterminans:
pardus se per pellem ad malum varians: ethi-
ops deformis/ talpa terre rationalis: vesperti-
lio volans voluntarie in tenebris/ lucem sponte
veritatis abhorrens: appropiatio typica omnis
deformis actus ad omne inconueniens tam in
animatis ꝙ̃ in inanimatis/ possibile per homi-
nem deformatũ hominem operari: abusio rerũ
peruersor ordinis/ destructor modi/ fidei falsator/
spei obtrectator/ charitatis suggillator/ iusticiã
exterminans/ prudentiã reprimens/ temperan-
tiam paruipendens/ fortitudinẽ effeminans/ de
ceptio vera/ obtensio falsa/ placiti affectio/ veri
tatis expulsio/ res ⁊ actus impertinẽs/ importu-
na macula/ vniuersi querela/ dissociatus colli-
ga/ reciprocũ malum ⁊ quãdoqꝫ transitiuũ dam
num: semp vero actio retransitiue nocẽs/ intrã-
sitiue plerũqꝫ agens quod necat agentem.

De peccato originali. Capitulum XLII

Intelligentiã hominũ merito fides chri
stiana pcedit: nec erit ordo preposterus
vt per intelligentiã veniamus ad fidem:
sed per fidem ad intelligẽtiam veniamus. Sed
plerunqꝫ intellectus terretur fidelis huius ma-
la consyderans: ⁊ vt caueat ad cognoscẽdas ip
sorum species animatur. Sed ordo tractandi
requirit: vt de originali malo quo quilibet ex al
tero propagatur infectus/ primitus disseratur.
Unde fide christiana non agnitione temeraria
tu qui legis/ attende. Quãuis anima nostra nõ
traducatur ex altera/ nec ex carne quomodolibet
propagetur: quia nec ex Adam anima eue facta
fuit: ꝙuis caro de costa: nec de carne sua velut
caro formata fuit: sed per se creata/ per se infusa
Et hoc infallibiliter tenet credulitas christia-
na ꝙ dum creatur/ infunditur: ⁊ infunditur dum
creatur corpori viuificãdo p ipsam: et in hoc ce-
terorum deuitat errores: qui circa creationem
animarũ multipliciter ⁊ infeliciter errauerunt.
Et sicut factum est in parentibus primis: ita

ſm ordinem altiſſime pꝛudentie ab Adam pro
pagatis ſeruatur in cunctis: tamen culpa ori-
ginalis ab anima Ade tranſiuit ad animas po
ſterorum carne mediante: que per concupiſcē-
tiam generatur. Nā pꝛimo perſona vitiauit na
turam: natura vitiata vitiauit perſonas: quot-
quot ex humano ſemine dicimus propagatas
ad vitam productas/ſiue nonduȝ natas: ſed in
vtero matrũ per infuſam animam viuas: que ſi
etiam in vtero morerētur/merito peccati origi
nalis multabuntur carentia diuine viſionis: ſi-
ue vident mundi lucem/originalis macule di-
cimus maculatas: preter Chriſtũ non de ſemi-
ne factũ/et ſanctificatos in vtero: q̄ licet in pec
cato concepti fuiſſent/ cum peccato nati non
ſunt/ſanctificante eos in vtero gratia ſpirituſ-
ſancti: que gratia originalem deleuit et culpā.
Quod peccatũ propter hoc originale dicitur:
quia oēs cũ ipſo naſcimur: ⁊ ab ipſo ĩ huma-
na natura omnia mala ſumpſerunt ortum: nō
ſolũ ſpiritualia/ſed etiā corꝑalia velut pro vin
dicta/ ſententiante diuina iuſticia in homines
ꝓceſſerunt. Cuius deriuatio ad poſteros mul-
torũ cōmouet animos: vt aliqui diuinā iuſticiā
dicant ⁊ reprehendāt velut iniuſtā. Multi ve-
ro in hereſim lapſi ſunt: dicentes nō eſſe origi
nalē culpā: ⁊ baptiſma ſuꝑflue eſſe inſtitutũ ad
ipſũ abolendā. Sed qm̄ opus agimus de intel
ligentia ⁊ vita chriſtiana: nō expedit aduerſus
tales diſputādo diſſerere: ſed humili fide/ ſicut
ꝑ fidē accipimus credere ⁊ tenere: ſcȝ peccatũ
originale deriuari ab Adaȝ in poſteros: hac ſcȝ
diuina ⁊ irreprehēſibili iuſticia: qꝛ q̄uis ipſum
peccatũ nō ſit voluntariũ neqꝫ actuale in naſcē
tibus poſteris/ſicut fuit voluntariũ ⁊ actuale ĩ
parētibꝰ pmis: nō tamē debuit neqꝫ debet ali-
quis parēs meliores ſe filios generare. Naȝ ſi
Adā ex peccato cōmiſſo nondũ ꝑ debitā peni-
tentiā deleto damnatꝰ erat: nō debebat ſaluos
filios generare: vt filiorũ q̄ parentũ potior eēt
cōditio. Qm̄ ergo ordinatiſſimuȝ eſt q̄ natura
humana ſic condereꝭ: ⁊ q̄ cōdita ita ꝓpagareꝭ
ſic et ꝙ peccans ita punireꝭ. Proinde ſicut in
cōditione ſeruatus eſt ordo diuine ſapiētie: in
ꝓpagatione ſeruatꝰ fuit et eſt ordo nature pro
peccato: in punitione ſeruari debebat ordo iu
ſticie: patet ꝙ nō eſt contra diuinā iuſticiā/ſi ad
poſteros culpa tranſmittitur. Et ſi de natis ex
ipſis qui ꝑ baptiſmũ renati ſunt/ quiſpiam ani
mus heſitaret ꝙ non deberent originali culpa
teneri: facile a dubio abſolniꝭ/ ſi ꝓpagationis
ordo penſatur: ⁊ originalis macule cauſa ĩ ſuo
ꝓceſſu tenetur. Nēpe anima vt ſupra fatũ eſt/
nō eſt ex traduce/ ꝙ anima trāſducatur ex aīa
ſicut caro ex carne: nec naſciꝭ chriſtianꝰ ex chri
ſtiano/ſicut ex homie naſcitur hō. Et carnalis
natiuitas ſeu ꝓpagatio humanitatis eſt ex na-
ra infuſi ſeminis et ſuſcepti: chriſtianitas vero
non eſt ex natura/ſed ex diuina gratia. Nemo
igitur pōt dare ſemini ſuo ꝑ naturā quod ꝑ na
turā ipſe non habet; quod ſi poſſet/ſeq̄retur ꝙ
res inanimata ⁊ irratiōalis poſſet habere chri
ſtianā gratiā et virtutē: cuȝ ſemen infuſũ ma-
neat in lacte ſex diebus: et nouē maneat in ſan
guine cōmutatũ: duodecim vero in carne coa-
gulatũ: decē et octo membrorũ figurationē ſuſ
cipiat/anteq̄ anima infundaꝭ. Jlle igitur em-
brio ꝟtutē et gratiā chriſtianitatiſ haberet/ cui
adhuc aīa nōdũ eſt infuſa: q̄ ꝑ traducē nō eſt: ⁊
hō illud quod accepit ꝑ gratiā / infūderet per
naturā: quod eſſet contra ordinē gratie/ ſimili-
ter et nature. Et videretur ꝙ ſic vna ſpecies in
alteram mutaretur: ꝙ ex hoc ſequeretur ꝙ gra
tia fieret natura: et natura fieret gratia: nec in
digeret baptiſmi gratia / ex natura maculata
propagata perſona. Sed addito die vno/ et fi
unt quadragintaſex: ⁊ ſtatim aīa infunditur cũ
de nouo creatur: ⁊ in ipſo creatur inſtāti cũ in
funditur: que anteq̄ infunderetur/peccatũ ali-
quod nō habebat: quia creata nō erat. Jlle au
tem embrio peccato carebat: quia ſibi aīa infu
ſa nō erat: quia ſicut res inanimata ⁊ irrationa
lis virtutem aliquo modo nō ſuſcipit: nec vitiũ
aliqua ratione admittit. Contrahitur ergo ori
ginale malũ ex primorũ parentũ propagata et
damnata propagine/in ipſa infuſione ac vnio
ne anime ad corpus: ita vt in neutro ſit preter
alterum: ſed ſit in vtroqꝫ per alterũ: ĩ carne: qꝛ
in peccato ⁊ libidine concepta eſt: et in aīa: q̄a
rei in peccato cōcepte vnita ſeu infuſa ē. Que
ſtatim cũ vnitur carni rebelli/ defectũ ordinis
naturalis iuſticie incurrit: quo debebat ſuꝑiori
obedire/imꝑare inferiori: vt nec ſuꝑiori debi-
to modo ſeruiat: nec inferiorē recta ratiōe gu-
bernet. Nō ergo generat natura gratiaȝ: neqꝫ
natura ꝑ ſe aut ꝑ gratiā generat naturā aliam:
nec gratia generat naturā: neqꝫ gratia ꝑ natu
rā generat gratiā: ſed generat hō ꝑ naturā ali-
um hoiem: qui nō ex natura/ſed ex volūtate at-
qꝫ fide ſuſcipit chriſtianā gratiā atqꝫ fidē. Ac ꝑ
hoc luce clarius patet: ꝙ ex chriſtiano homie
naſcitur damnatus originaliter hō: cũ hō chri
ſtianꝰ ex eo generat ꝙ eſt hō: nō ex eo ꝙ chriſti
ſtianus eſt: qꝛ ꝙ homo eſt/habet ex natura deo
ſic volēte: ꝙ chriſtianꝰ eſt/habet ex gratia deo
ſic largiente. Ex vno generat: ex altero in alte
rũ ꝓpaginē nō emittit. Et ſi dicereꝭ: quare gra-
tia nō generat gratiā/ſicut ꝑ naturā homo ho
minē? Facile reſpondetur: qꝛ gratia daꝭ volũ-
tati per fidē/nō ꝑ generationē: homo vero ꝓdu
citur ⁊ ꝓducit ꝑ nature operationē/nō ꝑ fidem
Et ſi capere talia ratione nō poſſumꝰ: fide ſm
apſm teneamus: qui dicit/ ꝙ omnes naſcimur Ephe. 2
filij ire: ꝑmaxime cũ ꝑ comꝑationē vnius chri-
ſti miſerentis ad Romanos loqueretur ſalu-
tem omniũ ſeu multorũ fuiſſe habitā: ſic ꝑ vni-
us hominis delictum culpam in omnes fuiſſe
tranſfuſam: ſic inquit: Sicut ꝑ vnũ hominē in Rom. 5.
hunc mundũ peccatũ intrauit/⁊ per peccatum
mors: ita ⁊ in oēs homines mors pertrāſit: in
quo oēs peccauerũt. Mundũ ĩ hoc loco ap-
pellauit apl's vniuerſũ genus humanũ. Si eīm

vnius delicto multi mortui sunt: multo magis
gratia dei et donũ in gratia vni9 hominis Je
su christi in plures abundauit. Que littera ex se
ipso melius sonat et clarius loquitur/ q̃ si qua
expositio adderetur: q̈ peccatum Ade transi-
uit in omnes: quia mors que per peccatũ infli-
cta est/obtinuit et obtinet omnes. Ideo statim
Roma.15. subdit Apostolus dicens: Si em̃ in vnius deli
cto mors regnauit per vnũ hominẽ: multo ma
gis abundantiaȝ gratiarũ et donationis iusti-
cie accipientes in vita/regnabunt per vnũ Je-
sum christum. Igitur sicut per vnius hominis
delictum in omnes homines in condemnatio-
nem: sic per vnius iusticiam in omnes homines
per iustificationẽ vite. Sicut em̃ per inobedien
tiam vnius hominis peccatores constituti sũt
multi: ita per vnius obedientiam scilicet Chri-
sti/iusti constituentur multi. Ex quibus verbis
ap̃li satis manifeste colligit̃: q̈ sicut vnus chri-
stus liberare venerat omnes: sic vnius peccatũ
omnes infecerat: q2 nec indigeret libertate im-
munis a crimine. Nec quispiaȝ suspicetur q̈ de
actuali peccato hominũ/sed soluȝ de originali
hic loquit̃ Ap̃ls: q̃uis actuale fuerat in primis
parẽtibus. Quod originale peccatũ nullus esti
met q̈ hominẽ maculet q2 concipitur: aut secũ
trahat quia nascitur: vt conceptio causa sit in-
ficiendi: et natiuitas causa trahendi: sed cum
concipitur/libido vitiosa insistit: cũ animat̃ ca
ro concepta/ipsã originalis culpa inficit: quaȝ
cũ totus homo nascitur/secũ trahit: sed a tra-
hẽdo solũ sanctificatis exceptis. Et q̃uis ocu-
lis carnis qualiter transfundatur originale ma
lũ nequeamus videre: nec luce mentis sine ti-
tubatione aut murmuratione inspicere: pro eo
q̈ in eos paruulos qui nõ peccauerunt trãsfun
dit̃: omnes tamen morte multari conspicim9:
ꝓpter quod credere cõpellimur que non vide-
mus. Et quoniã multi nõ curant de re cognito
nomie: quod ascribit̃ ad effectũ: multi vero nõ
curant de noie cognita re: quod ad ꝑfectũ ap-
ponitur: multi autẽ vnũ propter aliud nõ relin
quunt: vt et nominis et rei velint habere noti-
ciam: ad quam tenuitas nostri animi se proten
dit: ac per hoc nomen infirmitatis iuste sortit̃:
cũ animã impotenteȝ resistendi motibus ipsa
reddit. Feditas appellatur/cũ animã maculet
carni vnitam. Pronitas dicit̃/ cuȝ pronũ appe
titũ et corpus faciat in malũ. Corruptio nomi
natur/cũ ad peccati nihileitatẽ ipsa deducat: ⁊
vitiũ dicitur/cũ naturalia bona diminuat: languor recte nomiat̃/cum tantũ durauerit et du
rare debeat in natura corrupta. Tyrãnis etiã
dici potest/cũ violenter dominet̃ potentie con
cupiscibili. Fomes etiam fertur more cineris
ignem fouentis: sic peccatũ fouetur in carne ꝑ
ipsum: qui fomes in baptizatis nõ extinguitur:
licet per vigorem virtutis ⁊ gratie mitigetur.
Stimulus carnis est: stimulans ipsaȝ carnẽ ad
indebitos atq3 illicitos motus/ et ad consensũ
animã agitans. Sed quomodolibet nominet̃
cum etiam plura mala nomina sibi competãt:
quid autem sit sm̃ rei veritatem/est alia dicen-
di serie disserendũ. Et vt melius tale malũ sci-
re volentibus innotescat: oportet primũ inspi-
ceee vnde exoriatur: quali etiam tunc medicina
curetur: quia sepe contingit q̈ medicine magni
tudo magnã arguit infirmitatem: magnitudo
infirmitatis curantẽ medicinam laudibus ef-
fert: vt vna ex altera reddatur laudabilis/ et al
tera ex reliqua vituperabilis habeatur. Nem-
pe initium habuit originale malũ ab inobedi-
entia mentali ad deũ in diuini preuaricatione
mãdati/et ex appetitu deitatis ex actu rei: quia
ambo actualiter pomũ vetitum gustauerũt. Ex
inobedientia mentali ad deũ secuta est inobe-
dientia in membris nostris ad spiritũ: vt libra
mento diuine iusticie inobedientia inobedien
tie retribuatur: vt quod potuit natura huma-
na in parentibus primis/et noluit: velit in na-
scentib9 posteris/⁊ nõ possit. Que inobediẽtia
ꝑmaxime patet ĩ genitalib9 mẽbris/que ad nu-
tũ rationi nõ seruiũt: in quib9 libido renitente
ratione vtplurimũ excitat̃. Que ob hoc mem-
bra pudenda dicũtur: sup̃ que pudore conuicti
primi parentes/perizomata induxerunt: velut
sentientes in eis excitari libidinẽ/vnde cõcepe
re pudorẽ. Quare autem in talibus mẽbris ma
gis apparuerit rebellio in parentibus primis:
sitq3 reseruata in om̃ibus posteris: solũ dũta-
xat exceptis/qui singulari spiritussancti gratia
sunt purgati: subtilissime inquisitionis ⁊ iustissi
me sententie laborẽ imponeret: q2 qui adderet
scientiam hanc/adderet et laborem. Vnũ vero
solũ nõ est hic silentio pretermittendũ/neq3 ca
lamo seruandũ. Fertur ex iusticia et consuetu-
dine quadam: q̃ ciuitatũ proditores/ et eorum
peccatũ scriberetur in portis: ob memoriã po-
sterorũ ciuitates ingredientium et exeuntium.
Quod per simile diuina dictante iusticia ĩ hu-
mana natura extitit ordinatũ: vt in mẽbris ge-
nitalibus/que sunt porta ꝓpagationis huma-
ne: huiusmodi scriberet̃ rebellionis peccatuȝ.
Ideo inobedientia ⁊ rebellio membroꝝ ad spi-
ritum iure nata est ex inobedientia ⁊ rebellio-
ne ad deũ. Ex appetitu deitatis dominationi
subdimur demonis/nisi per fidẽ euangelicã li-
beremur: sed eorũ tentationibus semper ex tali
appetitu merito subiacemus: ex actu autem rei
passiones in vtroq3 homine criminales et pe-
nose dominant̃ in nobis. Ac ꝑ hoc si ortũ hu-
ius mali respicimus: ipsũ dicemus rebellioneȝ
carnis ad spiritũ/iustam ex merito peccatorũ
tentationem demonũ/ et omniũ dominiũ pas-
sionũ. Monstrabit autem lucidius tale maluȝ
adhibita cura: quod aut pro Christo fuso san-
guine/aut sanctificato flumine/aut sanctifican
te flamine depellat̃. Proinde si sanguis ꝓ chri
sto fusus: ĩ quo tota hominis implet̃ ꝓ christo
iusticia: curabit huiusmodi malũ: ergo tota fu
it hois ĩ ipõ malo corrupta iusticia: quã debu
it seruare ad deũ. Si vero sanctificatũ flumen

illud depellet: ꝙ sanctificata creatura damna-
tam absoluat: igitur nõ ſm sanctitatem et vir-
tutem/sed ſm iniquitatem ⁊ vitiũ delectatio et
vsus finit in creatura. Si vero septiforme sãcri
ficans flamen/cura medicinali talem labẽ abs
tergit: ꝓculdubio certum sit ibi fuisse depositi-
onẽ timoris ⁊ presumptionẽ/abolitionem pie-
tatis et creature cultum/scientie priuationẽ et
ignorantiã/abiectionẽ fortitudinis et ignaui-
am/alienationẽ consilij et errorem/deprauati-
onem intellectus ⁊ cecitatẽ/sapientie repudiũ
et creature saporem: cuius curatio patebit/cuꝫ
de baptismate erit sermo.

¶ De peccato veniali. Ca. XLIII

Multiplicat inquisitionẽ christiana ⁊
gloriosissima fides: nolens in modi-
co displicere ei in quem credit: etiam
minimorũ malorum cupit habere noticiã: id-
circo de venialibus atq; leuibus malis libet in
ferre doctrinã: Nẽpe multiplicatũ malũ mul-
tiplicem ingerit pugnam: aut ex eo bella con-
surgũt: et eo acriora/quo mens a creatore ma-
gis auertitur/et conuertiť ad creaturam: et eo le-
uiora/ quo minꝰ anima in auersione seu cõuer-
sione persistat. Sed leue malũ venialis nomẽ
accepit: quia facile meretur veniã qui cõmittit
pro eo ꝙ licet feruorẽ charitatis impediat: ta-
men velut mortale hominẽ charitate nõ ꝑuat:
ꝑut si quis in flammantẽ ignem aliquantulum
aque projceret/qua flãma reprimeretur: ignis
vero seu ignitus carbo nõ extingueretť: cui rei
similitudinẽ in venialibus est reperire pecca-
tis. Sed si aqua super flammantẽ ignẽ fundere
tur intantũ vt flammã reprimeret: et vnde flã-
ma insurgit/manciparetur extinctioni: morta-
lis mali similitudo notulã portat. Peccata ve
nialia vitare omnino diffcile diciť: q̃uis ꝑ gra
tiã dei possint cum firma voluntate actuumq;
custodia. Et q̃uis apostoli post almificam san
ctificationẽ spiritussancti peccauerunt leuiter
1.Jo.1. Joanne dicente: Si dixerimus quia peccatum
nõ habemus/ mendaces sumus: ⁊ nosipsos se-
ducimus: nõ tamẽ asseuerãdũ est fieri nõ posse
quod in nemine preterq̃ in christo ⁊ virgine le
git factũ. Nec per spiritũsanctũ absoluti erãt
apostoli/⁊ quomodolibet et quantũcunq; san-
cti maximi ab oratione dominica: in qua peti-
tur venialia dimitti peccata/et dimittũtur cuꝫ
Mat. dicitur: Dimitte nobis debita nostra ⁊c. Mor-
talia vero ad illã orationẽ nõ ꝑtinẽt ꝓ remissi-
one: nisi cõtritio precedat: ⁊ sacramẽtalis con-
fessio et autoritas interueniat/dũmodo possibi
litas non impediat. Pertinẽt tamen oĩa ma
la parua vel magna in omni genere ad oratio-
nem dominicã: vt diuina implorata clementia
deuitentur: quod tunc petiť cũ in fine dicitur:
Sed libera nos a malo. Nec ipsa ad eternã ꝑ-
cipiodã salutem ipsum quenq̃ impedisit: sine
quibꝰ hominũ vita nõ agitur: nisi mortalia cõ-
mittanť/et nõ diluanť. Si vero ipsa peccata ve
nialia contemnũtur: et ꝑ ipsis saltẽ generali-
tate quadã atq; indistincte non doletur: vt nec
cõmitisse peniteat q̃ cõmisit: velut mortale pec
catũ quod nõ diluitur/ eternũ meretur exitiũ.
Non ꝙ actum venialiter mortale fiat: sed pro
eo ꝙ agentẽ non penitet/ morteꝫ proculdubio
irrogat: vt nõ sit peccatũ mortale id quod ve-
nialis culpa: sed culpe venialis cordis impe-
nitentia. Ipsa siquide velle sub certo numero
presignare/multiplicarẽtur sup numerũ capil-
lorũ. Et multa que venialia sunt ex genere/fi-
unt sepe mortalia ex pessima intentione: ꝓpter
ea sanũ nõ iudico de his certaꝫ velle ferre do-
ctrinam. Nemo autem de ipsorũ leuitate pre-
sumat: quoniã deprimentia onera sepe fiunt ex
rebus leuibus aggregatis. Et gutte plurime se
pe cõueniunt in torrentẽ: vt trãsuadari nõ pos-
sit sine periculo mortis. Et leuibꝰ vulneribus
iteratis/intulerunt viuentibus certaꝫ mortẽ.
Stultũ esse nullatenus ambigať: nec dubiteť
transisse in reprobũ sensum: qui ꝙ deum offen-
dit/leue dixerit peccatũ. Penitus ne leue dixe-
ris/quod in diuinam transit offensam. Nõ eñ
est leue/ pro quo dimittendo quotidie oportet
orare. Macula tamen est: autoreꝫ non interi-
mẽs/ nisi alijs adiectis increscat. Et quicquid
mali nõ interimit in homine charitatẽ atq; ti-
morẽ: nec diuina precepta et consilia ꝓmissa cõ
temnit: nec ab impenitentia detineť: citra ter-
minũ est mortalis.

¶ De septem vitijs capitalibꝰ in genere. Capitulum XLIIII

Nanciscitur vera fides omnia sine fal-
sitate discutere: semperq; in amplio-
ra se ꝓuehit: siue bona vel mala cõsi
stãt: vt vtrorũq; principia/media ⁊ extrema ve
lit inquirere: vt suũ possessorẽ ꝓmptiorem red
dat in bonis: a malis reddet penitus cautiorẽ
Sed nulla mala magis extrema/q̃ que mortẽ
anime inferũt spiritualẽ ⁊ eternã/si nõ correcta
seu declinata demergũt. Que mortalitatis no
men iustissime susceperũt/postq̃ a deo vita om
niũ excludũt: et cũ mortis principibus iterclu-
dunt: de quibus sermo nõ breuis: quia nec bre-
ue aut paruum est malum quod faciũt. Hinc
est ꝙ sicut sepe dictum est: omne maluꝫ a deo
auertẽs/a voluntate habet initiũ: sed ꝓ alteri-
us mali principiũ: quia initiũ oĩs peccati su-
perbia: ꝓ eo ꝙ recessus a deo ꝑ ipsius fit ꝯtem
ptũ/aut mandatorũ eius: quod nihil aliud q̃
superbiam poterimus appellare. Firmať au-
tem velut in duabus basatis et bene firmatis
columnis: in timore infausto videlicet quo q̃s
timet perdere quod male cupit habere: necnõ
et in peruerso amore/quo quis amat ⁊ in amã
do habere concertat/quod amare aut habere
prohibetur vt nefas: fomentũ seu nutrimentũ
velut ignis oleum in ligna suscipiẽs/honoreꝫ
vite/materiaꝫ auaricie/carniq; lasciuiã. Quod
fomentũ in canonica sua Joannes non tacu-
it/dicens: Omne quod est in mundo/ꝯcupiscẽ 1.Jo.2.
tia carnis est/concupiscentia oculorũ et super

bia vite. Plurificaꝛ vero septēpliciter modus
recedēdi: a modo contemnēdi scȝ deum / firmā-
di et in malis columnis fouendi malis fomen
tis: vt superbia velut initiū / similiter aut modꝰ
aut iniquitas: inuidia / ira / acidia / auaricia / / lu
xuria / gula / sint modus ⁊ vie lubrice: quas ani-
ma ingressa currens velut vias insipientie / ha
beat offendiculū: ⁊ sint tenebre ad vmbrandū /
lubrice ad descendēdū festiniꝰ ad infernū: ⁊ co
artenꝛ ambulantiū gressus sepibus pctōꝝ. Sȝ
vt clara intelligentie luce possit percipi / quare
mortalia sint: ⁊ sub quibus respectibꝰ a volūta
te pueniāt: ⁊ cur sint numero septenario ꝓfini-
ta / que capitalia nominanꝛ: alia est adhibenda
forma loquēdi. Proinde ad romanos scribēs
Rom. 6. Apostolus dicebat: Stipendia pecati mors.
Quod de triplici morte intelligenduȝ est. De
morte sepationis a deo / q̄ est tota vita: de mor-
te corpis / q̄ fit p sepationē anime ab ipso: et de
morte damnationis eterne. Et vt quod p que-
stionē mentē pulsat clarius pateat: oportet sin
gula pquirere: vt quomō quodlibet mortē pro
mercede suscipiat / possimꝰ oculo fidei intueri.
Sane deꝰ est vita in seipsa ⁊ a seipsa ⁊ de seipsa
⁊ p seipsā viuēs: ⁊ oīs vite fons et indefectibi-
lis origo: a qua recedēdo itur in mortē: et in ta
lē in qualē ire decet relinquentē oīm vitā. Ac p
hoc superbia recedit a deo cotemnēdo ipsum
in se / in suisq; preceptis: merito ergo mortē in-
currit / qui a vita per contemptū se diuidit. Et
cum deus vita omnibus bona sua / siue natura
lia / siue temporalia / corporalia siue spiritualia /
plena largitate ſm iustam dispensationē tri-
buat et cōmunicet: inuidia vero que a non vi-
dendo nomen accepit / dolet: cum aliorū bona
cōspexerit / q̄ collata sūt ab autore vite. Iustis-
sime igitur vita priuatur mortēq; incurrit / qui
dolet de vite bonitate diffusa: et quantuȝ in se
manet / odit opera vite. Ira vero que dicitur
turbulentus animi appetitus / furit in vitam:
quando cū odio persequitur creaturā / cui fon-
talis vita concessit et vitā: iure vero mortē in-
currit / qui in aliquo odit vitam. Acidia nul-
lis aut retardatis et retrogradis passibus ap-
propinquat ad vitaȝ: et maledictionē incurrit
eternā q̄ negligēter operaꝛ dn̄ica. Quod Hie
Hiere. 48. remias protulit dicēs: Maledictus omnis qui
opus dei facit negligēter. Ex debito nāq; re-
manet in morte / q̄ vite appropinq̄re neglexit.
Auaricia cū feruore plus debito habēdi accē
diꝛ: indebitis modis necessaria p vita sortiꝛ: et
dū se fulcit indebite / alios priuat desyderio et
actu necessariis vite: necnō ⁊ charitatē p quaȝ
acquiritur vita / ferit: que ꝓpria cōmunia facit:
cū auaricia que sunt cōmunia velit esse priua-
ta. Inuincibili ratione detineꝛ a morte / q̄ de-
syderio plus habēdi quantū in se cōsistit / aliis
irrogat mortē. Luxuria turpat vitā: cū conci-
tata libido animā per consensum / corpus per
actuȝ: proximū / cum quo per participiū: scien
tem vero maculet per malum exempluȝ: viteq;
contemnat preceptū: cum consentitur aut agi
tur preter sacramentū: pinde irreprehensibili-
ter retinetur a morte turpator vite. Pestifera
gula irrefragabili sententia irrogat mortē: q̄ ni
si de parte vite nō curat. Propter quod Apls
ad Philippenses dicit: Quorꝝ finis interitus Phil. 3.
quorꝝ deus venter est: ⁊ gloria eorꝝ in cōfusione
qui terrena sapiunt. Quomō nō iustā incurret
mortem gulosus: qui contemnit animā in eter
nū victuram: solū carnem fouet necessario mo
rituram. Ac per hoc nō ita tenendum est q̄ ſm
omnē actum et modum ista septē capitalia ma-
la semper sint mortalia: nisi cum anima deor-
dinatur in talibus circa deum: et obruitur ra-
tio: confunditur memoria / et voluntas peruer-
titur. Quorum declaratio per singula quando
sunt mortalia vel non / nec est presentis ope-
ris: ⁊ dare doctrinā fore vtile nō agnoui. Me
lius est enim vt mens semper timeat / et offen-
dere caueat: sed diuersis respectibus: put ipsa
diuersa consistūt / ab vna hominis volūtate p
cedūt: quibus scitis / scieꝛ ⁊ numerꝰ. Quatuor
q; appetibilia esse: que cū male appetunꝛ / qua
tuor mala generantur: et tres vires: que cū de-
ordinate fuerint / alia tria mala causantur: lim
pide consyderantibus patet: vnde respectiue
ac numeraliter septiforme maluȝ insurgit. Nā
voluntas plerumq; deordinatur cum appetit
aliquod bonum priuatū quod nō est appeten-
dū / cōmutabile seu apparēs: quod erit priuata
excellentia: ⁊ hanc amat superbia. Aut erit ali-
quod bonū exterius p sufficiētia / sed nō neces-
sariū: ⁊ hoc querit auaricia. Seu erit bonū de-
lectabile ad cōseruationē indiuidui ⁊ sumptus
plus debito / et vltra ordinē ⁊ necessitatē appe-
titum: quod est alimentū delectabile ſm gustū
quod amat gula. Siue aliquod aliud bonū de-
lectabile quod potest esse ad cōseruationē spe-
ciei: licet ex intentione aut opere nō semper ita
sit: quod est totꝰ delectabilis / scilicet tactꝰ: qui
appetiꝛ ex luxuria. Quocirca ſm quatuor ap-
petibilia et volūtatis respectū ad ipsa diuersū
quatuor mala cōsurgūt. Sed cū volūtas i po-
tentiis naturalibus ordinem pretermittit: aut
deordinatur in rationali virtute: vnde nasci-
tur inuidia omni ratione carens: aut deordi-
natur in potentia irascibili: et sic nasciꝛ ira vl-
tra debitū furens: aut deordinatur in vi cōcu-
piscibili: et sic nascitur acidia: necessariū bo-
nū animo nō appetens / nec actu et moribus
querens. Igitur claret in intellectu istorū ma-
lorum obscuritas cur morteȝ inferant: quibus
respectibus a volūtate procedant: numerū se-
ptenarium teneant: et capitalia cur existāt: q̄
capita sunt omniū aliorū: vt infra eorū specia-
lis sermo monstrabit.

De Superbia. Ca. XLV

Opportuna in omnibus fides speciali
se pctōrū cognitione tueꝛ: ne p incau
telam opera nefanda captet. Sed de
supbia prius est pferēda cognitio: q̄ malꝛ ⁊ pec-

catis criminibusq; improbe insistit/ vt fiant: et
oĩbus bonis operibus importuna assistit vt
pereant: que contemptũ generat mandatorũ
et consiliorum despectum: sibiq; male placens
a canonicis regulis deuiat animã: et irregu-
latã per omnia malorũ precipitia sepe trahit.
Super mensurã sua nominatione conscendẽs
vt in nullo modus et ordo et numerus et men-
sura seruetur: superioribus inuidens/ equali-
bus nõ consentiens/ inferiores despiciens: sat-
agit omnes suis calcaribus perurgere. Super
bia velut feminea derelicta regina/ nõ sociat a
virili regimini: nec suam aspiciens viduitatem
proprio delectata dominio: socias sibi similes
et criminosas assumit: cum quibus confabula
tur in verbis mendacij et prouisionis digne.
Curiositatem et propriam sufficientiã atq; cõ
placentiã collaterat sibi: cuz quibus alloquẽs
creata iterum aliter creat. Loca permutat: au
get et minuit limina: alternat vices et tempo-
ra: lucem et tenebras / diẽ et noctem a diuinis
legibus soluit: suis velut iustioribus ligat: po-
testates mutat et iura regnorũ: dominari oĩ-
bus appetit: aut alijs conferre dominia: vt sub
suis regulis tremulet omnis orbis: dignos ex
odio reddit indignos: indignos vero pro pla
cito supponit. Hec pro iusticia vtit volũtate
voluptate p lege. Huic dominatrici pestifere
oĩa placita sũt licita: delectabilia sũt honesta:
vtilia vero iustissima reputãtur: q̃ semp furit si
nõ pficit: insanit si impedit: nõ quiescit nisi sup
plãtet aduersos: nõ vult audire querelã: si pro
cõmodo suo alijs fecit ipsa iacturaz: nec patit
tur computari ad alioz damnũ/ quod in suũ
profecũ deuenit: sed vult q perditũ suum per-
ditor dicat profectũ/ quod superbie accessit ad
luctũ: et q exaltari se putet in sua exaltatiõe de
pressus: et gloriam sibi prouenisse ascribat/ p-
pter ipsius honorez et gloriam ignominiã pas
sus. Et velut ornamenta vult haberi vulnera
suscepta in certamine/ aut aliter propter ipsaz.
Mortem reputat vitã si p ipsa pendat. Ei9 cau
sa sanguinem fusũ estimat fluxũ aque/ spiritum
hominis spiritũ pecoris/ carnẽ humanã asini-
nam/ si eius cõmoditate perdant: patientibus
nullum dicit adesse dispendiuz/ duz ipsa i suis
sublimibus deferatur. Omnia velut stercora
arbitratur/ si adipiscitur quod affectat. Hec in
angelis ppria et inuisibili 7 intellectuali dele-
ctatione deseruit celũ: in parentibus sensuali
delectatione paradisum: in iuda obstinata cõ-
tumacia deseruit christũ. Quid nobili9 in locis
celo? qd delectabili9 i corpalib9 paradiso? qd
sapiẽtius i doctrinis christi discipulatu? Hec
in tyrannis vsurpauit dominia: i legitimis do
minis puertit iusta decreta/ i iudicibus recta
iudicia/ i aduocatis debita iura: i notarijs fecit
multa notoria: in arcialibus deprauauit cõmu
nia. Appetit supbia singulariter incedere sup
terrã: 7 suã obliquitatẽ vult oĩb9 p rectitudi-
ne reputari. Plurimũq; se palliat tegumento

virtutis/ vbi aliter se nõ posse cõsurgere precõ
gnouit: 7 ne vilescat/ suaz emulã humilitatem
scz sepe vocat. Et cũ sibi sociat ambitio/ si p se
ipsaz nõ valet efficere quod psumpsit: seruit vt
regnet: gratis se donat/ vt accipiat quod affe-
ctat: vocat dominos quib9 ipsa nõ seruit/ sz po
tius petit dominari. Appellat sapiẽtes quos i
animo stultos credit: dicit amicos quos odit:
Anteq; obtineat blandit vt catula: dũ obtine-
re cocertat/ cũ vulpina pelle pgredit: cũ obti-
nuerit/ leonis assumit aspectũ. Et quib9 subia
cebat in precib9/ velut aquila ceteris auib9 sup
fert. Que deijcit eũ quẽ eleuat: qr ſm euãgeliũ
Omnis qui se exaltat/ humiliabit. Quis est q
se exaltat/ nisi qui se p superbiã supra oẽs sua
estimatione subleuat? Sed humiliat: quia ca-
dit/ qui se ascendẽdo nõ nouit. Deiectus ange Esa. 14.
lus de celo p superbiã: 7 p irrepedabilẽ viã ad
inferiora descendit. Exulat a paradiso Adam Gen. 3
qui per superpiã diuina mandata contempsit.
Et Nabuchodonosor de regia dignitate de- Dan. 4.
pellitur/ dũ cor eius indebite subleuat: et ma-
iori animaduersione percutit/ vt ab hũano sen
su estimet se mutatũ: 7 cũ bestijs moraturus ac
cessit: q se bestiã/ nõ hoiem estimabat. Et i iob Job. 20.
legit de impio a supbia subleuato: Si ascende-
rit vsq; in celũ supbia eius: et caput eius tetigẽ
rit nubes: quasi sterquiliniũ in fine perdet. Et
in Ecclesiastico scriptũ legitur: Sedes ducum Ecci. 10.
superborum destruxit deus: et sedere fecit mi-
tes pro eis. Et alibi scriptũ est: Multi poten- Ecci. 11.
tes oppressi sunt valide: et traditi sunt glorio-
si in manus exterorũ. Et contra supbos depri-
mendos Esaias clamat: Pedibus cõculcabit Esa. 28.
corona supbie ebrioz ephraim: 7 erit flos deci
dens glorie exultationis eius. Et a seipso de-
cipit qui supbus existit/ velut se ledens p vinuz
i nimietate potatũ: iuxta quod abacuc clamat
Quomõ vinũ potantẽ decipit: sic erit vir sup- Abacuc. 2.
bus/ 7 nõ decorabit. Genimini omniũ malorũ
ipsa preponitur: sacra scriptura dicente: Initi Ecci. 10.
um omnis peccati supbia: 7 qui illam tenuerit/
adimplebitur maledictis. Et vere maledictis
implebitur possessor supbie: qa maledicit ab
omniũ creatore: 7 maledicti diaboli filius cõsti
tuitur: 7 cũ maledictis in eternũ erit portio ei9
qui a superbia sociat: quia noluit benedictio-
nẽ diuinã/ longe facta est ab eo: 7 maledictione
induetur velut vestimẽto/ qui a supbie motibus
circumfertur. Sed aliud est supbire: 7 istud est
auersionis: aliud est nõ credere: et istud repro-
bationis: aliud nõ obedire: 7 istud est despecti-
onis: aliud est sibi placere: 7 istud est diuine ne-
gationis. Alia est supbia in deuz: alia in seipso
ad seipsum: 7 extra seipsum ad pximũ. Sed in
q̃tum pgredi potest: ista primogenitãs 7 pmo
genita mors: suos conspice gradus/ qui eã cõ-
prehendere satagis: descẽdentes siquidẽ/ licet
ascendẽtes appareãt. Initiũ eius apostatare Ibidem
a deo: velut p ppriã sufficientiã somno captaz
et complacentiam singularẽ superfluum deum

existimare/et omnia facta dei. Subinferť secũ-
dus: in quẽ quis descendẽs animo actuq; peri
tura conquirit. Inferioratur tertius: in quo pe
de posito obtenebraẗ intãtũ hominis ratio: vt
neget rationẽ: preferat voluntatẽ: ⁊ absq; deo
sibi statuit regnũ tenebrosũ: vt neq; deũ neq; q̃
dei sunt in ordine ad ipsuz conspiciat: et hic est
vltimus terminus eius.

De inani gloria. Ca. XLVI

Quid aduersus clamabo inanẽ glori-
am seu gloriã vanã? que de ventre su
perbie gignitur: que hominẽ depra-
uat: et rectis incedere itineribus nũq̃ sinit. Cu
ius mala germina que mala faciat manifestãt
Quorũ primuz est inobedientia: quia inaniter
gloriosus in nullo inferior patitur apparere.
Sed videri videť inferior qui superiori obedi-
endo subijcittur: ⁊ precipientis/nõ suam perfi-
cit voluntatẽ. Germen nequã est ipsa cõtẽtio:
qua vane gloriosus clamoribus apparere cõ-
certat. Cui adiũgitur iactantia/scilicet filia in-
frunita: que bona si qua potest/ palãter enume
rat: vt corã hominibus laudabilius merito ap
pareat: et euacuat mentis arcana/plerũq; insi-
pientibus sua secreta/immo tacẽda diuulgãs:
et plerũq; de prefato superbie vtero egreditur
presumptio nouitatũ: vt dicẽdo aut inueniẽdo
que noua hominibus videãtur/laudabilis ha-
beatur: et pertinacia cõcepta educiť/vt dictuz
aut factũ audacter defendatur: ne videatur er
rasse/ qui ab hominibus gloriã querit. Et sepe
cũ istis alia vterina exoriť: que discordia nũcu
patur: que semꝑ assumit in auditis contrariũ:
si nõ aliter/ saltẽ taliter vane gloriari precogi-
tans. Necnõ interdũ pessima hypocrisis oriť
pulla filia/humanis et exterioribꝰ placitis mã
cipata: que nunq̃ recte suũ possessorẽ permisit
intendere: pictoris intentionẽ ⁊ artificiũ mori
bus semper imitans: qui figurans imaginẽ/nõ
intendit ad interiora et intestina: que vere ĩ ani
matis natura producit: sed suo artificio forin-
seca exemplificat coloribus/et manuali picto
rio membra ordinate connectẽs. Sic hypocri
tali malo predoctus/ rectitudinẽ conscientie
ꝑtermittit: ⁊ qualiter veritatis testimonio deo
placeat/nõ inquirit: exteriora solũ ꝑaptitat vn-
de gloriã captat. Inquisitio curiosa produciť
de cõceptu pestifero: que satagit scire hominũ
volũtates: ⁊ earũ placita inuestigare nõ cessat:
vt ea loquẽdo ⁊ moribꝰ proferat que ipsas de-
mulceat: vt postmodũ vocibus ꝓrumpat in lau
dẽ eius/ qui humano placito sic cuncta facit.
Quid plura de hac volitãte per aera loquar:
q̃ suũ sibi sic vendicat possessorẽ/vt possideat a
quo possideť: et cunctis aspiciẽtibus exponat
venalẽ/imo irreuocabiliter tradat in mancipi
um laudatorũ? Nõ possidet seipsuz a vana glo
ria iam preuẽtus: nec sensibus vtiť ad seipsuz/
sed ad eos a quibus vanã gloriã querit. Nã to
tũ se in sensibus variat: et moribus ⁊ gestibus
se subornat; vt laudẽ excutiat de cordibꝰ inspe
ctorũ. Nõ habitat in terra: quia natione cele-
stis; nõ gradiť per viã: sed ꝑ hominũ corda ꝑ-
ambulat. Hoc solũ hoc lethale vitium habet
annexũ: q̄ oĩa studet prouide facere ne cadat
a laude. Nã vnde preuidet materiã placẽdi ꝑ-
inde adhibet studiũ seriosius operandi. Et li-
cet multa decentia ꝑ alijs faciat/ seipsũ merito
priuat: cuiꝰ initiũ ꝓpria reputatio/mediũ viuere
in cordibꝰ spectatorꝝ/finis latrociniũ diuinorꝝ.

De ira. Capitulum XLVII

Ad irã sermo dirigiť: que directũ ani
mũ a natura distorquet: et serenũ mẽ-
tis obnubilat: et impedit ĩ suis aspe-
ctibus animũ/ne verũ aliquãdo conspiciat. Et
cũ habeat sine causa originẽ/sine causa permu-
tat rationẽ: ⁊ turbulẽtat animi appetitũ/ cũ ap
petit remouere quod suã impedit facilẽ actio-
nẽ: que primũ in animo in seipsa collidiť/ante-
q̄ foris efficiat ad quod iniuste moueť. Et vna
existens anima ire nube vestita/in altricationi
bus interioribꝰ bipertiť: vt furẽte imaginatio-
ne cõstituat e regione alterũ certatorẽ: quẽ ag-
greditur verbis furia plenis/ iniuria macula-
tis/turpitudine compositis: derisione/ambiti-
one/ dolo/ animositate confectis: accẽsis odio/
impetuositate succẽsis. Que si responsa susce-
perit ꝑ cõsimile/fumositate sustolliť: vt iam ad
verba veniať: ⁊ intantũ in animo seuiat vt occi
dat. Nec atrox animus satiať penis a furiosa
cogitatione ꝓductis: in cuius vasculo ira ebul
lire nõ cessat. Ecce iã anima vna ex ira efficitur
bina: de ipsa obicẽ faciens inimicũ: qui nõ au-
diẽdo lacessitus est verbis: itacꝰ ꝑmanet ⁊ ver
beratus est: viuit adhuc/⁊ occisus est. Hec est
que libidinẽ habet vlciscẽdi/ parcendi nemini
voluntatẽ. Moueť ex ipsa volũtas ⁊ cõcitatur
ad penã: et subitã generat in anima tẽpestatẽ:
feruet in interioribus: ⁊ ex impetu sepe in exte
riora prorumpit: ⁊ ad illatas iniurias existens
impatiẽs/plus vindicte q̄ suscepit cogitat. Et
q̄ funestiꝰ dixerim: iracũdus magis affligitur
tacens: ⁊ ĩiuriãtis absentiã passus/flagello du
riori se verberat: dũ cogitat q̇d debuit mali dice
re: ⁊ nõ dixit: dolens si malũ facere potuit ⁊ nõ
fecit. Et si presentiã iterũ sustinere cõtingat. se
ad peiora inferẽda disposuit: ⁊ que ad mala in-
ferat/tu qui legis aduerte. Solet infatuare ani
mos/si adheserit hec putrida tabes. Unde in
ecclesiastico scriptũ legiť ad cautelã: Ne sis ve-
lox ad irascendũ: quia ira in sinu stulti requie-
scit. Et Job: Uirũ stultum interficit iracũdia.
Et in Prouerbijs: Fatuus statim indicat iram
suã. Ex quibus sententialiter hoc colligitur/q̄
stultus ⁊ fatuus est iracũdus: et iracundo stul-
ticia ⁊ fatuitas dominãtur. Et reus constituit
qui foris in ira exarserit: christo dicẽte qui ait:
Omnis qui irasciť fratri suo/reus erit iudicio.
Et ad mala patrãda erit ꝓclinior/qui sinis mo-
tibus circũferť. Unde scriptũ est in parabolis
Salomonis: Uir iracũdus ꝓuocat rixas: ⁊ qui
ad indignandũ agilis est/erit ad peccata ꝓcliuior.

tiō; Ira suscitat rixas: sicut alibi scriptum est:
Sicut carbones ad prunas / ⁊ ligna ad ignē: sic
vir iracundus suscitat rixas. Et in ecclesiastico
scriptū legitur: Homo iracundus intendit litē:
⁊ vir peccator turbabit amicos: ⁊ in medio pa-
cē habentiū immittit inimicitias. Secundū enī
ligna silue sic ignis exardescit: ⁊ sm̄ virtutē ho
minis sic iracundia illius erit. Habet pro nihi
lo sanguinē fundere cōcitatus ab ira: ⁊ misereri
nescit ab ipsa perustus. Uñ salomon dicit: Ira
non habet misericordiā nec erumpens furor: et
impetū concitati spiritus ferre quis potest? Et
in ecclesiastico scribitur: Cū iracūdo nō facias
rixam: ⁊ cū audace non eas in desertum: quoniā
quasi nihil est ante ipsum sanguis. A cuiꝰ viru-
lenta radice cōsueuerunt huiusmodi ramusculi
pullulare: rixa / timor mentis / odiū / contumelia /
clamor / indignatio / blasphemia / tristicia / rācor /
inquietudo / impetuositas / conuitiū: ⁊ his simi-
lia. Hec seipsam intromittit ad ꝓferendū iudi
cia: nec defert omniū regi regum qui sibi vindi
cte iudiciū reseruauit. Hec excogitat exilia / vin
cula / carceres / mutilationes: ⁊ tam inaudita tor
menta: vt ex illis mors quereret pro vita. Hec
peruertit iudiciū: confundit iusticiā: consiliū nō
sequitur: rationē excludit: mensurā non seruat:
vt pro modico multū velit rependere: pro verbo
gladium infigere: pro leui manuū iniectione vi-
tam nitatur auferre. Iracundus in tabulis ada
mantinis scribit iniuriā: in glacialibus laminis
depingit bona suscepta. Huius initium est que
dam indignatio mētis preter iudiciū rationis:
medium vero congregatio in memoria eorꝫ que
prestant augmentū: finis vero est odium vsqꝫ ad
mortē: non solum corporis / sed anime: vt super
ipsam descendat indignatio dei.

¶ De inuidia. Capitulū XLVIII

Inuidie virus fascinauit hominis rati-
onē: ⁊ rectum intuitū obcecauit: ⁊ inges-
sit in animo plerūqꝫ tristiciā / vnde letici
am debuit reportare. Nā ad gaudiū debet ani-
mus excitari / cū videt diffusam diuinā in homi
nibus bonitatē: nature largitatē insurgere: pro
sperari ex ingenio quempiā aut arte fulciri: que
ordinē vniuersi decorant ad iocunditatē consy
derantiū veritatē: sed que de non viden do no-
mē accepit inuidia / de singillato bono nō reci-
pit gaudium: nec prout ingreditur / vniuersalez
pulchritudinē accumulat ad solatium: sed sem
per suum existimat damnū commodū alienum /
⁊ suam diminutionē alterius augmentū / perdi-
tionem ꝓpriam alterius lucrū: in suam conuer
tit iniuriā alterius gloriam: suam depopulatio
nem deplorat alterius habundantiā: ⁊ propriā
infirmitatē alterius sanitatem: suam ignorantiā
alterius scientiā: ⁊ ad suam ignobilitatē alteri-
us nobilitatem asscribit: ⁊ quicquid boni alteri
accedit / a se recedere semper putat. Que aut est
aduersus bona que dicūtur fortune / et mala est:
aut aduersus bona nature / ⁊ peior est: aut aduer
sus bona gratie / ⁊ pessima est. Semp̄ ī luctu est
inuidus inter prospera ceterorꝫ: exultat vero in
miserijs proximorū. Melius esset inuido care-
re oculis ne videret: auribꝰ ne audiret que alijs
bona proueniūt: quia saltem quietem in animo
possideret. Ad felicitatem dico inuidorꝫ / semper
illos esse in numero captiuorum: ⁊ ante oculos
semp̄ habere lugentes: ⁊ sustinētes penas con-
tinue contemplari: incolere deserta cuꝫ bestijs:
effugere hominū ciuitates: vt videndo infelicia
se putarent esse felices: nec videndo felicia tri-
starētur: qui vt ita loquar / ex misericordia in in-
ferno tenderentur: vbi est sempiterna miseria:
ne iocundorū intuitu torqueantur. Contra seip
sum semper testificatur qui inuidus est / ꝙ quibꝰ
inuidet minor est: et velut noctua suam peragit
vitam: que semper odio habet lumen solis / ob-
scuris temporibus expandens alas. Hec est fe
ra pessima que iudicio patriarche deuorauit fi-
lium suū ioseph. Hec est que fratres animauit Gen. 37.
ad occidendum ⁊ ad vendendū nature consor-
tem: cōmunem coheredem / cum eis futurum in
posterū: vt deleretur hostiliter instigauit. Hec
primū israelitici populi regem saul excitauit ad 1. Regū. 19.
uersus dauid: vt ipse mereretur peramplíꝰ a di-
abolo concitari. Per hanc primum effusus est Gen. 4.
sanguis / et vterinū manus ad occidendum in-
iecta. Hec linguā excitat ad detrahendū / mur-
murandū / obloquendum: ⁊ recta verbis peruer
tere facit: ⁊ linguā veneno maledictionis infun
dit: nec pacifice loqui sinit. Contorquet oculū:
conturbat auditum: excitat sepe manū: cor lan-
guidum / marcidū / stupidum ⁊ odiosum facit: et
suum possessorem nunqꝫ sinit esse felicē: ad eter-
nam miseriam nisi abijciatur / ineuitabiliter tra
hens secum: vt cuꝫ illis sibi cōsimilibus inuidis
maneat in secula seculorum: quorꝫ inuidia mors
intrauit in orbem terrarū. Iure igitur separan-
dus est a bono fruentibus inuidus: quorꝫ felici-
tatem sibi computabat in penā. Et merito soci-
andus afflictis: quorꝫ malis velut remedio fru-
ebatur. Cuius initium est incōsyderatio ⁊ odiū
inequalitatum que de diuina procedūt sapiētia
sicut oīa: mediū vero est tristicia de alienis bo-
nis animam fodiens / ⁊ est bonis proprijs nunqꝫ
gaudens: finis vero est odiū sapientie sic distribu
entis ⁊ bene facientis nō sine causa dei.

¶ De acidia. Capitulū XLIX

Accidia malū accidens est: quoniā ad
actionem constituta est natura potis-
sime humana: que intelligibiliter agit
⁊ ratione vtitur in agendis. Et noster Gen. 2
protoplastus insinuat: qui primum in paradiso
positus vt operaretur ⁊ custodiret a domino ac
cepit decretū: quod male custodiens ꝙ poterat
sine labore operari mandata: durioris ⁊ affligē
tis laboris suscepit sentētiam: vt in labore ⁊ su-
dore pane quo viueret / vesceretur: exul ab infa-
tigabili actione / immo a quieta operatione: ter-
ram iniquitatis spinas ⁊ tribulos germinātem
cū maledictione operaturus seu sulcaturus ve-
lut agricultor cogitur laborare. Nec congruum

est vt acidia naturam corrumpat actiuam: ꝛ ne
phandum est malū quo summi regis imperium
ꝑtermittitur. Sed nec ipsam depingamus ꝓut
nature reprimit liberam ꝛ debitā actionem: sed
prout aduersatur infuse desuper gratie ac etiaꝫ
moribus christianis/verbulis declaremus. Aci
dia est tedium mentis in bonum desuper infuse
virtutis: nausea spiritualis ꝛ intellectualis bo/
ni: stomachatio cibi viuificantis animā: sentina
fetens nauigantis vite/neglectum bonum/expe
ctatum malum/inexpectata lesio/subitum nocu
mentū/ expositum ꝛ immobile signum ad sagit
tantium demonū experimenta/situatus volun/
tarie lapsus/et adiutrici virtuti non porrigens
manus/voluntarius cenosus/non firmatum re
pagulum ad ingredientes iniquitates/apertuꝫ
ostium ad easdem/tenebrosa cauerna/recepta/
culum immundiciarū/ squalidus mos/fatua vi
ta/dissipatio temporis/ vana occupatio loci/li/
gata ex colligatiōe natura/persona sterilis/im/
protecta defensio / pondus sensualitatis depri/
mens/ displicentia vite agende/ amica status et
quietis/ odium actiuorum/ aspera responsio ad
excitantes/voluntarie fractrix tubarū spiritua
lium excitantiū ad diuinas operationes: ve cla
mat ad missam/euge ad mensam: consistoriū ma
larum ordinationum/hospitium peregrinantiū
malorum: mensa demonū super quā comedunt
pollutum panem: lectus et puluinar decipien/
tium amicorum/ secessus procerum infernaliū/
alueus decurrentium iniquitatum/ inuisa cloa/
ca inuisibiliter turpitudines suscipiēs. Ista pre
termittit tēpus/tēpus expectans: ꝛ ꝑteritū irre
uocabiliter perdidit: ꝛ ꝑsens futurū expectans/
vacuum preterire permittit: futurum cum effici
tur presens/similiter facit: ꝛ in tempore debito
debita non persoluit. Hec sedens in cathedra
male quietis ꝛ sella delitiarum/deo vocāti non
respondet: angelo excitanti non consentit: ad/
uenienti virtuti non assurgit: salubriter consu/
lenti non credit: duci recte ducenti non obe•
dit: collegam actiuum repellit aut odit: consi/
milē amplexatur ꝛ diligit. Hec generauit man/
datorum contemptum: ꝛ consiliorum perfectio
nem abhorruit. Hec fecit sacram despicere mo
rum imitationem: vite asperitatē penitus igno
rauit. Hec cum bona si qua contemnit/magnū
malum est: si vero negligit necessaria in saluteꝫ
damnabile malū est: demergens prementi pon
dere suum possessorem ineuitabiliter/ nisi abie/
ctum fuerit/in infernum: a quo quis liber aspe/
xit in vitam: et tractus amore virtutis peregri/
natur in patriā: aduersus quā maledictā de scri
pturis sacris aliqua proferamus in medium: vt
illam potissime caueat qui diuinis agonibus
aspirauit. Dissipātur bona et opera si qua sunt
illius qui acidie retinaculis detinetur: Iuxta
Prouer. 18. prouerbiorum sententiam: Qui mollis et disso/
lutus est in opere suo/frater est sua opera dissi/
pantis. Et pabulum nutrimenti ministrat pun/
gentibus vitijs: et custodientis ac protegentis
legis fieri permittit ruinam: qui supra pectus
acidie reclinauit. Quod salomon ipse non ta/
cuit/cum dixit: Per agrum pigri hominis tran
siui/et per vineam viri stulti: ꝛ ecce totum reple
uerāt vrtice: operuerūt faciem eius spine: ꝛ ma
ceria lapidum destructa erat. Ager pigri quip/
pe studium est voluntarie actionis: et vinea est
vite nouitas: ad quam debem⁹ intendere: vt vi/
num iocunditatis eterne suo tempore deguste/
mus. Sed repletur vrticis prurientibus dam/
nate libidinis: et anathematizate auaricie con
foditur spinis. Et vtriusqꝫ murata maceria/sed
non ex charitate cementata/custodia diruitur:
vt nec lege velit arceri diuina/voluntati pro/
prie mancipatus. Cui ab eodem vltrix senten/
tia indicitur: vt ex suis desyderijs qui piger est
moriatur. Nam desyderia occidunt pigrum:
noluerunt enim quicquā manus eius operari.
Tota die concupiscit et desyderat: qui autem iu
stus est/tribuet et non cessabit. Et iterum scri/
ptum est: Propter frigus piger arare noluit:
mendicabit ergo estate/ꝛ non dabitur ei. Nam
torpor noxie frigiditatis detinet pigrum vt no
lit arare: vt serat virtutibus animam: et cor/
poris mores per ordinem ponat. Qui cogetur
mendicare in egestate decoquentis iudicij seu
in claritate sanctorum: sed non dabitur ei de la/
boribus aliorum/vt refocillet animam suam: ne
qꝫ de aliorum victoria suscipiet ipse coronam:
sed nec iustificabitur de iusticia in labore agen
tium vitam suam. Nam scriptura dicit: De fru
ctu oris sui vnusquisqꝫ replebitur bonis: ꝛ iuxta
opera manuum suarum retribuetur ei. Et alibi
scriptum est: Date ei de fructu manuuꝫ suarum
non alienarum. Et statim subditur: Et laudent
eum in portis opera eius: non aliena/que piger
in vacuum mendicabit. Et apostolus inquit:
Omnes astare oportet ante tribunal christi: vt
recipiat vnusquisqꝫ bonum/ siue malum: prout
gessit in corpore suo/nō in alieno. Et alibi apo/
stolus clamat: Qui non laborat/nō manducet.
Contra quem Sapientia iterum clamat exci/
tans/malaqꝫ futura denuncians: Usqꝫ quo pi/
ger dormis: quando consurges ex somno tuo?
Paululum dormies/paululū dormitabis/pau/
lulum cōseres manus vt dormias: et veniet tibi
quasi viator egestas: et paupertas quasi vir ar/
matus. Deficiet em̄ tempus declamare ad hanc
maledicam per testimonia scripturarum: que
non solum in non operando recipit detestatio
nem: sed in operando in pluribus eternam ma/
ledictioneꝫ incurrit. Quod spiritussanctus per
Hieremiam loquitur/dicens: Maledictus om
nis qui opus dei facit negligenter. Cuius ter/
rore christi agonista percussus/ablactabitur ab
vberibus talis matris. Cui⁹ male soboles iste
pluresqꝫ sunt: quarum ab aliqua non vincularī
dixi esse difficile super terram: scꝫ tarditas/tepi
ditas/dilatio/desidia/ segnities/ insensibilitas/
indeuotio/inopia vtriusqꝫ boni/ignauia/tertia/
retrogradatio/ indiscretio/ incautela/ incuria/

improuisio/inobediētia/ingratitudo/inhuma-
nitas/incompassio/ impuritas/ insolubilitas a
malo/intrusio in seipso/firmata captiuitas/in-
constantia/inquietudo mētis/deiectio/conster-
natio/pusillanimitatis mollicies/obcecatio/o-
ciositas mentis/tedium vite/ tabefactio/graue-
do/taciturnitas mala/ murmur/ exinanitio seu
vacuitas bonorum spiritualium/ imperseueran
tia/impedimentū boni/tristicia/ desperatio/ne
gligentia/ignorantia/vincibilis curiositas cir-
ca inutilia/omissio eorū que sunt necessaria pro
salute/impenitentia. Quorū declaratio seriosa
tanto ꝑtenderetur volumine: vt nedum legētis
fastidiret animū/conturbaret ⁊ oculum: sed ac-
cipiētis manum curuati pondere pregrauaret.
Quanta igitur est sollicitudine obseruanda ne
vinciat: que tot filiarum laqueis et retibus ob-
tectis apertisqꝫ mundum repleuit. Cuius initi-
um est inconsyderatio receptorum agendorum
⁊ finis: medium animalis amor ⁊ vita: finis vo
dei obliuio superimposita cum obtenebratione
rationis.

¶ De auaricia. Capitulum L

Auaricia inexplicabile maluꝫ. Aurari
querit: argentari vult: metalla omnia
reducit in aurum: vt nullū sit aliud edi
ficium metallorū: nec peragantur ar-
tes. Sua proprietate conquirit: que non aurato
instrumento/sed ferreo peraguntur. Agrum co
pulat agro: domui connectit et domū: adequat
sibi ꝯnexionem nature. Pulchritudo cōtinuo
sibi seruit in placito: quā semper affectat sibi ra
tione aut vsurpatione competere: nec est termi
nus eius/nisi cum peruenerit ad terminū vltra
quem non est terminus alius. Non cōtentatur
habitis: inhiat acquirendis: nec quiescit in ac-
quisitis. Si totus mundus esset possessio eius:
non quiesceret animus eius. Nam aut vellet de
um plura creasse: aut alium constituere creato-
rem plura creantem: vt postmodū in omnibus
haberet potestatem. Q, si hoc inconueniēs re-
duceretur ad conuenientiam/impossibile ad ef
ficientiam: nec adhuc sellam quietis conscen-
deret: ab authore omnium totius consolationis
deo per appetitum diuisa corruptibilium terre
norum. Insatiabilis est auaricia: que cū deuo-
rauerit/iterum esurit: cum biberit ore pleno di-
uitias adhuc sitit. Immoderatus est amor eius
sed quod deterius est/insolubilis tenacitas eiꝰ.
Auaro tam deest quod habet ꝙ id quod nō ha-
bet: quia nescit vti habitis dū inhiat in haben-
dis. Hec sola nature pre ceteris vitijs aduersa-
tur: quia neqꝫ in terra neqꝫ in aqua neqꝫ in aere
neqꝫ in igne vellet habere cōsortem. Vellet ista
moderari naturam/ dispositionē imbrium/ vim
caloris/nubium et ventorū: vt sibi ad votum in
agellis proprijs deseruirent: nō in fundendo in
alijs bonitatem: que omnibus nature cōmuni-
tate debetur. Vellet aerem esse ferreū super pre-
dia ceterorum/aut predia metallina: vt nec vir-
tus pluuie ⁊ caloris desuper funderetur; aut nec
ipsa possent aliquo instrumento ꝑscindi: vt nec
serere aut metere opus esset: ex nephario appe
titu sibi vendicans iura nature. Homicida est
ista omniū suo fausto: nec vitam diligit aliquo
rum/nisi quos gubernat manu sue seuissime par
citatis. Inimica est deo qui omnibꝰ largus est
sed ipsa parca. Emula celestibꝰ angelis: qui ad
cōmunitatem ⁊ largitatē superne vite sine aua-
ricia nos expectant. Odit nature consimiles:
dum sibi vendicat in proprio quod est in cōmu
ne donatum. Hec consortem nature immemo-
rie tradit: immo multotiens vt sua possideat/in
terimit. Amicū non querit: faciem auertit a ꝓ-
ximo: linguas loquēdi beneficio vellet esse pri-
uatas: ne affligentes indigentias panderēt: po
stularentqꝫ pandēdo quod ipsa indebite dispo-
suit retinere. Aliorꝫ egestatem sibi vult esse igno
tam: ne saltem ex verecundia quid cogatur ali-
quādo conferre. Monstrum est in natura quod
agitur in auaro: nā omēs vellet depauperari vt
sibi accederet: facereqꝫ indigentes: ⁊ hos igno
rare ne artaretur dare. Perdidisse penitus esti
mat omne quod alijs ⁊ nō sibi cedit in lucrum.
Artatur eñ in nocte doloribus/vt viam inueni
at vbi acquirat: perforatur timoribus ne acqui
sita perdat. Cū pax sit vbiqꝫ/semper ad suam pe Job.15.
cuniā suspicatur insidias. Latrones estimat qui
non sunt: fures constituit qui furari odiunt: vn-
cinas omniū appropinquātium manus. Naua-
lem picem credit in digitis tangentium queqꝫ
sua: socium confidentie nequit inuenire. Cōmit
tit plerunqꝫ ad plurima pericula suam ipse per-
sonam: sed in pecunia cautior est. Hic non con-
fidit in deo: quia nec sibi suam pecuniā recom-
mendat. Non in angelis: a quibus eñ se dissoci
ari cognoscit/ nec custodienda parta cōmittit.
Nec demonibus: quia nec aurum querunt: non
argentum/sed animas volunt. Non hominibꝰ:
nam si propria sua quibuscunqꝫ vellet auferre/
quomodo potest sua custodienda committere?
Dissociatus est ab omnibus rationabilibus: in
sensibilibus ⁊ irrationabilibꝰ sociatus: licet sit
cum demonibus eternaliter finito vite termino
sociandus. Porcus est iste diaboli qui viuendo
fetet: omniqꝫ caret cōmodo: sed in morte come-
ditur. Stipariū comestibilium est comestibilia
non degustans. Bestia onerata deferēs his se-
pe quos habuit inimicos. Custos est eris liga-
tus in ere. Non habet es: sed habet ab ere. Nō
dominus eris/ sed seruus est eris. Et heres est
eris/inherēs in ere. Nihil rectitudinis ipse pos
sidet nisi cuꝫ moritur: maledictio eius esset vita
longeua super terrā. Quid autē est auaricia nisi
animi varietas: qui velut intorsa rota sepe circa
idem centrū reuoluitur: ⁊ molendinum asinari
rium secū portat. Presupponit sepius elemosy
nam qui pecuniā congregare disponit: cū autē
viderit congregatā/ad seipsum retrahit manū.
Beatificat sepe pauperes pauperum inimicus:
⁊ extollit laudibus paupertatem: quā vt perdi-
tionis foueam ipse declinat. Vide auari acutissi

mam deceptionẽ: nam cum ſibi numus aut mo
neta fuerit ſepar/querit addere par: cum fuerit
par/ non vult facere diſpar: ſed querit vt expen
dat aliud ſepar: cum autẽ affuerit/volet ſibi cõ
iungere par. Unde ne paria fiant diſparia/⁊ vt
ſeparia fiant paria: creſcit in immẽſum per aua
riciam noxia cura. Quid magis proprium aua-
ricie/niſi plus q̃ ſatis ſit velle? Querit auar⁹ vi-
uere ad opinionem/non ad veritatem: ad volu
ptatem/non ad neceſſitatẽ: et ideo nunq̃ diues
erit/ſi nolit: ac per hoc non erit diues ſi habet
quod vult/⁊ amplius vult: ſed qui voluntati vo
lendi poſuit finem. Sed bonũ eſt poſtq̃ noſtra
poſuimus que de auaricia ipſa ſentimus/ꝙ ad
teſtimonia ſacre ſcripture velut ad irrefragabi
les ſententias recurramus: vt pro poſſe velut vi
am perditionis deuitemus. Inquit nanqꝫ do-
1.Timo.6. ctor gentium Paulus ad timotheum: auariciã
velut diaboli retia ⁊ laqueos diſſuadens. Nihil
enĩ intulimus in hunc mundum: haud dubium
quia nec auferre quid poſſumus. Habentes au
tem alimenta/et quibus tegamur: his contenti
ſumus. Nam qui volunt diuites fieri/ incidunt
in tentationẽ et in laqueum diaboli/⁊ deſyderia
multa ⁊ nociua: que mergũt homines in interi-
tum ⁊ perditionem. Radix enĩ omnium maloꝝ
eſt cupiditas: quã quidam appetentes errauer-
runt a fide: ⁊ inſeruerunt ſe doloribus multis.
Tu autẽ homo dei hec fuge. Uide igitur ex hoc
q̃ ſerioſe docuit apoſtolus auariciam deuitare
cauſas ⁊ rationes deuitationis annectens: que
verba ipſa declarãt: abſqꝫ q̃ expoſitio ſuperflua
Ps.75. imponatur. Et dauid clamat: Dormierũt ſom
nium ſuum: ⁊ nihil inuenerũt omnes viri diuiti
Ps.61. arum in manib⁹ ſuis. Et alibi: Diuitie ſi afflu-
ant/ nolite coꝛ apponere. Similiter ⁊ in Job le
Job.1. gitur: Diues cum dormierit/nihil ſecum affert:
aperiet oculos et nihil inueniet. Apprehendit
eum quaſi aqua inopia: nocte opprimet eũ tem-
Job.20 peſtas. Et alibi: Diuitias quas deuorauit/euo-
met: ⁊ de ventre eius extrahet eas deus. Et in
principio libri ſui: Nudus egreſſus ſum de vte-
ro matris mee: nudus reuertar illuc. Ac ꝑ hoc
ſuperflua noſcitur multiplicatio terrenoꝝ cum
hic remaneant/deſcendentibus iniuſtis poſſeſ-
ſoribus in infernum. Iniuſtus autem poſſeſſor
eſſe conuincitur: aut qui acquirit indebite: aut
Luce.16. qui retinet ſine charitate. Nam mortuus eſt di-
ues incompaſſiuus ad lazarum: ⁊ inter incom-
paſſiuos demones eſt ſepultus. Sceleratũ ho-
minẽ ipſa conſtituit/ſi aſſiſtit quod ipſa ſapien-
Eccli.10. tia clamat: Auaro nihil ſceleſtius. Quid ſuper-
bis terra ⁊ cinis? Nihil iniquius q̃ amare pecu
niam. Hic enĩ animam ſuam venalẽ habet: quo
niam in vita ſua proiecit intima ſua. In qua ſen
tentia ſatis aperte monſtrãtur ſuprapoſita ma
la: pluraqꝫ annectenda niſi volumen artius pro
tenderetur in longum panderentur. Nihilomi
nus aduerſus ipſam eſt acutiori gladio conſur-
gendum. Nam quid ſceleſtius ipſa frenetica: ſi
ipſam in proprijs terminis diffinimus? Eſt enĩ
ipſa quidam deordinatus appetitus ſupra natu
ram/ſupra ꝯueniens/ſupra rationẽ/ſupra vſum
ſupra modum/ſupra preceptum et legem/ſupra
debitum atqꝫ meritum/ſupra ſufficiẽs. Quibus
diligenter inſpectis apparebit vbi auaricia in-
frunita in celo angelos/in paradiſo primos ꝓ
pulſaſſe parentes: vt ſuprafata diuinitatis ſimi
litudinem/immo ipſam diuinitatem ⁊ ipſius ſci
entiã affectarẽt. Nam grecus auariciam pleon
appellat: quod latine plus ſonat. Sed ſociam ſe
ſuperbie fecerat: que faſtu ⁊ appetitu alios ter-
minos inuadebat. Quid ſceleratius alicui poſ-
ſet aſcribi/q̃ que nephario ſemine omnia mala
concepit: ⁊ ſuos conceptus retinet: que cũ vult
parit quecunqꝫ libet? Ex ipſa nanqꝫ ſuperbia na
ſcitur/cum ſe videt in appetitis ⁊ obtentis cete
ris aut multis ſuperiorem: ex iſta inuidia cũ vi-
det equalem: inanis gloria cũ ſe comptat: ira cũ
impeditur: acidia cum videt zetas ornatas/pa-
ratos lectos/ſtratoria ⁊ ſedilia pro quiete: gula
cum videt adeſſe plenas ex omni parte crume-
nas: pro qua ſollicitantur mare/ lacus/ flumina
pro piſcibus: pro ſylueſtribus animalibus/aui
buſqꝫ nemora infeſtantur. Nutriuntur etiam ca
nes vnde deberent nutriri pauperes: fatigãtur
equi: plerũqꝫ laſſantur ⁊ homines. Et licet talia
deuoluerint ad ſolatium: a gula tamẽ initiũ ac-
ceperunt. Uexantur ſepe pro diuitib⁹ quos aua
ricia ſic ſubuexit/intempeſte macella: ⁊ conten-
tiones famulorum in emptione naſcũtur: vt al-
ter velit dominum ſuum in pecunia facere prio
rem: alter in exponendo largiorem ſuum domi-
num fateatur: vt verba verbera petant: inimici-
tie ſtatuantur: necnon ⁊ interdũ homicidia ſub-
ſequantur. Sed ad tale vitium in auaris hoc ſo
lum poteſt eſſe remedij: vt appetitu retinendi ti
more deficiendi plerũqꝫ interdicantur expẽſe.
Nõ eſt tamen noſtri propoſiti gulam hic diffi-
nire ſententijs: ſed prout gula ex auaricia quan-
doqꝫ progreditur/verbula hec adieci. Luxuria
vero in foribus aderit in vxore propria: cum ſi-
nem laboribus dederit/in cameris tam ornatis
In alijs vero ipſius ſtimulabitur iaculis cũ vi-
derit pulchras formas fauente pecunia ſtudio
auaricie cumulata: vt per ipſius largitionẽ ple
runqꝫ libidinẽ in alijs expleat: niſi per aliud aua
ricie malum quod dicitur tenacitas/refrenetur:
ſed nec eſt deuitatio vitij/vbi vitium per vitium
non cõmittitur. Sed plura portat in ventre iſta
nouerca nature diabolo maritata: vt rapiat/ſi
aliter habere non valeat: velut furto alioꝝ bo-
na inuito domino contrectare/niſi gratis acci-
piat. Generauit latrones ĩ latibulis ⁊ in ſyluis:
vt expolient tranſeuntes ⁊ plerũqꝫ interimant:
vt que non habent/obtineant. Simoniacas fe-
cit innumeros: vt celeſtia ⁊ dona ſpiritualia cõ-
mercijs auaricie largiantur. Uſurarios publi-
cos ⁊ palliatos in orbe conſtituit: vt dulciter de
nudentur egeni: qui diuitijs nature ſi non affu-
iſſet auaricia/poterant ſuſtentari. Corrupit iſta
primo naturam: deinde nature remediũ defal-

ſauit. Nam artem que in nature remediū eſt in-
uenta/ꝛ per ſpiritumſanctum omnium artificem
hominib⁹ irrogata: falſitatibus innumeris ma
culauit: linguas fecit loqui mendacium: periu-
ria multa compoſuit: peruertit ipſa iudicia: iu-
ſticiam omnibus debitā fecit ſepe venalem. A
proprio alueo iuris leges in aduocatis diuer-
tit: vt ipſas inflectant ad votum/non vota cum
lege concordent. Notarios falſitate necauit: vt
cor cogitet/lingua loquatur/exaretqꝫ in cartu-
lis manus que aduerſa ſunt lucide veritati: fal-
ſos teſtes produxit in litē. Et quare hec omnia?
Ut petātur non debita/vel ſupra debita plus pe
tatur: ꝛ cū falſitate auaricia lucra inueniat: que
cum veritate non poterat cumulare. Quid iſta
ſceleſtius/ qua rationis aſpectus intantū obru-
itur: vt gratius aurum ꝛ argentū ꝙ ſolem intue
atur: et animo feruētiori defectibilia iſta cōſpi
ciat ꝙ chriſti corpus in quo reficimur ad ſalu-
tem: ac diligentiori affectu contempletur ſenſu
ꝛ ratione carētia/ꝙ homines ſenſu ꝛ ratiōe pol-
lentes? Quāta vero fraus de ipſius ventre pro-
cedat/forinſece querimonie ſemper clamant: vt
proximus a proximo ſe deceptū conqueruletur:
ꝛ voces ingeminet non inueniri fidem/propter
auariciam in hominibus ſuper terrā. Que pro-
ditiones de iſta crepante prodierūt: hominum
mortes propter pecuniā irrogate: caſtra in ma-
nus obſidentium per pecuniā tradita: ciuitates
capte ſepeqꝫ deſtructe: exules plurimi ſua ꝓſcri
ptione reuelent. O ſcelerata conditio auarorū.
O crudelis impietas: que numerata pecunia ꝑ-
ſonas vendunt innumeras: nec premeditantur
pericula animarū: innocentibus non parcunt:
exponunt exitio paruulos/virgines ſtupro/ſcor
tis viduas/adulterio maritatas/ſacrilegio mo-
niales/ruine irreparabili ciuitates. Que violen
tie/que inquietudines ex ipſa oriantur: actus et
mores magis ꝙ verba clamant. Exeunt a fetido
clauſtro auaricie adhuc huius nephandiſſime
filie: obduratio mentis/ obſtinatio/infidelitas/
adinuentio nouitatum inſolitorū modorum: va
gatio mentis/indeuotio/recuruatio in oratione
ꝛ cogitatione bonorū/priuatio contēplationis/
ignorantia ſpiritualis defectus/negligētia ſtu-
dij ſpiritualis/ promiſſio futuri temporis/confi
dentia vana/obliuio mortis/incompaſſio. Qua
rum omniū ꝛ aliarum innominatarū ſi quis ali
quam deceptus coniugio copulauerit: ſeipſum
mancipauit gehenne: ac per hoc a ſua mala ſo-
bole iſta nephandiſſima condemnatur: ꝛ intu-
itu mētis ex prole percipitur ꝙ ſit auaricia ma-
la parens: quantiqꝫ periculi qui ſibi per matri-
monium copulatur. Et vita breuis ꝛ improuiſa
mors omnes arguit homines auaricie intēden
tes: qui non velut mancipia mortis ſe cogitant
ſed velut perpetuos ſe fulciunt perituros: et de
annis ꝛ temporibus multa diffiniunt: qui men-
ſem aut hebdomadā/ſed quod min⁹ eſt diē cra-
ſtinum non videbūt: iuxta ſaluatoris noſtri ſen
tentiā in parabolis loquentis. Hominis cuiuſ- Luce.12.
dam diuitis vberes fructus ager attulit: ꝛ cogi
tabat intra ſe/dicens: Quid faciam/quia nō ha
beo quo congregē fructus meos. Et dixit: Hoc
faciam. Deſtruam horrea mea ꝛ maiora faciam:
et illuc congregabo omnia que nata ſunt mihi
ꝛ bona mea: ꝛ dicā anime mee: Anima mea ha-
bes multa bona poſita in annos plurimos: re-
quieſce/comede/bibe/epulare. Dixit autem illi
deus: Stulte hac nocte animā tuam repetent a
te: ſcꝫ maligni ſpiritus: que autem paraſti cuius
erunt. Sic eſt qui theſaurizat: ꝛ non eſt in deum
diues. Ideo ſtatim ſine interciſione ſuis diſci-
pulis ſollicitudinē auaricie peſſime diſſuaſit/di
cens: Ideo dico vobis: Nolite ſolliciti eſſe ꝛc. Mat.6.
Ut autē claudatur de hac peſtifera ſermo: et ad
quem finem poſſit deuenire/ſuos malos inſpice
gradus. Initium eius eſt amor ſui ſine reſpectu
proximi: medium eius ſuperflua coaceruatio rerū:
finis vero negatio dei. Ecce quo poteſt iſta per
uenire maledicta: vt deum neget in ſuarū crea-
turarū profeſſione iurata.

¶ De gula. Capitulum LI

Maligna regina gula: que ſemp regnat
in noſtro mortali corpore/niſi vigo-
re gratie ſuperet. Cuius ingreſſu agi
tatione diaboli ab homine primo et
diuina et prima in preuaricationē ſunt deducta
mandata: que ſic tyrannice humanā coartat na
turā: que niſi ſibi ſeruiat perſona non viuat. Et
tali federe cum ipſa congreditur: vt nec per diei
ſpacium/ niſi per violentiā/ aut ſanctificationē
aliquā liberetur. Ipſa fecit naturam primo fa-
meſcere: poſtmodū fecit egere: vt ammodo per
neceſſitatē ſeruiat/cui ante libertas aderat nō
edendi. Et ꝗuis cibi eſſent ad vſum corporis or
dinati: non erant tamen per concupiſcentiā ma
le ſumpti: nec per appetitū ad vite regimen in-
ordinati: nec guſtus delectationem inordinate
trahentem a deo qꝫ auertētem ſenſiſſet in cibo/
ſicut man⁹ in pomo: ſed vſqꝫquaqꝫ extitit dignū
vt ipſa ī nobis exerceat ſue dominia poteſtatis/
cuius impulſu ſunt contempta diuine imperia
maieſtatis. Et ad idolatriam trahit ipſa vētris Phil.3.
cultores: iuxta apoſtoli ſententiā: quorum deus
venter eſt: ſed eſca ventri ꝛ vēter eſcis: deus au-
tem hunc ꝛ has deſtruet. Inſatiabilis vorago
gula: que quāto plures eſcas ſuſceperit/plus af
fectat: ꝛ per hoc ab eius ſubactus imperio non
credit naturam gule ſufficientia produxiſſe: nec
ad variandum delectationibus fauces/ ꝛ cōdu
ctum ad ventrem variaſſe ſapores. Et antequā
ſumat/ſe in tali conſyderatione cum tormento
ſuſpendit: vt ſaturātia ventum/cibos aerem ni-
hilopendens/ corporis ſumpturus annonam.
Et contra naturam confitetur vacuū in natura
ventrem/ſcꝫ ex cibarijs non replendum: vina vi
tro flauētia pro abolenda inſita ſiti: ſi more flu-
minū redundarent/ deficere cauſatur velut gut

tam intincto modice minori digito inherentẽ.
Cum autẽ sumpserit/ nauseat super sufficientia
perceptorum ⁊ varietate saporum: quorũ cibos
effluente delectatiõe perceperat/abstinentie re-
cordatione vilipendit. Et spumante ventre assi-
stentib⁹ doloribus/stomacho cruciato/pede po
dagro: spondet temperantiam de futuris: lau-
dat moderantium vitam: extollit solitarie quie-
scentes: a quibus ventris cura recessit. Efferũt
preconijs sanctos qui se per abstinentiam affli
xerunt: maledicunt accurantibus ⁊ accuratissi-
mis cibis: que maledictio/que pena/que tribu-
latio ista clamant: mane seroqꝫ scilicet in serui-
tio tam vilis ac corruptibilis domini/videlicet
ventris putridi conueniri. Dormiebat sane ista
regina refocillata per paululũ: ⁊ in corpore in-
commodis subsecutis/inde sic clamabatur: ex-
citata vero ⁊ parumper gradiẽte per spacia/do
loribus consopitis/⁊ in secessum ciborum dedu
cta cõgerie: vale ieiunio/ve temperantie/ve ab-
stinentie dicitur. Et semper fit regressus in id-
ipsum: a quo firmiter credebat egressus. Proh
latet in absconditis iugulans gula: ⁊ velut lati-
bulis latro suo opere patulum querit: maxime
cum viderit adesse copiam sumẽdorum: semper
enim in insidijs aut in foribus est. Cum necessi-
tate nature se sociat/ ⁊ sub ipsa se palliat: ⁊ pau
lulũ cũ ipsa assumẽs alimẽta/sequitur volupta-
tem vsqꝫ ad eructuationem et vomitum. Utres
sicci modicum capiunt: humectati vero peram-
plius: sic ⁊ hominum ventres. Deliberata iudi-
cio rationis abstinentia gaudet in parsimonia:
sed edendi auiditas nisi per sumendi solum im-
potentiam nõ quiescit. Querit pinguia: cuncta-
tur delectabilia: carnem inflammantia semper
optat. Permutat naturam commixtione cibo-
rum: vt per se sapidum fiat insipidum in altero:
nec cuius sit saporis cõmixtio discernatur. Ar
det ignis in stomacho serui gule: statimqꝫ vide
tur facta digestio: et iterato se violentat ad gu-
lam: et rapacitate lupina fertur in apposita: et
in principio cibum silenter sumit: non silẽdi vir
tute/sed voracitate sumendi: ne loquẽdi officio
prepediatur: ⁊ cum se ceperit ingurgitare/ pro
greditur in loquelam: vt maiori auiditate regre
diatur in escam. Mentitur semper sibi gule ini
quitas: quia quod disponit nunq̃ obseruat. Ex-
actor est inquietus qui nunq̃ quiescit exigere:
nec quantũ exegit/considerat: quia nõ retinet
que congregat: velut q̃ merces in sacculum per
tusum mittit: sed velut irreplebilis fouea inces
santer vt exigat/satagit. Durum est igitur sem-
per petenti tribuere: censumqꝫ impretermisse da
re prodigo: fisco nephas seruire qui lapsis re-
quiẽ non cõcedit. Difficile ista vices et tempo
ris ordinem non obseruat: appetitu insurgen-
te mouetur: nec ratione/nec ordine sistitur: pre-
ceps fertur: repletur furia si cupita assunt. In-
firmitatem dicit adesse vicinam/corrodente se
stomacho: carente alia materia corrodendi: nisi

aliquid statim traijciat/vt redeat. Nature spa-
cium nõ expectat: solem horarum authorem in
sua sphera retrogradũ dicit: cum adhuc appe-
titui hora non fauet. Horologium gulosi quod
noscitur horarum indicium/ est subita fames.
Tunc est hora edendi cum appetit: tũc tempus
cum esurit. Nature delitijs non contentus/arti
ficauit pura bona: ⁊ eius efficitur inimicus. Ob
ruitur ratio: obcecatur intellectus: depellit bo-
nus affectus cum gule regnat effectus. Epulãt
a paradiso ⁊ ab eius delicijs ꝓtoplasti: qui mã
datis eius magis q̃ dei prestauerunt assensum.
Et calicem biberunt amarum/ in sudore ⁊ labo
re victum querẽtes: qui precepta tam dulcia cõ-
tempserunt. Succendũtur incendio zodomite:
quos ad peccandũ contra naturam ciborũ ha-
bundantia prouocauit. Perdidit primogenita
esau/gula edulium lenticule appetente. Idola-
trat populus post cibum ⁊ potũ superflue sum-
ptum: ⁊ deum educentem ex egypto pro eis de-
cies flagellato: et submergentem pharaonem ⁊
exercitũ eius in mari: conducentez mirabiliter
per desertum nõ recogitant: pro deo aureũ con-
flatilemqꝫ vitulum venerantes. Quod aposto-
lus reprehendendo ⁊ nos monendo non tacuit
dicens: Sedit populus manducare ⁊ bibere: et
surrexerunt ludere. Sed statim est punitio sub-
secuta: moyse diuinas tabulas diuinorũ prece-
ptorũ pre indignatione frangente: ne verba dei
ventris serui audirent: et post paululum plura
milia vltor gladius interemit. Multa siquidem
sunt exempla in scripturis catholicis. Et diues
epulo in euãgelio nobis insinuat: qui ad infer-
na descendit: quãti extitit periculi tali domine
famulari. Sed vt melius ad cautelam legentiũ
innotescat: precisas scripture sententias addu-
camus/malis ⁊ continuis experientijs robora-
tas. Luxuriã gignit ista maledicta: ꝯm sententi
am hieremie: Saturaui eos ⁊ mechati sunt: ⁊ in
domo meretricis luxuriabãtur. Equi amatores
in feminas emissarij facti sũt: vnusquisqꝫ ad vxo-
rem proximi sui inhiabat. Et iacobus in cano-
nica sua dicit: Epulati estis super terram: et in
luxurijs enutristis corda vestra. Ubicũqꝫ igitur
saturitas gule seruiens fuerit/ibi dominabitur
libido. Et fouetur luxuria ex cibis velut ignis
ex lignis. Et obliuionem dei et recessum ab ip-
so causauit in anima eius/qui per gulam studu
it saturari. Quod moyses populo comminan-
do improperauit/dicens: Incrassatus est dile-
ctus et recalcitrauit: incrassatus/impinguatus:
dilatatus. Dereliquit deum factorem suum: et
recessit a deo salutari suo. Et Ozee propheta:
Super triticum ⁊ vinum ruminabant: et reces-
serunt a me. Et alibi: Adimpleti sunt et satura-
ti: ⁊ eleuauerunt cor suuz/ ⁊ obliti sunt mei. Per
ditionem bonorum ⁊ virtutum adduxit gule mali-
gnitas sup terram. Mortui sunt iob filij come
dentes: domo virtutum in quatuor angulis pri
mo a vento cõcussa. Proinde apostolus carius

curã penitus dissuadet/dicens: Carnis curam ne feceritis in desyderijs vestris. Et Qui in carne sunt/deo placere nõ possunt. Et Caro ꝛ sanguis regnũ dei nõ possidebunt. Et Jesus filius syrach: Quid nequius ꝙ quod excogitauit caro et sanguis? Et idem Apostol⁹: Si ꝯm carnem vixeritis/moriemini. Et Qui in carne seminat/de carne et metet corruptionẽ. Et irrefragabilis sentẽtia saluatoris: Attẽdite ne grauentur corda vestra crapula. Iterum scriptuz est; Propter crapulam perierunt multi. Quid aduersus istam sulcare litteras amplius expedit? Nam mala fecit et facit innumera: nomina nefanda possidet multa: sed vt ipsam breui sermone describam: velut depictam tabulam hanc sedulo contemplare scripturã. Gula est adhesio spiritus ad carnem/rationis ad voluptatem/anime ad corpus/ memorie ad consumptibilia/voluntatis ad ledentia/sensus gustus ad delectabilia: pluuia super carceratas virtutes/grando spiritualium virium/abyssus boni/breuis suauitas/ dolor post suauitatẽ/ infrũitum periculum/ suaue venenum/ infirmitas repetita /ignis ventris/ stimulus palati et gutturis/ sollicitudo indeficiens ante mortem/ante gratiam sepultura corporum mortuorum/corporis tortrix/ infirmitatum consiliatrix/continua exactio/ appositio non necessaria: que ad sui periculi cumulum ebrietatem sibi annectit pedissequã: que se suo noie manifestat/quod sine mẽsura sonat. Extra mensurã cibi aut pot⁹ existẽs/ extra vitã egressus est. Pretermisit em̃ deũ omniũ vitam: qui fecit omnia in numero/põdere et mẽsura. Sed nec cõsecrari possunt christo qui ebrietatẽ patiunꝫ. Naz et nazarei qui deo in testamẽto veteri cõsecrabãtur: vinũ aut omne quod inebriare poterat/ nõ bibebãt. Et in libro Regũ: Anna cũ argueretꝛ bibisse quod nõ bibebat vinũ: filiã belial se negabat/quia non biberat: ac per hoc diaboli fuisse filiam profitebatur si aliquãdo bibisset. Et vini expressit potentiam (vt legitur in Esdra) tertius illorum iuuenum. Sed in dicendo primus problemantium cum exquireretur coram rege dario/ quare scripserat ꝙ fortevinum erat dixit: Preualet vinum omnibus hominibus/ qui bibunt illud: seducit mentem: itemqꝫ regis et orphani facit mentem vanam. Item serui ac liberi/ pauperis et diuitis et omnem mentem conuertit in securitatem et iocunditatem: et non meminit omnem iusticiam et debitum. Et omnia precordia facit honesta: et non meminit regem neqꝫ magistratum: et omnia per talenta facit loqui. Et non meminerunt cum biberũt/amicitiam nec fraternitatem: sed non post multum sumunt gladios: et cum a vino emerserint et surrexerint/non meminerunt que gesserunt. O viri num precellit vinum? Merito ergo Salomon dicebat: Noli regibus o lamuel/noli regibus dare vinum: quia nullum secretum est vbi regnat ebrietas: ne forte bibant et obliuiscantur iudiciorum: et mutent causam filiorum pauperis. Quanta pericula ex vino aut ebrietate proueniant/ipsa sapientia prouerbialiter clamat. Cui ve/ cuius patri ve: cui rixe: Prouer.23. cui fouee: cui sine causa vulnera: cui effossio oculorum? Nonne his qui morantur in vino: et student calicibus epotandis? Uidit igitur que parit ebrietas malediciones eternas. Ue nãqꝫ in scriptura sacra pro maledictione semper ponitur sempiterna. Rixas inter proximos generat: parat hominibus foueas ineuitabiles peccatorum: fiunt vulnera ex ea incurabilia/ nisi ante ipsa curetur. Et effodiuntur oculi rationis: magis autem et contemplationis arcanorum: vt diuinorum mysteria nunquam possit mens percipere temulenta. Demon blandus et satis domesticus extat ebrietas: et eo facilius decipit/quo color in vitro representatur in oculo: odor in naribus/ sapor faucibus delectatur. Propter quod sine decisione statim subiungitur malum/quod damnata ebrietas operatꝫ: ꝛ vt caueatꝫ/edicitꝫ: Ne intuearis vinũ quãdo flauescit: cuz splẽduerit in vitro color eius. Ingreditur blande: sed ĩ nouissimo mordebit vt coluber: ꝛ sicut regulus venena diffundet. Oculi tui videbũt extraneas: et cor tuũ loquetꝛ ꝑuersa. Et eris sicut dormiẽs in medio mari: et quasi sopit⁹ gubernator amisso clauo: ꝛ dices: Uerberauerũt me/et nõ dolui: traxerunt me/et nõ sensi. Qñ euigilabo/ꝛ rursus vina reperiã? Quid em̃ aliud ꝟba ista sonãt/nisi qꝛ vinũ dulciter bibitꝛ: suauiter sumitꝛ: et nullã lesionẽ ipsa sũptione inferre videtꝛ: velut venenum colubri mordẽtis in silẽtio: quod grauedinẽ nõ videtur inducere: sed paulatim et q̃si ĩsensibiliter ascẽdit ad cor/vitalẽ calorẽ ꝑimẽs ꝛ extinguẽs. Sic ꝛ vinũ tacite ꝑimẽtis exercebit officiũ: ꝛ ab immoderato sauciati/aspiciẽt incaute formosas ꝛ extraneas mulieres: ꝛ cor ꝑuersũ ꝑuersa ĩ seipo loquetur appetendo/dicẽs: O si haberẽ illorũ corpoꝝ formas. Qui appetit⁹ diuina lege prohibetur: et ex diuina sentẽtia mechus iã factus cui talis insidet appetitus. Et velut q̃ dormit deuictus somni altitudine in medio mari: qui nõ sentit qñ cuz naui simul tempestatis tẽpore submergitꝛ. Et assimilatur ebrius gubernatori nauis magnitudine soporis demerso/temonez Lu.2. quo nauis dirigitꝛ dimittenti. Qui nõ solũ sibi/ sed om̃ibus cõplicibus causa perditionis extitit. Nã homo qui totius vite sue debet gubernare nauigiũ/ interdũ ꝛ proximoꝝ: crapulat⁹ a vino temonariã rationẽ amittit/secũ quos habebat dirigere simul perdẽs. Qui verberat⁹ a demonibus/nõ dolet: tract⁹ ad vitia/se nõ sensisse fatetur: et estuatus a somno consurgens/ ad estuanũa vina iterũ euigilare ꝑoptat: vt magis feruentia et incendẽtia vina ꝑquirat. Hinc Jesus filius syrach que propter immoderantiam vini eueniant/et que propter moderantiã

Ecci.31. mixta locutione nō tacuit: Diligentes vinum noli prouocare: multos eñ exterminauit vinū. Quod cauta prohibitione indicitur: ne qui vinum diligunt/libere prouocentur: nam vſqꝫ ad eructuationem ſumere non negabunt. Sed ne prouocentur ad iracundiā potatores: potius ex tali dicto cauetur: cum ad rixas et conuitia mentis non ſobrij faciliter moueantur. Nam multos extra terminos equitatis et rationis/ quietis et pacis vinū miſerande coniecit: propter quod ſtatim adiungitur: Ignis ꝓbat ferrum durum: ſic vinum corda ſuperborum argu et in ebrietate potatum. Durum eſt ferruꝫ/ ſed ignis emollit: ſic alta hominum corda confligantur a vino. Si bibis illud moderate / ſo-
Eccli.9 brius eris. Nam ſequitur: Uinū in iocunditate creatū eſt/nō in ebrietate ab initio. Primꝰ plantator vinee ſuccubuit fructui ſuo: ⁊ vini tenebris tectus/tegenda propter peccatū verenda detexit: ſed exinde deridenti filio eſt maledictio ſubſecuta/vini potentia parante maledi-
Gen.19. cendi germen. Et Loth temulentus a vino/velut in carnē ꝓpriam ſeminauit contra naturā: dū filias ſui ſeminis amens factus inceſtuauit ⁊ grauidauit ſemen ex ſemine: ex quibꝰ orti ſūt populi reprobati. Proinde vino procurāte facta eſt primū inaudita cōmixtio: vt idē pater ⁊ maritus et auus/eadē vxor et filia patris/⁊ mater ⁊ ſoror filij haberetur: idem filius et nepos patris/et frater et filiꝰ matris. Et nazarei nō
Nu.6. bibebant in veteri teſtamento vinū: quoniam ſciebant ꝙ a cōtēplatione et vero intuitu auer-
1.Re.1. tebat. Et Anna miraculoſe ſuſcepit filium Samuelem: quoniam quod inebriare poterat/nū-
Iudi.13. ꝙ biberat. Holofernis trūcatur caput a femina: quoniam vini calore deuictus/ velut inſen-
Hester.1. ſibilis iacebat in lecto. Incaleſcens Aſſuerus flauido vino/contra honeſtos mores ſuam populis volebat oſtentare reginam. Ipſa vero ī conuiuio feminaruꝫ ex vino percalida/ mariti contempſit imperiū. Ille temulentus ex vino: precepit inhoneſtū: cōtemptuſqꝫ diuiſionis dictauit ſententiaꝫ. Illa madida vino/mariti cōtemnens imperium/ iuſtam ſuſtinuit penam. Plura ꝙ dicta ſunt gaſtrimargie mala. Cuius initium eſt ſenſibilium et delectabilium et vſū conſumptibiliū poſſibilis et affectata delectatio: medium proprie carnis inquiſitiuꝰ et vſualis amor: finis vero ſuffocatio rationis ⁊ memorie recteqꝫ voluntatis.

¶ De Luxuria. Capitulum LII

Luxuria lumine carens/ multos lugere fecit: et celeſtibus luminoſis ꝓmijs ꝓuās/ innumeros ꝓuocauit ad lachrymas: ſed ſteriles et ſine remedio exiſtētes. Luxuria luctū adducit amarū: cū a diuinis et caſtis amplexibus ſepat/ſtercorea corpora cū ſuis ijs amplexantes. Luit luxuria lumen irrecuperabiliter perdituꝫ in loco facinorū. Luſtrat ſeipſam anima luxurie copulata/ſed nō ī lumine claro: ſolū ꝓpter corpa ſe deplorat amiſſaꝫ: ꝙ nec ad deplorandū ſufficiens inexhauſtibilibus fluuijs lachrymarū/ꝙ ꝓpter lubricū carnis anima pene lubricū patiatur: nā teſte ſcriptura/tales in lubricū et in tenebras impellentur. Luxuria nempe quia lubricā facit: et immūdis et turpibus cogitationibus animaꝫ in ſeipſa irretēta reuolutione fetide rote/circa libidinis centrū ſemp regreſſio fit in idē: et molendinū conſtituitur: ſulphureā materiā/piceā/incenſam igne tartareo/ ſemp terens. Necnon ⁊ ad corpus animā lubricabilē luxuria facit: cuꝫ precogitatis ſordidis pulſaꝶ paulatim porta nature: que ſi nō allidunꝶ ad petrā/infeſtāt impulſu ꝓualido: vt vſqꝫ ad corruptionē nō poſſit eſſe remediū. Lubricaꝶ anima etiā lubricata ꝑ indebitum appetitum corporis ad corpus: feſtiuanter vero per actum: niſi cogitationis lubrico reſiſtatur. Ad corpus dico diſſimilis ſexus ſimiliſqꝫ nature/ igneqꝫ īfeſtata ſulphureo gratie aqua deſuꝑ nō infuſa / ſeu nō recepta ſi fuſa. De matrimonio plerūqꝫ fit ſcortū: et ſcortum ſcortū manet: nō defertur alienis thoris: nec in virginibus ſeruātur dona nature: continētibus offerꝶ impudicicia: in ſanctimonialibus nō ſeruaꝶ profeſſio puritatis: vt aut actio aut paſſio/aut vtraqꝫ ſit in culpa. In ſacerdotibus diuina myſteria obliuioni tradunꝶ/ ⁊ ſāctiſſime vnctiones. In habitu monachali erit oculus petulās: ⁊ ſub pānis vilibꝰ inuenies corſūcenſum/et flāmantē clibanū luxurie prurientis. Inceſtuabit quis/inhoneſtabit q̄s debuit ſi nō aliter etiā in bello in ſua honeſtate tutari. Lubricabit corpa regū/procerū et inclytorū et appendentiū iuſticiam ⁊ iudiciū in ſtathera: vt neuter ſuo ſtatui deferat: et efficieꝶ corruptor incōtinēs/qui male lubricantiū debuit eſſe victor: Et in hoc intantū quos tāgit a ratiōe ſubuertit: vt rex et miles/dominus ⁊ ſeruꝰ/diues ⁊ pauper/ſapiēs ⁊ indoctus/glorioſus et ignobilis/fortis et debilis/magnꝰ et paruꝰ/maſculꝰ ⁊ femina/ocioſus et actuoſus nō diſcernantur a zona deorſum: ꝙuis ab ipſa ſurſuꝫ multa ſit differentia perſonarū. Lubricauit infrunita libido contra naturā in ſimilē naturā ⁊ ſexū: vt ab ipſa turpitudinē concitati maſculi ad maſculos: femine ad feminas exarſerint more nefando: necnō ⁊ quod horrendū auditu/ ꝙ intantuꝫ agitauerit/vt vſqꝫ ad naturā diſſimilē beſtiarū nobilitas humana defluxerit/et inſanire fecerit. Plureſqꝫ in pulchritudinē picturarū/⁊ ad deprōptas artificioſe imagines ſenſu et ratiōne carentes lubricitas fluxerit: ⁊ viuas imagines cōfigurauerit pro libitu abutēdi. Diſtorſit iſta lubricitas appetitū: vt plerūqꝫ vir ratione cecatꝰ ſexū mulieris appeteret: ⁊ verſauice mulier quereret ſexū viri: ſi ex tali ꝓmutatiōe eſſet liberior habilitas lubricādi. Appetiuerūt plereqꝫ ꝑſone ingenue ſeruiles hr̄e ꝑſonas/et nobiles ignobilitatē: vt ſe poſſēt luxurie turpitu

dini mãcipare: vt quod ꝓhibet fieri cõditio ge
neris/possit operari ꝑsona seruilis: et quos ꝓ-
pter statũ verecũdia retinet/ infimitati pudor
concedat abiectus. Uellet omniũ oculos ceca
ri luxuria: vt sine nota libere ꝟuagaret: nec re-
prehensorẽ aut corripientẽ exoptat: sed perni-
ciosa licentia vti querit: et illicitũ in licitũ/ cu-
pitum in honestũ/ volitum in iustum/ nefas in
fas/ lethali et tyrannica sua potestate transmu
tat. Plures fecit hermophroditas sua cõcu-
piscentia ꝙ̃ ex sua oꝑatione natura. Fugat ex
suis immundis tactibus omnẽ honestatẽ ipsa
de moribus: etiã incorruptis manẽtib9 ab im-
munda violatione corꝑibus. Inspice acuti9
huius fetentis lubricalẽ progressũ ⁊ ꝓgressibi
le lubricũ: et aduertes omnẽ sensum pudibun
dis sensibus in turpitudine seruientem. Nem-
pe aspiciet oculus pulchras corporuȝ vtriusqȝ
generis formas: et ipso incorrupto manẽte ex-
citabuntur a libidine pudibunda: ꝑcipiet au-
ris venerea verba/ seu amatorias cantilenas/
seu vocem sexus alterius/ aut iaȝ ex visu forme
placentis: et in pudibundis accẽdit ignis/ im-
mota in sensibus aure: olfaciet odorat9 que sũt
sexus diuersi: ⁊ membra mouebũtur obscena/
in sua natura olfactu manente. Et obscena ver
ba in genitalibus excitabũt ardorẽ/ suã lingua
seruante naturã. Tactus siquidẽ morbidus at-
qȝ mollis/ et suauia labiorũ ꝓpagationis portã
incendẽt igne sulphureo/ inuiolata manu tan-
gente et labijs incorruptis. Nec nõ plerũqȝ ad
huiusmodi fornacẽ incautũ cor cogitationib9
propinquabit: et ipso manẽte quod erat/ in infe
rioribus concitabitur durũ bellũ. Luce clari
rius patet/ quõ ista putulenta lubricitas omnẽ
sensum cũ insidet/ tyrannice ad infima lubri-
cat. Ac per hoc per omnẽ iuncturam compa-
ctum corpus/ et per medullas et venas/ ꝑ ner-
uos et poros/ per carnem et ossa/ per pellem et
sanguinem luxurie lubrice legib9 subministrat:
et interior inuisibiliũ viriũ inuisibilis ordo ei-
dem inordinate subseruit: vt in tetralib9 nebu-
lis intelligẽtia posita/ ĩ gestibus ei9 preteritis
presentib9 ⁊ futuris/ contingẽter ⁊ possibiliter
aut impossibiliter occupata memoria/ seu ĩ ap-
petitu lasciuo detepta voluptas: aut om̃ino id
querẽs ꝑuersa voluntas: turpatis et immũdis
imperijs ipse subiaceãt. Quid ni ait/ igneis ei9
agitate calcaribus: et in recalcitratis ei9 stimu
lis ꝑforate. Repudiato pudore/ timore abiecto
diuino/ dimerso amore virtutis/ castitate de-
pulsa pre forib9/ incõsyderata lege nature: in-
saniẽs ⁊ hinniẽs velut equ9 ⁊ mulus/ in quibus
nõ est itellectus: luxuriosus ad placita vt exple
at deo iplacita inhiabit. Assumet plerũqȝ ista
in aduocãdi defensione corã iudice: et immũdi
ciã rationabilter iudicãt: studẽtes imo profes-
sores mot9 carnis in lege nature corrupte dico
nõ cõdite: vt velut infecti a labe inserta nature
naturaliter dominãte/ nec presidẽte q̃ natura-
liter liberet/ sicut illa naturaliter inficit: nõ pos
se penit9 cõtinere: nec multari debere ꝑ ineui-
tabilib9 malis. Et cui pro parte motuum car-
nis talis disceptatio placuit: ad se plus debi-
to dei misericordiã inclinauit. Nec aduocauit
in effugiẽdo cautelã: credẽs se insolubiliter ir
retitũ: et censũ turpitudinis debere soluere per
naturã naturaliter dominãti: velut gule soluit
debitũ necessitatis nature. Inflexit iste os mẽ-
tis sue in allegationes corrupte puniteqȝ natu
re. Inexcusabilis in peccatis factus/ friuolas
excusationes allegãs: sed nõ aspexit in deuȝ/ te-
ctus nebula carnis. Nã bestie absterrent me-
tu et sensu doloris a voluptatib9 ĩ eis insurgẽ-
tibus a natura. Abstereri debebat igit cultor
libidinis metu iudicis et incendij auernalis.
Non videt iste ꝙ non posse ab illicitis abstine
re nõ est natura creati hominis/ sed pena dam
nati: nam homines natura sumus. Non ergo
ipsa cogente/ sed voluntate vitiosi. Professor
igitur nature corrupte naturam institutam pri
mo conspiciat: nec velit gratie derogare/ qui
nature condite aut vitiate legibus superfertur
Potior enim est gratia in refrenando natu-
ram corruptam/ ꝙ̃ ipsa natura in turpe prorũ-
pere/ gratia presentialiter assistẽte: siquidem et
ipsa gratia conditam naturã in nullo sibi sen-
tit aduersam: potius vero in omnibus cogno-
uit amicam. Pugnabit igitur vnũ debile con
tra potentiora duo/ et vincet: succumbent duo
fortia coram infirmo vno? Potius contrariũ
aspice. Si absqȝ simulatione agonizare dispo-
nis: inuicta firmitate te natura tenebit ab infi-
ciente materia: gratia vero potẽtissime libera-
bit/ si vnã a dextris/ alterã a sinistris assumes.
Nec causeris tibi nõ adesse naturã bonã et va
lidam/ si es productus in esse: nã bonus cũcta
bona creauit. Nec querelis aduersus gratiam
surgas/ tibi dũ estuabas in certamine defuisse:
sȝ magis te sibi subtraxisse redarguas: si armis
eius nõ processisti armatus: seu de te cõfidens
aut ipsaȝ vilipendens/ polluisti collegã om̃ib9
volentibus fieri ꝑparatã. Sciebãt em̃ ⁊ sciunt
sancti dei omnes homines iaculis patere lu-
xurie/ scuto gratie nõ protectos: igitur oratiõi
bus insudabunt/ desuper auxilium postulãtes
cum psalmista clamantes: Deus in adiutoriũ Psal. 69.
meum intende: domine ad adiuuandũ me festi
na. Et mentis oculos in superna celorum le-
uabant: vnde veniebat auxilium eis: et eorum
adiutoriũ erat in nomine domini: qui fecit ce-
lum et terram. Preuidebant nempe ꝙ nisi do
minus edificauerit domũ defensiõis a tali tur-
bine atqȝ pluuia: qui edificabat/ laborabat in
vanum. Et nisi custodierit ciuitatem corporis
nostri sensibus patulis existenteȝ: insurrexisset
domesticus inimicus per fenestras apertas vi
tiorum/ aduocans dulcem mortẽ. Et ꝟm Hie- Hiere. 9.
remiam/ oportuisset planctũ et lamenta doce-
ri/ cũ mors per fenestras sensuũ habuisset in-
gressũ. Et vana esset custodia nostra/ si custos
optim9 dormitaret. Sed pollicetur ꝑ spm̃ san-

ctum Dauid omnibus certatoribus: ꝙ nõ dor/
mitabit neqꝫ obdormiet/qui custodiam nostro
israeli spopondit. Quod doctor gentiũ Pau/
lus in se videns legum bella consurgere: aut
quasi de homine alio huiusmodi in se loquens
Ro.7. dicebat: Condelector legi dei ꝺm interiorẽ ho
minem. Video autem aliam legem in mẽbris
meis repugnantẽ legi mentis mee: et captiuũ
me ducentẽ in lege peccati/que est in membris
meis. Infelix ego homo/quis me liberabit de
corpore mortis huius? Non angelus/ non ho/
mo/nõ ego/nõ alia creatura: sed statim intulit:
Gratia dei per Jesum christum dominuz no/
strum. Concedatur ergo allegantibus pro na/
tura corrupta/ꝙ impugnatur: ꝙ repugnare vi/
ctoriose per seipsos nõ possunt/nisi pro eis fu/
erit dimicatum desuper: sed conuincantur per
per nature condite virtutem/ et per gratiã as
sistentem: cum quibus libido confligitur: ⁊ sti/
mulus luxurie depunctatur: quia desuper ab in
fesso/non de subtus a subactis in nobis aduer
sus luxuriam dimicatur: et nõ a corporibus ter
renis/sed a supernis auxilijs patitur ipsa con/
flictum: et qui deuincit: coronam nõ sua/sed
diuina probitate reportat. Ac per hoc nedum
istam sic dulcẽ hostilẽqꝫ amicam/sed nec quas/
cunqꝫ aereas et vitiosissimas aduersarias po/
testates possunt habere: siquidem bellando fe
lices/ quos diuina numina protexerunt. Pro/
tegunt nempe infallibili et miro modo: si nõ re
cusat protegi necessario protegendus. Porro
cultor naturalis pulchritudinis huic impaci/
scibile bellũ indixit: zelator mundicie vulnera/
uit insanabiliter: in regno corporis sui dormi/
re fecit. Charitatis amicus auidus supernorũ
mortificauit sensum: possessor paracleti ad ni/
hilum redegit huiusmodi dulce malum/ immo
inimicũ amarũ. Proinde impossibile dico i syl
ua corporis nostri posse capi hanc latentẽ fe/
ram/et ad macellũ deduci occidendã: nisi eius
venator sit arca paracleti/eius sagittis inuisibi
libus pharetratus. Quis vnqꝫ ad plenũ com/
prehendere potuit inuisibilez ducem eius/qui
sub specie contritionis susceptas ab ea immũ/
das amenitates plerũqꝫ ad memoriã reuoca/
uit? Supponebat eñ profluere lachrymas ex
dolore: sed funestũ ignẽ excitauit i corpe. Per
pende qualis est ista cõmutatio dolorosa: imo
expectatio sic decepta/vt pro aque refrigerio
ignis incendiũ capiatur. Quãobrez lapsis om
nibus fiat cautuz/ꝙuis per gratiã releuatis: ne
pro his speciali memoria orent/cũ quibus ha/
buerunt nefanda cõmercia: ne ꝑ pulchris sex⁹
alterius formis: nec ꝑ dolendo velint taliũ ha
bere memoriã: ne improuise in foueã turpitudi
nis decidant non preuisam: a qua erepti refere
bant gratias ereptori. Semꝑ nouercat nouer
ca natura: ⁊ blande quos nõ ꝑduxerit infecit:
et vocat filios quos nõ genuit: et semꝑ decipit
amenitate sponsorũ: sub istius seductricis ame
ne, pretextibus vniuersam perficiens nouerci/
am. Quis eñ est ille qui se ꝑfecte absconderit
a calore ipsius feruide incalentis? Cuz ipsa oc/
currat in infima carne/vsqꝫ ad summũ rationa
lis anime penetrans: necnõ ad animam per ne
farios cogitatus ingrediens: ipsã vsqꝫ ad car
nis motus illictos dulci deceptione inclinãs:
vt necessario lethale hoc blandiens malũ eui/
tare deliberans: cingulo inuisibili ꝺm Aposto
lum intermedio accingatur: ita ꝙ nec a corde
consopiente lingua descendat in lumbos: a qui
bus funestũ preconiũ nominis habet: nec a lũ
bis ascendat ad cor: vt ad voluptatem lumbo
rum rationẽ inclinet. Voluptatur velut estua
sus in luto glutinij/ corporis fluxibilitati deser
uiens: et immunda velut sentina nautarũ debe
ret prouocare ad nauseam intrinsecorũ sensu/
um/habentem debitam qualitatẽ. Sed obrui/
tur ratio in mari lethiferi mellis: vt dissuaues
nõ sentiat hos fetores: et sicut in cinnamomis
et in lectis aspersis odoribus et aromatib⁹ cir
cumsertis requiescãt: in cenosis cubilibus re/
quiescant/ a vino prostitutionis eius turpiter
phalernati: nec excitari sinũtur ipsa propinan
te impretermisse lethiferam potionẽ. Et in se/
metipsis detruse mentes/nec fenestras aperi/
unt: vnde luci veritatis et iusticie soli pateret
ingressus: vt non nobis/sed ei per vitam placi
tam viueremus/qui ꝑ omnibus mortuus est et
resurrexit. Et ꝺm Apostoli preceptũ/glorifica/
remus et portaremus Christũ in corꝑe nostro:
quoniam ab ipso empti/a diabolo redẽpti/pa/
tri reassignati sanguinis eius precio magno: ⁊
mundicia vite christi iesu manifestaretur in no
stra carne mortali: vt si non propter aliud et ali
ter/ saltem propter hoc et taliter ab ista immũ/
dicia liberi viueremus: qua ipse vnũ nobiscuz/
et nos vnũ cum ipso per nostrã humanitatẽ as
sumptã indiuisibiliter facti sumus. Ac per hoc
prehonoremus in nobis humanitatis pulchri
tudinem: quam vnigenitus dei fili⁹ in seipso sus
cipiens/ineffabiliter honorare dignat⁹ est: pu/
ritati eterne copulans creatã in tempore puri/
tatem: et quam per spiritũsanctũ initiauit: per
virginea membra suscepit: per virgineã portaz
eduxit: quam baptizauit testimoniũ de celo sus/
scipiens: quam virgulauit ieiunijs: quam fla/
gellis exposuit: in cruce permisit affligi/locari
sepulchro: quam de eodem a mortuis gloriosã
extraxit: quam penetrans portauit in celũ: quã
collocauit in dextris paternis: vt hec eadẽ no/
stra natura excedat angelos in supnis: que ab
ipsis i ifimis multo vilior est creata. Et facti su
mus templũ dei: et membra nostra spiritussan/
cti habitaculum creduntur: vt disperdatur a
deo eius violans templum: et efficiatur diabo
li membrũ/qui spiritussancti membra tali tur/
pitudini mancipauit.

¶ Libri octaui de vitijs et contra vitia sermo
nibus domini saluatoris Finis.

¶Liber Nonus de virtuosis et pro
virtute sermonib⁹ domini saluato-
ris. Cuius prologus est de altitudi-
ne/sufficientia et vtilitate verborum
christi: et primo de verbo suo: secun-
dum Lucã solũ. Capitulũ I

Eruditiua sunt verba dñi salua-
toris: interiora ad the
ologicũ mouentia sen
sum: et excitantia de le
thali somno eũ qui dor
mit sub vmbra mũda-
ne calamitatis. Necnõ
et diuertendo clamant: clamando diuertũt ho
minem a perditione damnationis eterne effe-
ctiue audientẽ. Et mundant ⁊ purgant intelle-
ctũ pariter et affectũ: vt solũ in animo veritas
fulgeat: ⁊ id amet quod veritas dictat. Hec si-
quidẽ verba numero plura sũt ꝙ christi opera
manifesta: ꝙuis opa sint maiora. Continẽt om
nez plenitudinẽ bonitatis atꝙ virtutis: vt his
solis ceteris in nõ esse vergẽtib⁹ plena palma-
risꝙ fiat hominũ vita: que agit in valle miserie
in qua iusto dei iudicio sic ꝓiecti sumus. Non
illa vita qua corpus cũ spiritu suo alitur: q̃ ho
minibus et aliȷs sensibilibus est vsꝙquaꝙ cõ-
munis: sed illa vita que agit morib⁹/cautelisꝙ
vtit: ne aliquod nefas icurrat ꝑ neglectã igno-
rantiã/aut ꝑ inherentẽ maliciã. Et virtutibus
se stipat et fulcit: vt bene viuendo in id veniat
vbi beatitudo vera consistit. Ad quẽ finẽ dum-
taxat peregrinũ in mundo/ peregrinuz a supe-
ris deus hominẽ vere creauit. Hec siquidẽ ver
ba christi solũ habent scalas inuisibiles gratie
ascensionis in celũ: et infernũ claudunt ꝓpria
potestate his qui ea crediderunt/ dilexeruntꝙ
atꝙ deduxerunt ad actũ. Nulla cautela quorũ
libet cauendorũ: nullorũ agendorũ deficit vir-
tus. Omnis iuste actionis ordo prestruitur in
verbis domini saluatoris. Nec solũ ꝑfectionẽ
⁊ omnẽ sufficientiã ad diuinas possidẽt theori
as: sed etiã ad quietũ huius vite statũ pacificũ
ꝙ ꝓgressum: vt nulla hominũ lex ꝓ hac dum
agitur vita/ne turbetur sit ipsis valẽtior. Etiã
si aboleretur ab humana mẽte respectus in su
periora tendendi: ꝓ humana vita dũ viuit/ipsa
est omnibus aliȷs euidentior. Nã quicq̃d moy-
saicũ scriptũ/quicquid historicũ/quicquid mo
rale atꝙ propheticũ in diuinis voluminib⁹ cõ
tinetur: quicquid in aliȷs voluminibus hominũ
sapientũ/ quicquid sancitũ a plebibus/ab impe
ratoribus mũdi/a senatoribus terre/a ꝓuincia
arũ rectorib⁹: ꝓ deuitãdis arcẽdisꝙ malis/ bo
nis peragendis/pro cõseruatione personarũ ⁊
rerum/pro institutione reipublice atꝙ defen/
sione/ ꝓ seruatione patrie/ ꝓ multiplicatiõe hu
mani generis/ pro alẽdis hominib⁹ generatis/
ꝓ alitis erudiendis exaratũ ordinatũꝙ decre
toꝙ firmatũ inuenitur: christi verborum cõpa
ratione vilescit: aut omino nubescit. Et christi
verba ꝓ his omĩbus possidẽt cõplementũ: sup-
plementũ irrogãt: etiã si cũcta ꝑstricta penitus
abolitione pallescerẽt. Ac ꝑ hoc in his q̃ sal-
uatoris dñi verba spreuerũt/leges humane su
persunt: quia diuina christi verba nõ opere cu
stodierunt: Nam custoditio verborum Christi
etiã in agenda humana vita/rege nõ indiget:
iudicem ñõ requirit: forum causaꝝ refutat: nec
ponẽdis tribunalibus locum prestat. Indefi-
ciẽtem christi possidẽt verba virtutem: vt ipsa
sine ceteris bonos atꝙ perfectos mores effi-
ciant: et inter celicos ciues inferant hominẽ li
mo factũ: ad q̃ ꝓfecto nullis aliȷs vnꝙ̃ legit cõ
cessa potestas: necnon ⁊ ad transitoriã vitã im
perturbate ducẽdã/ista oib⁹ aliȷs ademptis ple
ne sufficiunt: alia sine istis penitus non expedi
unt. Que saluator in duodenis annis fari exor-
sus ẽ: ⁊ velut subita coruscatio splẽdẽs ꝑ octo
denum annuz docendi silentio reclusit. Et in
omni tempore quo Christus fari dignatus est
in eruditione humani generis: aut informauit
hominum mores disciplinis celestibus: aut ma
le agentibus penas dignas factis cõminatus
est: aut iuste agentibus premia celestia repro-
misit: aut declarauit sublimia arcana: que imi
tabilia non sunt: que neꝙ promittunt neꝙ cõ-
minantur. Ueruntamen dum mores instruxit
proposuit similitudines: adiecit parabolas: et
simpliciter locutus est diuina: atꝙ humana vi
tia redarguens: et prohibens fieri quod natu-
ralem ordinẽ iusticie turpat: quod veritatis re-
gula vetat: quod se obiectat ad ascensionez in
celum: quod admissum demergit in baratruz.
Et virtutem altipendit in altitudine verbi sui:
quod eo altius quo simplicius ꝓtulit. Qui fari
orsus interrogat in doctorũ medio infra tẽpli
ambitũ superhumane: nõ ab illis/ sed a seipso
situatus: supgrediens aliorum senectutẽ iuue-
nili virtute: quoniã etas perfecta nõ in diebus
sed in moribus est sapientibus preminens. Nã
sapientia vera nõ in humanis/ sed in diuinis:
non in litteris/sed in sensu: non in sono vocis/
sed in silentio sane mentis: non in sermone/sed
in virtute: non in intellectu/sed in actione cõ-
sistit. Idcirco impuber antiquos sapientes in
terrogat: sicut scriptũ est: Et factũ est post Lu.2.
triduum: inuenerunt illũ in templo
sedentem in medio doctorũ: audien
tẽ illos et interrogantẽ eos. non vt di-
scat/sed vt male scios eorum responsione con-
uincat. Quod interrogauerit emisso verbo/
per euangelium scimus. De quo interrogaue-
rit/omnino non nouimus. Proinde hoc dif-
finire autoritate vlla intermittamus: qua quid
interrogauerit/per euangelia probare nõ pos-
sumus. Omnis nanꝙ vera interrogatio ad ho
mines fit per verbum: sed quod ab euange-
lio incertum redditur/ab hominibus nulla ꝑ-
sumptione ꝓ certo reddat. Non autẽ vacat a

magno mysterio ꝙ Christus priusꝗ̄ loquatur interrogat: ꝛ ꝙ scriptura euangelica quid interrogauerit/assertione nulla diffiniat. Interrogat nēpe priusꝗ̄ assertiue loqtur: vt nouerit ex cōfessione quod añ sine illa ꝑnouerat: si animā docibilē theoricā possideret ad doctrinam Non eniꝫ diuinus effundendus est sermo/vbi
Eccl.12 nō est audit⁹. Et scriptura dicit: Ubi nō est auditus/nō effundas sermonē. Interrogat vt ex respōsione recte suscepta regno dei aptos aut ineptos diiudicet respōdētes. Nā omīs interrogatio respōsionē exigit: siue de theorica siue de practica fuerit. Ex quo cōuincit q̄lis fuerit q̇ respōdet. Quod aūt iterrogatio christi certū nō habet articulū/multitudinem causarū atꝗ̄ querele/ quas ad hoīes habet insinuat: ad quā nihil certū et iustū habet/quod audacia humana respondeat. Pro eo autē ꝙ primo loqui ratus incertū sermonē: nō tamen certā interrogationis vocē protulit: incomprehensibilitatē indicat dicendorū/necnon agendorū: quibus nunꝗ̄ facta est aut fiet ꝑ homines equa responsio. Non eñ vite christi atꝗ̄ doctrine/passioni aut morti ab hominib⁹ est in veritate responsū neꝗ̄ possibile noscitur: etiā si omnis sanguis a primo anthropote vsꝗ̄ ad vltimū ꝓ Christo fuisset aut esse posset effusus. Necdū ad altitunē doctrine sue quā incultus/ non polit⁹ sermo decorat/intellectus ascendit humanus.

¶ Quod omnia sunt deo/ et suis preceptis et cōsiliis et operibus posīponenda super interrogatione: secundum Lucam. Capitulum II

Lu.2. Interrogatus aūt a matre quare sic fecerat/dicēte: Fili/ quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus et ego dolentes querebamus te. Quod inscijs ipsa ꝛ patre Joseph in templo remāserat: verbū certū etiaꝫ interrogando respōdit dicens: Quid est ꝙ me querebatis? Nesciebatis ꝙ in his que patris mei sunt/ oportet me esse? Interrogationē quādoꝗ̄ ignorantia preit: sed christo nō insidet. Quesitio vero vel nō est habitorū/ aut effugientiū et perditorū. Quesitio materne virginis et Joseph ex improuisa effugitione christi ꝓuenerat quā christ⁹ aut arguēdo/ aut interrogādo retundit/ cū respondit: Quid est ꝙ me querebatis? Creditis ne me aberranteꝫ? an ꝙ venerim mundū deludere/nō saluare? Scandalū forte ī me patimini? ne forte velut ignar⁹ agendoruꝫ incedā? Est ne incerta ꝑegrinatio mea? Suꝫ ne ꝓfugus super terraꝫ? Purū creditis hominē aberrare possibile? Deitatē negatis vnitam an humanitatē a verbo assumptā? Quē me esse creditis? Ad quid me in mundū venisse cogitatis: si aliud in me ꝗ̄ soluꝫ hominē autumatis? Tu virgo mater que me filiū more materno vocas: sub qua spe aliquē cōcipere atꝗ̄ parere angelo nūciante prestitisti assensū? Nōne sub spe concipiēdi atꝗ̄ pariendi filiū altissimi dei: nō ex homine/sed ex virtute spūssancti? Tu pater Joseph/nōne euangelica oracula suscepisti: atꝗ̄ sepe in somnis affatus ciuiū supernorum/ꝙ id quod sponsa tua gestabat in ventre de spūsancto erat/nō ex humano semine? Si purum hominē creditis: nec mirū si queritis: etenī errat faciliter omnis homo/ nisi dirigat ꝛ protegat deus homo. Deus ex eterno/ homo ex tēpore pleno. Si vero me deū creditis humanitate vestitū: q̇d doletis querēdo: quid queritis ita dolendo? Nā deus errare nō potest: nec sine ratione aliquid minimuꝫ facit. Proinde q̇d est ꝙ me querebatis? An querebatis hūane diuinū? An dolendo ꝛ querēdo credebatis pietati diuine anteferre me velle humanā: vt ꝓpter parentū tristicias que deus pater iubet omittā? Nescitis ꝙ in his que patris mei sunt oportet me esse? Duo patres in tali colloquio sonuerunt: vnde quodāmodo locutio materna confundit. Dixerat virgo patrē quē habebat socium sponsū/nō carnis cognitione maritū. Responderat se christus patrē habere eternū: cuius volita in carne venerat ꝑficere sup terram Illa hominē/iste deū: Illa temporalē/iste per omnia dixit eternū. Illa mortalē: iste ꝓtulit immortalē. Dicit mater iesu sibi: Ecce pater tu⁹ ꝛ ego. Respōdebat iesus: Nescitis ꝙ in his que patris mei sunt. Nō repressit virginem vt diceret: quē ꝓfers non est mihi pater: sed allegauit eternū deū patrē: cuius se filiū esse dicebat. Ecce duo patres diuersimode astant: vnus de tertio/ qui a multis pater credit ꝛ nō est: vnus de superis existens eterne: qui neꝗ̄ adhuc plene ab omnibus creditus est: in cuius ministerijs se Christus asserit occupari. Ad patrem eternum se refert: quia omnis filiatio est a patre. Necnō et moralē relationē facit: cū opportune in his que sunt ab eterno preuisa/ ī carne fit factus obediens. Nō veretur Christus dolores ex carne maternos siue paternos: sꝫ dei patris obedientiā plus attēdit. Preferēdus est deus ꝓprijs parētibus/ quantūcunꝗ̄ illustribus vel honestis. Et hic christus pietatē ꝓ pietate cōdemnat ꝛ reprobat. Et diuinis actionib⁹ postponit humanas: et diuinū omino humano ꝑposuit. Humanū ē tristiciā nō inferre parentibus: ꝛ ipsos cōsolari opus est pietatis. Et honorē ipsis impēdere debitū est iusticie/ iussioꝗ̄ legis. Ubi vero deus aliud inducit/ ab omnibus his absoluit. Proīde ex huiuscemodi christi verbis decretū firmū accepimus: vt cū deus velle aliquid nouimus: ꝙ si q̄ sunt/ cetera omittamus: neꝗ̄ tristicie/ neꝗ̄ lachryme/ neꝗ̄ singultus aut vlulatus/deiectiones aut assumptiones quorūcunꝗ̄ charorū ad id agendū impediant. Nemo tam iustū in carne parentē vt saluator omniū habuit: que in nullo aduersabat diuine atꝗ̄ infallibili volūtati: que virgo erat/ sancta ꝑ omīa erat. Uicerat virtute naturam. Sanctis affectib⁹ mouebat in christū. Int⁹ ꝛ extra morū reprehēsione carebat: quā christus

cũ tristicia atq3 dolore pmisit: tandẽ gladio doloris moriendo affecit: vt eterni patris volita ĩ carne degendo/patiendo atq3 moriendo pficeret. Quis igit ad facienda opera diuina q̃ nouit/q̃ in mandatis accepit/q̃ summa ⁊ eterna veritas cõsulit/charoꝝ affectus obiiciet: aut pietatem inducet humanã/cũ pnouit diuinã? Naz pĳssimũ est impiũ ꝑ vera pietate cõstitui. Respondendi formã his q̃ humane loquunt/christus matri virgini respondendo descripsit. Et humana ⁊ ſm carnẽ sapientib⁹ libellũ obiectionis opposuit: cũ dei placitũ oĩb⁹ agẽdis respõdendo atq3 cõplendo pposuit. Sed opportunitatẽ non ad patrẽ aut ad seipsum ordinat: nihil quippe opportunitate vrgente/sed decente per ipm factũ est ad gen⁹ hũanũ: ꝑ quo necessario ⁊ opportune oĩa in carne fiebant. Sollicitudinẽ suam enunciat: quia nihil ꝑ se aut pro filio/sed ꝑ nobis omnia vult que agit in filio de⁹ pater. Uerũtamẽ moꝝ directiones pordinat christus aut deus hõ: vt dũtaxat illa opportuna inevitabili opportunitate dicam⁹/q̃ deus pater fieri mandat: que facta in eternum subuehunt regnũ: cõtempta vero demergũt ad loca tartarea. Nulla in agendis opportunitas maior q̃ creatori subiectum per omnia fieri: ⁊ sollicitum ambulare in directionibus atq3 iussionibus eius. Nihil tam hominib⁹ opportunũ/q̃ vnusquisq3 ꝑ seipso/per seipm curet deuitare gehennam: atq3 cũ laruali turba ↄcludi: a qua egressus nullus ⁊ mora ppetua. Nulla q̃ppe cogitatio/nulla locutio/nullus actus tam opportune pagit/aut importune obmittit: q̃ quibus salus ꝓpria ⁊ eterna cõquiritur. Quapropter si membra respiciunt que tenellũ etate adhuc loquit caput: sȝ quia deus eternũ/diuina requisita ꝑ mores in intelligendis/amandis atq3 faciendis/penitus magis artant atq3 opportune cõstringunt. Cetera vero humana seu voluntaria sunt: hũana ꝓpter vite necessitatẽ/voluntaria ꝓpter liberam actionẽ. Sed tantũ in his que dei sunt est dilectionis ⁊ actionis sancta opportunitas: in aliĳs vero humane mota voluntas/que semetipsam haberet nisi assit inexcusata necessitas.

¶ De pfecta et totali iusticia/quam christus in carne venerat impletur⁹: secundũ mattheũ tantum. Ca. III

Factus etate perfectus/non tamen virtute: q2 in hac semꝑ erat: eo tẽpore quo etas senaria vergit/excutiens a se incognitionẽ qua mundo celabat/palã fieri voluit: relictis parentib⁹ in galilea/solus vbi ioannes baptizabat aduenit: a quo baptizari oĩno expostulat/noue legis sacramẽta initians: quorũ in se baptismũ primo suscepit: ex virtutis humilitate renitente ioanne/versauice se ab eo tale baptisma debere suscipe asserente: sic christus fa-

Mat.3. tus ẽ. Sine modo. Sic enĩ decet nos implere oẽm iusticiã. Transcendit loquendi vsum/⁊ omnẽ intelligentiam hois supgreditur: q̃ tota ⁊ plena iusticia omnẽ iusticiã sic venerat impletura. Tota iusticia christus est plena atq3 perfecta. Quid ergo restat implendum perfectissime plenũ? Si aũt restat implendum/oĩno nõ plenũ. An ista prefinita ⁊ palmaris sententia/q̃ in baptismate omnis impleat iusticia? Nam si christus subĳciendo se aquis omnẽ impleuit iusticiã: vt nostre redẽptionis debituȝ sit solutũ: ⁊ q̃ per iusticiam filĳ dei in baptismo impleram/recõciliationẽ cũ patre gen⁹ humanum accepit: ad quid desertũ adhuc adĳt quadragenam dieꝝ ieiunio impleturus? Cur se ad diaboli luctam exposuit? Cur adiecit tantã operũ verborũq3 doctrinã? Cur passus est? Crucis mortẽ cur subĳt? Cur sanguinẽ fudit? Ad quid anima eius descendit ad loca tartarea? In admirationẽ atq3 incõprehensibilitatẽ quandã suspenduntur hoĩm intellectus: cũ videat christus asserere/sic omnẽ implere velle iusticiã: si a ioãne immergat aquis: si abluatur elemento fluxibili: si dũtaxat intinguat corꝑe ꝓprio in iordane. Sed ad exilitionẽ ⁊ ꝓpensionem ista verba ꝓtrahũt hominis intellectũ: vt capiam⁹ ex eis plusq̃ cõtinet in syllabis. Postq̃ christus ꝓpter nos hõ factus erat: decebat vt q2 hõ ꝑ opera ꝓpria vite agende preberet exemplũ verboꝝ/adderetq3 doctrinã. Quãobrem dicit: Sic decet nos. Nõ tamẽ dicit/oportet: ne credamus necessitatẽ aliquam christo fuisse dominatã: sed illã intelligamus decentiã/qua verbũ caro factũ ꝑ redemptione nostra in terris degens/mater ecclia ab ipo nouiter initiatã/tendentẽ in superiora monstrabat: quã ipse iusticiã voluit appellare: vt ipse caput cũ toto futuroꝝ corpore subĳciat elemẽtis/intinguat aquis: vt cõtra iniusticiã primoꝝ parẽtũ damnate superbie/iusticia humilitatis obueniat. Quia vero deus erat/cõferebat remediũ: q̃ suo ineffabili atq3 inuisibili mõ visibilib⁹ tradebat elementis: vt fierent sacramenta iusticie atq3 virtutis ꝑ suscipientibus liberandis. Sȝ in huiuscemodi abyssuȝ nõ ĩgredimur/iusticiam a christo impletã ⁊ sacramẽtis noue legis insertam: sed illam sacrã intelligẽtiã ab isto verbo suscepimus: qua christi mẽbra volũtate atq3 morib⁹ sibi ↄformia/omnẽ iusticiã implere suo mõ tenent. His nãq3 virtus sub iusticia militat. Et omne gratũ eterno regi regũ/aut amor aut opus est iusticie. Suadet ⁊ pcipit ipa ineuulsibilem amorẽ in deũ ⁊ in ea que sunt eius/⁊ in illa q̃ mandauit diligi sancto mandato. Iubet vero penitus illa opa fieri/q̃ decet primos aut secundarios ꝓfessores: ꝑut se offert possibilitas ⁊ edicti necessitas. Sed oẽ quod in euangelio negatiue pcipitur: aut omne quod prohibet/exceptionẽ nõ recipit corde/neq3 corporis actu: etiam si mens intẽtata sequeret. Que vero tradunt assertione specifica/corde nunq̃/corpore interdũ exceptionibus gaudent. Ac p hoc cũ christus se asserit omnẽ iusticiam ꝑ decentiã impleturũ/futurum corpus ipse cõpellat: nec se pter corpus futurum enũciat. Plurali enim numero se posuit quod in aliqua euangelĳ parte simile genus lo

quendi nunq̄ reximus. Sed ꝓpter corp⁹ creā-dū de nouo ꝑ gratiā ⁊ membra in virtute nascē-tia/coherentia sibi: christus tali loquendi genere fatus est. Sic decet nos implere omnē iusticiam. Nec solū referant hec ad christū ⁊ ad solum ioannē: sed ad christū ⁊ ad corpus sibi denuo coaptādū. Quā christo in se implente: qui factus est nobis a deo tota iusticia: per quam ⁊ nō aliter salui fieri poteramus: subsequētia mēbra q̄ saluanda erant/sic omnē iusticiā virtutis ⁊ operis impleuerūt. Nulla nāq̧ virtus/aut virtutis actio defuit aut deest ī ecclesia sancta dei: q̄ in multis corde/similiter ⁊ corpe splenduit: et q̄ non aliquibus in corpe / saltē ī corde ꝑfulsit. Nam oībus electis dei hoc est/esseq̧ debet per maxime ꝓpriū in animo/virtutē omnē diligere: quis omnē gestu corpis nō sequat. Et opportune factū oībus cupientibus captare celestia: illi virtuti fieri ꝑ amorē/cui coaptare noluit corpe vel nequiuit. Sic enim impleta est omnis iusticia in mēbris sequacibus saluatoris: quoniā in corpe vero mystico fuit virt⁹ actusq̧ virtutis. Et tam ꝑfecte in ecclesia omnē iusticiā inuenimus impletā: vt etiā ꝓ deuitandis vitijs tenendaq̧ virtute oīa sunt tormentoꝝ genera tolerata. Singuli vero ad supnam ciuitatē ex predestinatione tendētes / sic omnē iusticiā impleuerūt vt mēte pariter ⁊ corpe: si vero nō corpore/syncera mente ad omnes virtutes amore indissolubili atq̧ inuincibili sunt facti. Corpe sine mente nunq̄ ⁊ nusq̄ fuit aut erit omnino impleta iusticia.

¶ De forma vincēdi aduersariū: quā in tribus tentationibus sathanicis christus omnibus ostendit. Et de primo verbo tentatori obiecto: secūdū Mattheum et Lucam. Ca. IIII

Peracta quadragena deserti/ tria verba tentatori tradidit in responsum. Primū siquidē suggerenti lapides panes fieri/virtutē diuinā ad hominū saturitatē atq̧ vitam/nō panē solū apposuit: qui respondēs di-
Mat.4. xit: Scriptum est: Nō in solo pane vi-
Mar.3. uit homo: sed in omni verbo quod ꝓ
Lu.4. cedit de ore dei. Autoritate sacre scripture
Deu.8 vtitur: nō hūana rōne. Idcirco ip̄am male suggerenti opponit primo in cōgressu: nec de nouo responsionē fingere voluit: ne responsio notaret in crimine: aut prisce legi asseuerare contrarium/aut sibi nō fieri vniformis. Non in solo pane viuit hō: q̄ nō solū ex corpe aut ex carne cōpositus est: sed ex anima que alitur nō corruptibilib⁹/nō materialib⁹ reb⁹: sed corrumpi nescijs ⁊ a materijs alienis. Panis materialis carnis substantiā fulcit: verbū dei animam reficit. Panis noīe intelligit oē quo alit corp⁹: nomīe verbi dei oē quo vegetat inuisibiliter inuisibil anim⁹. Vita panis cū oīb⁹ sensibilib⁹ est cōis: vita q̄ spūs viuit/tm̄ rōnabilibus adest. In vita panis boni ⁊ mali pticipāt: vita verbi dei ꝑ fidē tm̄ bonis adiūgit. Si vero ad christū solū sua verba referunt/hō ⁊ deus erat: q̄ dūtaxat nō viuebat ex pane/imo nec pane indigebat: etiā in terris degens ⁊ viator existēs: quis ad insinuationē veritatis assumpte carnis/ nō ad necessitatē vt hō comederit. Distinxit porro iesus vtriusq̧ hois vitā: ⁊ q̄ vna ꝑter aliā/nō altera preter reliquā toti cōposito pōt prestare alimēta viuendi: ⁊ q̄ vita gratie superfertur vite nature. Proinde dixit solerti verbo: Nō in solo pane viuit hō nō caro: q̄ caro ꝑter animā/⁊ ꝑter carnē anima nō est hō: quis in scriptura totū aperte dicat. Vita igit humane carnis est anima. Illa vero q̄ ore sumunt/sunt alimēta ⁊ nō vita. Vita siquidem anime nō est caro/neq̧ aliquid corpale alimentū: sed sic facta est/vt etiā extra corpa posita nō careat vita: nō ex natura qua creata est/s; ex eo q̄ sic creata est: videlicet vt deus sic faciat illā viuere in corpe/priuatāq̧ corpore. Et prout quod corpus facit viuere/oē corpus ꝑcellit: ita quod anīe iugē infundit vitā/omne spūale ꝑcedit. Corruptibile corpus hois ex corruptibili alimēto fouet: incorruptibilis spūs incorruptibili vita viuit. Corpale alimentū ꝑstare anīe vitā nequit: vita qua vere aīa viuit/pōt ⁊ corp⁹ sine alimētis corpalib⁹ sustentare: vt valentius sit omne illud quod in nobis agit ꝑ gratiam/q̄ oē quod agit ꝑ naturā. Et multa de hac recte exempla nobis tradit antiqua memoria: q̄ ꝑter oēm nature potentiā atq̧ etiā vsum multos inuenimus aīa existente in corpe sine alimento corporis/anīa ⁊ corpe incolumes ꝑmansisse: vt moysen ⁊ heliā quadraginta diebus: ⁊ multos post christū ad similē ꝑuenisse mensurā. Et vera quedā paulo ante gesta nunc referā. Iuuenis q̄dam sedecim annoꝝ repertus est/q̄ hanc gratiā a domino meruit: vt sumpto tantū omni die dominico christi corpe/reliquū totius vite tempus sine corpali alimēto trāsigeret. Et ne diabolica crederet illusio/ad omnē virtutis experiētiā adductus est: ⁊ repertū est christi gratia q̄ corp⁹ illius omni pulsa deceptione/sine corporali alimento vita cōmuni qua viuūt edentes ⁊ bibentes/innocua existente natura posse subsistere. Unde prius tota vita hois nō est panis: sed gratia inuisibilis verbi dei. In rememoratiōe beneficioꝝ dei quā moyses fecerat israeli trans iordanē in solitudine tēpesta: huius sentētie figura ⁊ similitudo ꝑcessit. Dicebat eīn de deo moyses populo: Afflixit te penuria cibi: cibum dedit manna quod ignorabas tu ⁊ patres tui: vt ostēderet tibi q̄ nō in solo pane viuit hō: sed ī omni verbo quod egredit de ore dei. Affligebat nēpe de⁹ populū quē eduxerat de egypto/penuria corporali: eoꝝ sc; q̄ artis hūane ꝑitia in vsum hoim sūt atq̧ illaꝝ rerū esibilium q̄ sponte nascunt. Sed nec ip̄m pplm expugnari ꝑmittebat inedia: qn ei plueret māna de celo/ insolitū atq̧ icognitū a mūdi origine cibū. Cui⁹ penurie atq̧ superne ꝯcessiōis causa subrogata est: cū moyses poplo suo dixit/vt ostēderet tibi q̄ nō in solo pane viuit hō: sed in oī verbo quod egredit ab ore dei. Vo

lebat eñ deus populũ illũ rudẽ instruere/ꝙ nõ in solo pane vita homis est. Et qm̃ oĩa in figura cõtingebãt/altius pensanda sunt verba. Duas qppe oportet ꝑintelligere vitas: vnã agendã/alterã expectandã. Bipartiꝛ etiam agẽda in illã q̃ diuinis speculationibꝰ tm̃modo seruit: et in illã q̃ in manifestis atq; corꝑalibꝰ actionibꝰ satagit. Illa vita viuit inuisibiliter oĩs aĩa deo dicata: q̃ tm̃ diuinis verbis pascit: ⁊ educat super mẽsam celestiũ secretoꝝ/inuisibiliũq; virtutũ: ⁊ semꝑ meditat verbũ increatum/ quod eterne a patre ꝓcessit: ⁊ reflectit ⁊ recogitat verbũ icarnatũ/quod ab eodẽ patre eterno ꝓcedens/carnẽ vitãq; in plenitudine tẽporis induit: ⁊ sedulo ⁊ iugiter in seipsa cõtuendo reuoluit quod fecit viuens: quod impleuit moriens: quod resurgẽs ꝓ nobis fecisse oñdit: quas mansiões in celũ ascendens vere credentibꝰ ꝑparauit. Istud ẽ verbũ absconditũ/quo in absconso nunc hõ interior alit ⁊ fouet: ⁊ ex quo ad vitã imortalẽ vbi semꝑ viuit ꝑuenit. Nõ est vera vita/q̃ delectationibꝰ caret internis. Viuunt etem̃ bestie sensu corporeo ⁊ corꝑalibꝰ alimẽtis: sed rõne priuata interna ⁊ supnaturalia bona non norunt. In q̃ similitudine viuũt oẽs diuinoꝝ bonoꝝ delectatione carẽtes. Unde vita delectabilis nõ est in pane/sed in verbo dei: quod nõ ꝑcipit aut sentit corporeus sensus/sed inuisibilis ⁊ interior spiritus. Est aũt verbũ dei nõ solũ illa ꝑsona terna existens ab eterno in vnitate diuine substãtie: seu q̃ ad nos ꝓcessit in tꝑe: sed omne quod aĩaꝫ rõnalem instruit/dirigit/iure delectat/a visibiliũ delectatione suspendit: quod tm̃ reddit amicis/tuet a sathana/⁊ in supna defigit. Sed verbũ dei pascẽs interne rõnem rõnabilẽ hoĩs mẽte/etiã dirigit in exterioribꝰ actionibꝰ corpus: ⁊ quodãmodo actiuã cõtẽplatiua ꝑcedit vita: ꝙuis in ꝑfectione posterizet. Non em̃ esse posset actiua iusta/⁊ ordinata/nisi ꝑcognosceret dirigẽs verbũ: quod mẽte cõspicit/anteꝙ actio purgat. Que tñ actio iusta vita est rõnalis anĩe: prout delectatio aĩe nascit/cũ diuina iussa implentur. Et mandata dei vita eterna sunt: q͛ in illaꝫ agentẽ impigre introducunt/in q̃ viuendũ: non tamẽ intromittit cibus/qui vitam corporalem hominis fulcit.

¶ De verbo secundo christi tentatori obiecto: secundũ Mattheũ et Lucam. Capitulum V

Matt. 4. Luc. 4. Deu. 6.

SEcundũ verbũ quod saluator dixit improbo tentatori/cũ detulisset euꝫ supra tẽplũ/fuit: Scriptũ est: Nõ tentabis dñm deũ tuũ. Magna ꝑrogat nobis ab insidijs ⁊ fallacijs diaboli euadendi forma: cũ christus male sollicitatus ab eo/sacre scꝑture testimoniũ sibi opposuit. Cui si diligẽs intelligentia ꝑstaret/nihil doli habẽt etiã acutissimi demones: quod scripture veritas non refellat: nec tã alta deceptiõis argumenta seu numerosa ad subuertẽdũ aĩas possent adinuenire maligni: ꝙ ad effugiẽdũ maiora seu plura nõ cõcesserit bonitas spũssctĩ. Habet scriptura sacra q̇d deceptiõibꝰ fidei opponat: hꝫ vnde repprimat spei altissime subuersores: hꝫ q̇d obijciat emulꝰ charitatis: habet vnde oĩm virtutum insidias noscat: habet vnde detegat pedicas p̃cõꝝ: habet vnde sciat vbi sit sathanica sedes: habꝫ vnde resistat demonuꝫ feritati: habet vnde leonis rugitũ audiat: habet vnde caueat ipsiꝰ caudam draconis: habet vnde deuitet ipsiꝰ blandimẽta serpẽtis. Eiꝰ luminaribꝰ ductꝰ semetipm agnouit: vitioꝝ ꝑpendit introituꝫ/egressumq; virtutũ. Et virtutẽ cũ ingredit aut regredit nouit: et vitiũ cõspicit cũ aufugit. Docet ipsa cuꝫ hoĩbꝰ ꝯuersari: interdũ secedere. Et mensurã atq; modestiã oĩm reꝝ docet. Frustra sibi de q̃cũq; alia facultate blandit/si nõ nouit ip̃e diuinã. Et incassum capit lucta cõtra inuisibiles ptãtes ⁊ fragilitates ꝓprias inherentes: nisi ex his q̃ sacra scriptura determinat. Et supba mẽte attollit/q̃ si nouit illã/dedignat inducere: si ꝟo nõ nouit/si nolit ad illã in mẽsura sue capacitatis intẽdere. Proinde tota mẽte curramꝰ in illã/ ⁊ obseruemus ad lucidissimas portas eiꝰ: ⁊ pulsemꝰ ingredi in atria sancta eiꝰ. Ecce saluator omniuꝫ christꝰ potẽs diabolũ sola volũtate aut vno verbo ꝯterere: sed nec fecit: vsus est aũt ad suã calliditatẽ reprimẽdã testimonio scripturaꝝ: scriptũ est dicẽs: Nõ tẽtabis dñm deũ tuũ. Iure certãdũ est/nõ potẽtia seu tergiuersatiõe fugaci: ⁊ ratiõe/nõ clamoribꝰ est vincendũ. Opponit scripturã christꝰ suggestiõi sathanice/q̃ sibi ꝑsuadebat ruinã: Quis quod diabolus dicebat/sine sue lesiõe potuisset christꝰ efficere. Sed q͛ tentabatur vt hõ ꝑ scripturã sacrã dedit respõsa tentãti: excusans se/q͛ nec deũ suũ debebat ip̃e tentare. Tentat sepe deꝰ dãno tentantiũ/cũ data virtus nõ exit in opꝰ: sed expectat deꝰ vt agẽda ꝑficiat. Dis tẽtator ꝓbare credit quod tẽtat: ⁊ ꝑ experientiã in cognitionẽ venire tẽtati. Cur ergo intantũ ꝑsumit hũana audacia: vt velit tentare oĩpotentẽ deũ? Probauimꝰ ne oĩpotentiã eiꝰ? Sane mũdo inotuit cũ oĩa creauit ex nihilo: cũ inesse ꝓduxit substantias separatas: cũ magna ⁊ celestia corꝑa ꝯdidit: cũ incorruptibilẽ lucẽ et incõtaminabilẽ fecit: cũ mari terminũ dedit: cũ cete grandia intromisit: cũ terrã impleuit varietate viuẽtiũ: cũ cũcta tam nobilibꝰ differentijs ꝑsigniuit: cũ aĩam vniuit ad corpꝰ. Quis enim enarrabit ꝑ opera oĩpotentiã creatoris? Quid ergo tẽtat oĩpotẽtia eiꝰ: cũ oĩa q̃ velit possit efficere: cum nihil velit quod plene nõ possit: nihil possit quod nõ velit? Si ꝟo ideo tẽtabimꝰ vt eiꝰ sapiẽtie velimꝰ aliam exꝑientiam ꝙ dederit inuenire/cornibꝰ vanitatis ⁊ supbie vẽtilamur: nã ip̃a creature diuersitas satis clamat/ꝙ eiꝰ sapie adest infinitas. Et si q̇spiã ad seipm ingressus discuteret/resiliret a tẽtatiõe sapie sũmi dei: qm̃ ip̃a ꝯnexio aĩe ⁊ corpis/⁊ insita potẽtia vtriusq; dei sapie arguit infinitatẽ: cũ nemo in hoc mũdo degẽs reperiat/q̃ semetipm apprime depꝛhẽderit ꝓpter admirabilẽ amorem spũs creati ad

creatū corpꝰ: ⁊ ꝓpter aīe trinā virtutē/q̄ sup̲ oīa
creata p̄terq̄ sup̲ angelos p̄minet: ⁊ ꝓpter vim
sensualiū instrumētoꝝ/ q̄ cōprehēdunt obiecte
forinsecus q̄litates. Ceteroꝝ v̄o diuersoꝝ ad in
uicē miris modis facta cōnexio/diuinā sapiētiā
infinitā esse ꝓclamat. Et ordinatꝰ ⁊ infallibilis
sup̲celestiū ꝓcessus corpoꝝ/totiusq̧ nature mo
dulatio ⁊ diaphania ⁊ successio atq̧ progressus
vniuersi pulchritudo: quā particularis turpitu
do nō turpat: studiosa ⁊ iugis gubernatio vni-
uersi: diuīe sapiētie infinitatē singillatim ⁊ ī cō-
centu suo mō fatent. Quo igit mō tētabimꝰ et
ꝓbemꝰ infinitā sapiētiā dei? An erūt istis poti-
ora fienda q̄ facta nō fuerint: vt in eius nouitiā
ex̲piētiam veniamꝰ? Sed si q̄rimꝰ etiam his ma
iora fidei ꝓcessibꝰ inuenimꝰ: ꝙ spūs increatus
ad spm̄ ⁊ corpus creatū ineffabili mō atq̧ inse-
parabili sit vnitꝰ. Pelagus nēpe subuersionis
nauigat/q̄ deū in sua sapiētia tentat. Sed forte
an bonꝰ in seipso seu ad nos bonitate ferat tē-
tare placebit. Merito dixerim ꝙ hoc denuo tē-
taturū siue tentantē nisi digne peniteat/eterna
flāma cremabit: cū oīa inuisibilia ⁊ visibilia/su-
percelestia ⁊ celestia ⁊ subcelestia dei bonitatez
sempiterne atq̧ ab eterno manentē/suis vocibꝰ
clamēt. Et ꝙ ad nos inretrotracta bonitate re-
fert/oīum reꝝ collatio/vsus rōnis ⁊ corp̲is am-
ple susceptꝰ/⁊ ipsa verbi eterni ꝓ nobis facta ī
carnatio ꝓtestant. Sed nec ludibriose tētādus
est deꝰ/aut iactare se in p̲icula licet: vt p̲ huiusce
modi scire velimus/si curā sedulā nr̄i gerit. Ni
hil nāq̧ deꝰ frustra hoībꝰ contulit/vt inexperte
marcescat: sed si q̄ nobis a deo donata et acce-
pta nouerimꝰ: ꝓut in nobis est ⁊ ordo agendo-
rū expostulat/ꝓferamꝰ ad actū. Semp̲ deū tēta
re ꝯuincit q̄ quod habet/remittit: ⁊ in agendis
tētat intēdere quod nondū p̲fecte suscepit. Ten
tat deū q̄ habet humane q̄d faciat diuina conq̄
rēs. Tentat prsus iter hoīes degēs/ab ip̄is va
lēs ī expediēdis fulcimēta suscip̲e/ si q̄rit angeli
ca. Nūq̄ debēt ad q̄ppiā p̲agendū adesse diuina
si hūana sufficiūt: nūq̄ angeli vbi sane sufficiūt
hoīes: neq̧ sup̲na/vbi inferiora sunt p̄sto. Defe
ctu em̄ dūtaxat eoꝝ q̄ a nobis sunt/ista subueni-
unt. Jure igit christꝰ ruinā suggerenti per scri-
pturam r̄nderat/dn̄m in ruina huiuscemodi nō
tentare: cū climax ascensiōis in locū ⁊ descēsio-
nis adesset. Tētat plane deū/q̄ quod est tm̄ na-
ture officiū/p̲ artē: ⁊ quod solū est artis/q̄rit effi
cere p̲ naturā: ⁊ quod est hax/p̲ sup̲naturalia si-
ue per miracula petit. Tētat deū/q̄ de seip̄o du-
ce curiositate p̄sumit: ⁊ expetit aut credit ab eo
fieri/quoꝝ effectꝰ nullus est fructꝰ. Nō deus est
tentandus: q̄ nulli ⁊ in nullo deficere potest aut
nescit: nisi sibi hō deficiat. Ad q̄d ꝓbandus est?
Ut q̄d de ipso nouā experientiā q̄rimꝰ? Merito
1.Co.10 ergo dicebat apl's: Tētatio vos nō apprehēdat
nisi hūana. Semp̲ em̄ in periculū vergit diuina
tētatio. Probet ⁊ tētet semetip̄m hō: ⁊ hominē
hō: sed nō vt trahat ad vitia. Deū v̄o tētare nul
lo mō precogitet: nam p̲ os dauid de ppl'o isra-
elitico dn̄s oīpotens cōquerebat: ⁊ p̄monebat
posteros ne incurrerēt pctā prioꝝ/dicens: Ho
die si vocē eius audieritis/nolite obdurare cor-
da vestra: sicut ī irritatiōe seu in acerbatiōe p̄m
diē tentatiōis in deserto: vbi tētauerūt me p̄res
vestri: ꝓbauerūt ⁊ viderūt opera mea. Cōqueri
tur deus ꝙ a patribꝰ antiq̄s tentatus fuerat in
deserto: sc3 vtꝝ posset q̄ ipse ppl's volebat effi-
cere: ⁊ tentantes ꝓbauerūt/ꝓbātes viderūt ma
gnalia facta sua. Et alia scriptura psalmoꝝ di-
cit: Et tentauerūt deū ī cordibꝰ suis: vt peterēt
escas aīabꝰ suis. Et dixerūt: Nūq̄d poterit deꝰ
parare mēsam in deserto? Nunq̄d ⁊ panē pote-
rit dare/aut parare mēsam populo suo? Et sta-
tim sequit: q2 opera eiꝰ miro mō viderūt. Et mā
dauit nubibꝰ desup̲: ⁊ ianuas celi ap̲uit. Et plu-
it illis māna ad manducandū: ⁊ panē celi dedit
eis. Panē angeloꝝ manducauit hō: cibaria mi
sit eis in abundantia. Et pluit illis sicut pulue-
rē carnes: ⁊ sicut arenam maris volatilia p̄na-
ta. Abhorrebat deus ab hoībꝰ quoquo mō ten-
tari: qm̄ ipse illi populo multa mira premiserat
⁊ fecerat magnalia nō quesitus: in egypto p̲ pla-
gas: ⁊ in mari rubro submergendo insequentes
populū pharaonis: in subuertendo currꝰ ⁊ ro-
tas: in columna nubis ⁊ ignis: ⁊ ī multis signis
⁊ ꝓdigijs q̄ fecerat in deserto: infidelitatē illi
populi arguebat crebra vel vna tentatio: cū ip̄e
preueniret opportunis subsidijs atq̧ remedijs
eoꝝ precibꝰ nō preuentꝰ. Porro detestanda in-
fidelitas est/q̄ velut amicū nouū tentare p̄su-
mit deū eternū. Quanti aūt deū tētare nouimꝰ
esse periculi/scriptura subseq̄ns manifestat: cū
exaudiēs tentationē effundit indignationē. Ad
huc esce eoꝝ erant in ore ipsoꝝ: ⁊ ira dei ascēdit sup̲
sup̲ eos: Et occidit pingues eoꝝ: ⁊ electos isra-
el impediuit. Nec nō ⁊ oēm illam multitudinem
de egypto egressam/in deserto morte ꝓstrauit:
vt nullus terram ꝓmissiōis adisset preter iosue
⁊ caleph: q̄ nullo pacto dn̄m in aliquo tentaue-
rūt. Et mirū ꝙ ducē tanti populi sc3 moysen in
deserto peremit: q2 iam in parte diffisus prior
dn̄m ipse tentauit: silr ⁊ aaron q̄ sacerdotio il-
lo populo primo fungens etiā interemptus est.
Duo em̄ vitia populū illū sequestratum ab egy
ptijs in illa vasta solitudine semper vexabant: q̄
intantū peiora/quo recte atq̧ īmediate fereban
tur in deū: murmuratio sc3 ⁊ tētatio/q̄ vicissim
se generant. Nā cū murmuratio sit ex nō habi-
tis aut ex habitis cruciatibꝰ molestoꝝ: tentatio
nē generat ad experiendū vtrum habere possit
quod placet: aut remouere quod displicet. Ten
tatio cū nō exaudit/ad murmurandū ipsa regre
dit: nec est finis aut concordia in maledictione
istaꝝ. Ex his q̄ mala sequāt apl's nō tacuit: cau
telā ceteris preferēs. Neq̧ tentemꝰ christū sicut
q̄dam eoꝝ tentauerūt: ⁊ a serpentibꝰ perierunt.
Neq̧ murmurauerītis sicut q̄dam eoꝝ murmu
rauerūt: ⁊ perierūt ab exterminatore. Ecce vin
dicta oīa iustissime vlciscentis: ꝙ tentātes deū
subiacuerunt serpentibus: murmurantes vero

angelo ferienti: vt eo turpius credatur esse cōmissum/quod turpioribꝰ subijcit ad vindictam.

¶ De tertio verbo tentatori obiecto secundū mattheū et lucā. Ca. VI

Tertium aūt verbū cōtra idolatriā ipsi diabolo improbe suggerēti respōdit: Scriptū est: Dominū deū tuum adorabis: et illi soli seruies. Ecce humilitas dñi saluatoris: ecce iusta concertatio redēptoris: q̄ se sacra scriptura tuetur: ⁊ ipsam velut lucē in rñsionibꝰ anteponit. Et ne videatur ꝓpter nouitatē vite atq; doctrine dissonare a precedentibꝰ primis: scripturam veterē inducit ꝓ sequētibus ceteris: vt ille idē esse credatur qui ꝑ euangeliū loquitur/⁊ q̄ in moyse locutꝰ fuerat ⁊ ꝓphetis. Ter in hac cōcertatiōe euangelium refert christū dixisse/scriptū est: tanq̄ q̄cq̄d sit in diuina scriptura/sit a trinitate dissertū. Sz nec sacra scriptura tm̄ ordinatur in characteribꝰ ⁊ sulcationibꝰ lrāꝝ: vt inde sit scripture autoritas ꝙ sit scriptura in pagellis: sed ex eo ꝙ exarata est ī lumine veritatis. Et nihil scriptū exaratumq; literis in sacris voluminibꝰ inuenitur/quod a diuina potētia ⁊ sapiētia nō fuerit ab eterno prouisuz/ex tēporeq; firmatū. Proinde scriptū est/cū de diuina scriptura dicitur: nō est ad chartas siue mēbranas/seu ad elemēta scripture in quocūq; fuerint impressa calamis siue stilo referendū: sz ad id quod sic fuit ab eterno ꝓuisum atq; firmatū ꝓut in tēpore prefinito extitit scriptū. Neq; fas est credere ꝙ tēpus siue ars scribēdi diuinis edictis atq; sentētijs autoritatē aut robur contulerit: sed deus eternus q̄ eterne preuidit/in tēpore reuelauit: atq; ꝑ hoc diuina edicta ⁊ consilia ⁊ q̄libet theorie nō ideo vera sunt: nec suā autoritatē inde sortiuntur q̄r scripta sunt: sed quia vera sunt ⁊ irrefragabilia/ideo scripta fuerūt: qm̄ sunt ab eterno firmate siue ꝓuise: in tp̄e ꝟo ꝓut successit ordo etatis impositꝰ reuelate. Et in hoc cōsistit sacraꝝ palmaris autoritas scripturaꝝ. Quamobrē saluator tentatus vt hō/ in argumentū sue defensionis scripturā sacrā assumit: q̄ oīmodo potuisset aliter reijcere tētationē. Sed nouerat ꝙ secū diabolus tanq̄ cū homine decertabat: q̄uis de ipso supra oēs homines multa suspicaretur: ideo malicie sue/scripture sapientiā atq; sententiā opposuit. Cui diabolus amplius nō obiecit: nec nitebatur illam diuertere/aut quōlibet impugnare: nec tergiuersabatur ab illa quā bene nouerat esse diuinam atq; eternā/q̄uis moysi tēpore reuelatā. Magna ꝓfecto est scripture sacre authoritas: cui demōes reuerentiā exhibēt/impugnare nō audēt: q̄ mētes ⁊ rōnes omniū suo imperio soluit ⁊ ligat: ꝓut sibi assentiūt/siue ab ea ꝓpa directiōe dissentiunt. Quam vim in se cōtineat demoni obiecta scriptura/ꝑspicaꝝ hominū intellectꝰ aduertat. Adorationē impudens diabolus exigebat a christo/tanq̄ ab homine quē esse dei filiū ignorabat: ⁊ actionē soli deo exhibendam/atq; sibi eterno iure reddendam in sui causam cōuertere satagebat. Hec em̄ ab initio malicia eius est: ꝓut ab initio diabolus peccat. Cui christus eternam veritatē in tēpore ostensam/⁊ hominū insertā memorijs obicē fecit/dicens: Dñm deum tuū adorabis: ⁊ illi soli seruies. Quod eterno iure cōpetit creatori/tēporali ratione alicui creature cōuenire nō potest: ⁊ quod solū est de iure diuino/de angelico vel humano/aut de quapiam creatura fieri nūq̄ potest. Porro adoratio quā damnatꝰ diabolus christū exhibere sibi monebat/deo eterno iure cōpetebat eterno: ⁊ diuini spūs/nō angelici aut humanitatis est iuris. Et velut diuinū numen a christo hoīe sibi exhiberi quod diuini numinis est/diabolus hortabatur. Nec nō ⁊ illam seruitutē soli deo debitaz/q̄ latria dicitur: raptor saltē voluntate diuinoꝝ exq̄rebat a christo. Unde christus dixit: Et ipsi soli seruies. In hoc siq̄dem adoratio ⁊ seruitꝰ differre videntur/ꝙ adoratio sit in credulitate: seruitus in actione. Adoratio in intētione: seruitꝰ in opere. Nec quisq̄ me mordeat/si cōmunes non sequar in hac ꝑte doctores: si latinā dūtaxat vereor linguā/in quā nostri ꝑdecessores euāgeliū transtulere: sequens adorationis eulogiū/ꝑter mittens oīno grecū siue hebreū. Angit em̄ me nō ꝙ christus diabolo denegauit: sz ꝙ soli deo cōuenire respondit. Nec me mouet ꝙ christus dixerit ante q̄r scriptū est: sed q̄r sic palmariter cōstat/ꝓpter quod scriptū est. Parat aūt mihi ꝓinde materiā disserendi: quoniam hebrea lingua siue scriptura similiter ⁊ greca latine/nō tamē viceuersa in diuinis sermonibus seruierūt. Nā oīa eloquia dei ante christi aduētū per scriptiones hebraicas ⁊ hebraice primo innotuerunt. Euangelium aūt per mattheū in hebreo/per tres reliquos euāgelistas in greco ī radijs sue veritatis infulsit. Deinde ꝑ idoneos interp̄tes in linguā latinā illuxit. Proīde ꝓseq̄r quod lingua latina tenet/non discrepans ab ea vnde translatū est. Et plerisq; minus debito linguam latinā honorāt: cui fere oēs vim vocabuloꝝ infundūt/prout hauriunt a puteis hebreis/aut bibūt ex fontibus grecis: vt nec velint aut nesciant multa vocabula diuinaꝝ scripturaꝝ ƀm latinam linguā disserere plene: nisi ad interpretationis originē reuertantur. Adoratio accessus ē rationis siue orōnis. Haꝝ q̄dem accessus habēt fines proprios constitutos: vt ratio ne fallatur/oratio vt quietetur accedat. Harum profecto vnum in veritate infallibili: alterum in beatitudine interminabili reperitur. Hec penitus q̄ in deo inueniri non possunt/a nemineq; conferri. Seruitus vero pro his digne preterq̄ deo alicui non debetur: ⁊ incassum tenderet si exhiberetur: etenim neq; sequeretur adeptio. Proinde saluator omniū christus cum diabolo dimicans eterna iura producit: posteros monefaciens ne quantalibet subreptione fallantur: ne quēpiam adorent preter vnum veꝝ ⁊ solū oīm deū. Nam dūtaxat de ipso per psalmistam dicitur: Accedite ad eum ⁊ illuminamini: ⁊ facies vestre Psal. 33

nō cōfundenť. Quem igiť adibit ratio ꝑ lumi-
ne veritatis/nisi ad deum qui veritas tota con-
sistit? Ad quem pulsabit oratio ꝑ fine beatitudi
nis/nisi ad eū q̇ in seipo beatus est: ꝛ beatificat
quos predestinauit? Nam ipse est ꝛ nō alius/ q̇
saluare in ꝑpetuū potest. Et cui pro bonis hu-
iuscemodi seruieť/nisi ei qui valet ista conferre?
Igitur christus diabolū iure cōuincit: soli deo
tribuens adorationē ꝛ humilē seruitutē. Exclu-
sit in ista sentētia dn̄s noster iesus christus oēm
idolatriā cuiuscūq₃ creature: soli deo verā ado-
rationē tribuens ꝛ iusticiā seruitutis. Multi ta
men honores participatione dei/creaturis etiā
impeccabiliter exhibentur: q̇bus nisi partici-
patione dei ꝛ ad ipm facta relatione/crimē eēt
si exhiberenť. Nec legentem cōmoueat ꝙ in ve
teri testamento reperimus actum adorationis
a multis exhibitū/a multisq₃ receptū: sicut iacob
qui esau fratrem suū pronus septies adorauit.
Et multa similia inuenimus. Sed magis irre-
fragabilem teneamus saluatoris sentētiā: qua
discernit solum ꝛ vnum deum esse adorandum.
Ille siquidem veteris testamenti adorationes
aut figure fuerunt: aut deus est adoratus in il-
lis: siue quedā humane reuerentie seu ipsaꝝ ex-
hibitiones extiterunt.

❡ De inuitatione ad penitentiam et ad credulitatē euangelij: secundum mattheum et marcum. Ca. VII

EGressus a deserto saluator/ regressus
q₃ in galileam/ predicansq₃ euangeliū
eterni regni: predicationē a penitentia
Mat.4 exorsus est/dicens ꝺm mattheū: Penitentiā
agite: appropinquabit enim regnuz
celorum. Secundū marcū ꝟo plus additur:
Mar.1. Quoniā impletum est tempus et ap
propinquauit regnuz dei: penitemi-
ni et recedite a malo. Expleta igiť christi
victoria in deserto/eo spū quo accesserat venit
in galileam: ꝛ in eius predicās synagogis a pe-
nitentia exorsus est. Prima em̄ veritas est peni
tentia in his q̇ peccauerunt: ꝛ ad regnum celoꝝ
prior motus ꝛ gradus ascensionis sursum fieri
volentē initians. Nisi quis a peccato suo penitē
do auersus fuerit/ nō initiat itinera regni dei.
Est aūt penitentia pungens cōscientie stimulus
ꝛ dolor insatiabilis in cōsyderatione patratorū
scelerꝝ. Penitentia est displicentia displicentie
dei: quā quousq₃ q̇s nō possederit/ deo placere
nō poterit. Penitentia est q̄ animā in penarum
voraginē cōsyderando immersit: vnde velut de
somno euigilauit ad opposita peccatoꝝ. Peni-
tentia est qua pene teneť anima ne labatur: tene
ret aūt validius efficax virtutis amor. Nā cum
penitētia tantū initiet peccatorē ꝛ volentem ad
honesta reuerti: nō tamē in diuinis theorijs q̇c
ꝙ ꝑfectū habet. Porro quia in doloribus vol-
uiť: dolor ꝟo sicut ꝛ timor nō est in charitate ꝑ-
fecta/sed vterq₃ ab ipa ꝓpelliť: penitētia ꝟo de
virtutib⁹ altissimis gaudet: sed de pctīs infimis
dolet. Eximit pnīa hoīem pctōrem a malorum
gurgitib⁹ cū assistit: velut pedagoga illū ducit i
scholas virtutū: vbi audiunť ꝓlogie diuinaꝝ
reꝝ. Displicētia plagaꝝ ꝛ quorūlibet morboruz
nō est sanitas eoꝝ: aliter cathaplasmari expedit
vt saneť: sic nec penitētia dūtaxat sanat: alia i-
ductio exigiť suꝑ vulnera pctōꝝ. Qui plagatuz
ducit ad medicū/nō intulit sanitatē/sed presen-
tauit: peritus ꝟo huiuscemodi artis recensita-
tē ꝛ antiq̇tatē plagaꝝ aspexit: ꝓfunde consyde-
rās ꝙ faciliter aut difficiliter medicabiles sūt.
Deinde ꝓduxit instrumēta/ꝛ decisiones fecit ꝛ
vstiones ꝺm exigentiā morbi/ꝛ circūligauit ꝛ fo
uit: ꝛ ductor plagati astabat/ꝛ ad p̄ceptū archi
atri angebat si reluctabat/infirmū. Ista typus
sunt penitentie: q̄ ducit inuisibiliter vulneratuz
in locū medicationis: ꝛ detinet ꝛ angit quousq₃
saneť: sanare ꝟo ipsa nō nouit. Non aūt intelli-
gamus in istis eloquijs illā penitentiā/cui⁹ par
tes noui theologi triphariè diuisere: sed illaz q̄
pctōr punctus est ex ipa displicētia mali/ꝛ cōfi-
xus pena doloris: qꝛ separatus a deo/nisi resi-
piscat/est cū demonib⁹ eterna morte dānādus.
Ista siq̇dē ad illā triphariè diuisam ducit/imo
illaꝝ triū ista p̄ncipalior nosciť ꝑs: vt hō cōstri-
ctus mole pctōꝝ suoꝝ/q̄ improbe cōtra deū suo
dāno cōmisit/cōfiteať in toto corde suo: ꝛ q̄ntū
fas est ꝛ posse ꝓ tanto emēdet errata. Sed quā-
tū est posse tantundē oīno est fas: non aūt semꝑ
atq₃ cōtinuo ꝙtum fas/tantū fieri posse contin
git. Uerūtamē vt habilior capiať noticia eorū
q̄ christus dixit/cōtexať ordo verboꝝ. Quoniaz
impletū tēpus/scz ꝓphetizatū: ꝛ plenitudo tem
poris venit quo fili⁹ dei missus erat p̄dicaturus
in terris. Erat impletū tēpus ab eterno p̄uisuz:
in quo p̄dicandū erat regnū celoꝝ ꝛ cōstituēdū
in terra/vt est ecclesia: ꝛ ꝓmittenduz in suꝑis vt
vita eterna. Impletū est tēpus/in quo erāt oīa
in christo restaurāda: ꝺm ꝙ ait apl̄us de deo ad
nos suplato amore loquēs: vt notū faceret no- Ephe.1.
bis sacr̄m volūtatis sue / ꝺm bn̄placitum eius
quod ꝓposuit in eo ꝺm dispēsationē plenitudi-
nis tēpoꝝ restaurare oīa in christo q̄ in celis ꝛ
q̄ in terris sunt in ipo. Nō aūt erat impletio tē-
poris ex ꝑte creatoris/sz ex ꝑte creature ꝑ ipm
in carne redimēde. Proinde postꝙ impletū est
tēpus/ad actū oportet deuenire fienda in tēpe.
Et primū quod iubebat est penitentiam agere.
Actio nēpe iuste penitētie ad quam rōnalē mū-
dū saluator inuitat: nō ad exteriorem hominez:
sed ad interiorem ex toto refertur. Si qua vero
exterius fiunt suasione ipsius: nō penitentia/sed
signa sunt eius. Corrupto mō loquendi exterio
res afflictiōes ꝛ cerimonias subacti spiritui cor
poris penitentiā nominamus. Illa duntaxat in
mente residet hoīs/q̇ in peccatoꝝ suoꝝ displicē
tiā venit. Ac ꝑ hoc christus in deserto aut in to-
ta vita sua penitentiā nullā fecit: carebat em̄ oī-
no peccato suꝑ quo penitētia cadat. Neq₃ ꝟgo
maria ꝛ ioānes baptista penitentiā egerūt pec
catū penit⁹ nō habentes: ꝙuis a christo dispa-
riter. Egerūt aūt ab extra quod erat corꝑis spūi

subingati: quod dr saluator alio loco claro sermone disseruit: Non eñi veni vocare iustos/sed peccatores ad penitẽtiam. Manasses etiam cũ captiuus esset ductus in babyloniam/ꝛ positus sub eneo vase desuper iacto igne/cuius flammis ingrediẽtibus per plura in inferioribus ad ipsius tormentũ facta foramina: orauit ad dñm deum quẽ vltra omnes reges israel ipse contempserat dicens: Et tu deus iustoꝝ non posuisti penitentiam iustis abraam/isaac ꝛ iacob: ꝛ his qui tibi non peccauerũt. Et se peccatorem penitentẽ constituens/dei misericordiã implorabat. Atqꝫ fulget in mente intelligentium: ꝙ penitentia est initium conuersi peccatoris/nõ iusti hominis: que tantũ in interioribus/non exterioribus agitur. Nec angustum est penitentie verbum ꝛ inuitatoriũ eius/nõ vnam gradiꝛ viam: vocat eñi cuiuslibet generis peccatores/aut etiã infideles. Sed qm̃ nihil est penitentia nec ꝑfectũ operaꝛ quicꝗ in salutẽ/nisi credulitas euangelij subsequatur: idcirco cõtinuo saluator adiecit: Et credite euangelio. Credebãt multi moysi ꝛ ꝓphetis: sed nec credulitas ista saluabat: etenim euangeliũ expectabaꝛ: ꝛ tempus erat impletũ quo mundo reboare debebat. Quid autem sit euangelium ad quod saluator credendũ inuitat/alibi diffiniuimus: sed tm̃ modus ꝓbationis innoteat. Multi siqdẽ credũt euãgeliũ: sꝫ nõ credũt euãgelio. Primũ ꝑter secũdũ: sꝫ alteꝝ ꝑter ꝑmũ eẽ nõ põt. Primũ ẽ pluriũ: secũdũ ẽ paucoꝝ. Primũ ẽ omniũ fideliũ: secundũ vo fideliter fideliũ tm̃. Euãgelium credere ꝓcessisse a quo ꝓcessit/ad fidei habitum ꝑtinet. Euangelio vero credere adijcitur ad opera eius: fides eñi sine operibus mortua est. Proinde euangelio credere hoc ẽ quod fieri christiformem ꝛ euang. ipraxen. Euangelio credere absqꝫ reluctatione ꝑdicitur: vt neqꝫ per mores neqꝫ ꝑ rationes sibi relucteꝛ. Ad supernaturalem sciẽtiam se inuitari cognoscat ꝗ ad credendum euangelio inuitaꝛ: etenim supernaturaliter loquiꝛ. Omne quippe duntaxat quod ad credulitatem ꝑtinet siue fidem/a ratione reddibili non tantũ accedente atqꝫ visione recedit: sed et ab illa indigentia qua ꝑ suas diffinitiones ꝛ differentias res cognoscunꝛ ꝛ apprehẽdunꝛ. Creditꝛ/non disciꝛ euangelium. Non ergo saluator dixit/discite: sed credite. Qui credit euãgelio/quieuit a questionibus mentis: neqꝫ laboret inquirere vnde ꝑ rationem improbet improbanda/siue approbet approbãda. Cito etiã credulitas euãgelij euadit quod ꝓuerbialiter diciꝛ: Qui cito credit/leuis est corde: imo nanciſciꝛ vsqꝫquaqꝫ cõtrariũ: quia qui cito euangelio credit/firmus ꝛ constans efficiꝛ mente. Qui non credit virtuti/subiacet infirmitati ꝛ nutans est: qui vero virtuti obedit/ab infirmitate recedit. Et salutẽ eternam euangelium ꝑstat. Nec sibi credens aut ꝑdicãs deberet aliquo rubore ꝑfundi. Hinc apostolus ait: Non eñi erubesco euangelium: virtus [Ro.1] eñi dei est in salutem omni credenti. Non igitur frustra euangelio credere saluator enũciat: si salutem vere credentibus prestat: nec si quam maiorem virtutem habere possit/ignoro: si celo potest inferre credentes. Etiã quid humanũ ꝗuis nõ sit hũanũ/euãgeliũ confert: vt liceat ipm̃ ꝑdicãtibus ex ipo vite corꝑalis captare compendia: vt sit omnino decretũ eterne/diuina ꝛ hũana in tempꝫ ꝓ sola duntaxat necessitate nancisci. Unde apostolus ad Corinthios quandã contẽtionem excerpit dicẽs: Ita ꝛ dñs ordinauit his qui euangelium enunciant/de euangelio viuere: [1.Corin.9.] non aũt ditari aut ex ipso supfluos querere apparatus: sed victum ꝛ vestitum quo sustententur atqꝫ tegantur: quibus contẽti maneant euangelici regni ꝑcones. Et ars sufficiens est ꝛ diuino meritoria iure: vt si nihil aliud manibus operareꝛ annuncians/de euangelio huiusmodi cõmodum capiat. Ipsius eñi meditatio ꝛ doctrina hominẽ diuisum a negocijs querit: ꝙꝙ apostolus Paulus hac autoritate vsus nõ fuerit ꝓpter nouicios in fide: ne videreꝛ euãgeliũ ponere sub mercede. Quãobrẽ dicebat: Ego autẽ nihil hoꝝ vsus sum. Et subdens dicit: Que est ergo merces mea vt euangeliũ ꝑdicans/sine sumptu ponam euãgelium: vt abutar potestate mea in euãgelio. [Ibidē] Agnouerat ꝓtinus apostolus Paulus: sicqꝫ ab oĩbus sentiendũ euangeliũ esse regni eterni: ꝓ quo temꝑalem mercedem nullam querebat: ꝗuis euangelium opportuna humane vite accipe de ipso cõcedat. Nõ aũt credere euãgelio ꝑ obediẽtiam executioni traditam mandatoꝝ penas acquirit eternas: vt etiam ꝑ iusticiã legis ꝛ fidem ꝓphetarũ penitus non euadat. Ex hoc apostolꝰ ad Thessalonicẽses scribit dicẽs: In reuelatiõe dñi nostri iesu christi de celo cũ [2.Thes.1] angelis virtutis eius in flãma ignis: dãtis vindictam his ꝗ nõ nouerũt deũ: ꝛ ꝗ nõ obedierunt euangelio dñi nostri iesu christi: ꝗ penas dabũt in interitu eternas a facie dñi ꝛ a gloria virtutis eius: cũ venerit glorificari in sanctis suis et admirabilis fieri in his ꝗ crediderũt. Ecce qualis gloria credẽtibus: quale suppliciũ nõ credẽtibus euangelio in fine ꝓueniet. Et Petrus cõparans bonos qui patiunꝛ in hoc tpe/his ꝗ patienꝛ eterne: euangeliũ ꝑnotãs/in canonica sua dicit: Qm̃ tempus est vt incipiat iudiciũ a domo dei. Si aũt primo a nobis: quis finis eoꝝ ꝗ [1.Pe.4.] non credunt dei euangelio? Sed qm̃ ad celorũ regnum capessendum penitentia in peccatoribus/ꝛ in omnibus euangelij credulitas exordiũ sunt: causam festine penitentie sic agẽde atqꝫ credulitatis euangelij sine interpositione adiecit dicens: Appropinquabit eñi regnũ celoꝝ. Si eñi regnum celoꝝ ecclesiã accipimuꝛ: in ꝓrimo erat ꝛ quotidie in suo fundamento quod est christus ipsa surgebat ꝑ debitos mores firmanda ꝛ ornanda diuino sanguine: quo ꝛ redimenda: ꝛ tandẽ ꝑ spiritũ sanctũ celitus roboranda ꝛ instruẽda: ad quam nisi ꝑ penitentiã ꝛ credulitatẽ euangelij pctõr neqꝫ ꝑdicator ingrediꝛ. Si vero supnã vitã ꝑ regnũ celoꝝ itelligere volumꝰ: tãtũ appropinꝗbat tũc tẽꝑis ꝗtũ christus ad passionẽ

ꝛ crucis asperā mortē: ꝛ q̄tū festinabat ipse ad
resurrectionē filii ꝛ ascēsionē: qm̄ anteq̄ ipse qui
descēdit de celo / regrederet assumpta carne in
Jo. 3. celū: nemo ꝑisset: quod ipe ꝑdixerat: Nemo ascē
dit in celū / nisi fili⁹ hoīs q̄ est in celo / supple ꝑus
ascēderit. Indignū em̄ est neq̄ dānationē effu-
giēs: q̄ si nobis appropinquat regnum celoꝝ:
q̄ nos non de prope fiamus ad illud. Peniten-
tia fidē in his q̄ deliq̄rūt: ꝛ euāgelij credulitas
in oībus q̄ saluari gestiūt: regno celoꝝ ꝑrimos
facit / charitas pulsat / ꝑseuerantia intromittit.
Penitētia suīpsi⁹ dicit esse cognitio ꝛ pctōꝝ pe
na / cū ꝑ cognitionē in displicētiā venerint: sꝫ ob
sistunt tenebre ne huiuscemodi esse possit vera
cognitio / nisi lucerna euāgelij effugent. Proin
de ad pniāz statim adiūgit euāgelij habēda cre
dulitas: nō em̄ ꝑ rōnes hūanas discit: sꝫ ꝑ fidē
euangeliū credit vt discat. Ecce initia bonoꝝ
operū: ecce ꝑmitie spūs. Assunt exordia sctē vi-
te: vt vera ꝛ firma pnia sit de offensis: ꝛ credat
euangelio ꝑagēdis.

¶ De prima vocatione discipuloꝝ specialiter andree et simonis ꝑ experientiā: secundū ioanē tātū. Ca. VIII

Cum vero iesus fuisset ostēsus a ioanne
discipulis suis: aliq̄ venerūt ad eū sedu
Jo. 1. la ꝛ pia interrogatiōe q̄rētes: Rabbi
vbi habitas? Quib⁹ indiffinita rñsione / sꝫ ꝑ
experientiā saluator ipse rñdit dicēs: Venite et
videte. Mira in his duob⁹ verbis saluatoris
nostri rñsio: qua nō satisfactū q̄stioni noscitur
nec q̄rēti / nisi experiētia q̄rentiū ipsamet apolo
giam inueniat. Sed sic rñdit ꝑut decebat: ꝛ ꝑut
rei cōditio suadebat. Priuatus domib⁹ erat ie-
sus: ꝛ in terris ꝑpriū nō habebat domiciliū ne-
q̄ larem: neq̄ sibi habitationis ꝑprie locū in vr
be aliqua / nec ciuitatē ꝑpriā vsq̄ vēdicauerat:
vt eis posset determinatā in terra sibi ostēdere
mansionē. Sed incertis ipse certus sedibus va
gabat: quod multo ante de ipso Hieremias ꝑui
Hiere. 14. derat dicēs: Quare quasi colonus futurus es
in terra: ꝛ quasi viator declinās ad manendum?
Quare futurus es q̄si vir vagus ꝛ fortis qui nō
pōt saluare? Colonus est qui velut aduena pa-
triā alienā colit: nec firmis aut ꝑpriis sedibus se
det. Colonus erat christus in terra ꝛ viator / ꝑ-
priā nō habēs ciuitatē neq̄ domū: sed declina-
bat quo inuitabat ad manendū. Nam declinat
ad alienas edes / q̄ ꝑ impropriā gradit patriaz:
habēs vero ꝑpriū incolatum inhabitare aut re
gredi dicit in patria. Vagus erat christus hu-
manitate / nō deitate: corpe / nō mēte: habitatio-
nibus / nō morib⁹ neq̄ vita. Et fortis despecti-
ue habebat: q̄ nec seipm̄ aut alios posset salua-
re. Quocirca q̄rētibus vbi habitaret / tale respō
suz dedit: Venite ꝛ videte: vt experimēto ꝑbetis
qm̄ mihi nō est habitatio ꝑpria sup terrā: vt ipa
rei euidētia cognoscatis q̄ nō ad terrena ꝛ per-
functoria sit vocatio vestra: ꝛ in carētia terreno
rū quē seq̄mini cognoscatis esse diuinū. Vole-
bat ꝑtinus christus spem omnē terrene cōmo-
ditatis suis auferre sequacibus: vt solū propter
virtutē ꝛ premia celestia sequerent. Plus enim
debuit mouere audientiū ꝛ sequentiū mētes ad
illam altitudinē fidei / scꝫ iesum esse filiū dei in-
affectio ꝛ carentia visibiliū terrenoꝝ: q̄ miracu
loꝝ patratio. Et in robur fidei ꝛ in altitudinez
ꝑmij ꝑ euidentiā suam a terrenis volebat osten
dere nuditatē: si ꝑpter visibilia nō haberet ipse
sequelā. Altiore intellectu christus ad huiusmo-
di visionē illos interrogantes discipulos inui
tabat: qm̄ diuina ineffabilia sunt sermone / nisi i
mēte aut interno gustu quis nouerit. Proinde
ꝑpheta q̄si lingua enarrando deficeret q̄ sint
ineffabilia facta dei: inuitabat ad experientiam
siue gustū / dicēs: Gustate ꝛ videte / qm̄ suauis est Psal.
dñs: vt quod ineffabile cōsistit affatu / mētis gu
stus inueniat / ꝛ visio intellectualꝭ intelligat. Po
em̄ apli de christo expientia rei ꝛ fidei altitudi-
ne cognouerūt / q̄ ꝑlatione sermonum. Nec ad
corpis aut reꝝ corpaliū visionē / sed intellectua
liū christus volentes sequi eum vocabat. Sed
videre velut cōmune officiū menti ꝛ oībus cor
poralibus sensibus attribuit: vt id quod ad in-
teriores hoīs vires ꝑtinet / q̄si cū oculis sepe vi-
dere dicat: ꝛ quod est ceteroꝝ sensuuz / cōmuni
more loq̄ndi freq̄nter refert ad visum. Pro-
inde cum dicebat christus: venite ꝛ videte: hoc
penitus intēdebat q̄ nō habitaculū ꝑpriū cor-
poris quererēt / quo carebat: sed fide cognosce-
rent ꝛ mēte viderēt q̄ de⁹ ꝛ hō erat: nec sibi op⁹
erat ꝑpria domuncula sup terrā: q̄ terrarum ce
liq̄ factor erat: ꝛ gloria ineffabilis est locus ha-
bitationis eius: ꝛ lucē habitat inaccessibilē: qui
in forma humana siue seruili accessit ad hoīes:
vt hominū ad deū facilis possit esse accessus. To
tos initiabat fore mētales: ꝛ remittebat intro-
sum vt mente viderēt. Nā q̄d illis corpeis ocu-
lis ostēsurus erat / q̄ corpale habitaculū non ha
bebat? Corpus assumptū ipsi videbant: nec sibi
aliud vnq̄ ostēdit: quāq̄ ipm̄ aliter in transfigu
ratione ꝛ resurrectiōe ꝑfecta monstrauit. Alia
ꝑo suppellectile priuabat: eo q̄ aduena erat et
ꝑegrinus: egenus rebus: domibus carens: va-
gus ꝑ alienas edes: nec expediebat oculo demō
strare vt ex hoc diceret: venite ꝛ videte: sed intel-
lectuali oculo volebat esse visiuos. Isto em̄ sen
su alibi psalmista ꝑclamat: Venite ꝛ videte ope-
ra dñi. Ad corpalē visionē reꝝ creataꝝ nō expe-
dit inuitare videntes. Ipsimet curiosi sūt ocu
li ꝛ ad videndum faciles: minusq̄ frenabiles ad
obiectas reꝝ varias q̄litates. Sed ad intelligen
tiā ꝛ internā cōsyderationē psalmista homines
vocat: vt mente intelligant opa magna dei. Ne
cessitas pia cōpellit / vt sequentes christū mente
plus videant: nō enim habet locum in sequela
christi curiositas oculoꝝ: imo ab ipsis ex cōsue
tudine fiat recessus: vt diuina ꝛ omnia que chri
sti sunt / interna intelligētia / fide pura / mēte pur-
gata capiamus. Sane christ⁹ intromittēdo in
illorum animā fidē / diuinum eructuando sermo
nē: mente disponebat illos esse videntes. Veni-

te igit̄ docebo quod q̄ritis: pandā quod ignoratis: ostēdā fidei vestre habitationē quaꝫ q̄ritis. Nil igit̄ restat nisi sequi vocantē: ⁊ in spū nō in corpe fieri: ⁊ ad q̄ vocamur mēte videre. In hoc vocatiōis discipuloꝝ exordio vni ad se venientū dixit: Tu es simon filius ioāna. Tu vocaberis cephas. Nō iterrogatiue ꝓtulit hoc saluator: sꝫ disserēdo quod erat/ a noīe ꝓprio hūc discipulū ⁊ a patna ꝓcessiōe cōmemorās: Propriū nomē obedientiaꝫ: paternū vero gratiā sonat. Obedientiā exhibet hō: deus vero gratiā donat. Neq̄t obediētia iniūcta complere nisi gratia faueat: nec recte icedit/ nisi dirigat̄ ex ipsa. Semꝑ obediētia vera ex traduce fit gr̄e: de generat siq̄dē si nō ex ipsa traducit̄. Nō ꝑdit generositatē si ad illā iura filiatiōis obseruat: ⁊ nimirū ꝙ vna generat aliā/ ⁊ vtrinq̄ multiplicantur: velut si filia generosa ꝑsistēs matrē faceret amplꝰ esse matrē/ imo maiorē matrē: ⁊ ipsa mater filiā maternis affectibus plus astringat. Et vtriusq̄ merito deuenit̄ in caput: vt appellet̄ cephas: a tali parēte traductꝰ ad mysteriū cephalitatis ecclesie. Predestinatꝰ fuerat iste discipulus: ⁊ post aspectū diuinū destiniū audit ꝙ vocaret̄ cephas. Mystica sunt hec: in q̄bus mores difficillime ꝑmodicū capimus. Sꝫ hec ē in scriptura potiꝰ de scriptura regula p̄figēda: vt hoc quod de ecclesia in cōmuni ⁊ genere/ in ꝑticulari ⁊ specie ad aīaꝫ referat̄. In caput ⁊ p̄sidentiam suipsius cōstituit̄ ⁊ nihil repugnās patit̄: aut si patit̄ quod nō vincat/ q̄ ꝑ gratiā factus est obediēs. Qui a gratia in obediētia generat̄/ oīe suū inferiꝰ habet subiectū atq̄ pacatū: dū subiugatū est regnū eius: nō ꝓpria virtute/ sed illa q̄ superiori ꝑ gr̄aꝫ factus est obediēs: meret̄ ex diuina iusticia caput dominās ad inferiora fieri: qui suo supiori ꝑ gr̄aꝫ subiectiōis debitū dedit.

De vocatiōe philippi et nathanaelis ad sequelam christi: secundū ioannem solum. Capitulū IX

Io.1. In crastinū aūt facti huius cū iesus exiret in galileā: et inueniēs philippū dixit: Sequere me. Autoritate magna christus dn̄s cepit loq̄: cū ad sequelā suā hoīes inuitabat. Unius em̄ seq̄la excludit a ceteris: maxie christi q̄ ab oībus aliꝭs absoluebat. In seq̄la dn̄i factꝰ/ ab oī impio factꝰ ē liber/ si aduersa p̄cipet. Et christū sequēs nō tenet̄ ad terga parentū: et em̄ ista pietas illā vincit. A cerimoniꝭs legis libertatē accepit/ q̄ christum in suis virtutibus sequit̄. Nulliꝰ alteriꝰ degentis in carne iure potuit aut debuit esse verbū/ sequere me: q̄m ad ꝑfectū nec inducere potuisset seq̄ces. Neq̄ āgelus/ neq̄ patriarcha/ neq̄ ꝓpheta/ neq̄ aliqua creatura valuit aliq̄n neq̄ valet ad regnū vite introuehere sequētes: sꝫ solius est christi/ cui omniū bonoꝝ collata ꝑtās: q̄ nō suo/ sed nostro cōmodo inuitat ad regnū. Primā vie/ secundā patrie dicimꝰ esse seq̄lam. Una virtutis/ alia glorie viā tenet. Generat p̄ma secundā: ⁊ secūda p̄me se p̄miū facit. Qui p̄mā abhorret/ secūde specimē nō habebit. In p̄ma claudicans/ nec in secūda possidebit validos pedes. Qui se totū dat/ totū hoīeꝫ exigit in seq̄lā: nec vnꝰ eodē gressu seq̄ valet vias diuersas penitꝰ incedētes. Iuxta dictū Helie oportet ꝑgere in seq̄lā. Usq̄ quo claudicatis in duas ꝑtes? Si dn̄s est deus/ sequimini eū: si aūt baal/ seq̄mini illum. 3.Reg.18. Ut ex his verbis eliciat̄ ista sentētia: ꝙ quē nouerimꝰ nostrū dn̄m/ moribus ⁊ vita ⁊ intentiōe sequamur: mundū/ diabolū/ quēpiā hominē siue christum. Quāobrē christus signanter loquit̄: seq̄re me/ q̄ sum q̄ sum: ⁊ inuisibilis existēs visibilē me tribui ad sequelā. Astruebat altissime fidē: cuꝫ nullo p̄rogato diuine virtutis miraculo/ nō alia iniecta dissertiōe verboꝝ: absolutis verbis dicit/ seq̄re me. Magnāq̄ illoꝝ fidei humilitatem esse decebat: si eū sic nuda vocatione seq̄rent̄. Sed q̄ vocabat ad sequendū sua vestigia: irradiabat mentibus fideꝫ/ qua in animo moti seq̄rent̄. Uoces em̄ christi plus interius q̄ exterius resonabāt: necnō ⁊ efficiebant in animo virtutē/ cū creabāt ⁊ fidē. Cur aūt nō efficit in audiētibus omnibus vox diuine virtutis/ que efficit in paucis: vt corde atq̄ corpe sequerent̄ dominū: nō vox christi causanda defectu: sed audientium corda occultis demeritis soluꝫ deo cognitis improbanda. Dedit em̄ deus iuxta ꝓpheticum dictum voci sue vocem virtutis: vt vna tantum semel emissa omnes ad se potuisset conuertere: ⁊ mutare hominum corda/ infundere fidem/ donare virtutē: ⁊ similiter reuocare de tumulis: ⁊ ab iferis liberare. Sed taliter fecit omni audienti: nec etiam omnes audire meruerunt. Quod si in his qui secuti ⁊ salui facti sunt/ merita ꝓpria non sufficerent/ sed ex bonitate vocantis: in his tamen qui reprobi facti sunt/ mala ꝓpria meruerūt: decernente desuper iusto iudicio iudicantis. Et bene vnde Philippus iste vocatus erat describitur: q̄ a bethsaida ciuitate andree et petri. Qui cū inuenisset nathanaelē/ duxit ad christū: q̄ de eo dixit: Ecce vere israelita: ī quo dolus non est. Qui arcana hoīuꝫ nouit/ scit qualē de eis possit ꝓferre sermonē. Et qui acceptor ꝑsonarū nō est/ virtutē ꝓtinus in hoībus accipit. Et nemo ꝓbatus ē ex eo ꝙ hō est: sꝫ ex eo ꝙ est virtutis amicus ⁊ aptus executor ipsiꝰ ꝓ qua christus q̄nq̄ homines cōmēdat: ⁊ si nō interdum verbo/ beatitudine vero semꝑ virtuosos exaltat. Profecto illam virtutem nouerimus christo gratam/ quam ipse laudibus effert: idcirco sic efferēs vt ad illam sectandam audiētiū animus incitet̄. Igit̄ solerti est animo intuēdum: ꝙ tam vigilanti verbo de homine isto saluator aperuit. Nā non dixit: ecce verus homo: aut distinxit ſm aliam insinuationem: sed ecce verus israelita. Nomen gentis duntaxat posuit: cuius originem sacra scriptura cōmemorat: Israel vocatus est iacob: non a die natiuitatis Gen.32. vel circūcisionis: quo tempe imponebant̄ nomina in hac vita nascētibus: nec sibi hoc nomē impositū est a parētibꝰ vel cognatis: quoꝝ decreto

noĩa filijs imponunt: sed a deo angelo median
te: post mltos annos ⁊ labores ⁊ vxores ⁊ filios
plures accepit. Reuerteti nãqꝫ iacob de mãda-
to dñi in terrã natiuitatis sue/cũ copias suas an
te misisset/ soli remanẽti apparuit ei vir: scꝫ ãge
lus dñi: cũ quo vsqꝫ mane luctãti angelus dixit:
Quod est nomẽ tuũ? Rñdit: Jacob. At ille: Ne
quaqꝫ em̃ appellabit nomẽ tuũ iacob: sed israel.
Q̃m si cõtra deũ fortis fuisti: q̃to magis contra
hoies ꝑualebis? Hoc siqdẽ dixit vt securus ꝓce
deret cõtra Esau fratrẽ suũ: quẽ ex surrepta bñ-
dictiõe paterna timebat. Hinc nomẽ israeliti-
cũ ꝑmo exortũ est: vnde oĩs illa natio filiorꝫ ia-
cob tã numerose ꝓpagata lateqꝫ diffusa/popu-
lus israeliticus est. Sed vim ⁊ causam noĩs inq
ramus: in noticiã venire cupiẽtes/cur saluator
futurũ sibi discipulũ verũ israelitã appellauerit.
Fortitudinẽ istud nomen significare conspicit
ꝑ eo ꝙ iacob fortis extitit contra deũ: q̃pobrẽ il
lud accepit. Unde fortis? Quia luctabatur vsqꝫ
mane. Sed nunquid corꝑe luctabat? Absit. Sꝫ
in efficacia mentis ⁊ virtute orationis. Et tam
fortiter pre omnibus egit/ꝙ benedictionẽ quã
ab angelo expectabat accepit. Igit verus israe
lita luctam habet non solum visibilẽ/sed occul-
tam: non solum aduersus demones quos nõ cõ
sentiendo cõtemnit/⁊ contra vitia que repellit:
sed cõtra deũ quẽ ꝓfusis orationibus detinet:
queꝫ ꝑseueranti deuotione ad se inclinat: quem
forti conatu mentis insequit: ante quem inuaria
bili humilitate ꝓstratus/valido clamore mẽtis
sibi clamat ⁊ loquitur fidẽti animo: diuine gra-
tie benedictionem expostulat. Et cum tale no-
men imponit/subinfertur: Non timeas homi-
nes/imo nec demones. Nihil sit quod ꝑhorre-
scas: nil te in hac vita deterreat. Q̃m si tã ꝓbi-
ter satagisti: tã fortiter inualuisti ꝓbitate virtu-
tũ/vt vincibilẽ deũ sic vinci volentẽ deuinceres:
q̃to magis aduersus queqꝫ obstãtia fortis eris.
Proinde hanc nouerimus occultã causam/sed
christo dño manifestam cur christus nathanae
lem israelitam verũ dixerit. Latent multa bona
in hominibus multis/que soli deo sunt cogni-
ta. Ac ꝑ hoc nõ caret crimine/temere aliorꝫ iudi
care de meritis. Nescit q̃d in iustis hoibus late
at: solum deus nouit. Latuerat forte huius veri
israeliti virtus: vsqꝫ quo christus tam apte ape-
ruit: ⁊ ꝙ tam verus erat/in quo dolus oĩno non
erat. Nõ em̃ aliter bonitas illius se habebat ni
si ꝓut christus dicebat: nam si aliter fuisset/chri
stus penitus nõ dixisset. Igit vnde verus? Quia
nullus in eo dolus. Quod de hoc dictũ est: si ve
ri esse volumꝰ oibꝰ sit ad normã: vt nullus dolꝰ
sit penitꝰ in nobis. Quid igit dolus ẽ quẽ dene-
gat esse ĩ vero israelita christus: nisi occulta ver
sutia/residẽs in aĩo fraus/iniq̃ meditatio/argu-
ta exq̃sitio fraudis/in nocumento ꝓximi fictus
mos/ꝑperam cõposita forma/verbũ blandiẽs ⁊
decipiens ⁊ hypocritalis gestus. Quo dolo ca-
Psal. 14 rẽs habitabit in tabernaculo: ⁊ reqescet in mõ-
te sctõ dei. Et de ãtichristo eiusqꝫ mẽbris dicit:

Cuiꝰ maledictione os plenũ est/⁊ amaritudine ⁊
dolo. Et de viro ipio scriptura cõmẽorat: Uer-
ba oris eiꝰ iniq̃tas ⁊ dolus. Et de cõmuni homi
nũ malicia scriptum est: Et nõ defecit de plateis
eiꝰ vsura ⁊ dolus. Quẽ Petrꝰ iubet deponere si
suꝑna captare ꝯtẽdimus: deponẽtes (inq̃t) oẽm
maliciã ⁊ dolũ. Et cuꝫ dixit christo nathanael:
Unde me nosti? Respõdit iesus et di-
xit: Priusq̃ꝫ te philippus vocaret/cũ
esses sub ficu vidi te. Mirabat nathana-
el sic se a christo cognosci: cum nulla cõuersatio
corꝑalis ꝑcessisset. Sꝫ nec fuisset miratꝰ si chri-
stũ ipe cognouisset: quẽ nihil latere põt. Sꝫ hãc
admirationẽ de christo ignorãtia inducebat: ne-
sciebat em̃ q̃te sapiẽ dei filiꝰ ab eterno fuisset. In
carne dũtaxat eiꝰ ferebat aspectꝰ: nec q̃ppiã sup
hoieꝫ cogitabat. Sꝫ saluator cũ quadã determi
nata cognitiõe ipm se ꝑuidisse asseruit: ꝙ priusq̃
eũ Philippus vocasset/sub ficu vidisset. Põt ex
clarescere veritas lralis: ꝙ nathanael erat sub
ficu dũ eũ vocauit philippus in horto vel agro.
Quã sub ficu ꝯsistentiam ꝓ signo cognitiõis vt
adhesiõ fidei seq̃ret/christus retulit nathanae-
li. Significatiõe vero mysterij alia nobis ficus
ꝯsyderãda obijcit/scꝫ synagoge: quã ĩ ficu subi-
to arefactã desiccando ostẽdit. Erat em̃ natha-
nael sub synagoga vt alij ꝯstitutus: quẽ iesus ꝓ-
uidit ꝑ vocationẽ suam ab illa eximendũ. Et hu
iuscemodi christi visio nõ refert ad oculos cor
poris: sꝫ ad cognitionẽ mẽtis/⁊ ad ꝑdestinatio-
nẽ atqꝫ ad approbationẽ futurorꝫ operũ christũ
secuturi hoĩs. Ampliori admiratione cõmotus
nathanael se traiecit ĩ fidẽ. Dispositus em̃ erat
viuificas virtutes suscipe. Uñ dispositus? Quia
in eo nõ erat dolus: vt vellet ad credendũ argu
mẽta conq̃rere. Puro aĩo secutus fuerat vocã-
tẽ Philippũ: pura fide nũc credit in christũ di-
cẽs [Rabbi tu es filiꝰ dei: tu es rex israel] Ma
gnus ascẽsus: vt quem ante putabat hominem
purum/nunc dei filium confitet. Et quem aspi-
ciebat vt cõmunẽ hominẽ/nũc asserat israeliti-
ci populi regẽ. Simplex fides eum in ista excel-
sa ꝓuexit: ⁊ quia sine dolo doctrinam fidei repẽ
te recepit. Indisciplinabiles sunt dolosi: maxi-
me in his q̃ sunt suꝑerogate virtutis/nisi a dolo
desistant: q̃m vt Salomon ait: filio doloso ni-
hil est bonum. Qui vero dolo carebat/bonuꝫ fi-
dei repẽte suscepit: qua in christo deitatẽ ⁊ hu-
manitatẽ pariter fateret. Simus absqꝫ dolo si
volumus intelligere ꝑ fidẽ quod nõ possumus ꝑ
naturam: Respondit ei Jesus et dixit:
Quia dixi tibi vidi te sub ficu/credis:
maius his videbis. Et dicit ei: Amẽ
amẽ dico vobis: q2 videbitis celũ ap-
tũ/et angelos ascendẽtes et descẽden
tes sup filiũ hoĩs. Inuisibiles sunt angeli:
⁊ eorꝫ ꝓcessus similiter nõ apparet: sed sepe illa
que faciũt/conspiciunt. Apertũ celum nunq̃ vi-
sum est a mortalibus oculis. Et licet Stepha-
nus in agone positus dixerit: video celos aper-
tos: ⁊ Joãnes in apocalypsi celum apertũ se vi-

disse fateaꝛ: non sic intelligendũ est ꝙ aptũ fue-
rit hoc materiale celũ plenũ syderibus: sꝫ visio
nẽ eoꝝ q̄ dixerũt clarissimã habuisse: ac si celum
materiale patuisset: q̄ deus suo ineffabili modo
absq; hoc ꝙ celũ apireꝛ ostẽdit. Neq; nathana-
el aut aliq̄s de apl̄is celũ hoc vidit aptum: neq;
angelos cũ descẽderũt ad christũ / pacta oĩ tẽta-
tione deserti. Nonduꝫ discipulos fecerat: ⁊ post
desertũ hoc christus asseruit. Nec viderũt apl̄i
trepidi ⁊ somno grauati de celo angelũ missum
ꝯfortantẽ in suis agonib⁹ christũ / cũ ꝓlixe ora-
ret ad patrẽ. Ad aliud visiõis genus verba sunt
referẽda: vt apertio celi claritas intellectus / ex
fide bonoꝝ omniũ supernoꝝ ⁊ angeloꝝ descen-
sus: vt sciret ꝙ nõ solũ sibi terrena / sed oĩa cele-
stia famulanꝛ: ⁊ ꝙ eque terrena et celestia hoies
⁊ angelos nouit.

De lectiõe Esaie quã christus in synagoga legens exposuit: et quid moris nobis insinuet: secundum Lucaꝫ solum. Capitulum X

Luc.4 Et egressus est iesus in galileã
in virtute spũs: et fama exijt per
vniuersam regionẽ de illo. Et
ipse docebat in synagogis eorum: et
magnificabatur ab oĩbus. Et venit
nazareth vbi erat nutritus: et intra-
uit secundũ cõsuetudinẽ suã die sab-
bati in synagogaꝫ: et surrexit legere.
Et traditus est illi liber Esaie ꝓphete.
Et vt reuoluit librũ: inuenit locũ vbi
scriptuꝫ erat: Spũs dñi sup me pro-
pter quod vnxit me: euãgelizare paupibus
misit me: sanare cõtritos corde: ⁊ ꝑdicare capti
uis remissionẽ pctõꝝ ⁊ cecis visum: dimittere cõ
fractos: ꝑdicare annũ dñi acceptũ ⁊ diẽ retribu
tionis] Cuius virtute accesserat ad desertũ / illi-
us regrediꝛ in galileã. Omniũ ductor optimus
spũs est etiaꝫ christi hominis: quo duce in om-
nia ferebaꝛ. Et quisquis in his quibus afficiꝛ ⁊
operaꝛ / ductorẽ alium sequiꝛ ꝑter ipsum / deuita
bat a recto. Formam ꝑrogauit: in cuius virtu-
te feramur. Fama eius infrenabilis erat ⁊ irre-
tente ferebaꝛ. Nec mirum si repleuerat modicã
regionem: que repletura erat ⁊ orbem. Ve autẽ
ei ad quem illius fama nondum ex auditu ⁊ affe
ctu peruenit: diffamabiꝛ vt contumax altissime
maiestatis. Caret bonitate olfactus qui nõ ꝑci-
pit tam diffusum odorem / qui peregrinam vni-
uersam perfudit infimam regionem: in summa
vero regione fragrat in angelis. Et docebat in
synagogis iudeoꝝ: vt odore fame mote / doctri-
nã eoꝝ mẽtes capesserẽt. Indigẽtibus alta doce
ri noua doctrina parabaꝛ / ꝓmulgata in synago
gis terrenis: vt cõgregari ꝑ eũ appeteret in su-
pernis. Cõgregare dispsos venerat: ideo ingre-
diꝛ ⁊ instruit ꝑ synagogas. Porro synagoga cõ
gregatio nũcupaꝛ. Ad scientiã verã nunꝙ̄ ꝓfe-
cto ꝑueniet / q̄ lõge fact⁹ ẽ ab huiuscemodi disci
plina. Magnificabaꝛ eñ ab oĩbus nõ effectu /
sed verbo: ⁊ vtriusq; hominis laude attollebaꝛ
a cunctis: ꝓpter quod in eo agnituꝫ est insigne
virtutis. Applicuit nazareth / vbi nutritus mo-
re hoim erat: nõ amore patrie venit / sed eorum
amore salutis. Et intrauit ꝫm cõsuetudinẽ suam
in synagogã. Nunꝙ̄ deserenda est agendoꝝ cõ
suetudo bonoꝝ: firmat eñ naturali quadã po-
tentia morẽ. Optimũ in virtutib⁹ / cõsuetudine
assumpta bonis morib⁹ coalescere. Seua tñ ho
stilitas est / cõsuetudine contraria roborari. Ni
hil ṽo christus nisi quod bonũ est aut optimuꝫ
in suã cõsuetudinẽ sumpsit: nostra / nõ sua vtili-
tate: nã sibi cõsuetudo iã facta erat optime do-
cere ignaros. Pulcher oĩno mos / cũ q̄s nouit
ex cõsuetudine legitima opari. Sabbato cele-
brauit hũc ingressum. Optim⁹ sabbatism⁹ / vbi
diuinus doctor docendo laborat. Nec violaba
tur sabbatũ / sed cõsecrabaꝛ: ⁊ ad eterni sabbati
quietẽ audiẽtes illa doctrina parabat / nisi cõtu-
macia in auditorib⁹ esset. Et surrexit legere: qꝛ
eoꝝ more aliq̄ntulũ sederat. Et petẽti aut offe-
rẽtis placito / tradit⁹ est sibi vn⁹ liber / Esaie scꝫ
quẽ reuoluẽs more docẽtis / subito locũ quẽ q̄re
bat iuenit: sciẽs eterne ab eterno decretũ / quod
ꝓphetatuꝫ in tp̄e lr̄is hebraicis exaratum erat.
Nouerat oĩa qꝛ de⁹: nõ indigebat libro ip̄e oĩm
vite liber: mente nouerat quod q̄rebat in libro.
Absq; illo legisset q̄ absq; chartis docuit ꝓphe
tantẽ: locũ repperit q̄ de ipso erat: ⁊ verba scri-
pta q̄ de ip̄o longe ante reuelauerat ip̄e videnti:
⁊ videns graphijs mandauerat ad memoriã po
steroꝝ. Et scriptũ sic erat: Spũs dñi super me. Esa.61
Ut hõ sic loquiꝛ / q̄ sibi spiritũ ꝑlatũ facit: etenĩ
quia deus sibi ꝑ omnia equalis erat: nec vna ꝑ-
sona in trinitate alteri supferꝛ dignitate substã
tie / ordinis / tp̄is vel nature. Sed quõ sup eum?
Ut credaꝛ nõ agi humano aut alio spũ / sed diui
no: ⁊ ꝙ in humanitate degens etiam diuina fa
ciebat. Et vnctus erat vt hõ illa vnctione inef-
fabili spiritussancti: de qua etiam dauid ante ꝑ-
dixerat: Propterea vnxit te de⁹ / deus tu⁹ oleo Psal.44
leticie pre consortibus tuis. Et ideo christus ap
pellatus / id est vnctus: velut sacerdos ⁊ rex fi-
guris preeuntibus: quoniam solum sacerdotes
⁊ reges in testamento veteri vngebanꝛ. Porro
saluator vtrãq; personam gestabat: vt sacerdos
sacramenta nobis contulit: vt rex vocauit nos
ad regnum: vt sacerdos instruxit: vt rex libera-
uit ab emulis. Ut sacerdos semetipsuꝫ obtulit
sufficiens hostia factus: vt rex omnia gubernat
iudicat ⁊ discernit / velut dñs omniũ cõstitutus.
Nam sibi data est omnis potestas in celo et in
terra. Et scriptũ vidit ioannes in femore ei⁹: rex Apoca.19
regum ⁊ dñs dominantiũ. Proinde qui ab ip̄o
nõ accipit sanctitatem / nunꝙ̄ sanctus erit. Qui
ab isto rege non regiꝛ / regi abyssi male pessun-
datus subiacebit. Sed quare vnctus? Quia spi
ritus dñi sup eũ. Propter quid vnctus? Ut mis-
sus euãgelizaret paupib⁹. Sic eñ dicit illa scri
ptura ꝓphetica: Propter quod vnxit me: euan
lizare paupib⁹ misit me. Bona porro ieffabilia
sũt nũciata paupib⁹. Bti paupes spũ: qm̄ ipso- Mat.5.

rũ est regnũ celoꝝ. Sed nunqd diuites sunt ex-
clusi? Si deuenerint in spũs humilitatẽ: vt chri-
sti iugo colla submittãt/ potius admittunt. Ne-
q3 diuites reprobant ab euangelio si humiliari
velint/ moresq3 corrigere prauitatẽ: vt paupes tẽ
poraliũ rex stipe sustentẽt/ in euangelio partẽha
bent. Si mente supbiãt: si semꝑ inhiare non ces-
sant: reprobati ꝓfecto existũt. In interiori ho-
mine positũ est/ euangelij fieri participez vel ex-
ortẽ. Propterea sequit: Sanare cõtritos: vt si-
ue sunt diuites aut paupes/ fortes aut debiles/
nobiles aut ignobiles: si corde cõterant/ a dño
Psal. 50 sanabunt: qm̃ sacrificiũ deo spũs ꝯtribulatus:
cor contritũ ⁊ humiliatũ deus nõ despiciet. Ad
ꝑdicta ⁊ ad sequentia se vnctũ ⁊ missuz ꝑdixerat:
ex spũ Esaie ꝓphetico id attestans: vt etiã ꝑdi-
caret captiuis remissionẽ: illis sc3 q̃ apud lim-
bum captiui sedebant: ⁊ qui diaboli vinculis ⁊
peccatoꝝ carceribus tenebant inclusi. Judeis
primo/ qui legis ꝑuaricatiõe male subacti erãt:
⁊ gentibus/ qui a diabolo captiuati male idolis
seruiebant. Postremo his oĩbus qui claudeba
tur in custodijs quorũlibet vitioꝝ. Et cecis vi-
sum: sc3 ignorãtibus veritatẽ: aut his quoꝝ men
tis oculos ꝓpria malicia excecauerat. Et idem
Esa. 42 Esaias refert: Quis cecus: nisi qui venũdatus
est? Quis cecus: nisi seruus meus? Quanq̃ ista
scriptura loquat de populo iudeoꝝ: verũtamen
ex cõmunione vitioꝝ transfert in similes. Atq3
vbi maior cecitas q̃ eius qui se vili ꝑcio diabo-
lo vẽdidit? ⁊ peccati seruus in diaboli transiuit
mancipiũ? Sed illoꝝ cecitas grauior ⁊ maiori-
bus tenebris obuoluta/ quos deus elegit in ser
uos nõ indigens eis: sed ipso indigentes q̃ pa-
ctum certũ dño confregerũt. Quis cecus: nisi q̃
accepit a dño sibi posse seruire/ cũ in sathanicuz
transiuit obsequiũ: ⁊ legem vite postposuit legi
mortis: tyrannũ crudelẽ dño benignissimo ꝑtu
lit? Venũdatus ⁊ seruus ceci facti sunt. Venũ-
datus dulcedine modica: seruus dñi recedens a
dño/ additus vero diabolice seruituti. Cõfracti
sunt q̃ in mũdi amena velut aspera impegerũt.
Ista em̃ sunt q̃ hominẽ frangũt ac ab oĩ virtu-
te resoluũt: necnõ ⁊ semetipsos confregerũt mi
nus debito de christo sentiẽtes: nã oĩs qui ceci
derit sup lapidẽ/ ꝯfringet. Sed christi benigni-
tate dimittunt: cũ cõmissa mala dono eius mise
ricordie remittunt. Predicare annuz dñi acce-
ptum. Annus acceptus tũc est: cũ ex suis dispo-
sitionibus voluit: qñ eius quatuor tempa suis q̃-
litatibus tẽperant. Sed annus acceptus dño ꝑ
dicat: cuz vere cõuersis dat venia: vereq3 hoĩes
cõuertunt ad veniã. Annus acceptus accepta-
bile tẽpus: quod in christo incepit vsq3 in finem
Esa. 49. seculi duraturũ: iuxta Esaie ꝓpheticũ dictũ: Tẽ
pore accepto aut placito exaudiui te. Et apl's iã
completũ rememorãs/ vt dei gratiaz agnosca-
2. Corin. 6 mus dicit: Ecce nũc tẽpus acceptabile/ ecce nũc
dies salutis: in quo sacrificiũ summe iusticie/ sa-
crificiũ vespertinũ ab vno datũ omnipotens ꝓ
oĩbus acceptauit. Quod ⁊ dauid de deo mise-
rante ꝑdixit: Tũc acceptabis sacrificiũ iusticie:
in illo videlicet tpe quo dei filius mũdo in carne
velatus subuenire disposuit: quo nobiscũ cõuer
satus est: quo ꝓ nobis mortuus est et sepultus:
quo spm̃ sanctũ celũ ascendens discipulis misit.
Hic annus cũ fine seculi finiet. Semꝑ em̃ tem-
pus est quo sacrificia nostre iusticie/ merito sa-
crificij summe iusticie ꝓ nobis ꝑ carnem in cruce
oblati/ omnipotẽs deus acceptabit. Sed post
annũ acceptũ dies retributionis ꝓsequit. Un-
de subiecit: Et diẽ retributiõis. Porro retribu
tio finẽ seculi sequit: vt constituat diuinũ tribu-
nal: vñ retribuet vnicuiq3 iuxta opa eius: ⁊ put
vnusquisq3 gessit in corpe/ bonũ recipiet siue ma
lum. Et cũ cõplicuisset librũ/ reddidit ministro
⁊ sedit. Qui libruz aperuit/ replicauit: doctorq3
existens autoritatẽ habens/ doctoꝝ alioꝝ nolu-
it a moribus discrepare: in eo q̃ librũ accepit re
noluit: ⁊ inuenit quod q̃rebat/ ⁊ legit: ⁊ lectione
cõpleta replicauit: reddiditq3 offerenti ministro
ne ꝓpter insolitũ morẽ oĩno lex redderet suspe
cta: ⁊ ipse dissentiẽs calumniã pateret. Sed futu
roꝝ ꝑsagio aliud ꝑintẽdit: qm̃ omni euangelico
cõpleto mysterio scriptura oĩs plicabit: nec le-
ctiõe amplius opus erit: liber ministro reddet:
vt iuxta scripture sententiã oĩbus christi mini-
stris ꝑm merita tribuat: ⁊ sessio erit quietis eter
ne. Verũtñ aliter disserẽdi ordo se ꝑstat: vt chri-
sto iã reuelato ꝓut figuratus fuerat in veteri te
stamẽto/ a ꝓphetisq3 ꝑuisus: liber diuinaꝝ scri-
pturaꝝ apud iudeos remaneat inuolutus ⁊ re-
plicatus/ demerito incredulitatis ⁊ iniquitatis
ipsoꝝ: vt in scripturis veteribus nõ cognoscant
christi nec ecclesie sancte mysteriũ: ꝑm illã sentẽ-
tiam quã alibi saluator ꝓtulit dicẽs: In iudiciũ
ego in hũc mundũ veni: vt q̃ nõ vidẽt/ videãt: ⁊ q̃
vidẽt/ ceci fiãt. Et cũ sic saluator legisset atq3 fe-
cisset: omniũ in synagoga oculi erãt intenden-
tes in eũ. Suaue christi eloquiũ erat: ⁊ lingua si-
bi ꝑ cunctis velocior ⁊ ad disserendũ aptissima
vt etiã aĩos suspẽderet auditoꝝ: ⁊ cũctoꝝ audiẽ
tiũ oculos in se ꝓuocaret: q̃q̃ ab impietate isra
eoꝝ corda ꝑtinaciter tenerent: ⁊ quodãmõ quod
ipsi nõ intelligebãt/ magno signo ꝓdebant: qm̃
oĩa q̃ in veteri testamẽto erãt/ suis significationi
bus tẽdebãt in christũ: ꝓ eo quod in figura oĩa
cõtingebãt illis. Et mirũ q̃ aĩo impij ⁊ incredu-
li existẽtes: tñ in christũ oculos defigebãt: vt ap
te det intelligi: q̃ q̃uis multi nõ agnoscerent q̃
in veteri testamẽto corpaliter agebant: ipsa tñ
gesta corpaliter christũ solũ/ interdũ vero et eius
corpus mysticũ innuebant. Hanc siquidem ꝓ-
phetiam supra lectam/ in se christus ex toto re-
torsit. Nam cepit autem dicere ad illos:
quia impleta est hodie hec scriptura
in oculis vestris: scilicet prophetia Esaie
quam legerat: ex eo q̃ non de alio q̃ de christo
Esaias ante prophetauerit. Hoc ideo christus
dicebat: vt sicut oculi corporaliter intende-
bant: ita eorum animi per fidem conuerterent-
tur in eum.

¶ Q, audientes mirabãtur de christo cognitã tenẽtes carnis progeniẽ sed non cõuertebãtur: secundũ mattheum/marcũ et lucam. Ca. XI

Et oẽs testimoniũ illi dabant quia supra sensum hominũ loquebaꝫ. Et mirabantur in verbis gratie/que procedebãt de ore eius. (Mat. 13. Mr. 6. Lu. 4.) Testimoniũ quod illi dabant/ retorquebaꝫ penitus cõtra eos: qꝛ mirabãtur/sed non ꝯuertebantur in verbis gratie/ que supra soliteqꝫ communis. Erant penitus verba doctrine verba gratie: qꝛ inuitabant ad gratiã: vt nõ per iusticiã/sed per christi gratiã consistat hominũ salus ꝛ redemptio peccatoꝝ. Sed qui ad verba gratie ab infidelitate nõ recedunt/nõ corrigunt ꝑditos mores: ad virtutes non satagunt: ex verbis iusticie damnabũtur. Adhuc em̃ verba gratie ꝓcedunt ex ore christi. Os em̃ christi est omniũ verorum lingua doctoꝝ: q̃ vsqꝫ in finẽ seculi silẽtio nõ tegetur: q̃q̃ pauci veraces vita/moribꝰ et verbis inueniantur. Sed si solũ vnus esset qui veritatẽ explicite p̃dicaret/os dicitꝫ christi. Proinde in verbis gratie ꝯuertamur: ne a verbis iusticie im perpetuũ euertamur. Qui ꝟo non studio faciẽdi verbis diuinis prestant auditũ: ilico calumniã parant: ꝛ occasionẽ querũt vnde se a verbis gratie auertant. Proinde dicebãt: Num hic (Mat. 13.) est filius ioseph? Sed hoc matthe' amplioribus verbis aperuit: q̃ omnes mirabãtur/dicẽtes: Unde huic sapiẽtia hec ꝛ virtutes? Nõne hic est filius fabri? Nõne mater eius maria/ ꝛ fratres eius iacobus ꝛ ioseph ꝛ simon ꝛ iudas? Et sorores eius nonne omnes apud nos sunt? Unde ergo huic omnia ista? Et scandalizabanꝫ in eo. Consyderabãt tantummodo isti naturalẽ progeniẽ/nihil supra hoiem in ipso videntes: ꝛ mirabãtur ignorantes/vnde huic esset tam alta sapientia eximieqꝫ virtutes. Et quoniã de homine ꝯm carnẽ aliud q̃ homo nõ oritur: patrẽ ioseph ꝛ fabrum inferebãt: quia erat fabri filius opinione videntiũ: ꝛ rei veritate non pater pueri erat ipse/ sed nutricius. Sed non me fallit quoniã forte spiritu ꝓphetico eũ nõ cognoscẽtes dixerũt fabri filiũ: quoniã filius dei erat/qui mundũ fabricauit ĩ arte sua eterna ꝛ esse de nihilo constituit vniuersum: qui etiã per fabricã validi ligni in forma crucis erecti misit filium humanũ genus liberare captiuum. Inferunt etiã de matre maria/ꝛ de sua cognatione quã norũt: quasi esset impossibile huic viro tanta bona posse competere: male miseri immemores ꝓphetaꝝ preteritoꝝ: quibus diuinus spiritus infulsit: quos nõ natura carnis/nõ ꝓpinquitate generis/sed sua gratia fecit esse prophetas: qui de christo q̃q̃ nõ crederẽt id esse quod erat: tamẽ credere debuerũt esse posse ꝓphetã. Sed scandalizabanꝫ in eo in quẽ velut in offensionis lapidẽ offenderũt: nolẽtes intelligere q̃ eos venerat liberare: atqꝫ ĩ se duos populos velut duos colligare parietes. Inuenerunt vnde se ab ipso rescinderẽt: vnde verbis eius nõ prestarent assensum: vnde nõ crederent q̃ de ipso exposita esset ꝓphetia. Oculis in eum intendebant: omnino attoniti erant: a perfidia tenebantur: ne intelligerẽt preteritas ꝓphetias: ne crederent q̃ eis velata in carne summa ꝛ eterna veritas loquebaꝫ. Proprium est perfidoꝝ atqꝫ reproboꝝ firmata ꝓteruitas: vt sempꝫ per humanas ratiões velint supprimere fidei ꝛ gratie veritatẽ: atqꝫ inquirere vnde nõ credant: ꝛ inuenire vnde a veritate resiliant: ac cauere ꝯtinuo ne diuinorũ verborum retibus capianꝫ.

¶ Quare christus petentibus negauerit miracula facere: secũdũ lucam solum. Capitulum XII

Saluator autẽ eoꝝ menti scãdalizate similitudine adiecta respõdit: Dicetis mihi hãc similitudinẽ: Medice cura teipsum. (Luce. 4.) Cõmune prouerbiũ/quod a valde multis tẽporibus inoleuit: vt medico ĩfirmãti dicaꝫ: Medice cura teip̃m: vt qui alios curas/teipsum nõ negligas: qui alios sanas/ ĩ te infirmitatẽ perdurare nõ sinas. Qua si nazareite sibi dicturi essent: Quãta audiuimus facta in capharnaũ: scꝫ ciuitate samaritanoꝝ: Fac et hic in patria tua: velut medicus qui alios curat/seipsum non contẽnat. Quibus saluator respondit: qꝛ nemo in patria sua acceptus est propheta: seu nõ est sine honore propheta/nisi ĩ patria sua et in domo sua. Et nõ fecit ibi virtutes multas propter incredulitatẽ illorum. Sepe fit vt ex nimis solitis q̃ ꝯm humanitatẽ sunt ea que supra illã noscũtur reputatiõe vilescant: ꝛ nihilipendanꝫ virtutes/ vbi crebrescit sensus humanꝰ. Ecce patria ipsi erat in causa quodãmodo saluatori: vt reputaretur infra quod erat: ꝛ minorareꝫ in ꝯspectu hominũ/qui deus erat noticia in cõspectu omniũ angeloꝝ. Erit ne patria fugienda? Non vt alibi plus appareat: ne peregrinatio que solet esse virtutis/fiat vanitatis occasio. Erit ne fugiẽda? Utiqꝫ dixerim: vt virtus cõseruetꝫ in tuto: vt per amplius moribꝰ inclarescat: vt compatriotale suffugiũ abdiceꝫ: vt sit vite stipes incerta: vt notorũ deuitentur blandicie: vt ignote corã hominibus/cognite corã christo viuatur. Erit ne patria fugienda? Non vt se vendat ignotis: nõ ad capiendã famam virtute: vt nõ plus auctioneꝫ nominis q̃ virtutis: vt sit honori extraneis: vt sibi stipendiũ tribuatur honoris humaneqꝫ laudis. Non oĩs abraam: nõ omnis isaac: non oĩs iacob: nõ omnis ioseph venditus demũ factus dominus in egypto: qui tam in patria q̃ in suis peregrinationibꝰ propriã virtutis consistentiã seruauerunt. Erit ne patria fugienda? Non: sed ad alios hũiles et docibiles accedendũ: vt si eis quibꝰ incumbit nõ possit prodesse: ad illos docendũ pergat qui se doctrine subijciunt: qui credere volunt/curari querũt. Nam vbi nõ est auditus/nõ effundas sermonẽ. Et in actibꝰ aploꝝ

Actuū.13. legitur: ꝙ paulus et barnabas dixerunt iudeis:
Uobis oportebat primū loqui verbum dei: sed
quoniā repellitis illud ⁊ indignos vos iudica-
tis eterne vite: ecce cōuertimur ad gentes. Et se
quitur: Audientes autē gentes gauisi sunt. Hec
causa potest subesse his qui verbū dei dissemi-
nare habent: qua patria nota relinquit: qua re-
quiratur incognita. Christus nō est acceptus in
patria. Est ne causa quare virtutes in illa nō fe-
cit? Minime. Sed sua noticia quasi eis famili-
aris ex genere/ illis fuit iniusta incredulitatis
occasio. Proinde non fecit ibi multas virtutes
propter incredulitatē ipsorū. Ecce ꝙ miracula
negantur incredulis: scꝫ ex eis non credituris
que facta ferūtur corā infidelibus credituris/ si
militer ⁊ non credituris. Sed miraculoꝝ opera
tio ex altissimo pendet: qui nisi opportune fieri
nullo modo ꝑmittit. Apud ipsum est ratio fien
dorū: similiter ⁊ iusta ratio cū non fiunt. Nec de
cet homines semꝑ miraculoꝝ nouitate nutriri:
nec in miraculis/ sed in virtutibꝰ reperitur con
sistentia christiana. Facta fuerunt pro tꝑe op-
portuno miracula: ⁊ infidelibꝰ dari signa dece-
bat: fidelibus ṽo nunc iure negātur. Parū em̄
esset fidelis qui ex miraculo augeret in fide. Ro
bustior est fides magisq̃ meretur nō fulta mira
culis. Ac per hoc christꝰ in iā solidata ecclesia
miracula ⁊ signa huiusmodi ꝓ maiori pte sub-
traxit. Uirtutibus nō signis in suis fidelibꝰ chri
stus querit augmentū: qui cū necessariū fieri cō
spicit/ semꝑ sibi adest mira faciēdi potestas: et ꝑ
quos operari vellet/ sue noscitur esse noticie re-
perire. Sterilis est miraculorū petitio/ sed fru-
ctuosa doctrine: quā si expetiuissent/ libere de-
disset petentibus: qui gratis nō petentibus ꝯtu
lit. Curiositas est miracula petere. Ac etiā non
modica vanitas signis intēdere. Hinc eos sal-
uator ex preteritis arguendo cōfundit. In ve
ritate dico vobis: Multe vidue erāt
3.Regū.17. in diebus helie in israel: quādo clau-
sum est celū annis tribus et mensibꝰ
sex: cū facta esset fames in omni terra
et ad nullā illarum missus est helias
nisi in sarepta sydonie ad mulierē vi
4.Regū.5. duam. Et multi leprosi erant sub he-
liseo propheta: et nemo eorū munda
tus est/ nisi naaman syrus. Famosissi-
me sunt iste historie in veteri testamento: in qui-
bus saluator nazareis improperat. Magna my
steria intercludunt: scrutantibusq̃ panduntur.
Sed quantū possumus/ allegorica in hoc opere
deuitamꝰ: moribꝰ potius intēdentes. Extranei
erāt a populo vidua sareptana ⁊ naaman syrus
⁊ lege mosaica et circumcisione carebant. Sed
aliquid deo gratū erat in eis: quo illa prophetā
recipere meruisset: ille ṽo ab alio ꝓpheta mū-
dari/ cū in israel esset taliū similitudo multoꝝ:
acsi nazareitis a domino diceret: Nō est patria
causa/ nō locus nutritionis/ nō propinquitas ge
neris: vnde diuina hominibꝰ conferantur: quo
niā non in illis viduis que in illis erāt/ est dire-
ctus ꝓpheta: neq̃ leprosi israelitici sunt mūda-
ti/ sed hi qui lōge videbātur a iudaicis cerimo-
nijs/ ab obseruantia veteris testamenti: q̄nis di
uinā legē in cordibus scriptā tenere potuissent.
Proinde traijciētes vnū in reliquum/ hoc in il
lud ex similitudine impellentes: in vidua obedi
entia/ in naaman sacramētale exercitiū designa
tur. Et hec in manifestis: Nescimꝰ tamen quid
apud eos fuerit in occultis. Nec vertat in dubi
um/ istam viduā istumq̃ naaman virtutes habu
isse incognitas: aut aptos extitisse ilico diuina
suscipere: quibꝰ sic corpore singulariter est ꝓui
sum. Sepe protinꝰ agit sicq̃ comprehendit: ꝙ
quid insigne corporaliter ostēsum indicet si ad
virtutē perueniat/ qualis in spiritu ꝑsona sit fu-
tura. Obedientia siquidē erat in vidua: quia do
minus ei in spiritu p̄ceperat vt pasceret heliā.
Sic em̄ in libro regū legitur: cū diceretur helie 3.Re
Surge ⁊ vade in sarepta sydoniorū/ ⁊ manebis
ibi: precepi em̄ mulieri vidue vt pascat te. Quia
preceperat vt pasceret/ ⁊ quem nondū viderat:
nec helias ipsam aliquādo cognouerat: non mi
sisset ad eam nisi eius obedientiā presensisset.
Quā cum etiā helias vadens sareptā/ iuxta por
tā aspexisset: vt pie credit/ spiritu indice statim
nouit ꝙ illa erat apud quā pasturꝰ a dn̄o mitte-
batur. A qua tanq̃ ex itinere fatigatus/ sibi aque
potum in vase postulauit afferri: velut ꝓbans
si diuine iussioni illa paruisset: sicut ipse sareptā
veniendo paruerat. Cūq̃ illa pergeret vt affer-
ret/ clamauit post tergū eius/ dicēs: Affer mihi
obsecro ⁊ buccellam panis ĩ manu tua. Lassus
⁊ famelicus ꝓpheta videbatur: qui ad primū pe
titum incipiēs exaudiri: etiā panem obsecrādo
deposcit: ⁊ vt afferatur post tergum vociferat.
Si allegorice ista decuderē/ esset transitus faci
lior ad moralia: sed eo difficilior quo pretermit
titur ordinata gradatio. Uerūtamen illo p̄ter-
misso/ quod moris est ilico aggrediētes: ꝓphe-
tam missum vidue de gentibus diuinū dicimus
esse sermonē ac predicatorē: qui semꝑ mittitur
anime quā ab eterno p̄destinauit omnipotēs/ vt
pascatur: nō necessitatis pane premēte/ sed con
uersionis delectatione. Nam sicut cibus chri-
sti est vt voluntatē paternam perficiat: sic ⁊ om
nium ꝓphetarū/ apostoloꝝ/ predicatoꝝ eius est
cibus: vt hi ad quos mittūtur/ illam inculpate
perficiāt. Sed primo petit aqua in vase: lachry
me scꝫ in mensura pro compensatione delicti: ⁊
aqua est dispositio ad precepta: susceptibilis em̄
satis est aqua formarū: ⁊ tam retentibilis quo-
usq̃ impresse irremote perdurāt. Aqua in vase/
fluxibilitas in mente/ petit vt sistatur: ⁊ que de-
currebat in preceps/ prout naturaliter ferebat/
consistat per gratiā. Aqua frigida anime sitiēti
⁊ nuncius bonus de terra longinqua. Aqua fri-
gida petebat a sitiēte ꝓpheta: nā ipse sitientibꝰ
refrigeriū p̄stat. Refrigeriū est querentiū aīar
salutē: cum sentiūt homines audire cum christo
velle obedire credētes. Et nunciꝰ bonꝰ de terra
lōginqua p̄stita obediētia differētibꝰ christifer

veritatē nunciat de salute: que terra sine termino a peccatoribꝰ est remota. Expetitur aqua in vase/vt obediētia sit in vsu: nam vas ab vsu seu a vescendo nomē accepit. Pergit vidua imperio aut a petitiōe mota ꝓphete: sed anteꝙ̄ primū impositū faciat/reclamat: sibiqꝫ adiungit vt etiam afferat buccellā panis in manu. Buccella panis nō est totus: sed frustum est panis/quā iudas a christo in designationē sue ꝓditionis accepit. Buccella est illa rei quātitas/quā vno recepti bucca capere potest. Videte ꝙ̄ parua compendia in principio ipse ꝓpheta requirit: paululum aque panisqꝫ buccellam: vt id buccella dicat quod ore possit referre de optima fractiōe. Quasi referendarij sunt qui docent de operibꝰ auditorū. Etenī post obedientiā talia sunt agenda/que sunt ore digna referri. Responsum vero vidue mulieris ⁊ que gesta sequunt/ī multa nos dicenda traijcerent: vt etiam nos facerēt ab eo quod in euāgelio intēdimus declinare. Proinde nosse sufficiat viduatā animā a mundi honore: aut carnis dn̄io/ab amore corrupto/a timore peruerso: bene obedientē/agentē opera digna relatu: diuinū sermonē/theologum predicatorē/immo ipsum christū suscipe: q̇ ditabit ex modico/qui mortuū vidue filiū reuocabit ad vitam Similiter ⁊ naaman qui ꝓphete credens/in iordane septies lotus est: vnde morbꝰ contagiosus abscessit: vt etiaꝫ vita sacramētalis et subiectio exhibita sacramētis/liberet a peccatis: emūdet a delictis. Ac per hoc aduertendū est: quibꝰ diuina miracula negant: quibus ve diuina beneficia conferunt. Historias tamē horum ex toto differendas dimittimꝰ: ne aliud ꝓ alio intendamus: ⁊ ne cudamus longa volumina: qui ꝓ moribus cōmentari decreuimꝰ. Verūtamē si quis illas historias ꝓuide cōspexerit: inueniet ꝙ̄ iuste saluator obiecerit nazareis: ꝙ̄ bene merito similia petita denegent similibꝰ cecis. Ac ꝑ hoc

et repleti sunt omnes in synagoga ira hec audientes.

¶ Quid mali inuat ꝙ christi iesu doctrina respuitur: secundū lucam solū Capitulum XIII

Qui scire se credunt/difficillime sane doctrine subdunt: potiꝰ irascunt infesti opportune velut iportune docenti. Et qui se credūt aliq̇d esse/furiunt cū arguunt. Malū hypocritale hoc sibi propriū vēdicat: vt cum detegit etiā in irā deijciat. Turbat nocturnus fur penitus cū diescit: ⁊ qui male agit/inimicus est lucis. Et qui ab impietate detinent/scandalizant in sermonibꝰ veritatis. Et exardescūt in odium pie docentis/qui a ꝓprijs directionibus resilire cōtemnunt. De quibus per prophe-
[Amos.5.] tā dicitur: Odio habuerunt in porta corripientem: et loquentem perfecte abominati sunt. In porta corripit qui mala publica rephēdit: occulta ne foris proueniāt/reprimit. Perfecte loquit qui vitium ex omnibus detestat: virtutē per omnia in alta sustollit: qui dicenda nō tacet/tacenda non profert: qui ad veritatē/non voluntatē: pro iusticia/non pro hominū placito verba depromit. Perfecte loquit qui vbi seueritate opꝰ est/nō blandit: vbi vero lenitate/non seuit. Perfecte loquit cuius iusticie verba loquentem nō arguūt: cuius vita cū veritate quā loquit ex aduerso nō disceptat. Sed hic odio efficitur criminosis/⁊ penitere nolētibus inimicus: quāobrem hi qui iā erāt de synagoga sathane/irascebantur aduersus omniū saluatorem opportune arguentē/ꝑfecteqꝫ loquentē. Et vt quod eis ira
suadebat/perficerent: **surrexerūt et eiecerunt eū extra ciuitatē: et duxerunt eū vsqꝫ ad supercilium montis: suꝑ quē ciuitas illorū erat edificata: vt precipitarēt eū.** [Luce.4.]
Non patit impietas pios: iniquitas iustos non sustinet: ⁊ quietē nō suscipit quousqꝫ abiecerit quod sibi videbat aduersum. Exilium patit iustus ab impijs: ⁊ extra reproborꝫ cōuentū semꝑ expellitur bonitas. Et compos virtutis nō sinitur viuere in contione prauorū. Et vt agēdorū sit cura liberior: propellit qui vellet arguere. Sed hinc excidia ciuitatū: hinc seditiones malorū: hinc iudicium nascitur: hinc respublica cedit in ꝓpriū: hinc sceptrū iniquitatis insurgit: hinc scipio populi abrogatur: hinc exitia hominū/violenta perditio castitatis/honestas latet in tenebris: cū verbū recte loquentis cōtennitur: cū deprimitur virtuosus: cū expellit veritatis amator: cum extra menia ponūtur iusticie zelatores: qui ciuitatē melius fouerent cōsilio ꝙ̄ armis bellicis milites tuerētur. O exitialis hominū peruicatia: verba iusticie atqꝫ doctrinā veritatis non sufficit contēpsisse: nisi addatur ira/interueniat odiū. O vtinā esset intercapedo: ne ilico plura mala succederēt: non aūt sustinent/non morant/non exquirit in agendis consiliū: sed subito eijciūt extra ciuitatē. Furor semꝑ adimit sensum: confundit displicentia intellectū. Et ꝯtinuo reprobi mēte ceca in peiora labunt: vt nō sufficiat hoīeꝫ iustū abiecisse a menibꝰ ciuitatis: nisi mors etiā turpissima inferat. Non sufficit nisi mors iustorꝫ impijs. Hec in se pertulit christus: ⁊ tanꝙ̄ hereditarium meritorū suis sequacibꝰ dereliq̇t. Hoc imꝑtermisse in hoc seculo nequā agitur. Hoc virtꝰ ab iniq̇tate deuicta deplorat: hoc plāgit iusticia ꝑtermissa hoc exulans veritas: hoc quies hominū perturbata fusis lachrymis lamētatur. Et qui contra christū militant/cōtra oēs virtutes suas acies dirigunt. Omnis enī virtus est christus: qui ab eis non potuit tali decreto cōfundi. **Quoniam ipse transiens per mediū illorū ibat.** Transiēs incognitus aut inuisus/aut ꝓpria virtute tutus teneri nō valens: non enī erat taliter moriturus. Et immortal' est virtus: ꝗuis homo necessario moriatur. Non potest teneri manibꝰ virtus: neqꝫ ab eius emulis in quoꝙ̄ exterminiū pati. Potest quilibet a seipso virtutē repellere: necare vero ipsam nō potest: incorruptibilis enī est. Potest quis interdū alterius corpori vitā

auferri: virtutē vero non potest. Exilia sepe cor
pora patiuntur: virtus vero hec damna nō pati-
tur. Ue contēptorib9 sermonis iusticie. Ue ira-
scentib9 in equitate arguēti. Ue qui propellunt
iustū ⁊ iusticiā eius. Ue qui interimere omnino
nitūtur. Unde istis salus adueniat/desperatur.
Malus qui contēnit/irascens peior: expellens
vtrūqȝ per facinus superat: omniū pessim9 qui
Prouer.18. conat ad necem. Impius quidē cum venerit in
profundū maloꝝ/contemnit. Indubitate venit
in profundum malorū/ qui legē suam contēnit et
christū. Impij erant hi nazareite: impij sunt et
omēs qui a veritate auditū auertunt: qui christi
doctrinā despiciunt. De quib9 per esaiam dicit
Esa.30. Populus eīm ad iracundiā prouocās est: ⁊ filij
mendaces/filij nolentes audire legem dei. Qui
dicunt vidētibus/nolite videre: ⁊ aspiciētibus/
nolite aspicere nobis que recta sunt. Loquimi-
ni nobis placētia: videte nobis errores. Aufer
te a me viā: declinate a me semitā: cesset a facie
nostra sanct9 israel. Ecce peruersitas impiorū
quoꝝ figuram gestabant nazareite: sic atrociter
christo domino aduersantes prouocant ad iram
deū. Sibi etiā ⁊ proximis mētiuntur: lege dei gu
bernari nolūt: spernunt prophetias. Cōprimere
satagunt omnē intellectū/ne que sunt recta co-
gnoscāt: delectant placitis verbis: iuxta quod
2.Timo.4. dicit apostolus: Requirēt sibi magistros pruri
entes auribus: a veritate quidē auditū auertūt:
ad fabulas autē conuertent. Cupiunt errare: vt
distortis morib9 quasi in obliquis vijs delecta-
bilia que querūt/inueniant. Nolunt viā māda-
torum: declinant semitā consilioꝝ. Abolere sa-
tagunt ab ipsoꝝ noticia filiū sanctum dei. Per-
spicua est culpa: sed imediate sequit diuina mul
tationis cōminatio. Propterea hec dicit san-
Esa.30. ctus israel: Pro eo ꝙ exprobrastis verbum hoc
⁊ sperastis in calūnia ⁊ in tumultu: ⁊ inniti estis
sup eo: propterea erit vobis iniquitas hec sicut
interruptio cadens ⁊ requisita in muro excelso
quoniā subito dum nō speratur/veniet cōtritio
eius: et cōminuet sicut cōteritur lagena figuli
cōtritione perualida. Et non inuenietur de fra
gmētis eius testa in qua portetur igniculus de
incēdio: aut hauriat parum aque de fouea. Di-
gna quidē punitio: vt qui omnino totū quod est
virtutis abijciunt/ꝙ etiam ipsi de salute despe-
Prouer.29. rent. Hinc etiā per salomonē dicit: Uiro qui
corripientē se dura ceruice contēnit/ repētinus
superueniet interitus: ⁊ eū sanitas nō sequetur.
Dura quidē ceruix est/veritatē nolle audire: illā
contēnere/doctorē expellere ipsumqȝ necare.

¶ De potestate sermonis iesu: secū-dum lucam. Ca. XIIII

APeriunt intentionem ⁊ vota ⁊ passio
nes animoꝝ edita verba: nō tamē effi
ciunt prolationis effectum. Uehiculū
verbi est vox a corde aliquid fieri cu-
pientis/ ad aures illorū qui habent aliorū vota
perficere. Nullius eīm hominis verbū est seipso
eius quod gliscitur effectiuū. Solus deus ⁊ ho
mo verbo fecit que voluit. Sic enim dauid ait:
Quoniā ipse dixit ⁊ facta sunt: ipse mandauit ⁊
creata sunt. Et dixit in creationis exordio: fiat
lux/⁊ facta ē lux. Et si quempiā moueat hec esse
scripta de deo nondū humanato: qui anteꝙ fie
ret/nullo more hominū loquebat: ꝙꝙ per sub-
iectam eius imperio aliquā creaturā credamus
esse locutū: ita ꝙ vox ipsa quasi de lingua corpo
rea in aures corporeas deueniret: nō tamē quia
humanitatē seu naturā humanā assumpsit: cre-
damus ademptā esse virtutē: ⁊ infinitam quā ab
eterno habuit potestatē. In nulla potentia est
minoratus dei fili9 homo factus: qui nō ex for-
ma serui assumpta/sed in forma dei qua equalis
est patri/potestatē in verbo habuit quod protulit
per os hominis quē assumpsit. Quod verbum
siue sermo in potestate efficiēdi erat omniū que
volebat. Nam cū euasisset de manibus iudeorū
descēdit in capharnaum ciuitatē ga-
lilee: ibiqȝ docebat eos sabbatis: et
stupebant omnes in doctrina eius:
qꝛ in potestate erat sermo eius. Sab-
batis docebat doctrinā pro vltimo sabbato dif
ferens: ⁊ ad quietem in virtute inuitabat morta
les. Cuius doctrinā non apprehendūt nisi cor-
de quieti. Et stupebāt omnes in doctrina eius:
quia in potestate erat sermo ips9. Unde stupor?
Ex magnis ⁊ nouis ⁊ insolitis rebus. Magnū
nouū ⁊ insolitū erat ꝙ sermo emissus quod vo-
lebat/efficeret. Sermo per vocem est. Uerūta-
men deus dedit voci sue vocē virtutis. Queren
dum quidē in quo sermonis eius potestas. In
effectu miraculorū. Sermone suo sanabat vni-
uersos: vita eius ⁊ moribus firmabatur: vt non
esset repugnātia operis ⁊ sermonis. In quo po
tens? Humanos ilico multoꝝ mutabat affect9:
conuertēs placitum in displicentiā: ⁊ quod di-
splicebat/in placitū venire faciebat. In quo po
tens? Mittebat odium inter charos: gladium
inter cōiunctos. In quo potens? Persuadebat
ilico que volebat. In quo potens? Ex authorita
te/nō ex ratione. Nam trahens in fidē propelle
batur ratio naturalis. Et scriptum de ipso erat:
Potens in terra erit semē eius. Et ipse aposto-
lis interrogantib9 explanans dixit: Semen est
verbū dei. Hoc semē potentissimū est in terra:
cū ex ea eximit homines in excelsis cōstituens.
Potentissimū in terra: humiliauit eīm mūdi re-
ges in illa qua saluamur fide. Potens diuinus
sermo: etenim elementa sanctificat. Et dum tan
gitur a corpore ad quod accessit sermo huma-
nus/ad virtutē asciscitur animus. Potēs chri-
sti sermo: liberās in moribus seruatorē ne dam
netur. Quod saluator ipse testat/dicēs: Si quis
sermonem meū seruabit/nō gustabit mortē in
eternū. Non solum potens/ sed omnipotēs est
sermo christi: qui liberat illū custodiētes ab il-
lo gustu eterne mortis/a qua liberare nō potuit
nisi deus homo: qui de illi9 pena peccatores iu-
ste multauit. Et si sermo moysi et aaron coram
pharaone in signis ⁊ portentis in valida pote-

state fuit vt omnia que vellēt/efficerent: in ethere/in aqua/in terra/in animalibus: vt exitus de egypto historia manifestat: si in cōspectu domini vt eū orādo ligaret/ꝛ peteret ab eo dimitti delinquenti populo ad irascendū: si iosue sermo in terra de terra proferentis solem ad vlciscendū de gabaonitis in sua sphera firmauit: si sermo helie ad iudicandos quinq̄genarios principes eorūqꜫ consocios ignē de supernis eduxit: si helisei in omnib⁹ gestis eius: si omniū prophetarū sermo in oībus potens fuit: cur cunctandū ꝙ sermo christi non erit? Sicut duo discipuli post Lu.24. mortem ꝛ resurrectionē asseruerūt ꝙ fuit potēs in opere ꝛ sermone. Et si quis forte parabit obiectū ꝙ illi fecerunt in virtute dei/in qua loquebantur: cōcesserim quidē. Sed hic qui deus est in cui⁹ virtute loquit? In aliena an sua? Inquit Hebr.1. enī apostolus: Multifarie multisqꜫ modis olim loquens deus patribus suis in ꝓphetis: nouissime diebus istis locutus est nobis in filio: non alterius nature siue substantie: aut immēsitatis aut eternitatis/aut vllius alterius diuersitatis: excepto ꝙ relatiue dicitur/ꝙ̄ ipse deus pater extiterit. Ac per hoc reuera sermo eius in potestate magna erat. Merito mentibus audientiū ingerebat stuporē: ꝛ in admiratione suspendebat animos auditorū. Supra naturam ꝛ rationē et vsum hominū erat. In his ꝓphetico quodam spiritu sponsa in canticis videbatur affecta/dicens: Canti.5. Anima mea liquefacta est: vt dilectus locutus est. Potens sermo qui emissus ab ore animas liquefacit. Et in his petrus illectus/dicebat: Jo.6. Uerba vite eterne habes: si a te recedimus ad quē ibimus? Lu.24. Et cleophas aiebat: Nōne cor nostrū ardens erat in nobis/dum nobis loqueretur in via? Hebr.4. Et ait apostolus: Uiuus est sermo dei ꝛ efficax: ꝛ penetrabilior omni gladio ancipiti: pertingēs vsqꜫ ad diuisionē anime ac spiritus: compagum quoqꜫ ꝛ medullarū ꝛ discretor cogitationū ꝛ intentionū cordis. Perspicuū fidelibus atqꜫ habentibus exercitatos sensus: et his qui scripturis catholicis prestant inhesitātem fidē: quāte potestatis christi sermo resplendeat. Ue autē his qui huic potenti obicē posuerūt: vt nō quod potest/ quod nouit/quod querit efficiat. Etenī sibi ex potestate liberi arbitriȷ̄ reluctatur: qui non efficit si nō capitur: nec tenet nisi teneatur.

¶ Quid insinuat ascensus christi in nauē simonis et captura pisciū et doctrina verborū: et relictio nauiū in sequela discipulorū: secundū Lucam. Capitulum XV

Quoniā sermo christi potēs erat vt demulceret audientes auiditate audiendi: quia impetu quodā pio ad eū vtriusqꜫ sexus hoīes vndiqꜫ veniebāt: virtutē iustam attrahendi ad se hoīes ex insita virtute habebat: nisi ꝯtumax ex inuidia iudeoꝝ malicia obstitisset. Lu.5. Nā factū est vt turbe irruerent in eū vt audirent verbū dei: et ipse stabat secus stagnum genezaret. Et vidit duas naues stantes secus stagnū. Piscatores autē descenderant et lauabāt retia. Irruebāt turbe impetu corporis/voluntatis auide excitate desyderio ex p̄auditis amplius audiendi. Magnetinam attrahēdi imaginē habebat sermo christi potestate plen⁹: vt turbas sic irruētes ad audiendū attraheret: ita vt nulla esset delatio iter eos. Sed nec debet in moribus exhibēdi honoris ꝛ reuerentie censura seruari/ad capiēdas diuinas theorias ꝛ erudimēta superna. Et vbi tributio est diuinorū/ ille vrbanior qui anticipat. Et deferre nemini acceptū est tribuenti: cui ille gratior est qui maiori auiditate anticipat. Quedā probatio est amare scientiā/ propinquiorem fieri ad doctorē: qui amplius diligit quē viderit sibi appropinquare auidius vt audiendo p̄capiat. Et miles regi gratior q̄ nemini defert ad assistendū suo conspectui/vt audita iussa perficiat. Gratulaꝛ pater filio cōfratres ceteros postponenti vt sibi possit esse proximior. Non eadē est vrbanitas in diuinis participādis: que in perfunctoriȷ̄s rebus exquiritur. Laudabile porro erat/nō culpabile ꝙ turbe irruebāt vt audirent verbū dei: pro quo audiendo ad anticipationē nemini deferatur. Stabat ipse secus stagnū genezareth: lacum aut mare galilee ab incitatiōe ventorū sic dictū. Uidit naues scꝫ illoꝝ qui operabantur incertas capturas in aquis. Incerta operatio est piscatio: cum sub aquis fortuite linea claustra laxantur. Piscatores descenderāt et lauabāt retia. In cenosam aque partem retia miserant: que ablui oportebat. Nihil quidē in operibus hominū mūdum ꝛ purū est: nisi quod a sola virtute procedit. Cuius etiā act⁹ raro sunt depurati nō ex parte virtutis/sed ex parte agētis in illa: virtus tamē semꝑ est mūda/nihil recipiens aduersi. Attamen in agendo difficile est omnēꝫ habere mundiciā: vt ille qui operatur/nō ex aliqua parte turpeꝛ: ꝙuis virtute nemo male vtatur. Certū dixerim: sed in actu in modo/ in intentione est adhibenda cautela. Merito lauātur retia. Expedit quidē expurgare operatiōes nostras ab his que maculare solent. Lauātur retia: quia sepe ꝓ piscib⁹ rane capiuntur et immūdicie: que occulte cōtinentur in aquis/scꝫ in fluxibilitatibus seculi. Ascendēs autē in vnam nauē/que erat simonis petri: rogauit eū vt a terra reduceret pusillum. Et sedens docebat de nauicula turbas. Due naues erāt: sed illā simonis preelegit: non aliā repudiat. Non enī omne quod nō eligitur/repelliꝛ siue respuitur. Quod eligitur/i maiori est placito: in odio est quod repelliꝛ. Mystice atqꜫ moraliter factū est vt iesus nauem ascenderet simonis: ꝓpter ecclesiam in obediētia fidei situandā. Et obedientia sine cōtradictione ab oībus exigitur: vt in executione mandatoꝝ/ad captanda celestia. Quā ꝓtoplasti non seruātes/de loco amenitatis deiecti sunt

in hanc calamitosam vitam. Rogat simonē ie-
sus: nō imperat adhuc ei/velut nondū sibi ex to
to adherēti. Rogat quidē vt pusillū reducatur
a terra: quod τ factū est. Et de nauicula existēti
in mari dabat ipse populo sitienti doctrinam.
Vult christus a terra reduci per obedientiā fi-
dei: vt nulla terrena ratiōe credaē esse quod est.
Nec ob meritū terrenoꝝ credatur in eū: aut vir
tus christifera seu aliqua cōditio actionis τ sta-
tus ꝓ mercede terrena in ecclesia catholica in-
quiratur. At potius eligaē vexari velut ꝓcello-
sis vndis in mari: τ vndiqꝫ agitari in periculis:
in obedientia fidei: ꝙ in terra seu terrenis soli-
dari ad tempus: fidei moꝛūqꝫ ipsius abiecto re-
Ps.83. gimine: iuxta illā sententiā: Elegi abiectus esse
in domo dei mei: magis ꝙ habitare in taberna
culis peccatoꝝ. Et magis vexari vndis hui⁹ se-
culi elegit christus/ꝙ quiescere in terrenis dele
ctationibus in societate maloꝛum. Sic formā
omnib⁹ sequacibus dedit: vt potius eligant agi
tari turbinibus seculi ꝙ eius foueri subsidijs.
Et hi qui cathedram tenent inferendo doctri-
nam: potius eligant de tribulationibus et ten-
tationibus tolerandis audientes instruere/ꝙ
terrenarum rerum soliditatem assignare laben
tibus. Hinc ipse saluatoꝛ reductus a terra/se-
dens in nauicula docebat de ipsa turbas. Se-
det in nauicula i mari lata: quoniā ipse quiescit
vbi nemo quiescere potest. Et imperium ha-
bet in visibilibus τ in inuisibilib⁹ vndis. Nulla
sibi aliunde molestia/nisi quando quati voluit.
Et docet turbas inde dictas quia facile turban
tur et turbāt: ne turbenē exemplo sui: qui sedet
in turbata nauicula non turbatus. Iam se oꝛ-
dinabat ad crucē: in qua quieto animo pendēs/
etiā magna verba doctrinalia auditoꝛibus pro
tulit. Sed vbi cessauit de nauicula loqui: **Dixit**
ad simonē: Duc in altū et laxate retia
in capturā. Cognouerat iesus ꝙ ad piscādū
illi in nauicula se contulerāt: et ꝙ nec ceperant
laxantes inaniter retia. Nunc ad altioꝛa maris
hoꝛtaē duci nauiculam/vt piscatura fiat: que fa
cta nō erat/τ nunc vberioꝛ solito. Altitudo ma
ris nō est ex montib⁹ aut ex collibus/sed ex in-
uisa ꝓfunditate. Sed cur petiē altitudo maris:
in quā cum ꝓpheta venisset: lamentaē se fuisse
Ps.68. submersum/dicens: Veni in altitudinē maris:
τ tēpestas demersit me. Ac etiā ab apostolo ꝓ-
Rom.11. hibetur altū sapere cū dicit: Noli altum sapere
sed time. Sed nec hoc altū petere suadebatur a
christo: sed altū maris pro futuro mysterio: altū
scꝫ fidei ceterarūqꝫ virtutuꝫ. Altum scꝫ ꝓfundū
intelligentie scripturarū: in quib⁹ velut in figu-
ris ꝓfunda τ reuelanda mysteria latitabant. Al
tum scꝫ humane potentie. Nam humanū impe
rium alte p̄mebat oꝛbem terrarū: quo petrus di
uino mandato se trāstulit piscaturus: vbi pisca
tus est hoīes: vbi reliquit summo pontifici sedē
vbi ad capiendos hoīes cōtinue laxata sunt re
tia fidei: quousqꝫ tota roma venerit in capturā.
Etiā ipsi imperatoꝛes romani velut cete gran-
dia infra fidei τ diuinoꝝ verboꝛum retia deuene-
runt. Sed cū audiuit petrus de laxatione retiū
in captura: ex ineffectu τ laboꝛe casso prioꝛe/ad
futurū quasi reluctauit effectū: tandemqꝫ iuben
ti cōsensit/p̄dicens: **Preceptoꝛ per totā**
noctē laboꝛātes nihil cepim⁹: i verbo
aūt tuo laxabo rete. Preceptoꝛē vocat: ad
cuius est paratus parere precepta. Enuncians
casso laboꝛe se cū socijs totam noctē preteritaꝫ
transegisse: cū nullus piscis venerit in capturā.
Sed rectū loquiē: cum nihil preterꝙ in ꝓmissi-
one cepissent hoīes ab adā vsqꝫ quo saluatoꝛ om
niū aduenisset. Tota eñ nox fuit omne interme
dium tēpus. Et in nocte peccati aut ignoꝛātie
nihil boni capiē: preter auersionē τ culpam di-
gnam gehēnalibus τ tetralibus flāmis. Laxaē
rete ad iubentis verbū: in spe melioꝛis effectus
prestita fide/ꝙ cassus laboꝛ atqꝫ nocturn⁹ ex di
urno exercitio suppleret: et ex effectu iam vera
esset illa sententia quā nondū saluatoꝛ ꝓtulerat
quā τ successu tēpoꝛis ꝓtulit: Quia sine me ni- Joan.
hil potestis facere. Proinde nihil ceperunt no
cturni exercitatoꝛes. Mūdo infidelitatis nocte
pallente/nondū verus dies christus mētib⁹ hu
manis illuxerat. Implent iussum: et cuꝫ hoc
fecissent/cōcluserūt multitudinē pi-
scium copiosam: non eoꝝ peritia τ virtute
seu eo foꝛtuitu quo solēt pisces deuenire i linea
claustra: sed in virtute verbi Iesu/in quo laxata
sunt retia. Hec copiosa multitudo erat ad p̄sa
gium futuroꝝ ꝓ piscatiōe credentiū: ꝓut dictū
est petro ꝙ esset hoīes piscaturus. Nō eñ facta
est ad esum/nec ad cōmertiū: cum neqꝫ comesti
fuerint hi pisces neqꝫ venditi. **Rūpebatur**
aūt rete eoꝛū pre multitudine pisciū:
et annuerūt socijs q̄ erāt in alia naui
vt venirent et iuuarēt eos. Si in virtu-
te dñi est captura: cur rumpiē rete? Schisma et
ipse non diligit: schismaticos ab hiatu terre fe- Num.
cit absoꝛberi. Extra debitos terminos ipse non
operaē: odit sup̄flua: pondus oībus statuit/nu-
merū τ mensurā. Fit tñ sepe in arte piscandi ꝙ
pisciū supra speratū ꝯcludiē multitudo: τ inter-
dū nullus venit in retia. Sed aliqd magni chri
stus volebat innuere ex pisciū tā magna captu
ra: vt cita et firma p̄staretur ex miraculo fides:
τ multitudinē hominū in exoꝛdio nascentis ec-
clesie crediturā: vt liber aplicaꝝ actionū insinu
at. Qꝫ rete rumpebaē/pertinet ad non credētes
ꝑfecte/τ ad i fide schismaticos. Vel ostēdit ma-
gnā christi custodiā electoꝝ suoꝝ: vt etiā eos in
ter ꝑsecutoꝛes/tribulatoꝛes/tentatoꝛes τ schis-
mata/τ diuisiones τ hereses elabi a fide: defluε-
re a virtutib⁹ nō sinat: pro eo ꝙ scriptū est ꝙ rū-
pebaē rete p̄ multitudine pisciū: nullus tamē ex
tra retinata claustra ꝑdibat. Ex ꝓprio motu vl
alia violentia extrahebaē. Sicqꝫ intra retia sal
uatoꝛis inclusi nō exeunt aut excludūtur inuiti:
nec ab aliquo aduerso superari ꝑmittunē vt ex-
cludanē: neqꝫ christ⁹ suos oīno custodit impas
sos: sed ne quod ē sathanicū oppꝛimat pressos.

Non patitur vnitatis amator/pacis ⁊ ꝯcordie
autor: ꝙ a sua vnitate/ ac potius vnione aliq̄s
rescindat̄ inuitus. Uoluntas quidē libera ve-
niendi per dei donū intra dominica retia/ ea-
dem est manendi: vt sicut aliq̄s nō fuit aut mā
sit inclusus inuitꝰ/ sic nec exclusus. Adiutoriū
autē alterius aduocate nauis ad retia petri: et
ad naviculā in qua christus erat: in q̄ insignis
est celebrata captura: aduocationē omniū apo
stoloꝝ ad confessionē petri ⁊ ad autoritatē re-
giminis monstrat: vt cū in om̄i plenitudine au
toritatis constitutus sit vertex: ceteri ad partē
regiminis ⁊ adiutorij sūt adacti. Et venerūt
et impleuerūt ambas nauiculas: ita
ꝙ pene mergerētur. Due nauicl'e nō due
sunt exclesie: vna tm̄ est orthodoxa eccl'ia. Sz
due nauicule/autoritas ⁊ sciētia/fides et actio/
actiua ⁊ contēplatiua: due leges/ moysaica et
euangelica/predicatio ⁊ oratio/ prelatura ⁊ sub
iectio/iussio ⁊ obediētia: due christianoꝝ ꝑtes
Psal. 15. eorū q̄ dixerūt: Dn̄s pars hereditatis mee ⁊ ca
licis mei tu es: qui restitues hereditatē meam
mihi: ⁊ eorū qui terrenorū sarcina/in mandato
rū custodia seruire altissimo decreuerunt. Et
om̄ibꝰ his vna est ecclesia. Quod pene merge-
bant̄/vexationē/tentationē/tribulationē et tē-
pestatē in om̄i stato ⁊ negocio adesse declarat.
Quod cū videret simō petrus/ ꝓcidit
ad genua iesu dicens: Exi a me: q2 hō peccator
sū dn̄e. Stupor em̄ circūdederat eū/ et omnes
qui cū illo erant in captura pisciū quam cepe-
rant. Similiter aūt Jacobū et ioannē filios ze
bedei/qui erāt socij simonis.] Petrus ab euā-
gelista positus est cū euangeliū scripsit: nōduz
quando ista facta sunt/hoc nomē petrꝰ imposi
tum Simoni fuerat. Procidit ad genua Jesu
Simon in humilitate deiectus: in admiratio-
ne factꝰ ex effectu verborū christi. Simile non
dū viderat. Profitebatur in christo magnā esse
virtutē: procliuus ad genua se peccatorē con-
testans: maxime si componeret̄ ad Christum:
cuius consortio se iudicabat indignuz. Pete-
bat ex hoc iesum ab eo egredi: nō tedio sui affe
ctus/non odio/nō inuidia motus ad ipsum: nō
aliquo dolo vel fraude/ sed inequalitate virtu-
tis: cū iesum virtute pollentē/se peccato pallē-
tē agnosceret. In animo delectabat̄ iaz christi
habere cōsortiū: sed eū sui cognita indignitas
ꝓhibebat ne quereret: magis aūt vt diceret ꝙ
ab eo pararet egressum. Initium cito habēde
bonitatis ac diuine potiende virtutis est ꝓprie
vilitatis ⁊ indignitatis cognitio/⁊ humilis ꝯsy
deratio quanta nostri ineq̄litas est ad christū:
et eo ipso nos dignos suo cōsortio facit et ap-
propinq̄t nobis: quo nos ipso iudicamꝰ indi-
gnos: ⁊ ex humilitate longe esse ab ipso credi-
mus. Stupor em̄ circūdederat eū/ et om̄es qui
erant cū eo: admiratio scz rei geste/ que supra
omnē vsū euenerat. Excedunt omnē hoīm in-
tellectū ⁊ sensum etiam minima facta saluato-
ris: nec in eis vere possumꝰ plus cōprehende-
re ꝙ mirari. Sed nec melius laudare ꝙ grati-
as agere: ꝙ sic dignatus est cū hominibꝰ ope-
rari ⁊ conuersari: et opera sue infinite virtutis
ostendere. Et cum stupor simonem velut insen
sibilem reddidisset et timore perculsum: ait ad
eum iesus confortans eum cum pollicitatione
meliorū [Noli timere: ex hoc iam homines
eris capiens]. Fecit iesus in illa captura presa
gium datum simoni atq; cōplicibus suis/ꝙ ho-
mines erāt diuinorū verborū retibus capiēdi: ⁊
per humanas atq; mortales hominū linguas
ꝓmulganda erant celestia et immortalia/dāda
fidei rudimēta ⁊ documēta virtutū: quibꝰ hoīes
caperent̄: ne vagarēt sub vndis fluide amenita-
tis/male libertatis in moribus ꝑditis. Nec an-
ceps animꝰ ꝑsto sit/ꝙ soli simoni hoīm predicit̄
de captura: cū paulus amplius laborauerit plu-
resq; cōuerterit/ ⁊ cōcluserit velut pisces in reti
dn̄ico. Similiter ⁊ aliȷ̄ apl'i ꝑ vniuersum orbem
ad predicandū dispersi/plurimiq; seq̄ces. Sed
dictū est ꝑsertim simoni velut in autoritate pri-
mario/⁊ apostolorum capiti constituto: acsi ad
vnū sit ordinata licentia docendorū/ ⁊ ab eodē
depēdeat autoritas predicādi: ne fingerēt here-
ses sicut factū est/illi q̄ autoritate ꝓpria dogma
tizare in ppl'is ꝑsumpserūt: nō referētes dicta ⁊
interpretationes scripturarū ad vnā catholicā
fidē/⁊ ad vnū infallibilē intellectū eius: datū in
ecclesia preconibꝰ christi ex magisterio spūssan
cti. Expedit quidē vt diuinꝰ sermo capiat̄ ⁊ ca-
piat/ ꝙ ex autoritate ꝓcedat. Quomodo enim
predicabunt nisi mittantur? A quo mittent̄ nisi
ab habente autoritatem? Qui habet autorita-
tem nisi qui accepit a christo? Quis accepit nisi
cui christus dedit? Cui dedit nisi simoni: quem
verticem fecit apostolici chori: cui tradidit cla
ues regni autoritatem ligandi atq; soluendi?
Nam et Paulus qui acceperat autoritatem a
christo: non vt caput/ sed cū capite petro: post
multos sue predicationis annos de euangelio
voluit conferre cum ipso et cū ceteris quos in-
uenit: ne videretur in vacuū currere aut aliq̄d
dicere preter fidei vnitatem. Ideo vni dictum
est quod per multos ministros verbi coadiuto
res christi erat implendum: vt vnitas veritatis/
intētionis ⁊ interpretationis scripturarū: cum
piscationi hoīm intendit̄: a piscatoribꝰ huiusce
modi attēdatur/teneat̄ et habeatur et seruet̄ in
verbo. Et tali presagio prescito [subductis
in terram nauibus / relictis omnibus secuti
sunt eum. Et iacobus ⁊ iohānes relictis oībus
retibus ⁊ patre cum mercēnarijs /similiter secu
ti sunt eū]. Naues operationes marine sunt:
sicut scriptum est: Qui descendunt mare in na- Psal. 106.
uibus/facientes operationes in aquis multis.
Et in introitu sepe velificant aduersitate ven-
torum: vt non quo voluntas appetit/ sed quo
flatus impellit applicant. Et si piscationi deest̄
actio/sepe deluditur. Qui ergo sequi volūt chri
stum/declinent ad terrā: ⁊ operationes ex soli-
dis faciant ⁊ ex certis. Non casu/nō euētu/non

fortuna/nō sorte seruiendū est christo: ꝫ electione/ac etiā ex oī rōnis iudicio imitādus. Proinde subducende sunt ꝯpationes incerte ad solidā terrā. Et relinqre debemus ꝯpationes in fluidis: ⁊ in rebꝰ stabilibꝰ christū sequi. Nō aūt sequi possunt nihil terrenū habentē onerati terrenis. Dissimilitudo habēdi ⁊ nō habēdi dissociat: rerū vero pōderositas nō ꝑmittit implicatū terrenis curis ⁊ sollicitudinibꝰ animū ad expeditā ab hoibus/imo ꝓhibet oīno sequelam. Ac ꝑ hoc morū cōueniētia docet/ suadet ratio: noua quā initiauit vita exigit: vt oīa relinquantur q̄ ipse cōtempsit. Nihil habeamꝰ eorū q̄ noluit. Nihil amenus eorū que odit. Sequamur suo mō/nō iudicio nostro: q̄ se nobis imitabilē ꝓstitit. Reliquerūt naues: reliquerūt retia: reliquerūt artē/patrē/ mercēnarios quos mercede cōduxerāt in arte piscādi. Oibus relictis secuti sunt oīa feliciter possidentē/oīa bona eterne habentē/⁊ suis sectatoribꝰ retributionis tꝑe largientē. Quid aūt est sequi christū: cū ipse ad hoc inuitet: ⁊ totiēs scriptura cōmemorat: seq̄ christū ex humanis moribus suadet. Etenim q̄spiā amicū vtiqꝫ charū habēs/sequit̄ ꝑeuntē dū pōt corꝑe: cū nequit vltra/ visu quoadusqꝫ valet postergat. Cū vero ab aspectibꝰ abolet̄/ se traijcit in amoris equū: quē q̄ṫuꝫ pōt calcaribꝰ vrget vt attingat dilectū. Sic ꝓcedentē dilectione/in fide sequamur in suis operibꝰ christū/in moralibus nō in mirabilibꝰ/vt suppetit ipsa facultas: q̄ ꝓgredi ampliꝰ nō valemꝰ. Intelligētia clara factorū eiꝰ in memoria fiat: generabit quidē gratiarūactionē. Et cū fuerit in suo inuisibili fatigata motu/ vt amplius seq̄ nequeat: ad sequelā amor indefessus accedat. Et q̄ sequit̄ ꝑeuntem: ingredientē indubitate semitas eq̄tatis/nō priorizet in via: Nō expedit aut decet sequētē christum/aliqn̄ ꝓire iesum. Sathan etiā post enūciationē btitudinis appellatus est petrus: tm̄ voluit in cōfitēdo preire iesum. Totus ad christū/ nihil ad se debet fieri verus sequēs. Nec declinet ad dexterā aut leuā: sed sicut viderit añ iter pandere/post sequat̄ ducē nūq̄ ꝑeuntē in preceps: ꝫ ducentē ꝑ semitas ⁊ itinera claritatis.

De sequela domini in tribus hoībus: a qua quidā repellitur/ quidaꝫ inuitatur: secundū Mattheū et Lucam. Capitulum XVI

Mathei 8 c.
Luce 9 g.

Nota hoc capm totum. Bien guita razon deue notarlo qualquier religioso.

Postq̄ dei filius in terris visus est/ et cū hominibus cōuersatus est: dispariter animi hominū affecti sunt ad eū. Non ex obiectu christi qui talē se hominibꝰ exhibebat: neumodolibet acceptor pesonarū existens: sed ex affectibus hominū qui in euꝫ varie ferebant̄. Et dux humani generis nobis de celo demissus in sorte meliori q̄ Adā aut noe/ aut Abraam aut moyses: qui fuerunt vtiqꝫ magni duces: aut quorūcunqꝫ populoꝝ principes nouā facturus militiā/querebat sequelā. Inanis dux/inanisqꝫ ducatus: nisi qui ducant̄ existant. Et omnes isti supno duce indigebāt. Nā in terrenis ducibus iam defecerat omne hoīm genus. Veruntamē multi estimauerūt cōtemptibilē hūc ducē/ nulla humana potētia refulgētem: et priuatā honoribus/diuitijs/societate ꝓcerū/potentatu ciuiū: et his quibus maxime inhiat affectus humanus existens vanus. Amplius quidem q̄ in suo bello conflictum in corpore accepit in cruce: et impotens et improuidus et inualidus iudicatus est: vt etiam a tali sequela plurimi abstraherentur terrore tyrannorum/ metu penarū/et aspernatione ignominiose mortis: timentes damna rerum si venirēt ad crucifixi ducis sequelam: cum ipse dixerit: Qui vult venire post me: tollat crucem suam et sequat̄ me. Cuius sermo et his omnibus presertim qui in christo amplius q̄ quod erat humanū cognouerūt: cognitione quidē fidei/sed nō altera. Et cū varie ⁊ differēter a cordibꝰ eū videntiū caperet̄ factū est vt ambulātibꝰ illis in via/accedens vnꝰ scriba ait illi: Magister sequar te quocunqꝫ ieris. Et dicit eis iesus: Vulpes foueas habēt/⁊ volucres celi nidos: filius aūt hoīs nō habet vbi caput suū reclinet. Ecce se offert ad sequendū christū scriba non req̄situs. Et magistrum vocat velut cupiēs erudiri: ⁊ inexceptuatā pollicet̄ ipse sequelā/vt nihil sit quod eū possit auertere: nullusqꝫ sit tedio aut timori: nullꝰ amor patrie: nullus pauor ꝑegrinari cum illo. Precedat ipse dux: sequet̄ ipse quo ierit. Optima pollicitatio sequētis ad ducē cū nihil excipit̄. Vtinā ⁊ nos sequamur inexceptuate/ quocūqꝫ preire nouerimus ducē oīum christū. Sed huic talia ꝓmittēti intētio nō erat sana: quāq̄ optime verba sonarēt: quā ex respōsione christꝰ resculpsit dicēs: Vulpes foueas habēt/et volucres celi nidos. Aliquid iste scriba temporalis emolimēti sperabat ex christo: aut dolo ista ꝓtulerat. Propterea hmōi responsionem accepit: non q̄ sequeretur/ sed q̄ christo nihil aderat cōmodi tꝑalis. Frustra igitur se parabat ad seq̄lam christi terrenarū intuitu/ cum se a talibus abdicauerit: nec seq̄ces suos premiari terrenis disposuerit/ sed supnis. Neqꝫ saluator de celis ꝓ nobis veniēs in hunc mundū sequi eū volentibus in moribꝰ ad celestia facturus ipse ducatū/ desinit esse quod erat. Neqꝫ ꝟtutis sue premiū voluit esse terrenū. Ex forma serui se imitabilē ꝓbuit: quesiuitqꝫ sequelā: ex forma dei premiū ꝓmisit: inuitans ad gloriā/ nō ꝑfunctoriā sed supernā. Nō igitur in hoc mūdo aut in rebus huiꝰ seculi sperandū i christo/vt ait apls: Quoniā si in hoc mūdo in christo tm̄ sperantes sumus/miserabiliores sumꝰ oībꝰ hoibus. Non est tēporale cōmerciū sequi christū. Et si ad tempus fit sequela/in eternuꝫ est premiū. Et eternus dn̄s dignū estimat sibi/ suis sequacibꝰ eterna largiri. Nō recessit ab imis: non assurgit ad potiora qui sequit̄ christum/ aut operat̄ in virtutibus suis: gliscens ex hoc adipisci labētia. Asserit ergo se pauperē christꝰ: cū sit christus dn̄s oīm: ⁊ oīm intētionē auertit a sequela

sui respectu cõmodi tẽporalis: dicẽs aīalia terrena et volatilia celi habere i terra ꝓprias mãsiones: se vero nullũ diuerticulũ ad manendũ. Hinc de christo dauid predixerat: Pauper sũ ego/et in laboribus a iuuentute mea. Et Apostolus declamat: Scitis eñ gratiaȝ dñi nostri Jesu christi: q̃m ꝓpter nos egenꝰ factus est cũ eẽt diues: vt illiꝰ īopia vos diuites essetis. Nõ vult sequenteȝ Jesus decipere/si temporalẽ ex sequela sperat mercedeȝ: imo nec recipere/si ex ipso nõ sperat eternã: ꝓpter ipsũ despiciẽs terrenã/abdicatus mundo/alienatus mẽte/ a charis ẜm carnem/seipsum odiens odio sancto: et ingrediens illã artam viã que ducit ad eternũ et fundatissimum dei regnũ: illam latam asper natus/q̃ itur in eternũ suppliciũ. Sed illa paucos/ista plurimos habet viatores. Si vero in exiliorem sensum verba traijcimus: Christi ad homines maxima est querela: videlicet ꝙ volucres celi scȝ demones/haberẽt receptaculũ in cordibus hominũ ad manendũ: ꝛ vulpes videlicet exquisite malicie atq̧ versutie: et christus nõ iueniat vbi caput reclinãdo deponat: scȝ vt quia deus est/ab hoibꝰ credẽdo rapiat. Caput eñ christi deus/dicit Apls. Nolebat eñ Christus vt eũ vt puꝝ hominẽ hoies sequerent/ sed etiã tanq̃ deũ: vt hoiem in exemplo/vt deuȝ ꝓ premio: vt hoiem in agẽda vita/vt deũ i sperãda: vt hoiem in doctrina/vt deũ ꝓ gloria. Iste aũt qui nec receptus est ad sequelã: aut aliquid boni tpalis sperabat a christo: aut aliquã fraudẽ gestabat in animo: Quis essent verba decentia plata inexceptuate protinꝰ sequelã. Ait autẽ ad alterũ. Sequere me. Ille autẽ dixit: Dñe ꝑmitte me primũ sepelire patrẽ meum. Dixitq̧ ei Jesus: Sine vt mortui sepeliãt mortuos suos: tu autem vade/ꝛ annũcia regnũ dei. Scriba repellitur a sequela/ iste inuitat. Repellit scriba: quoniã difficillime ꝑplurimũ est/vt alta sapiens ꝛ prudẽtia carnis imbutus/ in veritate velit deijci: et in humilitate Christi vestigia sequi. Repellitur scriba/qui se obtulit ad sequelam: hic inuitatur: nec permittitur in patrem exercere officia pietatis: ad officiũ maioris destinatus vt annunciet regnũ dei. Huic dicit vt sequat. paternam pietateȝ ille allegat: curare vult patrem: nec eum destituere dimittens: expectare disponit quousq̧ moriatur/ vt eum sepulture cõmendet: nesciens si forte ipse ante moriatur. Non erat huius pater in infirmitate/vt moriturus in primo videret: sed fortassis in senectute. Attamen expectare iste disponebat: melius agere ratus/ ꝙ si christũ sequeretur: ignarus adhuc ꝙ pietas pro pietate dimittenda esset. Preceptiuo verbo hic erudit a christo: ꝙ ipse sufficiẽs ꝛ debita causa est/ qua parentes dimittendi sunt/ꝛ etiaȝ quicunq̧ propinqui. Et relicti sunt parentes a discipulis/et a multis benefidelibus christianis. Et Jesus alibi asseruit in eius nõ posse venire discipulatum sine sequelã/sine sancto odio propinquoꝝ

Impietas necessaria est ad suos/cum ad suam vocat sequelã saluator omniũ christus. Et impietati damnabili ascriberet Christo vocante contempto/ ad suos pietas custodita. Ad plenũ ꝛ peroptime pius est/qui diuinuȝ ꝑfecit imperiũ/etiã omni obsecũdatione denegata parẽtibus. Prefert hominibus deꝰ/ genitori creator/patientibus ad mortẽ vite largitor/ nutritoribꝰ redemptor: viuentibꝰ cũctis in hac vita mortali/qui vt oĩbus vita beata daret/ꝛ immortalis se donauit in mortẽ. Et oĩm vitam et mores emit: qui ꝑ oĩbꝰ in aia in peccato mortuis/ꝛ ex natura corruptibili in corpe morituris/suã vitam morti exposuit: nõ taliter q̃liter/ sed ignominiosissimo genere moriendi. Exigit iure sequelã: parẽtes ꝛ cognatos dimittere persuadet: qui gratis oĩa fecit: ꝛ in vsũ hominibus dedit: ꝛ gratis semetipsum in redẽptionis preciũ contulit. Sed tremende contemplandũ/ꝙ mortui sepeliant mortuos. Nam si mortui/quõ sepeliũt? Si alios mortuos sepeliunt: quõ ipsi ipsi mortui sunt? Si vnũ horũ asseritur/ alterũ vt remoueat necesse est. Attamẽ alia sententia quod dicit innotescit. Q̃m qui vult vocatꝰ ad christi sequelã accedere/ilico factus est iustus: q2 illũ seq/ imo velle firmiter sequi/insticia est. Et qui nõ sequũtur ꝛ nolũt/iniusti sunt. Iniusticia quidẽ mortẽ in anima fecit: etiã si adhuc corpus vita perfunctoria ꝑfruat. Mors auteȝ corpalis que multatione diuina in oĩes homines venit/oĩes interimit: neminem sui relinquẽs inexpertũ. Erũt igit atq̧ sunt in aia mortui: licet corpe viui/fortassis cito in corpe morituri. Sunt etiã mortui in altero/ꝛ sepiꝰ i vtroq̧. Quorũ omniũ nulla ꝯuentio ad eos q̃ christũ voluntate/atq̧ mox imitatione sequuntur. Igitur sequens recta intentione christum/ iustus est: et iustꝰ ex fide viuit: scilicet ex illa que ex deo est iusticia in fide. Et ipse saluator ait: Qui sequit me/nõ ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite. Uite porro lumen tenebras mortis excludit. Et iterũ: Ego suȝ via/veritas ꝛ vita. Totus ergo a vita/ totus de vita/ totus ex vita/totus in vita/totus pro vita: qui non repedate aut inobliquate sequitur christũ. Qui autem nõ sequũtur/totis ꝓprijs itineribus tendunt i mortẽ: quoniã nõ est aliud iter rectũ ad patriã/nisi sequendo ducẽ qui de illa eterna patria venit ad ꝑegrinatiõis nr̃e miseriã. Sȝ q2 sic ẽ ꝙ seq̃ntes christũ viui/nõ seq̃ntes mortui sũt: nõ illa morte ĩspecta corpis q̃ oĩbꝰ ẽ cõis: sȝ illa cõsyderata scȝ rõnalis aīe ꝑ culpã: q̃ nõ cõpetit nisi reprobis: q̃d ergo fedꝰ viuoꝝ ad mortuos/sensibiliũ ad insensibiles/ obedientiũ ad cõtumaces/sequentiũ ad nõ sequẽtes / diligentiũ ad non diligentes? Profecto iustissime dictũ est inuitato ad sequelã domini saluatoris: Dimitte vt mortui sepeliant mortuos suos. Ac si diceret: Explicitum te fac: implicare te noli. Reprobi sint cum reprobis / electi cum electis: viui cum viuis/ mortui cũ mortuis: se-

Jo.8.

Jo.14

quaces christi cũ eorũ similib9: sectatores diaboli cũ cõplicibus eius. Tu aũt vade annũcia regnũ dei. Nõ expectãdus est parẽs/ cito aut tarde moriturus: vbi audit christi vocatio: qui factis/dictis ꝛ omi actione sua nos vocauit in aliam vitã agendã atq3 sperandã. Ubi ꝑcipit siue ꝑcipit annũciatio regni dei/euãgelij sancti: nõ curandũ de dimittẽdis: nõ cunctãdũ penitus de agendis. Uox diuina cũ clamat/ab oibus humanis atq3 mũdanis reb9 absoluit. Rex terrenus habet in morib9 cũ militẽ suum ad signatã militiã ordinat: et domin9 cũ seruũ vni rei agẽde subijcit: ꝓ illo tũc a negocijs ceteris liberũ facit: neq3 a seipso i sua mẽte culpãdus/ seu ab alijs arguẽd9 est: si spretis oib9 atq3 dimissis iuste precipiẽtis exequit voluntatẽ: is cui9 ꝯditionis est/incõtradicibiliter subiacere. Uolũtate siue necessitate subiacem9 diuine precipiẽti: vt nil sit nostri arbitrij cũ vocauerit: nil cũ preceperit nostre directionis: etiã si nostro iudicio meliorib9 actionib9 posse videret intendere. Qui se subiacere iuste cognouerit: ꝛ infallibilẽ preceptorẽ ad se factũ: aspnabit etiaz bonũ electiõis sue decretũ. Proinde isto forte nõ cognoscẽte pietatẽ a pietate discernere: parẽtibus ꝯm carnẽ illã impẽdere sanius estimabat. Corripit ipse: atq3 i ipso corrigit ꝛ instruit ois fideliũ multitudo: vt cũ ꝑceptũ diuinũ aut cõsiliũ inspiratũ illuxerit/ ꝙ ois ꝓpinquitas relinquat: ꝛ quelibet actio alia pietatis. Perampli9 annũciatio regni dei ꝛ euãgelij christi eius q̃ in aiarũ salutẽ ꝑagitur/que imperpetuũ sunt victure/preponẽda est obsequijs corporũ necessario moriturorũ: in quocũq3 gradu ꝓpinq̃tatis existãt. Nã vox paterna de celo delapsa est: hic est fili9 meus dilectus/ipsum audite. Cum christus loquit/ois aia in eius obedientia cũctis postpositis liq̃fiat. ⌊Et ait alter: Seq̃r te dñe: sed ꝑmũ ꝑmitte me renũciare his q̃ domi sũt. Ait ad illũ iesus: Nemo mittẽs manũ suã ad aratrũ/ꝛ aspiciẽs retro/apt9 est regno dei⌉ Prestãda homini potiori sequela nõ erit in volũtate sequẽtis/s3 in arbitrio ꝑcipiẽtis: vt tẽp9 ꝛ modus ab ei9 arbitratu dependeãt. Disposuisti sequi christũ: cur moras innectis? Quid cunctandũ si fides: q̃d si christus cordib9 insit? Ad quid dom9 repetit/vt his que in ea sũt renũciet? A nullo est expectãda licentia/parato aio ad sequelã. Dis autoritas in illa sequela cõsistit: nemini vale facere obligat. Sũmi consilij est christũ sequi/oibus incõsultis. Ars est artiũ ꝛ scientia scientiarũ infallibilis est/simpliciter ipm seq̃ nemine requisito. An forte cõsulendũ est parentes aut ab eis cõmeatũ accipe: aut disponendũ cũ eis si et q̃n et quõ ꝛ in quo quis debeat christum sequi? Negauerim. An ad renunciandũ pacto seu iuramento ꝙ vlterius nolit conuersari cũ charis: neq3 vti dominio in terrenis: quis ratus fuerit domum repetere? Sed ad hoc nulla necessitas vrget. Ipsa enim christi sequela totum gerit/et agenda oĩa secũ portat: omnẽ expeditionem habet: et q̃tatiõis cũ mũdo chirographũ et licentiã et abdicationẽ ꝛ segregationẽ a dissimilibus: ꝛ absolutionẽ ab humanis decretis ꝛ a nature legibus ꝛ a legũ ꝛ regũ imperio: q̃m iesus deus hõ est quẽ sequimur: de9 in omnib9 ineffabilis bonis: homo in oibus moralib9 pagẽdis. Ac per hoc inopportunũ dictũ a volẽte sequi: primũ permitte mihi renũciare his que domi sunt. Ad quẽ iesus ⌊Nemo mittẽs manũ in aratrũ ꝛ aspiciens retro/ aptus est regno dei⌉ Aratrũ instrumentũ est cui apposito vomere tractu boum terra ꝓscindit: ea intẽtiõe vt iaciat semen ad mortificandũ et fructificandum atq3 fructũ augmẽtis adhibitis/ad sustẽdandã vitã in corꝑe assumendũ: ea quidẽ imagine aratri sequela christi appellata est. Ad quã si quis se dederit: ad alia q̃cũq3 cõuersus/ regno dei fit ineptus. Cui ergo aptus? Regno diaboli: q2 in illa veritate qua creatus est nõ stetit: ꝙobrẽ regno dei factus ineptus/tetro regno factus est aptus. Non est reperire tertiũ regnũ: q̃m q̃ nõ est dei/tradit dñationi sathanice. Et q̃ regno dei nõ congruit: nõ se fallat existimãs regno diaboli nõ cõpetere: credẽs suũ aliquẽ dominatũ seu regnũ: in quo si nõ glorificaret cũ christo in dei regno/nec sociaret in penis in regno sathanico: velut esset aliquod aliud cui9 nulla ꝑticipatio fieret cũ vtroq3. Itaq3 ab aratro resiliẽs non aptus regno dei / aptitudinẽ habebit aduersam. Nec obstat ꝙ de pueris nõ baptizatis ex hac vita nihil ꝑperã cupito / dicto aut facto egrediẽtib9 quis posset obijcere: q̃m nõ spectãt ad regnũ dei: q2 in fide trinitatis baptisati non sunt: nihil quoq3 boni fecerũt vñ mererent: nec ad regnũ diaboli: q2 nullã maculã volũtate aut oꝑe cõtraxerũt. Et hoc singulare habet diuina et humana iusticia: vt nemo absq3 crimine proprio in ꝓpria ꝑsona puniat. Relinquit ergo eis aliq̃s locus tertius: in quo deo nõ fruantur: nec sensibili pena plectant: vbi nõ sunt illa summa bona/et infima illa mala. Et ex eadẽ ꝓcedit iusticia: nõ coronare immeritũ/et non punire insontẽ. Illa vero culpa originalis per lauacrũ regenerationis nõ abolita/q̃ cõtracta est a parentib9 primis: penã sensibilẽ nõ meret: q̃m inuolũtaria et inactualis ẽ in nascẽtib9 posteris.

¶ Devocatiõe publicani ad sequelã christi: qui pctõres ad penitẽtiã vocaturus aduenerat: secũdũ Mattheũ marcũ et lucam. Capitulum XVII

Qui hoiem ad siĩitudinẽ et imaginem suã sic fecit ꝓut ab eterno preuidit: ꝑnoscit hoim volũtates ꝛ eaꝝ dispositiones: ꝙ̃ faciles ad auersionẽ ꝛ conuersionẽ/ꝙ̃ue difficiles/ꝙ̃ discipliabiles/ꝙ̃ tardiores/ꝙ̃ dure ceruicis/ꝙ̃ ꝯsentanee ad suꝑnas directiões. Et sicut nouerit aiam sue vocationi absq3 cõtumacia in obediẽtia fieri/sic vocat. Etẽi cũ vniuerso hũano sic egit: ꝙ nõ añ/sed eo tꝑe mũdo i carne apparuit: quo mũd9 iã erat i dispositione fact9 ipsũ recipe: ꝙuis eũ abiecisset ꝑꝑls pe

culiaris eiꝰ: sicut scriptũ est: Et sui eũ nõ recepe-
rũt. Et cũ sepe mens hoim hesitat cur iste vo-
cat / ille nõ vocat; iste recipit in seq̃lã / ille respui
tur: nemo queruletur: nemo p̃sumat i deuz: nemo
temerarie iudicet. Nulla responsio verior / nisi
q2 deꝰ oim corda nouit / ⁊ volũtates q̃ hoies la
tẽt. Et eque vt nec acceptio ꝑsonaꝝ / sic nec est
iniq̃tas apud deũ. Si spũs dei vbi vult spirat:
⁊ q̃ñ vult / et quõ vult: et nũq̃ nisi quod iustũ est
vult: nouit ergo quẽ vocat q̃ oino futurꝰ sit i se
quelã: ⁊ quẽ ad ipsã futurũ nõ p̃nouit / vocatiõe
nõ excitat. Mira etiã ad reprobos vtẽs pieta
te: ne ampliori pena plecterentur / si vocati veni-
re ꝯtẽnerẽt q̃ si despicerẽt nõ vocati: q̃m seruꝰ
ꝯtumax / ⁊ ꝯceptu iudicio subiacet: ignorans vo
misericordiã apte cõseq̃tur: velut seruꝰ sciẽs vo
lũtatẽ dñi sui ⁊ nõ facit / plagis amplioribꝰ: ne
sciẽs paucioribꝰ vapulat. Ex hoc q̃dẽ dictorũ
cõtẽplatio nascitur / q̃ iesus signanter vocauerit
publicanũ. Nã ⌊vidit iesus publicanũ ho-
minẽ sedentẽ i telonio / mattheũ noie siue leui:
et ait illi: Seq̃re me. Et relictis oĩbꝰ surgẽs
secutꝰ est eũ.⌉ In capharnaũ hũc hoiem com
prehẽdimꝰ a iesu fuisse vocatũ / noie Mattheũ
siue leui alphei: vno scz ꝓprio noie seipsũ exp̃s-
sit: alio scz leui duo aliȷ̃ expresserũt. Capharna
um ciuitas marina erat apta commerciȷ̃s: vbi
matheꝰ reipublice agebat officia. Nã matthe
us ex nomine / leui ex genere: de tribu leui eñ
erat. Publicanus ex officio: quod a scipione
publio habuit originẽ et ordinationẽ: q̃ ꝓ re-
publica ordinauit publica telonia. In quorũ
numero mattheus ꝓ republica cõstitutꝰ / sede
bat exactor: inde captãs inopẽ atq̃ vilẽ corpo-
ris sui victũ: nesciens forte quid meliꝰ seu apti
us ageret ꝓ stipe querẽda q̃ exigere / calculare /
reassignare in cesareũ fiscũ numismata imagi-
ne cesaris insignita. Sed apte ꝑ imaginẽ quan-
dã a publico ad magis publicũ trãsiuit officiũ:
cũ vocaretur a christo rege regũ ⁊ dño dñantiũ:
qui non vnius ciuitatis aut ꝓuincie / sed totius
mũdi rempublicã repaturus aduenerat: missu-
rusq̃ hunc publicanũ ꝑ mundũ in cedentẽ sibi
sortẽ: vt ad firmissimũ ⁊ solidissimũ statũ reipu-
blice de nouo ꝑ deũ ⁊ hoiem / hoim legitimum
regẽ in vera virtute astruendũ: sine qua non est
reipublice firmꝰ status: ⁊ in eterna beatitudine
cõsummandũ: hoies euãgelica p̃dicatione inui
taret. Sicut eñ piscatores hoim fecit arte non
abolita / sed in meliora mutata: sic mattheũ fecit
deserere teloneicam factionẽ agentẽ ꝓ terrena
republica / vt ageret ꝓ eterna. Et velut numis-
mata signata imagine cesaris exigebat pro ce-
sare: sic hoies ad imaginẽ dei factos inuitaret
ad vnũ deũ et summũ deũ: vt hoies agnoscerẽt
creatorẽ suum ab eterno deũ: sed in tpe ꝓ ipsis
hoibus incarnatũ vt essent dei que sunt dei: et
sua iura iusticia cesarea sortiretur. Nã abrasam
artẽ istã exigendi / calculandi / ditandi fisci cesa-
ris / nouimus a mattheo sed cõditione nobilio-
re donatã: cum derelicta est illa sessio quotidia
na / nautica emolimẽta expectãs: et christi sequẽ
la facta et in discursu laborioso per orbẽ in an-
nunciatione euangeliȷ̃ eterni pro eterno regno
dei. Sed ad gestorũ seriẽ redeundũ est. ⌊Vi-
dit iesus hominẽ sedentẽ ad teloniũ.⌉ De
terminatur christi aspectus ad vnũ hominẽ cum
dicitur / vidit: qui oẽs ab eterno preuidit: sed pro-
pter vnũ signãter dicitur / vidit: cũ aspectũ christi
nemo possit effugere: q̃m in omni loco oculi Prouer.15.
dñi cõtemplantur bonos ⁊ malos. Sed illa visio
defixa in hoiem / electionẽ eius a christo iã factã
ostendit: quem p̃sciebat vocationi seu electioni
eius pie prestaturũ esse cõsensum. Nã quos pre Ro.8.
destinauit hos vocauit: quos vocauit hos iusti
ficauit: quos iustificauit hos glorificauit. Sed
vbi vidit? Sedentẽ ad teloniũ. Quietẽ corpis
habet negociatio illa: mentis aũt plurimã solli-
citudinem. Et discipulus christi factus siue fu-
turus / deponat seculariter implicãtia mentem
oportet enim illã non corporalibꝰ / sed spiritua-
libus occupari. Imago dei est homo: in aĩa nõ
in corpore. Igitur aĩa diuinis intendat: et si ali
quãdo vilis facta / solescens in imis / assuefacta
caducis: resipiscens turpitudinẽ illã abstergat:
reintendẽs ad quod et s̃m quod facta erat. Cor
pore vero tantũ implicandum est q̃tũ virtus in
animo residens in suum instrumentũ cõpensa-
ta ipsius valitudine voluerit assumere: aut q̃tũ
ipsius corporis nõ voluptas / sed necessitas co-
egerit. Non competũt sectatoribus christi ar-
tes auertentes a spũalibus atq̃ diuinis specula
tionibus mentẽ: sed ille que corpus sollicitent
peramplius / mentẽ perminus. Atqui propriuz
nomen eius et generis atq̃ patris si ducantur
ad interpretationẽ: vocationi sue / imo ad id ad
quod vocatus est conferũt. Qui surgens secu-
tus est eum. Non surdus auditor: non tardus
ad verbum. Non expectauit exactionis sue fi-
scariȷ̃s cesaris reddere rationem: pro eo q̃ telo-
nium relinquebat indemne. Aliter quidem nec
christus eius acceptasset sequelam. Nemo cum
re seu damno proximi aut fraude reipublice re-
cipitur in familiã christi: nisi ad posse cũcta pri-
mo errata correxerit. Non venerat christus le- Mat.5.
gem soluere preceptorũ veterũ / sed adimplere:
q̃uis initians viam nouam / noua mandata no-
uaq̃ consilia indiceret. Porro relictis omni-
bus mattheus sequitur christum. Nulla tempo
ris intercapedine data: vt vocatꝰ cõfestim obe-
dientia esset ad verbum: misero sedili relicto et
sacculo pecuniarũ et seraminibꝰ ⁊ scriptionibꝰ
receptoꝝ ⁊ mercede sibi debita ꝓ officio: ad ver
bũ christi effectiuũ / ipse ipsiꝰ factꝰ ẽ ꝑ oĩa effecti-
uus. Nã nõ solũ christi v̄bũ in matthei auribꝰ
sonuit / seq̃re me: sz ad se traxit animũ: mutauit
affectũ: illuminauit intellectũ: id oino efficiẽs
quo sicut vocatꝰ / sic sequeretur. Quod ilico mat-
theꝰ effectiui verbi fecit effectũ: q̃ relictis oibꝰ
secutꝰ est eũ / oĩa sibi meliora facturũ. Reliquit
q̃dẽ oĩa q̃ erãt ad teloniatꝰ officiũ: in illa prima
vocatiõe q̃ dictũ ẽ sibi / seq̃re me: nõ illa q̃ domi

habebat: attñ in posterũ relictur9: Nã fecit ei cõuiuiũ i domo sua. Fecit publicanus ex officio publico in domo sua publicũ christo cõuiuiũ: vt in euidẽtia rei fieret quod dimiserat: ⁊ cuius volebat sectari vestigia. Reliquerat teloniuz vbi merces nauiũ et nautarũ emolimenta reddunt: vbi ⁊ telonarius sederat / preciũ mercib9 ipse factur9. Et seq̃bat christũ: q̃ mercedes suis sequacib9 reddet: ipse factus om̃ib9 merces: q2 hec est hereditas dñi filij merces fruct9 ventris: nõ impositur9 amplius venalib9 mercib9 preciũ: sed ei9 quod in christi sequela meruerit premiũ recepturus. Facit conuiuiũ leui maiori ꝙ rerũ fidei apparatu: exultãs iesũ recepisse hospitio: ⁊ ꝙ de substãtia sua tanto ⁊ tali hospiti ministrare meruisset: indignũ om̃ino se arbitrans ꝙ vocaretur a christo: et ꝙ ad domũ suã corꝑalem sumpturus annonã tã humiliter diuertisset. Ex cui9 humilitate matthe9 in dño humilior reddebat: et eo efficiebat christi capacior / quo in humilitate ꝓfundior. Neq3 christus ob cibi causã ad domuz eius accesserat: sed ad erudiendã et cõfirmandã aiam ei9 in relictione rerũ quã fecerat: ⁊ in sequela quã ceperat / adaugens adinceptũ: vt etiaz domũ et cunctam supellectilẽ / ⁊ si q̃ vendicasset in ꝓpriũ / ex toto dimitteret: q̃rẽs eũ magis pauperẽ fieri / egere cũ christo / q̃ abũdare terrenis: etiã si sibi ⁊ cũctis egenis iuxta sumpt9 in posterũ de habitis ministraret. Neq3 volebat christ9 illũ relinq̃re quantalibet implicatũ: quẽ tanto studio suã vocauerat in sequelã: quẽ aptũ prenouerat discipulatui et apostolatui eius: euangelistaz verbo et scripto futurũ: tandẽ ꝓ ipso subiturũ ⁊ mortẽ. Sumit ore christus a mattheo partis / et ab ipso paratis: cui et licitũ erat sumere nõ tm̃ de bene parto / sed etiã de ꝑꝑerã cunctorũ hoim: cũ ipse sit dñs vniuersorũ: cui ꝓter peccatũ nihil est alienũ. Cui nõ preiudicabat neq̃ter acq̃rendo malicia hoim in bonitate naturarũ ⁊ rerũ: quarũ omniũ habebat verũ dominiũ: nõ lege cesarea vel humana / sed diuina: q̃uis hõ factus ꝑ nobis egere voluisset: ⁊ nihil sibi mercatus tꝑaliũ legũ in propriũ vendicare: sed velut egen9 volũtate captabat ab hoibus: opẽ oẽm / ꝓprietatẽ et sollicitudinẽ ⁊ curationẽ in rebus tꝑalibus aspernat9: velut a celestibus veniens celestibus intendẽs: sup ista celestia in celestibus maioribus cito futurus: prerogãs nobis ĩ paupertate formã / qualiter contemptis terrenis celestia capiamus. Hec ꝓ tãto dixerim / si cuiuspiã anim9 moueret: sc3 cur christ9 accipit ꝯuiuiũ a mattheo: cui forte in tali officio aliq̃d non bene partũ inheserat. Est etiã aliud quod hmõi querelã si fieret recõpingit. Cũ quis studet saluti aiarũ: et earũ intẽdit mederi lãguoribus: dũtaxat quod necessarium est / in licentia est sumendi: etiã si de mãmona iniq̃tatis existeret. **Et factũ est discũbente eo in domo illi9: ecce multi publicani et peccatores veniẽtes discũbebãt cũ Jesu et discipulis eius. Erãt eni multi qui sequebatur eũ.** Cũ ad vnũ publicanũ ⁊ peccatorem christus diuertere dignaret: multis ad eũ veniẽdi prestauit audaciã vt venirẽt. Nõ eñi ad aliquẽ magnũ potẽtia siue virtute / hõ abiectioris cõditiõis ꝑsumit accedere / nisi ad siles abiectos ipsi9 dignatiõe ꝑcognita. Quis presũpsit ad christũ accedere: q̃ nil reꝑhẽsibile habebat sed omnẽ virtutẽ ostendebat in morib9: nisi prius cũ pctõrib9 loqui ⁊ cõuersari et comedere dignaret? Magna prsus christi dignatio: q̃ peccatorib9 etiã cõuersatione oia fact9 est: vt eos ad penitenriã inuitaret. Aduertãt igit qui student ꝑfectib9 animarũ: ne dedignent in cõuersationib9 peccatores: ne substomachent eisdẽ ne desperatione frangant: ne eis claudatur opportunitas veniẽdi. Ecce ꝓfert formã iesus: diuertit ad vnũ publicanũ ⁊ pctõrẽ: ⁊ multos ex vno trahit: ⁊ ad se venire inuitat / incentiuũ cũctis tribuens vniẽdi. Recipit ad verbũ: recipit ad discubitũ: sed nec mirũ si eos venat ad eternũ regnũ. Ostẽdit se domesticũ / diuine humanũ / et humane diuinũ. Rapit aias cunctorũ recte / nõ emule intendentiũ in eũ amore et delectatione sui. Et discipulatũ eius in hanc cõuersandi formã induxerat. Nam discũbebant publicani et pctõres cũ iesu ⁊ discipulis eius: qui magistri eoꝝ dignationẽ humilem cõtemplantes / in aliũ zelũ se tollere nõ audebant. Erant em̃ multi qui sequebant eũ. Nec mirum. Magis aũt mirandũ ꝙ aliquis remanebat: q̃m magna gloria est sequi dñm: longitudo hoim sc3 dierũ ab eo. Sed semꝑ e regiõe cõtradicit operib9 bonis: aut operib9 malis insistit. **Naz et scribe et pharisei videntes / q2 manducaret cũ peccatoribus et publicanis: murmurabãt dicentes ad discipulos eius: Quare cuz peccatorib9 manducatis et bibitis vos et magister vester?** Consurgit ex aduerso emulosa iusticia: propellẽs supbie fastu misericordiã de finibus ei9: imo iudiciũ temerariũ in alios: ⁊ de seipsis damnata ꝑsumptio: cũ scribe et pariseí sub pallio iusticie murmurãt: iudicantes alios peccatores / quos forte ignorabant quales essent. Et si erant ꝓculdubio pctõres: nõ subiacebant sic eorũ iudicio iudicandi. Et se fatebãtur ex hac sentẽtia iustos et mundos / qui nõ essent aut reciperẽt peccatores. Sepe hoc inter homines agitur: vt qui se peccatores existere non cõsyderãt: aut si sunt / se palliare nouerũt: vt murmurẽt / vt iudicẽt / vt presumãt: ⁊ se obtegant pallio seu virtutis imagine / nõ iusticie veritate. Permagne se immunẽ reddit a crimine: qui a cõuersatione hominũ reppulit criminosos. Nemo est qui grauiter non deliquerit in lege dei nostri: aut cõmiserit quod ꝓhibuit dominus deus noster. Et si nõ fecit frenatus impotentia / seu gratia retinatus: tamen voluit si nõ potuit: ⁊ potuit si noluit. In sui consyderatione omnis factus / etiã iustus parebit: peccatorib9

cōdescendet. Affectabit illos misericordiā inuenire: non repellet eos cū quib⁹ habet omnimodā similitudinē in natura: si fortassis dissimilitudo consistat ex gratia/ de superis nō de meritis proprijs presuscepta. Ac per hoc scribe ꝛ pharisei eorumqꝫ cōsimiles/ in alios tam seueriter decernētes: iuste reprobandi sunt: dū nitunt peccatores per censurā iusticie remouere ab eis: a quib⁹ possunt pro abstergēdis peccatis iuuamēta suscipere. Proinde iesus velut doctor supernus ex authoritate docēs hāc q̄stionē determinat. **At iesus audiēs/ ait: Non est op⁹ beneualentib⁹ medicus/ sed male habentib⁹.** Sententia ista nō ampliorē declarationē recipit q̄ portat ex verbis. Attamē tangit illoꝝ p̄sumentiū mētes/ velut diceret: Uos creditis b̄n ualere/ sicqꝫ vobis videt: ideo medico nō indigetis: sed infirmi estis: ꝛ contumaci supbia me vestrū medicū oditis. Isti vero infirmos se esse fatent: medico indigēt/ medicū querūt. Et remittit eos iesus ad scripturā sacrā: quā si scribe ꝛ pharisei intellexissent/ subticuissent: non q̄rentes quare misericordia recipit miseros/ pietas impios/ iusticia iniquos/ bonitas malos. Quāobrem dicitur: **Euntes discite quid sit/ misericordiā volo et nō sacrificiū. Non eni veni vocare iustos/ sed peccatores ad penitētiā.** Nullū sacrificiū in veteri testamēto deo tam extitit gratu ex parte offerentiū oblati: nec in nouo ex parte offerentiū grati⁹ extat: q̄ misericordiā inferre miseris: indulgentiā p̄stare poscentib⁹: in peccatis releuare iacentes: ꝛ animarū mederi languorib⁹: et in viā salutis inducere illos q̄ infami gradiunt via. Preferēda est misericordia: posterizat oīa iusticia: si ad ꝯseruationem tendit rationabiliū creatorū. Nā si authoritas prestaret iusticie: vt posset bm̄ sua iura i criminosos decernere: humane quidē pauci a iusticie framea impercussi remanerēt. Si diuine/ satis breui nūero calculabilis esset nūerus electoꝝ. Misericordia v̄o cum vtit iuribus suis/ parcit indignis/ parcit contēptorib⁹: Sustinet/ expectat/ remittit/ donat/ cōseruat/ p̄seruat/ reseruat: ꝛ quō extinguat ppterā agentē ignorat. Et misericordia dei iesu saluatoris nostri incepta ꝛ aucta est: ꝛ auget ciuitas illa supna: qua iusti cōfirmant ꝛ detinent ne in peiora ꝛ maiora labant: prolapsi v̄o erigunt ꝛ pctōres expectant ad veniā: ꝛ supra cōdignū/ supra meritū/ supra speratū oībus puidet. Merito ergo dicit: Misericordiā volo ꝛ nō sacrificium: qm̄ vult potius p suā misericordiā pctōribus penitētibus misereri: q̄ p iusticie officiū sacrificiū exhiberi. Nō delet misericordia hoīes sup terrā/ sed illos vltrix iusticia ferit. Per misericordiā plurimō tādiu expectat iniqu⁹ q̄ efficiat pius: quē si gladi⁹ iusticie post pctm̄ ilico inuenisset/ penā subiret: a q̄ non ad pietatē posset eē regress⁹: nec ex iniq̄s boni futuri/ vt solitū est nascerent: ꝛ fraudaret illa supna ciuitas nūerositate supnoꝝ ciuiū: quos iusticia in locis infimis ꝛ tetralib⁹ ascripsisset. Nō veni vocare iustos ad penitentiā: q2 forte iustus nemo erat: sed pctōres: q2 oēs pctō perāpli⁹ ꝛ permin⁹ irretiti erant. An forte q2 iusti vocatione nō indigebāt/ p eo q̄ iā accesserāt vnde iusti erāt. Et ideo iusti/ q2 egerāt penitentiā sup his in q̄b⁹ deliq̄rāt ꝛ i seipsis originale malū horrebāt: quod ex traduce carnis nō/ ex volūtate ꝯtraxerant. Et hoc forte plurimi q̄ seruauerāt in morib⁹ ꝛ in volūtate inocentiā: preter illā maculā ex traduce cōtractā. Sed quoquo mō ista serient: ad retunsionē illoꝝ murmurantiū dictū est verbū: Nō veni vocare iustos/ sed pctōres ad penitentiā: q̄ sola facit de pctōrib⁹ iustos: de impijs pios: de alienis filios: de extraneis ciues: et terrenos facit esse celestes. Et p eā sibi cogniti pctōres/ in cognitionē diuinā transire merent. Ipsa sola est q̄ post ignorātiā sui ad ppriā cognitionē iducit ꝛ post obliuionē recordationē facit ppriā: deinde sciētia ꝛ amore trāsit in deū. Et pctōr vocat⁹ ad penitentiā: sed nō pctōr si ad illā accessit cognoscēs seipsum/ cognoscit ꝛ deū: et illū diliget cognitū. Et regulate sic agitur/ vt sciēs sciatur: amās diligat/ ꝛ nesciēs nesciet: ꝛ nō diligēs nō amabit: ꝛ non opans ptin⁹ eijciet: ꝛ agēs ppterā cōdēnabit. En p̄spicuū est ad q̄d boni puenit q̄ ad penitentiā vocat⁹ accessit: ꝛ cur amator hoīm christ⁹ ad penitētiā hoīes mortales accersierat.

¶ De noīatiōe. xij. apostoloꝝ et authoritate concessa: et eoꝝ missione p mundū: et forma viuēdi/ cōuersandi et predicādi: secūdū mattheū et lucā. Capitulum XVIII

Vocare venerat Jesus ad penitentiā hoīes pctōres: sed nec oīes sua voce sed in sua ꝛ de sua voce. Mat. 10. Lu. 9. Quocirca primo elegit illos p quos vocaturus erat ceteras natiōes: nō literatos/ nō imbutos terrenis ꝛ humanis documētis/ nō diuites/ nō potētes/ non nobiles hui⁹ seculi: sed plebeios: ne virtute hūana hoīes ad diuina ꝛ celestia vocarent. Et pmo eos fecit idoneos euāgelice p̄dicationis q̄ mitteret: vt tales essent vita quib⁹ fides daret ex doctrina: tales in morib⁹ vt eoꝝ sermonib⁹ crederet: vt si ad penitentiā alios inuitarēt/ notū esset ipsos penitētiā iā egisse: si ad abdicationē rerū visibiliū/ p̄spicuū esset iā eos esse a terrenis oīb⁹ abdicatos: si ad celestia/ ꝛ ipsos decebat esse celestes: si ad diuina/ ꝛ ipsos trāscendisse hūana ꝯgruū erat: si ad quecūqꝫ honesta/ bona/ pudica vtilia p superis/ ꝯtēptibilia p imis/ alios inuitarent: eos oportebat his esse redimitos. Nec pmpta facie q̄s alios inuitat ad bellū a quo ipse terga diuerterit: nec ad illā actionē quā aggredi recusauerit. Hoc siqdē iure illos fecit idoneos ministros noui testamēti: nō tantū lr̄a/ sꝫ spū 2. Cor. 3. videlicet q̄ eoꝝ sermo nō esset contēptibilis ex ptāte/ aut despicabilis ex virtute. Potestatē quidē dedit in oīb⁹ opportunis sup naturā ad necessitatē ꝛ vtilitatē ꝯtarat faciendo miracula. Et de virtutibus actuosis instruxit: ne conuersatio

esset onerosa cuilibet: nec amicabilr̄ malis/nec
tediosa bonis. Hic euangeliste referūt rei gesta
nō eodē ordine/sed diuersimode retexētes. Sꝫ
nec hoc sit cure tractatoribꝰ sacre scripture: dū
ex scriptura debita ⁊ vera sentētia habeaꝛ. Cō-
stitutꝰ quodā in tp̄e iesus inter turbas de octo-
gintaquatuor discipulr̄ quos elegerat: ꝓrogati-
ua quadam duodecim ex eis apl̄os noīauit: siue
cū noībꝰ circūcisionalibꝰ: siue cū his q̄ iponere
voluit: cū certū sit ꝙ aliquibꝰ mutauit: incertū tn̄
si oībꝰ. Sed euangeliste q̄ scripserunt incarnati
verbi historiā/ita tradiderūt queādmodū audie
rūt a christo ⁊ de christo: ⁊ q̄ ipsum agere aut di
cere ꝑceperūt. Nec aliꝛ a nobis sentiēdū tā de
gestis ⁊ dictis a iesu ad alios/⁊ alioꝝ ad ip̄m: et
de gestis ab alijs quōlibet aliꝛ/ et etiā de factis
in illū: ꝙ̄ vt euangeliste ꝑ sp̄ m̄sctm̄ scribētes in
memorias posteras tradiderūt: ⁊ ecclesia otho-
doxa suscepit: sicꝫ libros custodiuit solertia ꝑ-
latoꝝ ⁊ vere suꝑintēdentiū in christianā religi-
onē: vt nec aliq̄ mēdositate potuerūt aliqn̄ ma-
culari. [Et cōuocatis duodecim discipulr̄
suis: dedit eis potestatē spirituū immundoꝝ vt
eijcerēt eos: ⁊ curarent oēm languorē ⁊ oēm in-
firmitatē. Duodeci noīa aplōꝝ sūt hec: Primꝰ
simon q̄ dicitꝛ petrus: ⁊ andreas frater eius: phi
lippus ⁊ bartholomeꝰ: iacobꝰ zebedei/ioannes
frater eiꝰ: thomas ⁊ mattheꝰ publicanꝰ: iacobꝰ
alphei ⁊ thadeus: simon chananeꝰ/⁊ iudas sca
riotis q̄ tradidit eū.] Nemo in exordijs christū
elegit: sed ipse elegit eligēdos. Ipse porro dixit
Joan. 15. Nō me elegistis/sed ego elegi vos. Et nouerat
eos q̄ ad apl̄atū assumēdi erant/⁊ ꝓrogatiua hu
iuscemodi noīandi. Nemo tn̄ presumat ex hoc
acceptorē christū dicere ꝑsonaꝝ: virtutum ⁊ di
spositarū mentiū erat dūtaxat acceptor. Et ve-
teris amor legis ⁊ pura custodia ⁊ ꝓphetarum
fides egit: vt qui ista tenuerūt/in cognitionem
christi meruerūt ꝑuenire. Dispositiōes mentiū
christꝰ porro infallibilr̄ intueꝛ: vt sepe vocet ad
gratiā agentē totaliter ꝑperā: nondū eruditū in
bonis: si dispositiōe paratū ꝯgnouerit ilico fie-
ri eruditū ⁊ aptū suscipe diuinoꝝ formā. Ad hec
idoneos istos quos noīauit apl̄os an̄ ꝓuiderat/
⁊ ceteros quos elegit ad gradatos statꝰ officio
rum ⁊ virtutū. Nec aīm moueat ꝙ nihil boni in
hoībꝰ esse pōt/nisi gr̄a largitoris: qm̄ ⁊ hoc ꝓui
dit ne i vacuū gr̄a ꝑstareꝛ. Porro ꝙ̄uis sint oīa
diuie gr̄e tribuēda: nihilominꝰ ptāte liberi arbi
trij nō frustra ꝯcessi/aliq̄d ab hoībꝰ impēsuꝫ est
vnde fuit electio subsecuta/⁊ sequaꝛ huiꝰ ⁊ non
illiꝰ. Sꝫ neqꝫ abyssuꝫ huiuscemōi penetrare cō-
tendimꝰ: sed intēdere in istā modicā hoīm clas-
seꝫ quā christꝰ elegit: ⁊ q̄d ꝑ eā fuerit oꝑatꝰ: quā
⁊ ordine alio lucas videꝛ retexere. Uocauit dis
cipulos suos ⁊ elegit duodecim ex ipsis: quos ⁊
apl̄os noīauit: Simonē quē ꝯgnoīauit petrū/et
andreā fratrē eius/iacobū ⁊ ioannē/philippū ⁊
bartholomeū/mattheū ⁊ thomā/iacobū alphei
⁊ simonē q̄ cognoīaꝛ zelotes: ⁊ iudā iacobi ⁊ iu-
dā scarioth q̄ fuit ꝓditor. Nō causat differen-
tiā series noīm eadē nō seruata: sꝫ ad hoc isti du
odecim ꝓrogatiua officij apl̄ici a saluatore vo-
canꝛ: vt ꝑagant ad quod figurati scriptura refe
rente fuerūt. Apl̄i q̄dē missi dicunꝛ: qꝛ missi sunt
velut duces ad docendū ppl̄m christianū. Naꝫ
dictū est ꝙ ismael duodeci duces generaturus
esset: nō ꝙ ex semine illiꝰ apl̄i ꝓdierint: sed in fi
gura ꝙ duces duodecim scꝫ apl̄i duxerint i viā
rectā ppl̄m paganū. Qui etiā ⁊ principes duo-
decim appellati sunt: principes duodecim i no-
uitate euangelice vite in oī orbe terraꝝ. Confir
mat quod dicitꝛ multo post propheticū verbū:
Cōstitues eos principes suꝑ oēm terrā. Necnō
et more paterno missi erāt tractare subiectos.
Qua imagīe duodeci filios patriarchas iacob
patriarcha ꝯ̄nauit. Et ꝓpinare debebant potū
aque sapie salutaris/his q̄ aqua cenosa huiꝰ se-
culi potabanꝛ. In cuiꝰ typo fontes duodecim
inuēti sunt in deserto: ex q̄bꝰ velut potatꝰ ppl̄s
israeliticꝰ veniēs de egypto/sic ex duodeci apl̄is
populꝰ nationū. Et intitulare debebant canoni
cis ordinationibus ecclesiā sanctā dei: put ha-
buerunt a christo/⁊ docti fuerunt inuisibiliter a
sp̄ūsctō. In cuiꝰ ꝑfiguraꝫ cū moyses sacrificare
deo vellet: pro duodecim tribubꝰ/duodecim al-
taria erexit i titulos: ꝑfecti facti sunt i vniuersa
eccl̄ia sctā dei: velut viri ꝑfectio oēm habētes
ꝑfectionē decentē ad ꝑfectionē: put salomō du-
odecim viros voluit habere ꝑfectos: sic christꝰ
duodecim ꝑelegit apl̄os. Duodeci boues porta
bant mare ꝯm ordinationē sapie salomonis: et
christꝰ infallibili sapiētia ꝑ duodecim apl̄os ba
ptismū fecit vbiqꝫ deferri. Et vt leones eos cō
tra cūctas aduersitates fortes esse decebat. Ad
quoꝝ figurā salomō in gradibꝰ solij duodecim
leunculos ordinauit. Electis ⁊ noīatis duodeci
apl̄is authoritatē agendoꝝ i magna virtute cō-
cessit: ꝑdicēs eis ꝙ [messis multa/oꝑarij
autē pauci. Rogate ergo dn̄m messis: vt mittat
oꝑarios in messeꝫ suā.] Messis multa oē gen9
humanū. Pauci oꝑarij ad metēdū scꝫ paratos
⁊ albescētes ad fidē: maxie in exordio nascentis
ecclesie: scꝫ duodecim viri apl̄i noīati/cū septua
gintaduobꝰ discipulis noīaliter nō descriptis.
Quā modica classe hoīm inuitandū/cōuerten-
dū/in moribꝰ immutandū erat genꝰ humanū: vt
aduertereꝛ quod agebaꝛ oīno esse diuinū. Et ꝑ
cibꝰ pulsari oportebat dn̄m tāte messis: vt oꝑa-
rios mitteret idoneos ad metēdū: qm̄ ipse solꝰ
nouit mittēdos: nouit ⁊ necessarios. Et male ꝑ-
dicabūt/nisi a dn̄o messis hūane mittanꝛ. Dat
ptās expediens ad cōfirmationē verbi: ⁊ vt pos
sint signa facere corā his q̄ simplici verbo nec
credituri erant: oblectati nouitate signoꝝ: put
extitit populꝰ iudeorū: et ad cōcidendū sapiētiā
gentiū si voluissent quippiā ex naturali ratione
obijcere: qm̄ vt ait apl̄s/iudei signa petūt: greci
sapiētiā. [Un̄ dedit ilr̄ ptātē spirituū imūdoꝝ
vt eijcerēt eos: ⁊ curarēt oēm lāguorē ⁊ oēꝫ infir
mitatē]: adijciēs: [Infirmos curate: mortuos
suscitate; leprosos mūdate: demōes eijcite] Jō

corporib⁹ ꝛ corporaliter talis est cōcessa ptās: vt fides daret ad verbū annūciantis regnū celoꝝ: ꝑ eo ꝙ dictū est ad eruditionē ꝑdicationis: [Euntes aūt ꝑdicate/ q: appropinquit regnū celoꝝ.] Intromittēdi etiā erant hoies introrsus ex signis exteriorib⁹/ad ꝯsyderationē inuisibiliū ꝛ melioꝝ bonoꝝ: cū inspicerent ꝙ tā insoli ta in corporib⁹ agebant illa diuina virtute: que hūana esse nullo mō possent. Et ab visibilibus ad inuisibilia traijciēdus erat amor ꝯtēplatiōe signoꝝ. Necnō ꝛ inuitatoria erāt signa talia: vt ad curandū ab infirmitatib⁹ aiaꝝ se hoies ꝑpararent: ampli⁹ quidē in aīa ꝙ in corpore hoies egrotabāt. Sed aut ignorantes infirmitatē/aut peritū aiaꝝ medicū nō inueniētes: nō q̄rebant vt curarent: sed pniciosius collanguebāt. Mit tunt bini ob testimoniū vni⁹ ad alterū/ob solamen/ob adiutoriū/ob cōsiliū/ob collationē agēdoꝝ/ob grauitatē/ob supplementū si hoꝝ alter deficeret: ob insinuandū charitatē inter ꝓximū ꝛ se habendā. Prohibent declinare in extraneas partes. [In viā gentiū ne abieritis: ꝛ in ciuitates samaritanoꝝ ne intraueritis: sed potius ite ad oues q̄ perierant dom⁹ israel.] Prohibitio ista facta est ꝺm prius ꝛ posteri⁹ ꝛ ꝺm magis ꝛ minus: nō ꝺm aspernationē gentiū ꝛ samaritanorū. Nō in mentē cuiuspiā veniat ꝙ iesus nationē aliquā aspnaret: qui vult oēs hoies saluos fieri: ꝛ ad agnitionē veritatis venire: oēsq̄ ꝓut in ipso promptū erat/saluatur⁹ aduenerat. Nā ipse de seipso dixit: Uenit em̄ filius hoīs q̄rere ꝛ saluū facere quod perierat. Et oēs perierunt: oēs peccauerūt ꝛ egēt misericordia dei. Sed cōgruū erat vt ille ppl's ꝑmo inuitaret ad veniā/q̄ vni⁹ dei cultū magis honeste seruauerat: quis aliq̄s eoꝝ aliq̄n deliquerit: ꝛ cui⁹ patrib⁹ merito vni⁹ dei cult⁹ facta erat de christo seruāda ꝛ cōplenda ꝓmissio: ꝛ suscepit circūcisionē: peregrinataq̄ fuerat in egypto: seruās inter aduersos vni⁹ dei cultū: trāsduct⁹ in ꝓdigijs ꝛ signis mirificis ex egypto: q̄ prim⁹ accepit eloquia dei: in quo fuerūt patriarche scītissimi/prophete verací ssimi/viuētes ꝛ moriētes in fide christi futuri: ꝓ primo saluti ei⁹ intenderet: vt ꝑdocte christ⁹ a pplo cultideo ad populū cultidolū in noticiā deueniret. Quocirca cū ad gentes ꝛ samaritas ꝓhibet accessus: ꝛ ad oues israeliticas indicit: hoc sensu tenendū est: sc3 ne pri⁹ aut magis ad illos ꝙ ad israelitas: ne forte ipsi israelite indignarent: si pri⁹ esset vocatio idolatrantiū nationū/ꝙ ipsoꝝ q̄ tenuerant cult⁹ diuini cēsurā. Et samarite israelite erant: cur ergo ad eos ꝓhibebat accessus? Porro ex multis tpib⁹ ritus gentiū retinebant ꝛ idolatrabāt in mōtib⁹: ꝛ diuisi erāt a iudeis: ex quib⁹ ꝛ inter quos nat⁹ est christus. Eruditio sani ꝛ opportuni ꝯsilij ꝓ tpe fuit: nō preceptū oīno inuariabile. Nā ꝛ christ⁹ fuit in samaria ꝛ in finib⁹ ppl'i nationū: vt clamat famosa historia sanatiōis filie chananee: ꝛ apostoli dei/vt legitur in actibus apostoloꝝ/dixerunt: Quia reppulistis/ecce reuertimur ad gētes. Nō est aūt credendū ꝙ si iudei recipissent christū et apl'os: ꝛ per oīa in fide/spe ꝛ charitate christi fuissent secuti vestigia: ꝙ nō subsequēter fuisset vocatio nationū: sed israelitica prius/illa posteri⁹: Etiā ipsi israelite cōuersi ad fidē/ per charitatē alios inuitassent. Hoc quidē habēt in virtutib⁹ ꝓpriū qui vere christiani sunt: ꝙ oēs vellēt ad christū ꝯuerti: ꝛ gaudēt de cōuersis/ꝛ dolent vti q̄ de auersis. Admonētur ne sub aliqua mercede rei tpalis euāgeliū ponāt: sed sine oī sumptu euāgelizent. Inq̄t em̄: Quod gratis accepistis/gratis date. Nō potuit aliq̄s neq̄ posset fieri: ꝙ equa rerū ꝑmutatione ipsum euangeliū haberet. Uirtus em̄ dei est. Infundit siquidē/nō acquirit: grat3 datū a deo nō meritis/ gratis ꝓtin⁹ in alios refundendū. Sil'r ꝛ sanitates donāde. Lex diuina oīno sic desanxit: vt quod hūanis ꝛ corporeis laborib⁹ nō acq̄rit/ ꝙ nulla mercede vendat. Ac ꝑ hoc in euāgelio oēm cōmertiandi abstulit causam/cū adiecit: [Nolite possidere aurū/neq̄ argētū/neq̄ pecuniā in zonis vestris. Non perā in via/neq̄ duas tunicas/neq̄ calciamēta/neq̄ virgā. Dignus em̄ est operarius cibo suo.] Cogit gratis impēdere aut neq̄t retinere quod h3 / qui ꝓhibet terrena emolimēta recipe. Quāobrē vt gratis esset euangelizatio regni dei ꝛ curatio passionū: nihil terrenū ex his recipe viri euāgelici ꝓstruunt. Neq̄ debēt ferre illa q̄ mund⁹ inq̄rit q̄ euangelizant: ne talia videant querere q̄ vident habere. Magis autem ꝑdicatores/mūdi contēptus in seipsis oportebat exēpla prebere: ne incredulitatis occasio euāgelio ꝑberet. Predicantes celestia, terrena contēnant. Annūciantes eterna/ tpalia oīno fastidiāt. Nō gerant illa morib⁹/a quib⁹ ꝑ verba excelsa tonātia hoies nituntur auellere. Neq̄ ornamētū exterioris corpis ferāt: plus refecti virtutib⁹ ꝛ iā celestib⁹ refulgētes. Neq̄ curandū est ꝓprio apparatu vnde alant in corpe/ qui alijs aiaꝝ alimēta ministrāt. Et ꝓhibet superfluitas vestiū: nō opportunitas mēsurata. Nam ideo in tunicis/etiā in oib⁹ alijs dualitas ꝓhibet: si vnitas sufficit. Oīne quod opportūe aut iure nature sufficit/etiā si plura nūero essent: tā tū arguit vnitatē: dualitatē ꝯo ꝓhibitā/id quod supfluū siue nūerositate/siue ꝑciositate aut valore: vbi cōfert quod minus est. Laboriosos vult esse euāgelicos pedes: quos etiā christi man⁹ abstersit: vt possint ex laborib⁹ securi⁹ auditores ad euāgeliū inuitare: ꝑ eo ꝙ laborauerūt ꝑ eis pedib⁹ nō suffultis/neq̄ ꝓtectis pelliū tegumēto. Prohibet ꝛ virga correctionis/nō baculus sustētatiōis: si corpis lassitudo cōprimeret: aut senect⁹ siue aliqua egritudo grauaret. Nō decebat eos virgā in ꝑcutiēdo habere/neq̄ gestu virge ostēdere principatū: quis totius mūdi spūales principes facti essent. Cōsuetudo apud plures irrepserat: ꝙ aliqua ꝑminentia honoris vel officij refulgētes ꝙ virgā manu gestabāt. Perspicuū est ꝙ euāgelizatores incarnati ꝯbi ꝛ euāgelij sui ꝛ eterni regni/a terrenis et ꝑfunctorijs

ꝛ curis seculi ꝛ corꝑis ornamentis esse oꝑtet pe
nit9 abdicatos. Quod aūt adiecit: dign9 est oꝑa
ri9 cibo suo: ad id referꝫ ꝙ pecuniā ꝛ perā in via
ferre ꝓhibuit. Indecēs ptin9 est ꝙ pecuniā por
tet in zonis et edulia ꝑparata i peris: pōt apud
euangelizatos iure mercedis alimenta suscipe.
Necnō diuine cure totū se debet exponere/ q̄ di
uina eulogiat cordib9 hoīm ad credēdū. Et au-
dacter dixerim/ ꝙ neqꝫ in miraculis: in expulsi-
sione demonū: in donatiōe sanitatū: in suscitati
one mortuoꝝ: apl̄i seculo ita mirabiles apparu-
erūt sicut in ꝯtēptu rerū. Neqꝫ in efficacia ꝟbi
tam hoies cōmouerūt ad nouitatē vite siue do
ctrine/ ad ꝓstandū fidē dictis: sicut a visibilib9
ꝛ a cōiter appetibilib9 tota libertas. In hoc so
lo perampli9 cogniti fuerūt esse diuini/ christi-
feri/ celestes: et creditū esse aliaz vitam fuit: quo
istam verbis ꝛ morib9 despexerūt. In hoc audi
tores nobiles ꝛ plebei nō poterant deceptionis
calūniā inuenire: aut ipsos iudicare falsidicos: si
de hoc nequā seculo excepta necessitate iure na
ture/ iure viuēdi q̄ oib9 ꝯuenit/ nil aliud capiebāt

¶ De forma hospitādi data. xij. apostolis euāgelizatoribus verbi dei: secundū mattheum. Ca. XIX

Decebat apl̄os: decet quoqꝫ docentes
sanā doctrinā: siue incedētes ꝑegre: si-
ue manētes in aliq̄ ciuitate inq̄rere ho
spicij honestatē: ne si primo ingrederenꝫ indisci
plinatoꝝ aut ꝑperā agentiū hospitia: forte aut
reciperenꝫ/ aut ex illo cōtubernio ꝙuis modico
gladiarēt corda simpliciū: ꝛ prestarēt cūctis sci-
entib9 indebite cōuersationis exēplū: vnde da-
reꝫ offensio euāgelizandi vituperādo ministe-
riū. Et ex hoc post euangeliū cognitū vel euan
2. Cor. 6 gelij cognitionē scripsit apl̄s: Nemini dantes
vllā offensionē: ne vitupereꝫ mysteriū vestrum.
Quocirca suos apl̄os christus instruxit/ dicēs:
Mat. 10. [In quācūqꝫ aūt ciuitatē aut castellū intra
Mar. 6 ueritis interrogate q̄s in ea dign9 sit: ꝛ ibi ma-
Lu. 9. nete donec exeatis inde.] Quis nisi solus deus
nouit hoīm dignitates: ꝛ quib9 virtutib9 fulge
ant/ quibusve criminib9 deturpenꝫ? quis nouit
hoīm corda nisi ille quē latere nihil pōt? q̄s scit
apud quē sint mansuri ex digno legati diuini/ et
Josue. 2. apl̄ici viri christi discipuli? Etēim exploratores
moysi ad terrā ꝓmissionis missi suscepti sunt in
hierico meretricis hospitio: nō interrogantes
de meritis/ sed q̄rentes cōmoda hospitalitatis:
Quis nouit q̄s sit dign9 suscipe precones altis-
3. Regū. 17. simi regis: qn̄ vidua de gētib9 i sarepta sydonie
hospitio suscepit heliā: cū magis verisimile vi
dereꝫ apud viduas israelis inuenire debuisse ho
Mat. 8. spitia? Et cēturioni de gentib9 christ9 se obtulit
ad domū ei9 iturū: q̄ se asserebat idignū. Que di
gnitas est i hoib9 exq̄rēda: vt liceat cū eis apl̄is
hospitari? Illā ꝑfecto dixerim ꝓ illo tpe quo
mūdus ifra obscuritatē idolatrie tenebaꝫ inclu
sus: ꝛ hoc in gētilib9/ aut lege vetusta imbut9: ꝛ
hoc in ppl̄o iudeoꝝ: credulitatē iā susceptā per
aliquē: seu vitā vere legalē in iudeis: q̄ maxia di
gnitas erat in illa lege būi fuisse moralē ꝛ būi ꝓ
pheticū ad credendū. In ppl̄is nationū dign9
ille merito cēsend9 erat/ q̄ naturał legi extuisset
amator pariꝫ ꝛ seruator: ꝛ si nō pietatē/ saltē hūa
nitatē nouisset ꝑegrinis ꝛ indigētib9 exhibere.
Apud hūc cōpertū firma oportebat iura hospi
tij retinere: ne sub ꝓtextu vite ꝓlapsioris aut de
licatioris hospitij nota nequā iponereꝫ apl̄is
ex discursu. Dis leuitas peruagādi est tollēda a
ꝑdicantib9 stabilitatē eternā regni dei. Sed tm̄
cū digno mora celebreꝫ hospitij: donec egrediē
di cōpellit necessitas aut vtilitas i regionē aliā
ꝑegrinādi. [Intrātes aūt domū/ salutate eā
dicētes: Pax huic domui.] Pax erat ꝓferenda
in verbo/ vt seq̄reꝫ in facto. Recte ille q̄ veniēs
euāgelizauit pacē his q̄ ꝓpe ꝛ his q̄ lōge: in cui9
etiā ortu celici ꝛ suꝑni ciues pacē adesse i terris
bone volūtatis hoib9 cātauerūt: morti ꝓxim9
pacis heredes instituit. Dignū erat vt nō aliud
primo apl̄is iponeret ꝙ pacis exordiū. [Et si
fuerit quidē dom9 illa digna/ veniet pax vestra
suꝑ eā. Si aūt non fuerit digna ꝛc.] Digna do
mus ex suꝑiorib9 claret. Pax ꝟo apl̄oꝝ vētura
suꝑ illā domū est illa in q̄ ipsi erant: scꝫ bona vo
lūtas/ seq̄la christi/ obediētia ꝓmpta/ terrenoꝝ
abdicatio/ patiētia mētis inter aduersa/ tꝑantia
inter ꝓspera/ libertas in agēdis/ recōciliatio cū
deo facta ꝛ cognita/ finis appetēdi summi boni
ꝛ virtutis certissim9 amor/ malignitatł odiū ꝛ fu
ga/ ꝯcordia cū expediētib9 ꝛ ptinētib9 ꝛ cū veri-
tatis ꝛ bonitatis amicis/ discordia cū oppositis
supradictis. [Si nō fuerit digna/ pax ad vos
reuerteꝫ.] Non sic intelligendū ꝙ pax annūcia-
ta hoib9 etiā dignis vt ab annūciatore recedat
neqꝫ ꝙ accessum ex denūciatiōe faciat ad indi-
gnos: vt nō recepta reuertaꝫ ad ꝓximos: sed ꝙ
facta denūciatiōe pacis/ si aderit indignitas ad
receptū: ad denūciatores nihilomin9 reuerteꝫ ꝛ
meritū. Sequiꝫ deinceps cōminatio terribilis
his q̄ nō recipiūt euāgelicos viros: ꝛ eorū ser-
mōes ꝯtemnūt. [Et quicūqꝫ nō receperint
vos neqꝫ audierint sermōes vestros: exeūtes fo-
ras de domo vel de ciuitate/ excutite puluerem
de pedib9 vestris. Amē dico vobis/ tolerabilius
erit terre zodomoꝝ ꝛ gomorreorū in die iudicij
ꝙ illi ciuitati.] Si quis legerit tpe loth infamē
historiā iustāqꝫ vindictā in quinqꝫ ciuitatib9 fa-
ctam: intelliget cōtumax ad diuina quāta sit pe-
na plectendus. Alibi etiam ista tractata sunt in
hoc opere: idcirco hic nō prolixius differunꝫ.

¶ Predictio eorū que apostoli passuri erāt: et spūs adiutoriū i loquēdo et confortatio in patiendo: secundū mattheum. Ca. XX

Ne turbarenꝫ apl̄oꝝ corda ꝙ a christo
missos aduersus eos perstrepēs mūn
dus insurgeret: ꝛ iniquorū cruda ꝑuer
sitas flagellaret: ꝛ vt credereꝫ deus oīa esse pre
uidens q̄ mitteret: eis futura mala ꝓnunciat: ex
hortās illos in omi bonitate/ necessaria ꝓ tāta
ꝓssura hoīm sustinēda dicens: Ecce ego mit

to vos/ sicut oues in medio luporũ. Ad pbandã oipotentiã deitatis i psona filij car nẽ assumẽtis: ad ostendendũ christũ nõ tm̃ hoiem sed verũ esse deũ: authoritate mittit modicã vir tutẽ cũ multis vitijs pugnaturã: hoies virtuo sos cũ vitiosis: simplices cũ duplicib9: beniuo los cũ malignis: plebeios cũ nobilib9: paupes cũ diuitib9: indoctos cũ in carne prudẽtib9: im politos eloqo cũ rhetoricis: peritos in gratia cũ philosophis: hũiles cũ supbis: abiectos cũ tyrãnis: subditos christi cũ principib9 mũdi: pa cificos viros cũ aduersarijs pacis: alumnos dei cũ alũnis diaboli: cultores dei cũ cultorib9 ido lor: sed celesti virtute pugiles cũ terrenis athle tis: ciues hierlm cũ ciuib9 babylonis: nõ cũ ar mis/ sed cũ virtutib9: nõ hũana/ sz virtute diuia pugnaturos. Jnqt qdẽ apl's: Arma nr̃a nõ sunt carnalia/ sz potẽtia deo. Jste ꝯgressus ex n oui tate bellãdi videt satis ãceps ex bellatorib9 bel li/ ex armis/ ex signis/ ex ducib9/ ex tubicinio/ ex loco/ ex tpe/ ex triũphis in triũphantib9/ ex cõfli ctu in ꝯflictis/ ex p̃mijs apparentib9 ꝛ creditis. Et vt pstringã: ex oib9 anceps erat pmaxime: qm̃ in huiuscemodi bello q corpalit vicerit: nil obti nẽs succũbit: ꝛ cõfligẽs ꝯfligit: ꝛ victus cũ vin cere videt: triũphat cũ vincit. Uidete agonum positorẽ ad quãta picula suas acies exponat: et cũ talib9 hostib9 cũ qb9 semp pliares dies/ feri ales aũt nunq̃. Ecce mitto vos inter lu pos. Jgit seruate mãsuetudinẽ absq3 querula voce: eor morsibus vos exponite. [Et estote prudẽtes sicut serpẽtes: ꝛ simplices sicut colum be.] Prudentiã suadet hr̃e serpentũ: nõ anfra ctus siue venenũ: nõ bifurcatã linguã aut variã pellẽ: non gressus pectoris sup terrã: q oĩa vitio ascribunt: sz prudentiã ad cauendũ ledẽtia: in capitis custodia expositionẽ corpis: ad remouẽ dũ veterẽ pellẽ/ inuentionẽ angustor: inter q ar tati exuant. Jndicit ꝛ colũbina simplicitas: vt semp sit anim9 absq3 amaritudine/ inuariat9 in seipso: neq3 multiplicat9 ad sollicitudinẽ euadẽ di: nec imaginet etiã si posset repẽdere vltionẽ. Cauete aũt ab hoib9: qm̃ mlti se fingẽt sen tire quod sentitis: credere quod creditis: audi re quod dicitis: diligere quod amatis: a qb9 ve lut christ9 a iuda tradẽdi erãt p delationẽ i ama ra supplicia. [Tradent eñ vos i ꝯsilijs: ꝛ in synagogis suis flagellabũt vos. Et ad reges et p̃sides ducemini ppt me/ in testimoniũ illis ꝛ gẽ tib9.] Ecce pcessus belli: sed ob optimã suppo sitiuã causam: cũ ppt christũ/ ppt reddendũ de ipso testimoniũ corã regib9 ꝛ subiectis: q sit dei fili9 q possidet intrepidos seruos: q sine peritia ꝛ armatura hũana ꝯcertãt: q ipse sol9 sit rex re gũ ꝛ dñs dñantiũ/ q p oim salute mortaliũ i vitã hãc calamitosam aduenerit. [Cũ aũt tradent vos/ nolite cogitare quõ aut qd loq̃mini: dabit eñ vobis in illa hora qd loq̃mini. Non eñ vos estis q loq̃mini/ sz spũs patris vestri q loquit in vobis.] Jneruditi erãt apl'i terrenis ꝛ hũanis documẽtis: ex seipsis ad rñdendũ sufficiẽtiã nõ habẽtes/ si q̃rerent in aliquo: nec ad suadendũ sanã doctrinã sapientib9 sm̃ carnẽ. Quãobrẽ q sic mitterent merito poterãt hesitare. Quos re mota penit9 om̃i hũana virtute/ diuie ꝯfortat: ꝛ abigit cogitationẽ dubiã seu p̃uisam: aut ex seip sa cõponere volentẽ qd loq̃ndũ siue agendũ in his q ipsis iprouise aut repente ꝯtingerẽt/ cũ di cit: Nolite cogitare modũ ꝛ verbũ: qm̃ in illa hora q ꝯtigerit iprouise atq3 inopinate corã re gib9 sisti/ vobis puidebit sicut extitit ab eterno p̃uisum: ꝛ dabunt ilico mod9 ꝛ verbũ. Jgit no lite cogitare quõ: qm̃ dabit modus/ vt sic mode rat9 sit sermo: q neq3 culpet ex modico/ neq3 de supfluo condẽnet: vt nulli oratores/ seu rhet ori cis disciplinis imbuti modificato vr̃o sermoni p̃ualeãt. Nã vt ex apl'icis sentẽtijs pcipit: nõ in sapiẽtia v̱bi aut sublimitate sermõis euãgeliza re apl'i missi sunt. Et stulta mũdi elegit deus: vt ꝯfundat sapiẽtes. Nõ decet euãgeliũ eternũ hr̃e oratoriã artẽ. Jn authoritate ptin9 est: nõ in po litione verbor. Seipsa nõ ex ornatu sermonum veritas euãgelij placet. Nolite cogitare qd loq̃ mini: qm̃ verbũ pferendũ ex authoritate maio ris mittẽtis est/ ꝛ non missi: qr nõ estis vos q loq̃ mini/ sed spũs patris vr̃i q loquit in vobis. No lite cogitare qd loquamini ex pprijs vestris: qr oĩs hõ mendax: sed pr̃is spũs veritas est: nolite cogitare qd loq̃mini. Nã ꝛ apl's ait: Nõ sumus sufficiẽtes cogitare aliqd ex nobis tanq̃ ex no bis: sed oĩs sufficiẽtia nr̃a ex deo est. Spũs qdẽ patris p̃ter hũanã aut habitã in corde cogitati onẽ seu p̃uisio nẽ/ infundit in lingua quod expe dit: ꝛ inspirat quod vult/ qñ vult/ quib9 vult/ vbi vult/ p qb9 vult: ꝛ erudit ne in v̱bis errent: ꝛ agit in auditorib9 vt delectet. Nõ ergo p̃meditandũ de mõ neq3 de v̱bo: vt nemo i seipso aliqd boni fecisse gloriet: neq3 aĩas cõmouisse politiõe ver bor aut efficacia p̃cogitãdi: qm̃ agit sp veritas spũsscti: vt plus in cordib9 audientiũ sermo in cult9 faciat q̃ exact9. Ad ineffabilẽ altitudinẽ p tinet dignitatis: q spũssctũs in hũana lingua lo quat/ ꝛ nõ seipsa: sz ipsa p ipm: a quo est oĩs bo nitatis effect9/ sine quo null9 pfect9. Domesticã ꝑsecutionẽ post istã denũciat affuturã: q cũctis videt esse crudelior: ꝛ difficilior ad cauẽdũ ꝛ pe nosior ad tolerãdũ. [Tradet aũt frater frẽm in mortẽ: ꝛ pat filiũ. Et insurgẽt filij in parẽtes ꝛ morte eos afficiẽt:] sc3 q remãserint in infide litate/ alios quos viderint ad fidẽ christi cõuer sos. Et tm̃ in exordio nascẽtis eccl'ie odiũ chri sti fuit: vt ꝑsecutorẽ/ nec nature seu nex9 sangui nis phiberẽt in eos q christũ in fide susceperũt. Hinc subinfert: [Et eritis odio oib9 hoib9 ppt nomẽ meũ] oib9 hoib9 videlicet nõ credẽ tib9. Malũ tale odiũ: sz ve habẽtib9/ euge patiẽ tib9: sed nẽo in tali odio ꝯturbet si christ9 est cã. Ubi vitiũ nõ est odij causa/ sed veritas: securi9 ꝛ fida mercede tolerat. Sed in talib9 agonib9 ca ueat ne deficiat agonista: non eñ p̃miũ seq̃ret si cõmutaret odiũ ppt christũ in dilectionẽ hoim ppt seculũ. Proinde subiecit: [Qui aũt ꝑse

Marginal notes: 1. Cor. 1. — 2. Cor. 4.

nerauerit vsqꝫ in finē/hic saluꝰ erit:] non veritꝰ terrores regū ꝛ principū/ nō ꝑsecutiões et odia ꝓpinquoꝝ: nō recōcupiscens omē amenū ꝛ delectabile huiꝰ seculi quod reliqrat: sed arbitratꝰ stercora vt christū lucrifaciat: firmā abdicationē tenēs: ad anteriora ꝓficiēs/ in ꝑseuerātia factꝰ: q̄ ceteris agonizantibꝰ virtutibꝰ sola capit palmarē palmam.

¶ De cōcessione fuge persecutionis tempore/ et cōparatione persecutionum christi et apostolorum: Secūdū mattheum. Capitulū XXI

Ob infirmitatē ꝓpriā/ ob cautelā sue ꝑseruationis/ in vtilitatē primoꝝ seue ꝑsecutiōis tp̄e fuga/ ꝑmissa est qm̄ ipse cognouit figmētū nostrū: recordatꝰ qm̄ puluis sumꝰ. Quod figmentū? Fragilitatē quidē nostrā vt agnoscamꝰ: ne in nobisipsis simꝰ cōfidētes. Nō sp̄ in cordibꝰ hoim ponit cōstantē audaciā aut ꝓpellit patiēdi ꝛ moriendi timorē: ꝛ p̄stat securitatē: sed ꝯcedit fugā cū ex cā horrēda timor inuaserit. Ut aūt in q̄bꝰ sit sufficiēs esse vnusq̄sqꝫ cognoscat: hūane se christꝰ cōtrahit nobis/

Mat.10. dū fugā ꝯcedit/ dicēs: [Cū aūt ꝑseq̄nt vos in ciuitate vna/ fugite in aliā.] Fugite si patet copia euadēdi: si aūt ineuasibilit includimini/ estote in aīo fortes: in cōfessione veraces: in corꝑe oībꝰ applicatis verberibꝰ patientes. Fugite dū ꝑsona ꝓpra q̄rit: si fidei periculū nō timet: si nō sit articulꝰ ineuitabil' aīe ponēde ꝓ fratribꝰ adherentibꝰ. Fugit nāqꝫ iacob a facie esau: timēs ꝑsecutionē eiꝰ. Et moyses fugit egyptū interfecto egyptio: veritꝰ ad horā faciē pharaonis. Dauid fugiēdo declinabat saulis aspectū. Et helias a facie īpie iezabelis. Et iesus fugiēs a facie herodis/ vectꝰ est in egyptū. Et nūc si tal' irrepserit timor discipul' suis: tradit licentiā imo ꝯsiliū fugiēdi. Melior q̄dē est hūilis fuga: q̄ꝫ temeritatꝫ cōstātia/ seu temeraria fortitudo. [Amē dico vobis/ nō ꝯsummabitis ciuitates israel donec veniat filiꝰ hoīs.] Ad secūdū aduētū ꝑtinet verbū dictū: ante quē nō videbūt ap'li ciuitates israeliticas cōsūmatas: aut in bona ꝑte ꝯuersas ad fidē: aut ꝑfectas ꝯm intentionē hoīm/ q̄ mundi huiꝰ augmēta q̄rebāt: siue desertas/ ꝙ vsqꝫ ad finē seculi reliq̄e repiant ꝓpl'i israelis. Vicinior tn̄ videt aīo subsequēs intellectꝰ. Nō ꝯsummabitis ciuitates/ scꝫ p̄dicādo ꝑ oēs: donec veniat filiꝰ hoīs in auxiliū vr̄m: vt liberi euadentes de manibꝰ iudeoꝝ ad gentiū ꝓpl'os trāsmigretis. Si ad alios seq̄ntes post ap'los snīa transferat: aduentꝰ eius ad iudiciū extremū refert: vt etiaꝫ anteq̄ꝫ fiat: non per p̄dicationē/ sed ꝑ aliū modū soli deo cognitū/ israel christū iā venisse in veritate cognoscat: quē adhuc deceptꝰ expectat: nō vt veniat ꝓut venit/ sed in alia forma patētioris maiestatis. Tanta est em̄ vsqꝫ in p̄sens iudeorū supbia: ꝙ expectatū messiam nō susciperent si in ꝯtēptibili forma veniret. Et cū oīno nō veniet: quibꝰ datū est/ fide pura regredient ad christū.

¶ Quomodo contēplatione maioris discat patiēter pati inferior: secundū Mattheum. Capitulum. XXII

Non dedignet pati seruus si patit dn̄s neqꝫ discipulꝰ erubescat subiacere periculis/ vbi mgr̄m subiacuisse cognouerit. Propterea saluator subiecit exēplū ad tolerantiā passionū/ dicēs: [Non est discipulꝰ sup magistrū: neqꝫ seruꝰ sup dn̄m suū. Sufficit discipulo si sit sicut magr̄ eius: ꝛ seruo sicut dn̄s eiꝰ. Si patrēfamilias beelzebub vocauerūt: q̄to magis ꝛ domesticos eiꝰ. Nō ergo timueritis eos.] Ipse saluator est magister ꝛ dn̄s: vt alibi scriptū est: Vos vocatis me magister ꝛ dn̄e: et bn̄ dicitis. Sum etem̄. Ipse paterfamilias beelzebub vocatꝰ est: eo ꝙ in noīe beelzebub demoniū eiecisset: ꝛ dictū audierit. Nonne bn̄ dicimꝰ qr samaritanꝰ es tu/ ꝛ demoniū habes? Ex hoc quidē inexcusabiliter apponit patientia in aduersis: vt si dolor in corꝑe/ turbatio non ꝯsistat in aīo: cū potior nō sit minoris q̄ꝫ maioris conditio. Ad indelibilē verecundiā ascribit militi illeso recedēti de bello/ rege ꝑcusso: ac ipso in tentorijs quiescente/ dn̄o pugnāte cuꝫ castris. Dn̄s seruos ꝯdēnat equa iusticia: si cū patrefamilias belloꝝ cauma nō senserint. Nō est honesta militū vita si terga vertāt/ rege ꝓficiscēte ad bellū neqꝫ si delicatius se palpauerint. Sufficere debet oīno subiectis/ si sil'es supioribꝰ fiāt. Nō est vnde turbatio cū impatiētia in aīa oriat: cū dn̄i ꝛ serui est equa cōditio/ magistri ꝛ discipuli/ patrisfamilias ꝛ domesticoꝝ eius: q̄ꝫ capitis melior conditio nō debet esse mēbroꝝ. Iure ad patienter tolerandū aduersa discipulos suos ꝛ ceteros saluator inuitat: cū ipsa fuerit primo perpessus: necnon ex hoc timorē remouet patiendi adijciens: Non ergo timueritis eos.

¶ Exhortatio et rō ꝙ euangeliū sine omni timore humano predicetur: secundū mattheū et lucā. Ca. XXIII

Supra cōprehensibile ab hoīe carnali seu naturali/ nisi fides accedat/ euangelium est. Stupori erit cū dicitur: pauci credent cū enarrabit. Quia mysterijs intelligentijs est opertum: expedit ꝙ reueletur. Quia occultū est ex omni mysterio: suadet opportunitas vt sciatur: qr dictū ē in tenebris/ que eū non cōprehenderūt: in lumine ꝓducēdū est. Et quod aliquādo dictū est in conclaui/ aperte predicandū est. Anceps in euāgelizando negociū/ terroribus tyrannorū superpositū est: in timore agenda res geritur. Conflabūtur vndiqꝫ mine: tormēta omnia penalia inferent: cū predicabit res supra naturā: negociū supra vsum: incapprehensibile ꝑ rationē: indocibile ꝑ scripturam: indemonstrabile ꝑ argumentū: admirabile dictu: inestimabile cogitatu. Quod preuidēs saluator/ corā multis circūstantibꝰ turbis ita vt seinuicē conculcarēt/ cepit dicere ad discipulos suos: Attendite vobis a fermēto phariseorum: quod est hypocrisis. Anteq̄ꝫ

et toto timoꝛē in euangelizando depellat: cautelam a ꝑsonis simulatis inducit ne decipiant Difficiliꝰ em̄ cauet̄ ab hypocritis ꝙ̄ a ꝑsecutoribꝰ manifestis: qꝛ isti sub palliatione decipiūt illi apte persequunt̄. Isti suadēt/ illi verberant Isti se ostēdūt esse quod nō sūt: illi ex opposito aduersant̄. Isti simulant societatē ī fraudē: illi apertā exhibent hostilitatē. Isti velut fermentū totā coꝛrūpens massam/ mixtim nitunt̄ aīaꝫ subuertere: illi tm̄ res auferre et coꝛpa dissipare conant̄. Sed scitote ꝙ eoꝛū hypocrisis reuelabitur: qꝛ ⌊nihil opertū quod nō reueletur: neqꝫ absconditū quod nō sciat̄:⌉ Quod fictū et simulatū ē/ diu latere nō pōt: aut sua ꝑditione aut alteriꝰ. Sꝫ si ad euāgeliū verbū trahat̄/ alia intētione noscamꝰ eē ꝓdictū. ⌊Nihil enī opertū quod nō reuelet̄/ et occultū quod nō sciat̄. Quod dico vobis ī tenebꝛis/ dicite in lumine: quod ī aure auditis/ ꝓdicate sup̱ tecta⌉ Nō frustra verbū īcreatū se fecit īcarnatū: nec frustra ꝟbū incarnatū eructuauit verbū bonū ad oīa vtiqꝫ bonū. Ad illuminandū: qꝛ lucerna pedibꝰ meis ꝟbū tuū: ꝛ lumē semitis meis. Ad
Psal. 106 sanandū: qꝛ misit verbū suuꝫ ꝛ sanauit eos. Ad accendendū in amoꝛē inuisibiliū et sup̱noꝝ: nā ignitū eloquiū tuū vehemēter: et seruꝰ tuꝰ dilexit illud. Igitur nō ociose conditū est euangeliū. Editū est vt predicet̄: predicat̄ vt sciat̄: scitur vt ꝑficiatur: perficit̄ vt tendat in oīm verū et summū et eternū bonū. Et ideo eructuatū ē verbū bonū. ⌊Pꝛopterea dico vobis amicis meis: ne terreamini ab eis. Et nolite timere eos q̇ occidūt coꝛpus: et post hec nō habēt ampliꝰ qd faciāt: Aīaꝫ aūt nō p̄nt occidere. Sꝫ ostendā vobis quē timeatis. Potius eū timete q̇ potest aīam et coꝛpꝰ ꝑdere in gehēnā⌉ Difficile quidē ē ꝛ sup̱naturale: ꝙ interminatis penalitatibꝰ et moꝛte/ ꝙ sensibilis et passibilis natura nō timeat. Et si om̄ino timēdi sunt illi q̇ possent esse terroꝛi/ penasqꝫ inferre: ille potius est timendus/ qui maioꝛa et diuturnioꝛa potest tormēta conferre. Nā vltra coꝛpꝰ nemo potest aliquē applicare toꝛmētis. P̄nt quidē hoīes ꝑ eū quē habent asperū sensū/ tm̄ deseuire in alioꝝ hominū tenerū sensū/ vt aīa exuat̄ a coꝛpore: cū autē aīa a coꝛpoꝛe exierit/ cadauer vlteriꝰ illata toꝛmēta nō sentit. Inuisibilē aūt animā et a coꝛpoꝛe segregatā ꝛ incoꝛpoꝛeā neumodo libet p̄nt persequi/ vt per toꝛmēta diuerberent. Deꝰ autē vtriusqꝫ creatoꝛ et dn̄s/ vtrūqꝫ potest quod sibi placuerit pena ꝯfodere: a quo īuisibil̄ aīa necubi se pōt abscōdere. Pꝛoinde dicitur: Et si om̄ino timendū est: nolite timere eos qui occidunt coꝛpus: quo interfecto nequeūt vlterius penas inferre. Sed potiꝰ eū timete q̇ aīam ꝛ coꝛpus diuisim et coniūctim pōt ꝑdere ī gehennā: in locū scꝫ ignis et sulphuris/ ꝛ om̄is generis toꝛmentoꝛū. Hoc quidē nomen pꝛimū a saluatoꝛe innotuit. Satagit apte iesus a coꝛdibus apl̄oꝝ timoꝛē excludere: pꝛimū quidē vt supꝛa egit/ ex nobilitate agēde rei: qꝛ predicādū est et notificandū chꝛisti euāgeliū. Excludere debet oīno timoꝛē nobilitas actiōis. Quid aūt ī actione nobiliꝰ ꝙ̄ euangelizare dei regnū hoībꝰ preparatū: predicare dei filiū ꝓ hoībꝰ incarnatū/ ꝛ eiꝰ ꝓ nobis mirabiles actiones? Etiā cōpositione timoꝛis/ timoꝛe maioꝛe minoꝛē excludit. Nūc ꝛ cōparatione diuine cure atqꝫ sollicitudinis inter irrationabilia ꝛ nos/ ipsū timoꝛē depellit dicēs: ⌊Nōne due passeres asse veneunt: ꝛ vnus ex illis nō cadit sup̱ terrā sine patre vestro?⌉ Seu vt alibi scribit̄: ⌊Nōne quinqꝫ passeres veneunt dipōdio?⌉ Cōponit saluatoꝛ diuinā curā/ quā irrōnabiliū ꝛ viliū auium habet. Quod si curat passeres taꝫ viles/ vt duo vno asse possint emi/ aut q̇nqꝫ dipōdio: quanto magis ꝛ nos q̇ ad eiꝰ imaginē ꝛ rōnabiles facti sumꝰ/ sanguineqꝫ redēpti. Assis genꝰ est ponderis aut moneta: dipōdiū duo pōdera assis. Nā si tanta cura de creatura taꝫ vili deo est: vt vnꝰ ex ill̄ q̇ tam vili vendunt̄ et emunt̄ ꝓcio/ nō cadet supꝛa terrā sine patre vr̄o/ aut erit ī obliuione coꝛam deo: qm̄ nihil est ī hac vita tam abiectū/ tam paruū/ quin diuina ꝓuidētia gubernet̄ multo magis et hō ꝓpter quē hec oīa inferioꝛa facta sūt. Hinc ꝛ dicit̄: ⌊Uestri aūt capilli capitis oēs numerati sūt. Nolite ergo timere: m̄ltis passeribꝰ melioꝛes estis vos⌉ Si minima hūani coꝛꝑis sunt ī diuina mēte: si curā illoꝝ penes se oīpotēs habet: q̄nto magis ꝛ potioꝛa vr̄a. Sup̱uacuū est de aīa hesitare/ si coꝛpoꝝ curā gerit. Oīno rep̄hēsibile dubitare de toto hūano coꝛꝑe/ si capilloꝛū viliū determinatū numerū tenet. Certū est ꝙ maioꝛa nō despicit/ q̇ solerter minoꝛa custodit. Pꝛomissiōe premij et interminatiōe supplicij a coꝛdibꝰ apl̄oꝝ atqꝫ viroꝛū fideliū saluatoꝛ ꝓpulsat timoꝛē/ cū dicit: ⌊Oīs ergo q̇ cōfitebit̄ me coꝛā hoībꝰ/ cōfitebor ꝛ ego eū coꝛā patre meo.⌉ Actio bona ꝓmiū meret̄ bonū. Laudabilis est actio chꝛistuꝫ coꝛā hoībus ꝯfiteri: nō solū lingua/ sed vita: nō solū sermonibꝰ/ sꝫ moꝛibꝰ: nō tm̄ verbis/ sed factis. Maioꝛ quidē operū cōfessio ꝙ̄ verboꝛum. Multoꝛū quidem est chꝛistū verbis et disertis sermonibꝰ cōfiteri: moꝛibus vero paucoꝝ. Confitentur serui suos dn̄os tꝑales verbis ꝛ arduis factis: etiā cū eos in periculis/ bellis/ terraqꝫ mari nō deserūt: cū pꝛo eis acriter pugnāt: caumata tolerāt: ictus excipiūt exhibentqꝫ teloꝛū. Et multa sunt/ sed non discutienda per singula: quibus perlucidū est minoꝛes suos maioꝛes/ seruos dn̄os/ filios patres/ amicos amicos/ ꝑamplius ꝙ̄ lingua moꝛibus cōfiteri. Et sic gestus expedit esse veroꝛū adherentiū chꝛisto: vt ex oībus moꝛibꝰ atqꝫ verbis/ etiā coꝛpoꝛis delatura esse tm̄ chꝛisticolas innotescat. Et huic virtuti laudabili ꝓmiū repꝛomissum. Confiteboꝛ ꝛ ego eum coꝛam patre meo. Neminem pater ad supernam patriam introducit: nemo sibi gratus existit: nisi quē ante ipsuꝫ filius cōfitet̄. Que aūt siue qualis ista confessio est credenda: quā pꝛo suis seruis filius facturus est coꝛam patre: qui

legit intelligat. Non verbo aut ſono vocis aut
ſcripto fiet: nec noua de ſaluādis aut cauſe ſal-
uationis ſcientia patri accedet: nec aliquid ac
cipiet a filio/ qui omnia habet a patre. Sed li-
ber vite chriſtus eſt: in quo per veram confeſſi
onē fidei nō mortue preter operā/ ſed opibꝰ ful-
te quis ſcribit: ſi pſeuerantia nō delet. Igitur
inſpecto premio/ nolite timere chriſtū dei filiū
factis ⁊ ſermonibꝰ cōfiteri. **Qui aūt nega-
uerit me corā hoībus: negabo et ego
eū corā patre meo.** Nō tm̄ negatio ſicut ⁊
ꝯfeſſio eſt a verbis: neqꝫ in pſecutionibus ſub
terroribus tyrannorū ⁊ applicatione verberꝫ ⁊
laniatione corporū: cū quis lingua negat chri
ſtū ſiue veritatē: aut conſentit in aliud vitiū: cū
in ſuo corpore ſuſtinere nequit aſperū ſenſuz:
Titū. i. ſed negatio eſt ſm Apoſtolū: confitent ſe noſ-
ſe deum/ factis autē negant: vt lapſus in vitiū
derelictio virtutū/ penitus negare ſit chriſtū.
Sed horrēde timenda iſta negatio: quā dei filij
corā patre negatio cōſequit: vt negās chriſtuz
negetur a chriſto: negatꝰ a chriſto/ ab ipſo di-
uiſus: et in eternū cū ſenis demonibꝰ et irreme
diabilibꝰ ſit penis eterne ſociatus. Ergo noli-
te timere. Nolite aliquo terrore terreri euange
liū notū facere/ ne vltio iſta ſuccedat. Eū ſolū
timete/ q̄ pōt corpꝰ ⁊ aīam pdere in gehennam
Non tñ q꞉ poteſt ideo facit. Multa em̄ deus
poteſt que nō facit. Sed cū iuſticia merito de-
lictorū exigit: ⁊ pctōrū demerito debet penā in
fligere crimino ſo: tūc iudicabit iudiciaria po-
teſtas/ et detrudet in gehennā: q꞉ ſcit delinquē-
ti ⁊ peccanti aduerſam eſſe iuſticiam.

¶ Quod ieſus venit in hūc mundnz mittere ſanctū odiū/ ſanctū gladium ſanctū ignē: et ſoluere malā pacē: ſecūdū Mattheū et lucā. Ca. XXIIII

Ea que dominus ad corporis vſū crea-
uerat/ in mētis amorē tranſierant: et
colligabat anima viſis: et nectebat
amenitatibꝰ ſeculi: vt non intelligeret a quo ⁊
cū quo/ ⁊ ad quid facta erat: nec conſyderaret
imaginē quā acceperat: et permaxime amicitia
charorꝫ tenebat ne ſuſpiraret in creatorē ſuū: ⁊
hoc omne temperamentū eius ſi diligeret atqꝫ
diligeret: et ſtudio ſolerti ſe traijciebat in inex-
plicabiles nodos: eo leta magis quo nodoſius
ligaret. Nō erat in amādo modus: ſic cōiunge
bat amicitiarū nodus. Et cōuerſio ad creaturā
ſumptā in placito/ a creatore fecerat auerſionē.
Et hec magna/ imo maxima: ſed inuiſa et inco-
gnita miſeria erat a ſūmo ſe deuoluiſſe ad ima:
vbi nō reperit quod querit/ ſcꝫ illa btītudo quā
habere oīs rōnalis aīa delectat. Et hoc maxi-
mus in intellectibus error et in affectibus do-
lor/ cū querit quod iuſte deſyderat vbi nō inue-
nit. Et niſi diuidat affectio colligata: ⁊ dimitta
tur quod deficit/ quod decipit/ quod non ſatiat/
quod nō expedit/ quod obuelat interius animū
nō itur/ nō reſpirat in verū: nō querit vbi repe-
ritur hoīs bonum. Quocirca ſaluator omnium
chriſtus noſtrā miſeratus miſeriā/ vt redeamus
a quo per impietatē abceſſimus: ⁊ primo abſol-
uamur a vinculis quibus nectimur: ꝙ hoc vene
rit facturus ſe enunciat: non pacificare homīes
cum ſeculo: ſed ab ipſo ipſos auellere dicens:
**Nolite arbitrari/ quia veni mittere
pacē in terram. Non veni pacē mittere/ ſed gla-
dium. Ueni em̄ ſepare hoīem aduerſus patrem
ſuū/ et filiā aduerſus matrem ſuā/ et nurū aduer
ſus ſocrū ſuam. Et inimici hominis domeſtici
eius]** Cantauerūt angeli in ortu ſaluatoris an-
nunciantes pacē in terra: ſed hominibus bone
voluntatis. Quid igit eſt ꝙ ſaluator predicās
et docēs ignaros/ pacē in terrā miſſurū denegat
ſe veniſſe? At etiā cū eſſet ꝓximus paſſioni/ qua
ſi hereditario iure ſuā pacē ſuis aplīs reliquit ⁊
dedit dicēs: Pacē meā do vobis: pacē meā re-
linquo vobis. Sed ſoluit queſtionē hoc verbū
quod ſequit: Non quomō mundus dat/ ego do
vobis. Igitur nō venit ſaluator mittere mundi
pacē in terrā. Erat em̄ et iam talibus firmata fi
delibus: vt ex ipſa inſimul cōfederatione morta
lium/ bellū imo rebellio deo ⁊ virtutibus para-
retur. Igitur illam pacē ſaluator mittere non
vult in terrā: qua ſic homīes colligent: qua huic
ſeculo conformentur ⁊ obliuiſcātur dñi creato-
ris. Sic et ſpiritu ꝓphetico moyſes arguit po-
pulū iudeorū/ cum ipſum ſeculo cōſpiceret con-
formare dicēs: Incraſſatus eſt dilectus ⁊ recal-
citrauit. Incraſſatus/ impinguatus/ dilatatus:
dereliquit deum factorē ſuum/ et receſſit a deo
ſalutari ſuo: Et inde iterū arguit: Deum qui te
genuit dereliquiſti: et oblitus es dñi creatoris
tui. Ac per hoc mundi pax/ inter deum ⁊ hoīem
eſt hoſtilitas cōſtituta. Hoſtilitas ad deū/ con-
flictū eternū habet. Igitur amator omniū chri
ſtus non illius fecialis adductor eſt pacis/ qua
ſeculo conformati ab ipſo diuidamur. Sed il-
lius inductor eſt gladij/ quo diuidamur a ſenſu-
alitatibꝰ proprijs/ a blandimentis charorū: ab
amenitate ſeculi abſcindamur ⁊ ſeparemur ⁊ ꝑ
oīa retrahamur. Gladius hic verbū dei eſt/ ſi-
cut ſcriptū eſt: Et gladiū ſpiritus quod eſt ver-
bum dei. Et alibi: Uiuus eſt ſermo dei et effi-
cax: et penetrabilior omni gladio ancipiti. Et
eſau poſt oēm perditionē primogeniture et be-
nedictiōis/ accepit a patre: viues ī gladio. Uita
gladij eſt ſecari a mundo ⁊ a carne: vt et ſpiritu
viuamus et ſpiritu ambulemꝰ. Et in ore filij ho
minis viſus eſt gladius ex vtraqꝫ parte acutus:
ad diuiſionē duplicem faciendam: affectus et
impertinētes rerum vſus. Hinc et iohānes di-
cit: Nolite diligere mundū/ neqꝫ ea que in mun-
do ſunt. Omne quod eſt in mundo/ concupiſcē
tia oculorū/ concupiſcentia carnis/ et ſuperbia
vite eſt. Et apoſtolus: Nolite diligere que vidē
tur/ ſed que non videntur. Nam que videntur
temporalia ſunt: que autem non videntur/ eter-
na. Ipſe autē ſaluator ad quid miſſus gladius
ſit ſecaturus inſinuat. Ueni em̄ ſepare hominē
aduerſus patrē ſuum/ et filiā aduerſus matrem

suam: et nurũ aduersus socrũ suã. Lucas vero in hac parte aliter plus adiũxit. Ignẽ veni mittere in terrã: et quid volo nisi vt ardeat seu accẽdatur? Baptismo aũt habeo baptizari: et quomodo coartor vsq3 dũ pficiatur? Putatis q2 pacẽ veni mittere in terrã? Nõ dico vobis/ sed separationẽ. Erunt eñi ex hoc quinq3 in domo vna diuisi: tres i duos/ et duo in tres diuidentur. Pater in filiũ/ et filius in patrẽ: mater in filiam/ et filia in matrẽ suam: socrus in nurũ/ et nurus in socrũ suam. Et inimici hoĩs domestici eius.] Ecce q alter euangelistarũ declarat ex altero: q gladius sepatio domesticis ẽ: nõ hostili odio/ s3 adhesiõe potioris. Separi porro iubemur ab his/ quos sanguininis nexꝰ nectit: aut ꝯcessa necessitudo cõiũgit: non tanq3 a malis ex natura/ cuiꝰ oẽs sunt hoĩes: neq3 illos nodos cõiũctionis absoluere q licẽtia diuina ligant tanq3 malos: s3 ne potioribꝰ nodosiꝰ alligemur. Et oĩs hũana necessitudo p qnto adhesionẽ ad potiora ipedit/ p tãto soluẽda censet. Et iudicant tenaciores colligationes soluẽde ac decidẽde sepationis gladio: vt q minores existũt/ etiã dissoluant ꝓposito nodo cõnexionis ad melius. Propterea et ignis cũ gladio missus dicitur/ vt gladiꝰ diuidat: ignis sc3 diuinus amor cũ virtutibus/ et cũ superioribus insepate coniũgat. Uim copulatiuam habet in aliquibꝰ rebꝰ ignis etiã et cõbustiuam: sc3 criminũ et vinculorum ligantiũ nostras alas cũ peccatis et materiebꝰ seculi. Ascẽdit semper sua ꝓprietate ignis: et diuinoꝝ amor semper tendit i alta: sed ꝓpriũ locutiõis saluatorisꝰ restringit/ ne i multa disserẽda vagemur. Ad hoc qdẽ ignis missus est/ vt ardeat siue accendat. Ardeat faciẽs ardentes ad diuina quos ignit. Et illuminãs imo fugans cũ accenditur tenebras nostre mentis: vt videamꝰ a quibꝰ dissoluẽdi sunt animi colligati/ quibusq3 copulandi. Equidẽ ignorantia periculi latẽtis i suauitate rerũ/ multos ad eternũ interitũ duxit: et potiorũ nescientia cõstituit innumeros nescientes seu nolentes agere ꝓpter premiũ. Uult ergo vt ignis missus ardeat ad amorẽ: accendatur ad lumen: ardeat ad vitiorũ cõbustionẽ: et fiant inimici hoĩs domestici eius. Et cõtemplãdũ verbũ. Nam ꝓhibẽtur inimicitie inimicorũ his qui ad euangeliũ transierũt: nũc ex euãgelio saluatoris decreto/ domesticorũ inimicitie statuunt: sed eo inimicitie quo ad deũ amicitia solueretur: nõ ex hostilitate aut ledẽdi libidine/ seu vitiositate nature: Profecto maiori vallo cautele firmandũ est inter domesticos q inter extraneos seu inter inimicos: cũ nulla valẽtior sagitta corda humana diuerberans q domesticorũ blanditie: qui vt inimici sunt cauendi et reputandi homini/ cuiꝰ fuerint antea domestici: cũ collũ euangelio sancto in veritate subiecerit. Leuius quidẽ resistit armis/ furoribus/ terroribus/ et quibuscũq3 tortionibꝰ corporũ: q lenientibꝰ verbis domesticoꝝ seu ipoꝝ blandis amoribus resistatur. Falluntur et fallunt qui mundo se copulant: aut cum ipso suadent imperitioribus copulari: afferẽtes aliam suauitatis doctrinam q euãgelicus sermo pronunciet: qui gladius sepatorius est et desolatorius ignis. Hinc asserebat iesus se alio baptizari baptismo/ sc3 aspersione vnde crucis: et abluiti uo lauacro ab omni delectatione visibilis et laudate materiei. Et coartabat a desyderio in animo perficiendi quousq3 perficeret: prerogaturꝰ in se formã per crucẽ qualiter baptizemur atq3 lauemur a sordibus huius seculi. Proinde nec putandum est q pacem venit in terram mittere/ sed separationẽ. Nisi separemur a seculo/ nõ copulabimur christo. Igitur separari necesse est a visibilibus/ si volumus inuisibilibus sociari: et ab homine si deo coniũgi satagimus: non odio/ sed spe coniunctionis ad melius: quod et amoris cõpositione declarat: ne videret laudabilis nature iura dissoluere. Sicut enim nõ venit soluere legẽ: ita nec conditã damnare naturam. Amor est a natura in ꝓpagatis a ꝓpagatione traducis: sc3 patris ad filium/ filij ad patrem: et anime ad corpus/ et corporis ad animã: quẽ non condemnat/ sed posterat: non dirimit/ sed supprimit/ dicẽs: Qui amat patrẽ aut matrem plus q me/ non est me dignus. Et qui amat filiũ aut filiã sup me/ non est me dignus] Perspicuũ est q non damnat amorem: sed ipse nõ vult in amore esse posterior/ sed preferri. Ordo quidem est naturalis et originalis iusticie: vt potiora magis/ minora minus diligant. Ac per hoc non est dignus deo/ qui quoscunq3 coniunctos sibi diligẽdo pfert. Non tollit charorum amor/ sed ordinatur. Et amoris ordinẽ habere a sponso suo se fatetur ecclesia/ in canticis dicens: Ordinauit in me charitatẽ: sc3 vt nõ diligenda nõ diligerent: vt amarent amanda: minora minus/ maioraq3 magis. Nec vita propria dei dilectioni preferẽda est: vt etiã si necessitas exigit/ ꝓpter christũ morti vita corporis exponat. Quãobrem adiecit: Qui non accipit crucem suam et sequit me/ non est me dignus] In hac siquidẽ sequela per crucẽ omnis colligitur abnegatio voluntatis et carnis: vt nec aĩa neq3 corpus christo in aliquo preferat. Quoniã non est dignus christo crucem accipiẽti ꝓpter nos si et nos nõ accipimꝰ crucẽ sequẽtes ipm: sed ꝓpter nosipsos/ q nihil sibi adijcimus sequentes ipsum: sed ꝓ nobis cõponit cumulus premioꝝ. Et vt oẽm ꝯstringeret gladij separationẽ/ ignis adustionẽ: ad vniuscuiusq3 personã propriã sententiã conuertit cũ adiunxit: Qui inuenit animã suã/ perdet illã. Et qui perdiderit aĩam suam propter me/ inueniet eam] Uidentur aduersari verba: sed vnica est sententia inuenire et perdere/ perdere et inuenire. Qui perdit inuenit: qui inuenit perdit. Quid necesse ante aliquid inuenire/ si expedit perdere: ad quid etiam perdere/ si oportet iterum inuenire? Quid sibi vult talis cõtrouersa locutio? Contraria omni-

Luce. 12

Canti. 2

no inuenire ⁊ ꝑdere sunt/ꝑdere ⁊ inuenire. Du
plex inuenire: vnū quod insinuat ⁊ ꝑdere. Pri
mū inuenire ī via/reliquū ī patria: sed totū per/
dere sit ī via. Inuenit aīam suā/ qui dignitatē
sue creationis agnouit et intellexit redēptiōis
officiū: atq ꝑ fidē vidit quāta possit felicitate
in eternitate vestiri: ⁊ hoc in via. Perdidit aut
perdit/qui viator exstēs mūdo vtitur acsi non
vteret: ⁊ oīa visibilia terrena/et oēm corpis sui
vitā arbitrat vt stercora/vt christū lucrifaciat
et sic perdita eterna reperiet in patria. Hec si
quidē ꝑditio grani sati imaginē habet: quod
primo perdit/postea multiplicatū reīuenit: sic
anima mūdo mortua/ eternaliter et beate viua
inuenietur in patria.

¶ Asserit se christus in suis apostolis recipi: vt ipsi sint prompti ad docendū/ auditores beniuoli ad recipiendū: secundū Mattheum/lucam et ioannem. Capitulum XXV

Ex superioribus pendet subiecta senten
tia ꝙ nō timerēt: et ꝙ christū apl'i corā
oībus ꝯfiterent: qr recipit aut spernit
Mat.10. in eis. Ait enim: Qui recipit vos/ me re
Mar 9 cipit: et qui me recipit/recipit eū qui
Lu.10 me misit. Et qui vos audit/me audit: Et qui
Jo.13. vos spernit/me spernit. Qui autem me spernit
spernit eum qui me misit.] Parabatur apo
stolis humilitas cū promptitudine predican
di: quoniā si recipiebātur/ christus recipieba
tur ⁊ audiebat ī eis. Prouidet humilitas: ne
sibi boni aliquid arrogarent: etiā et ꝓmptitu
do vt ꝓmptiores fierent: vt christus honorare
tur/reciperetur/ audiret in eis. Et ipsi ꝓpter
eū animabantur etiam auditores ad recipien
dum: cū non tm̄ homines/ sed Christum vni
genitū dei filium reciperent et audirent/si nun
cios suos animo grato susciperent. Nec pu
tarent puros homines vocibus carnis auri
bus insonare: sed ipsum christū in eis: qui eos
celeste regnū nouamq vitam predicare mitte
bat. Et q̄ vos audit/me audit. Dixerat em̄ ali
Mat.10. bi ipse saluator: Non em̄ vos estis qui loquimi
sed spiritus patris vestri qui loquitur ī vobis.
Spiritus quidem et filius vnū sunt in substan
tia: ꝗuis sit distinctio in persona. Et Aposto
2.Co.13. lus affirmat sententiā/dicens: An experimen
tū queritis eius qui in me loquit christus? Nō
igit in autoritate ꝓpria seu ex ꝓprijs loqueban
tur apostoli. Neq sic loqui debēt/qui veritatē
Jo.8. voluīt auditoribꝰ indicare. Quoniā qui ex pro
prijs loqtur/mendaciū loquit. Ipsi quidē au
ditores dignanter et absq rubore/fidēter ⁊ de
uote audire debebant illos/ in quibus et per
quos Christus dominus loquebat. Et ne sper
ni expauescerēt: christus se in eis sperni asseru
it: vt pariter predicatoribus auferretur oppro
briū et contemptus: nec sibi ascriberent iniuri
am si spernerētur/ cū ipe sperneret in eis a quo
mittebant. Et auditoribꝰ seu his ad quos mit
tebantur/penalis cōminatio supstabat: christū

in suis predicatoribus si spreuissent. Nā honor
exhibitus misso/ ascribitur ex toto mittenti: et
spreuisse missos/manifestum est spreuisse mittē
tem. Practici hominū mores clariꝰ ꝙ dixerim
hanc sententiam eloquunt: si seruos et legatos
missos a mūdi principibus/ receptos/auditos
siue spretos volumus contēplari. Receptio qui
dem ⁊ spretio sunt in gradibus cōstitute: vtrsq
ad ipsum deū patrē perueniāt: quoniā qui reci
pit apostolos discipulos siue ꝑdicatores a chri
sto missos/recipit christum. Nec in hoc secun
do receptionis gradu est terminata receptio:
sed qui recipit christū/ recipit et ipsum patrem
deum: a quo se missum sepe in suis sermonibus
affirmauit. Et qui spernit ipsos/spernit ⁊ chri
stum. Sed nec in isto secundo spretionis gra
du terminatus est: sed deus pater spretus indi
citur. Qui vos recipit/me recipit: et qui me reci
pit/ recipit eum qui misit me. Et qui vos sper
nit/me spernit: ⁊ qui me spernit/spernit eum qui
me misit. Eadem sententia constituit de audi
tu: quāuis seriem loquēdi euāgelista non expli
cet. Peranimat exposito merito ꝓpter futurū
premiū omnes ad quos christi legati peruētu ri
erant/ dicēs: Qui recipit prophetam in
nomine ꝓphete/ mercedē ꝓphete accipiet. Et
qui recipit iustum in nomine iusti/mercedem iu
sti accipiet]. Non sic accipiendū est vt recepti
merces ipsum receptum deferēs in recipientē
se totam diffundat/ neq ꝙ equa semꝑ in vtroq
persistat: sed quia mercedem habebit qui pro
phetam missum et iustū accedentem recipit cō
templatione mittentis. Ad doctorem siue predi
catorem propheta refertur: ad vere fidelē indi
gentē iustus/etiā si non valeat inferre doctrinā.
Et quicunq potum dederit vni de mi
nimis istis calicem aque frigide tantū in nomi
ne discipuli: amen dico vobis/non perdet mer
cedem suam]. Liquidum est omnibus persua
deri christi seruos cuiusmodi existāt/debere re
cipi: sub pollicitatione solēni/ ꝙ ex minimis be
ne actis apud deum merces non deperit. Mul
to sperantius credendum est ex magnis actio
nibus altiora premia obuenire: ne fiat in animo
tediosum/etiam si in corpore laboriosum atq
penosum fuerit id quod agitur siue toleratur:
si omnia parua et magna in conspectu dei pia
retributione trutinantur.

¶ De designatiōe et missione septuagintaduorum discipulorū/et regula predicandi et ordine viuendi: secundū Lucam solū. Ca XXVI

Supra dissertum est quomō duodecim
apostolos singulariter nominauit/ et
misit et ordinauit ad mores. Nunc se Lu.
ptuagītaduos discipulos designās
eadē viuēdi forma/predicandi regula/potestate
miraculādi qua miserat apl'os: in omnē ci
uitatē et locum quo erat ipse ventu
rus/bina societate premisit. Quod designa
uit et alios septuagintaduos/ad secretionē fa

etiam a ceteris pertinet: quoniaz designatio est specialia signa secernere: vt neqꝫ cōmunitas neqꝫ confusio sit cū ceteris. Nā sicut signatiōe sui vultus aut diuine imaginis sup nos distinctio facta est specifice a ceteris creaturis ratiōe carentibus: sic designatione iesu facta i discipulis/ facta est a ceteris hoībus: nō tm̄ infidelib9/ sed etiā ab his qui fidē acceperāt. Designatio quidē hominū seu rerū ideo fit: ne sit ex cōmunitate cōfusio: ne presumptio sit in his qui designati nō sunt: vt aliquid peragēduz velint ppria potestate presumere. Designant velut qui ad militiā eligūtur: et mittūtur ad pugnā illa disciplina militari que congruēs fuerit /et quā statuerit imperator. Quod bini mittunt/ ptinet ad veritatē et cautelā/ et ad testimoniū sane doctrine: vt verecūdia socij qui loquit/ moderetur sermones/ et disponat in iudicio: ne in plus ꝙ expedit/ effluat/ ꝛ loquat impertinens. Et ad fulcimentū tenende societatis/ vt vnus releuet ab altero: cū ad defectū scriptū sit: Ve soli: qꝛ si ceciderit/ nō habet subleuātē. In duob9 etiā testamētis puenit christus: vt nisi vet9 ꝛ nouū precesserit/ ipse nō veniat. Et due tabule testamēti date sūt: eo pacto ꝙ illa lege coleret de9. Et bini velut ad duas gētes mitterent/ ad nouitatē fidei ꝯuertēdas. Qm̄ due gētes erant i vtero rebecce: duoqꝫ populi ꝯuertēdi ad christū/ nulla tēpoꝝ discursiōe pacta. Et duplex est sapiētia spūalis: bn̄ agēdi/ ꝛ optime ꝯtēplādi. Ad quam presagiādā duo cherubin facti sūt ductiles ex auro purissimo. Et vbera spōse sicut duo hinnuli erāt: vt hūilitas sit in oībus/ ex indultis et acceptis. Et duo cōtra duo ponēda erāt: ad significationē in facto eorū q̄ agunt agiqꝫ debēt nō ad significationē i futuro: quasi ad hanc figurā ꝛ vmbrā alia veritas et claritas expectet. Nō em̄ erit alia lex post hāc euāgelicā legē: put nō erit aliud fidei ꝛ ecclie fundamētū/ preter id quod positū est/ quod est christ9 iesus. Bini discipuli missi sunt: qui a christo eisdē disciplinis eruditi sunt/ quibus ꝛ duodecim apli: vt ꝙuis in dignitate distincta electiōe ad officia q̄ iesus statuit/ aploꝝ ꝛ discipuloꝝ omino nō sit parilitas: bene tamē viuendi et cōuersandi sit vna moralitas/ et vna forma prestructa: vt iam dissertū est. Et si in aliquo diuersa est littera/ eadem tamē capienda est sententia.

¶ De confessione laudis et gratiarū actione quā christus fecit ad patrem sup reuelatiōe sui facta discipulis suis: secūdū mattheū et lucā. Ca. XXVII

Par patri filius/ etern9 eterno de9 deo/ immensus immenso: et siqua parilia posset sermo discurrere: nō habet neqꝫ laudem aut gratiarūactionem iure ad parē. In equalitate quidem oblata sunt ad vnā iura dominij: necnon et subiectiones ab altera parte. Igitur ad confessionē laudis et beneficij iā recepti in actu minoritas est. Hinc iesus nō vt equalis equalem /sed vt minoratus in homine alloquit patrē/ dicēs: [Cōfiteor tibi pater celi et terre: qꝛ abscondisti hec a sapientibus ꝛ prudentibus / et reuelasti ea paruulis. Ita pater/ qꝛ sic placitū fuit ante te.] Mat. 11. Luce. 10. Gratiarū confessio ista est: Non ꝙ tam alta mysteria sunt sapientibus et prudentibus huius seculi clausa: sed que ipsorū demerito obuelata eis/ sunt reuelata paruulis. Non enim pater deus in cōmune reuelādum secretum/ nisi ex causa voluit esse occultū. Igitur sapientum siue prudentū ꝛ paruulorum oportet scire distantiam: ne iusticia dei falso hominum iudicio condemnet: cur hoc denegatū illis/ cōcessum istis extiterit: ꝛ ne peccet ab hominibus in illo iudicio: et ne in moribus error fiat: et vt illa sapientia et prudentia declinet/ cui denegat cōmissio diuinorum: et illi paruulitati impendat studiū/ cui pater reuelationem facit. Nō em̄ abs re christ9 sic in spiritu exultat: gratias agit ad patrē/ ꝙ negata magnis sint credita paruulis: ita tamē sicut ab eterno patri placitum fuit. Que sunt abscondita/ quibus occulta quibus ve credita oportet inspicere. Cum missi discipuli a iesu in omnem ciuitatem et locū quo erat ipse venturus/ reuersi fuissent gaudentes ad Iesum: fatentes ꝙ demonia eis suo nomine suaqꝫ virtute subiecta fuissent: in ipsa hora in spiritu exultauit Iesus: patri gratulans/ ꝙ iam per effectum fidei monstrabat se a discipulis in fide cognitū: quod erat summa mysterij: vt crederet ꝙ esset filius dei. Nam incarnatio/ natiuitas/ renouatio vite et latio noue legis: et ipsius iusticia et misericordia/ et remissio peccatorum/ conuersatio inter homines/ forma dei et forma serui in vnum conuenta: vt non alter ex altero/ sed alter redderetur in altero: passio ꝛ mors/ destructio sathanice potestatis ꝛ reconciliatio ad deū in sanguine: resurrectio et ascensio/ in vtraqꝫ forma propria veritate seruata/ ex altera neutra confusa: editio sacramentorum in verbo/ in virtute spiritus: altitudo potestatis concessa mortalibus in patratione tantorum et tam innumerabilium miraculorum: predestinatio ab eterno perficienda in ipso credito: presciētia in ipso negato: ipse caput corpus coaptatum habens: ipse vniuersorum heres ipse daturus spiritum: vocatio gentium: resurrectionē omnium facturus: iudicaturusqꝫ orbē terre: hec erāt illa mysteria/ sed abscondita: de quibus aplus ait: Sed reuelatione notum mihi factum est sacramentū: prout potestis legentes intelligere prudentiam meā in mysterio christi: quod alijs generationibus nō est agnitū filijs hominū/ sicuti nūc reuelatū est sanctis aplis eius et prophetis in spiritu: esse gētes coheredes ꝛ cōcorporales et cōparticipes pmissionis eius in christo iesu per euangeliū eius: cuius factus sum ego minister sm donū gratie dei/ q̄ data est mihi secūdū opationē virtutis eius. Mihi aūt minimo sanctorum data est gratia hec: in gentibus euāgelizare inuestigabiles diuitias christi: illuminare omnes que sit dispensatio sacramenti ab- Ephe. 3.

sconditi a seculis in deo. De quo etiā idē alibi
Col.1 referens sacramentū/ait: Cui⁹ factus sum ego
paulus minister ƀm dipēsationē dei q̄ data est
mihi in vobis: vt impleā verbū dei ꝑ mysteriū
quod absconditū fuit a seculis et generationi-
bus: nūc aūt manifestū est sanctis ei⁹/q̄bus vo
luit de⁹ notas facere diuitias glorie sacramen
ti huius. Unde christus exultat/ patri gratias
agens. Sapientes aūt quib⁹ abscondita sūt et
abscōdenꝭ sacramēta dei/ sunt hi quib⁹ ꝑ pro-
Esa.5. phetā dicit: Ue qui sapientes estis in oculis ve
stris/ ꝛ prudentes coram vobismetipsis. Et ꝑ
Hiere.4. aliū: Sapiētes sunt vt faciant mala: bene autē
Rom.1. facere nescierūt. Et Apl's: Dicētes se esse sapi-
entes/stulti facti sunt. Et hi sunt sapiētes mū-
Roma.8. di ꝛ ƀm carnē: de quorū sapientia dicit: Sapiē
tia carnis inimica est deo: legi em̄ dei nō ē sub
iecta/neqꝫ em̄ potest. At etiā stulta est: sicut etiā
1.Co.1. scriptū est alibi: Nōne de⁹ stultā fecit sapien-
tiā hui⁹ mūdi? Et paulo post: Sapientia vero
hui⁹ seculi destruit. Paruuli vero quibus diui
na mysteria credunt/nō sunt ex etate aut mole
corpis estimandi: sed humiles in fide/ sine cu-
riositate credentes: captiuantes omnē intelle-
ctū in obsequiū eius/alieni a malicia: iuxta sen
1.Co.14. tentiā pauli: Nolite pueri effici sensib⁹: sed ma
licia ꝑuuli estote. Et quo decreto sit facta ista
reuelatio/apit dicens: **Etiā ita pater: quo-
niam sic placitū fuit ante te.** In laby-
rinthū inexplicabilem ingredit: si quis sub ali-
qua ratione cōprehendere nititur diuina myste
ria ꝛ opationes christi ad nos et propter nos:
quorū preter placitū dei nulla ratio reddi pōt.
Et placitū eius causam aliam ꝛ rationē suppo-
sitam nullam habet: omniū benefactoꝝ existēs
primaria et summa causa. Proinde Jesus ait
quare sit ista reuelatio tanti mysterij talib⁹ par
uulis facta: quoniā sic ab eterno fuit placitū an
te patrē: vt ipse filius eternus in hunc mundū
veniret/ acturus humani generis causam. Et
ab eterno elegit ante mūdi constitutionē/quib⁹
hoc sacramentū a sapientibus mundi abscon-
ditum panderet. Et ad seipsum sermonem infle
ctit/de se ꝑnunciās vnde gratias agit. **Om-
nia mihi tradita sūt a patre meo.** Qm̄
nihil est in potestate patris quin filius subiectū
habeat: et nihil est paterni iuris a filij iurisditi-
one seclusum. Et hi paruuli etiā inter alia sibi
tradita traditi erāt: facti in cognitiōe fidei apo-
stoli/discipuli ꝛ amici. Mysteriū hoc ꝛ sacramē
tum magnum erat ab alijs absconditū/eis reue
latum predicaturis per orbē: sed hec cognitio
in nullius est preterq̄ in patris ꝛ filij potestate:
et quibus danda non aliter q̄ per eum. Hinc et
adiecit: **Et nemo scit qui sit filius/ nisi
pater: et qui sit pater nisi filius/ et cui
voluerit filius reuelare.** Perspicuū est
patris ꝛ filij neminē posse aut habere noticiam
ꝑut adinuicē mutua et eterna et equali noticia
se cognoscūt: quorū alter ingenitus eternusqꝫ
generans: alter semper genitus/ ab eterno ab
ipso generatus: vnā semꝑ eorū existēte substan
tia. Potest tamen in eorū venire noticiā/ q̄uis
non equalē: cui⁹ filius ꝑ gratiam reuelauerit de
patre/seu pater de filio/aut alter de vtroqꝫ. Se
gregatū quidē modū cognoscēdi trinitas ha-
bet/sicut ꝛ essendi: vt nō virtute noscentiū/sed
sua ꝟtute: vt ifusionē alicui dederit/ cognoscat.

¶ Quod Jesus omnes vocat ad re-fectionē/iugūqꝫ suaue tollendū: et q̄ ad discendū humilitatem dumtaxat voluit se exhibere doctorē: secundum Mattheū. Capitulū XXVIII

Hc pacto/hac cōditione/hac vtilita-
te/hac eterna predestinatione fili⁹ dei
factus est homo: vt in ipso humana
desyderia finirenꝭ: ꝛ i ipso finiretur sterilis la-
bor mortaliū: ꝛ apponereꝭ ꝑ eū copiosus clar-
nus: in quo indefectibiliter se reficerēt famebū
di. Et ꝑut oīa sibi a patre sunt tradita: ita cum
illo dato nobis omnia data sunt. Sic enim in-
quit apostolus: Qui largitate paterna proprio
filio non pepercit: sed pro nobis tradidit illū:
quō non etiā cū illo oīa nobis donauit? Proin-
de si pro omnibus datus omnes vocat/si cū il-
lo nobis omnia data: reficere oēs potest. Pro-
pterea inquit: [**Uenite ad me oēs** qui la-
boratis et onerati estis: et ego reficiam vos]
Non erat hominibus audacia neqꝫ spes adeun
di eum: ipse prior vocat ad hoc missus existens.
Neminem a vocatione secernit/nisi se secernat
vocatus: omnibus refectionis clarnum parat.
Sibi ascribat periculum qui non vadit. Noue-
rat quidem ipse hominū frustrari exercitia va-
riosqꝫ labores/ ꝛ premi grauibus onerib⁹ pec-
catorū/et sollicitudinibus impertinentib⁹ one-
rari: quos miseratus attrahit vt accedāt ad eū:
siue malo sudore laborauerint: siue ad debitū
finē fuerint exerciti labores: illos reficere vult
si resipiscūt: istos ad refectionem vocat: quia se
honestis laboribus dedicarūt. Sed inditus est
labor cūctis nascentibus ex damnata ꝑpagine
illo demerito quo est damnata ꝑpago: vti sen-
tentiā accepit adam. Quia audisti vocē vxoris
tue: maledicta terra in ope tuo. In labore co-
medes ex ea. Et iob cognouit in posterū. Ho-
mo nascit ad laborē: auis nascit ad volandum.
Experimento cognoscit quāto sudat labore/vt
ex terra fructus valitudini aptus ꝑueniat: seu
ex terra carnis quā gerim⁹/fruct⁹ celo dignos
in illo comestibiles capiam⁹. Et ad laborē hu-
iuscemodi est oīm hominū origo mortaliū. Sꝫ
vt in laborib⁹ nō frustra sudet/ opus est sapien
tia ꝛ disciplina. Unde ꝑ ipsam sapientiā dicit:
Sapientiā ꝛ disciplinā q̄ abijcit infelix est: ꝛ va-
cua spes illoꝝ/ꝛ labor sine fructu. Quoniā sepe
labor hoīm euanescit: ꝛ quo intensior in animo
ꝛ ad plura extēsior/ magis deperit. Sicqꝫ lamē-
tatur ille rex potens et sapiens qui omia voluit
experiri: exptus que potuit/post omnē laborem
et sollicitudinē dixit: Cūqꝫ me conuertissem ad
vniuersa opa que fecerāt man⁹ mee: ꝛ ad labo-

res in q̄bus frustra sudauerā: vidi in oībus va-
nitatē ⁊ afflictionē animi: ⁊ nihil sub sole ꝑma-
nere. Et post ꝯtemplationē aliā/iteꝝ dixit: Rur
sus detestatus sum omnē industriā meā qua sub
sole studiosissime laboraui/habiturꝰ post me he
redem: quē ignoro vtrū sapiens/an stultꝰ sit fu-
turus: ⁊ dominabit̄ in laboribꝰ meis: q̄bus de-
sudaui ⁊ sollicitus fui. Et est quicꝙ̄ tam vanū?
Unde cessās/renūciauit cor meū vltra sub sole
laborare. Nā cū alius laboret in sapientia ⁊ do-
ctrina ⁊ sollicitudine: homī ocioso q̄sita dimit-
tet. Et hoc ergo vanitas ⁊ magnū malū. Quid
eñ ꝓdest homini de vniuerso labore suo ⁊ affli
ctione spūs/qua sub sole cruciatus est? Cuncti
dies eius doloribus ⁊ erumnis pleni sunt: nec
ꝑ noctē mēte requiescit. Et hoc nonne vanitas
est? Et iteꝝ post aliā cōtēplationē frustratoꝝ la-
boꝝ adiecit: Rursus contēplatus sum oēs labo
res hominū: ⁊ industrias aīaduerti patere in-
uidie ꝓximi. Et in hoc ergo vanitas/ ⁊ cura su-
Ecc.4 perflua est. Iterūꝗ ait: Cōsyderās repperi aliā
vanitatē sub sole. Unus est ⁊ secundū nō habet
nō filiū/nō fratrē: ⁊ tamē laborare nō cessat: nec
satiant̄ oculi eius diuitijs: nec recogitat/dicēs:
Cui laboro/⁊ fraudo aīam meā bonis. In hoc
Ecc.5 ergo vanitas ē/⁊ afflictio pessima. Et post: Si-
cut egressus nudꝰ de vtero matris sue/sic reuer
tet̄: ⁊ nihil auferet secū de labore suo Miserabi
lis ꝓrsus infirmitas: quō venit/sic reuertetur.
Quid ergo ꝓdest ei ꝙ laborauit in ventū cūctis
diebus vite sue? Ac ꝑ hoc quid ista verba ⁊ plu-
ra q̄ ad mundi cōtemptū ibi scripta sunt pādūt:
nisi hominū mortaliū ad aliam vitā tendentiū/
ꝓ ista fugitiua tenenda seu ameniter ⁊ plus de-
bito fulte capienda ducendaꝗ vsꝗquo inuite
finiat̄/steriles frustratosꝗ labores? A quibꝰ ie-
sus venit reuocare mortales: habēs pollicēsꝗ
vnde cunctoꝝ auidi animi eterne satient̄. Sunt
⁊ laborantes inexcusate in culpa: quos etiā eis
Esa.59 daturus si penitent veniā/ad seuocat. De q̄bus
Psal.7 ꝑ Esaiā dicit̄: Cōceperunt laborē/⁊ pepererūt
iniquitatē. Et alius ꝓpheta: Cōcepit dolorem/
Iere.9 ⁊ peperit iniq̄tatē. Et Hieremias: Ut iniq̄ age-
rent laborauerunt. Plus eñ ad vitia ⁊ iniqui-
tatē/ꝙ ad virtutē ⁊ iusticiā laborat̄. Nō tamē ꝑ-
spicuū est verbū omnibus maxime tediosis: nisi
eis dūtaxat q̄ cōditam naturā quantū sit ami-
ca virtutibus cōspexerūt: quātūue virtutes ver-
sauice bonis naturalibus amicent̄. Nā ꝫm na-
turā/nō tamē ex natura sunt virtutes: vitia vͦo
cōtraria sunt ⁊ inimica nature: alˀs nec vitia di
ci possent. Labor q̄dem maior semꝑ in contra-
rijs ꝙ in cōpetentibus est. Nec nō ⁊ bene labo-
rantes ad istam ꝑtinent saluatoris vocationem
Sap.9 qui cū dei sapientia operari ⁊ laborare curaue-
runt: sicut expectabat q̄ hoc gliscebat. Mitte il
lam scꝫ sapientiam de celis sanctis tuis ⁊ a sede
maiestatis tue: vt mecū sit ⁊ mecū laboret: vt sci
am quid acceptū sit coram te omni tempe. Non
frustratur labor cum dei sapientia factus: cuius
is finis/vt quod deo acceptum sit omni labore

agere satagamꝰ. Et laborare in gemitu ꝓ octa-
ua sicut psalmus ⁊ titulus manifestant/virtꝰ op
portuna est. Sic inquit qui sic egit: Laboraui ī Psal.6
gemitu meo: lauabo per singulas noctes lectū
meū: lachrymis meis stratū meū rigabo. Sua-
det aūt aplˀus timotheo/qualiter oporteat insi-
stere nō fraudandis laboribꝰ. Labora inquit si 2.Ti.2
cut bonus miles christi. Nam bonꝰ miles chri
sti nō militat in vētū neꝗ laborat: ea tantū agit
que ab ip̄o accepit sancto mandato/seu sancti-
ori cōsilio. Est q̄dem miles christi: ⁊ est bonus
miles christi. Christi miles est/quicunꝗ ipsius
fidē animo aut sacramēto seu altero aut vtroꝗ
sponte digneꝗ suscipit. Bonus vͦo miles/qui
excluso vitio semꝑ sequit̄ bonitatē: ⁊ ad illam ꝑ-
ficiendam laborare nō desinit: indesinēter in an
teriora ⁊ meliora ꝓgrediens. Non eñ est bonꝰ
miles/qui potest ⁊ negligit in seipso augmentū
facere bonitatis. Sistere vel reflecti defectum
aut vitiū habet: ꝓpterea ⁊ iteꝝ dictū est: Tu ve 2.Tim.4
ro vigila/in oībus labora: vt nihil obmittat̄ ex
desidia laborandi/quod possit adduci ad virtu-
tem. Sit igitur ad additionem melioꝝ iugis la-
bor. Et pressos oneribus vocat vt exonerent̄:
Nam ⁊ aīalia licet onerifera querunt/⁊ cupiūt
iuxta nature instinctū a prementibus oneribus
releuari. Sed hominibꝰ nulla onera grauiora/
nisi illa quibus se sponte in animo magis ꝙ cor
pore onerauerūt: q̄ iniq̄tates ⁊ peccata volūta-
ria sunt: q̄bus se grauatū in forma peccatorum
fatebat̄ dauid/orans alleuiari ab eis. Quoniam
iniquitates mee/nō aliene: suꝑgresse sunt caput Psal.37
meū/nō alterius: quoniā vnusquisꝗ a ꝓpria/nō
aliena iniquitate ledet̄. Et sicut onꝰ graue gra-
uate sunt super me. Quibus se onerare quilibꝫ
potest: exonerari aūt preterꝙ̄ a christo non po-
test: quoniā ip̄e solus est agnus dei/q̄ tollit tolle
reꝗ potest peccata mundi. Indefectibilis qui
dē est refectio quā ꝓmittit: quoniā ip̄e neq̄t de-
ficere. His dūtaxat deficit/qui eam aut accipe-
re deficiunt aut fastidiunt. De qua refectiōe in-
deficiente dauid ante ꝓphetauerat/dicēs: Dn̄s Psal.22
regit me/⁊ nihil mihi deerit: in loco pascue ibi
me collocauit. Suꝑ aquā refectionis educauit
me: animā meā cōuertit. Nemo igit̄ querat aliū-
de ventrē sue mentis implere/nisi ex refectore
christo vniuersoꝝ herede. Et vniuersa in vnū
cōflata desyderio humane mentis apposita si-
ne ip̄o nō satiant. Nec ad indignitatem/magis
aūt ad eiꝰ excellentiā hoc sentiēdū est: ꝙ alijs re
pleri aīa nequit dei capax: paruipendēda q̄dem
esset si posset. Habet in se iesus vnde possit ani-
mas hoīm satiare/ip̄e adeps existēs nostre ani
me satiande cōgruens: sicut de eo dauid ad gra
tiarumactionē in figura hierusalem omnē inui
tans animā dicebat: Qui posuit fines tuos pa- Psal.147
cem: ⁊ adipe frumenti satiat te. Nunꝙ̄ expleta
refectio nisi per pacem. Quousꝗ appetitus ho
minū in aliud tendit/nō est pax: cum vͦo erit to-
ta refectio/vt quippiam desyderari non possit
pax aderit. Igitur finis saluandoꝝ in pace ter-

minaꝛ: apposito adipe frumēticio christo iesu/
videlicet ad satietatē ⁊ refectionē accedentiū vo
catoꝝ: sed ꝑ quandā iusticiā bonaꝝ ꝓcedentiū
actionū oportet accedere ad refectionem et re-
quiem. Ob quā largienda saluator colla nostra
vult subiecta fieri iugo suo: et ab eo illa discere/
quoꝝ experimento ⁊ scientia solus verus ē do-
ctor. Etenim adiecit: **Tollite iugum meū super vos: et discite a me: quia mitis sum et hūilis corde: et inuenietis requiem animabus vestris.** Ea imagine
qua boues sub vno ligno in extremitatibus in-
Iugum. sertis ligaminibꝰ imposito vtriusq̄ collo iun-
gunꝛ innexo aratro ad sulcandā terrā: homini-
bus iugū diabolice siue vitiose aut humane aut
diuine seruitutis imponiꝛ. Diabolicū quidem iu
gum in dominatu regis babylonis figuratum
accepimus: sub quo demerito suaꝝ iniquitatū
hoīes traduntꝛ atq̄ detinentꝛ. De quo Hieremi
Hiere. 28 as repetēter ait/q̄ deus illud iuste īponat. Hec
dicit dn̄s deus israel: Posui iugū ferreū super
collū cunctaꝝ gentiū. Nō aūt credendū est deū
velle diabolo colla hominum subiugare: nec ei
obsequi sub tributo. Sed cū ab ip̄o ꝑ idolatriā
⁊ ꝑ alia scelera fit auersio/⁊ lōga peragitur: nec
adijciꝛ vt redeaꝛ i illū a quo fascinati recessimꝰ:
ꝑmittit ille iniuste derelictus/iuste sub iugo dia-
boli ferreo colla premi. Est aūt iugū ferreū ip̄a
diabolica implacabilitas ⁊ dura oppressio: sub
qua curuate mentes male affecte in virtutem re
spirare nō possunt: ⁊ subacta mēbra oneribus
iniquitatū incessanter seruiunt. Et beatus cen-
seꝛ q̄ liber est a mēbris vitiose diabolo subiuga-
Eccs. 28 tis: sicut ꝑ sapientiā diciꝛ: Beatus est q̄ tectꝰ est
a lingua nequā: q̄ in iracūdia illius nō trāsibit:
⁊ q̄ nō attraxit iugū eius: ⁊ in vinculis illius nō
est alligatus. Iugū enim illius ferreū est: ⁊ vin-
culum illius ereum est. Et de iugo vitioꝝ multi
Treñ. 1 plicium deplorabat hieremias/dicens: Uigila-
uit iugum iniq̄tatū nostraꝝ in manu eius: cōuo-
lute sunt ⁊ imposite sunt collo meo. Infirmata
est virtus mea: dedit me dn̄s in manu/de q̄ non
potero surgere. Ois iniq̄tas ꝓdominās anime
iugū facit. Et cū multiplicate fuerint/multipli-
canꝛ ⁊ iuga: q̄bus collum aīe pressum male fa-
tiscit. Sed iugū iniq̄tatū vigilat in manu domi
ni/cū hec volūtaria pessundatio inuolūtariam
exigit iusticie dignā penā a manu dn̄i puniēte.
Explicat aūt qualiter iugū iniquitatū teneat: q2
iniq̄tates cōuolute ⁊ imposite circa collū: scili-
cet circa illam anime vim/qua se posset erigere
in sup̄na/ne recurueꝛ ad ima. Proinde vim illā
asserit infirmatā. Infirmitas em̄ est anime/oīs
sp̄ōtanea iniq̄tas: q̄ cū multiplicaꝛ ex numero
aut ex tēpore/amplius grauat: crescit debilitas
vt nulla sit potētia valescēdi. Et fateꝛ ip̄sa quod
Ibidē patiꝛ: Dedit me dn̄s in manu de qua nō potero
surgere. Humanū iugū est omnis sup̄bia ⁊ im-
portuna dominatio principum terrenoꝝ: vt is-
raeliticus populus querebaꝛ ad roboā/dicens:
2. Pa. 10. Pater tuus durissimo iugo nos oppressit; tu le
uiora impera patre tuo. Qui male a iuuenibus
cōsultus resp̄ōdit: Pater meus imposuit iugū
graue: ⁊ ego maiꝰ pōdus apponā. Necnō ⁊ hu-
manū iugum omnis dominatus regum/etiā iu-
ste regnantium: sicut ap̄l'us ad Timotheū scri- 1. Ti.
bit: Quicūq̄ sub iugo sunt serui/dn̄os suos oi
honore dignos arbitrenꝛ: ne nomē dei ⁊ doctri
na blasphemeꝛ. Qui aūt fideles habent domi-
nos/nō cōtemnāt quia fratres sunt: sed magis
seruiant/quia fideles sunt. Iugum est etiam in
humanitate nostra plus debito colligata laben
tibus/ip̄a sollicitudo sup̄flua ⁊ cura nō oppor-
tuna: sub qua pressa traduce carnis ꝓpagatur.
Unde sapiens in cōtemplabilibus ⁊ moralibꝰ
dixit: Occaupatio magna creata est hominibꝰ: Eccl. 40
⁊ iugum graue sup̄ omnes filios adam: a die exi
tus de ventre matris eorum vsq̄ in diē sepultu-
re in matrē omniū. Seruitutis diuine iugū est/
ip̄sa disciplina bonaꝝ reꝝ agendarū. De quo ꝑ
Hieremiā diciꝛ: Bonū est viro cum portauerit Treñ.
iugū dn̄i ab adolescentia sua. Immo q̄a in ado
lescentibus melius q̄ꝫ iugo discipline in agēdis
colla submittere: vt nil indisciplinate/ sed oīa
disciplinate fiant ⁊ diuina iussio ⁊ regulatio pre
ceptoꝝ. Iugū est a deo nobis impositū: de cuiꝰ
fractoribus dn̄s ꝑ Hieremiā cōquestꝰ ē/ dicēs:
A seculo cōfregisti iugū: rupisti vincula: dixisti Hiere.
nō seruiam. Et hoc idē de optimatibꝰ ⁊ primā-
tibus refert. Ibo igiꝛ ad optimates ⁊ loq̄r cum Hiere.
eis: ipsi enim cognouerūt viam dn̄i ⁊ iudicium
dei sui. Et ecce magis hi cōfregerūt simul iugū
ruperūt vincula. Sed nūq̄d fractio diuine obe
diētie absq̄ vltiōe diuine iusticie? Proinde se-
quiꝛ: Idcirco ꝑcussit eos leo de sylua: lupus ad
vesperā vastauit eos: pardus vigilans sup̄ iniq̄
tates eoꝝ. Et per alium ꝓphetam dicitur: Re- Osee
uersi sunt vt essent absq̄ iugo: facti sūt quasi ar-
cus dolosus. Retrouersi sunt homines ab eo
quod agere ceperunt ꝓm impositā legē: vt per-
niciosa libertate letanter vtanꝛ. Nō volunt em̄
ad seip̄os ꝯuersi iugo diuine legis astringi. Sꝫ
adhuc ad illos puniēdos manus dei extenta/ q̄
ꝓmi refugiūt iugo diuīe seruitutis: in q̄ ꝯstituta
est plena ⁊ vera ab omnibus optanda libertas.
Etenim sequiꝛ: Cadent in gladio principes eoꝝ
a furore lingue sue. Ista subsannatio eoꝝ in ter
ra egypti. Ue igiꝛ collis excutientibꝰ iugū dei.
Proinde vt ab omni alio iugo absoluanꝛ colla
mortaliū/ad tollendum suū saluator christꝰ oēs
inuitat: tollite iugum meū super vos: discibili-
tatem ꝓfunde virtutis apponens. Discite a me
Cōtemplandum verbū. Fides/spes ⁊ charitas
nō sunt in doctrina/sed in infusiōe. Neq̄ ad ip̄a
rum questum ⁊ habitum docibilitas ⁊ discibili
tas in sono verborum locum habet: q̄uis illa i
quibus feruntur/possunt doctrinari ab vtraq̄
parte. Cetere virtutes ab istis doctrina ⁊ disci-
plina fiunt: quarum duas precipue ad docendū
sibi saluator attribuit: mititatem atq̄ humilita-
tem. Mititas vero nō per diffinitionem cogno
scitur/sed per descriptionē suorum effectuū: illa

Mititas.

mititas accōmodato vocabulo ⁊ in vna lr̄a mu
tato/a mutitate traxit originē: vt mitis q̄si mu-
tus: mititas vt mutitas. Qui vero mutus ē/ pe-
tere ꝑ se/cōtradictionē facere/iniuriari aut cō-
uitiari verbo nequit. Christꝰ aūt corde magis
ꝙ corpe se asserit esse mitē. Mititas q̄dē cordis
est vniformiter in omnibus se habere. Etenim
christus nec in corde mutatus est ex prosperis
vel aduersis: eundē animū in gloria ⁊ in igno-
minia/in infamia ⁊ in bona fama semꝑ retinuit
q̄uis voluntarie a passione assumpserit turbati
onē atqꝫ tristiciā. Est igiť mititas in corde resi-
dens/inuariatus animi sensus: eq̄ ꝓspera ⁊ ad-
uersa suscipiens: ꝯtradictionē aut excusationē/
exprobrationē aut indignationē nō meditans:
neqꝫ fingēs aliquid adulatiuū aut blandiēs: vt
aliq̄d ꝑter iusticiā aut misericordiā capiat. Tra
hit enim omnē corpis cōsistentiā mititas ad se-
ipsam: vt sic agat vti est. Cordis humilitas vt ē
ex christo/ineffabilitatē habet. Solꝰ eñ ipse ve
re humilis fuit. Ut vero vocamur illā addisce-
re a christo: sermo licet tenuis de ipsa opportu
nus est. Sed verior esset ab illis/q̄ in eius expe-
rientia ex longeuis temporibꝰ facti sunt. Inex-
plicabilis q̄dem est de ipsa sermo a nō expertis
in ip̄a: etenim abyssalis est locus eiꝰ. In quē de
scendens/tuitionē ab omnibus ledētibus acce-
pit: inuisibiliter degens etiam ab inuisibili ho-
ste: qui perquirens inuenire humilem nequit/
ab abysso humilitatis tectū: ⁊ si inuenit cogno-
scens latibulū eius/deficit impossibilitate ledē-
di: ex nulla parte cōspiciens qua sagittas et tela
possit imittere/aut eū arietare: quia ipse humili
tatis carentia nō stetit: infestante superbia ceci
dit. Quē videt illa tectū/istaqꝫ carentē/neq̄t re-
tegere vt offendat: nō quatit eū aduersitatū q̄rū
libet aries: quas ad sui ꝑfectum deo subditus
existimat ꝑuenire: nec arcus dolosus naturaliū
rationū iacit in humilē animā sagittam vt auer
tat a fide: in qua fundata ⁊ ab ipsa ꝑdocta/ non
querit aliam scientiā nisi ꝑ fidem. Neqꝫ heresis
tragula illā fodit: aut suam traxit in partē. Cre-
dit simpliciter que accepit: impredabiliter sola
gradiť: nō verita perdere/nescia possidere. Nō
eñ credit humilitas etiā illā se habere virtutem
cuius habet ornatū: ⁊ qua deo mēte fulget. Ne-
scit excedere si quos studere virtutibus existi-
mans meliores: de se diffidens/se totā iactauit
in dño: a quo ad horā etiam in tribulationibus
derelicta/nō desperauit aut minorauit affectuꝫ
similiter ⁊ effectū: tota existens ad regentis su-
perne iudiciū. Affectior ad desuꝑ decernentem
in ea existens cui cōmiserat omnem causam suā:
nō hesitans qualiter a superno iudice termine-
tur. Procul se a litigijs occasione non prestita
nec assumpta fecit. Humilitas nihil est ad se-
ipsam: ad p̄ceptorem in veritate atqꝫ in ꝟtute to
ta: eumqꝫ dominū siue parē aut disparem pre ce
teris veneratur/alteqꝫ pendit quem nouerit re-
ctius imperare/agere vel parere. Et vt de ipsa
sit sermo ꝯstrictior/ip̄a origo vocabuli quid sit
humilitas monstrat. Nam humus terra diciť:
ex qua ſm carnē sumptus est homo: ita vt etiaꝫ
ab humo dicať. Limes q̄dem terminus est ali-
quaꝝ rex: ⁊ lititas sacrificatio est. Et si per syn-
copam huius ⁊ mutationē vnius litere prioris
dictionis ꝓferamus/humilitas trahitur. Qua
sic deducta nihil aliud est humilitas ꝙ sacrifi-
catio ad terram/⁊ humilis terre sacrificatꝰ. Tāc
q̄dem homo terre sacrificatus est: cū in illa mor
tuus est ⁊ sepultus. Ac per hoc humilitas vera
est mortificatio cuiuslibet voluntatis terrene/in
exceptuate deo subiecta et viua sibiqꝫ mortua:
nō agens a seipsa/sed a dei legibus mota. Nō
interest mortui sepeliendi/a q̄bus porteť aut in
feratur in tumulū/aut quo humeť in loco: nec q̄
bus accurationibus fiat eius cōditio sepulture
atqꝫ obsequie ꝑcurenť. Non sua refert ampliꝰ
q̄d sit dedecori vel decori. Neqꝫ ad lugētes ip̄m
ob causam afficiť: aut ad gaudentes ꝓpter ip̄m
extinctū iratur. In quam similitudinē anima in
trogressa cōtemplatione iugi ⁊ actu incessabili
custodire sollicita/magnū participium humili
tatis accepit. Apponit etiam humilitas indigni
tatē: vt nullo dei dono digna videatur aīa ex ni
hilo educta: solū gratis accepisse rata quod est
nihil amplius sibi iure deberi cōsyderans: po-
tius stupens dignationē dei ꝓcedentis ad crea
tionē eius: nō curiose discutiens quo fine clau-
datur: tantū agens secundū impositam legē/ne-
sciens difformitatē a formitate dei: ante quē cō
scia sui/in altitudine sue ꝓuidētie admirata ma
net: laudans/adorans ⁊ venerans quicquid ab
illa in exteriora ꝓcedit: imperturbabilē habēs
omnē ordinē actionis eius. Sicqꝫ procedit et
regnat/absoluta a questionibus: a ꝑturbationi-
bus libera: ab hesitationibus procul: a iudicijs
aliena: mala nō porrigit/illata non sentit. In q̄
existēs dauid/personam despexit ⁊ statum: vile 2. Re. 6
scens sibi propter amorē dei. Cum argueret ab
vxore ꝙ ludens coram dñi arca se denudasset vt
scurram/respondit: Ludam ⁊ vilior fiam plusꝙ
factus sum: ⁊ ero humilis in oculis meis: quo-
niā sic per humilitatē propter dominū se facie-
bat abiectum: vt quicquid esset humani iudicij
⁊ dedecoris paruipenderet. Sed vere humili-
bus debetur salus: vt scriptū est: Populū hūi- Psal. 17
lem saluū facies. Et hūiles spiritu saluabit. Et Psal. 33.
Job: Ponet humiles in sublimi. Et virgo ma- Job. 5
ter: Et exaltauit humiles. Et vere humilis im- Lu. 2.
petrat quod petit. Dauid: Respexit in orationē Psal. 101
humiliū: ⁊ nō spreuit preces eoꝝ. Oratio humi- Eccl. 35
liantis se penetrat nubes. Et Judith: Humiliū Judit. 9
⁊ mansuetoruꝫ semper tibi placuit deprecatio.
Quid autē amplius pro merito hūilitatis pcs-
set adijci non est/ꝙ exaudiri ⁊ saluari. Ergo ac
cedamus ad huius virtutis magistrū/⁊ a subli-
mi humilitatē discamus: qui corde humilis est:
moribꝰ oībꝰ etiā illā tenens: actio ⁊ verbū ꝑ oīa
illam pandunt. Et optata requies apposita ē.
Et inuenietis requiem animabꝰ vestris. In in-
uisibili sensu inuenitur: quoniā intellectus ⁊ af-

fectus in illa requiescunt: vt nolit plus sapere q̄ꝫ oportet: nec affectare quod superest/ si hꝫ quod expedit: nec importune optare aut exigere si de est. Necnon ⁊ illam requiē eternam/ ad quaꝫ suspirat omnis creata ratio peregrina/ inuenire potest anima humilitate fundata. Attamē quies est ante laborem: requies post laborē. Quiescere ad innocentē: requiescere spectat ad penitētē. Quies ante peccatū: requies post peccatū habet. Quies anteq̄ꝫ ꝑdatur: requies cum ꝑdita reinuenit. Est ⁊ etiam quies animaꝝ ⁊ corporū: est ⁊ requies animaꝝ similiter ⁊ corpoꝝ. Sꝫ dūtaxat ad requiē animarū applicatus saluatoris sermo: vti si q̄s ad ip̄m venerit/ ⁊ ab eo didicerit humilitatē: anime sue inueniat illam requiē/ qua intellectus termine in vero ⁊ in om̄i quod ad scientiā ꝑtinet. Christo igi cognito ⁊ apprehensibilitate fidei/ nihil vltra remanet ad sciendum scienti expediens siue aptum. Etenim dei sapiā/ via/ veritas ⁊ vita. Et in ipso sunt thesauri sapientie ⁊ scientie absconditi. Requieꝫ ergo inuenit anima rationalis in christo ad illaꝫ suimet qua scire apta gliscitq̄ꝫ scire. Appetit etiam ex illa insita vi qua fertur in appetibile bonū tripartitū: cū vt ratio vsusq̄ꝫ habet loquēdi/ sicut honestū delectabile vtile dici. Quoniā cōpositione facta cum ceteris/ nunq̄ꝫ ⁊ nusq̄ꝫ melius et aptius q̄ꝫ in christo reperi: imo cōparatiōe semota nō inueni alibi q̄ꝫ in christo ad hoc dato humane nature a patre: vt istud reperiamus in ip̄o. Et vt sermo cōquirens nō procedat vltra/ summū bonū incunctanter ip̄e christus ē: quo adepto nil remanet quod iure possit optari. Necnō ⁊ si vim memoratiuā anime deduxerimꝰ ad requiem/ admouebimus christo. Nihil memorabilius ex eterno/ ex tēpore/ ex gestis q̄ꝫ christus: q̄ ad seip̄m ꝓ refectione/ ꝓ requie/ in hūilitate homines vocat: vt animabꝰ in hac vita requies ꝓ viribus detur: ⁊ in alia eterna requies toti cōposito largiatur: quā ꝑ ꝓphetā dn̄s pol-
Esa.32 licetur. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis: in tabernaculis fiducie: in req̄e opulēta. Et ꝓ his q̄ fuerūt populus christi/ q̄ in fide ipsius mortui sunt/ ioannes asperit. Amodo iā dicit sp̄us vt requiescant a laboribus suis: quoniam (vt supra dissertū est) laborantes ad se vocat christus. Sed alas ⁊ pennas optabat/ vt attollere a terra: cupidus venire ad requiē: p̄scius q̄ꝫ terrene gradiens/ imp̄ssus onere terrenoꝝ
Psal.54 in illā venire nō potest. Proīde dicebat: Quis dabit mihi pennas sicut columbe: ⁊ volabo/ et requiescam? Nā ⁊ columba egressa de arca/ pedibus requiē nō inuenit in terra. Superanda est terra pennigero volatu: ⁊ venia ad christū/ daturū accedentibus requiem. Nec aūt priusq̄ꝫ terrea de iugo tollendo/ cū verbis christꝰ reddit in factis amenū. Jugum enim meum suaue est/ et onus meū leue. Benignitatem ⁊ dulcedinē ⁊ ornatū ⁊ iocunditatē habꝫ iugū christi/ ad actiones ⁊ ad p̄miū. Ista in iugo eiꝰ sunt. Jugū enim amor est. Nihil amore suauius/ quo deus ama ⁊ ꝓximꝰ. Leuissimū est etiam onus eius: videlicet cautela turpiuꝫ/ ⁊ actio honestoꝝ: atq̄ꝫ illoꝝ quibus in hac vita pacifice vni/ omnis turbationis actio submoue: vincula rumpun tartarea/ ⁊ omnis transitꝰ fit ad regnū. Jugū fidei christiane actionisq̄ꝫ virtutum/ suauitatē habet mentis immēsam: etiā si corpꝰ ex aliqua parte prema. Non curuat collum iugū christi/ sed erigit ad superna: nilq̄ꝫ suauiꝰ q̄ꝫ celestibꝰ delectari. Onus quod christus imponit penitꝰ leuissimū est: quoniā neminē grauat onere suo supra virtutē ⁊ facultatē: supra debitū/ expediens ⁊ necessariū: supra impossibile/ supra cōsentaneū ipsi nature.

¶ De conuiuio facto iesu a pharisco: in quo magdalena exhibens officia pietatis/ peccatorum remissionē conuersa recepit: secundum Lucam. Capitulum XXIX

Hospes ⁊ egenus iesus inuitatus/ aliquando in hospitia diuertebat: ⁊ preter delectationē carnis interdum acceptabat oblata suffugia: semꝑ p̄intendēs animicapium exercere: nā ⁊ illas vbilibet modis om̄ibus venaba: eam rem ratus cū inuitaba/ manducare cōsensit. Rogabat aūt illum quidam phariseus/ vt cum illo mādūcaret. Et ingressus domū pharisei discubuit. Rogaba iesus vt acciperet: qui potius rogandus erat vt largire. Plura sibi aderant ad largiendū q̄ꝫ hominibꝰ beneficia: nec nō ⁊ q̄ hominū/ sua erant. Sed nec hic pharisē plusq̄ꝫ hominē ⁊ forte ꝓphetam asperit in illo. Etenim alia causa rogamina porrexisset. Indigebat q̄dem his/ q̄bus iesus abundabat: ⁊ vere petentibus daturus venerat. Sed nec christus q̄ꝫuis voluntarie factus egenus/ indigebat copijs pharisei. Non aūt credendū est q̄ꝫ eū rogauerit credens christū: ex eo q̄ꝫ hesitauit ipse nō credens saltem esse ꝓphetam: quia velut nō cognitor personaꝝ ad tactū sustinuerit magdalenā. Uersitamen quoquo mō rogauerit/ sit nobis ex hoc forma prestita: vt rogemꝰ ⁊ nos/ nō vt ei aliq̄d tribuamꝰ: sed vt ipse nobis iuste petita largia. Sicuti rogasse deum legimus salomonē dicentē: Duo rogaui te: ne deneges mihi anteq̄ꝫ moriar. Uanitatē ⁊ verba mendacij longe fac a me. Mendicitatem ⁊ diuitias ne dederis mihi. Tribue tātū victui meo necessaria: ne forte satiatus illiciar ad negandū/ ⁊ dicam: quis est dn̄s? aut necessitate cōpulsus furer ⁊ periurē nomen dei mei. Duo ⁊ duo cōbinata rogantur rogantur etiā ꝓpt duo. Duo sunt primaria mala: scilicet vanitas/ quam qui sequitur euanescit: ⁊ verbū quo quis mētitur in fide/ seu in eo quod exhibere a iure cōpellitur. De quibus ꝑ Dauid homines omnipotens arguebat: Filij hominū vsq̄ꝫ quo graui corde: vt quid diligitis vanitateꝫ ⁊ queritis mendacium? Quid etiam sit vanitas crebris sententijs in Ecclesiaste ostendi/ quomodo cuncta subiacent vanitati. Et optime re

licam/nō moysaicā: fidei/non legis. Nemo enī
est iustificatus ex lege/sed ex fide que ſm euāge
lium est. Libra duodecim vncijs constat. Et fi-
dei articuli duodecim sunt. Libretur libra ista
in trutina veritatis: ⁊ perspicuū erit quid ⁊ quā-
tum boni ipsa cōtineat/vbi nostra iusticia tota
consistit. Resoluatur in vncias: ⁊ patebūt duo-
decim articuli ſm numerū duodecim apostolo
rum. Ex qua fide iustificatio est/nō per legem:
quoniā ſm apostolum ex operibus legis nō iu- Roma.3.
stificabitur omnis caro corā illo. Et paulopost
Arbitramur hominem per fidem iustificari sine
operibus legis. Et per prophetā dicitur: Iu- Abacuk.2.
stus ex fide viuit. Ideo iustus viuit ex fide: quia
per fidem iesu iustificatus est ad eternā vitam.
Libra vnguenti seu eius quod ad aliquē vsum
accipitur/trutinatur ex alio equo pōdere: quod
etiā libra vocatur. Sed ea que offerebantur in
templo/ad pondus sanctuarij librabātur. San
ctuarij autē pondus charitas est. Ecce igitur li
bra ⁊ libra/vtraq; duodecim vncijs constans: ⁊
libra pondus ⁊ libra trutinata cum pondere: vt
nec iusticia fidei ex duodecim articulis prosit
ad profectūq; ducat: nisi pōdus librامēti vere
charitatis ad iusticiā fidei ⁊ ad singulas vncias

duodecim articuloꝝ extiterit. Effunditur ista li
bra in pedes ⁊ caput: quoniam bipartiti sunt ex
equa numeri parte articuli fidei ad diuinitatē ⁊
humanitatē christi antea ptinentes. Typum ge
rit ecclesie ista mulier ⁊ cuiuslibet anie sane cre-
dentis in omni actione sua circa christum cre-
denda ⁊ agenda designās. Diffundit odor per
domuz ex diffuso vngento: peramplius ex eo ꝙ
christo admotū est ꝙ̄ ex bonitate naturali. Quo
niā quecūq; bona sunt/efficiunt meliora si tra-
ijciātur in christū. Et fama tanti mysterij vbiq;
diffundenda erat. Sed odor huiuscemodi non
ab omnib⁹ eque susceptus est: quoniā ex discū-
bentibus discipulis aduersus christū recipien-
tem vnguentū ⁊ contra effundentē indignatio
Mar.14. exorta est. Erant aūt quidā discipuli in
digne ferētes intra semetipsos/et di
cētes: Ut quid pditio ista vnguēti fa
cta est? Poterat enī istud vnguentū
venundari multo: et dari pauperib⁹
Joan.12. Et fremebāt in eā. Sed vnus maxime
ex discipulis eius iudas scariothis
qui erat eū traditurus/dixit: Quare
hoc vnguentū non venijt trecentis
denarijs/et datur egenis? Non defuit
in hac cena virus inuidie: calumniādi peruersi-
tas ⁊ detrahendi machera. Sanctū erat omni-
no conuiuiū ex summo ꝯuiua ⁊ cōplicibus eius
ex affectione ipsorum qui cū proprijs officijs in
cena ista erant atq; parauerāt. Sed vn⁹ ab om-
nibus vsquaq; dissentiēs/ solū seruans nomē
discipulatus ab extra: de quo tanꝙ̄ de plurib⁹
euangeliste loquūtur: gratia nō inferende infa
mie/ ꝓseruationis ⁊ honeste locutionis/ plura
lizantes in narratione de illo qui solus erat in
causa. Quē post alios euangelistas/euāgelium
scribens dūtaxat ioānes aperuit iudam scario-
this proditorē: asserens solū in ista indignatio-
ne fuisse atq; fremere per iram in mulierez/per
inuidiā in christū. Cui⁹ indignationis ⁊ murmu
rationis atq; molestie causam ioannes etiā pro-
didit/dicens: Dixit aūt hoc non quia de
egenis pertinebat ad eū: sed q: fur
erat/et loculos habēs ea que mitte-
tebantur/portabat. Et vnus solus iudas
in collegio sancto malus: qui ꝓssus iniquitatis
graui pondere inhabenate labebat in malum:
cui magister diuinus nō profuit/neq; sancta so
cietas. Quale igitur collegiū/qualis dom⁹/qua
lis societas/qualisq; ꝯgregatio mūda erit: sine
iniquitate manebit: ab impertinenbus purgata
consistet: si christi collegiuz saltem habuit vnū
reum: qui velamento virtutis tendebat in vitiū:
specie misericordie augebat miseriam: alijs vi-
debat intendere qui seipsum ex toto deseruerat:
existens corpore sub obedientia christi in par-
ticipatione sodalium: mēte vero apostata ꝑ om
nia erat. Fit apostasia ī inuisibili sensu sepe ma
iori prolapsu ꝙ̄ depositione cultus exterioris.
Sed apostasia nulla peior detestabiliorq; ꝙ̄ fi-
Prouer.6. dei: de qua per salomonē dicitur: Homo apo-
stata vir inutilis graditur ore peruerso/annuit
oculis/ terit pede/ digito loquitur/ prauo corde
machinatur malū: ⁊ in omni tempore iurgia se-
minat. Huic ex improuiso veniet perditio sua: ⁊
subito conteretur: nec habebit vltra medicinā.
Hic rebus non a se factis/ nec suo deductis cō
mertio precium imponit: scz trecentorum dena
riorum tradendorū in seruitio egenorū. Et sibi
male conscius/futurorū bonorum ignarus/pre
cipitanter a se loquens/nescius numerū vere ꝓ
phetat: sicut ⁊ caiphas/qui cōsiliū christi dedit
in mortē. Nam trecentenarius numerus myste
rium est ⁊ significatio trinitatis et crucis: vt in
arca noe ꝺm longitudinem arce trecentoꝝ cu- Beda.
bitorum: ⁊ in viris expeditis cū quibus gedeon Judic.
suos aduersarios confligauit/reportans ex eis
optatam/iustamq; victoriā. Et triginta argētei
constituti sunt iude in ꝓditione christi/valētes
triginta denarios. Triginta vero denarij trecē
torum paruuloꝝ summā efficiunt. Sed vsus in-
terdum denariū pro decem/ interdum pro vna
parua moneta seu nummo vsuali accipit ⁊ con
numerat. Ac per hoc iuxta estimationē valoris
vnguenti iudas vendidit christū: cum venditū
non fuisset. Et cum ad euz de pauperibus non
spectaret/ tamen loculos habebat: siue clan-
destine vt que furari poterat/asportaret: aut or-
dinatione domini/vt in subsidiū pauperū obla
ta pecunia portaret. Prestruebat in hoc iesus
formam futuris prelatis ecclesieq; future: vt sup
egenos ⁊ pauperes intenderent. Hi loculi mul
tam malignādi occasionē pluribus ministraue
runt. Presumpserunt enim multi ex hoc ita de
christo ⁊ ei⁹ collegio cornicari: vti de nouo mer
catore/aut diuite huius seculi. Sed cū hec age-
rentur in cena christus causam terminandā as-
sumpsit. ⌊ Sciēs autem iesus ait illis: Math.
Quid molesti estis huic mulieri? Bo
num opus operata est in me. Semꝑ
enī pauperes habetis vobiscū: et cū
volueritis/ poteritis illis beneface-
re: me autē non sꝑ habebitis. Quod
habuit hec fecit. Sinite eā vt in diem
sepulture mee seruet illud. Mittens
em̄ hec mulier vnguentū hoc in corpus meum:
ad sepeliendū me fecit. Et ꝑuenit vngere corp⁹
meū in sepulturā. ⌉ Nihil eum latet etiā in hu-
manis occultis/qui omnia visibilia ⁊ inuisibilia
nouit. Arguit molestos bene opanti. Nulla em̄
causa subest vnde recte agens/molestiā patiat.
Igit dictū est: vt quid molesti estis huic muli-
eri? sine causa molestia est. A vestra iniquitate ꝓ
cedit/non ab ea: etem̄ ipsa bonū opus operata
est in me. Bonū ad finem bonū in fine omnium
bono/scz christo: bonum ex intentione: bonum
ex re: bonum ex significatione: bonum ex exem-
plo: bonum ex cōgruo: bonū ex iusto. Et si pau-
perum occasione/seu ex ꝓdigalitate indignatio
⁊ molestia nata est ꝯtra mariam: etiā pauperes
semper in mundo sunt futuri/quibus poteritis
impēdere agapem; me autē nō semꝑ habebitis

factū pro omnib9 pauperem. Quo etiā declara-
tum est christum illo tunc ⁊ in posterū corpora
li obsequio sibi velle seruiri: nō delectatus mēte
obsequio illo/sed miseratus obsequentes: vt ex
hoc prerogaretur materia miserendi. Et si deo
eterno ab exordio ꝯditionis humane facta sunt
et exhibita corporalia ⁊ visibilia sacrificia: que
accepit in abel: reprobauit in cain: acceptauit in
noe/in abraam ⁊ iacob: ⁊ in omni israelitico po-
pulo ſm datā legē exhibita/et in iob: cur postea
ꝙ incarnat9 est ⁊ corporaliter nobis seruiuit/fa-
ctus homo pro nobis: quare non ei etiā corpo-
[illegible] raliter obsequamur? Et si templū ei constructū
est cum auro ⁊ argento/⁊ cū rebus plurimis vti
q3 preciosis/nondū caro facto: ꝙobrem sibi assu
menti corpus templa corporalia non constitu-
Act.7. antur? Quāq3 si stephanus increpās iudeos/di-
cat: Sed nō excelsus in manufactis habitat: ta
men ad augendā firmādamq3 ex exteriorib9 ob
sequijs et diuinis cultibus fidem: ad sustentān
dam deuotionē: ad honestam exercitationē cor
porum: ad honorandū deum in creaturis quas
creauit: quas ad vsum humanū contulit: ꝓpter
quas etiā derelictus est: iure sibi corporalia ob
sequia exhibentur: ⁊ manufacta magna templa
⁊ monasteria construūtur: ⁊ circa sacramētum
corporis eius/ ⁊ in templis ⁊ in altarib9 tot pre
ciosa vasa/munera ⁊ huiuscemodi vtensilia pre
parātur: siue naturalia/siue artificialia/siue cor
poralia/siue quecūq3 aliquā proprietatē insignē
seu ꝓciositatem habētia. Memini quocūq3 iure
vel causa melius dicantur/ꝙ omniū conditori ⁊
redemptori humani generis christo: non vti in
talibus delectatus seu indiguus velit ⁊ capiat:
sed vt fidem hominū ex exhibitione rerum ma
gnarū per amorem/in abdicatiōe ipsarū per cō
temptū ampli9 probet/acceptet ⁊ muneret. Sed
nec pauperibus pauperes cōmutentur: vt dum
expectatur dignus/accipiat quādoq3 indignus
⁊ dignus et magis indiguus insubuētus prete-
reat. Hec est em̄ iusticia tribuēda pauperibus:
vt si adest pauper certus et notus/accipiat: nec
ipso dimisso vacuo expectetur ignotus. Cōser-
uat autē ipsa iusticia eximia suppetente copia ⁊
pro ignotis. Tuitus iesus mulierē etiā laudat:
quia fecit quod habuit ⁊ potuit. Et ꝓdixit suaȝ
sepulturā/dum iussit illam permitti vt ad sepul
turam residuum reseruaret: acsi tota libra tunc
nō esset effusa. Et siue mulier hec iesu mortem
⁊ sepulturam cognouisset esse vicinā/siue igno-
raret: iesus tamen ministeriū vnctionis in pro-
phetiā vertit/ dicens: Mittens em̄ hec mulier
vnguentū hoc in corpus meū/ad sepeliendū me
fecit. Acsi diceret: sic faciendo me moriturū et
sepeliendum predixit. Quoniā ex iudeoꝝ more
preungebanꝫ corpora humandoꝝ. Et presciēs
iesus/ꝙ querendus erat in sepulchro ad vngen
dum/sed nec inueniēdus: illā asserit preuenisse
sciam ⁊ ignarā mysterij: quoniā multa spiritu ⁊
magna ꝓuidentia dei fiunt: que ab ipsis autho
ribus ignorantur quē terminētur in finem seu
significationē. Imposuit etiaȝ iesus nomen in
hac cena doctrine sancte sue: vt euangeliū dice
retur. Et predixit vbiq3 ꝓdicandū post spiritus-
sancti aduentū: dum cōmendat hoc vnctionis
officium magdalene/dicēs: Amen dico vo Mat.26.
bis vbicūq3 predicatū fuerit euange
liuȝ istud in vniuerso mūdo/dicetur
et enarrabitur ꝙ hoc fecit in memo-
riā eius. Sicut iesus intelligi voluit/hoc sic
intelligamus: ꝙ hanc vnctionē hec mulier fece
rit in memoriam eius/scȝ sepulture: vel eius scȝ
mulieris vngentis. Omniū que christus gessit
⁊ passus est ex forma seruili/conclusio ⁊ vltimū
est sepultura. Cuncta que sequūtur/ preter igno
miniā sunt: ⁊ vt gloriosus ⁊ potenter fecit/etiaȝ
cū post resurrectionē comedit. Ad quā sepultu-
ram seruanduȝ erat vngentum/ scȝ de illa libra
iusticie duodecim articulorum: vt aliquo modo
ab anima ⁊ a carne non crederetur separata diui
nitas: ꝙuis in illo tunc carnis ⁊ anime fuerit so
luta cōiunctio/vt etiā in sepultura nil dematur
de libra: quin omnia de vnigenito dei filio/pro
nobis humanato/mortuo ⁊ sepulto/recta ⁊ incō
cussa inhesitanter in iusticia fidei teneātur. Et
dū cenaretur/cognouit ergo turba mul Joan.12.
ta ex iudeis/quia illic esset. Et vene-
rūt nō propter iesum tantū/ sed vt et
lazarū viderent quē suscitauit a mor
tuis. Turba hierosolymorū ⁊ regionis illius
cognouit iudeam corporali ꝓsentia recepisse ie
sum: ⁊ quodā nouo visendi animo veniunt: quia
delituerat post inferende sibi mortis cōsilium.
Quia lazarum reuocauerat a sepulchro: ꝓpter
resuscitatum a mortuis magis venerant: ꝙ pro
pter authorē vite destructoremq3 mortis. Curi-
ositas plus ꝙ virtus in eorū animis insidebat.
Habet hoc ꝓprium humane mētis fragilitas
ꝙ peramplius nouitatibus ꝙ summis veritati
bus delectetur: donec spiritusancto adiuta/in al-
tiora capessenda se tollat. Puerile negociū est
plus delectari opere ꝙ arte: artificio ꝙ artifice.
Quod si sic exigit vsus vtilitatis: aliter suadet
ordo rationis. Potior est em̄ omni causato sua
verior causa: ⁊ potētia omni effectu suo prestan
tior. Que igitur hec dementia turbarū? Que iner
tia intellectus? vt plus ponderis existimarēt vi
sere lazarū abductū a mortis imperio: ꝙ iesum
qui mortē subiectam incontradicte possidet: vt
inferat ⁊ auferat ꝓut vult: ⁊ adimere ⁊ conferre
vitā solus possideat potestatē.

¶ De interrogatione iesu facta disci pulis quid inter homines/et ab eis de filio hoīs diceretur: secundū mattheum/marcū et lucam. Ca. XXXV

Nouerat iesus omniū corda. Perspi-
cuum erat ei quid de ipso apud quem-
libet crederetur: ideo non vt ignarus in
terrogat: sed querit confessionem verbotenā: vt
doceat si erratur: vt laudet rectū/⁊ iustum dispo
nat ad premiū. Et hic potissime angebatur cura:
vt fides de ipso quis ⁊ qualis esset/quo fine age

ret ⁊ doceret/in cordibus hominū infunderet.
Mat.16. Hinc venit autē iesus in partes cesa-
Mar.8. ree philippi:et interrogabat discipu
Lu.9. los suos/dicens: Quē dicunt hoīes
esse filiū hominis? Cesarea ciuitas erat:ꝗ̄
mutato priori vocabulo in honorem cesaris sic
appellata est:que sub principatu philippi prio
ris herodis filij constituta erat. In cuius regio
nem christus cū discipulis per castella ⁊ ciuita-
tes predicās incedebat. Ubi cum varia de iesu
opinio ferretur:ipse suos discipulos quid audi
ant/interrogat. Et modꝰ interrogationis pos-
set dubiū facere:cum videt interrogare de alio
potius ꝙ̄ de seipso:⁊ de filio puri hoīs/non de
dei filio. Sed mos est scribēdi:⁊ de ipso nō vul
gabatur fama in populo sicut de dei filio:sed si-
cut de homine puro. Ita verū vt in virtutibus
⁊ miraculis ⁊ moribus a ceteris hominibꝰ plus
haberet. Idcirco discipulos suos iuxta famam
vulgatā interrogat. Secūdū vero marcū ⁊ lucā
explicite de seipso quesiuit/ dicens: Quē me
dicunt esse homines seu turbe? Quod
marcus in via dicit interrogationē factā: lucas
vero ꝙ cū esset solus orās et discipu-
li eius cum eo/interrogauit:non cōtra
rietatē habet: quoniā dum iret/cessit in aliquā
partē/prout solitus erat iesus orationi operam
dare:⁊ orauit vt homo ꝓ his que agebat vt de-
bito fine clauderent/⁊ ꝓ assumpto mysterio ad
perficiendū. Et interrogauit oratione facta dis
cipulos de seipso. Cui sic responsio data est. At
illi dixerunt: Alij ioannē baptistam.
Premortuus erat ioannes: sed quasi credebat
a pluribus ꝙ resurrexisset a mortuis : sicut etiā
credidit alienigena herodes/qui eū obtrunca-
ri fecit: seu ꝙ virtutes ioannis operarent in eo.
Alij heliam. Insignis propheta in signis
⁊ portentis ⁊ ꝓdigijs helias extiterat: cuius me
moria succedanea relatione ⁊ custodita scriptu
ra de ipso vigebat in populo: ꝙobrem plurimi
crediderunt ipsum nō resuscitatū: quia nō mor-
tuum: sed de loco ad quem raptus curru igneo
extiterat/iterum fuisse prestitum populo israeli
aut spiritum eius dupliciter requieuisse in ipso
iesu: sicut in ipso helizeo requieuit. Alij hiere
miam. Nondum ꝓpter sanctificationē in vte
ro: que nec nota multis/maxime rudibus ⁊ ple-
beis: sed propter vilitatem loci anathot/in quo
natus est vt christus in bethleē. Et ꝓpter rusti
cum sermonem: quoniā ⁊ iesus non curauit ver
ba exarata ⁊ exacta ꝓferre: sed vtilia ⁊ vera. Et
propter iuuentutē: nam ⁊ hieremias ꝓphetare
puer orsus est: ⁊ propter cōminationes vt ⁊ ipse
ad hierusalem/aliqui autumabāt esse hieremiā.
Aut vnum ex prophetis: scꝫ resuscitatū
ex mortuis: aut spiritum vnius eorū premortuo
rum habere: ob quē tali opinione ferebātur in
eum. Sed auditis opinionibus varijs relatu/
quas ipse spiritu sciebat: vt astruat fidem ⁊ con
fundat errorem: iterū eos quid ipsi credant/in-
terrogat dicēs: Uos autē quem me esse
dicitis? Quid sibi vltra vult harū interroga-
tionum varietas: quē me dicūt homines/⁊ vos
quē me dicitis? acsi discipuli eius homines non
fuissent? Erant protinus homines natura sicut
ceteri: sed gratia eos supra naturā effecerat/vt
aliquid insigne cognitionis ab alijs hoībus ꝑ-
haberēt. Conuersati eñ erant cū christo: doctri
na eius imbuti: que hominē supra alios homi-
nes facit. Ac per hoc perspicuū est ⁊ inhesitabi
le credimen: homines natura per gratiā supra
naturam in hac vita posse constitui: et hominē
posse per virtutē infusam ⁊ acquisitam natura-
lem dūtaxat hominē superare: ꝙobrem vt secre
ti ab alijs interrogantur discipuli: vt altius in-
telligētes ꝓferant quid a christo in fide de ipso
didicerunt. Cui respōdēs simon petrus
ait: Tu es christus filius dei viui. De
latum est a coapostolis simoni: vt ipse ꝓ seipso
⁊ pro ceteris respōderet. Ipse vero in fide ⁊ amo
re feruentior/anticipauit omnes dicens: Quid
ceteri homines de te sentiat/non mihi cure sit:
quid mei cōplices in mente habeant ore fateā-
tur: quid a te didici: quid de te infusum accepi:
quare omnia dereliqui/te solum animo corpore,
ꝙ secutus: hoc est: quia tu es christꝰ filius dei
viui. Tu es messias ꝓmissus in lege: tu expecta-
tus a populo sancto dei/a populo israeli: tu qui
dem messias/nō tantū homo factus seu ex hoīe
propagatus homo: sed filius dei viui ꝓ homini
bus factus homo. Hebraice facta fuit interro-
gatio: hebraiceq; data responsio: sed scriptura
grecū habet: latinitas vnctum dicit: vt sic tota
ista confessio capiatur. Tu es vnctus vt homo
nō in tēporale/sed in regnū eternū. Reges qui-
dem semꝑ vngebant in veteri testamento. Sed
tu vnctus non oleo delato in cornu/sed oleo le-
ticie/oleo gratie spiritussancti. Et tu vnctus in
sacerdotem ⁊ pontificem magnū / ad offerendā
hostiā viuā ꝓ oībus salutarē. Filius tu es veri
viui ⁊ eterni dei/humanitatē seu humanā natu-
ram assumens in tēpore/degens in terris/carne
velatus: in qua causam agis dānati hominis vel
humani generis. Hec cōfessio nil superfluū nil
q; diminutū habet: de deo non minus ꝙ̄ sit: de
homine nō amplius ꝙ̄ debuerit/prompsit. Cui
confessioni omnes pariter cōsenserunt: etiā iu-
das: ꝙuis in posterum ex seipso extiterit depra-
uatus. Uerū quia hec ꝯfessio non fuit humane
virtutis/non modici premij: idcirco adiectū est.
Respondens autē iesus dixit ei: Be-
atus es simon bariona: quia caro et
sanguis non reuelauit tibi/ sed pater
meus qui est in celis. Beatū esse simonē
spe futurorū eternorumq; bonorū iesus ore suo
ꝓnunciat: beatitudinis causam adijciens ꝙ hāc
protologiam quā ore fassus est: nō humano/sed
diuino didicerit documēto. Remouētur a pro-
tologia huiuscemodi caro et saguis: quoniam
ꝗd nequius ꝙ̄ quod excogitauit caro ⁊ sanguis
Et qui vere credūt/ non ex sanguinibꝰ/ neq; ex
volūtate carnis/ neq; ex volūtate viri/ sꝫ ex deo

nati sunt. Et caro ꝛ sanguis regnū dei nō possi-
debunt. Introducit doctor etern⁹/qui cū volu-
erit nulla interposita mora docet: scꝫ deus pa-
ter: qui solus verā et infallibilem de suo eterno
filio cognitionē habet. Quis em̄ verius ab eter
no genito ꝙ eterne illū generans scientiā da-
bit? Igitur qui vult scire filiuꝫ/adeat patrem:
ꝛ qui patris noticiā querit/a filio capiat. Unū
relatiuoꝝ perfectius ex altero innotescit. Bea-
tus ergo simon: qui existēs in terris/de celis do
ctorem accepit: non angelū/nō hominē: sed vti
ꝗ deum patrem: cui supra filius gratias egit/di
Luc.x. cens: Confiteor tibi pater celi et terre: quia ab-
scondisti hec a sapientib⁹ ꝛ prudētibus/ꝛ reue
lasti ea paruulis: de quorū numero simon erat:
cui pater suum eternū ꝛ vnigenitū filium reue-
lauit. Ecce vn⁹ piscator plebeus qualem reue-
lationē accepit a deo: vt sacramentū abscondi-
tum sibi reuelaret. Quoniā ipse est qui reuelat
profunda de tenebris: ꝛ producit in lucē vmbrā
mortis. Profundū erat ꝛ imperscrutabile diui
ne incarnationis mysterium: quantū ad factū/
ad causaꝫ/ad modū. Et tenebris humane igno
rantie atꝙ incomprehensibilitatis sue tegeba
tur. Et simoni reuelatum est. Et ipse idem erat
vmbra mortis: sub qua vmbra oportebat quie-
scere iaꝫ mortuos ꝛ morituros: quā deus pater
in lucem nostre noticie deduxit. Et ꝑ excessum
vir sapiens supra sensum hominū ingrebat. Ra
dix sapientie cui reuelata est. Disciplina sapien-
tie cui reuelata est ꝛ manifestata. Multiplicati-
onem gressus eius quis intellexit? Radix et di-
sciplina sapiētie christus est filius dei: qui vnus
existens in vnitate paterne substātie/multiplex
in effectibus est. Cuius per reuelationē pater-
nam petrus accepit noticiā. In eadem admira
Esa.53. tione esaias erat/inquiens: Et brachiū domini
cui reuelatū est? Sed deus pater est/qui reuela-
uit mysteria prophetis suis miris modis: ꝛ pe-
tro vt suum eternū filium in tēpore humanatū/
in carne velatum agnosceret/oreꝙ confiteretur
ꝛ in tam alta confessione fundamēta future ec-
clesie iacerētur. Sicꝙ a christo factum est. Et
ego dico tibi/quia tu es petrus: et su
per hanc petrā edificabo ecclesiam
meā. Cōspicētur alta mēte fideles orthodoxe
ecclesie fundamenta: videant ꝛ contemplent in
quo ipsi fundati sunt. Nulla domus est/que nō
habeat sua fundamenta deorsum: sursumꝙ ten
dunt parietes: desup tecta ponūtur. Et ipsa ter
ra vbi sūt edes magne/structure alte fundate/ꝑ
fundamento subiectā habet aquam: iuxta daui
Psal.135. dicum carmē: Qui fundauit terrā super aquas:
ꝙꝙ aqua sit lenius elementū/terre iure nature
prelatum. Sola ecclesia sua fundamēta sursum
habet. De celis est reuelatio: de celis est cōfes-
sio: celestis est fundator/celesteꝙ fundamentū.
Et propter celestia capessenda huiusmodi fun
datio facta est. Nos homines sum⁹/terrenū fun-
damentū habemus: quoniā ex adā terreno car
nis ꝑpagatiōe traducimur. Nos vero fideles su
mus/sup celestia fundamur: nō super petrū/sed
supra petram christū vnigenitū dei filium/ore
suo ex confessione vere fidei reuelatione patris
eterni deprompram. Petra autē erat christus.
Igit ex terreno terreni: ex celesti celestes. Sicꝙ
apostolus admonet: Sicut portauimus imagi- 1.Cor.15.
nem terreni/portemus imaginē celestis. Et de
cus nostrū quod supra naturā et humanitatem
nostrā celesti splendore refulget: honestis affe-
ctibus/vita ꝛ moribus custodiamus/veneremur
ꝛ teneamus. Et quoniā celeste est ecclesie fun-
damentū: nemo presumat asserere quempiā quā
talibet sanctitate fulgentē/illam sustentamento
fulcire: neꝙ illam virtute constare parietū: qui
ex veris fidelibus tanꝙ ex viuis lapidibus con
struūtur. Quoniā fundamentū aliud nemo po-
nere potest preter id quod positum est/quod est
christus iesus: cuius sola virtute ecclesia ipsa in
solididate consistit: nō petr⁹/non paulus/nō ali
us apostolus/neꝙ aliquis sanctus: non virgo
mater/nō baptista/non angel⁹ fundamentū est:
aut ipsam solidam stabilemꝙ facit. Et si funda
mentū iactum est: nō arte humana/sed potesta-
te diuina: oportet vt ad edificandū opus impē-
datur. Quotquot em̄ alibi ꝛ sup alios quoscūꝙ
edificare nituntur/cū edificijs pariter corruēt.
Hinc apostolus ait: Si quis autē superedificat 1.Cor.3.
super fundamentū hoc aurū/ argentū/lapides
preciosos/lignum/fenū/ stipulam: vniuscuiusꝙ
opus manifestū erit. Dies em̄ domini declara-
bit: quia in igne reuelabit. Et vniuscuiusꝙ op⁹
quale sit/ignis probabit. Si cuius opus man-
serit quod superedificauit/mercedem accipiet.
Si cui⁹ opus arserit/ detrimentū patietur: ipse
autē saluus erit: sic tamen quasi per ignē. Mul
ta hic ad edificandū supra celeste fundamentuꝫ
parata est occasio disserendi: sed ꝗ capaces sunt
assiduitate studij elaborent. Non potest inferri
altissimo celo expugnans bellū: neꝙ ista infe-
riora seu ima infernalia possunt arietare fun-
damenta celestia. Proinde saluator adiecit: Et
porte inferi non preualebunt ad uer
sus eam. Soliditatē suam omnem in christo
habet ecclesia: quo aduersus cuncta cōtraria ꝛ
aduersantia secura cōsistit: contra quā porte in
feri preualere non possunt. Porte quidē inferi
sunt omnia vitia: omnes male hominū volūta-
tes: ex quibus hereses sunt ꝛ documēta nequis-
sima: ꝛ aduersitates ꝛ tribulatiōes ꝛ bella: ꝛ cū-
cta que aduersari deo/veritati ꝛ virtutibus sata
gunt. Non enim inferi alias portas habēt: nisi
vitia ꝛ peccata/ꝛ malas hoīm voluntates. Que
si non preualent in deceptione/dolo/fraude: et
si infernales ꝛ truces illā opprimere impugnā
do non possunt: auellere a pariete ne sit sup fun
damentū vnusquisꝙ potest: aut non venire in
edificium parietuꝫ si non venit: semp soliditate
ecclesie in suo fundamēto manēte. Uirtus qui-
dem ecclesie: quibuscūꝙ arietātibus malis/qui
buscūꝙ negantibus fidem eius: seu malis mori
bus e regione agētibus: ꝛ quacūꝙ infidelitate

durãte semper simpla manet eodē modo se habens: inuincibilis ab hostibus: insuperabilis a falsitatibus: inobliquabilis ab erroribꝰ: secura inter minas/ inter pressuras fida: inter tormēta pericula/aduersitates/demonũ astutias semper inuicta: ⁊ in morte suoꝝ amplius viua.

¶ De collatiõe clauium facta petro: secũdũ mattheum solũ. Capitulum XXXVI

Ne frustra videretur dictũ ꝙ porte inferi cõtra ecclesiam preualere nõ possent: authoritatis magne collatio facta est ad eruendum ab inferis animas/ad inferendas illas in celum: ⁊ ad detrudendum eas que iuste ligant/in damnationis baratrum.
Mat.16. **Et tibi dabo claues regni celorum. Et quodcũqꝫ ligaueris super terrã/erit ligatum et in celis. Et quodcũqꝫ solueris super terram/ erit solutũ et in celis.** Clauicularius celi factus est petrus: ea virtute qua de christo vera confessus est. Et data sunt ei vincula: id est catene ad ligandũ compediri ⁊ ligari dignos: necnõ ⁊ omnia argumēta soluendi eos qui se solutioni per veritatē dederũt. Clauium officiũ est aperire seu claudere Solutionis potestas ad apertionē: ligationis vero pertinet ad clausuram. Sed cui claudũtur superna/inferiora patent. Et suscipiet baratrũ quem non suscipit celũ. Non tamen super eos qui adulti non sunt: neqꝫ aliquid egerunt criminis ⁊ peccati: nondum capaces virtutis et vitij claues authoritatis officium habent: sed duntaxat super eos qui actualiter in virtutibus vel vitijs extiterunt. Quoniã non adultus si decesserit non lotus aqua baptismatis/dãnatur: non potestate clauium seu officio ligationis/sed cõtractione macule originalis. Et si baptizatus anteꝙ̃ actu iudicio rationis aliquid egerit/non celum ingreditur quia petrus eũ soluit: sed merito ecclesiastice fidei/in qua ĩmersus est aquis. Nec claues date sunt pro his qui veram innocentiã seruauerunt: sed pro his qui peccauerũt siue semp auersis seu inveritate conuersis. Quē ergo ligabit authoritas petri? Eum qui nõ deliquit. Quem absoluet? Eum qui nulllis peccatorũ vinculis ligatus est. Quem ligabit? Liberũ a peccatis. Quem soluet? Eum qui ratione incapacitatis ṽtutis ⁊ vitij peccare nõ potuit. Perspicuum est enim ꝙ contra portas inferi vt non preualeant aduersum fidē ⁊ ecclesiam/date sunt claues: ⁊ aduersus actualia mala: vt per impenitentiam condēnentur: aut per penitentiã absoluantur authores.

¶ De precepto dato discipulis a iesu/ne cui dicerent ipsum esse christũ: et de opportunitate sue passionis: secundũ mattheum/marcũ et lucam. Capitulum. XXXVII

Quanꝙ̃ christus sciret corda discipulorum et fidem anteꝙ̃ quereret: tamē ab eis oretena confessione suscepta in ea veritate fidei ꝓut ipse verus christus filius dei erat/ ex certo mysterio secretũ iubet teneri ab eis. **Tunc increpans illos/ precepit et cõminatꝰ est discipulis suis vt nemini dicerent/ quia ipse esset Iesus christus.** Mat.16. Mar.8. Lu.9. Mira iussio si is qui venerat cognosci et credi/hoc quidem agebat: ⁊ ex hoc disceptabat et protologice quantũ fas erat disputabat cum iudeis/scribis et phariseis vt Jesus christus esse dei filius crederetur: et palam fassus est mulieri samaritane ꝙ ipse verus messias erat: remittebat ad consyderationem operum suorum/que in sui patris nomine faciebat: asseruit aperte se vnum esse cum patre: nũc quidem cognitus a discipulis suis/eis ne ipsum ꝑdicent interdicit. Et increpat eos letos de cognitione atqꝫ confessione/velut auidos ad pandendũ illud secretũ quod patre reuelãte cognouerant. Precipit velut subditis et vt temerarijs cõminatur/ne temeritate presumãt in vetitum. Sed mirabilior est causa quam subijcit: ne hoc ab eis alicui nosci reueletur. Nõ enim volebat iesus occultari: qui e vestigio ꝙ voluit nasci voluit agnosci / noue signo stelle dato vt cognosceretur. Et ad hoc apostolos ⁊ discipulos elegerat: qui eum in vniuerso mundo predicarent: Erat autem tunc proximus passioni quando ista gesta sunt: ⁊ eodē anno crucifixus est. Nolebat quidē vt fide prestita eius passio ⁊ mors impediretur: propterea causam opportunitatis sue mortis ⁊ passionis apposuit. Nam exinde **cepit iesus ostēdere discipulis suis: quia oportet eũ ire** hierosolymã: ⁊ multa pati/⁊ reprobari a senioribus ⁊ a summis sacerdotibus ac scribis ⁊ occidi: ⁊ post tres dies resurgere. Liquet ꝙ̃obrem taceri mandauerit: vt opportunitas nõ sua/sed generis humani cõpleretur. Nec eum sic ista tolerare oportuit: vt aliter esse nõ posset: cũ sibi nulla fuerit dominata necessitas: sed qꝫ nos vrgebat non aliter nisi taliter futura vtilitas. Sicqꝫ ꝓnitũ erat vt nisi ipse pateretur/nobis a passionibꝰ nulla posset esse libertas: neqꝫ approbaremur a patre/nisi ꝑus ipse reprobaret ab hoĩe. Nec nobis preterꝙ̃ de morte ipsius vita potuisset oriri: nec surgere in gloriã nisi prior ipse resurgeret. Sic ⁊ apłus inquit: Christꝰ resurrexit a mortuis primitie dormientiũ. 1.Co.15. **Et palã verbũ loꝗbatur:** videlicet de his q̃ passurus erat: ne discipuli crederēt ꝙ improuise ab ipso sibi passio inferret. Nõ enĩ minus solidauit apostolorũ fidē ꝙ ita prescius ⁊ voluntarius cũ vitare potuisset/ad passionē accessit: ꝙ̃ ꝙ post mortē resurrexit ab inferis. Nã vt repertũ est in autenticis apostoloꝝ historijs cũ peragrando predicarēt ⁊ sisterentur corã regibus ⁊ ꝓsidibus mundi: ob obiectionē crucis ⁊ mortis factã in cõtemptũ iesu ab eis: hoc ipsi potissimũ obijciebant ꝙ nõ ignarus/sed presci

us: nõ improuide / sed precognite: nõ inuitꝰ / sed volũtarius: nõ vt deuitare nequiens / sed potẽs nõ timens / sed audens: non pauidus / sed securus: terrens / nõ territus: preueniens / nõ preuẽtus: ad locũ passionis accessit: proditorẽ sciuit se permisit ligari / duci / flagellari / cedi et sentẽtiari / crucifigi: et potestatiue animã / nõ violẽtia emisit a corpore.

¶ De aduersatione petri ad passionẽ christi: secundum Mattheum et marcum. Capitulum XXXVIII

Relabebatur petrus in ima sua: nec ab humanitate liber erat: qui post tam altam confessionẽ et verã in foueã hesitationis incidit. Respõderat iã interroganti iesu / ꝙ ipse erat christus filius dei viui: nũc vero audiẽs passionẽ / reprobationẽ ⁊ mortem hesitauit fore / acsi nõ ipse quẽ dixerat esset: nõ confortatus in verbo quod de resurrectione post tres dies adnexit: sed ad eũ feruenti amore cõtractus / nec sepationẽ patiebat̃ ad horã. Proinde ad passionẽ christi se obicem dedit vt potuit.

Ma.19. [Et assumẽs eũ petrus / cepit increpare il-
Mar.8. lum / dicẽs: Absit a te domine: nõ tibi erit hoc]
Lu.9. Nimietas pij amoris sepe excusat errorem: et amorẽ nimiũ prope sensum mentis innocẽtia interdũ purgat a crimine. Ecce Petrus amator ardentior in iesũ / increpat ipsum ne pati velit ⁊ mori. An amor exagitabat eũ / vt seorsum ab alijs assumeret christum: increparet dulciter ne amare pateretur? An mente suffundebatur dubio seu opprobrio / vt filiꝰ dei pateretur ⁊ moreret̃ vt hõ? An hesitauit: an forsan primo sibi aduersus aduersabat̃ christo: nesciens quidem ꝙ si christus nõ moreret̃ / ipse nõ saluaret̃? Que est ista p̃sumptio discipuli in magistrum? Que temeritas hominis in dei filiũ? Que audacia serui in dñm suũ / vt tã assertiue dicat: absit a te dñe: nõ erit tibi hoc? Non amplius impingamus in petrũ: audiamus super eum iudiciũ saluatoris. q̃ plus diligebat petrũ ꝙ petrus diligeret semetipsum: et in oĩbus amplius diligit ꝙ diligi possit aut diligat̃ iesus. [Qui cõuersus et vidẽs discipulos suos / cõminatꝰ est petro / dicẽs: Uade retro post me sathanas. Scandalũ mihi es: quia non sapis que dei sunt / sed q̃ hominum sunt.] In secretum traxerat eum petrus / cõfidens et diligens: Et ꝙꝙ ex amore presumens / verebatur per oĩa suũ dominum et magistrum. Unde conuersus Jesus vidit discipulos: a quibus ex colloquio petri fuerat auersus. Et vidẽs eos cõminatur petro sub determinata pena / nisi resipiscat. Et remittit eum retro: q̃ eum increpando et consulendo precesserat. Errat ignarus itineris / si preit ductorem gnauũ: et sciolus et ignarus si velit preanticipare scientem. Jesus nouerat quid agendũ petro in sequela erat / non in ducatu: in addiscendo / nõ in cõsulẽdo. Si vero proseuchabat̃ ne fieret dictũ iesu: alienus a vero erat. Nesciebat q̃d oraret: merito retro remittitur / vt sit in posteriori parte Jesu. Quod sathanas appellatus est / non in diabolicitatẽ trajciendũ est. Nã sathanas oĩs qui aduersatur alicui voluntati et facili actioni / dictus est. Scandaluȝ erat christo petrus in eo quod dixerat: q2 offensionẽ accepit. Obstat enim consiliũ et increpatio eius paterne volũtati / eterne p̃destinationi / vtilitati hũani generis: charitati eiꝰ vrgenti eũ / vt ꝓ salute hoĩm cito moreret̃. Semꝑ eñ amans feruẽtior offendit̃ / si aduersũ q̃d habet actio ad dilectũ. Subinfert̃ aũt apertiꝰ causa / qua dicto petri christꝰ offendebat̃: quia nõ sapis que dei sunt / sed que hominũ. Consiliuȝ dei ab eterno erat / vt sic in assumpta carne ipsius filiꝰ pro salute hoĩm pateret̃ atꝙ moreret̃ / et tertia die resurgeret. Necꝙ oĩpotentie sue aliquid obstat aut deperit / q̃ oĩa ex nihilo fecit: sicꝙ ilico potest reintegrare soluta. Hoĩm vero studiũ et sapiẽtia est / corꝑis vitare molestias: asperũ sensũ effugere: que mũdi sunt querere: in delectationibꝰ fieri: nõ dissociari a charis: plus declinare triste ꝙ turpe: auerti potius a presentibus ⁊ trãsitorijs malis ꝙ eternis bonis inhiare futuris: aut delectare modica re ꝙ spe meliorũ illam dimittere. Ista quidẽ et similia hominũ sunt / ⁊ nõ dei. Ac ꝑ hoc vnusquisꝙ sano sensu animaduertat quoniã nõ tm̃ i actione nequã offendit̃ christꝰ: sed cũ mente solũ humana ⁊ terrena sapimꝰ / et nõ dei: Nam gloria in confusione eorũ qui terrena sapiunt. Phil.3. Refugit eos christus / ⁊ i suos sathanicos habet: nõ illos dũtaxat quos nouerit perperã agere: sed ⁊ quos sape humane cognouerit: ⁊ ab hũanis ad diuina / et ab imis ad altiora mentis intelligentiã nõ attollũt. Quã igitur humane ⁊ nõ diuine sapiebat Petrus / si christũ volebat sic viuere in humanis: nonduȝ vere contemplatus dei prouidentiã: qui ꝑ crucẽ et mortẽ ex complemẽto iusticie disposuerat prouidere hominibus in diuinis.

¶ De sequela Christi per crucem / et perditione anime in via pro patria: secundũ Mattheũ / marcũ et lucam. Capitulum XXXIX

Eodem animo esse cognouit apostolos ceteros / quo ⁊ Petrus erat. Nõdũ erãt in altiora subuecti / vt metus passionis esset seclusus: ⁊ amor quodammodo humanꝰ ad christũ esset ab altera virtute supatus. Etiã turbe que seq̃bant̃ / erudiẽde in veritate fidei erant: ne forte notarent sequelã christi / corꝑis seu sensualẽ delectationem habere. At vbi passionem suam opportunam esse predixerat: ⁊ velut ad hoc sathanã represserat petrũ: ꝓdit sequelã post se fiendã: et moduȝ aperit / si aliquis eũ in spiritu dei factus sequi decreuerit.

[Et conuocata turba cũ discipu- Mat.16.
lis suis / dixit eis: Si q̃s vult post me venire et Mar.8.
seq̃: abneget ⁊ deneget semetipsũ: et tollat cru- Lu.9.
cẽ suã quotidie / ⁊ sequat̃ me.] Iterũ reincrepatur petrus / et omnes q̃ volũt preire iesũ / seu sibi humane cõfidere. Et discipulis atꝙ turbis

vna doctrina de eundo post christũ. Nõ ergo itur post Jesum in humana sapiẽtia/ que mors est: iuxta quã Petrꝰ sathanizãs christo ad passionẽ sapiebat. Proinde qui vult post eũ ire/ ꝓpriã voluntatẽ/ sapientiã carnis/ humanũ sapere omnino deponat: et non delectato sensu et opulento incedat: sed accipiat crucem suaꝫ: nõ semel/ sed quotidie. Quoniã gladiꝰ crucis decisiuus a mũdo/ semꝑ euaginatus tenẽdus est: cum omni die mundus se offerat cũ delectationibꝰ suis: et caro incessanter spiritũ impugnet: vnde semper recidere oportet importunitateꝫ importuna offerentis: et carnem reprimere ne spiritui nostro preualeat. Possunt arma deponi/ cũ obtrũcatus est hostis/ cũ deuictus/ cũ fugatus siue subactus est: cuꝫ securitatẽ dederit: aut cũ animo pacato quieuerit: cũ vero nõ dormit nisi supplantet: et semper renouat artẽ inertibꝰ: noua inuenit arma belli: qui et si frenari/ nõ captiuari: si fugari/ nõ exterminari: si cõfligari/ nõ tamen occidi potest: igitur tollenda quotidie crux est contra cuncta nobis aduersantia ad salutẽ: et satagentia demergere in infernũ. Nec quiescendũ per diẽ/ si quotidie contra nos hostiliter hostis inuigilat. Tollẽda est ad profectũ: vt affectu/ vita/ moribus/ theoria/ actu sequamur christũ. Accepit ipse suam crucem/ suo mirabili ꝛ laudabili modo: accipiamꝰ ꝛ nos nostrã pro modulo nostro. Neminẽ delicatum/ honoribus mundi fultũ/ circũdatũ famuloꝝ turba/ pompatice incedentem/ terrena sapientia tumidũ/ diuitijs floridũ sequẽtes: sed iesum pauperẽ/ humilem/ cotemptũ: deniq3 innocenter pro nobis crucifixũ et mortuũ: qui ea via qua ipse incesserit/ statuit suos sequaces in gloriã peruenire. Est autem crux tollenda: nõ illud patibulũ ligneũ/ nec illa lignorũ strues: nisi quis ineuitabiliter articularet aut negare fidẽ/ aut suscipere materialẽ crucẽ: sed tota vita hominis in vita christi disciplinata/ ꝛ a mundo vilitate ꝛ penalitate acta: et aĩo gaudere/ cũ ab extra molestijs agitamur. Uerum quia euãgeliũ omnes includit ꝛ recipit ad se venire volentes: crux omnibus tollenda cõmuniter ꝛ inexcusate possibilis/ est omnis affectio/ intelligẽtia/ vita/ mos et actio: quibus euangelium non contradicit: sed attestatur et assentit/ et probat ꝛ recipit. Liquẽtius autẽ quid sit ipsa crux que tolli iubetur/ verba saluatoris subiecta declarant: [Qui enim voluerit animã suã saluã facere/ perdet eã. Qui aũt ꝑdiderit eã ꝓpter me ꝛ euangeliũ/ saluã faciet eam.] Ecce crucis morale mysteriũ/ aĩam in hoc vt in alio salua fiat perdere. Et pollicitatio cõditionalis apposita est in tollẽdo crucẽ: qm̃ qui ꝑdit aĩam suam/ qui renũciat cõcupiscentijs huius mũdi nõ alia intentione vel causa: sed ꝓpter iesum ꝛ ꝓpter euangeliũ eius in fide receptũ/ ꝓpter credibilia necessarioq3 credẽda q̃ docet/ et propter vitãda que ꝓhibet/ et propter agẽda q̃ iubet/ ꝛ propter speranda que sub pollicitatione continet: ita tamen vt hec credita sunt/ in actionẽ ab vtroq3 homine deducanẽ: credentis anima salua erit hec agentis. Et quia horrendũ est rationi et sensui penas eternas incidere: ipsarũ auida deuitatione accipere crucẽ coartat/ que abdicatio est mundi. [Quid enim prodest homini si vniuersum seu totũ mundũ lucraretẽ: anime vero sue detrimentum patiaẽ/ et seipsum perdatꝰ Aut quã cõmutationẽ dabit homo pro anima suaꝰ] Quid aliud inuenire homĩes satagũt: quod aliud documẽtũ inq̃rũt: quorũ exẽpla venanẽ ad mundi contemptũ: ad despectũ temporaliũ et ꝑfunctoriarũ rerũ/ ad subeundũ agones quoscunq3 ꝓpositos: q̃ hanc sententiã saluatorisꝰ Quid cunctantur/ quid hesitant de penis eternis: cũ animarũ audiunt detrimentum pro vniuerso mũdo nõ esse ferendũꝰ Qm̃ si tpale dũtaxat esset aĩe detrimẽtũ: nõ immerito posset ex electione queri et acquiri/ desyderari ꝛ obtineri totius mundi etiã ad tempus quieta possessio/ et singularẽ in illo vendicare dñatum. Et si crediẽ euangeliũ: et q̃ iesus ista docuerit/ q̃ veritas infallibilis est et verbum dei patris: quid prodest homini totius mũdi possessio: quid ꝑsonalis prosperitas: quid quintupertita sensuum delectatio corpalis: quid vxor et filij ad votum: quid nobilitas generis: quid antiqua ꝓsapia: quid super ceteros dñatus: quid assistentia procerum: quid obedientia populi: quid pompa famulorũ/ esibiliũ et vtensiliũ: et si qua tanta conflarenẽ in vnum/ possentq3 ꝓuenire ad vnũ pro velle suo: in tꝑe suo possent vtilitatis afferre: si tandẽ seꝑatione facta vtriusq3 substantie detrimentũ/ eterne diuisionis a deo/ inclusionis cũ tetris aĩa patereẽ: imo in vtraq3 substantia totus homo perdaẽ in eternũꝰ Nulla quidẽ est digna cõpensatio in cautela mali ex abdicatione corruptibiliũ/ in actiõe bonorũ: vt in eternũ aĩa salua fiat. Tollaẽ igiẽ iussa crux/ que mundo hoĩem ꝛ homini mundum crucifigit: qm̃ nulla cõmutatio rerũ visibiliũ pro aĩa dari põt/ equo libramine valens. Uerũ quia sepe contingit q̃ huiuscemodi et taliter crucem tollere sequiq3 iesum erubescentia quedam humana prohibeat: ob quam plurimi non accipiunt: multi vero acceptam deponunt: idcirco contra hoc terribilem cõminationem adiecit/ dicẽs: Nam [qui me erubuerit et sermones meos in generatione ista adultera et peccatrice: hunc filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua et patris ꝛ sanctorum angelorum.] Jn dubiũ nõ vertatur quin erubescẽs christũ cõfiteri/ eiusq3 audire atq3 in moribus seruare sermones: inter istam generationem iudeoruꝫ: que adultera est in fide et in lege: et mechata in aliquibus/ in lapide et in ligno: vt alie gentes que ignorant deum: et varijs maculata peccatis/ et profusa in omni genere vitiorum: sed accõmodata ꝛ dilatata sentẽtia: si quis in quacũq3 generatione hominũ copulata mũdo perperã agẽte/ arguẽtes aliorũ virtutem/ erubuerit christum confitentes

sed: et doctrinā ei⁹ credere ꝛ tenere: eū cū iudicatur⁹ aduenerit i altitudie ꝛ manifestatiōe sue maiestatis/i vnitate paterne substantie/fultus agminib⁹ angeloꝝ atq₃ sanctoꝝ/ se erubescentē inueniet. Erubescet quidē christ⁹ erubescentē sed nō i passiōe animi suffuso vultu/sed dedignatione: qꝛ dedignabit illū q̄ erubuit. Utiq₃ magna cōfusio/cū reprobatio huiuscemodi hois erit cūctis angelis et hoibus manifesta: qm̄ in hac vita fama vel infamia/vera vel falsa/iusta vel iniusta nō pōt multū lōge lateq₃ diffundi. Neminē vero angeloꝝ seu demonū/hoim saluatoꝝ siue damnatoꝝ illa futura latebit/ex q̄cūq₃ sorte puenerit. Et erit hoc obnixe.
Lu. ⌊Filius eni hominis ventur⁹ est in gloria patris seu cū angelis suis: et tūc reddet vnicuiq₃ sm opa eius.⌉ Nihilopēsa forsan fuisset cōminatio facta erubescentie propter erubescentiā contra eos qui generationi peccatrici et adultere adhesissent: aut veriti fuissent hoiem plus q̄ christū: necnō ꝛ despectui habitus erubescēte cū tempore modus: nisi adiecisset omīno ad examen/ad disceptationē/ ad vltimā sententiā pferendā: a qua tergiuersatio nulla erit: a qua iudex appellationis manebit irrequisitus ipsius sui aduentū. Quāobrem ad confirmandum sententiā/ad terrendū rebelles/ ad reuocandū cōtumaces/ad animādū homines ad agones dicit: q̄ filius hominis quē hō infidus aut malefidus/vt filiū hominis erubuit corā hoibus: quia sic cōceptus/sic natus/sic fugat⁹/sic conuersatus/sic tentus/sic passus/ sic mortuus et sepultus est: veniet in iam contēpta/ sed nō contemptibili forma tunc: quoniā in eo q̄ fili⁹ dei apparebit in gloria patris: et cū illis ꝛ cū pluribus angelis: quoꝝ duodecim legiones i sua captura contēpserat habere: operibusq₃ diligēter examinatis ꝛ discussis affectib⁹/reddet vnicuiq₃ sm opera sua/bona vel mala/ magna vel parua: trutinaturus quidē opera ex affectibus nō ex operibus affectus appendens. Et vt omnino petri stabiliret confessio: et paterna reuelatio vera esset. fundatio ecclesie crederet/ aut nō dubitaretur habere solidū fundamentū: et autoritas data ligādi atq₃ soluēdi remascellaret: ꝛ petri increpatio ostenderet fuisse iportuna: ꝛ vera retūsio christi/opportunaq₃ iussio de cruce tollēda: ꝛ q̄ nemo erubescat ob aliquam causam christū ex animi veritate publice vita/moribus/sermonib⁹ cōfiteri: anteq̄ discipulorum suoꝝ aliqui morerent: gloriam resurrectionis ꝛ eternitatē suam ostensurū se repromisit dicens: ⌊Amē dico vobis: sunt quidā de hic stantib⁹ qui nō gustabunt mortē/ donec videant filiū hois venientē in regno suo.⌉ Ideo saluator hoc pollicit⁹ est: quod ꝛ post dies octo pfecit cū trāsfigurat⁹ est: ꝛ paterna vox audita est: vt supradicta suis sentētijs firmarētur. De tribus solis discipulis: scilicet petro/iacobo et ioanne dicebat: quos secū assumpturus erat in monte: q̄ morituri nō essent/anteq̄ viderēt Jesum dūtaxat filiū hominis reputatū/venientē in regno suo: videlicet ostendentē in se resurrectionis gloriā: cū voce paterna delata de celo/ q̄ esset eternus dei patris filius: vt pfessus fuerat simon petr⁹: cui⁹ increpatio cassabat: qꝛ immortalis est deus: ꝛ crux tollēda scandalū non deberet inferre: neq₃ aliquis in confitendo Jesum erubescētiā pati: declaratū est ex gloria/ex voce paterna: q̄uis hoiem ex assumpto/esse dei filiū ex eterno. Uenit ergo in regno suo ꝛ in virtute sua se pandens quod erat: cū post octo dies transfiguratus ē/ ostendēs assumptū quāta excellentia sublimatū erat.

¶ De iterata predictione sue passionis: secundum mattheū/marcū et lucam. Capitulum. XL

Post trāsfigurationē/post eiectionē demonis a lunatico/ ne discipuli ex subitatione terreant/iterū de sua passione preloquit. ⌊Et inde profecti ꝑtergrediebant
galileā/nec volebat quenq̄ scire.⌉ Sepe ob dis Mat.17.
pēsationē ꝛ prerogandā in actionib⁹ delitescēs Mar.9.
formā parauit iesus. ⌊Cōuersantibus aūt Lu.9.
eis in galilea / oībusq₃ mirātibus in oibus que faciebat/dixit ad discipulos suos: Ponite vos in cordib⁹ vestris sermones istos. Filius enim hois futurū est/ vt tradat in manus hominū/ ꝛ occident eum: et occisus tertia die resurget.⌉ Predicit passionē in galilea: qꝛ de primo ascensurus in hierusalē. Et cū cetera verba clareant hoc solū solerter intuendum est: id q̄ sermones in cordibus ꝓprijs ponerēt auditores discipuli: vt tenerēt ita memoriter nulli obliuioni tradendos: ne tpe dum fierent/hesitatio deduceret in errorem: metus in fugā: modica fides in dubium exitiale. Quanq̄ omnia que christus gessit ꝛ docuit in carne pro nobis/semꝑ sint in cordibus prefigenda: passio tamē infigenda ꝑcordius: ex qua nostre salutis preciū est solutū: in qua liquido apparuit quāta dilectione apud eū valeamus. Necnon et Jesus recto agendi docendiq₃ ordine sepe fecit q̄ letis tristia/tristibus leta/alta prouidentia sue dispensationis immiscuit. ⌊At illi ignorabant verbum istud: et erat velatū ante eos/vt nō sentirēt illud.⌉ Mirum q̄ ignorabant/cum ꝛ iam priusq̄ transfiguraretur se passurū predixisset. Atqui animū nō figebāt in verbo/velut abhorrentes vt intelligere conarent. Et obiectū erat ab eis ex tempore ex facto/ex modo/ex causa: ita vt nō sentirent in quibus christus agonibus agebat: vt vel ne pateretur seu nescirent quid ad ista responderent. Et timebant interrogare eū de hoc verbo: memores q̄ aspere petrum eum increpantē represserat/et resculpserat spiritū presumptionis ei⁹: necnon et veriti de tam secreto mysterio interrogare illum: sed seipsos ad miserorum refugium contulerunt: quoniam et cōtristati sunt vehementer. Et si non amplius pro dño aut quocūq₃ charo dari pōt ex consilio vel ex ope mun⁹ pro illo impendendū nō deest tristicie ac dolo-

ris. Huiuscemodi genꝰ muneris omnis hō ha
bet: diues et pauꝑ/ꝓsper ⁊ miser: posse trista
ri ꝓ proximo/etiam et ꝓ seipso: cū sibi ad suas
remouendas molestias alia cuncta desunt.

¶ Quod iesus omni iure et causa li ber existēs/tamē regibꝰ mūdi didra chma solui iussit ad scādalū deuitā dū: secūdū mattheū solū. Ca. XLI

SEcretū sed nō abs te hoc mysteriū est:
ꝙ Jesus qui omnes venerat liberare:
cū esset omniū liber: soluendo didra-
chma regibꝰ seculi/ seipsum humiliter subdi-
tum fecit. Et propemodū eque censendū: ꝙ tri
butum soluit/et ꝙ stetit ante presidē. Scriptū
Mat.17. est: ⌊Et venerunt capharnaū. Et cū
venisset capharnaū: accesserunt qui di-
drachma accipiebant ad petrū: Et dixerūt ei:
Magister vester nō soluit didrachma. Et ait:
Etiam.⌉ Erant ibi in capharnaū censores rei-
publice/a senatu et cesare constituti: q̄ statutū
censū in pondere seu insignito numero exige-
bant: et erat didrachma duplex: scilicet pon-
dus siue moneta. Qui videntes Jesum sic libe
re atq; independenter incedere: cū nullius ca-
put liberū decreto senatꝰ ⁊ cesaris esse deberet
a censu: ꝓpter famā vero q̄ ferebaṫ de iesu/ ꝙ̄
potens in miraculis et in sermonibꝰ foret: ma
xime in Capharnaū: vbi multa iam signa fece-
rat: nō sunt ei ausi violentiā inferre in ꝑsona:
eo tēperamento iuris romani/ꝙ ꝓ aliquo de-
bito nemo in persona tangereṫ/ si aliquid erat
in rebus: neq; cogeretur ad censū/ si notoria
erat inopia. Uerūtamen adierunt ad Petrum
depresse querulantes ꝙ iesus eorū magister ad
fiscū reipublice didrachma nō daret. Sicq; pe
trus fassus. Et hesitauit petrus in verbo: iā pa
ratus habita cōmoditate interrogare iesum.
Et cum intrasset domum/ preuenit
eum Jesus dicens: Quid tibi videtur si
mon? Reges terre a quibus accipiunt tributū
vel censū? a filijs suis/an ab alienis? Et ille di-
xit: Ab alienis. Dixit illi iesus: Ergo liberi sūt
filij.⌉ Hec sententia veritatis ex his verbis su
menda est. Deꝰ pater rex ⁊ dn̄s est vniuersi: sū
mo iure vnicū filiū habet in ea libertate con-
stitutū qua pater. Igitur si filij regū mūdi libe
ri sunt a censu exactionū fiscaliū impositaꝝ de
creto paternorū regū: multo magis dei filiꝰ li-
ber erit/etiā cū cōplicibꝰ et sodalibꝰ suis. Nā
et regū filij quos elegerunt socios sepe fece-
rūt exemptos: vt etiā discipuli sodales eterni
regis filij eximanṫ a censu. ⌊Ut aūt nō scā
dalizemꝰ eos: vade ad mare et mitte hamū
et eū piscē qui primꝰ ascēderit tolle: et aperto ore
eius inuenies staterē: illū sumes/et da eis pro
me et te.⌉ In magnā consyderationē immittū
tur huius rei geste lectores/etiā ⁊ auditores: ꝙ
subijciēdo causā ne inferret scandalū/iussit da
ri tributū: cū ipse esset rex regū et dn̄s dominā
tiū: et penes ipsum sint oīa iura regnoꝝ. Et pri

mo magnū arcanū offertur ad cōtemplandū:
qm̄ omne mysteriū nostre redēptionis cōprehē
sum est. Mare est ꝑsens seculū/ex omniuerso flā
tibꝰ ventis vndosū/magnū ⁊ spaciosū: vbi tot
sunt reptilia/quorū nō est numerꝰ: vbi sūt aia-
lia pusilla cū magnis: vbi sunt naues negocia-
tionū onerarie et rostrate: vbi sunt in ꝑturbati
onibus/et nutabunda sicut et cassabunda. Pi-
scis ipse christus inter vndas ⁊ ꝓcellas huius
maris euectus et concussus. Hamus quo ca-
ptus est amor est. Sic em̄ capiṫ ⁊ tenetur. Sta-
ter inuentus preciū sanguinis domini est: qui
ore suo promissus fuit effundi/cū ait: Hic san- Mat.26.
guis meus qui pro vobis et ꝓ multis effunde-
tur in remissionē peccatorū. Daturq; sangui-
nis preciū ꝓ christo ex paterna obediētia/qua
missus erat effūdere: et ꝓ petro: scilicet ꝓ omi
congregatione fideliū/ in redēptionē a penis/
in remissionē peccatorū/in adeptionem glorie.
Quod petrus piscatur hunc piscē hamo/ state
rem repperit ⁊ soluit: fides est que ꝑ dilectionē
operaṫ. Id vero plus angit ꝙ regibus mundi
datū est tributū. Sed in hoc benignitas chri-
sti lucidius pollet: cū et reges seculi non secer
nanṫ a precio sanguinis christi: si cōmertio fi-
dei ad ipsius participationē accesserint. Nec
nō ⁊ astruit viuendi sub principibus mūdi for-
mā: vt a quibuscūq; mortalibus/ tutoribꝰ reipu
blice deferaṫ/ministrisq; iusticie: nec pro priua-
ta substātia conseruanda offensio in republica
inferaṫ. Plus em̄ ⁊ vtilius ꝑ oēm modū est bo-
nū publicū ꝙ̄ priuatū. Et cū conatus fuerim q̄s
cioꝝ vitā cōmunem peregisse asseramus. Abraam locuples fuit: sed paupꝫ spiritu ⁊ peregrinus Gen.22. in terra. Qui si libens ad sacrificiū obtulit filiū pro quo paterna cōgregatur hereditas: ipsam hereditatē iubēte domino libentius obtulisset. Gen.18. Et odio habebat priuatum qui aduenientes recipiebat hospitio: vt ex illa ꝯsuetudine angelos suscipere mereref. Protinꝰ ceteri patres in hāc Job.1. cōuenere veritatē: vt iob hospitalis ⁊ diues cū egentibus cuncta participans/ ⁊ oībus deperditis gratias egit: originē suam ⁊ nudū ingressum in hanc vmbraticā vitam animo ⁊ ore commemorās mansit imp̄turbatus. Si vero noui testamenti patres in mediū p̄ducere conaremur profecto recolimꝰ aut libere omnia cōtempsisse aut dedisse pauperibus alijs ipsi pauperes fieri cupiētes: aut velut dei administratores ⁊ pij distributores omnia possedisse sine amore cordis vsu duntaxat corporis cū timore suscepto. Cur igitur non est beata ex spiritu suscepta paupertas: cū ipsa quoquo modo p̄ueniat: sit quedam nature libertas: viuendi/ dormiendi/ standi/ prodeundi/ ⁊ ꝯuersandi quedā securitas ⁊ moriēdi tranquillitas? Repellit paupertas turbā famulorum: nec in manibus susceptoꝝ cōstitutus est pauper. Omne hospitium eum capit: ⁊ vbilibet potest reclinare ceruicē. Spiritu pauper litigare nō nouit: latronem non horrescit in via: per publicam ⁊ priuatā gradi potest: ciuitates habitare ⁊ penetrare deserta. Terrenū iudicē adire non habet: aduocato in sua causa non indiget: libellos porrigere aut recipere: nec de calūnia iuramenta prestare. Nam si ei aufertur tunica/ dabit ⁊ pallium: vt rumor forinsecus nō adueniat: ⁊ ne p̄pter rem temporalē videaf odisse fratrem. Nihil spiritu pauper cū dolore animi perdit: quia nihil cum amore possedit. Odium ad auferentē/ tristiciam de amissis sustinere nō potest: quia nō diligebat/ immo quod anio contemnebat/ amisit. Amicus reipublice paupꝫ abhorrens habere priuatū. Nil in vniuerso seculo rempublicam acerbius cōturbauit q̄ ad priuata suspirans. Non abs re ab hac virtute in sua vniuersali p̄dicatione saluator incepit: ⁊ beatitudine decorauit: que descēdit de celis: ipse animo/ vita ⁊ moribus tenuit: que habet cuꝫ oībus pacem: quietē in anima/ libera in operibꝰ suis. Cuius oratio nō habet ad quid recuruetur: que in terris portat similitudinem angeloꝝ: que sollicitudine nulla tenetur: humo nō oneratur/ vt libera volitet: que omnia terrena cuiussuis possessionis existāt/ suo vendicauit in iure. Nam ab oībus potest vite necessaria petere: que de omnibus nihil sibi vendicauit in p̄priū. Eius que nullam habet/ omnis domus est sua si capax extiterit. Et om̄e superfluum est pauperis p̄priū: nō iure legis scripte/ sed create nature. Potest eñ exigere ab oībus habentibus naturali iure/ qui preter naturā nihil nouit habere. Cum paupertate creata sunt omnia: vt esset ordinata cōmunitas ⁊ omnis excluderetur p̄prietas. Unde paupertas priuatio porprietatis existit: que hec spiritu dei vēit ⁊ p̄prie volūtatis/ habet regnū celoꝝ in terris. Nā ad eos sancta mater ecclesia in suis copijs efficitur debitrix/ qui plura ex spiritu promptiori p̄ suo sponso ⁊ christo capite contēpserunt. Et in illa regenda p̄ episcopio sunt digniores/ qui animo fuerint pauperiores. Hi solum debent in ecclesia tenere principatū/ qui renuunt habere priuatū. Et hi sunt ab eius regimine repellendi/ potius vero non assumendi qui p̄pria emolimēta requirunt. Necnō ⁊ illi regnum celorū supernū iure mercanf/ qui spiritu terrenū despicere certauerūt.

¶ De mititate qua terra viuentium pro beatitudine possidetur: secundū matheum. Capitulū V

Verbum quod saluator aut ꝯditio quā in prima beatitudine apposuit/ ad verā intelligentiā in oībus subsequentibus locū habet: ⁊ difficile/ imo impossibiliter in veram intelligentiā deuenitur: nisi p̄tinus in omnibus repetatur. Beati pauperes spiritu/ saluator in prima beatitudine posuit: vt si spiritus nō aderit/ nullo modo vera beatitudo sit: vt siue sit spiritussanctus quo beatitudo cōsistit: siue libera volūtas hominis: sine qua virtus nanciscēs beatitudinē/ nulla erit: in eandem sententiā deuenitur: cū sine spiritu dei nec beatitudo aliqua ⁊ sine ipso spiritus nostri aut voluntatis nostre nulla libertas. Quod ⁊ apostolꝰ: asserit vbi spiritus ibi libertas: a vitijs videlicet ⁊ a vinculis huius seculi defluentis: vt ⁊ voluntas ab omnibus cōtrarijs libera: ⁊ in bonis agēdis sibi assit plena libertas. Proinde in intelligentiā sequētis beatitudinis venire cupientes/ spiritu adnectamus: sicut in prima positū est. Est siquidē mutitas corporis ex defectu nature: necnon ex voluntate se mutū aliquis facit: cum sectaf sacra silentia ex amore virtutis: spiritu dei actus intēdit ⁊ vacat sancte taciturnitati. Sic ⁊ ē mititas in similitudinē mutitatis: aut ex quadā natura aut ex timore p̄ueniēs. Et est que causatur a spiritu ⁊ libera voluntate: qua se homo mutū facit non habens ad opprobria ⁊ ad cōuitia ⁊ ad quelibet maledicta redargutionē aut repūctiones: Huiꝰ siquidē virtutis saluator solus voluit esse magister/ dicens: Discite a me/ quia mitis sum ⁊ humilis corde. Est quidē hec virtus supra petram situati cordis: ⁊ superaltati a materijs sensibilium rerum ⁊ appetibiliū s̄m carnē ⁊ apparentiam eius. Ipsa eñ quedā in transmutabilitas anime: in honoribus ⁊ in ignominijs similiter se habens: nō variatus animꝰ in his que ad eum indigna seu digna p̄ueniunt: taciturnitatē p̄terq̄ ad irreprehensibilia p̄ omnia possidens: vniformis s̄m virtutē mens ⁊ māsueta vita sine querela degens: in nullo se preferens eis quibꝰ sociata manet. Non derogat sententie vera dicentiū: nec reputat se meliora cognoscere/ p̄pellens eā contentionē que per apparentiā aut inanem gloriā agitur: in quodā profundo humili-

rātis inclusa/indignā vita se reputat. Qui hanc virtutem habet/ sui est compos suiq; possessor. Qui vero semetipsum actu ⁊ theoria possidere diceri: ex ꝓmissione diuina eternam terram atq; supernā possidere nanciscitur. Proinde saluator ait: Beati mites: quoniā ipsi possidebunt terrā. Uere beati mites qui seipsos possident inuariabili animo: ⁊ dominantur sibiipsis velut rebus quas possidēt. Altius em̄ est suiipsius esse possessorē et dominū/ ꝙ omniū rerum extra positarū. Et in hac vmbratica vita protinus est quedā felicitas sub decreto virtutū totū esse hominē ad seipsum: ⁊ nō illectū a concupiscentiis vanis/nō sociatū malis: cui addet eterna felicitas/sc3 possessionis eterne: vbi sine fine beati: quoniā ipsi possidebunt terrā/sc3 viuentium: de qua psalmista optando dicit: Portio mea domine sit in terra viuentium. Non em̄ est hec terra calcata pedibus hominū ⁊ quadrupedum ⁊ corpore reptata serpentū/terra viuentium: sed mortalium est. Illa vero sup̄na est viuentium: ad quā suspirat om̄is intentio vere credentium. Nec ista terra premiū est aptum tante virtuti sc3 mititati/cui in operibus ade dominꝰ maledixit: sed illa celestis cui dominꝰ benedixit: sicut scriptū est: Benedixisti domine terrā tuā. Ad quā benedicti patris in finali iudicio inferētur: in qua solum qui recti sunt habitabūt in ea: iniqui vero ex illa perdent. Sic em̄ salomō ait: Qui recti sunt habitabūt in terra: quia generatio rectoꝝ benedicetur benedictione eterna. Et qui simplices sunt/ꝑmanebūt in ea. Mites em̄ simplices sunt: quia inuariabiles sunt ⁊ incōpositi: quos velut sui similes deus querit: quia simplex ⁊ incōpositus est. Sed impii vero de terra perdentur: ⁊ qui inique agunt/auferentur ex ea. Nam ex ista boni ⁊ mali pariter auferūtur. Superna igitur ciuitas que ratione soliditatis terra nūcupata est/possessio est mitiū atq; simplicium/māsuetoꝝ atq; rectoꝝ: in spiritu sancto docente in spiritu ꝓprie volūtatis atq; humilitatis ista tenentiū: de qua impii perdūtur.

¶ De luctu cui beatitudo promittitur: secūdū Mattheum et Lucam. Capitulum. VI

In necessitate nobis facta est luctus ex peccatis ꝓpriis ⁊ paternis. Et ipse noster incolatꝰ nos inuitat ad lachrymas: ⁊ expulsio in turbulentū ⁊ in inquietissimū locū vbi omnia peioribus semꝑ conditionibus alternantur. Necnō ad fletum cogit mortales ipsa ineuitabilis necessitas moriendi: magis vero incertitudo loci/qui meritis nostris aut demeritis nos expectat. Et diiudicationis dies in quē indeclinate festinamus omnes/fluuium educere lachrymaꝝ angit. Est ⁊ luctus qui exoritur ex amissione amatarum rationabiliū ⁊ irrationabilium rerū: sed vterq; reprehensibilis/ꝙꝙ dispariter. Unus ab altero velut ꝓcessus corrupte nature ab ordinatione create. Nam dolere vel flere perditis similibus in natura ipsa natura fauet: quoniā ex ipsa similia libenter ⁊ apte similibus sociantur. Et amor insitus a natura sic agitat. Quāobrem dissociatio habet ex natura dolorē: si ex natura sociatio seruauit amorē. Sed gratia hunc fletum atq; dolorē irreprehensibilem facit: cū nihil amittatur quod in deo diligitur: cū ⁊ in ipso nobis salua sint om̄ia: ꝙuis ⁊ sepe addita specie pietatis defleamꝰ quosdā charos/vtiles ad virtutē/ad documēta celestia ⁊ ad capienda diuina: ꝙobrem deploratus est Noe abraā/isaac/iacob/ioseph/moyses/aaron/iosue samuel/dauid: ⁊ ꝙplures sacerdotes ⁊ ꝓphete atq; boni reges: ⁊ i machabeis multi bellatores duces ⁊ sacerdotes in luctum populorū venerunt. Et apostoloꝝ principes apud vrbem/⁊ ceteri vbi finierūt: ⁊ multi archimandrite pastoresq; dominicarū ouium cum decesserunt/luctum relinquere relictis. Necnon ⁊ cōpassione patientiū pleriq; fletus aduениunt. Si vero ex rebus perditis ratione carētibus luctus exoritur/culpe atq; reprehensionis acerrime notam habet: cū fletus nisi ex amore colligato iam dissoluto rei amissione secuta ꝑuenire non possit: ⁊ tantūdem torquet animū ⁊ fletum inducit quod amittitur ꝙtum in amore tenebatur. Nec perdit sine luctu quod sine amore nō adheserat. Nec dolore vritur q̇ amittit sine amore possessum. Quāta igitur sit culpa causandus/reprehensione dignus/pena plectendus qui dilexit quod nō nouit diligere: atq; quod solū esse debet ad vsum transferat in amorem: ⁊ quod dolorem infigat quod dolere non potest: ⁊ planctū faciet siue luctum quod horū nec sentit aut nouit originem: enūciari nequit. Sed ego dementem dixerim et brutoꝝ gregatibus asciscendū/qui mente seu ratione amissa carētia deflet. Quod ꝙdiu quis facit/non est ad gratiā neq; ad beatitudinē coaptandus: magis autē inter irrationabilia deputandus. Ac per hoc cui luctui siue quali beatitudinē saluator adnexerit/aduertamus. Om̄is vera beatitudo que nusꝙ nisi apud deū est/non est ab ipso ꝓmissa: nisi actionibus aut illis affectionibus necessariis/ sine quibus nulla hominū salus: aut illis sine quibus salus/sed cū illis lucidior ⁊ proximior pollicenti. Ille in preceptis: alie in consiliis. Precepta siquidē non habent lugendi materiā: consilia vero habent gaudendi: cū sit in eis via ꝓpensior ad salutem. Sed si more humano loquar/quāto a mundo quis expeditior tanto gaudētior: cū non sit vnde amittendo quippiā torqueatur: ꝙuis et mos humanus fleat temporalia cū amittit. Sed in illū luctum sensum horū verborum traiicio qui de offensione diuina procedit: qui cū offensus est deus/deberet inhaustibili vena defluere: ⁊ nihil penitus aliud sit fletu ⁊ amaro luctu dignū/nisi cū rerum creator offenditur. Et in illum etiam qui de negligētia nostra ꝓcedit: cū sicut possumus non obsequimur diuina diui ne pro nostris vtilitatibus imperanti. Et hic luctus est geminus cū offendimus ⁊ delinquimus: vt ⁊ hec nō solū

in nobis/ſed in aliis lugeamus. Qui facile placat deum: ⁊ maiorẽ acceptioremq; deus cõpaſſionem habet ad ꝓximum/ꝙ ſi pro corpore ſuſtẽtando noſtrã omnẽ ſubſtantiã donaremus: preſertim ſi ſubleuatio ex impẽſo auxilio ſubſequatur ad tollendum malum ꝓximi iam prolapſi. Undiq; nobis exiſtentibus in valle lachrymarũ materia luctus offertur: vt aſcenſiões ad optima in corda hominũ diſponantur. Ad quẽ ſaluator beatitudinez pollicendo inuitat/ dicens:

Mat.5. Beati qui lugent: quoniã ipſi conſo[labuntur].
Luce.6. labuntur. Seu aliter alio referente: Beati qui nũc fletis: q2 ridebitis.

¶ De eſurie iuſticie cui dabitur eterna ſaturitas in beatitudine: ſecundũ mattheũ et lucam. Ca. VII

Infallibilis ⁊ eterna iuſticia agende iuſticie cõmendauit eſuriem: cũ beatitudinem adiecit in ꝑmium: nec beatitudo vera conſequitur/niſi ipſa ꝑceſſerit. Sed que precedit in ordine actionis/ ⁊ in diſſertione omnino precedat: de qua ſermo difficilis: Eſurit famelicus in corpore/⁊ impaſtus: ſitit calore ardẽs/nõ potatus: ſed cibum ⁊ potum. Eſurit anima iam affecta ſupernis: ſed illa que in ſupna ipſam poſſunt inferre iuuamina. Sitit ardens deſyderio supernorũ: ſed prius que ad meritũ faciendo expediunt. Jubet eterna iuſticia agẽde iuſticie ordinem nõ peruerti/ſed in affectiõe ⁊ actione ſeruari: vt prius agenda iuſticia ſit in voto ꝙ eterna decernat in premio. Juſticia et iniuſticia in agendis ad ſe eternã iuſticiã in iudiciis attraxerunt: illa ꝑ premio/altera ꝑ ſupplicio. Agens enĩ iuſte per iuſticiã dei bonis applicatur eternis: iniuſte enĩ gradiens eternis torſionib9 deputatur. Quieſceret ad nos diuina iuſticia/niſi noſtra iuſticia ſeu illã noſtra iniuſticia ꝓpulſaret: quibus vexantibus ſedẽ eius ipſa infallibiliter ⁊ imperturbate decernit. Proinde amator hominũ chriſtus ne per noſtrã iniuſticiã ſagitta eterne iuſticie in eternũ penaliter damnaremur/ſed ꝑmiis ditaremur eternis: eſuriẽ ⁊ ſitim diligende atq; agende iuſticie mẽtibus noſtris

Mat.5. inſeruit/dicens: Beati qui eſuriunt et ſitiunt iuſticiam: quoniã ipſi ſaturabuntur. Unde beati? Pro eo ꝙ iuſticiã eſuriunt ⁊ ſitiunt. In quo beati? Quia ſaturabunt. Origo beatitudinis ex eſurie atq; ſiti. Fructus eius in ſaturitate videlicet indeficiente/ſed neq; faſtidiente: nõ ex perfunctoria/ſed eterna. Attamẽ eſuries agende iuſticie nunꝙ in ſaturitatẽ deueniet: quouſq; huic ſeculo preſto ſumus. Nemo ita ſaturari bonis addẽdis ſe credat/ vt non ſemꝑ apponat: nam ſi ceſſaret/eſuries aut faſtidio fieret: aut quia crederet ſe attigiſſe quod ꝑfectum in virtutibus eſt: ⁊ vtrobiq; periculũ: quia negligens negliget: ⁊ qui ſe putat alta aſcendiſſe deiiciet. Proinde nemo ad hãc eſuriẽ adiiciat ſaturitatẽ. Nemo ad hanc ſitim apponat extinctionẽ. Semꝑ aſſit eſuries ꝑficiẽde iuſticie. Sitis nunꝙ deficiat apponẽde bonitatis: vt etiã poſt omne mẽtis ⁊ intellectuale ſtudiũ/⁊ omne corporis exercitiuz id quod dicit ſufficit/propellat. Sed quid eſt eſurire atq; ſitire iuſticiã/ niſi ſe inſatiatũ ⁊ inſatiabilẽ reddere ad omne quod paratur ad regnũ: ad corrigendũ omne perperã factum ad vindicãdũ in ſeipſo delictũ: ⁊ puniendũ amare peccatũ: ad rependendũ pro gratia: ad debita ꝑſoluẽda: ad cuſtodiendũ immaculate depoſita: ⁊ ad perficiendũ ſine cõtradictione iniuncta/⁊ ſine ſimulatione ꝯſulta: ⁊ ad patienter portandũ quecũq; noſtre ſenſualitati cõtraria: nec nõ ⁊ ſemꝑ tenere indeſinẽter moderamina vite: acſi que interminata tormenta ⁊ mortẽ intentatam ꝓmpte ſuſcipere ꝙ ipſam iuſticiã intermittere. Nõ autẽ legalẽ iuſticiã ſufficit eſurire/ſed iuſticiã fidei: vt apl's pro ſe ⁊ oĩbus fidelib9 aſſerit: Ut inueniar in illo nõ habẽs meã iuſticiam que in lege eſt: ſed illã que eſt ex fide chriſti ieſu: que ex deo eſt iuſticia in fide: ad cognoſcendũ illũ ex virtutẽ reſurrectionis ei9 ⁊ ſocietatẽ paſſionũ illi9 configuratus morti eius. Nã ⁊ abrae ſolũ credulitas ſibi ad iuſticã deputata eſt: vnde ſcriptũ eſt: Credidit abraam deo: ⁊ reputatũ eſt illi ad iuſticiã. Et hec eſt iuſticia que oſculũ paci dedit/vt eſſet inter deũ ⁊ nos: nõ iuſticia legis aut circumciſionis: cũ ſcriptũ ſit: Juſticia ⁊ pax oſculate ſunt. Hec iuſticia eleuat gentẽ/ſcz cũ crediderit: miſeros facit populos pctm/ſcz incredulitatis. Hec ſola eſt ꝯſummata iuſticia: de qua ꝑ ſapientiã dicit: Noſſe enĩ te cõſummata eſt iuſticia. Non enĩ aliter in hac vita ꝙ per fidẽ noſcit deus ver9 et humanatus filius eius. Et agẽda vita in iuſticia omnimode fit ex fide: cum ꝓpheta dicit: Juſtus aũt in fide ſua viuit. Omnibus ſatagentib9 ad ſalutẽ indicit iſta eſuries atq; ſitis: vt in iuſticia fidei ſtabiles: ⁊ in ipſa dũtaxat ſperantes inueniamur opibus additis: cũ fides ſine illis mortua indicit: dicente iacobo: Fides ſine opib9 mortua eſt i ſemetipſa. Ac ꝑ hoc ſi operibus implet iuſticia fidei/oportet agoniſtã in agone iſto actionẽ iuſtorũ operũ eſurire: atq; inceſſanter intendere agẽdis vt iuſticia impleat. Declinatio inexceptuata malorũ ad iuſticiã pertinet. Non enĩ eſt iuſtus qui non declinat ab oĩbus prauis: ⁊ qui ſe nõ auertit ab omni iniquitate. Hinc qui affectabat iuſticiam decantabat: Ab omni via mala ꝓhibui pedes meos: vt cuſtodiã verba tua. Et alibi: A mãdatis tuis intellexi: propterea odiui omnẽ viã iniquitatis. Et ad omnia mandata tua dirigebar: omnẽ viã iniquã odio habui. Et omne quod eſt recte aut honeſte actionis ⁊ inuiſibilis cõtemplationis/ad iuſticiam omnẽ ſuum habet aſpectum: vt etiã ſi expedierit/acerbis penis in martyrio iuſticia impleatur. Succedit huic eſuriei atq; ſiti beatitudo ſaturitatis: vt ſic anĩa bonis oĩbus repleatur vt ampli9 deſyderare atq; affectare non nouerit: refecta diuina viſione pro fide: ſupernis pro terrenorũ contemptu: pro ignominia gloria ⁊ honore coronata: pro penis atq; tormẽtis oĩ ſuauitate cũ eterna ⁊ imꝑturbabili

pace. Sed nemo animā suā fallat: vt si perfecerit omnē iusticie regulā: omnē veteris ꝛ noui testamēti cōpleuerit iussionē/ et etiā consiliorū ꝑfectionē adiecerit: ꝙ per hoc ex sufficienti merito eterne saturitatis premiū impendatꝛ. Nā sicut de iusticia legis/ ita ꝛ de euāgelica intelligēdū est: quod dicit apl's: Si per legē iusticia: ergo christus gratis mortuus est. Et quis iustificari dicamur per fidē: nō ea plenitudine qn misericordia diuina excedēs merita nostra opus sit: que supra meritū et condignū atqꝫ speratū premiat fideles: vt in nobis nō sim⁹ cōfidētes: de qua sequitur.

¶ De misericordia exhibita in valle miserie: cui beatitudo eterne misericordie preparatur: secundū Mattheum et Lucam. Capitulū VIII

Oppido exigente pctō in valle miserie habitam⁹: vbi humana natura subiecta miserijs/ misericordijs alterutris indiget refoueri. Sed crebrescētib⁹ peccatis ꝓprijs cū paternis/ a credulitate hoies tenebantur: vt potens premeret imbecillē/ abūdās pauperē/ sanus infirmantē. Necdū vt esset subuentio in opportunis/ sed fiebat opppressio opportunis: de quo per Ozee dn̄s cōquerebatꝛ: Non est misericordia ī terra. Et viscera impioꝝ crudelia sunt: vt etiā indigentibus nō misereanꝛ sed potius opprimant et supplantēt: et exprobratur omniū creatori/ ꝓpter calumniā quam patiebanꝛ indigentes. Sic em̄ scriptū est: Qui calumniaꝛ egentē/ exprobrat factori ei⁹: honorat autē eū qui misereꝛ pauperi. Hinc saluator omniū miseraturus adueniēs: quoniā oēs peccatorū ꝛ penarū miserijs premebanꝛ: voluit suam misericordiā per nostrā misericordiā ꝓuenire: velut si nostra suā sibi quodaꝫ cōmercio applicaret: ac q̄daꝫ licet inequa iusticia misericordiā misericordia cōparet/ dixit: Beati misericordes: qm̄ ipsi misericordiā ꝯsequenꝛ. Homies misericordes ī eo beati sūt/ quo ipsi ꝑ misericordiā tꝑaliꝛ exhibitā/ diuinā misericordiā eternaliter adipiscunꝛ. Et si nihil aliud esset facere misericordiā miseris/ ac ipsam ꝑstare poscētib⁹: ꝓmissio diuine misericordie ē cā potissima: cū nemini sua iusticia valeat ad salutē/ nisi misericordia diuīa subueniat. Et quotquot ī hāc mūdi miseriā ex carnis traduce deuenimus malis hereditarijs/ aut ex ꝓprijs acq̄sitis: digni eterna pena miserabiliter subiacem⁹/ dū taxat ad btitudinē diuīa misericordia indigētes: q̄ sola saluādis ꝓuenit salus. Et ꝙꝙ ab adultis iusticie oꝑa exiganꝛ: nō tn̄ ad merēdū bona superna sufficiūt: cū oēs nostre iusticie sint quasi pānus menstruate. Et ad Titū apl's scribit: Nō ex operibus iusticie que fecimus nos sꝫ s̄m suā misericordiā saluos nos fecit. Et ait Petrus: Benedictus deus et pater dn̄i nostri Jesu christi: qui s̄m magnā misericordiā suā regenerauit nos in spem viuā per resurrectionē iesu christi ex mortuis/ in hereditatem incorruptibilē/ ꝛ incontaminatā/ ꝛ immarcescibilē conseruatā in celis/ in vobis qui in virtute dei custodimini per fidē in salutē paratā reuelari ī tēpore nouissimo. Et Judas inquit his quos ad virtutes hortaꝛ: Expectātes misericordiā dn̄i nostri iesu christi in vitā eternā. Quā misericordiā saluator om̄ib⁹ miserat⁹/ ꝓ beatitudine ꝓmittit: ꝛ tribuit his q̄ alijs ꝛ cū alijs misericordiā facere decreuerūt. Ad quā alibi hortaꝛ auditores/ dicēs: Estote misericordes sicut et pater vester celestis misericors est: vt forma faciende misericordie in hominib⁹ a diuina formeꝛ eandē imaginē semꝑ habens ꝓut petētib⁹ ꝛ penitētib⁹ ꝛ reuertētib⁹ misericordiā donat. Ita et delinquētibus et pecantib⁹ misericordiā impendam⁹: et subueniam⁹ miseris meritis indiscussis. Porro vera misericordia nō respicit miseri dignitatē/ sed indigētiā releuat. Agit quod sui est iuris/ nō querens q̄d mereaꝛ accipiens. Misericordia nō in meritū/ sed in miserū tendit. Nō quid possit recipere/ sed quid ꝛ cui possit impendere intueꝛ. Solaris em̄ lux cū diffunditur/ nō consyderat corporū mūdas ꝛ immundas varias qualitates: sed indifferenter obiecta illuminat/ eo plus et minus quo sunt apta receptui. Interrogat misericordia de dominibus miserorū/ nō de gradibus fulcitorum. Ad illos em̄ morali relatione refertur: acsi misericordia quasi ad miserū sit: cū qui miser non est nec sibi appetit misereri. Et semper in actu debet esse misericordia/ saltē ī interiori hoie: quousqꝫ instat presens miseria. Tꝑaliter em̄ agiꝛ: qm̄ neqꝫ ad eterne miseros ꝓuenit diuina: nec indicitur inflecti humana. Superne aūt ꝛ eterne felices illa nō indigent: Proinde ad vitam solū agendā misericordia deputaꝛ. Non est in superis indigentia: nec in infimis faciliter releuanda miseria. Hic agatur: hic impendatur: hic cū ipso dn̄o possumus fenerari. Scriptum est em̄: Feneratur dn̄o qui miseretur pauperi. Sed in quo? In diuina misericordia consequēda/ cum dicatur: Beati misericordes: quoniaꝫ ipsi misericordiā cōsequētur. Humane atqꝫ alte humano generi prouisum est: quia humane inter homines mutuo misericordia prestatur: et ex hoc alte diuinaꝫ consequemur. Cogimur vtilitate nostra euadendi eterna pericula/ habēdi suꝑna/ misericordes fieri ꝛ animo cōpassiuos ad eos qui miserijs peccatoꝝ aguntꝛ: et qui corꝑalib⁹ premunꝛ angustijs: necnō et ad eos qui offenderunt/ dū resipiscunt a malis inferēdis: dum veniam postulant de obiectis. Attamen nemo autumet sibi ex equo seu ꝑ iusticiaꝫ deberi misericordiā diuinā: si suā in hoib⁹ fecerit. Nunqꝫ em̄ diuina humanis quantumcunqꝫ pijs actionibus comꝑanꝛ. Alioquin misericordia nō esset misericordia/ si per iusticiā donaretur. Nā si nō essemus miseri a peccatis paternis et ꝓprijs/ immaculati diceremur: et iusti q̄dā origiali iusticia: q̄ custodita nulla pena ꝯsequeꝛ. Sicqꝫ diuina misericordia suꝑ eruendos

Marginalia: Oze.4. — Prouer.14. — Mat.5. — Esa.64. — Titū.3. — 1.Pet.1. — Judas in canonica — Lu.6. — Prouer.19.

a malo nō caderet/si nullus esset miser ex culpa qui penis tradēdus esset: a quibus ꝑ misericordiā diuinā quis eruit̄/nō per suā iusticiā custoditā. Sed si omino īmaculati essemus/ nullis per culpā mancipandi penis: nō tamen per iusticiam nostrā bonis applicaremur eternis: cū ex nobis corruptibilibus/mortalibus/tꝑalibus desit penitus digna facultas/ qua ꝑ iusticiam ī sublimia tolleremur. Quis em̄ homo deum/mortalis immortalē/tēporalis eternū/creatus creatorem ex iusticia sibi acquisiuit in premiū et beatitudinem sempiternā? Proinde rur rursus ad beatitudinē interminabilē misericordia opus est/etiā his qui nō peccauerūt: qua indiguerunt: ⁊ acceperūt superne atq̄ intellectuales substantie nō peccantes. Aliter nāq̄ decernit misericordia cū liberat a culpis/⁊ a debitis sibi penis: aliter cū bonis ditat eternis. Tunc liberat iuste multandū a debita sibi pena: ſ; ibi introducit indignū: q̄r mereri nō potuit in nō debitā sibi per iusticiā gloriā. Ac ꝑ hoc misericordiā inter homines faciētes/ nō sibi diuinā misericordiā arrogēt per iusticiā ꝓpriā: si quomodo ipsa ꝓueniat: sed grātis descēdisse super nos credamus ipsam: etiā si oīa bene fecerimus/serui inutiles sumus. Uerūtamē imitatores patrū veteris testamēti/Abrae/loth/iob/dauid/thobie: simul ⁊ noui cōpassionibꝰ ⁊ opibus misericordie intēdamꝰ: vt misericordiā ꝓ beatitudine cōsequamur in tꝑe opportuno: qua oēs in hanc miserā vitam editi indigemus: quā et fusis lachrymis postulemus/preueniētes misericordijs nostris: q̄r iudiciū sine misericordia fiet ei qui nō facit misericordiam.

De cordis mundicia que beatitudinem diuine visionis assequitur: secundum Marcum. Capitulū IX

Maximū ⁊ ineffabile necnō incōprehēsibile obiectū interiori visioni positum: īmo conditione interiecta mundicie promissū atq̄ porrectū est. Magnū porro in virtutibus est hominis interioris mundicia. cui visio promittit̄ ipsa diuina cū dicit̄:

Mat. 5. Beati mundo corde: quoniā ipsi deū videbunt. Purgandi ergo sunt sensus ad susceptionē decentiū obiectorū: vt si macula sensibꝰ hereat/nō recipiat̄ in toto vel minus ī parte quod ipsis obijcit̄. Et quāto nobiliora ⁊ exiliora sunt ex natura susceptiuis sensibus obiecta forinsecus: tanto mūdari atq̄ ꝓpēsiores expedit fieri ad susceptū. Et si hoc exigitur in corporeis: multo magis in his que sola mēte percipiunt̄ atq̄ percipiūt. Et si ad ea intelligibilia que ſm naturā intellectui ꝓportionabilē fiunt opportunitas etiā sic fieri persuadet: amplius permulto ad ea capessenda que nō ſm naturā fiunt/sed super naturā et omnē intellectū naturalē supernaturaliter nō fiūt/ sed existūt. Deus quippe vnus/immēsus/eternus/imortal̄/incorruptibilis et incōprehensibilis est mente/ ineffabilis verbo/incircūscriptibilis loco/ interminabilis tꝑe: vincēs ac superexcedens omnē intelligentiā nostrā et visionē spūalē atq̄ corpoream: lucē em̄ habitat inaccessibilē. Quid igit̄ est ꝙ ipse saluator cordi mundo visionem huiuscemodi repromittit? Est ne cor carneū: imo expressiori loquendi genere cor caro ad hanc visionē idoneū. Negauerim quidem: nisi cor hoc diuino verbo expressum/ipsam spiritalē substātiā anime intellexerim ꝓ tēpore ipsi corpori vnitā/in tēpore separandā/eterne penaliter vel feliciter reuniendā: cui ante visionē diuinā saluator indicit mundiciā. Proinde hic pretereant aut pretereamus silentio corporū nitiditates/ mundicias ⁊ claritates: fiat ad interiora ingressus: ibi celebret̄ ablutio/ibi balnea/ibi baptismata multa: ibi conatus omnis ad mundiciā apponatur: ibi amoueat̄ oīs albugo et lippiditas oculorū: cū sibi/nō corꝑi visio diuina ꝓmittitur. Potest ne noster aspectus interior in maiora q̄ ī diuina transferri? Potest ne altius terminari/ atq̄ quippiam iocundius intueri? Nec temere/sed audacter dixerim: ꝙ neq̄ separate substantie atq̄ superne/nulla mole corporū presse/in altiora vidēdo tollūtur: q̄ꝙ dispari ⁊ differenti contēplatione ſm inherentē mūdiciā maiorem atq̄ minorē deus ipse ab humana mente cernatur. Uerūtamen si placet ꝓmissum/nō displiceat prerogatū. Si placet premium: et vnde sit meritū placeat. Si delectat visio ipsa diuina: omino insit ⁊ ipsa cordis/ id est humane mentis mūdicia. Sed vnde mūdicia nisi a sordibus? Unde aūt ⁊ que sordes substātie incorporee? Hinc et si sordes inuenerimus spūales: et qualiter fiat interior ⁊ spūalis mundicia indicabitur. Nam cū dn̄s per prophetā de immūdicijs hierusalē argueret: vt mūdaretur et a quibus admonuit: Lauamini/mundi estote: auferte malū cogitationū vestrarū ab oculis meis: quiescite agere peruerse. Malū nempe cogitationū animā maculat/⁊ facit immundā. Est autē huiuscemodi malū/cū de dei misericordia seu iusticia seu bonitate aliquid cogitat̄ indignū: aut ꝙ nō sit equa ⁊ semper manus eius potenter extenta. Et sicut scriptū est: Cogitauerunt et locuti sunt nequitiā: iniquitatē in excelso locuti sunt. Et cum aduersus proximū cogitatio mala deseuit: sicut impij viri fecerūt contra Hieremiā/dicētes: Uenite cogitemus contra Hieremiā cogitationes. Et iudei qui cogitauerunt vt innocentē Lazarum interficerent: et sedulo cogitabant vt Christum morti traderent. Subrepit in mentibus hominū seua cogitatio vt ledatur innocens: vt etiā innocentem contra dei preceptum seuerissime vindicent. Necnon ⁊ impia/ ne subueniatur egeno: sicut scriptum est. Caue ne subrepat tibi impia cogitatio: et dicas ī corde tuo: appropinquat septimus annꝰ remissionis: et auertas oculos a paupere fratre tuo. Et totum quod ibi sequitur/ad id dictū est: ne impia cogitatio ī anima sedeat: ne prestetur sublenatio indigenti. Est ⁊

cogitationū imūdicia/cū cogitant̄ inutilia. Cō
[illegible] tra quos dicit̄: Cogitationes eorū cogitatio-
[illegible] nes inutiles. Et alibi: Ue qui cogitatis inutile
Jnutilis quidē cogitatio eſt in his que ad rem
nō pertinent: et cogitantis ſuperant facultatē
vt quod corde concipitur/ nequit effectui mā-
cipari: ſicut qui per turrim cogitauerunt vſꝙ
ad celi aſtra conſcendere. Eſt et malum omne
perperam cogitatū: quoniam ex hoc ſeparatio
Sap.1 fit a deo. Etenī in Sapientia dicit̄: Peruerſe
cogitationes ſeparant a deo. Hinc ad mundi
Esa.1 ciam perficiendū ſic adijcitur: Quieſcite agere
Jer.4 peruerſe. Sic et per Hieremiā mentē munda-
ri docuit: Laua a malicia cor tuū hieruſalez/ vt
ſalua fias. Uſꝙquo in te morabunt̄ cogitati-
ones noxie? Malicia ne caſu dixerim/ a moliē-
do maluz nomen accepit: vt ſepe amplior ſit in
homine malicia ꝙ facultas. Et homo per ma
Sap.16 liciā occidit animā ſuam. Sed indignatio do
mini ſuper oēs gētes: et furor eius ſuper omnē
maliciaz eorū. Proindecito cor hominū eſt ab
omni malicia depurādum/ ſi ad diuinam viſi-
onem pretendit cordis intuitum. Ad quod hor
Jaco.1 tatur Jacobus/ dicens: Abijcientes omnē im-
immūdiciā et abūdātiā malicie. Et petrus: De-
1.Pe.2 ponentes omnē maliciā. Quo noīe omne ma-
lū exiſtens in anima dat̄ intelligi: et cuz quip-
piam molitur in effectum educere/ a qua emū-
datū cor viſioni diuine iā deo permittēte aptū
Prou.22 efficitur. Quoniā qui diligit cordis mundiciā:
propter gratiā labiorum ſuorū habebit amicū
regem. Nemini ſuijpſius tā libens et libera fit
oſtenſio ꝙ eius qui amicitia honeſta copulatur.
Job.8 Et Job dictū eſt. Si mundus et rectus inceſſe
ris/ ſtatim omnipotēs vigilabit ad te. Sed nec
noſtra virtute agitur iſta mundicia: ſed eius ꝙ
per orationem decernit noſtris indigētijs ſub-
uenire. Ergo intēdatur orationi/ vt cordis mū-
Psal.18 diciā aſſequamur. Hoc aiebat Dauid: Ab oc-
Psal.50 cultis meis mūda me domine. Et alibi: Aſper
ges me dñe hyſopo et mundabor: lauabis me
et ſuper niuem dealbabor. Jn affectu cordis
hanc mundiciaz et ablutionē oportet teneri: vt
ſit mūdus atꝙ ab omni malo depuratus affe-
ctus/ ac etiā a ſordibus rerū omniū terrenarū:
que ſordes ſunt nō ex natura rerū/ ſed cū in af-
fectū tranſeunt inuiſibiliū animarū. Hinc Jo
annes apoſtolus prohibet terrena quelibet di
1.Jo.2 ligi/ cum dicit: Nolite diligere mūdū: neꝙ ea
que in mūdo ſunt: nō velut res natura malas/
ſed velut anime ſordes: cui cūcta viſibilia ⁊ cor
ruptibila compata ſordeſcunt. Magne proti-
nus immundicie ſunt queꝙ terrena cordibus
hominū ſi tranſeūt in affectū: cū ex toto corde
ſit datū ſolū de deo diligendo preceptū. Que
autē ſit iſta viſio cordis mundicie coniūgenda/
nec eſt explicanda: imo impoſſibiliter explicat̄
ſermone/ an ſit vie vel patrie/ in corpe vel extra
corpus: intuitiua ſeu per imaginem in anima
vel in corpore. Sed ſolum hoc vnum dixerim:
ꝙ ſi beatitudo ex iſta viſione ſubſequit̄/ ꝙ nō in

via/ ſed in patria. Extra corpus in tpe/ in corpo-
re ſempiterne: ītuitiua/ nō enigmatica. Jn aīa
ante reſurrectionē generalē cū corpore/ cū erit
deus oīa in omībus. Alioquin beatitudo fallax/
ſi nō diuina ⁊ eterna. Si vero ad illā īmpfectā
beatitudinē q̄ in via pcipi pōt/ dictū refert̄: vi-
ſio iſta non erit put extitit illa Pauli/ qua vidit
arcana q̄ nō licet homini loq̄: ſed ad cognitio-
nē clariorē eorū q̄ dei ſunt: cū neꝙ Adam/ abel/
enoch/ noe/ abraā/ iacob/ moyſes/ ioſue: neꝙ ali
q̄s ſanctorꝝ aut pphetarū ſeu quorūcūꝙ ſācto
rū quibus locutus ē deus/ apte deū viderit in hac vi
ta. Sz ex his que viderunt/ eorum cognitio de
diuinis magis inclaruit: ad quam cognitionē
habendā lucidius neceſſario cordis mūdicia ꝑ-
it. Mundet̄ ergo cor noſtrū ab his inq̄namen-
tis/ q̄ ab exterioribus per ſenſuū ianuas vſꝙ ad
animā penetrāt: ⁊ ab his que niſi turpiter ama
ri nō poſſunt: neꝙ ſedule cogitari ſine pudore:
neꝙ ī eis delectari ſine rubore: aut de ipſis lo-
q̄ ſine obſcenitate: Maxime a maculis q̄ notā
ingererēt fidei/ ⁊ appropinq̄rēt infidelitati: que
ab augurijs/ a neomenijs/ ab incātationibus/ ab
obſeruatione dierū/ a magicis artibus/ a ꝯſtel
lationibus appropriatis moribus hominum/
a geomātia/ ab hydromantia/ ab aeromantia/
a pyromātia/ a necromātia/ a motu mēbrorꝝ/ ab
hora naſcēdi falſo traxerūt initiū. Hec quidez
animas hominum maculāt ſi fides adhibet̄: q̄-
bus depulſis ab aīo/ fide chriſti corda hoīm pu
rificant̄: ⁊ videt̄ deus a cordibus depuratis oculo
fidei eſſe quod ē: ac nos ipſe feciſſe quod ſumus.

¶ De pace que pro beatitudine dei filiationē nāciſcitur: ſecundū Mattheum. Capitulū X

Filiorū honor et inter hoīes exultatio
et audacia leta de parētū nobilitate p
cedit: vt ſepe nominēt filij patreſ quos
inclytos agnouerūt: ⁊ ab eis gaudeant traxiſſe
originē/ a quibus egregie poſſint noīari: nec nō
pleriꝙ ſe denegēt/ ſi valerēt nō obiecto menda
cio/ eſſe filios ignobiliū: cuz ſemp in ſublime ſe
tollat humanus animus/ cū imis cōponi aſper
nās. Sed pmi totius humani generis paren-
tes: ꝙꝙ corruptibiles/ non corrupti: mortales
nō mortui facti fuiſſent: nobiles ⁊ egregie ex na
tura/ facti ſūt degeneres ex pctō ⁊ rebelles deo
totius hūani generis facti ſunt aū proditores:
cuius futuri erāt et genitores: quorum demeri
to in omnibus tranſfuſa eſt damnata propa-
go: vt genus humanuz doleat tales habuiſſe
parētes/ quos prius habuit pditores: imo potius
omniū peremptores. Sed hanc iniuriā paren
tū que in omnes obuenerat/ dei filius voluit re
leuare: vt poſſimus in aliam filiationem ſub-
alia paternitate trāſire: nō traductiōe nature/
ſz infuſiōe gratie: nō merito noſtre actiōis/ ſed
adoptiōe virtutis: ⁊ talis ſit filiatio q̄lis ⁊ pater
nitas/ talis paternitas q̄lis ⁊ filiatio: nō iure na
tural' traducis/ ſz adoptiōis ⁊ pacis. Et ieſſe bi
liter ⁊ alte inſignit̄ hūana natura/ cū in diuinā

filiationē potest adoptione trāsire: atq̧ inuita
Mat. 5. tur vt transeat: cū saluator dicit: Beati paci-
fici: quoniā filij dei vocabuntur. Pa
cifici a pace/ non pax a pacificis nomen acce-
pit. Hinc ergo illa pax inquirenda que filios
dei facit: nō em̄ omnis pax hanc filiationē pfi-
cit. Et q̄q̄ pax sit honorabile atq̧ nimis exq̄si-
tus effectus: ex multis tamē reprehensionē/ nō
laudem/ rerum vtputa terrenarū habet. Iuxta
Mat. 10. quod saluator ait: Non enim veni mittere pa-
cem in terrā/ sed gladiū: et vt sequit/ ab inuicē
separe domesticos. Proinde pax diuinā filia-
tionē perficiens ab eo dicenda est/ quo cōmu-
niter a pacto seruando dicit. Fiunt sepe inter
homines socialia pacta: fiunt et coniugalia: fi-
unt et cōmerciosa: fiunt mercēnaria: fiunt ser-
uilia/ et similia: quibus seruatis manet animo-
rū in amore synceritas: manet ⁊ cōuersatio gra
ta: seruit obsequiosa conditio: subiacet sine cō-
tradictione subiectus. Imperat potiori amo-
re: perdurat societas: sodalitas stabilit. Caret
querela cōiugiū: cōmercia depurant a fraude
merces redditur dignis: seruilitas in opportu
nis se ingerit: et nulla querela deforis psonat:
Imo vident oīa sūma ordinatiōe pacata. Quid
igitur pax nisi cōcordia cū illis/ ex quibus tibi
posset prouenire discrimen? Quid pax nisi de-
bitus et inconturbatus ordo nature/ et modus
exactus/ aut necessario exquisitus in moribus?
Quid pax filios dei constituens et fratres sal-
uatoris/ nisi altissimi filij atq̧ coheredes eius
in regno dei: nisi obseruata pactio pmissor/ in
tegre fidei/ legis eius immaculate: ad seipsum/
ad bonū honestū/ ad iustificationes/ ad virtu-
tes inuisibiles aīas conuertētis? Pacto se no-
bis vltro cōstrinxit oīpotēs: vt seruemus quod
iussit/ si volumus accipere quod pmisit. Nunq̄
iste pacta fregit: neminem in federe fallit. A no-
bis exquirit suapte obseruatio pactionis: vt pa
cem habētes simus pacifici vocati filij dei: fra-
tres christi adoptiui: heredes patris/ ⁊ cohere-
Psal. 118. des eius. Hinc psalmista: Pax multa diligen-
tibus legē tuā: ⁊ nō est illis scandalū. Quibus
pax multa sit/ ex his dictis aduerte: quia diligē
tibus legem dei: nam qui legem diligit/ pacta le
gis obseruat: obseruanti pax multa: in eo mul-
ta quia multum habentibus confert/ vt dei fili-
Lu. 2. os ipsa efficiat. Et pax in terra hominibus bo-
ne voluntatis. Bona volūtas semp pacifica est:
quia eo bona quo sibi ⁊ nemini molitur inferre
iacturā. Et adheret bonis regulata optima le-
ge: turpia queq̧ deuitans: in bonitate ⁊ discipli
na edoceri appetēs: iuxta dauidicā psalmodiā:
Psal. 118. Bonitatē et disciplinā et scientiam doce me: q
mandatis tuis credidi. Attamē experimēto pro
bantur homies si sunt pacifici: velut in egypto
suos fratres voluit pbare ioseph: quib⁹ dixit:
Gen. 42. Si pacifici estis/ vestrū vnus remaneat in vin-
culis: vos aūt itote et adducite alterū quē habe
tis/ ⁊ dimisistis cū patre in terra chanaan: ita q
ad testimoniū q pacifici essent/ simeon remāsit
in vinculis: et beniamin adduct⁹ est in egyptū.
Ecce pacificorū mysteriū q obediētia datur in
obsidem: quia simeō remāsit in vinculis. Amor
dextralis bonitatis et glorie venit in egyptum
velut in tenebrosum seculū ante ioseph/ scʒ aū
virtutis ⁊ bonitatis augmentum. Qm̄ pacifici
vocandi filij dei/ debēt ptinus obedientiā profi
teri: sic se p ipsam dei legib⁹ subiugare/ vt quic
q̄ de diuinis mādatis ṗterire nō liceat. Quam
obrem adumbrato mysterio in obsidiatū deten
tus est simeon. Necnon ad oīmodā testificati-
onem pacificorū et dextre filiū ante ioseph de-
ferri expedit in egyptū: vt amor superne patrie
que per dexterā in sacro designatur eloquio: iu-
xta illā sententiā: leua eius sub capite meo: ⁊ de
xtra illius amplexabit me: aū christi conspectū
per nos veniat in hunc mundū ad contemnēdū
illū/ non ad diligendū. Equidē et pacificus est q
cum pacem odientibus pacē habet: sicut de se
ipso et pro christo sicut dauid: Cum is qui ode-
runt pacē/ eram pacificus. Non est oīmode pa
cis signū aut virtus cū pacificis: sed cum inimi-
cis pacis esse pacificū laudabile atq̧ virtuosuʒ
est: Sed bene huiuscemodi viro: qm̄ sunt reli-
quie homini pacifico ille videlicet dn̄ice passio-
nis: quas post resurrectionē christus discipu-
lis suis primo annunciās pacē/ ex fauo mellis ⁊
ex asso pisce sumens porrexit pre gaudio amm
rantib⁹ illis. Sunt et reliquie homini pacifico:
q mundi cōsummato mysterio eterna dei filia-
tio sibi relinquet in premiū: Est em̄ pax electis
dei: qm̄ in eo electi sunt quo pacifice viuūt. Sic
sapiēs clamat: Quoniā donum ⁊ pax est electis
dei. Et si hoc ad vitā alterā referatur: ideo pax
electis dei erit in futuro: quia hic aīo illā ⁊ mo-
ribus possederūt. Et esaias dicit q erit op⁹ iu-
sticie pax: et cultus iusticie silentiū ⁊ securitas
in sempiternū: ⁊ sedebit pplus in pulchritudine
pacis. Si mores cudimus ex istis verbis/ opus
iusticie pax est: nā nulla iusticie opa sunt potio-
ra q̄ sequi suprafatā pacē: de qua paulus: Pa-
cem sectamini/ ⁊ deus pacis erit vobiscum. Et
operibus iusticie se oīpotens prestat: q benedi
ctio dn̄i sup caput iusti. Et qui operat iusticiam
ipse exaltabitur. Et in alia vita ad opus iusticie
pax adheret. Et iusticie cultus pax est: quia per
silentiū/ non tumultu pacificus appellatus est
populus: et securitas sempiterna eternam pa-
cem arguit. Non est securitas/ vbi non est pax:
nec veram pacem dicimus securitate carentē.
Populus sedet in pulchritudine pacis si viat:
populus est bonorum qui pulchritudinē pacis
habet. Est autē pulchritudo pacis pulsio cuius
libet impertinentis rei: et appositio decentium
ad vitā agendā p habēda significāda: in quā si
tendim⁹/ pulchritudo pacis est totius beatitu-
dinis cōplementū. Et iure filiatio dei est quaʒ
pacifici cōsequunt. Sed aduertendū aduersum
quod lugēs psalmista pnūciat: Nō est pax ossi-
bus meis a facie peccatorū meorū. Peccata pa
cem mētis ⁊ corpis excludūt: qm̄ iniq̄tates no-

stre sunt que diuiserunt inter nos et deu3. Cui ergo pax/ cui requies/ cui aliqd salutis esse potest: si ab omniū creatore atq3 pacis datore sesernitur? Propterea non est pax impijs/ dicit dominus. Studeamus ergo abijcere peccata ꝛ omnē impietatē: et pacem habeamus: vt existētes pacifici vocemur: immo fiamus filij dei. Argumento magno prestruitur agonizantibus pro supernis/ vt pacem inquirant/ ꝛ sequantur eam ex his que in humanis agūtur. Nam pro pace queritur princeps / et vnusquisq3 monarcha qui tuetur rēpublicā/ iudicet vniformiter: et ne sit discordia principatus/ ac etiā eorū qui sub diuersis ducibus militant. Gerūtur bella vt ad pacē veniatur: aut pacis inimici argumēto bellico pessundentur. Pace cōmendant semina terris: et ad segetē maturā deueniunt: florescūt vinee: arbores fructus educūt: dū furor bellicus nō impedit nature ꝑcessū. Pace natura ꝑdit: ꝛ suis splendescit ipsa ꝑcessibus. Tute dormit in edib9: secure itinerat in via: latro nō timet in syluis: floret olens virginitas: gaudet castitas pudorosa. Letatur pudicitia coniugalis/ cū violentia impudicorū merito pacis arcetur. Decorant artibus ciuitates: omnibus iura redduntur: et de iusticia nemo causat. Tempus omnib9 aptū pax optata cōmendat. Et filios dei facit in terris/ vt sublenet in excelsis.

¶ De persecutione propter iusticia3 tolerata: qua regnū celorū habetur i sorte: secūdū mattheū. Ca. XI

Post q̄ aduersus seipsū homo factus est seuus / incurrens penā dei iussione contempta: nec absterritus metu dolorū/ quos iusticia dei solū interminate preuenerat: factū est vt ꝑalios seueritas hominis deseuiret: vt etiā inferretur innocētibus persecutio: pateretur mansuetudo molestiā: iacturā iust9 iniuste tolleraret. Et spreta dei iusticia/ nō esset tutela bonis ab improbis super terrā: ꝛ vsq3 quo processus esset ad malū: q3 dei sanctione postposita per humanas hominū leges/ vt ad plenū malorū improbitas arceret. Et iniquitate hoībus dn̄ante necessariū factū est vt persecutio inter homines orta vexaret: que cum deuitari non posset virente atq3 regnante malicia oportuit scutū patientie interponi ꝛ premuniri iusticia: que cum adest in agonibus varijs hominū ioēm passionē efficit gloriosam. Propterea saluator dicit: [Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiā: qm̄ ipsorū est regnū celorū.] Supra iusticie apposuit esuriem: nunc addit et persecutionem. Sed esuriei saturitatem: sed persecutioni regnū celorū adiecit: vt clareat quem locum iusticia in virtutibus habeat: que preponit esuriei: et ꝑpter ipsam inducimur pati. Que vero sit illa iusticia propter quā persecutionē honestū sit tolerare/ discussione opus est: vt ipsa ꝑcognita q̄uis sene persecutioni si apprehēderit nulla rōne cedat/ vt comprehendat repromissum sibi brauiū regnum celor. Nō vergat in dubiū hanc esse iusticiā fidei secundū apl̄m: Arbitror hoiem iustificari ꝑ fidē sine operibus legis. Rom. 3. Et alibi: Iustificati igit ex fide/ pacē habeamus ad deū per iesum christū dn̄m nostrū. Rom. 5. Et ad galathas: Ex fide iustificat gentes deus. Gal. 3. Et credidit abraā deo/ ꝛ reputatū est ei ad iusticiā. Gen. 15. Propter quā fidei tenendā incōcusse iusticiā/ hi q̄ acceperūt in exordijs nascētis et militantis ecclesie ꝑsecutiones seuissimas passi sunt: vt sanguis immensurabilis funderet sacratus deo/ furore demonū ꝛ terroribus tyrānorum: et nil deesset in penis atq3 tormentis et varietate moriendi/ quin iustificati per fidem in suis ꝑsecutionib9 paterent. Sed beati q̄ ꝑsecutionē ꝑpter fidei iusticiā passi sunt: dū regnum celorū infallibiliter assequunt. Nā ꝛ suos discipulos et cōsimiles ad ꝑsecutionū tolerantiam prouocat: hoīum propellit timorē: altam dixit a seipso in celis promissionem/ dicens: Nolite timere eos q̄ occidūt corp9: aīam aūt nō possunt occidere: sed potius eū timete qui pōt animā et corpus perdere in gehennā. Mat. 10. Signāter persecutionē propter fidei iusticiā predixit: cum prohibuit timorē humanum/ imponēs diuinū. Et ne crederēt in persecutionib9 hoīes a diuina ꝑuidentia derelinqui: per cōpositionē minimorum quāta factori nostro sit cura de nobis/ apte mōstrauit. Nōne duo passeres asse veneūt? ꝛ vnus ex illis non cadet sup terram sine patre vestro. Mat. 10. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. Et vt in ꝑsecutionib9 stabili fidei iusticia confiteamur christum / promisit et premium. Omnis ergo qui confitebit me coram hominibus: cōfitebor et ego eum coram patre meo qui est in celis. Necnō vt cōstantius ꝑsecutionis tpe staret in fide / interminat periculum. Qui autem me negauerit coram hominibus: negabo ꝛ ego eum coram patre meo q̄ est in celis. Hac enim causa proposita sc3 iusticia fidei/ secure in omni agone certatur: ꝛ intrepide ictus bellorum excipiunt. Congressio queritur: vt patiētia ferro / fuste/ scorpionibus/ fame/ siti/ exilio/ carcere/ vinculis/ tūsionib9/ flagellis/ flagris/ omni genere verborum/ iniurijs/ conuitijs approbetur. Necnon et sustinuerunt libentissime mortem/ ne desererent fidem. Et vilem estimauerunt sancti omnem corporis penam propter fidei sancte iusticiam: quoniā tribulatio patientiam operatur: patiētia vero spem: spes autem non confundit: quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritumsanctū qui datus est nobis. Et gaudenter sustinenda est omnis aduersitas/ anteq̄ fidei veritas deserat. Hinc iacobus: Omne gaudium existimate fratres cum in tentationes varias incideritis: scientes quoniam probatio fidei vestre patientiam operatur: patientia autem opus perfectum habet. Iaco. 1. Cur gaudium ex persecutionibus varijs: nisi quia iusticia fidei cum ad examen deducitur / an deseri ex obiectis asperis debeat an teneri? Si tenet/ patientia opus est ex illatis per-

ſecutionibus: ſi vero patientia nō deerit/perfe
ctū opus inerit. Perfectū autē eſt vbi nihil de
fuerit ad virtutē: vbi vero virtutis pfectio/ ꝛ re
gni celoꝝ poſſeſſio ſubſequeẜ. Perfectioni p-
tinus regni eterni pmiſſio facta eſt. Ex eo qui
dem patientia opus dicit habere pfectū: quia
per ipſam dei ꝛ proximi dilectio examinat/ an
pro quanto inſit agnoſcit. Conſueuerunt ocio
marcere ꝩtutes: nec de ipſis poteſt haberi cer
ta inherentia/niſi cū oppoſitis habuerunt q̄n-
doq̧ congreſſum. Sed nulla patientia vbi nul
la iniuria/nulla cōtumelia/nulla tribulatio ir-
rogat. Sed cū aderunt hoſtiliter oppugnātia
et aduerſantia mentē pariter et ſenſum: tūc pa-
tientia facit clareſcere dilectionē q̄ diligimus
proximū: cū ſeuere atq̧ inhumane tractati ſer-
uantes amorē/ ppellimus odiū: nō attendētes
iram atq̧ maliciā: ſʒ creatā naturā/ ac illā que
nobis offertur gratiaʒ: non cōſyderātes quod
irrogatur/ſed quod iubet: nō manipēdētes ma
la que irrogat hō ſeuus / ſed que pmittit pius
deus: nō quod nos patimur/ſed quod p nobis
paſſus eſt inter hoīes fact⁹ homo. Silr̄ ꝛ quan
ta charitate chriſto iūgamur/ monſtrat patiē-
tia in aduerſis: ne ſeiūgamur/ſicut apl's inquit:
Rom. 8. Quis nos ſepabit a charitate chriſti? Tribula
tio/an anguſtia/an pſecutio / an fames/an nu-
ditas/an periculū/an gladi⁹? Sicut ſcriptū eſt:
Quia ppter te mortificamur tota die: eſtima-
ti ſumus vt oues occiſionis. Sed in his ſupe-
ram⁹ ppter eū qui dilexit nos. Certus ſum eñ/
ꝙ neq̧ mors/neq̧ vita/ neq̧ angeli/neq̧ princi
pat⁹/neq̧ virtutes/neq̧ inſtantia/ neq̧ futura/
neq̧ fortitudo/neq̧ altitudo/ neq̧ profunduʒ:
neq̧ creatura alia poterit nos ſepare a chari-
tate dei: que eſt in chriſto ieſu dño noſtro. Ecce
vnde patientia opus perfectū habet: qꝛ vtriuſ
q̧ p̄cepti tenet inconcuſſe cenſuram. Ac p hoc
propter iuſticiā fidei pati/ſūma iuſticia in ope-
ribus eſt. Nihil itaq̧ iuſtius ꝙ̄ ſic agere/ ne q̇s
ſepareẜ a chriſto. Iuſte impenduntẜ ſpōte opes
ꝛ ingerit ſe patientia cū inuite tolluntẜ: animo
imperturbato cuncta pericula tollantur: mors
in deſyderio ſit. Acerbe mori computat in lu-
crū: vitam perdere ſuperexcedens bonū eſt: ne
iuſticia fidei p impatientiā in ania pereat: vnde
Chriſtus ab ipſa ſeparat⁹ abſcedat. Ad iuſtici-
am fidei addicit ꝛ moralis: que poſt credita ea
que ſunt agenda complectit: p qua pati ne de-
ſeratur/dabit regnuʒ celoꝝ. Et illa ſegregari
ab iſta nō poteſt: qua ne cōmittat quod nefas
eſt/ſponte ſuſcipit: Quoniā nunq̄ deſerit vir-
tus niſi in appoſitione vitioꝝ: q̄ꝙ̄ et actus vir
tutis ſepe intermittat/abſq̧ ꝙ deueniat in viti
um. Omnis porro virtus iuſticia eſt: cū ex ipſa
caueat iniuſtū/prodeatq̧ profectus: ꝛ illi place
atur/cui ſeruire omnis iuſticia pſuadet. Omīs
actus humane mētis interior in deū referibit
et exterior p diuerſitate locoꝝ ꝛ tēpoꝝ/ad euʒ
referri poſſibilis/ad iuſticiā ptinet. Ineffabili
modo per iuſticiā virtutes et act⁹ ſibi exhibe-

ri oīnipotēs vēdicat: iuxta quod ioānes ait: Di
gnus es dñe deus noſter accipere gloriā ꝛ ho-
norē et virtutē: qꝛ tu creaſti omnia: et ppter vo
luntatē tuā erāt et creata ſunt. Quid eſt digi⁹
es/niſi quia iuſtū eſt vt glorificet/honorificet in
oībus ab hominibus: ꝛ quicquid eſt virtutis et
boni moris/ipſe ſuſcipiat? Quāobrem quia oīa
creauit ꝛ noſipſos/qui ſumus rationale aliquid
inter oīa: proinde cum quicquid eſt virtutis et
probati moris/ pro deo in iuſticiaʒ cedat: beati
ergo qui perſecutionē propter iuſticiam patiū-
tur: cum in ius ipſorum ex diuina gratia cedat
regnum celoꝝ. Filius vero pro nobis huma-
natus ꝛ mortuus/ ex iuſticia ſibi eque omnia vē
dicat: put idem ioannes ait: Dignus eſt agnus
qui occiſus eſt/ſcʒ p oīm redemptione mortali-
um: accipere virtutē ꝛ diuinitatē ꝛ ſapientiam ꝛ
fortitudinem et honorē et gloriā et benedictio-
nem. Ex his verbis ioannis arguit/deo patri ꝛ
incarnato filio iuſte deberi quicq̇d eſſe pōt ex
nobis per gratiam ſuā non tanq̄ ex nobis/ glo
rie/honoris/laudis atq̧ virtutis ꝛ moris. Per-
lucide igit mētibus noſtris infertur pro qua iu-
ſticia pati oīa mala iubemur/ anq̄ ab hoīe deſe
ratur. Necnon et oīs hō non tantū fidelis/ſed
etiā infidelis ppter iuſticiam patit: ſi eum aliq̇s
iniuſte perſequitur: quāq̄ infideli pro paſſione
regnū celoꝝ non pateat. Et nemo miret quod
dicturus aduenio. Iniuſta perſequentiū rabi-
es paſſiones paſſoꝝ abs re patiēter toleratas
ad iuſticiā fecit aſcribi. Et ſi nihil hoꝝ a perſe
cutorib⁹ pponeret his quos ſua prauitate ve-
xare diſponūt: vt cōmitterēt nefas deſererētq̧
fas: ex ipſa pſecutione dūtaxat pati ppter iuſti-
ciā dicerent: dū non adeſſet iniq̇tas ppter quā
pati mererent: cū deus habeat miniſtros iuſti-
cie in eos q̇ puerſe agūt/etiā illos qui carere vi
Psal.113 minib⁹. Quia celũ celi dño/ scz supiores mundi partes/ sibi cũ locutio exigit cõpetunt. Terrã autẽ scz infimã mũdi molẽ/ dedit filijs hominum. Et sua magnificẽtia eleuata est sup celos: ꝛ ipse in altissimis habitat: ꝛ altior celo est. Nõ potuit humanis intellectib⁹ ãplius declarari altitudo altissimi ꝙ nominãdo celos: a quo descendẽdo vsq; ad id quod esse deberet nostre petitiõis exordiũ/ docuit postulare. Quod si a nobis exordiret oratio/ poneremus ibi esse initiũ vbi est finis a christo: velut si mẽte fabricaremus septem graduũ quandã virtutis scalã ad ascendendum ad deũ: quẽ vltimus ꝛ supremus gradus contingeret: nos aũt inferior. Sic in ista orõne sanctificatio ĩcipit a se: a malo liberari exorditur a nobis: ꝙ nisi scriptura euangelica me diuerteret ꝛ antiqua cõsuetudo ecclesie sancte dei/ q̃ dñicam orõnem ꝓnũciat: auderem firmiter vbi desinit inchoare/ velut a minorib⁹ ad maiora faciendo ꝓgressũ: vt diceret ꝙ primo liberaret a malis: secũdo ne nos in tẽtationẽ induceret: tertio vt debita nostra dimitteret: quarto vt panem nostrũ quotidianũ nobis daret: q̃nto vt fieret eius voluntas a nobis: sexto vt nobis ei⁹ adesset sanctissimũ regnũ: septimo vt eius nomẽ sanctificaret in nobis. Quorũ vnus excedit aliũ: vt perfectius oĩbus sit attigisse supmũ. A quo vt scriptura refert/ ecclesia sancta tenet/ expositiõis sumamus initium.

¶ De prima petitione orationis dominice: secundũ Mattheũ et Lucaz. Capitulum XXVIII

Mat.6. Lu.11. Sanctificetur nomẽ tuũ/ paternũ videlicet: quod refert ad filiũ/ scz deum creatorẽ oĩm/ patrẽ nostrũ possum⁹ de vnigeniti ab eterno filij licẽtia noiare. Non ad seipsam/ sed ad aliud est relatio. Nemo est ad seipsum pr̃/ sed quod est ex substãtia siue natura: sed ad filiũ q̃s est pr̃. Si ergo pr̃ nr̃ adoptione ꝑ habita de⁹ est: hoc nomẽ patris sctificet ꝛ eterne firmet in nobis: vt tu sp pater vt pr̃: nos filij vt tãto patri decẽtes filij existam⁹. Quod si vtraq; relatio cõfirmabit paternitatis ad filios/ ꝛ filiatiõis ad patrẽ: ne in eternũ deficiat: q̃uis adoptiua ꝯsistat: ipse in filijs ꝛ filij in patre manebũt: vt relatio neutra tẽdat in terminũ: vt beatitudo eterna ꝯsistat in premiũ: qm̃ pater ad filiũ deriuat hereditatẽ decedẽs intestatus siue testatus. Sic deus pater nobis existẽs/ si paternum nomẽ hoc orantib⁹ ꝯfirmabit: aut ꝙ sanctificet in nobis/ eternã atq; diuinã hereditatẽ omino speremus. Quãobrẽ sic dictũ est/ vt petamus vt paternũ nomen sanctificet in nobis. Si vo alia dei noia q̃ fm hebreos decẽ inuenire me memini/ ad hanc sanctificationẽ ordinare decernerẽ: nec absonũ esset/ aut a veritate diuersum/ si quis eorũ interꝑtationẽ aspiceret: q̃ ponere/ nõ declarare decreui: relinquẽs sagaciorib⁹ animis inquirere veritatẽ. Hel/ hely/ heloe/ helyon/ sabaoth/ hya/ adonay/ hie/ tetragrammaton/ saday. Magna ꝛ magnorũ inuestigatio existit in istis/ pro sanctificatione diuini nois: quã petimus vt fiat in nobis: nõ solũ in tpe/ sed eterne.

¶ De secunda petitione oratiõis dominice: secũdum Mattheũ et Lucã. Capitulum XXIX

Adueniat regnum tuũ. Duplex esse regnũ dei quod aduenire petim⁹/ sacra scriptura cõmemorat: scz agende vite atq; sperande: vnũ in merito/ alterũ in ꝑmio. Sed ordine meritũ ꝑmio anteferẽ: felicitate vo premiũ supferẽ. Equidẽ premiũ ad meritũ sequitur: ꝛ regnũ ad regnũ adijcit. Et nisi vnũ preeat/ alterũ nõ subsequit: qr regnũ beatitudinis nõ dat nisi regno virtutis. Preit oĩno beatitudinẽ in ordine iusticie virtus. In cuius regno regnãs regnũ eterne felicitatis accipiet. Igit primũ regnũ agende vite cuz sua lege oportet inq̃rere et tenere. Sic em̃ saluator ait: Primũ q̃rite regnũ dei ꝛ iusticiã eius: quod de regno agende vite siue virtutis est dictũ. Regnũ q̃dem dei videlicet felicitatis eterne nõ habet iusticie actionẽ: sed ꝑmiũ actiue iusticie. Regnũ ergo dei agende vite ad virtutis ꝑtinet actionẽ: cuius iusticia est declinare ꝑperã actionẽ/ totũ se transferre in alterã partẽ. De quo regno etiã alibi saluator interrogatus quando venit regnum dei/ respondit: Non venit regnum dei cum obseruatione: neq; dicẽt/ ecce hic est aut illic: regnum dei intra vos est. Non habet legales cerimonias regnum dei quod agitur in virtute: neq; circumscribitur locis: sed tm̃ est ĩ mẽtibus hominũ ordinatum. Et apostolus: Regnum dei non est in sermone/ sed in virtute. Et alibi: Non est regnum dei esca et potus: sed iusticia ꝛ pax ꝛ gaudium in spiritu sancto. Et huiuscemodi agende vite regni postulatur aduentus: vt etiam regnum vite sperande succedat. De quo scriptum est: Regnum tuum regnum omniũ seculorum. Et de iustis dicitur: Accipiẽt regnum decoris/ ꝛ diadema speciei de manu domini. Et in euangelio: Impletum est tempus. Appropinquat regnum dei. Et de iniquis dicitur: Nescitis ꝙ iniqui regnum dei non

possidebũt? Similiter ꝛ hoc regnum ex ista petitione conquirit.

¶ De tertia petitione orationis dominice: secundum Mattheum tantum. Capitulum XXX

Mat.6 Fiat voluntas tua: sicut in celo et in terra. Nihil in desyderio rectius: nihil in actiõe pfectius: vltra quod nihil in opatiõe ꝛ cõtemplatiõe posterius: ꝙ in aĩa et corpe satagere dei pficere voluntatẽ: ea videlicet silitudine in ista mortali vita/ q̃ in supna sibi immaculate seruit. Volũtatẽ dei facere est abnegare seipm: ꝛ quicq̃d datum acceptumqꝫ est gratis in natura/ subdere sancto mandato legis et euãgelicis disciplinis: ꝛ trãquillum fieri ad oĩa pspa ꝛ aduersa/ q̃ diuina puidẽtia ꝛ dispẽsatiue agunt. Volũtas dei cũ sit excludit oẽs aduersarias ptãtes/ ꝛ omnẽ ditionẽ iniq̃ pmentẽ. Dissimilat a laruali demonũ turba: q̃ nec illã facientes turpiter corruerũt. Assimilat aũt ciuibus supernis/ ab initio inculpate faciẽtibus illã: si est aliq̃ actio in supnis: iuxta dictũ ꝙ dei volũtas vt sit in celo/ ita ꝛ in terra fiat. Porro silis est angelis dei/ volũtatẽ eius pficiens sup terrã: qui licet ex nature cõditione ab eis aliq̃liter minoret/ in actiõe silitudo seruat: cũ neqꝫ ipsi amplius faciunt ꝙ dñi volũtatẽ. Coopari date desup gratie factio est illius: si gratia dei q̃ sumus om̃e quod sumus/ ꝛ qua cũcta data in vtroqꝫ hoĩe possidemus/ nõ vacua est in nobis. Volũtas dei ostendit in pceptis: q̃ qui pfecerit/ eius est factus amicus. Testat hoc dei filius suis discipulis in doctrina: Vos amici mei estis/ si feceritis q̃ pcipio vobis. Jo.15 Etiã in hoibus q̃rẽtibus inuicẽ amicari nunq̃ aptius amicitia ipsa condit: ꝙ versauice vnius ꝛ alterius pficere volũtatẽ. Si dei volũtatẽ in pceptis agnouimus/ faciamus: eq̃dẽ sciẽs volũtatẽ dñi sui ꝛ nõ faciens/ plagis vapulabit multis. Lu.12 Nõ dat excusatiõis locus nõ faciẽtibus dei cognitã volũtatẽ: sed aut sunt emẽdatione p indulgentiã liberandi: aut p iusticiam seua pena plectendi. Coartant vndiqꝫ nimis oẽs q̃ supernam vitã captare concertãt/ dei facere voluntatem ostẽsam in mandatis: que ipse mãdauit custodiri nimis. Psal.118 Propheticũ dictũ est: Tu mãdasti mandata tua custodiri nimis. Tergiuersant sepe iniqui dicẽtes: Ignoramus dñi voluntatẽ. Aut quis põt scire q̃d velit deus? Sed sacre scripture concludunt sentẽtijs: cũ ad intelligendaz illam q̃ possunt intelligere/ inuitant. Inquit em̃ apostolus: Vt pbetis que sit volũtas dei bona beneplacens ꝛ pfecta. Ro.12 Et ad Ephesios: Intelligentes que sit volũtas dei. Ephe.5 Et alibi que sit aperuit: Hec est voluntas dei/ sanctificatio vestra. 1 Thes.4 Et p ea que sequunt que sit dei volũtas vt illam faciamus/ ostẽdit. Nec rectius orat p primis/ ꝙ vt dei faciant voluntatẽ. Sicut scriptũ est per optãdo: Et det/ scz deus vobis oĩbus cor vt colatis eũ: ꝛ faciatis eius voluntatẽ corde magno ꝛ aĩo volẽti. Macha.1 Et apiat cor vestrũ in lege sua et in pceptis suis: ꝛ faciat pacẽ. Ecce modus factionis dñice volũtatis/ scz cũ corde magno: q̃m nihil est paruũ in ope/ vbi cor syncerũ est ꝛ magnũ in volũtate fiendorũ: ꝛ animus est volẽs ꝛ in actione feruẽs. Volenti quidẽ aĩo agit vbi ad impata seu ad dñi volita/ nulla est eius q̃ subiacet cõtradictio volũtatis: nec aliqua exceptio pceptorũ/ vbi nulla ex aliq̃ conditiõe causatio. Et cum volũtas nihil est ad seipsam/ sed ad obsequium impantis: nemo huius magni ꝛ eterni dñi negligat intelligere voluntatẽ. Nõ em̃ apud eternum ꝛ ineffabilẽ iudicẽ negligẽtia/ sed impossibilitas excusat. Firmauit exẽplo/ docuit verbo iesus in seipso/ vnũquẽqꝫ credentẽ nõ suã/ sed dei facere voluntatẽ/ dicens. Nõ em̃ veni facere voluntatẽ meã/ sed eius qui misit me. Jo.5 Atqꝫ in cũctis magnis eterni dei voluntatẽ sue hũane volũtati pposuit: sicut in multis locis historia euangelica manifestat. Per segregationẽ a materijs dei voluntas adimplenda est: si ad similitudinẽ sepatarũ substantiarũ illaz facere poptamus. Non em̃ celum cognoscibiliter facit dñi voluntatẽ: neqꝫ illa que rõne carent/ voluntatem dei faciũt: sed voluntate dñi disponunt ꝛ pagunt in disposita legẽ. Rationale animal/ celeste siue terrestre/ rationabiliter illam pficere ordinatum est. Distincte quidẽ sunt in ordinibus supne siue supercelestes substãtie disposite sm ordinẽ in quo sunt diuinum placitũ facere: quarũ concẽtus in obediendo non dormit. Et qui nouit ordinem celi/ descripsit rõnẽ eius in terra: cũ volũtatẽ dei fiendã in terra/ sicut in celo mõstrauit. Igit ad illarũ substantiarũ imaginẽ put sunt in ordine constitute/ fiat in hac terra: seraphice p charitatis ardorẽ: cherubice cũ illa sciẽtie plenitudine que omnẽ deuitat errorẽ: q̃ mala declinãda ꝛ agẽda bona noscunt: q̃ etiam indoctus litteris/ intus eruditus/ indeuie tendit ad salutem: thronice vt tanta taliqꝫ iusticia hoĩs animus fulgeat: vt iustus dñs in eo iuste possit tenere inuisibilẽ sedẽ: dominatiue sup inuisibilia mentis: principatiue ad ea que agũt foris qꝫ agunt: potestatiue aduersus aereas ꝛ inficientes sathanicas potestates: virtualiter p abstractionẽ a materijs ad locandã mentẽ sup ea q̃ naturalia sunt: archangelice in adoratiõe ꝛ veneratiõe secretorũ dei: angelice p custodiã sui ꝛ auxiliũ pximi. Neqꝫ abs re dictũ est atqꝫ a christo pdoctũ: vt dei volũtas vt in celo/ ita in terra fiat.

¶ De quarta petitione orationis dominice: secundum mattheum et Lucam. Capitulum XXX

Panem nostrum supersubstantialez et quotidianum da nobis hodie. Mat.6. Lu.11 Quotidie petitur quod quotidie datur/ etiam si non petatur. Vt quid ergo petitio subinfertur? Quare petit christianus quod absqꝫ petitiõe accipit saracenus siue iudeus? Cur rogat iustus/ quo sine pcibus fulcit iniquus? Vt quid rõnale animal ad imaginẽ dei factũ/ admonet quotidianis pcibus postulare annonã: cũ

ipſa volatilia celi/piſceſqꝫ maris/aīalia terre ſi
ne ſollicitudine a diuina largitate paſcant? Di/
uitē fecit deus ipſam naturā: atqꝫ cōſtituit illam
eſſe oībus debitricem vt aleret alēda: ſiue abſqꝫ
ſtudio ſiue artificio addito ad naturā. Dictū q̇/
Gen.3. dē legimus ad adā: In ſudore vultus tui veſce/
ris pane tuo. Nūc dicit chriſtiano: Pete quoti
die quotidianū panē tuū? Si noſtrū: quare peti/
mus quod habemus? Si petimus: ergo nec ha/
bemus/nec noſter eſt panis. Nemo petit quod
ſuū eſt. Repetere quidē poſſet/ſi a valentiori ex/
tra ſuū placitū teneret. Eoꝝ que nō habent/cū
angit neceſſitas/eſt porrigēda petitio his q̄ ha
bent copiā largiēdi. Sed petēda ſunt ea que dā
tur p̄cibus ſubiectiuis: vt dātis demonſtret ſub/
limitas: ⁊ petentis inopis humilitas agnoſcat.
Et quod dat gratis/cum humiliter petit/ ꝓpin/
quat ad meritū. Et q̄dā eſt actio gratiaꝝ/petere
quod etiā abſqꝫ petitione daret. Ad exercitan/
dā memoriā ne ſimus ingrati magnifico largito
ri/panē monemur quotidianū ſupplicādo depo
ſcere: ⁊ ad differentiā irrationabiliū animaliū q̄
a debitrice natura ſuſcipiūt alimenta: q̄ nec co/
gnoſcūt/nec referūt gratias largitori. Eſt ⁊ ali/
us quotidianus panis quo fruemur/cū ad illā
ꝑuenerimus patriā: in q̄ vnus eſt eternus dies
nulla nocte claudendus: q̇ noſter eſt ꝓmiſſione
quouſqꝫ in poſſeſſionē veniat/nō natura/non le/
ge: quotidianus eternitate illius diei eterni/quē
hodie ſcꝫ in p̄ſenti ſeculo vt mereri poſſimus do
cemur expetere: nō tñ ex cōdigno q̄s meruit aut
mereri potuit/ſed merito chriſti fratris ex hūa/
natione noſtri: cuius patri ꝑ adoptionē ſuā dici
mus/pater noſter: ingerimus p̄ces noſtras vt
eius merito valeāt/cū ex noſtro deficiūt. Necnō
⁊ ſacramētalis panis expetit: vt nobis ad id ꝓ/
ſit ad quod diuine inſtitutus eſt: ſupſubſtantia/
lis videlicet ſuꝑ omnē creatā ſubſtantiā digni/
or ex vnione increati verbi: quotidianus ad ab/
olendos quotidianos defectus: ⁊ ad roborādā
mentē aduerſus quotidianā pugnā/inſurgentē
ex luto carnis ⁊ ex materijs viſibilibus ⁊ ab inui
ſibilibus hoſtibꝰ quotidie inuiſibiliter excitatā:
⁊ ad exercendā illā in virtutibus actionem que
quotidie fieri diuina lege imponit/aut volunta/
rio ꝯſilio aſſumpta eſt. Q̄m vt ipſe ſaluator ait:
Jo.6 Ego ſum panis viuus q̇ de celo deſcendi: ſine
cuius virtute nō pōt reſiſti vitijs: nec haberi vir
Treñ.4 tutes q̄s animus pius q̄rit. Hūc tempibus pri/
ſcis petierūt paruuli: nec erat qui frāgeret eis.
Nouiſſime ꝟo chriſtꝰ tradidit nobis: vt petēdo
patri dicamꝰ cū fiducia/panē noſtrū.

¶ De quinta petitione orationis do minice: ſecundum Mattheum et Lucam. Capitulum XXXII

Mat.6 Dimitte nobis debita noſtra et
Lu.11. pctā: ſicut et nos dimittimꝰ debitoribꝰ
nr̄is.] Magnis ſumꝰ debitis obliga/
ti paternis ⁊ ꝓprijs: nec adeſt poſſibilitas de ſol
uēdo. Ex multitudine debitoꝝ ⁊ criminū/patri
luminū obnoxij ſubiacemus; deficiētes ex emē/
datione abolere chirographū/niſi pater dimit/
tat. Sed nec dimittit niſi prius nos noſtris de/
bitoribus dimittamus: ⁊ huius cōditionis ap/
poſitione veniā docuit poſtulare. Quod ſi non
dimiſerimus/magis ad cōdemnationē ꝙ ad ve
niam petitio iſta porrigit: ⁊ ſemetipm̄ dijudicat
q̇ ſic ſibi petit dimitti/nec dimittit. Ex hac con
ditiōe ſeu pacto fit ⁊ petit dimiſſio debitorū no/
ſtroꝝ/ſi debita nobis noſtris debitoribꝰ relaxa/
mus. Preit oīno dimiſſio filioꝝ dimiſſionē pa/
ternam: ⁊ niſi noſtra p̄cedat/ſua nō ſequit. Ad/
uertendū q̇dem ne alijs dimittere debita diffici
le videat: ꝙ ſi oīa mala q̄ ab hoibꝰ ad alterutrū
poſſent inferri/conflarent in vnū: a minima dei
offenſa cōpoſitione vincerent. Et nos ꝟo aude
mus a patre remiſſionē magnoꝝ ſceleꝝ poſtula/
re: debitoribꝰ ꝟo noſtris modica relaxare cun/
ctamur. In nobis igit eſt vnde poſſumus reci/
pere remiſſionē peccatoꝝ: eo federe quo deꝰ pa
ter ſe nobiſcū voluntate ſua/nō noſtra ſatiſfacti
one ligauit: vt ſi dimiſerimus alijs/⁊ nobis ipſe
dimittet. Alioquin ex nobis nulla poſſet eſſe co/
pia de ſoluendo ꝓ debitis: ⁊ propterea dimittit.
Sed nec dimitteret: nec etiā opus eſſet dimitte
re: ſi opes aīe noſtre atqꝫ corporis ſufficerēt ad
ſoluendū. Exigeret q̇dem iuſtus exactor/ſi the/
ſauros ad exhauriendū noſſet in nobis. Sed q̄
nō inuenit quid exigat per iuſticiam/per miſeri
cordiā ſuam magnā vult debita dimittere debi
toribus ſuis: ſi nos per miſericordiā noſtrā di/
miſerimus debitoribus noſtris. Attamē nec in/
telligendū eſt de debitis reꝝ in valentibus ſol/
uere/ſed debitis ſiue peccatis iniuriaꝝ: ⁊ illarum
offenſionum quas quicūqꝫ intulit/ꝙ cum intule
rit/nunq̄ potuit emendare. Perfectioni aūt nō
ordini iuris aſcribit/tēporalē ſubſtātiā ab acci/
piētibꝰ nō repetere: ſi facultas aderit i reddēdo.

¶ De ſexta petitiōe orōnis domice: ſecūdū mattheū et lucā. Ca. XXXIII

Et ne nos inducas in tentatio Ma.6
nē.] A patre miſericordiaꝝ/grāꝝ/lumi/ Lu.11
nū ⁊ ꝯſolationū/oīa opportuna nobis
ab eiꝰ eterno filio/ex tēpe fratre noſtro docemur
expetere: vt etiā a tētatione cuſtodiat. Nō aūt ti/
menda eſt tentatio/ſed caſus ad illam. Nec orā
dum eſt contra ip̄am ne veniat: ſed ne decipiat
aut inuoluat cū venerit. Ipſe ſaluator q̇ docuit
ſic orare/in ſeipſo ante fuerat expertus tentatio/
nes ſathanicas: factus iam in experientia hūa/
noꝝ in quibus in carne ſuccubuit: nunq̄ tamen
in animo ſuꝑatus/aut ꝑ moleſtiam motus: exce
pto ꝙ ꝓ nobis aſſumpſit triſticiam. Preactum
eſt in capite/quod diffundendū erat in corpore:
vt fideles eius tentationis pondera paterētur:
nō ad ſubuerſionē/ſed ad ꝓbationē moleſtioris
agonis: vt poſt victoriā p̄cioſior corona in tēta/
toꝝ capite poneret. Si ꝟo tentatio ex vehemē/
tia quēpiam ſubuertit: aut ante ne ſubuerteret
humiliter oratū nō fuit: aut talis ſuꝑbia in aīo
inſidebat/que ꝑ caſum tentationis propellenda
erat. Multis q̇dem alta ſapientibus ⁊ de ſe pre

snmētibus inductio ꝑmissiua in tētationē ꝓfu-
it ad virtutē/vt dirigeret in salutē. Sepe vero ip
sa tētatio/tētati demerito cognito vł occulto de
duxit in casū:⁊ casus in eternū suppliciū dedu
xit cadentē. Ac ꝑ hoc filius dei diuine atq̃ hūa
ne hoies docēs/edixit a patre petere: nō ne tēte
mur/sed ne in tētationis baratrū demergamur.
Inductio in tētationē quā petimus deuitare/est
in illū malū seu mali finem deuenire ꝓut impro
bus tētatoꝛ intēdit. Est aūt a difformibus ⁊ dif
formiter sepe aut aliqñ immissa tētatio. Non tñ
ois est inductio deuitāda: sed illius q̄ ex princi-
pio/⁊ medio/⁊ fine ꝑperā agit. Nā tētat deus vt
ꝓbet virtutē/ꝓbatāq̃ coronet: vt tētauit abraā
in fide/spe/⁊ charitate: cū offerre iuberet filium
in vno montiū sibi ostēso in sacrificio moriturꝫ.
Intēdebat q̄dē deus nō aliq̄d mali: sed in ipo ꝓ
bare virtutes. Fidē: qꝛ cū isaac esset filius ꝓmis
sionis in quo multipliciū erat futurū gentiū: nō
est mēte aut verbo aduersatus offerre illū iuxta
mandatū. Nec hesitauit quō multiplicatio gen-
tiū oriret̃. Cōtraria porro erāt ꝙ ex isaac multi-
plicarent̃ gētes: ⁊ ꝙ in mōte mortuus litaretur.
Nec obstat ꝙ in semine quod erat christus/in fi
gura talia dicebant̃: q̄n deus voluerit abraaz in
fide tētare. Ita ⁊ in spe: ꝓpter celestia capessen-
da cōtemptu terrestriū. In charitate: cū filiū in
quē totus paternus amor diffundit̃/diuine iussi
oni postposuit/amplius diligens deū. Ac ꝑ hoc
cū deus tentat/nō est petendū ne in illam fiat in
ductio: cū tētet ob ꝓbationē virtutis: sicut scri-
[Deu. 13] ptū est: Si surrexerit in medio tui ꝓphetes/aut
qui somniū vidisse se dicat: ⁊ p̄dixerit signū atq̃
portentū/⁊ euenerit quod locutus est: ⁊ dixerit ti
bi: eamus ⁊ seq̄mur deos alienos quos ignoras
⁊ seruiamus eis: nō audies verba ꝓphetis illius
aut somniatoris: qꝛ tentat vos dñs deus vester/
vt palā fiat vtꝝ diligatis eū an nō/in toto cor-
de ⁊ in tota anima vestra. Nunq̄ ad ꝑperā age-
re vel sentire tentauit/aut tētat amator hominū
deus. Quod Jacobus christi apostolus asseue
rat/p̄mittens in tentatione beatitudinē sufferē-
[Jaco. 1] tis: Beatus vir q̄ suffert tentationē: qm̄ cum ꝓ
batus fuerit/accipiet coronā vite: quā repromi-
sit deus diligētibus se. Nemo eñ cum tentatur
dicat: quia a deo tentor. Deus aūt intētator ma
loꝝ est. Ipse eñ neminē tentat/videlicet ad sub
uersionē. Unusquisq̃ aūt tentat̃ a sua cōcupiscē
tia abstractus ⁊ illectus. Itaq̃ contra inductio
nem in tentationē ꝑ pruritu cōcupiscētie coram
eterno patre ꝓsenchandū est: ⁊ contra sathani-
[1. Cor. 7] cam: de qua scriptū est: Nolite fraudari inuicez
sed reuertimini in idipsum: ne tentet vos satha
nas ꝓpter incōtinentiā vestrā. Et Petrus ana
[Act. 5] nie dixit: Cur tentauit sathanas cor tuū mentiri
te spūi sancto: ⁊ fraudari de p̄cio agri? Hinc qui
dē cōtra casum in tentationem huiuscemodi est
[1. Cor. 10] orandū. Nō aūt ꝑmittit deus tētari aliquem su
pra posse: faciēs cū tētatione ꝓuentū. Nec horri
da debet esse tētatio satagētibus in supna. Qm̄
[2. Tim. 2] nō coronat̃/nisi q̄ legitime certauerit. Certamē
sine tentationū bello nō gerit̃.

De septima petitiōe orōnis dñice: secundū mattheū tātū. Ca. XXXIIII

Sed libera nos a malo/amen. [Mat. 6]
Ingruūt vndiq̃ mala culpabilia et ex
omni ꝑte penalia: nec adest nobis mi-
seris ⁊ infirmis copia euadendi. Nulla suppetit
nobis vera facultas explicādi a cōnexione malo
rū: vt sepe cū solui credit̃/fit ligatura nodosior:
⁊ cū ab vno habet̃ optata libertas/in reliquo te
nacius innodamur. Libertas q̄dē oibus grata
est: q̄q̄ aliq̄s fascinatus in delectationē ⁊ suaui-
tatē sibi aptauerit vincula pctōꝝ: ⁊ exhorreat li-
bertatē quēadmodū erat exhorrēda captiuitas
⁊ implicatio detestanda. Hoc ꝓtinus facit dele
ctatio sensualis q̄ vigore mentis ⁊ auxilio gratie
nō vincit̃: vnde ilico animus vinculat̃: nec libe-
rari appetit dū tali delectationi cōsentit. Sed a
malo liberari desyderās ꝓ ꝑe infirmitatis inspe
ctor orat ad patrē/dicēs: sed libera nos a malo:
cū quo nascimur delicto ꝓtoplastoꝝ/traduce car
nis/ꝑpetuata damnata ꝓpagine: atq̃ ab eo in
quod volūtarie labimur: incurrētes culpā/q̄ de-
uenit̃ in penam: que malum est semꝑ crudescens
in creataz bonāq̃ naturā. Malū nō fecit deus.
Igit̃ congrue petitur libertas ab his que deuz
non possident cōditorem. Quadriforme cogno-
scitur omne malum: faciens/factū/multās/⁊ fal-
lens. Faciens malū est tam in angelis q̄ homi-
nibus cum ipsa/ꝑ seipsam/⁊ a seipsa deordina-
ta voluntas. Nihil in actum exit/nisi cum prius
volūtas a seipsa fuerit deprauata: nec aliūde ha
bet q̄ a seipsa sue deprauationis autorē: q̄uis ex-
tra seipsam sepe habeat suggestorez in malicia/
non aūt p̄potem in violentia. Et hoc aduersus
hominē/⁊ etiā aduersus angelos nullus crude-
lior hostis. Inimicātur quidem nobis spiritus
inuisibiles ⁊ maligni ⁊ crudeles sunt: nunquāq̃
mitescunt suadentes ruinam: nō tamen facien-
tes nisi consensu ꝓprie voluntatis: et seuissime
afficiunt penis in quos torquēdi acceperint po
testatem. Uerūtamen nō possunt in quempiam
seuire torquēdo: nisi prius in seipsa volūtas pec
cando deseuierit. Ac ꝑ hoc nō est aduersus ali-
quod malū tā incessanter orandum q̄ aduersus
faciens malum/videlicet contra malam volun-
tatem: que nō est natura mala/sed volito p̄ter su
perioris legem. Libera quidem creata est ⁊ arbi
trio vtitur: sed cum s̄m legem dei seipsa ⁊ cūctis
extra seipsam positis non vtitur/mala efficitur.
Cuius effectionis causa extra seipsam nullo mo
do queratur. Malum factum dixerim more lo-
quendi: qm̄ qui malū facit/nullaz positionē: nec
ipsum malum vllā positionem in aliqua natura
seu substantia siue q̄titate aut qualitate/seu in lo
co aut in tempore/seu in aliquo existentiū visibi
lium ⁊ inuisibilium efficere potuit. Totum eius
de priuatione nomē: ratiōibus ⁊ exemplis plu-
rimis/intellectibus lucidis hoc ꝑspicuum est.
Sed oratur aduersus malū factū/nō eo intuitu
quo aduersus voluntatē malam: que si non esset

malefacta nõ essent: p q̃ orat vt nõ sit mala ne fi
at malũ. Quod si vsq3 ad eius effectũ pcedit: ne
detineat/ne insolescat/ne firmet ꝯsuetudine: vt
anteq̃ sol nostre intelligẽtie tenebrescat in no-
bis/ penitudine vera tollat orandũ est. Proin-
de aduersus pmũ orandũ ne faciat: aduersus se
cundũ vt factũ euanescat. Porro frustra orãdũ
videt aduersus multãs: si cõtra pcedẽtia valuit
depcatio. Nõ em̃ pena nisi malos affectus & ef-
fectus culpabiles/iuste post sequit. Est aũt mul
tiforme multans: vt sunt oẽs penalitates et oĩa
aduersantia tenerum sensum: & ipsa horrẽda pre
aliis malis mors: p quã aĩa corpus animatũ de
serit: cõtra quã cũctos ex corruptiõe semine cõ-
cepto nascẽtes incassum orat/inevitabilit & ne-
cessario inuoluentẽ: nisi forte id intendat orãdo
aduersus huiuscemodi mala/ne tãtũ in sensuz
crudescãt q̃ spũs desperatiõe aut aliq̃ exorbita-
tione frangat. Est & eternẽ multãs: sed pter p-
actã/nõ p penitentiã iustã correctã culpã: cõtra
quod om̃is oratio euanescit/ nisi culpa tollat si
possibilitas aderit. Fallẽs vero malum ipse dia
bolus est: nõ natura/sed incorrigibili volũtate.
Naturã quidẽ bonã excellẽtiori ordine cũ aliis
creatis accepit: nec amisit etiã a diuina gratia
sepatus: q̃ modis fallendi multiplicibus ex inui
dia nitit aduersum humanũ genus: cõtra quem
necessario depcandũ est vt patris eterni gratia
liberemur ab illo/q̃ semp habet ad subuersionẽ
nostrã implicabilẽ volũtatẽ/ deceptionũ inuisi-
biles laqueos semp parãs: nec gressuũ suoꝝ ve-
stigia figit: et qua pte velit ꝯfodere ignorat/nisi
cũ vulnus infixerit. Nõ aũt põt quẽpiã vulne-
rare/nisi cũ scutũ ptectionis abiecerit sibi ami-
ca in malo puersa volũtas. Et cũ fuerit ante p-
missum/ne nos inducas in tentationẽ: imediate
adiectũ est/sed libera nos a malo/sc3 sathanice
tẽtationis atq3 deceptiõis. Et vt pstringam: ab
omni malo quod inter deũ & nos diuisionis pa-
rietẽ possit interponẽdo cõstruere. Petierũt q̃-
dem multi & varie a malis aduersantibus libe-
rari: aliq̃ modũ apponentes: aliq̃ innectentes &
causam: aliq̃ mala q̃ patiebant differentes. Aie-
Job.17. bat Job: Libera me dñe & pone me iuxta te: & cu
ius vis manus pugnet contra me. Liberari hic
petebat a malis p modũ quo iuxta liberatorem
poneret: nõ situ corpis seu compositiõe equali-
tatis aut dignitatis/sed virtutis & pacis & osten
sionis ad emulos. Nã cũ emuli eũ quẽ emulant
vident cũ rege pacatũ ppe ipsuz assistere/deter
rent. Causam submittebat dauid p se: at in fi-
Psal.85. gura p quolibet christiano loquens: Custodi
animã meã/qm̃ sanctus sum: saluũ fac seruũ tuũ
deus meus sperantẽ in te. Allegabat hic dupli-
cẽ causam vt liberaret/q̃ sanctus erat: quod ad
quẽlibet christianum ptinet sacramenti virtute.
Aliã vero: qm̃ de seipso desperãs oĩ alia postpo
sita spe/solũ in sũmo liberatore sperabat. Idez
Psal.141. etiã ppheta mala pmẽtia inferebat dicẽs: Libe
ra me a psequẽtibus me: qm̃ cõfortati sunt sup
me. Perspicuũ est q̃d hmõi septẽ petitiões intẽ
dãt: vt & oẽs fiãt subinfert/amẽ: quod in oĩ lin-
gua intẽdit desyderiũ: irretrouersibiliter habet
accessum ad petita iuxta vota.

¶ Decretũ saluatoris firmatũ sup pe
titiõe cõditionata in dimissione pctõ
rũ: secundũ mattheũ. Ca. XXXV

Quoniaz solũ petitioni sup dimissione
pctõꝝ saluator cõditionẽ apposuit: vt
sicut dimiserimꝰ dimittat: ne quẽpiã i
mẽte quomodolibet moueat/aut ne q̃sq̃ inueret
oppositionẽ/ ne simplr ista documenta teneret
solũ istã speciali decreto cõfirmat: atq3 declarã
do pmittit bonũ exinde pueniẽs: & a contrario
quid seq̃ret ostendit dicẽs: Si eni dimiseri-
tis hoibus pctã eorũ: dimittet vobis
pater vester celestis debita vestra. Si
aũt nõ dimiseritis hoibus: nec pater vester di-
mittet pctã vestra.] Vult sibi deus ab hoibus
obediri nostra vtilitate/nõ sua: & quodaz pacto
faciliter implẽde iusticie: q̃ contra legẽ eius p
nr̃a inuẽta malicia/seu ex fragili figmẽto cõtra-
ximus/paterno amore dimittere: vultq3 deferri
create nature/ne rõne supinducte a nobis neq-
cie illã abrogare aut nostra iurisdictiõe multare
velimus: ne videamur illam blasphemie incur-
rere partem/qua homo sibi diuinã arrogat po-
testatẽ: cum sit scriptum de ipõ: Mihi vindicta
& ego retribuã. Eoꝝ quoꝝ interest subiacere: nõ
interest querere a rege legis edite rationez/sed
implere illã: maxime si oĩno irrephensibilis est.
Sic est lex dei. Et pacta fiende pacis habet edi-
cere ille a quo petit & qui potest illam largiri: nõ
ille qui petit. Ex offensionibus nostris deo in-
ximus bellũ: in quo victi sumus/vincimurq3 sem
per. Non est autem copia euadẽdi. Anteq̃ eter-
ne pene tradamur/pace indigemus & reconcilia-
ri cum ipso. Proinde ipse qui potest illam do-
nare poscentibus/firmato huiuscemodi pacto
donat: q̃ si dimiserimus/& ipse dimittat. Si ve-
ro talia pacta nõ placẽt: nec cũ ipõ taliter voli-
mus habere cõcordiã: remanebit discordia cu
pe quousq3 inevitabilis pene subactatio subiciã-
tur: tãto afflictura seuerius/q̃to pactũ fuit ho-
nestius potuitq3 facilius obseruari. Scriptũ est
em̃: Relinque pximo/sc3 nocenti te: & tũc depcã-
ti tibi peccata soluent.

¶ De recta intẽtiõe iusticie in forma
ieiunãdi a saluatore prestructa: secũ
dũ mattheũ tantũ. Ca. XXXVI

Ab eo q̃ hõ creatus in esse pdiit/nemi-
num pariter & esibilitas fuit: hec ad liciẽ
tiã/ieiuniũ ad pceptũ spectabat. Esus
ad experientiã diuine bonitatis/quã in rebꝰ cre
atis ediderat assumẽdis p corpus: ieiunium ad
obedientiam in ostẽsione nostre dilectionis ad
deum in abstinentia bonorũ. Non em̃ precepit
deus abstineri a re mala quã ipse nõ fecerat. Vi
dit em̃ deus cuncta que fecerat: & erant valde bo
na. Nec fuisset obedientia hominis vera sum-
datuz perfecisset/abstineri ab aliqua re inimica
nature. Ipse quidẽ hõ ex nature instinctu omne

quod aduersat refugit: Quis sub specie boni as-
sumẽdo nociuũ aliqñ fallat: cognita dei volũta
te qꝫ abstinendũ erat ab assumẽdis bonis/q̃ tm̃
corpi nõ aĩe ꝯferebãt. Quotquot em̃ erãt in pri-
sco mũdo: quot ꝛ post sub q̃cũqꝫ distinctione ab
alijs viuẽtes ptinẽtes ad dei regnũ/decẽtia ieiu
nia celebrarũt. Ac etiã multi credẽtes in tribula-
tionibus auertere irã dei/sua corpa ieiunijs af-
fecerũt. Et volẽtes impetrare optata: interuẽtu
ieiunij certauerũt. Manifestissime sunt satisqꝫ vul
gate historie veteris testamẽti: ex q̃bus patẽt q̃
fuerint ieiunãtes/q̃ cause q̃ve secuti effectus: vt
moyses/helias/dauid. Est aũt ieiuniũ similitudo
quedã angelorꝫ: q̃ nunq̃ esuriũt neqꝫ comedũt in
supnis: Quis in assumptis corpibus in hac vita
legamus ad euidentiã ꝛ insinuandũ aliq̃d aliqñ
cõmedisse. Initiũ supne patrie/vbi nõ est appe-
titus neqꝫ sumptio corruptibilis creature: assi-
milatio ad christũ: ꝛ pars q̃dã glorificati corpis
quod esurire neq̃t/cibo nõ indiget: est nature li
bertas: a gula redẽptio: subtractio in pte armo-
rũ diaboli/q̃bus nos nitit impugnare atqꝫ ꝯfo
dere: depositio sollicitudinis dominãtis animi
p corpe seruo: viuẽdi ordo/liberatio a doloribꝰ/
orãdi puritas/castigatio vẽtris/lubricitatis reti
natio/mansuetudinis ps: ꝛ humilitatis occasio
in gestibus et in verbo. Et euigilare corpus et
animã sepe ad deũ ieiuniũ fecit. Opp̃ssit aũt sen
sum ipsa saturitas. Ieiuniũ est a rebus/a locis/
ꝛ a tpe. Neqꝫ tñ infra nimiũ si coartat sanctum
est. Cõuenit ieiuniũ cũ ipsa creata natura: q̃ ne-
qꝫ infirma cõdita est. Igit debitũ ieiuniũ vel as-
sumptũ nõ debet infirmitatẽ inducere/ne oratio
ex lassitudine sit inefficax: nec ex ipso cõuenit q̃
impediant opa charitatis ꝛ obediẽtie laboriose
cũ expedit. Et ppellẽda est ab ipso oĩs mẽtalis
tristicia: ꝛ oĩs simulata ꝛ hypocritalis ostensio.
Proinde saluator cũ de multis actibus virtuo
sis regulã agẽdi ꝛ cauẽdi dederit: nũc de ieiunio
Mat. 6. etiã formã donat dicẽs: **Cũ aũt ieiunatis/
nolite fieri sicut hypocrite tristes. Ex-
terminãt eñi facies suas: vt pareant
hoĩbus ieiunãtes.** Acsi oĩno supponat ie-
iuniũ fieri ex diuina ordinatiõe imitatiõeqꝫ san-
ctorꝫ: seu ex aĩo assumẽte ad habenandũ bestiale
corpus: seu ad corripiendũ quod pperã gestuꝫ
est: vel ad gratiã aliquã impetrandã; siue aliquo
supueniẽte mãdato put nũc ieiunia plura eccle-
sia orthodoxa cõstituit. Cũ huiuscemodi ieiun-
natis/nolite fieri sicut hypocrite/ tristes videli-
cet: Nolite spẽꝫ virtutis ostẽdere ipsa virtute ca
rẽtes: nolite tristes vultꝰ exteriꝰ pãdere: intrinse-
cus verã pctõꝝ ꝛ delictoꝝ tristiciaꝫ nõ habẽtes.
Illa sola est vera tristicia q̃ homo ad penitenti
am contristat: cõtritus mole veterum delictoꝝ ꝛ
cognitionis peccatoꝝ pondere p̃ssus. His autẽ
seorsum ab ista tristicia dissuadet. Nolite ergo
in ieiunio hypocritis similes fieri: q̃ sunt picto
res diaboli/periti sua doctrina in arte pingẽdi.
Non em̃ pictores cũ aliquam ex diuersis subie
ctis coloribꝰ volũt formare imaginẽ: de interio-
ribus curant quomodo stomachus/cor/pulmo
iecurqꝫ locent: aut qua serie intestina cetera dis
ponant: sed dũtaxat qualiter exteriora intuẽtiũ
oculis aptiora reddant. In similitudinibꝰ autẽ
nõ veritas simulata/sed potius falsitas inuenit.
Et virtus/nõ similitudo veris certatoribꝰ sit in
voto. Ubi aũt omne quod exterius agit/a vera
intrinsecus habita virtute procedit: laudibus
addicit/a vituperio absolutũ. Detestabile q̃dẽ
est hypocritaꝝ genus: q̃ exterminant facies ex-
tra naturales terminos/illas pre tristicia seu ali
quo artificio imutantes: nõ vt recte agãt a vir-
tute in mentibꝰ prius acti: sed vt hoĩbꝰ pareant
ieiunantes. Qui si nõ ieiunant/decipiũt: cũ se ie
iunantes exterminatione facieꝝ ostendũt. Ex-
terminare q̃dem est extra terminos pprios ali
quid ponere. Sed si decipiunt hoĩes intuentes/
nõ decipient demones a q̃bus decepti sũt: neqꝫ
decipiẽt illũ desup inspectorẽ/cuius oculi oĩa la-
tentia intuent. Si ṽo ieiunãt arte agẽtes vt pa
reant: duplici cõtritione cõterent: hic pena ieiu
nij/alibi ṽo pena eterni supplicij. Multa cõtra
hypocritas sacer textus eloquit: Spes hypo- Job. 8.
crite peribit: nõ em̃ placebit deo vecordia sua: ꝛ
sicut tela araneaꝝ fiducia eius. Et alibi: Nõ ve- Job. 13.
niet in cõspectu eius omnis hypocrita. Et ite-
rũ: Congregatio hypocrite sterilis. Et rursus: Job. 15.
Gaudiũ hypocrite ad instar puncti. Uere ad in Job. 20.
star puncti: ex eo quod sequit: **Amẽ dico vo
bis: receperunt mercedẽ suã.** Ex his q̃-
bus possumus mercari celestia/pfunctoria ꝛ ter
rena nancisci: quid huic dementie posset equari
in malo penitus nõ inuenio. Ue aũt accipienti-
bus in hac vita de virtute mercedẽ. Attamẽ sũt
studia ꝛ actus/q̃bꝰ merito ꝛ inculpate stipes tẽ-
poralis cõquirit ꝛ impendit. Que aũt ordinata
sunt propter acq̃renda ꝛ captanda celestia/non
decet in temporalis mercedis fine constitui. Si
aũt in hac vita finis spiritualis exercitij consti-
tuitur: vna concessa mercede/ altera nõ speret.
Quamobrem hypocritarum gaudiuꝫ ad instar
puncti dicit: cũ inter cetera q̃ positionẽ habent
ipse sit breuior. Nil aũt breuius respectu eterne
felicitatis/q̃ in hac vita exultare ad horã. Pro
inde omni studio totisqꝫ viribꝰ satagendũ est in
rectã intentionẽ iusticie: ne tẽporalẽ aucupãdo
mercedẽ pdamꝰ eternã. Et ex hoc saluator cau-
telã in ieiunando subiecit: **Tu aũt cum ieiu
nas/vnge caput tuũ: et faciẽ tuam la-
ua: ne videaris hoĩbus ieiunans/sed
patri tuo: et pater tuus qui videt ĩ ab
scondito/reddet tibi.** Possunt corpis sor
des nõ ex eaꝝ natura/sed ex pũersa intẽtiõe ani
mã maculare/diuinãqꝫ generare offensam. Igi
tur ad pficiendã in ieiunando iusticiã abstergẽ
da sunt a corpe: si q̃ ostẽtationis aliquã notã ge
nerant: vt hoĩbꝰ pareant ieiunãtes. Unctio ca
pitis ex patrio more/lotio faciei ex communiori
cõsuetudine ad cultũ corpis ptinẽt: quẽ ex prece
pto saluator inducere nõ intendit: q̃ homies in
corpe querit incultos: sed si intermittit vt ad ca

ptandã humanã laudẽ tristicia inducat. Intan
tũ abhorret hypocritale maluz: vt potius velit
nitiditatẽ esse in corpe / ꝙ ꝙ oculis hominum si-
mulata virtute seruiat. Sufficit autez ꝙ eterno
patri sint nota bona q̃ agimus / quẽ latere nihil
potest: qui recte agẽtibus publice vel occulte nõ
tempalẽ / sed eternã reddet oĩno mercedẽ.

Quod nõ in terra / sed in celo ꝑ ope-ra iusticie recte facta thesaurizanduz est: secũdũ mattheũ solũ. Ca. XXXVII

Onsulit nostre fragilitati saluator om
niũ christus: ⁊ finẽ verũ desyderijs no-
stris et laboribus apposuit: ne decepti
sudores nostri locarent in terra ꝑditiõis: sed co-
pie nostre quibus eterne in beatitudine viuitur
cõmendarent in celis. Perdoctũ atq̧ ꝑdoctum
est quo fine sunt opa iusticie facienda: ⁊ adhibi-
ta cautela ne velim⁹ in hac vita esse felices / aut
aliquã gloriã ab hominibus ex imagine virtu-
Psal. 52 tis inquirere: qm̃ dissipauit deus ossa eoꝝ q̃ ho-
minibus placent: confusi sunt: qm̃ deus spreuit
Gal. 1. eos. Et apostolus: Si hominibus placerẽ: chri
Phil. 3. sti seruus nõ essem. Et alibi: Gloria eoꝝ in con
fusione qui terrena sapiũt. Proinde cõtempta
omni felicitate terrena / in superioribus ⁊ tutissi
mis locis ea q̃ nanciscimur docuit collocare: ac
etiã suasit penitus vt velimus. Nec voluit nos
laborare in vacuũ: nec nostros cassos esse labo-
Mat. 6. res / dicens: Nolite thesaurizare vobis
thesauros in terra vbi erugo et tinea
demolitur: et vbi fures effodiũt et fu
Gen. 3. rantur. Maledicta fuit terra in opibus ade:
nec benedictione aliquã reaccepit. Et magnus tẽ
tationũ estus diuidit sup terram. Et in apocaly-
Apoc. 8. psi scriptũ est: Ue ve ve habitantibus in terra.
Et deus fundauit eã sup aquas sup fluxibile ele
mentũ: quasi nihil stabile sit in terra: maxime il-
loꝝ que ab hominibus ꝓ beatitudine appetun-
tur. Igit nostra bona nõ sunt reponenda / imo
nec querẽda in terra: siue spectent ad gloriam ⁊
famã: siue ad ea q̃ vulgus bona fortunalia vocat
ꝑter id quod naturaliter viuit ad mensuraz: que
non opinionẽ / nõ voluntatẽ sequit: sed necessita-
ti ⁊ nature coaptat. Nõ fiat bonoꝝ nostroꝝ ap-
positio sup terram. Etẽm ipsa in cibũ serpẽti de-
cipiẽti data est: eo maloꝝ futuroꝝ ꝑsagio quo ter
rena diligẽtes sint in cibũ demonũ transferẽdi
cõterendiq̧ dentibus incredibiliuz eternarũq̧
penarũ quas ipsi patiunt: ⁊ ministri earũ a deo
ꝑordinati sunt. Multa pericula sunt in terra su
per thesauros hominũ ⁊ sup quesitas copias re
rum: erugo ⁊ tinea ⁊ fures. Erugo cõtra thesau
ros metalloꝝ: tinea ꝯtra vestes: fures cõtra om-
nia q̃ asportari manibus aut onerarijs animali
bus possent. Querimonie huiuscemodi quoti-
die plus inclamitant ꝙ talia damna ꝓueniãt / ꝙ
posset noster sermo disserere. Heu miserãda cõ
ditio mortaliũ ⁊ terrena querentiũ. Quod si eis
dat consiliũ de tutiori locatiõe rerũ: credere atq̧
ꝯmutare festinant. Suadet quippe oĩbus cre-
dẽtibus ex euãgelio vt in celestibus / scz locis tu-
tissimis thesaurizent: ⁊ audire atq̧ cõplere dissi
mulant. Nõ em̃ dedit deus de impossibilitate ꝓ
ceptũ: neq̧ christus de agendoꝝ difficultate cõ
siliũ. Utriq̧ possibile factũ est / ideoq̧ consultum:
in celestibus ꝑ opera iusticie atq̧ ꝑ mandatoꝝ
custodiam ⁊ additionẽ consilioꝝ thesauros recõ
dere: iuxta quod sequit: Thesaurizate autẽ
vobis thesauros i celo: vbi neqz eru
go neqz tinea demolitur: et vbi fures
nõ effodiũt nec furãtur. Omnis spes fi-
deliũ nõ de tpalibus / sed de eternis: nõ de terre-
nis / sed de celestibus a christo ꝑstructa atq̧ sub
leuata est / facto / doctrina / mandato / cõsilioq̧ ꝓ-
missione. Spe infusa christi auellunt desyderia
hominuz a terrenis: ⁊ ad celestia inuitant. Ipsi
homines sunt causandi si negligũt: nõ ipse qui
omnia expediẽtia contulit ad salutẽ. Uult deus
vt thesaurizemus: nõ tamen de ꝑfunctorijs / sed
de his quoꝝ fructus potest esse ꝑpetuus. Nec q̧
omni rerũ materia condit thesaurus in super-
nis: sed ex mãdatis / sacramẽtis / virtutibus atq̧
moribus iustis. Et ꝑordinauit vt ex his cumula
tio facta bonoꝝ collocaret in tuto spe atq̧ intẽ
tione. Sed neq̧ ꝑ ea q̃ christus docuit atq̧ mã-
dauit / thesaurizari potuit alibi ꝙ in celo. Segre
gatio ꝓtinus est a terra ⁊ erectio ad supna: om-
nis christi actio / doctrina ⁊ intẽtio / impꝑdabilia
consulit fieri oĩa bona nostra. Nam in celo non
erugo: quia nulla metalla nec insignite monete
ad expendiũ congregant: vbi copia erariũ deus
est: nec tinea vestimenta corrodẽs: vbi non sunt
materie vestiũ / neq̧ huiuscemodi artificia: ⁊ vbi
oẽs vestiti sunt gloria: neq̧ fures vbi nulla po-
test esse corruptio volũtatis neq̧ iniqtatis actio
in regno bonitatis: vbi est abũdans omniũ bo-
noꝝ cõmunitas / vt nulli possit esse furandi neces
sitas siue facultas: vbi deus est om̃e beatis eter
ne beatitudinis impꝑdabile summũq̧ verum bo
num. Omnis humana intẽtio ⁊ studiũ dirimit
nẽ hic velimus esse felices: ⁊ ꝑstruit vt illam feli
citatẽ optatã q̃ nec hic inueniri potest / in supe-
ris inqramus. Possunt aũt hic thesauri virtu-
tũ aggregari hac intentione dũtaxat vt libere-
mur a morte culpe atq̧ penarũ: necnõ ⁊ vt cele
stia capiamus: sicut in Hieremia scriptũ est de
octoginta viris: quoꝝ ceteris ab Hismaele na-
thanie filio interfectis / decẽ euadẽtes remanse-
rũt: qui dixerũt ad hismael: Noli occidere nos:
quia habemus thesaurũ in agro frumẽti ⁊ hor-
dei ⁊ olei ⁊ mellis: ⁊ cessauit ⁊ non interfecit eos
cum fratribus suis. Absconditus thesaurus ex
octoginta decem viros ab exitio liberauit. Nõ
obstat quod ꝑ sapientiã dicit: Sapiẽtia abscõ-
ta et thesaurus inuisus: que vtilitas in vtrisq̧.
Quod intelligit ꝙ vnũ istoꝝ ꝓpter inuidiã :
terũ ꝓpter auariciã occultat. Contra abscõsi-
nẽ sapiẽtie ob inuidiã dicit: Qm̃ sine fictiõe :
dici: ⁊ sine inuidia cõmunico: ⁊ honestatẽ illius
nõ abscondo. Contra eam q̃ ꝑ auarciã fit et :
dictũ est: Qui abscõdit frumẽta in temꝑe male
dicet in populis. Sed abscõsio in agro facta q̃

liberauit a morte/aliũ sensum habet. Decẽ viri sunt omnes decẽ precepta tenẽtes: quibus etiã non sufficeret q ab eterna morte liberarẽtur ex illa dũtaxat obseruantia ꝑceptorum: nisi ⁊ hoꝝ adesset absconsio thesaurorũ. Ager quidem est terra cordis corporisq nostri: quã oĩ qua possumus spirituali cultura debemus excolere: abscondereq in illo thesauros aptos ad emendũ regnũ dei. Abscondere quidẽ dixerim vt in tpe opportuno ꝑsto sint ad tale cõmertiũ: necnõ ne predationi subiaceant: cũ sepe que latronib9 patent/diripiũtur ab eis.

¶ Q, ex qualitate nostre intẽtionis opera bona vel mala iudicãtur: secũdum mattheũ solum. Ca. XXXVIII

In superiorib9 sepe dictũ est de abũdantiori iusticia ⁊ de rectitudine intẽtionis ad illã perficiendaȝ: ne corã hoibus/sed solum corã deo fiat. Nunc quidẽ explicat per similitudinẽ oculi ad totum corpus. Est quidẽ ocul9 totius corporis dux ⁊ auriga ipsum habenãs: nunc in vnam/nunc in alterã partem nũc recto tramite/nũc oblique/ nũc retrouerse/ prout vtile siue minus periculi esse ꝓspexerit dirigens. Cuius visus si fuerit vitiatus/totũ corpus patiet in ꝓgrediendo iacturam. Sic ⁊ hominũ intentio si tota recta ⁊ vnica nõ fuerit: nil rectum in operibus erit. Hinc saluator dicit:
Mat.6. Lucerna corporis tui est ocul9 tuus.
Luc.11. Si fuerit oculus tu9 simplex/ totum corpus tuũ lucidũ erit. Oculus exterior est lucerna corporis/nõ cordis: ad cuius visionẽ luminis corpus recte debiteq mouet ⁊ operat. Non eñ oculus est lumẽ: sed si sanus est/ videt in lumine quid agendũ. Lucerna quippe dicit non a seipsa illuminata/sed aliũde luminis susceptiua. Sic ⁊ ocul9 non a seipso illuminatus/sed aliunde luminis susceptiuus. Qui si fuerit simplex omni cõpositione cõtraria carens: totum corpus lucide progrediet ad necessarios ⁊ debitos actus. Sic ⁊ intentio cunctoꝝ hominũ ratione vtentium/lucerna est intellectualis omniũ spiritualiter ⁊ virtuose agendorũ. Que si fuerit simplex ⁊ incomposita: soli deo/non hoibus ex actibus virtuosis placere intendẽs: omnia opa simpla ⁊ corã deo lucentia manent. Si vero oculus tuus nequã fuerit: totũ corpus tuum tenebrosum erit. A cõtrario suo ista sententia cõtraria claret. Est autẽ oculi exterioris nequitia: cũ nequit salubriter/sed precipitanter corpus conducere. Sic eadẽ imagine nequitia intentionis est: cuȝ querit placitum hominũ/nequit operari diuinũ. Et cũ pro vita ista est tota sollicita totaq diffusa: ꝓ eterna nõ satagit. Hinc saluator cõpositiue subiecit: Si ergo lumẽ quod ĩ te est/tenebre sunt: ipse tenebre quãte erunt? Velut si obscuraretur ĩ isto hemispherio: quãte igit essent alie obscuritates? Tenebre sunt oĩa exteriora hominũ ad rationem inuisibilẽ ⁊ intrinsecã comparata. Que si peruersa intentione tenebrescit: quante igitur erũt tenebre exterioris actionis? De simplicitate oculorũ dicebat iob: Ad deum stillat oculus meus. Hoc est: solũ in deum dirigitur intentio mea. Job.16.
Et dauid: Oculi mei semꝑ ad dominum: quoniã ipse euellet de laqueo pedes meos. Ps.24.
De nequitia oculorum Hieremias: Oculus meus depredatus est animã meã. Quoniã nequã intentio animã tradit exitio. Treno.3.
Supradicta quidem oculi simplicis ⁊ nequã sententia pro rectitudine seruãda in intẽtione: pro oratione/elemosyna/ieiunio exequẽdis posita est: necnon ⁊ ꝓ cunctis operibus ad agendã pro eterna patria vitam.

¶ Q, si ad perficiendã iusticiam recta seruatur intẽtio/deo et creaturis seruiri nõ potest: secundũ Mattheũ solum. Capitulum XXXIX

Unus est deus ⁊ dominus creator omnium ⁊ ꝯseruator ⁊ gubernator: ⁊ largitor bonorũ suorũ per misericordiã: penarũ inflictor per iusticiam: solus bonus faciens bonos: solus prestans beatitudinem bonis: qui angelos ⁊ homines ad seipsuȝ fecit velut ad omniũ bonorum finem: qui vnum habet sibi filium coeternũ/quem ꝓ nobis tradidit ad exitiale supplicium: vnam animã/scȝ singulam singulis dedit: vnum corpus ex diuersis membris/vnũ cor/vnam rationẽ/ vnam mentẽ/ vnam voluntatẽ: vnũ visum in duobus oculis: vnũ auditum in duabus auribus: vnũ odoratũ in duabus naribus: vnũ gustum in lingua ⁊ palato: vnum tactum in omnibus membris: vnum mũdum fecit ex tot diuersis: vnam fidem ex tot credibilibus ordinauit: ad vnã per vnius meritum gloriã electos ꝑdestinauit: ab vno a se auersos prescinit: per vnũ hominẽ ingredi mortem permisit: per vnũ alium vitaȝ restituit: prohibet per omnẽ modum diuidi vnitatem: ⁊ precauet in doctrina ne in diuersa tendant/que ad vnum sunt ordinata finem: asserens per similitudinẽ: q nemo deo ⁊ diabolo/nemo deo ⁊ mũdo poterit aliquãdo eodem temporis momẽto placere. Inquit eñ: Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enĩ vnũ odio habebit et alterum diliget: aut vnũ sustinebit et alterũ contemnet. Mat.6. Lu.16
Experientia facti liquet/ q vnus seruus duob9 dominis seruire non potest. Duo sunt domini ex diuersitate preceptorũ: quoniã si vnum esset preceptuȝ a mille imperantibus egressum in eodẽ tempore atq loco/pro vno dño haberentur. Et vnus dominus habetur pro multis/si contraria preciperet obsequenti. Nam in executione mandatoꝝ nõ dominoꝝ dualitas aut numerositas/sed preceptorum diuersitas multiplicium facit: nec vnitatẽ vnus dominus/ sed vnitas preceptorũ. Necessario factũ est vt vnus dominus odio habeatur a seruo/alter precipiẽs ⁊ in precepto diligatur: aut alter sustineatur in ꝑsona ⁊ ad perficiendum preceptũ eius: aut alter cõtemnatur in se ⁊ in mandato ipsius. Deus ṽo diligendus

atqꝫ sustinēdus: omnis alius si aduersus/odiendus ⁊ contēnendus est dominus. Explicat similitudinē ipse saluator adijciens: **Nemo potest deo seruire et mammone.** Paulo ante predixerat nō thesaurizandū in terra/sed in celo. Nam in terra condere thesauros/seruire mãmone est: in celo vero illos reponere/deo in sua iussione seruire. Proinde tã diuersis dominis in natura/in substãtia/in dignitate/in ꝑcepto/nunꝙ̃ ab vno seruo vno ⁊ eodem loco et tempore seruitur. Mãmona quidē hebrea lingua/diuitie sunt huius seculi: seu ille demon qui eis presidet: ⁊ de his acquirendis instigat. Negatiua ⁊ affirmatiua domini sunt vtriusqꝫ precepta. Jubet per negationē deus: cum fieri ꝓhibet omne malū aduersans spirituali nature/displicens sibi/corrumpens legem/deturpans ordinem/gratie nō consentiens. Affirmatiue ꝟo imperat/consulit ⁊ suadet omne quod condite nature hominū inuisibili seu spirituali consentaneum est/omne honestū: ⁊ illam virtutum trinitatem que aliter ꝙ̃ per infusionem haberi nō potest: ⁊ si quid esse potest aliaꝝ virtutum: ⁊ omne aptum regno dei ⁊ eterne saluationi: cū ipse velit omnes homines saluos fieri ⁊ ad agnitionem veritatis venire. Equidē e regione sunt cõsilia ⁊ precepta sathanica siue mãmonica/negatiue fieri prohibentia quicq̃d affirmatiue in omni lege deus edixit: Affirmatiue ꝟo fieri suadēs ⁊ consulens quicquid deus prohibuerit negatiue: vt tandem similes sibi sint homines in pena quos similes instruxit i culpa. Jmpossibilitas ista serueindi diuersitati dominoꝝ: quãꝙ̃ proueniat a contrarietate preceptorum: etiam ab ipsa nostri animi vnitate procedit. Non eñ intellectus diuersa simul intelligit: neqꝫ affectus eodē momento afficitur ad diuersa: neqꝫ mens dominorum contrariorū memoriã simul habet. Duz ad vnum per has anime potentias intenditur/alterū relinquitur. Successu vero temporis possunt diuersa comprehendi a potentijs huiuscemodi. Sic ⁊ diuersis dominis seruiri poterit ꝓ diuersitate temporum ⁊ varietate seu mutatiōe voluntatū: simulatim ꝟo in omni genere simultandi nunꝙ̃ duobus dominis seruietur. Solus deus facere omnia simul potest. Jgiẗ possibilitas diuersimode seruiendi eodē tempore omnibus est adēpta. Et dei esse atqꝫ diaboli siue mundi nemo potest. Et nulla indifferentia cõstituitur inter deū ⁊ hominē: ꝙ qui non seruit deo ꝙ̃ nō seruiat aduersario: sua ꝯformante sententia: Qui non est mecū/aduersum me est.

¶ De inepta sollicitudine propellenda: Secundū Mattheum. Capitulum XL

Ut autē nō credatur solum de inuisibili ⁊ aduersario domino/videlicet de spiritu maligno: qui animabus nostris ⁊ corporibus satagit dominari: prolata sentētia: sed etiaz de mundo: qui positus est in maligno/qui se hominib⁹ cum suis delectationibus semper offert: protinus adiunxit remouens sollicitudinem superfluam rerum visibilium atqꝫ mundanarum que quodammodo in appetitū hominum veniūt: non vt omnis sollicitudo tollatur/sed vt taliter agatur ex sollicitudine ꝙ nihil de necessaria virtute depereat: neqꝫ sit de his sollicitudo que pater solum in sua prouidentia ⁊ potestate reliquit: sed illorum dūtaxat que per homines sunt iuste complenda/possintqꝫ compleri. Et hoc est quod adiecit: **Ne solliciti sitis anime vestre quid mãducetis: neqꝫ corpori vestro quid induamini. Nõne anima plus est ꝙ̃ esca: et corpus plus ꝙ̃ vestimentum:** Spectant ad corpus de necessitate victus ⁊ vestitus: de quibus apostolus: Habentes autem alimenta ⁊ quibus tegamur/his contenti simus. Et hec aut debito ⁊ irrep̄hēsibili questu/aut licito artificio sunt querenda: non damnosa sollicitudine que consilio saluatoris ab anima remouetur/cū dicit: Ne solliciti sitis anie vestre quid manducetis: que non in sui natura mãducat/sed corpus: aut quid induat corpus. Non eñ anima debet pro corporis cura suam subinferre: nec illam sollicitudinem gerere quantū ⁊ quale alimētum natura producat: nec vnde ꝓcedat materia induendi: quoniã ipse qui fecit naturam ad subueniendum omnibus illam diuitem fecit. Aliquando etiã in scriptura nomine anime intelligitur ipsa vita: vt in psalmo: Accipere animaz meam cõsiliati sunt. Seu etiã anima tamdiu existit in corpore ꝙ̃diu cibo corpus ali potest: nō ꝙ ipsa viuat ex corpore aut propter corpus: sed in corpore ꝙ̃diu ab illo mortis gladio dissoluaẗ. Nec viuit corporali cibo: habet ex natura posse viuere preter corpus. Quoquo tamē modo ista capiantur: a saluatore sollicitudo indebita dissuadetur: ⁊ per compositionez depellitur: Quoniã si deus dedit quod plus est/⁊ quod min⁹ est erit omnino daturus. Quãobrem dicitur: **Nõne anima plus est ꝙ̃ esca: et corpus plus ꝙ̃ vestimentum:** Ut sic ista sententia contexatur. Si deus dedit animam/scilicet vitam: seu ipsam statuit vt sit in corpore aliquãdiu viueret: que pluris est omni corporali alimento: dabit ⁊ escam. Et si dedit corpus altius omni veste pendens: dabit ⁊ vestimentū. Jgiẗ ⁊ frustra huiuscemodi sollicitudo exagitat homines super terram. Si vero in id sollicitudo mortaliū tenderet: vt ex cõmunib⁹ nature beneficijs aliquid vendicaretur in propriū: ex seipsa ⁊ in seipsa sollicitudo deluditur: quoniã proprium non est ex natura: cum omnibus sit in numero/pondere et mensura natura cõmunis: nec alicui proprium aliquid de beneficijs suis alligauerit. Non tamen dixerim de proprietatibus illis ab ipsa natura aliquibus speciebus insertis: sed de his elementis seu elementatis ex quibus natura ministrat corporibus viuificandis atqꝫ alendis/seu quomodolibet aliter confouendis. Ad quid sollicitudo cõgregandaꝝ rerum: vbi tēpus se sub-

ſtabit ⁊ locus non conſiſtit: vbi homo moritur ⁊ ſucceſſus rerum ſubſequitur? Retorquet autē petrus ſollicitudinē in debitum finem/ dicens: Omnē ſollicitudinē veſtram proĳcientes in ipſum: quoniã ipſi cura eſt de vobis. Subiecte quidem ſimilitudines compoſitiue inducte ſunt: vt indebita ſollicitudo ꝓpellatur. Reſpicite volatilia celi: quoniã non ſerũt neqꝫ metunt neqꝫ cõgregant in horrea: et pater veſter celeſtis paſcit illa. Nonne vos magis pluris eſtis illis? Si reiecta ſollicitudine cõquirendarũ rerum conquirendi modoqꝫ depulſo de⁹ irrationabilia paſcit: quomodo nõ paſcet hominē in quo ſuam inſigniuit imaginem/ quē ⁊ redemit per ſanguinē? Proinde importuna eſt hominibus tanta ſollicitudo cuꝫ gratis animalibus ingratis deus largiatur annonam: Et homo preſtat cunctis: dũtaxat exceptis angelis. Sed quis autē veſtrũ cogitans poteſt adĳcere ad ſtaturã ſuam cubitũ vnũ? Si homo a ſeipſo non poteſt augeri: vt plus ꝙ̃ a deo fact⁹ eſt/ creſcat: aut in cibo ſeu veſtimēto capiat: ad quid tantũ angit homines ſollicitudo ſuperflua/ immo noxia cura? Et de veſtimēto quid ſolliciti eſtis? Conſyderate lilia agri quomodo creſcunt: nõ laborant neqꝫ nent. Dico aũt vobis: quoniã nec ſalomõ in omni gloria ſua coopert⁹ eſt/ ſicut vnum ex iſtis. Quid de veſtimētis etiã multicolorĳs cõtinua ſollicitudo moleſtat: que omnino recompingēda eſt cõſyderatione minorũ? Minora ſunt homine lilia campi: creſcũt ſine labore: veſtiũtur multicolorie: abſqꝫ hoc ꝙ a colo in fuſum aliquid nendo ſeu filando traĳciãt. Ad quorꝫ compoſitionē ſalomon ſapientiſſim⁹ regum in omni gloria ſua nõ potuit per ſapientiam ſuam tanta varietate colorũ veſtiri. Ideo quidē ſalomonem excedentē in ſapientia in exemplũ induxit: vt eſſet omnino perſpicuũ plus ex natura ꝙ̃ ex hũana induſtria homines poſſe percipere. Proinde per explicitã comparationem ſollicitudo ipſa damnatur: ⁊ fidei modicitas arguitur cũ adiecit. Si autem fenum agri quod hodie eſt et cras in clibanum mittitur/ deus ſic veſtit: quãto magis vos modice fidei. Luce clarius patet quod dicitur/ in experientia cõtinua rerũ. Et huiuſcemodi ſollicitudinem ex defectu fidei ꝓuenire inficiari nõ poteſt: quã omnibus ſuaſionibus ſaluator a ſuis fidelibus nititur abroga re/ dicens: Nolite ergo ſolliciti eſſe/ dicentes: quid mãducabim⁹/ aut quid bibemus/ aut quo operiemur? Hec omnia gentes inquirũt. Scit eñi pater veſter/ ꝙ his omnib⁹ indigetis. Scriptũ eſt: Omnis labor hominis ĩ ore eius: ⁊ anima illius nõ implebitur. Quoniã quicquid homo ex nimia ſollicitudine congregare videtur: ad hoc fit vt per os comedendo ⁊ bibendo traĳciat; et ꝙ veſtibus plurimis etiaꝫ adhibitis vanitatibus veſtiatur. Sed talia gētes que deũ ignorãt ⁊ chriſtum non confitentur/ inquirunt: amantes hanc vitã: aliam vero velut neſcĳ negligentes. Secernere quidē voluit ex his verbis ſaluator a gentibus fideles ſuos: quos ſine ſollicitudine gentium preordinat ad aliam vitam: aſſerens noſtras indigentias in noticia dei patris ſemꝑ exiſtere: a quo poſtulaſſe ſufficiat panem noſtrũ: prout ipſe docuit dicere/ pater noſter. Quoniã pater eſt/ indigētibus ⁊ fidelibus filĳs omnino ſubueniet.

¶ De neceſſaria ſollicitudĩe: qua cũ ſua iuſticia primũ queritur regnum dei: ſecundũ Mattheum ſolum.

Capitulum XLI

Upra ſaluator orãdo poſtulare docuit regnum dei: de quo aliquid dictũ eſt. Hic poſtpoſitis omnib⁹ curis ſuadet illud cũ iuſticia ſua primo querere: alio videlicet ſenſu quo in oratione ꝑmonuit petere regnũ dei. Siue ſit vite agēde ſiue ſperande: ante omnia querendũ eſt/ et eius iuſticia. Proinde ꝑ̃ter id quod in petitione aſſertum eſt/ de queſitione aſſeratur. Primũ querite regnum dei et iuſticiam eius: et hec omnia adĳcientur vobis. Preeunt ſe mutuo regnum et iuſticia eius: regnũ quidem optione preit: actione vero iuſticia eius omnino precedit. Sic eñ per ſapientiã dicit: Iuſtum deduxit dominus per vias rectas: ⁊ oſtendit illi regnũ dei. Iuſtus a iuſticia dicitur: que primo per vias virtutum rectas iuſtificat: vt iuſtificato dei regnum oſtendatur. Iuſticia porro dei regni eſt ipſa fides ſtipata virtutibus ceteris/ ſacramentis atqꝫ mandatis ⁊ operibus bonis: ſine quibus impoſſibile eſt placere deo/ ⁊ cũ quibus placetur deo. Igit qui non placet deo/ non poſſidebit regnum dei. Sibi placēs ingreditur regnũ eius. Et de abraam dicitur: Credidit abraam deo: ⁊ reputatũ eſt ei ad iuſticiam. Et apoſtolus ad romanos: Iuſticia autē dei per fidem ieſu chriſti/ in omnes ⁊ ſuper omnes qui credũt in eum. Et paulopoſt: Arbitramur hominez iuſtificari per fidem ſine operib⁹ legis. Et infra: Iuſtificati igitur ex fide pacem habeamus ad deuꝫ/ per dominũ noſtrũ ieſum chriſtum. Igitur iuſticia regni dei primo querenda fides eſt: ſine qua ⁊ ante quã nihil aptum/ nihil rectũ ad regnũ dei querit. Et ſi quereretur/ nõ inueniretur. Primo ergo fides querēda eſt. Sed quõ queritur: que nullo modo aliter ꝙ̃ per infuſionē habetur? Si vero infundit/ fruſtra querit ſi iam infuſa cordib⁹ fuerit. Sed ſi ad incredulos ſeu extra fidem poſitos dictum infertur: oĩes querere debent quod magis catholicum eſt; ⁊ quod ſanius ⁊ honeſtius ⁊ quod altiori premio terminatur: ⁊ tunc cũ inuenerint credibilia huiuſcemodi dare voluntatē ad fidē: quã ſolum deus infundit: maxime cum videant validis teſtimonĳs roborataꝫ. Si vero ad iam credētes hic ſermo directus eſt: queſitio iuſticie regni dei ad opera fidei ordinatur; quoniã fides

Mat.6. Luce.12. Sap.10. Gen.15. Roma.3. Roma.5.

sine operib⁹ mortua est. Et hec est iusticia regni
dei cunctis renatis in fide: ꝙ ea que sunt apta ⁊
ordinata regni dei / operemur sollicite atq̧ incū-
ctanter ẜm rationē fidei. Hec autē iusticia vete
ris testamenti nō fuit iusticia regni dei: quoniā
nemo ex illa fact⁹ est aptus regno dei: sicut apo
stolus ad romanos ⁊ ad galathas contestatus
est. Sed vt supius dictū / est iusticia supabūdās
scribis ⁊ phariseis: Nisi iusticia vestra habun-
dauerit super scribarū ⁊ phariseoꝝ: non intrabi
tis in regnum celorum. Illa ergo que habūda
bit / est iusticia regni dei. Est etiā iusticia regni
dei negatio ⁊ abrenunciatio regni mundi: sicut
Joan. 18. ante pilatum christus testatus est: Regnū meū
Joan. 6. non est de hoc mundo. Et alibi eum fugisse legi
mus ⁊ quesiuisse latibulum: ne post miraculum
panū venirent homines ⁊ facerent euȝ regem.
Non autē excludimus ex his regna mūdi in iu-
sticia seculari regenda per reges et principes:
sed affectum glorie mūdi in omnibus condem-
namus. Iusticia regni dei est per opera sub deo
condemnata ⁊ iudicata volūtas hominū in to-
lerantia impositorū et adimpletione iussorum.
Iusticia regni dei est conuersatio in terra facta
Phil. 3. celestis: iuxta quod apostolus ait: Nostra ꝯuer
satio in celis est. Omnis virtus / oīs affectio
quelibet actio deo grata est iusticia regni dei.
Ipse vero christus est iusticia potior regni dei:
1. Cor. 1. Ait enī apostolus: Qui factus est nobis iusticia
Quoniā nisi per iusticiā redemptionis eius / ne
mo adipiscetur regnū patris ipsi⁹. Quesita ṽo
et obtenta iusticia facilis est quesitio regni vite
agende: facilisq̧ ingressus in illud. Et vt auda-
cter dicam: querere iusticiā est querere regnum.
Illā habere / in regno eius est manere. Regnū
vero vite sperande huic omnino coniunctū est:
vt transito ponte mortis introeat in illud. His
primo quesitis hec omnia que gentes inquirūt
adijcientur nobis: velut si illa substantialia sint
hec ṽo non substantiua / sed adiectiua dicātur.
Iterū velut contra perniciosum malū ad nega
tionem sollicitudinis recōuertit sermonē. Gra
ue malū est quod totiēs fieri denegatur: satisq̧
impressum in cordibus quod tanta repetitione
verboꝝ abradit / dicens: Nolite ergo solli-
citi esse in crastinū. Crastinus enī di-
es sollicitus erit sibiipsi. Sufficit enī
diei malicia sua. Quanq̧ omnino dissuade
at sollicitudinē: non tamē omnino excludit: sed
illam infra terminos omnino coartat: cū pro-
hibet oīno de crastino cogitare: futurum tem-
pus remouens ne in sollicitudinē veniat: cū ne
mo sciat quid pariat futura dies homini / vitam
an mortē. Pro presenti est adhibenda cura sol
licita euadendi. Nec dies diē in cura preueniat:
ne vno die sollicitudo duplicetur / presentis tē-
poris ⁊ futuri. Habet omnis dies sollicitudinē
suam: ꝑ eo ꝙ dicit / sufficit diei malicia sua: que
ab eo est ꝙ aliquis aliquid impertinens facere
moliatur. Omnis igitur dies pro emolimento
suo suam maliciā habet.

De misericordia proximis impendenda: secundū lucam. Ca. XLII

Est cunctis fidelibus forma misericor-
die prerogata: cum ad similitudinē dei
patris oporteat misericordiā proximis
exhibere. Sed ad hec quis idoneus vt
deum patrē imitari quis possit in bonis operi-
bus super terrā? cū saluator dicat: Estote mi- Luc.
sericordes sicut et pater vester mise-
ricors est. Si ad dei formaȝ ⁊ similitudinem
oporteat esse misericordes: prius expedit inue-
stigare misericordiā dei: ⁊ qualiter miseris mise
ricors factus est. Non est a nobis sua misericor
dia inuestiganda: nisi cū contrahitur ad mise-
ros: quoniā qui miseria carēt / misericordia nō
indigēt. Misericordia dei deus est / ⁊ ipse imper
scrutabilis est. Non autē omnino latet quō mi-
sertus est: quoniā miseris ex scriptura cognosci
mus / ex fide tenemus ꝙ misertus est deus: odi-
ens vitium ⁊ seruās creatū. Sed quomodo mi
sertus? Audi psalmistā: Quomodo miseret pa- Psal.
ter filiorum / misertus est dominus timētib⁹ se:
quoniā ipse cognouit figmentū nostrū. Secer-
nendū est inter naturā quā deus condidit: ⁊ ini-
quitatem quā homo sua peruersa voluntate cō
mittit. Igitur ꝓpter creatum dimittat malefa
ctum ⁊ prestetur venia si petatur: ⁊ si nulla inter
sit offensa. Cum cognoscimus alicuius miseriā
more dei opem misericordie impendamus: qui
velut pater nullo merito ꝓcedente / nulla in po-
sterū sperata mercede / amoris gratia / liberalita
tis intuitu filios suos quos genuit / nutrit. Sic
deus pater quos creauit / miseretur / fouet ⁊ nu-
trit: quoniam bonoꝝ nostroꝝ ipse non indiget.
Miseretur deus animabus cū iniquitati se tra-
dunt: cū a virtute deficiunt / quas expectat ad pe
nitentiā: cum reuertunt / miseratus dat indulgē
tiam. Miseretur corporibus hominū: pro qui-
bus tue alimenta bñficio nature ministrat. Sic
⁊ nos cū cognouerimus miserias huiuscemodi
pro modulo nostro misericordie beneficia im-
pendamus: nō inquirētes merita / quod spectat
ad iusticiā: sed subuenientes indigentie / quod spe
ctat ad misericordiam.

De iudicio temerario deuitando: quod et iusta pena consequitur: secūdum Mattheū et Lucam tantū.

Capitulum XLIII

Nolite iudicare / et non iudica-
bimini. Nō sunt temeraria iudicia
in quempiā iaculanda: natura nō sug-
gerit: dissuadet ratio: repugnat virt⁹ / ⁊ mos hu
manus omnino dissentit. Et facientib⁹ ex equa
seu ampliori pena interminatū est. Prohibet
hoībus a deo ne aliquid malū fiat: ⁊ bonū omni
no fieri suadet: sed non eo intuitu quo deo ma-
lum noceat / qr nihil ei nocere potest: aut quod
displiceat / quoniā ipse passiones nō recipit: sed
ex eo ꝙ malū nature hominū aduersat: ⁊ bonū
confert sibi ad viaticū ⁊ ad premium. Nos antē
quoꝝ interest operari debita ⁊ iniūcta / ⁊ vitare

delicta siue peccata: potius debemus abstinere a delictis siue peccatis / quia offenditur deus: quam quod nobis pena sensibilis aut quod diuina separatio inferatur. Usurpatio est superioris authoritatis et certe scientie iudicis omnia cognoscētis / proximū iudicare. Unde homini authoritas super proximū? Unde sibi certa scientia de crimine proximi? Si aliquādo est authoritas / forte sciētia deest / si adest scientia / quādoque authoritas deficit. Si vtrūque adest / decerne de primo: si vtrūque deest / relinque primum domino suo authoritatē ⁊ scientiā certam habenti. Authoritas quidē ⁊ scientia iudicium irreprehensibile faciunt. Iudicandi temeritas omnino est peccatum. Hinc apostolus aliorum iudicatores acerrime reprehendit. …14. Tu quis es qui iudicas alienū seruū? Suo domino stat aut cadit. Et paulo post: Tu autem quid iudicas fratrem tuum: aut tu quare spernis fratrē tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal christi. Et itaque vnusquisque nostrū pro se rationem reddet deo. Non ergo amplius inuicē iudicemus: sed hoc iudicate magis / ne ponatis offendiculū fratri vel scandalum. Et ad corinthios: …4. Itaque nolite ante tēpꝰ iudicare quoadusque veniat dominus: qui ⁊ illuminabit abscōdita tenebrarū: ⁊ manifestabit consilia cordiū. Uerūtamen omne malefactū cadit sub iudicio rationis / quod sit vituperatione dignū. Sed aliud est iudicare quod perperā factum est: aliud iudicare facientē. Aliud iudiciū suspitionis: aliud veritatis iudicium. Aliud iudiciū amoris: aliud iudicium quod ex odio aut ex inuidia procedit. Aliud iudiciū culpe: aliud iudiciū quāta male agēs sit pena plectendus. Aliud iudicium quod solo corde concipitur ⁊ tenetur: aliud quod ore de proximo profertur ad proximū. Proinde sequitur: In quo enim iudicio iudicaueritis / iudicabimini: et in qua mēsura mensi fueritis / remetietur vobis. Hoc quidē dictum est ad terrendū / ne fiat iudiciū. Hoc vero quod sequitur / quod suo demerito iudicandus alium iudicandum sua temeritate non iudicet: idcirco vnusquisque ad sui consyderationem remittitur. Quid aūt vides festucā ī oculo fratris tui: trabem aūt in oculo tuo nō consyderas? Aut quō dicis fratri tuo: Frater / sine eijciam festucā de oculo tuo: ⁊ ecce trabes est ī oculo tuo? Hypocrita / eijce primū trabem de oculo tuo: et tūc videbis eijcere festucā de oculo fratris tui.]

¶ Quod bona spūalia nō sunt cōmunicanda peruersis: secundū mattheū.
Capitulum XLIIII

Nobilitas rationis humane colligitur ab illa ratione que omnia secundum rei veritatē continet ⁊ decernit: et colligendo iudicat: vt digna dignis / ⁊ nulla idigna dignis / ⁊ nulla digna tribuantur indignis. E regiōe aūt facta / peruersos ⁊ noxios consueuerūt habere successus. Neque preciositas rerum improbis ⁊ imperitis tractatoribꝰ cōmittenda est. Neque dignū ducitur vt filij regū alendi ⁊ morigerandi rura libus cōmittantur. Nil preciosius diuinis verbis atque sacramentis. Nemo nobilior dei filio: qui continetur in eis. Et quod sanctū est / oportet immaculate seruari. Et in veteri testamento lauabantur qui vasa dñi contrectabant. Et preceptū erat: Mundamini qui fertis vasa domini. Et panes Esa.52. propositionis comedere nō debebant / nisi mūdi 1.Re.21. a contactibꝰ mulierū. Nūc a saluatore prohibetur: Nolite sanctū dare canibꝰ. Neque mit Mat.7. tatis margaritas vestras ante porcos ne forte cōculcent eas pedibus suis et cōuersi dirumpāt vos. Sanctū quidē est omne quod sanctificatur per verbū: omne quod expedit inuiolabiliter obseruari. Canes sunt innitentes rationibꝰ et sermonibus importunis. Margarita preciosa / secreta dei dicuntur. Porci a voluptate detenti / qui sancta ⁊ preciosa vilipendunt: ⁊ sepe aduersus largitorē deseuiunt.

¶ De securitate data petendi et fiducia impetrandi: secundū Mattheū.
Capitulum XLV

Non erat hominibꝰ causa neque iusta ratio / vt a deo aliquid postularent: nisi filius eternus eius / per oīa sibi equalis factus homo / pro nobis dedisset audaciā ⁊ impetrandi fiduciā largiretur: velut qui per omīa nouit ab eterno paternā volūtatem / eterne nos diligentem antequam essemus. Et factos etiā nostris exigentibꝰ meritis / nō dereliquit nos: sciēs eternum patrem misericordiarū plus velle dare quam nos velimus accipere: nobiliorique modo ditare quam nos petere cognoscamus: cū prius docuit dicere pater noster: ⁊ que petenda sequūtur. Nūc paternam libertatē edisserens / agitat ad petendum / dicēs: Petite et accipietis: queri- Mat.7. te et inuenietis: pulsate et aperietur vobis. Omnis enim qui petit / accipit: et qui querit / inuenit: et pulsanti aperietur. Nullus igitur in petendo tardus: in querendo ambiguus: in pulsando hebes: cū dominus sit in dando liberalis: in querēdo se offert requisitus: in pulsando est ostium factus. Arguit ex hoibus ad deū / qui cuncta omni bonitate precellit: vt promptiores sint hoies ad petendū. [Aut quis ex vobis homo / quē si pe- Lu.11. tierit filius suus panē: nunquid lapidem porriget ei? Aut si petierit piscem: nunquid serpentē porriget ei? Aut ouum: nunquid scorpionē porriget ei? Si ergo vos cum sitis mali / nostis bona data dare filijs vestris: quātomagis pater vester dabit spiritū bonū petentibus se] Clarent ista per singula: ⁊ alibi in hoc ope sunt disserta.

¶ De illa parte originalis iusticie: que cū proximo aut inter hoies est seruada: secundū mattheū. Ca. XLVI

Originalis quidē iusticia in cordibus hominū scripta fuit: nec sonuit verbo seu literis exarata est. Eoipso quod homo ad imaginē dei factus fuit: illam accepit protoplastus: maxime quia cōpletus creatus est: vsque quo natura potest quos edit paruulos pueben-

re. Ceteri autē ab ipso geniti ꝓpter humane na
ture damnatā ꝓpaginē/non statim cū nati sunt
illam adoriunt̄: sed paulatim coalescūt ad illā.
Differt quidē homo a brutis: ⁊ ex eo ꝙ per rati
onē ab alijs animalib⁹ attollit̄/sentit legē origi
nalis iusticie: consentitq̧ sibi ⁊ alludit/ ⁊ placet
in illa cum etas accreuerit: que lex si apud homi
nes incorrupta mansisset: neq̧ mosaica/neq̧ lex
euāgelica in lationib⁹ necessarie fuissent. Suf
ficiebat em̄ illa ad omne placitū dei ꝓ salute no
stra. Que corrupta nunꝗ̄ ad plenū potuit repa
rari: anteꝗ̄ dei fili⁹ mundo in carne visibilis ap
pareret: cui⁹ doctrina ꝗ̄uis magna credibilia
suphabeat: tota tamē hoc intendit ⁊ facto ⁊ ex
emplo christus ostēdit vt originalis iusticia re
Mat.7. Luce.6. format̄. Ait em̄: Omnia quecūq̧ vultis
vt faciant vobis hoīes/et vos facite
illis. Hec est em̄ lex ⁊ ꝓphete.] Repetit iesus
quod scriptū fuerit a principio in cordib⁹ hoīm:
absq̧ quod voce aut literis traderetur: videlicz
qualiter conuiuendū erat ex mutua subuētione/
aut obsecūdatione personarū ⁊ rerum. De fien
do dūtaxat prolata est/ non de nefiendo iusticie
originalis doctrina. Sed oīne fiendū nefiendū
excludit: non autez nefiendū fiendum includit:
quoniā omne affirmatū habet oīne aliud sua ra
tione negatum: nō tamē omne negatū habet ali
quid aliud sua rōne affirmatū. Ac per hoc quod
de originali iusticia dicit̄ per affirmationē/etiā
per negationē exponitur: vt si fit quod iustū est/
quod iniustū est nefiet. Non autē quod dicit̄/re
conuertitur: vt si non fit iniustum/ꝙ iustū in acti
one consistat. Igit̄ si sic iussum estꝙ omnia que
nobis fieri volumus/alijs faciamus: ex hoc pe
nitus excludit̄ ꝙ ea que nobis nolum⁹ fieri/nul
lis alijs inferamus. In hoc est lex/scz moysaica
disposita in manibus angelorū in monte sina:
prout ille diticeus ad primum ordinatur in se
ptem videlicet: nō autem in illis tribus primis
que solum ordinātur ad deū. Non em̄ Jesus de
illa parte originalis iusticie hec aiebat: sed de
illa per quā hoīes inter se debent viuere iuste/
moderate/magnanimiter/ꝑseueranter atq̧ pru
denter: vt nemini fiat vlla iniuria: ⁊ omnibus vt
personis ꝓprijs seruiatur. Non solū lex/sed etiā
ꝓphete in ista iusticia originali cōsistunt: nō in
his que futura vaticinando dixerūt: sed in his
que de ordinatis morib⁹ tractauerūt. Et vt per
stringā: omnis doctrina simpliciter docens aut
ꝙ̄ a parabolis trahi potest: siue ab historijs tro
pologice sumi/siue a figuris/siue a ꝓphetijs ac
cipi: que mores bonos edificet: legem origina
lis iusticie fouet. Amplius autē christus ꝑ euan
gilium finem ad principiū recōuertit. Agendo
rum ordo ⁊ principium originalis iusticia fuit:
Ordo posterior doctrina euangelica: post quā
nulla melior ⁊ aptior ad dei regnū/ad complen
dū dei placitum: ⁊ originali iusticie nulla conne
xior. Primarius ordo ꝯueniendi originalis iu
sticia: secūdarius lex euangelica: ⁊ in vnum pari
ter decōuiuendo coeunt. Illa scripta solum in
cordib⁹/nō exarata literis/nō docta verbis: ista
vero cordibus infusa/nō scripta: ⁊ literis exara
tur/⁊ verbis docetur. De illa quidē parte legis
euāgelice dixerim/que de cōuiuendo cū ꝓmis
lata est: cum ꝑter hoc euāgelica lex alia multa
cōtineat. Protin⁹ inter hoīes fuisset nulla que
rela: si originalis de cōuiuēdo iusticia/ꝓut erat
scripta in cordibus/stetisset in morib⁹. Sed illo
ab illa inuisibili scriptione iusticiū factum fuit.
Nam de supiori parte illius iusticie ꝑ inobediē
tiam cecidit adam. Erat em̄ illius iusticie supe
rior gradus: vt homo tanꝙ̄ inferior per omnia
se teneret ad deū. Alioquin ad seipsum sua vo
lūtate factus subderetur miserie: ⁊ suoꝝ inferio
rum ꝓ inobedientia inobedientiā pateret̄. In
ferior vero gradus huius iusticie in cōuiuendo
cū proximo ꝯsistebat: a quo primus corruit per
inuidiam ad fratrē obstinatus cain: sed vnde ca
sus a quacūq̧ iusticia/inde luitio tormentoꝝ: et
vñ obseruantia/ inde fruitio ꝓmioꝝ. Et vt iam
dictū est/talio iusticie originalis ꝓcessit: ⁊ talio
moysaica legis subsequit̄. Nunc ṽo talio euan
gelicus abrogato moysaico/ talionē originalis
iusticie reuocauit.

¶ Q₃ duplex est porta/similit̄ et via: scz perditionis et vite: quarū vnā intrare/alterā declinare saluator ꝑsuasit: secundū mattheū. Ca. XLVII

SEcundū diuersitatē ciuitatū ⁊ ciuium
⁊ eis ꝓsidentium porte sunt cōstitute si
militer: ⁊ vt nec aliūde aut aliter possit
esse ingressus: nec spaciositas aut angu
stia sit ipsarū/nisi vt reges decreuerint. Quāꝙ̄
oīne creatū quedam sit vnitas sub vno dn̄o deo
eterno viuo et vero impredabiliter ꝯstituta: at
tamē ex volūtate ⁊ ex moribus diuisio facta est
vniuersoꝝ/domio deo ex creature sue demerito
ꝑmittente: vt quedā pars vocet̄ ciuitas dei: que
dam ṽo ciuitas diaboli nūcupetur. Porta qui
dem ⁊ via ciuitatis dei/angustum habet ingres
sum. Ciuitatis ṽo diaboli porta ⁊ via/ spacio
sum introitū possident. Summusq̧ imꝑator at
q̧ consultor bonoꝝ omniū atq̧ potiorū iesus/
dissuasorq̧ sub interminatione malorum dixit
Intrate ꝑ angustā portā: q₂ lata por
ta et spaciosa via est que ducit ad per
ditionē: et multi sunt qui intrāt ꝑ eā.
Quā angusta porta et arta via ē que
ducit ad vitā: et pauci sunt qui inue
niunt eā. In apertione autē oris prima hui⁹
promulgandi sermonis/regnū celorum spiritu
pauperibus pollicitus est: et multis agentibus
recte varifarie loquēdo de beatitudie repromi
sit. Et ꝑ abundantiorē iusticiā monstrauit illud
posse cōprehendi: docuit petendū pro illo: et in
illo thesaurizare suasit: ante oīa ipsum quererē
statuit. Nunc ne aliquis erret ab imperitia: por
tam ostendit ⁊ viam/ vtrāq̧ fore omnino angu
stam. Minus em̄ in angustis: in spaciosis vero
erratur sepe atq̧ facilius. Lata porro est porta
⁊ via ꝑditionis vtiq̧ spaciosa: ⁊ multi gradiunt̄

intrantq per eas. Unde lata: Pernitiosa licētia vtendorum: qua quisq querit et vult omnibus vti pro libito voluptatis/ omni habenatione reiecta rationis et legis. Unde via spaciosa: Quia nullis coartata limitibus. Et illū gradiens vt appetit/ per devia queq tendit. Huius vie terminus/ huiusq porte ingressus/ tendit ad perditionē: eo demerito quo quis quer satus in perditis moribus/ saluantē abhorruit legē. Et multi quidē nō considerātes huiuscemodi finem et terminū/ primi aspectus atq ingressus amenitate delectati: per eas intrepide atq letantissime gradiunt. Tota ptinus e regione strata est via: constructa est porta que perducit ad vitā: cū animus dei legibus angit/ ne aliquid concupiscat illicitū: et habenatur corpus ne effluat in nimiū atq supfluū. Sed pauci q̄ querāt: et qui gradiātur et intrēt. Sed quod est seculi amatoribus latū et spaciosū/ ad patriam suspirantibus pernitiosū videtur. Et quod artum dicitur/ inspecto fine/ corde in dei amore amplexato/ promptissime gradiendū assumūt iuxta propheticū dictum: Uiā mandatorū tuorum cucurri: cū dilatasti cor meum.

De cautela a falsitatibus hominū et modo cognoscendi: secundū mattheum. Capitulum XLVIII

Ueritas et falsitas modis omibus aduersant: nec inter eas fedalicius aliquādo locū habet/ vt possit ad cōcordiā puocare. Una tñ clarescit ex alia: et cognoscit vna per alterā. Relucet peramplius veritas/ cū a falsitatibus impugnat. Inuincibilis quidē est: superari nequit. Suum contrariū atq emulam non sinit incognitum/ sed detegit et prodit. Ad cuius probationez falsitate vestitos omnipotens deus permisit insurgere. Et salvator oim dñs et magister suadet cautelam: ne falsitatibus hoies inuoluātur: et ne suscipiant falsa p veris/ dicens: [Attendite a falsis prophetis: qui veniunt ad vos in vestimentis ouiū: intrinsecus autē sunt lupi rapaces. A fructibus eorū cognoscetis eos.] Ad falsitatē cauendā satagit omis veritatis amator: et ne mo falli vult: Quis fallere querit et velit. Ad se ipsum illā dici quilibet amat: nō aūt omnis eadem lege refundit in proximū. Sed quoniā falsitas neglecta sepe a deo fecit diuortiuz: et penis innexuit q̄ p humana ora trāsfundit: ideo saluator a pphetis falsis premonet attendere/ id est custodire: qui moribus omnibus humilibusq verbis mansuetudinē et simplicitatē ouinam ostendunt: intrinsecus autē sunt lupi rapaces: ad raptū scz bonorū/ rerum quarūcunq delectabiliū inhiantes studentesq rapere per perā: nisi gratis acipiant/ falsi sunt.

Quod auditores et factores verborum christi inconcussibilem possident firmitatem: auditores vero et non factores ruine patebunt: secundum Mattheum. Ca. XLIX

Ualide virtutis sunt verba christi/ si deducant in actū. Nō tamē ociose audita conferunt auditoribus firmitatez. Magis autē eorū auditio: cum in factione ruinā in auditoribus operatur. Iusto tamē merito solidant: et iusto demerito depellunt in preceps. Non est firmitas/ sed infirmitas in hominibus: q̄obrem dicebat David: Miserere mei dñe quoniā infirmus sum. Ps. 6. Et Salomon: Homo infirm9 et exigui tpis. Sap. 9. Et ab hominib9 firmitas queritur: in reb9 a deo creatis nō inuenitur. Uerba christi ordinat ad firmitatē/ cum inuitant ad fidem: per quā homo fundatur in christo/ q̄ petra imobilis est: qr de est. Et petra erat xps. 1. Co. 10. Suadēt spem/ sz ī christo et p christū. Docēt quid diligāt p charitatē/ scz ipsuz verū et summū deū: sine quo oia sunt infirma et vanitati subiecta: cū quo cuncta solidant. Factio q̄dē verborū christi est/ vt ipsi adheream9: in ipso maneamus: ipsū diligam9: in ipso sperem9: ipsū vita et moribus imitemur: et efficitur firmitas que ab hominib9 querit. Hinc igit saluator ait [Ois ergo qui audit verba mea hec Mat. 7. et facit ea: assimilabit viro sapienti qui edificauit domū suā supra petrā. Et descendit pluuia/ et venerūt flumina/ et flauerūt venti: et irruerūt in domū illā/ et nō cecidit: fundata eñ erat supra firmā petram.] Ex situ firmitas est/ et ex virtute fundamenti quod est christus iesus: preter 1. Co. 3. quod alius ponere nemo pōt/ vt ait Apl's: qui prestat tuitionē ab omnib9 que possent inferre ruinā. Pluuia/ flumina et venti ad ea referuntur que spūaliter seu inuisibiliter concutiūt. Et nulla sapiētia in mentib9 et morib9 maior/ q̄ sic situari sicq fundari/ q nō possit cōcuti: et si cōcuti/ nō subuerti. Difficillimū quidē est/ imo impossibile nō tentari: sed ratione fundamēti certissimū atq facillimū est a ruina defendi. [Et omnis qui audit verba mea: et nō facit ea similis erit viro stulto/ qui edificauit domū suam supra arenam. Et descendit pluuia/ et venerunt flumina/ et flauerunt venti: et irruerunt in domū illam/ et cecidit: et fuit ruina ei9 magna] Omnis qui sup tpali b9 suā spem ponit saltem mēte nō auulsus a mūdo/ se ad pcipitiū coaptauit vitiorū atq penarum.

De admiratiōe turbarū sup mōtano sermone: ac ipsi9 sermonis excellētia: secundū Mattheum. Ca. L

Et factū est cum consummasset iesus Mat. 7. verba hec/ admirabant turbe sup doctrina ei9. Erat eñ docēs sicut ptātem habēs/ et non sicut scribe eorū et pharisei.] Perfecit iesus verba cōcepta p vocē extra sonantē: q̄ non fortuitu et improuise aut imptinenter seu incapaciter: sed ex nullo reprehēsibilia/ imo p oia cōmendabilia verba loquebatur. Quia vt alibi de ipso scriptum est: nunq̄ sic locutus est homo. Jo. 7. Admirabilis doctor: quoniam in omnibus fecit dñs admirabilē sanctū suū. Et nomē e9 ad

mirabile est in vniuersa terra. Et antequā nascereretur/prophetatū est q̄ vocaretur admirabilis. Admirabilis doctrina/sapientiā omnē cōplectens et excedens. Igit̄ merito turbe admirabant̄/audiētes doctrinā supra naturā/ supra intellectū et sensum/extra vsum et cōem docēdi modū. Sepe in euangelio lectitamus/q̄ doctrina iesu audientiū animos in admiratione suspendebat. Autoritatiue quidē docebat: qm̄ a deo patre oēm acceperat ptātem: et tāquā doctrine omnisq̄ sapientie conditor: nō tanquā alteri9 per studiū acq̄site sciētie p̄mulgator. Thesauri quidē erāt in eo oīs sapientie et scientie absconditi. Etiā alias admirate sunt turbe sup doctri-
Jo.7. nam eius dicētes: Quō hic scit literas cum non didicerit? Necnō iste sermo montanus per oīa excellebat. Hic q̄dē declaratio et repromissio beatitudinū. Hic meritoria exhortatio ad tolerātiā passionū. Hic descriptio apostolor/prelatorum atq̄ doctor. Hic ostendit̄ q̄ lex moysaica non soluit̄ per euāgeliū: sed per euangeliū magis implet̄. Hic prouocatio ad altiorē iusticie partē. Hic prohibet̄ q̄ nemini fiat iniuria/q̄ facta corrigat̄: et q̄ oībus mutua charitas debeatur. Hic omis homo instruit̄ qualiter viuat ad deū: qualiter se habeat ad proximū: et qualiter ordinatus maneat ad seipsum. Hic docet̄ quō fiat iusticia meritoria/ quid sit cauendū in illa. Hic instruimur quid orandum atq̄ petendum. Hic prohibet̄ omne quod animā turpiter grauat/quod corpus inaniter occupat. Hic homo inuitat̄ ad regnū/ et dat̄ ad perueniendum omne viaticum.

¶ Libri decimi de sermone montano domini saluatoris/Finis.

¶ Liber vndecimus disceptationū seu disputationū didascaliū domini saluatoris: cū hominib9/mulierib9/discipulis/ phariseis/scribis et i legeperitis/cum iudeis seu turbis/plebeis atq3 paganis.

¶ De disputatione habita cū samaritana: quid ad intelligentiā catholicā significet seu doceat aut precipiat p̄ pe mores: Secundū Joannē. Ca. I

Optabat: ordinabat/ faciebatq̄ christus rebus agēdis dare materiā: et nisi se ad agenda suscepta et a patre in:ūcta opera igessisset/ociosus erat ad iposita sibi ab eterno patre: tamē inde actuosus et per virtutē ociosus/quo se tenebat ad id quod v̄bū assumēs dirigebat assumptū. Cū ceteris peccatis etiā incuria hebetauerat humanū genus: vt nō intelligeret aut intelligere nollet infra quos malor et bonorū terminos teneret̄. Christus vero q̄ humanū genus in oibus bonis deꝑditis nobiliori mō reparatur9 aduenerat: p̄uenit oēs: parauit occasiones: vt primo querēs quereret̄: quesitus inueniret̄: inuētus teneret̄ et amaret̄: amat9 beatitudinē vltimā largiret̄. Sed quō quereret̄ nisi cognosceret̄? Quis nam q̄rit quod nō cognoscit? Quod si inueniret/ velut incognitū preteriret. Preit igit̄ cognitio ad debitū ordinē inquirendi et inueniendi. Et fortassis querit q̄s scire quod nescit: sicut q̄s veritatē et scientiā ignoratā q̄rit scire a doctorib9 et in libris. Et multa que ignorātur/ad scientiā inquirunt̄: sed hoc quidē quedā scientia preit. Nemo profecto q̄reret aliquid scire aut inuenire aut habere: nisi presciret bonā esse scientiā et veritatē/et vtile ad habēdū quod inuenire satagebat. Dignabat̄ ab hoib9 agnosci q̄ dignat9 erat pro hoib9 nasci: sed non q̄rebat̄ incognit9. Qui si de9 hō fact9 est/q̄s cognoscet eū? Quis nisi doctus ab ipso aut a spū scō potuisset ipsum agnoscere: aut cogitare presumpsisset q̄ tale bonum/ sc3 dei verbum ineffabiliter incarnatū aduenisset hoibus sup terrā? Proinde rōnis ordo poscebat/vt ipse ineffabili mō id preageret/vt p fidē cognosceret̄: deinde quereret̄/ post inueniretur/ inuētus amaret̄: amatus nō amati/sed iura seruaret amantis: cuius est beneficia impꝫtiri. Et ipse diligētes se diligit: sicut scriptura proclamat/dicēs: Et amat9 fit amans amoris officio: q̄ semp habuit dilectionē ab eterno: Igitur volēs in cognitionem venire/ vnius mulieris occasionē pretulit et preegit/vt cognosceret̄ vt cetera sequerent̄. In cuius typo ecclesia de gētib9 aduocāda erat: et ventura in cognitionē dn̄i saluatoris. Et eadē imagine oīs aīa saluāda erat digna saluari: sicq̄ gestū est. Oportebat iesum trāsire per samariā. Nō opportunitate cogēte/ sed decēte. Sua sibi volūtas opportunitatē faciebat/nō rerū euētus. Samaria ciuitas erat magna edificata ab amri rege israel in mōte: et ab ea tota prouincia denominata est: vnde dicti sunt samaritani nouē tribus et semis israeliticorū: qui secesserūt i regionē illā ab eo quo se deseruerūt altrinsecus tp̄e roboā filij salomonis: et remanentib9 in hierusalē/ et circa duabus tribubus et semis: sc3 iuda et beniamin et media tribu manasse. [Venit ergo in ciuitatē samarie que dicitur sychar: iuxta prediū/quod dedit iacob ioseph filio suo. Erat ibi fons iacob: iesus autē fatigatus ex itinere/ sedebat sic super fontem. Hora erat quasi sexta.] Ciuitas specialis et singularis illius prouincie samarie sychar dicebatur/ alio nomine sychem. Non tamen tempore iacob prouincia vocabatur samaria: q̄uis illius prouincie talis ciuitas sychar aut sychem vocaretur: in qua fuit famosa stupri et dolose circumcisionis historia. Regio/ciuitas/ possessio/puteus cum actionibus christi astruūt magna mysteria/ cōstituuntq̄ mores. Venit iesus vadens velut in peregre per terram peregri-

nationis humane in regionē samarie. Cōgruā
suis volūtatib⁹ ꝛ directionib⁹ ꝛ morib⁹ īfundē-
dis visitat ꝓuinciā iesus. Lana dñi interpretaꝛ
samaria: bonū/qꝛ lana: meli⁹/qꝛ dñi. Alba lana
colorib⁹ apta est/ vt colorarius disposuerit co-
lorare: Ipsa quidē diuinis colorib⁹ colorāda
erat: ꝛ hāc in aīabus aptitudinē iesus querit: vt
eius coloribus inducēdis apte subijciātur: ꝛ ita
sint domini ꝙ aliorū colorib⁹ nō fucenꝛ. Colo-
res eius multipices sūt facti ex varietate virtu
tū: nec oēs vnicolore vestiūꝛ: sꝫ vestimēta mul
ticoloria donanꝛ a dño: ꝑut est diuersitas/ nō
aduersitas moꝝ in his q̄ sibi seruire statuerūt
Sicut multa sunt in vno corꝑe mēbra: non tñ
eūdē actū oīa habēt: sic ꝛ multi hoīm stat⁹ sunt
in ecclia sancta dei/ velut multicoloria vestimē
ta. Sed aduertendū/ ꝙ pannus tinctus in lana
tenacius seruat colorē ꝙ̄ tinctus in filo. Pro-
inde a primeua capacitatis optimū est fieri la-
nā dñi: vt ipse coloribus sibi placitis nos colo-
ret. Ad tegumentū lana est ꝛ depulsionē frigo-
ris. Vñ autē his qui fuerint lana dñi: qm̄ dat
niuē sicut lanā: quia nō amplius tētari ꝑmittit
ꝙ̄ ipse ꝑterierit. Quod si aliqui tētationib⁹ im-
merguntꝛ/ ꝛ aduersitatib⁹ superanꝛ: nō fuerunt
vnꝗ lana dñi/ suis tingenda siue tincta colori-
ribus. Si vero aliā interpretationē sūpserim⁹:
ꝑāpli⁹ astruemur ad optimos mores: cōiūctio
em̄ dño dictū est. Hoc egit in principio de⁹/ vt
sibi homo iūgeretur: dedit beneficia ꝛ legē: et
leges apposuit ne separeꝛ. Uenit etiā plenitu-
dine tēporū: se hūane nature/ ꝛ hūanā naturaꝫ
sibi ex toto inseꝑabiliter ꝛ eterne coniungens.
Hāc ex effectibus hoīm moribusꝗ inq̄rit/ vt si
bi nectamur ne euertamur. Euerti porro non
possum⁹ si fide ꝛ charitate nature immobili cō-
iungamur. Et sua ꝑñtia visitat quos sibi noue-
rit in veritate coniūctos. Custodia dñi etiā sa-
maria nominaꝛ/ siue custodiēs dñm. Si ad chri
stū referim⁹/ ipse custos est dñi missus ad custo
Job.7 diam hoīm: hinc iob dicit: Quid faciā tibi o cu
stos hoīm? Si ad nos: et dñi custodes nos esse
oportet. Custodes dixerim non vt ipsum dñm
seruem⁹ a malo/ aduersus quē nihil pōt aduersi
sed vt ipsum custodiam⁹ in nobis/ ne intermissi
one vitiorū ac depulsione virtutū recedat a no
bis: non suo damno/ sed nostro periculo: Ema
nuel ē scꝫ nobiscū de⁹. Et ipse saluator asseruit:
Mat. Ecce vobiscū suꝫ vsꝗ ad cōsummationē seculi.
Proinde custodiam⁹ ipsum/ scꝫ nos in ipso: ne
velut nr̄am societatē ad displicentiā criminū et
delictoꝝ aspernat⁹ abscōdat. Et in ꝑadiso posi
tus ꝑm⁹ hō fuit/ vt custodiret illud: ꝛ nō custo-
diēs deū ꝑdidit: a quo expulsus est in hāc cala-
mitosam vitā. Et cū madatū ediciꝛ de custodia
vilis vasis: argumēto est ꝙ thesaurū preciosum
contineat. Mandatur homini atꝗ cōsulitur:
Pro.4 Omni custodia serua cor tuum: qm̄ ab ipso vi-
ta procedit. Cur cordis mādatur custodia: nisi
quia in ipso quiescit christus hoīm vera vita: ꝛ
ab ipso ꝑcedit vita/ cū credim⁹ christū vitam.

Corde em̄ creditur ad iusticiam: ꝛ cū ipsū iuxta
mandatū suū ex toto corde diligimus. Ciuitas
ipsa illius regionis nūcupata sychar/ ex sua in-
terpretatione aliq̄d mysteriorū/ actoꝝ atꝗ agē
dorū facit: q̄ penitētis ꝛ pnīe portat elogiū. Et
penitētiā venerat ꝑ̄dicare iesus: et pctōres ad
penitentiā vocare: qm̄ appropinquabit regnū
celorū. Amat christus penitētes: et eorū finib⁹
appropinquare non desinit: et in ipsorū agello
agitatur a siti/ scꝫ a desyderio plus valendi eos
quos ad prediū iosephinū/ ad augmētū scꝫ gra
tie et virtutū/ ad hauriendā alti putei aquā no
uerit ꝑuenire. Prediū erat quod multis retro
actis tꝑib⁹ hereditario iure iacob patriarcha
ioseph filio suo dilecto pre ceteris possessionē
tradiderat. Optima possessio ꝛ equissimo iure
firmata: quā viuens pater tradit ad filiū; et pre
ualet ad ceteros donatio inter viuos. Donator
et donatari⁹ interꝑ̄tatiōis decētia vere astruūt
quod a nobis christus inq̄rit. Supplātator ia
cob dictus est: ex eo ꝙ plantam vterini fratris Gen.25
nascēdo sequēs tenuit/ cū primo conat⁹ eū ꝑ̄ue
nire nō posset. Deceptionē interpretatio videꝛ
ostēdere: sed optimū est deciꝑe mundū/ carnē ꝛ
diabolū: occultis q̇ppe virtutibus deludūtur.
Et mores deducti ad alteraꝫ rerū partē: scꝫ ꝑ
toleratiōe malorū/ eternorū bonorū intuitu: de
ceptionē visibiliū rerū efficiūt: et q̇ se priuat il
larū amenitate: ne ab eadē male teneretur de-
lusus: et obstruxit inimicis inuisibilibus viā q̄
venire solēt ad decipiēdū aīas/ reb⁹ visibilib⁹ al
ligatas/ oīno fraudans suo malo desyderio te
tros hostes. Uiā illā dixerim voluptuosā ho-
minū volūtatē. Talꝛ deceptor/ talisꝗ deceptio
supplantator siue supplantatio filiū habere cui
possessionē largiꝛ ioseph: q̇ augmētū interpre-
tatur: insinuat appositionē/ q̄ ex virtutib⁹ q̇s au
getur illo augmēto inuisibili/ quo ante deū per
gratiā crescim⁹: et sequentia bona priorib⁹ ap-
ponūtur. Sed nequeūt ista fieri: nisi primo mū
dus/ caro/ diabolus/ cū sibi placitis vitijs sup-
plantenꝛ: et ex hoc augmētū et appositio virtu-
tū generātur et nascūtur: et fundū velut instru
ctū augmētū accepit a supplātatione malorū;
prediū scꝫ cū fonte fundente velut spūalis acti
onis agrū/ cuꝫ fonte aque sapientie salutaris;
qua potatur qui vere timet deū/ et facit bona: ꝛ
continet/ et vere iusticiā apprehēdit. Descripsi
mus locū ad quē christus fecit aduentū: nūc ve
ro quid christ⁹ egerit et dixerit intēdam⁹. [Je
sus autē fatigatus ex itinere/ sedebat su-
per fontē.] Quare fatigat⁹ iesus: virt⁹ dei est.
Non ex forma dei/ sed ex forma seruili. Uñ fati
gatus ex itinere: qꝛ nec subiugalib⁹ vsus ē. To-
tū et verū se hominē pandit/ cū ex itinere fatiga
tur: acsi nihil conferret solaminis vnita diui-
nitas. Itinerabat deus in hoīe: q̇ nullo moue
tur motu extra se: hanc dignationem exhibuit
increata natura quā assumpserat: et hic hō di-
uine ferebatur personat⁹ a verbo: illꝛ penalitati
bus reseruatis/ quib⁹ per oīa ver⁹ hō noscereꝛ;

Attamen creature rationalis liberande amor
ad fatigationē addixerat. Vere quidē ex itine-
re fatigatus: erant enī itinera nō competētia si
bi. Deus porro ver⁹ et homo ver⁹ et innocens
erat: nullo qdē iure sibi cōpetebat pede fatiga-
to itinerare p orbē. Quid sibi hierosolyma/ qd
iudea/ qd galilea/ qd samaria cū Iesu: vt ei⁹ pe
dibus calcarent? Quid iesus cū eis/ vt presen-
tia sua visitare dignaretur? Solū humani ge-
neris redēptio erat in causa/ talib⁹ iesu itineri-
bus vsq ad exercitiū crucis pēsida. Sz nec fa-
tigationē corporis vehi voluit aīalib⁹ delatoriis
nec leuiari ac desistere ab eūdo/ forte aīo ma-
gis q corpe fatigatus. Premebat qdē ad fati-
gationis auxesim nostrorū sarcina pctōrū/ quo-
usq illa portās ɔsumeret sup lignū. Assumpta
fatigatio illa erat volūtate tm/ nulla necessita-
te cogēte. Inqsitiu⁹ amor ei⁹ fatigarat mentē et
corpus eius: velut cōsueuit fatigare querentes
donec inueniret quesitū. Nondū iesus inuene-
Luc.15 rat hominē quē querebat: nondū ouis centesi-
ma reinuenta erat/ deductaq ad gregē: nec ac-
cēsa erat lucerna euangelica: cū qua drachma
decima quereretur et inueniretur in thesauris
dñicis recōdēda: fatigabat hoc itinere iesus/
donec cepta pficeret. Qui fatigatus ex itinere
huiuscemodi/ sedebat sic super fontē. Sic sede
bat quiescēs corpore: prout erat fatigat⁹ ex iti-
nere. Ex itinere laborē/ ex sessiōe quietē corpis
ostēdebat: nō qr deus/ sed qr homo erat. Ex as-
sumpto/ nō ex assumēte iste corpis situationes
aduenerāt. Hora erat quasi sexta. Descri
ptio ista tpis nō paruū mysteriū tribuit ad con
templandū. Nā sexta die factus est/ qua et pec-
cauit homo: ꝛ quasi hora sexta eiect⁹ de padiso:
et sexta etate mūdi reqsitus est: in qua sexta die
incarnatus/ ꝛ in cruce fixus et mortu⁹ est. Sup
fontē pfundorū mysteriorū dei et pfunditatis
scripturarū. Vere omib⁹ supersedet: oīa intelli
git: oīa nouit. Amor ei⁹ superdñat: reb⁹ nō sub-
iacet: et spūs ei⁹ ferebat super aqs/ velut amor
non subiacens rebus/ sed prelat⁹ existēs. Sede
bat super aque fontē/ velut nou⁹ magister no-
uā cathedrā tenēs docturus in in aqs. Aliter
iste moyses/ imo longe melior illo q fuerat assū
ptus ex aqs: ꝛ vox eius super aqs/ scz cōsecrā-
das ex verbo/ in qbus tinctis corporib⁹ aīe la-
uarent. Sedebat sup fontē velut auceps aues
rationales aucupaturus in retib⁹ verbi sui: in
qbus vna precapta index ad capiēdas alias fa
cta est: vt subsequēs series manifestat. Nec sic
ociosus est christi aduētus ad fontē: quē multa
fontis enigmata precesserunt: nā ad fontē ser-
uus abraā paranymphus isaac sibi vxorem re-
beccam accepit: qm ad baptismalē fontē chri-
sto aīa in ecclesia desponsat in eternū/ si fuerit
casta cōtubernatura cū christo: et spūssanctus
accipit ad fontē qui ascribitur in rebecca: et he
liseus sal misit in fontem/ vt sanaretur aqua: et
christus sua sapientia sanauit infirmitatē scien
tiarū seculariū et oīm pplorū: ꝛ in horto sponse
fons signatus erat. Et abūdantia terrenorū si-
gnet signo christi: vt oīa cū in vsum pueniunt
signent noīe sancto eius. Et ipse christus fons
venit ad fontem. Fons quidē est: inquit queru-
lando hieremias de populo hebreorū. Dereli- Hiere.2
querunt me fontem aque viue dicit dñs. Fons
aque viue christus: nec aliunde prouenit hoībus
aqua viua/ nisi ex ipso proueniat. Igit sedet ad
fontem cōmutaturus aquas mortuas in aquas
viuas: ad quas oēs sitiētes iam p pphetā inui-
tauerat. Oēs sitientes venite ad aquas: et q nō Esa.55
habetis argentū/ pperate et emite. Sedet sup
fontē aucupator nouus aucupium. Sequitur:
Venit ergo mulier de samaria haurire
aquā. Venit nescia quid futura: sed nouerat q
expectabat/ q eā predestinauerat quā vocauit.
Venit haurire aquā de fonte terreno: sz in mo-
dico hauritura erat aquas in gaudio de fonti-
bus saluatoris: venit ad fontē aque/ vt sitibūda
volucris: sed mox capienda reti diuino clamde-
stinato in terra hūanitatis assumpte: a quo se
nō potuit/ imo noluit explicari. A diuinis enim
retibus explicari est ad perniciē implicari: ipis
vero implicari est a reb⁹ noxiis explicari. Sed
anteq aquā hauriat/ capitur auis ista: qr presta
uit aures ad verbū: ꝛ celesti delectata sibilo im-
memorie potum dedit/ iam sue sitis oblita. Fit
ptinus in animab⁹ hoīm si patiēter audiāt su-
perne docentē et instruentē de superis noticia
q sint excedentia sensum: ꝛ de pfunctoriis quā-
to periculo suos amatores inuoluerāt/ q resili-
ant ab eis/ q amorē retrahant/ q se ad supna di
ligenda conuertāt. Preuenit istam iesus in ver-
bo anteq hauriret aquā. Nā ꝛ propheta dicit:
Misericordia eius preuenit me: que nisi pue- Psal.58
niret/ nemo illā consequeret. Dicit ergo ei Je
sus: Da mihi bibere. Ut sic series gesta texa
tur. Fatigatus sum ex itinere: quiesco lassus ex-
pectans si quis aquā ad hunc fontem hauritu-
rus accederet: Tu primo me hic sedente muli-
er aduenisti: sitio/ oro te da mihi bibere. Petit
qui daturus aduenerat: illā irretire desyderans
nō corporis sitim extinguere. Nec enī legimus
ipsum post oīa etiā potū aque ab illa sumpsisse:
nō sibi cure aqua illa erat. Et fatigatus ex itine
re refrigerabat in animarū potu/ non in illius
aque haustu. Inter sessionē christi et illius mu-
lieris aduentū discipuli abierāt in ciuitatem/ vt
cibos emerent. Erant enī in regione ab eis ex-
tranea/ in qua nec questu potuissent inuenire vi-
ctum: quia iudei et samaritani abinuicē discor-
dabāt: nec ob hoc paupertati christi ꝛ discipulo-
rū eius fiat ab improbis ꝛ euāgelii calūniatori-
bus aliqua impostura: qr denarios habebat il-
lud sacrū collegiū/ quib⁹ in alienis partib⁹ eme
rēt fulcimēta vite: nō ad voluptatē ꝛ p excessū/
sed ad necessitatē ꝛ ordinatissimū vsum. Et illa
pecunia si que erat/ non multa credēda est: nec
ex artibus aut ex commerciis seu de bonis he-
reditariis aut de possessionib⁹ seu ex censu ali-
quo/ sed de questu aut libera volūtate afferētiū

prouenisse. Christus nihil sibi vendicauerat in
ppriũ. Apostoli etiã cũcta reliquerãt sequẽtes
iesum: nõ tã pedibus q̃ moribus illũ ad possibi
le imitãtes. Multi philargyrici post christũ fu
erãt christianitatis charactere insigniti in ec-
clesia dei sine intermissione succedẽtes: quoruz
aliquos ego vidi cõcertãs cũ eis magna contẽ-
tione verborũ: qui vt eorũ auariciã ꝛ philargy-
riã pariter palliarẽt / christo et collegio sancto
eius diuitias ꝛ rerũ ꝓprietatẽ ex verbis euange
licis non sane intellectis nequiter apponebant
quod ita pperã dixerim sicut dicere christũ in-
decentia ꝛ incõpetentia sibi ex vitio posse com-
mittere. Et ex hoc loco scripture q̃ discipuli
emerint cibos / ꝛ ex loculis inde conati sunt ꝓ-
prietatẽ rerum tpaliũ in christo discipulis eius
astruere: nõ intelligẽtes ꝓprietatẽ nature cõdi-
te nõ vitiate / in qua dei fili⁹ humanitatẽ assum-
psit: ꝛ proprietatẽ legis que propter preuarica-
tiones posita est / sibi cõuenire nõ posse: sꝫ men
tita est iniquitas eis: et euanuerũt in cogitatio-
nibus suis: cũ omniũ diues propter nos factus
egenus extiterit. Sed reuertamur ad ordinẽ rei
geste. Petẽs christus aquam nõ accepit: sed ad
questionem ab illa inuitatus est. ⌊Dicit ergo ei
mulier illa samaritana: Quõ tu iudeus cũ sis:
bibere a me poscis / q̃ sum mulier samaritana?
Nõ eñ coutunꝛ iudei samaritanis.⌉ Ecce eñ
didascalatio ꝛ aucupatio cepte sũt. Aspectu / lo-
quela / gestu / habitu christus apparebat de ge-
nere iudeoꝝ: q̃ differebant a samaritis: quanq̃
iudei ꝛ samarite ab vno patriarcha iacob descẽ
dissent. Contẽplatur mulier virũ in admiratio-
ne facta: ꝛ cur sibi potũ querat interrogat: non
dedignata hoiem / sed admirata petitionẽ. Erat
eñ hõ iesus insigne quid in suis actibus et ser-
monib⁹ gerẽs: vt nemo nisi supbus ꝛ curiosus /
vt herodes: aut inuidus / vt sacerdotes templi
pharisei ꝛ scribe ipsum dedignarenꝛ. Proinde
hec mulier nõ aspernata virũ: sed anceps in pe
titione interrogat / dicẽs: Quõ tu iudeus cũ sis
bibere a me poscis / q̃ sum mulier samaritana?
Hic interpretationes nominũ ꝓpalande sunt:
qm̃ in intelligẽtia spũali iudea ꝛ samaria satis
ꝯueniũt. Illa cõfessio interptaꝛ / illa custodia: il
li cõfitẽtes / isti custodes. Cõfessio ꝛ custodia in
ꝓprietatib⁹ suis ꝓ sperãda vita in agẽda ꝯueni-
unt: magis quidẽ necessario requirunꝛ. Sed ex
alijs apparẽtib⁹ causis erat suborta discordia.
Fortassis in ꝓsagio futuroꝝ nescia facta est ista
mulier: vt interrogaret iesum: si iã tp̃us recõci-
liationis adesset / q̃ iesus aduenisset inter discor
des celebratur⁹ pacẽ. ⌊Rñdit iesus⌉ nõ ad mu-
lieris interrogata: vt rõnẽ sue petitiõis ostẽde-
ret / sꝫ ad interrogãda: cũ pri⁹ eũ mulier interro
Conuertit ad dominũ fides: incredulitas nõ venire non sinit aut auertit. Nectit fides: incredulitas late vagat̃: aut iugatum soluit. Fides verborũ altitudinem nõ veretur: quibus subiecta superfertur nõ terretur ab inapprehẽsibili: oĩa capit credens. Apprehẽsio naturalis e regione consistit ⁊ incredulitas gradit̃ in peruersum. Ipsi semet ipsos accusant/ꝙ nõ adheserũt ex corde in fide inuariabili: qui ex incaptibilitate verboꝝ retro cesserũt. Unde euãgelista/nõ saluator edisserit. Ex hoc multi discipulorũ abierũt retro: et iam nõ cum illo ambulabant. A christo deficere non est cũ quo fiat honestum fedus: ⁊ cũ repedatur ab ipso/non ad domũ aut ad quitẽ/sed in mortẽ itur. Etenim ipse vita. Et lapsus est ad errores veritate relicta: etiã ipse veritas cũ sit. Necnon per deuia queq̃ tendit/qui rectã deserit viam. Ipse quippe via fact⁹ nobis ad penitentiam. Ue igitur qui relinquũt iter rectum/⁊ vadũt per vias tenebrosas: sed qui retro cedũt/de dei regno desperẽt: quoniã nemo mittens manũ ad aratruz ⁊ respiciens retro/aptus est regno dei: quod se in ampliora extendẽtib⁹ nõ retrouersis datur. Peruile vinculũ est quod verba dissoluũt. Quid si adiecta tormenta fuissent? Nexus vtiq̃ fidei ⁊ amoris christi si verus extiterit/ex verbis ⁊ penis atq̃ tormentis etiaz interminãdo quis mortẽ peramplius innodat̃: ⁊ sub pressuris increscit: ⁊ eque vt verba deridet verbera. Sed pusillanimes sibiq̃ placẽtes/verborũ autẽ indignatione difficili seu impossibili ab intellectu puro nõ adiuuante fide aut dubietate/seu quomodolibet hebetudine restricti et territi retrospiciũt: ⁊ non ambulant mente/vita moribusq̃ cum eo: sine quo errat̃ et inciditur in latrones ⁊ vrsos: ⁊ nunq̃ optatũ deuenit̃ in terminum. Uelut in virtutib⁹ omniũ bonarũ actionum principiũ est fides: sic incredulitas excludens a bonis/in voraginẽ omniũ maloꝝ immersit. Nullus ꝙ pure fidei maior nexus: sed qui cito resiliunt/nondũ attigere illã fidei puritatem: aut non addiderunt fidei charitatẽ. Et nulla seiunctio remotior ꝙ infidelitatis/ et nõ adhibite charitatis. Abeunt ergo retro qui repetũt affectu peruerso ea que nõ odio dimiserũt: ⁊ in moribus perditis reuersant̃/quos iure reliquerũt. Abeunt retro/relabunt̃ in indirectionẽ voluntatis: qui regulari nolunt celestib⁹ disciplinis: cõtra quos petrus in epistola sua dicit: Si em̃ refugiẽtes coinquinationes mũdi in cognitionẽ saluatoris domini nostri iesu christi/his rursus implicati superãtur: facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius em̃ erat illis non cognoscere viam iusticie: ꝙ post cognitionẽ retrorsum conuerti ab eo quod illis traditũ est sancto mandato. Contigit em̃ illis illud veri puerbij: Canis reuersus ad suum vomitum: ⁊ sus lota in volutabro luti. Diuina librãte iusticia nemo hesitet deteriorem fieri retrorsum ꝯuersum/ꝙ non fuisse cõuersum. Qui em̃ semel improbabili ratione placuit: sine peccato inexcusabili displicere nõ potest. Est etiã manifestus error/a ratiõe mentẽ auertere. Et ꝙꝙ de mysterijs saluatoris ratio aperta reddi non possit: tamen ab ipso recedere nulla ratio suggerit: neq̃ suaderi potest irrefragabili argumẽto. Satis em̃ est ad sequelam eius nõ habere oppositam causam: neq̃ relinquẽdo propiciam.

¶ De discipulis qui electi a christo ipsum solum eligentes cetera cotẽpserunt: secundũ Joannem solum. Capitulum XX

Per interrogationẽ verbalẽ iesus suos discipulos experit̃ quid elegerint: ꝙuis corda omniũ sciret: sed ad confessionem oretinã trahit. Quod si corde ad iusticiã que per fidem est/credunt: oretinus exprimant quod sentiunt ad salutẽ: ⁊ vt pateat fides bonorũ per incredulitatẽ peruersoꝝ: ⁊ incredulorum eluceat peruicacia confessione fideliũ. Necnõ vt iesus prodat se agere libertate/nõ coactione voluntate/nõ necessitate: sicq̃ velle ipsi adherere volentes/⁊ permittere abire volentes: idcirco quibusdã recedẽtibus iesus ad duodecim est locut⁹. Dixit ergo iesus ad duodecim Nũquid et vos vultis abire? Joan.6. Quia recesserũt aliqui ob incredulitatẽ/in arbitrio proprio cõstituti. Sciens tamẽ latebras mentiũ ipsorum/illos interrogat si abire alio volũt: sicut illi abierũt: vt permittat abcessum. Ac si eos sermone tali alloqueretur: Meũ fuit vos recipere venientes/venire vestrum: meũ retinere discipulos: vestrũ est penes manere doctorẽ/ aut abire liberi vt venistis. Non cogo/non aufero libertatẽ. Uidistis que feci: audistis que dixi. Est ne sermo durus cũ precipit/ cum consulit/cũ iuste minatur/cum misericorditer pollicetur? Capit em̃ vester in fide intellectus. Est ne quid in causa? Uultis ne abire increduli: an mecũ manere credẽtes? Non ꝙ christus velit ab ipso celebrari diuortium: sed sinit vnumquẽq̃ suum placitũ querere: siue sic aut ne asseq̃tur: ⁊ libero vti arbitrio. Attamen ab his qui fide sibi intremula adheserunt dicitur: Nam respondit ergo ei simon petrus: Domine ad quem ibim⁹? Uerba vite eterne habes. Et nos credim⁹ et cognouim⁹: q2 tu es christus filius dei viui. Justam honestãq̃ desperationẽ porpter optimã ⁊ infallibilem spem apostoli ꝯsciuerant: cũ petrus respondit ꝓ omnibus: Dñe ad quẽ ibimus? Desperauimus de omni hoĩe: quoniã maledictus qui ꝯfidit in homine: ⁊ ponit carnem brachiuz suum. Et nolite sperare in principib⁹ in filijs hominũ/in quib⁹ nõ est salus. Et quis est qui nos eruat de potestate tenebrarũ: qui transferat in regnũ eternũ: nisi tu sol⁹ qui verba vite eterne habes? Et nos mente credimus/⁊ per miracula facta cognoui-

mus: ⁊ tu infudisti cordibus nostris fidem: quia
tu es christus filius dei viui. Supergrediuntur
apostoli hac ꝯfessione iudeos: qui tantū ioseph
⁊ marie filium asserebāt: dei filiū confitentes: in
quo solo spe omni alia derelicta/ ꝓ vita eterna
sperantes: vti dicerent: Et nos viuere in eternū
querimus: ad hoc satagimus vt in eternū viua
mus: igitur ad quē ibim9 vt viuam9? Ubiq3 do-
minatur mors: ⁊ si creatura est aliqua que non
moriatur/ vitā alteri ꝯferri non potest. Tu vita
⁊ apud te est fons vite: non transitorie/ sed eter-
ne. Uerba tua depromunt que sunt eterne vite.
Alias legimus petrū pro omnib9 apostolis con
fessionē de christo similem ꝓtulisse: nō per reue
lationem a carne aut a sanguine/ sed ꝓdoctus a
patre. Ita ⁊ hic non humana sapiētia/ sed diui-
na perfusus verbū confessionis salutifere eru-
ctauit. Sed ibi quasi ꝓ se locutus beatificatus
est: hic vero exceptionē vnius audiuit a confessi
one quā fecerat/ cum ꝓ omnib9 loqueret/ dicēs:
Et nos credim9 ⁊ cognouimus: nescientes vnū
esse diabolum inter eos: quē christus declarat
ex mala qualitate/ tacēs ex nomine. **Respon-
dit eis iesus: Nōne duodecim elegi:
et vnus ex vobis diabolus est?** Iesus
elegit apostolos: non ipsi dominū iesum elege-
rūt: sed electi vt salui fierent/ cōsenserūt: attamē
vnus qui nō consensit/ diabol9 factus est a seip
so: malicia/ nō natura. Utq3 vellet differere chri
stus: Non mirū si aliqui abierūt retro: quos nō
tanta prerogatiua dignitatis elegi: cū vos duo
decim pre ceteris insigniuerim: quos ⁊ aposto-
los nominaui: etiā inter vos vnus de electis a
me/ sed nō ante mundi constitutionē aut ab eter
no: quoniā non sic esset iam diabolus. Nec om-
nes hoc animo creditis ⁊ tenetis: quod ore con
fessus est petrus: cū inter vos vnus vestrum ex-
istat diabolus. Declarat autē euāgelista in scri-
bendo euangeliū quis hic fuerit: cuius nomen
christus semp tacuit. **Dicebat autē de iu-
da simonis scariothis: Hic enī erat
traditur9 eū: cū esset vn9 ex duodecī.**
Perspicuū est nō esse diabolū natura/ sed vitio:
cum a saluatore iudas sit diabolus appellatus:
qui fuerat electus apostolus. Timor cū caute-
la ꝯstruitur/ si homo potest sua malicia diabol9
fieri: cuius nomē horrendū est nominare. Uerū
tamen multi nomē exhorrent: sed facta diaboli
nō abhorrent. Sed tolerabilius esset diabolum
videre/ ꝙ esse: ipsum vexantē pati/ ꝙ fieri. Ac per
hoc si iudas ꝓditor a seipso potuit diabolus fi-
eri: quot igitur sunt deprauata mēte facti diabo
li? Quid igitur expedit diabolo spirituali/ vt ad
culpā homines tentet: si ipsi sibi homines facti
sunt demones? Nemo causetur aduersus inuisi
bilem hostem/ dicens: hoc mihi fecit diabolus
si homo a seipso est diabol9 factus. Et sicut pri
mus diabolus a seipso factus/ nō ab alio: sic ho
mo diabol9 nō fit/ nisi a semetipso. Non enī tra
duce naturali diabol9 a diabolo gignitur: neq3
eruditur arte/ manu seu aliquo instrumento: siue
a spirituali tantū/ siue a ꝯiuncto diabolo. Insit
igit hominib9 cautus timor ⁊ timorosa cautela
magis a seipsis ne diaboli fiant/ ꝙ ne a iā factis
tententur/ ꝙ ve socientur. Nam ⁊ in inferno cru
delior erit pena sua prauitate se videre diabolū
factum: ꝙ cunctos alios sibi habere adhibitos
ad tormentū ⁊ ad eternū consortium. Necnō ti-
mendo caueant ⁊ cauendo contremiscant: si qui
sint/ etiā si esse aliquid magni videant: ne effici-
antur ex peccato diaboli: cū audiunt diabolum
factum vnū ex duodecim discipulis filij dei: cui
non ꝓfuit christi presentia/ superna sibi declara
ta doctrina/ ⁊ apostolorū sancta societas: quin a
seipso efficeret diabolus/ cū alijs antiqs demo
nibus in eterno igne sociandus.

¶ De disceptatiōe habita īter iesum et phariseos et scribas sup mūdicia spiritus et mūdicia corporis: secūdū mattheū et marcum. Ca. XXI

Acti ab inuidia seu per odiū quod ꝓter
rationē est/ in alterū ardentes querūt
semp vnde calūnientur: ⁊ aduersus ex-
osum etiam in minimis captionis la-
queos tendunt. Ex iniquitatis incessu pharisei
⁊ scribe christū persequebant. Est etiā ⁊ peruer
sorū genus: qui omne quod agi vidēt/ alia lege
ꝙ agant/ reprehendūt: fastu presumētes omnia
debere fieri lege inuenta potius ꝙ diuina. Et si
diuine deferūt: quādoq3 audent ⁊ suas inuētio-
nes legi diuine cōponere: vt eadem censura ser
uentur. Sunt ⁊ qui omne quod nō agit eorum
sancionibus/ existimāt eis aduersum: necnō ⁊ au
thores in hostilitatē recipiunt: in quos verbo⁊
⁊ morum improbitate deseuiunt. Necnō ⁊ repe
riunt qui cultui corporis intēdentes/ sua interio
ra dimiserunt: quoꝝ omniū similitudinē gerunt
pharisei ⁊ scribe. De quib9 dicit: ꝙ **cum ve-
nisset iesus in terrā genezareth et fe-
cisset multa miracula: tūc accesserūt
ad eū pharisei: et quidā de scribis ve
nientes a hierosolymis. Et cū vidis-
sent quosdā de discipulis ei9 comu-
nibus id est nō lotis manib9 mandu
care panē/ vituperauerūt.** Nihil faceti/
nihil vrbanū/ nihil ad cultum corporis/ nil alie-
nis oculis placitū suos discipulos christus do
cuerat: sed omnē mundi corporis contēptum:
vt etiā mensam in contemptu corporalis mun-
dicie ponerent: panem seu cibum illotis mani-
bus manducātes. Regni celorum vrbanitatem
docebat iesus: ⁊ animarū nitiditatē/ non corpo-
rum baptismata predicabat. Et interioribus fu
is intenti/ exteriorē cultum per om̄ia paruipen-
dunt. Et argumento fit ꝙ exteriorib9 deditu sua
interiora spreuerunt. Exteriora spernentes, in-
tima ornare conantur: in ipsisq3 delectātur. At
qui si aliquādo ꝯtingat extra in aliquo fieri/ pe
naliter sunt: cito ad intima sua redeūt que virtu
tibus colūt: sed exteriorē corpis incuriā in alijs
vituperāt: illā in semetipsis amātes. Laudet ꝗ

diuinũ magisterium pro supernis: ⁊ discipuloꝝ
humilis obedientia in agendis. Et e regione
sunt qui exteriora sua magis ꝙ̄ sua interiora co-
lunt. Pharisei enĩ ⁊ omnes iudei nisi crebro la
uerint manus/nõ manducant: tenẽtes traditio-
nem seniorũ: ⁊ cum a foro veniunt nisi baptizen
tur/nõ comedũt. Et alia multa que tradita sunt
illis seruare: baptismata calicũ ⁊ vrceorũ ⁊ era-
mentoꝝ ⁊ lectorum. **Et interrogabant eũ
pharisei et scribe/dicẽtes: Quare di-
scipuli tui transgrediũtur traditiões
seniorũ? Non enĩ lauant manus/ cũ
panẽ manducãt.** Ecce cult⁹ corporis: ecce
nitor exterior: ecce mũdicia inutilis ⁊ baptism⁹
sterilis. Ordinationes ⁊ cerimonie traditiones
ꝙ hominũ sunt iste/nõ dei: nullo modo diuinis
exequende preceptis: etiã si multa vtilia cõtine-
rent: cũ nihilo sint pendende: ꝑ eo ꝙ diuersa ba
ptismata corporũ ⁊ vasorum maculas internas
nõ abluunt: sed habent quandã iocunditatẽ fo-
rinsecam ⁊ perfunctoriã/incompossibilẽ ad vir
tutẽ: necnõ ⁊ duntaxat humane sentientes: quia
q̃ corpori ꝯgruunt/ ꝑ decreto ⁊ lege suscipiunt:
id agẽtes vt velut edicta diuina seruẽtur. Ideo
audacia improba doctorem ⁊ discipulos argu
unt/dicẽtes: Quare discipuli tui transgrediunt
traditiones seniorum? Si discipuli: ergo ex do
ctrina magistri aliquid negligũt agendũ/aut ne
fiendum cõmittunt: discipuloꝝ culpa potius re
funditur in doctorẽ. Causam interrogant/nõ vt
laudent: sed si assignatur vt improbẽt: ⁊ causam
habeant ꝯtra eum. Sed que talis transgressio:
Non enĩ lauant manus cũ panem manducant?
Querit inuidia in minimis calumniã aduersus
quẽ agitur. Quid enĩ habebit delicti aut crimi
nis mãducans illota manu? Ad seipsum horror
illius lotionis erat. Et si forte ad cõmensalem:
plus erat tolerare aliquãdo infirmũ membro di
minutũ/⁊ quod pamplius morib⁹ spurcũ/ꝙ̄ ma
nibus illotum. Non enĩ lauant manus cũ panẽ
manducãt: quoniã iam translati erant ad chri-
stum a cerimonijs iudeorũ: qui nõ exteriora/sed
interiora docuit baptizare. Indicio erat sane
sapientibus ꝙ celestis magister celestisq; doctri
na: ⁊ ꝙ in illa iam discipuli facti erãt/subinferẽ-
tes omnẽ corporis curã carnisq; nitorem. Con-
templandũ est multo mentis intuitu in ꝓcessu
huius almi regis: cũ quibus cõmilitonibus qui
busq; familijs graditur: ineptis ad humana/et
nulla mũdialitate fulgẽtibus/sed regno dei ap-
tis. Sed iste sua doctrina ineptos ad ista ꝑ illis
aptos effecerat: ꝙ̄uis etiã tales elegerit: vt ab
ipsis primorib⁹ rudimẽtis rusticitatẽ potius ꝙ̄
facetiam redolerent: ad struendã hanc fidez: vt
omne quod agebat/crederetur apolum/nõ hu-
manũ. Jesus attamen summ⁹ apologeticus nõ
respondet male quesitis/sed per inexcusabilem
culpã recompingit querentes. **Ipse autẽ re
spondẽs/ait illis: Quare et vos trãs
gredimini mandatũ dei propter tra
ditionẽ vestram?** Sunt traditiones ⁊ man
data hominũ que diuinis congruũt ⁊ conferũt/
vt seruent: ⁊ hec tenẽda sunt. Sed sunt que nec
conferũt/nec auertunt. Horũ nec in obseruati-
one premiũ/ nec in preuaricatione demeritũ in
conspectu summi iudicis omnia iudicio infalli
bili decernẽtis: nisi ab instituentib⁹ ex authori-
tate pro ꝑuaricatione pena realis seu ꝑsonalis
esset apposita. Sunt que obseruata infringunt
diuina: virtutemq; depellunt. Hec sub quacũq;
interminatione penarũ/etiã mortis seruãda nõ
sunt: ⁊ statuentes ꝯtẽnendi/reprehẽdendiq; fa-
ctores. Itaq; iesus arguit phariseos: Que sunt
studiosius obseruanda ꝓcepta: diuina an huma
na? Liquet quia diuina. Vos igitur impingitis
in discipulos meos transgrediẽtes traditiones
seniorũ: que absq; culpa trãsgredi possunt: ⁊ nõ
confundimini penitẽtes ꝙ ꝓpter istas traditio
nes diuina mandata contẽnitis: que preter dei
offensam nulla possunt ratione contẽni. Ordi-
nauerunt propter auariciam ⁊ cupiditatẽ: ꝙ filij
iuxta preceptũ domini nõ honorarẽt parentes:
eo videlicet honore quo subueniendum est eis:
cũ necessitas adest ⁊ vrget inopia: quod quidem
ordinauerãt sub falsa specie pietatis: vt a parẽ-
tibus subtracta necessaria munera deferẽtur in
templũ/in vsum philargycum sacerdotũ. [**Nã
deus dixit et moyses: Honora patrẽ** Exo.20. Deu.5.
tuum ⁊ matrẽ tuaz. Et qui maledixerit patri vel
matri/morte moriatur. Vos autẽ dicitis: Qui-
cũq; dixerit patri vel matri: munus seu corban
quod est donũ quodcũq; est ex me tibi ꝓderit: ⁊
vltra non dimittitis quicꝙ̄ facere patri suo aut
matri/recidẽtes verbũ dei ꝓpter traditionẽ ve
stram quã tradidistis: ⁊ similia huiusmodi mul
ta facitis.] Introducit iesus disceptãdo expli-
citum a deo ⁊ a moyse ꝓceptum: vt culpa pateat
ex contẽptu. Erat in lege dei ꝓceptum ꝙ paren
tes honorarent a filijs omni honore: quem filij
ſm honestatẽ possent exhibere parẽtibus. Sed
traditio humana cupida ⁊ auara id egerat: vt in
honore debito a filijs fallerẽtur: ⁊ si nulla expo
sitio adderetur in litera ꝙ sic erat: sufficit patro
na sententia saluatoris: qua colligitur ꝙ tradi-
tionibus hominũ dei ꝓceptum venerat in con-
temptũ. Sed nec insistendũ textui literali: quo-
niã aperiendo singula multa explicatio sequere
tur. Sed ex accepta rei sententia vtraq; veritas
pateat: litere videlicet ⁊ rei geste ⁊ perperã ordi
nate: ꝙ filij quicquid poterant accipere atq; sub
trahere parentibus: necnõ lucrum ꝓprium par
tum labore manuũ/ seu quocũq; studio: nõ dare
tur in subuentione parentũ: sed deferret in cor-
bonã templi: de qua scriptum alibi est de precio
relato per iudam. Non licet eos mittere in cor- Mat.27.
bonan: quia ꝓcium sanguinis est. Erat autẽ cor-
bona vbi ponebat in tẽplo pecunia sacerdotũ.
Sed ex tali traditione nõ cõfundebant: ꝙ mit-
tebatur quasi furtũ quod de lege nature de iure
legis moysaice a deo date/a filijs ꝑ subuentione
parentibus debebat: ⁊ rescindebatur ꝓceptum
quod erat de honore parentũ. Et multa contẽ

nendo diuina mandata faciebant/que saluator
ꝓtulit: sed eos ad cōsyderationē remisit intror-
sum. Exinde sequit: Hypocrite bene pro-
Esa.29. phetauit de vobis esaias/dicēs. Po
pulus hic labijs me honorat: cor aūt
eorū longe est a me. Ad confutationē iu-
deorum ⁊ eoꝝ reuerberandā calumniā/ priscoꝝ
testimonijs vtitur ꝓphetarū: non ꝙ eoꝝ sit ma-
ior aut equalis in docēdo authoritas: sed quia
iudei prophetis ꝑteritis credere fatebātur: sed
non christo/ quē persequebant vt nequā. Et pre-
sertim ꝓfert saluator testimoniū esaie: qui aper
te ꝑdixit maliciam iudeoꝝ: que in hypocrisi ma
xime fundabatur: sed que interiorib⁹ derelictis
tantū exteriora coli: nihil veritati afferens/sed
vanitati: existere negligentes solū apparere fe-
stinant. Profitetur labijs quod est rationis atq̄
virtutis: cor vero e regione consistit: ⁊ quod ex
ercrandū peramplius/longinquā a virtute in-
colit regionem. Erat hoc vitium iudeoꝝ: est ho-
die peruersoꝝ fidelium: qui christū tantū labijs
confitentur: cor aūt eoꝝ a christo recedit: male
vadens in peregre: nō motu corporeo/sed irre-
gulato affectu: in remotā a deo per vias non bo
nas patriā vitioꝝ: immo sic concito gradu per
git: quousq̄ in obliuionē dei veniatur: qua nul-
la regio remotior est a deo. Sed ait propheta:
Ps.49. Intelligite qui obliuiscimi deum: ne quādo ra-
piat ⁊ non sit qui eripiat. De corde longe facto
deus cōqueritur: ⁊ cor maxime custodire iubet:
cor exquirit: cor informat ⁊ instruit: cor iubet ex
coli/minaturq̄ sibi. Arguit cor hoim tanq̄ fon
tale malū: vbi nequicia ⁊ omnis malicia incipit
Ps.4. ⁊ desinit/inquiēs per ꝓphetas: Filij hominū vs
Ps.77. q̄quo graui corde? Et iterū: Cor autē eorum nō
Hiere.7. erat rectum cum eo? Et hieremias dicit: Abie-
Hiere.18. erunt in prauitate cordis sui. Et alibi: Ecce
vnusquisq̄ ambulat post prauitatez cordis sui
Prouer.4. mali. Et a custodia obseruari ꝑcepit. Omni cu-
stodia serua cor tuū: qm̄ ex ipso vita ꝓcedit. Et
Prouer.23. querit ipsum ꝑ ceteris que in homine sunt. Fi-
Eccl.2. li prebe mihi cor tuum. Instruit: Deprime cor
Esa.46. tuum ⁊ sustine. Nil tam excolendū iubet. Redi
te preuaricatores ad cor. Eidem fit seua/sed iu-
Eccl.2. sta cōminatio scripturaꝝ: Ue dissolutis corde.
Prouer.17. Et qui peruersi est cordis/nō inueniet bonum.
Sed hec est ꝑuersitas peruersitatū/cum se elon
gant a deo: sed vanitas est atq̄ penitus euane-
scit/labijs honorare deum: ⁊ ab ipso prodire in
longū. Unde sequitur: Inuanū me colunt
docētes doctrinas et precepta homi
nū. Derelinquētes eni mandata dei
tenetis traditiones hominū: baptis-
mata calicū et vrceorū: et alia his si-
milia facitis multa. Non habet frugē bo-
ni operis dei cultus in verbo aut opere simula
to: si hominū doctrina porrigit ⁊ tenetur: ⁊ mā
datum dei relinquitur/ quod refragari nequit.
Mandatū quippe hominū cordi fieri non po-
test: ad exteriora hominuz fit: sed intuitu vario.
Dei vero mandatū cor primo suis calcarib⁹ an-
git: suisq̄ loris habenat: ⁊ sua scopa terit: tradi
tio quidē hominū vasa baptizat a fece. Et cō-
uocatis ad se turbis/dixit eis: Audi-
te et intelligite. Nō quod itrat in os
coinquinat hominē: sed quod proce-
dit ex ore hoc coinquinat hoiem. Si
quis habet aures audiendi/ audiat.
Cauet prouidus doctor ne simpliciores ab astu-
tis fallantur: ⁊ ne suscipiāt falsa pro veris. Hoc
eñ precipuum habeat qui preest in doctrina; vt
suo studio satagat: ne minus capaces pro veris
falsa suscipiant: ne aliquo fallant errore: ne sub
specie pietatis impie agāt: ne virus animas ne-
cet peruersoꝝ dogmatū. Prestruit hoc saluator
cū turbas premonet/ne innitentes exteriori mū
dicie intus surdidi fiant: cū exteriora ⁊ corpora
lia/interiora ⁊ spūalia maculare non possint.
Immaculabilis est eñ omnis anima ab omni
alio corpali seu spūali/ preterq̄ a seipsa. Ueruz
quia verbū non videbatur vsq̄quaq̄ plebeium:
ad intellectualē consyderationē iesus prouocat
auditores. Si quis habet aures audiendi/au-
diat: videlicet vt intelligat ⁊ caueat. Frustra est
auditus verboꝝ/si non sequitur intellectus. Ad
nihilū valet verborū intelligentia/ si cautionē ⁊
ꝓhibitionē aut actionē insinuat: si tranduntur
neglectui. Actiuū esse debet ad vtrāq̄ partem:
quod tanto studio audiendi edicit.

¶ De scandalo exorto suꝑ eo quod
iesus phariseis et scribis veritatē di-
xerat: ꝙ populus hic labijs me hono
rat: secūdū Mattheum et marcum.

Capitulum XXII

Quorū cor elongatū est a deo/⁊ a veri-
tate seiunctū est: ⁊ velut emuli eius scā
dalizant in illa: cū edixerit detegens
quod sub vmbra velabat. Et quoniā ex verbo
saluatoris scādalizati sunt pharisei: discipuli ve
lut pauidi aut ignari quare iesus scandalizaue-
rit/seu ꝓ cautela dominū ⁊ magistrū adierunt.
Tunc accedētes discipuli eius dixe- Mat.
runt ei: Scis/qr pharisei audito hoc Mar.
verbo scandalizati sunt. Accedunt disci
puli ad magistrū: vt dicāt aut enūcient que sen-
tiunt inter eos vulgari. At ille respondēs
ait: Omnis plantatio quā non plan
tauit pater meus celestis/eradicabi-
tur. Mirū dictū ⁊ expositione indigēs. Nihil
eñ est quod pater nō plātauerit. Plantauit pa-
radisum voluptatis a principio: ⁊ hoies posuit
in eo: ⁊ pctm̄ ibi est ⁊ delictū. Plantauit vineā
istam/videlicet synagogā: quā transtulit de egy
pto in hierusalē: ⁊ ipsa reproba facta est. Omnia
deus pater fecit: ⁊ valde bona fecit: et nihil est
quod ipse nō plantauerit. Quid igit est aut quo
sensu dicitur ꝙ sit/aut possit esse plātatio quam
non plantauerat pater: ⁊ ꝓpterea prope in era-
dicatione futura. Ex superiorib⁹ pendet gratia
verbi: vt plātatio nō a patre sit illa humana tra
ditio contra mandatū dei: ⁊ illa vita hypocrita
lis qua deus pater solis verbis ex ore colit: cor

vero taliũ nõ est rectum cũ eo: nec fideles inueniunt in testamento sancto eius: ita quod siue in doctrina/in traditione dicit/in vita et moribus agit: si a patre a quo cuncta bona pueniunt/ nõ iacitur: aut ei quomodolibet aduersum extiterit eradicabitur. Liquidum em̃ est non esse patris plantationẽ si quid ab hoïbus traditũ est in sui preuaricationẽ mandati: nec hypocritarũ congregationẽ esse a deo: quia ipsorũ congregatio sterilis: ⁊ qui veritatis colũt imaginẽ/nõ ipsam diligunt animo aut sequũtur moribꝰ veritatem: que oïbus pferenda: quã deus in oïbus diligit: ⁊ ipsam pcipue ab hoïbus querit. Sic enim scriptũ est: Quoniã veritatẽ requirit dñs: ⁊ retribuet habũdanter facientibꝰ superbiã. Si requirit veritatẽ/punit supbiam: que in hypocrisi eidem aduersatur. Sed nec magnopendendũ/ immo nihilopendendũ est scandalũ peruersorũ: si ex iusta reprehensione scandalizant. Etenim adijciunt peccata peccatis: vt ea sint adiecta peccata ꝙ nolunt corrigi/ꝙ male acta tueantur/ꝙ excusent. Sed peius quidẽ nolle corrigi/ꝙ prima fouea peccatorũ: a qua nemo nisi corrigi velit/eruitur. Peruersi autẽ difficile corrigũtur. Deleti quidẽ sunt siue nõ scripti in libro vite/qui de veritate scandalum sumũt: qui sermonibus nõ acquiescũt: qui correptioni rebelles existũt. Nec relinquenda doctrina verorũ atq virtutum pro scandalo peruersorũ: maxime cum fuerit publica/nõ priuata: ad plures/non ad vnum edita: ad totam concionẽ/non ad singularem. Proinde sequit: Sinite illos: ceci sunt et duces cecorũ. Permittite illos scandalizari/ait dominus: quoniã a mẽtis cecitate detinent: nolẽtes respirare in veritatis lucem. Scandalũ est oculis maculatis lux: sed nec obtegenda ppter eos: nec ppter puersos veritas obmittẽda. Ceci sunt/cecum habent sequẽtem cetum: duces ceci in pceps vadunt: precipitio adijciuntq sequentes. Sed si ceci/quõ duces? Si duces/quõ ceci? Si populus cecus/quõ sequit? Si sequitur/quõ cecus existit? Ex voluntaria ignorantia cecitas ducũ erat: plebeiorũ vero ex ducibꝰ creditis sapientibus atq vidẽtibus causabat. Sed illorũ infelicior/ istorũ culpa leuior erat: semp quidẽ diuina iusticia decernente: ꝙ culpa grauior eorum qui peccant malo pcognitoq proposito: ⁊ ignorantiã possident pertinacẽ: quã festine possunt depellere: ꝙ eorũ qui delinquũt doctrina seu exemplo maiorũ: ⁊ ipsorum studio ab ignorantia sunt detenti. Sed quibus culpa grauior/acerbior pena erit. Uerũtamen huiuscemodi ducatus sine vtriusq partis pena nõ agitur: quoniã cecus aũt si ceco ducatũ prestet: ambo in foueã cadũt. In foueã/scz culparũ atq penarũ: qr iusto dei iudicio fit: vt vnusqsq cadat foueã quã facit. Ille mali ducatus/iste sequele puerse: sed illiꝰ magna/istiꝰ aratiũcula erit. Maior culpa ducis deniq in pcipitijs ꝙ sequẽtis: sic ⁊ pena pfundior/⁊ illius mitior erit multatio.

¶ Determinatio iesu in ista disceptatiõe/ quid sit et quid nõ quod habet hominez maculare: ad interrogationẽ discipulorũ in responsione data: secundũ Mattheum et Marcum.

Capitulum XXIII

Tarditas intellectus in his que dicebãtur/ipsos discipulos detinebat: vt non intelligerent quod a christo phariseis ⁊ scribis atq plebeis ceteris dicebat. Et arguenda est tarditas intelligẽdi/cũ crepitat doctor Futura tamen cito intelligentia est quod cũ nescit erubescẽtia interrogare nõ phibet: et amor sciendi/interrogãdi pstat audaciã. His itaq auditis [cũ iesus introisset ĩ domũ a turba/interrogabãt eũ discipuli eiꝰ parabolam. Et aliter. Rñdẽs autẽ petrꝰ/ dixit ei: Edissere nobis parabolã istam. At ille dixit: Adhuc vos sic imprudẽtes ⁊ sine intellectu estis? Non intelligitis/qr omne extrinsecus introiens in hominẽ/ non potest eũ coinquinare: quia nõ introit in cor eius/sed in ventrẽ euadit? ⁊ in secessum emittit purgãs omnes escas?] Seorsum a turba discibilius est interrogare magistrum: ne turba turbans inquietet vnã ⁊ reliquã partem. Et licet mẽti ⁊ ori christi nulla possent impedimenta puenire: tamẽ discipuli poterãt impediri. Aptius nobis astructũ est: vt a turbis semoti cum deo patre/cum iesu filio eius nostra negocia expediamus: siue querẽdo scientiã/siue postulando virtutẽ aut expediens. Arguit christus imprudentiam insistentem ⁊ carentiã intellectus: quoniã que dicebantur/erãt omni rationabiliter sapienti perspicua: nec in cunctationẽ vertenda: ex eo quidem quod ab extra ingrediens corpus/nõ maculat animã: que habet existere preter corpus: ꝙuis cũ creatur/infundatur in corpus. Et macula criminosa nõ est ex corpore fedo/sed ex anima feda: que non fedat escis/sed vitijs voluntarijs. Non em̃ substantia incorporea corporeis substantijs attingitur: vt fedetur aut emũdetur: ꝙuis lauetur baptismo/ nõ ipsaz sed corpus attingẽte: et deprauata patiatur per diuinã iusticiam a corporeo igne. Sicut corpus non habet ipressionẽ ab aliquo existente nõ corpore solido siue diaphano: ⁊ capax non est sciẽtie siue virtutis: sic spiritualis substantia receptaculũ non est escarum corporearũ turpantiũ aut eorũ que a corporalibus possent mũdare cõtagijs/aut aliquid inferre sensibilis ornamenti: Corpꝰ ɔtactu siue sensu se habet ad alia corpora: minime autẽ eodẽ modo ad ea que omnino spiritualia sunt. Nam ⁊ lux ⁊ ventus cũ quodãmodo spũs dicatur: spiritus ṽo non sunt: etem̃ quid corporeũ habent. Spiritus ṽo neq ad corpus/neq in aliqd in natura sui simile sensu coniungitur. Non em̃ anima corpus sentit/sed cognoscit: corpus vero animã non sentit/ sed per eam corporalia sentit: neq per eã cognoscit: sed eo anima vtitur ad cognoscendũ: velut instrumento inclusa in ipso: separata quidẽ cognitionem ampliorẽ habebit suo a deo indito modo/

Mat. 15.
Mar. 7.

nõ corporali vitio. Ac per hoc sicut diuersa sunt
nec eiusdẽ nature corpus et spiritus: sic diuersa
sunt que vtrũq; mundant siue deturpant. Cura-
tio quidem corporis qualiscunq; sit / non ptinet
ad virtutem: neq; vitium habet: nisi cũ rationa-
lis virtus ad illam cũ dei lege aut preter dei le-
gem accesserit. Interiora hominis spiritualia
colenda sunt ⁊ ornãda spiritualibus ornamen-
tis: ⁊ hisdẽ ornamentis fulcienda: exteriora qui
dem solum necessitate: nõ voluptate / sed vanita
te colenda sunt. Sed nedum illotio coinquinat
immo nec sumptio quorũcunq; ciborũ hominẽ
maculat. Nec obstat quorundã aĩaliũ ad esum
ꝓhibitio facta in veteri testamẽto / in figura fu-
turoꝝ: cum facta nõ sit velut de re mala que ma
culare iumentem hominẽ posset: sicut nec arbor
scientie boni ⁊ mali / tanq̃ mala ꝓhibita est: sed
vt hominis ad deũ quedã obedientia conserua
retur. Omnia quidẽ creata sunt: ⁊ omnia entia
bonitatẽ possident naturarũ. Scriptum est eñ:
Eccl. 39. Opera domini vniuersa bona valde. Et ibidẽ:
Bona bonis creatata sunt ab initio. Quoniã
apostolus arguens quorundã errorem de absti
nentia ciborum velut de re mala: cõtradicit / di-
1. Timo. 4. cens: Omnis creatura dei bona: ⁊ nihil abĳci-
endũ quod cum gratiarũactione accipitur: san-
ctificatur eñ per verbũ dei ⁊ orationem. Et ad
ad Titũ. 1. Titum: Omnia mũda mũdis: coinquinatis aũt
⁊ infidelib9 nihil est mundũ: sed inquinate sunt
eorum mentes ⁊ conscientie. Non ergo aliquid
extra positũ siue sumptũ potest hominẽ coinqui
nare: cũ non ingrediatur ad cor / sc; ad substan-
tiam anime spiritualẽ: sed in ventrem corporeũ
corporalis cib9 ingreditur: ⁊ ad secessum dige-
stus aut ingestus traĳcitur: ⁊ purgatio fit esca-
rum virtute nature: quarũ alique cõuertũtur in
substantiã corporis: eĳciuntur quedã iure dige-
stionis. Sed maculã ingerunt homini crimino
sam ea que de corde male deliberante ꝓcedũt:
sic eñ saluator hãc sententiã terminat. [Que
procedunt de ore / de corde exeunt: et
ea coinquinant homines. De corde
enim exeunt cogitationes male / ho-
micidia / adulteria / fornicationes / fur
ta / falsa testimonia / auaricia / nequi-
cie / dolus / impudicitia / oculus malus / blasphe-
mia / superbia / stulticia. Omnia hec mala abin-
tus ꝓcedunt: et hec sunt que coinquinãt homi-
nem. Non lotis autẽ manibus manducare / nõ
coinquinat hominẽ.] Ecce saluatoris sentẽtia
irrefragabilis super his que possunt hominem
maculare: que de corde ꝓcedũt in actum. Nam
in corde fit electio dicendorũ ⁊ agendoꝝ / bono
rum siue maloꝝ. In corde deliberatio / cur / quã
do / quomodo procedat in opus. Q; si in corde
prius ista nõ fierent: nec bonũ opus p̃mium / nec
malũ supplicium sequeretur. At vbi per perpe-
ram in corde inuisibiliter sancitũ est: egressio ad
actiões maculas habet: vnde coinquinatur ho
mo culpabilis factus coram deo detestante hu-
iuscemodi actiones; ⁊ sua lege probibente ne p
electionem fiant. Non quidẽ incuria corporis
quã nihilo deus pendit / homini inquinationem
apponit: quoniã e regione christus ad sequelam
suam squalidã ⁊ incultam asperãq; celestium ap
petitores inuitat. Et orthodoxa ecclesia fidelis
q; anima non sic a sponso se factam in exteriori
bus cognoscit incultã: gaudens in interioribus
pulchritudinẽ virtutum habere: sicut in epitha
lamitis legit: Nigra sum / sed formosa filie hie Cantic.
rusalem: sicut tabernacula cedar / sicut pelles sa
lomonis. Nigredinẽ atq; corporis incuriã exte-
rius se fatetur habere: sed formositatẽ interius
Et psalmista cõsonat: Omnis gloria eius filie Ps. 44.
regis ab intus in fimbrĳs aureis. Uerũ quia de
us tales querit: omnes a sinistra consyderatiõe
auertit: non culpam esse incuriã exteriorem: neq;
innitendũ illi. Nolite consyderare q; fusca sim: Cantic.
quia decolorauit me sol. Si sol iusticie decolo-
rat: si non iubet / magis autẽ reprehendit exteri
orem corporis curã: quid est q; illa obmisisse as-
scribi posset ad culpã? Unde ex hoc turpitudo
in natura: vnde macula in persona: vnde coin-
quinatio in rationabili creatura? Sepe sordes
exteriores testimoniũ sunt virtutis: ⁊ nõ curata
cutis arguit honestatẽ: ⁊ sine nota criminis im
pertinens nõ agitur cultus carnis. Non est ista
virtuosa religio: sed religio munda ⁊ immacula Iacob.
ta apud deũ ⁊ patrem hec est / immaculatũ se cu
stodire ab hoc seculo. Quoniã qui ingredit si- Ps. 14.
ne macula / habitabit in mõte sancto ei9. Sunt
autẽ ista que maculant / a quib9 cauere iubemur:
Cogitatio mala / ⁊ cetera que sequũtur.
Ista alibi sunt disserta in libro contra vitia.

¶ Hic sequeret disceptatio de dimittẽda vxo-
re: sed quia supra libro decimo de sermone do-
mini in mõte / capitulo vicesimo / disseruisse me
recolo: ideo eam in hoc loco causa breuitatis
pretermitto.

¶ De ambulatione iesu in galileam: in qua deuitabat seuitiam iudeorũ: secundũ Joannem solum.

Capitulum XXIIII

Non asscribitur ignauie neq; timori q̃
iesus iudeos eũ querentes interficere
deuitabat: qm̃ nondum venerat hora
mortis eius: quã nõ necessitate / sed so
la voluntate venerat tolerare. Nihil quod ges
sit in forma serui / forme dei dñi derogauit. Fu
giens ⁊ assistens / patiẽs penas et incolumis ex
istens / viuens et moriẽs deus ⁊ homo erat. Cõ
sulit aũt posteris cũ aliquãdo improbos neca-
rios declinauit: vt nõ ad mẽbrorũ asscriberetur
infamiã ex discretione aut ex timore facta decli-
natio a peruersis / si precessisset in capite. Sic
enim scriptum est: [Ambulabat iesus in Joan.
galileam. Non enim volebat in iudeam am-
bulare: quia querebant eum iudei interficere.]
Preter quod situs regionum quorum alter in
montibus / alter in planicie tendebatur: et pter
id quod nominũ interpretatio intellectib9 pos-

set offerre: et pter id quod allegoricũ habet: et pter rerũ sic gestarũ ipe gestus: iesus in aĩabꝰ intelligentiũ multa fouet ad imitationẽ actiuã. Noluit iesus occasionẽ sicariacis offerre / auertit potius. Igitur absqꝫ peccato nõ agit prepa rare viã: vt iuste siue iniuste iratꝰ efficiat quod ira deliberat / etiã si decretũ ire nõ posset efficere: nec ad ampliorẽ irã ꝓuocãdꝰ est hostis / q ex visu exosi ampliꝰ furit. Ergo si qs alteriꝰ patitur irã / odiũ / inuidiã: semꝑ eius deuitabit aspectũ relinquet ex hoc patriã aut ꝓpriũ incolatũ: abibit semꝑ in peregre a ꝓpria mansione: dimittet suos quibus tenet iure nature: amicũqꝫ vt fugiat inimicũ: omnẽ cognationẽ / vt deuitet hostẽ: nõ timore tm̃ ne in euz preualeat / sed ne amplius furiat: sicut Christus qui nõ timore / sed discretione cessit ad horã. Faciet quisqꝫ in tali constitutꝰ articulo quod nũq̃ fecisset ꝑ christo: ꝙꝙ et pro christo factũ posset intelligi: si quis fugiens nõ sibi timens ne posset superari: sed veritus ne hostis culpabiliter deterius possit irasci. Opus est hunc disterminare sermonem. A mundo abdicati pro eis dictũ accipiãt: Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate / fugite in aliã. Seculo copulati dictũ apostoli teneant: Prouidentes bona nõ tm̃ coram deo / sed etiã corã omnibus hominibꝰ. Si fieri potest quod in vobis est / cũ omnibꝰ hominibꝰ pacẽ habẽtes. Nõ vosmetipsos defendẽtes: sed date locũ ire: non illũ locum quo quis cedat e patria: sed nõ respõdeat verbũ malũ verbo malo / neqꝫ maledictum maledicto: neqꝫ manum iniiciat, neqꝫ paret aduersum / sed destruat si paratuz agnouerit. Sed si expedit / semper se inculpata tutela tueatur. Ideo in Aplõ sequitur: Scriptum est: Mi. ibi vindictã ꝛ ego retribuã dicit dñs. Si dñs dicit: maledictus ergo qui contradicit / aut e regione facit. Et quod sequitur: Noli vinci a malo / sed vince in bono malũ. Alia quidem in hac declinatione Iesu offertur nobis norma viuẽdi: vt in cõuersatione deuitemus eos qui malo proposito semper sunt: et sibiipsis sapientes videntur: conuersationi humiliũ attendentes: et eoruz qui deprauata mente nõ sunt. Nunq̃ em̃ legimus iesum habuisse in galilea contradictionẽ / sicut in iudea sustinuit. Et q̃uis ꝑm Apostolũ instandũ sit predicationi opportune ꝛ importune / ꝓ loco / ꝑsonis ꝛ tꝑe: alia sententia nõ infringitur: vbi nõ est auditus / nõ effundas sermonẽ: sed illis effundendus qui mente pertinaci nõ contradicunt: etiã si ex hebete intellectu ilico nõ assentiunt. Plebeiorũ em̃ turba in galilea sequebatur et audiebat iesum: quem in iudea persequebat impia crudelitas phariseorũ / pontificũ / sacerdotũ atqꝫ scribarũ. Et nec spe incerta: vt conuertatur inimicus / deserẽdus est amicus cõuersus: aut qui libenter audit de proximo ꝯuertendus. Nemo igitur aduersus christum causam querele querat in moribꝰ ꝛ sermonibus eius: summã ꝓuidentiã et dispensationẽ opportunã in omnibus tenuit: vt merito iudicetur / qui nõ reprehensibile reprehendit.

De disceptatiõe habita inter iesuz et fratres eiꝰ nõ credẽtes in eũ de sua manifestatione fienda in festo: secundum Ioannẽ solum. Ca. XXV

Incredulitas bonitatis tẽdit ad aliã ptẽ reddit ꝓ ipsa sermonẽ. Odiũ interdũ si nõ aliter nocet / ꝑdimẽta parat. Libido hũane laudis q̃rit vnde se iactet: ꝛ vt habeat loquitur verba ventosa. Ex oĩbus aut ex parte facta sunt ad iesum verba sequentia. Nã dñi iesus declinãs iudeos / in galileã ambularet: [erat autem in proximo dies festus iudeorũ scenopegia.] Joan.7. Festum ex mãdato et ordinatione celebrant iudei tabernaculorũ illoꝝ que predecessores pr̃es ab egressu de egypto sub ducatu moysi posuerãt in deserto: vt rememorarent eorum que pro eis deus ostenderat. Ad quã festiuitatẽ iesum fratres eius suggerebãt ascendere. [Dixerunt aũt ad eum fratres eius: Transi hinc et vade in iudeam / vt ꝛ discipuli tui videãt opa tua q̃ tu facis. Nemo quippe in occulto aliquid facit / et q̃rit ipse in palã esse. Si hec facis / manifesta teipsum mũdo. Neqꝫ em̃ fratres eiꝰ credebãt in eũ.] Humane de christo sapiebãt / imo cũ vitio: dũ eũ fratres eius ad festũ / vbi multitudo cõuenerat / ꝓpellebãt q̃si esset laudis appetitor. Sed ideo cũ vitio: q2 nõ est etiã bñ instituti hoĩs humanã gloriã q̃rere: necnõ et suũ ius propriũ virtus ꝑdit / si glorie seruit humane: q̃ versa vice deberet ipsa seruire virtuti. Submittebant hi christo improbã causam. Si q̃ris palam fieri cur oparis tã magna in occulto? Velut q̃daz occultatio eẽt in galilea morari efficiẽdo miracula cõpatione ad hierl'm: vbi erat mltitudo ciuiũ aduentantiũ freq̃nter / ꝛ peritia sacerdotũ ꝛ scribarum / et celsitudo põtificũ. Faciebat ꝛ fecerat miracula iesus in galilea: quibꝰ cõspectis ad talem suasionẽ faciendã sunt ipsi ꝑmoti: sed hoc agebat incredulitas: qm̃ hi fratres non credebant in eũ: non illi q iam in apostolatũ ꝛ discipulatũ assumpti erant: sed alii de sua carnali cognatione. Nec vterini / vt quidã heretici dicere presumpserũt: condẽnantes virginẽ matrẽ: que ante partũ / et post partũ vnigeniti virgo mansit. Sed hoc mirandũ inter cetera gesta filii dei ꝙ ex carnali matre passus est habere cognationem carnalem: quanq̃ in aliquem cognatũ non ferretur amore carnis / sed amore virtutis. An forte odium in eum exagitabat eos / vt cito moreretur: cum ad eos familiaritate nõ fieret / neqꝫ amore precipuo: vt inter cognatos iure propinquitatis exigitur: sciẽtes ꝙ eum ad necem querebat inuidia iudeorum. Et ipsi iam inuidere ceperant aliis fratribus qui ad christum transierant: ad cuius discipulatum potuissent et ipsi transire / si incredulitas obicem non fecisset. Et fortassis saluatoris gloriam ex prodigiis acquirere preoptabant. Sed nequaq̃ est iniustis petitionibus annuendum: neqꝫ impertinentibꝰ suasionibꝰ prestãdus assensus. Et constantẽ opor-

tet esse ad blandimenta verborũ eum qui virtu
tis querit aut habet ornatũ: ne effluat aut rema
neat ab honesto. Hinc iesus virtutũ ⁊ mor̃ for
ma respõdet. [Dicit ergo eis iesus: Tẽ
pus meũ nondũ aduenit: tẽpus autẽ vestrũ sem
per est paratũ.] Nondũ erat tẽpus mortis cũ
moriturus esset: que sibi preterq̃ ad velle dñari
nõ poterat: neq̃ glorie tẽpus ꝓ resurrectiõe / ꝓ
ascẽsione / pro iudicio extremo futuro. Et cum
ipse tp̃is esset dñs / temporis successionibus vo
luit subiacere: vt ordo seruaret̃ in agendis pro
tp̃e: qm̃ in tẽpore homo est factus ex matre: ⁊ si
nõ q̃r deus / tñ q̃r homo vicissitudinẽ temporuꝫ
habuit: et nihil egit tẽporaliter / nisi prout ab
Eccle.3. eterno extitit diffinitũ. Et qm̃ omnia tẽpus ha
bent: et suis spacijs transeũt vniuersa sub sole
ipse vero sub sole factus solis creator / se spacijs
tẽpor̃ mẽsurauit. Et per tẽp9 etiã est qñq̃ diffe
rentia bonor̃ atq̃ malorũ: vt boni futurũ expe
ctẽt / velintq̃ in illo florere: mali p̃sens / ĩ quo ex
ultare desyderãt. Floridũ tẽpus semꝑ ad desy
deria secularia: in tp̃e tribulationis q̇ est iustus
exultat. Sicq̃ deprecatur preferens quod expe
Esa.33 ctat: Dñe miserere nostri: te eñ expectauimus
esto brachiũ nostrũ in mane: et sal9 nostra ĩ tp̃e
Tobie.3. tribulationis. Et Tobias dicit: Cũ iratus fue
ris / misericordiã facis: et in tempore tribulatio
nis peccata dimittis. Et Hester in tp̃e tribula
Hester.14. tionis orabat fidenter dicẽs: Memẽto dñe: et
ostẽde te nobis in tp̃e tribulationis nostre. Ad
improbationẽ etiã malorũ hoĩm / qui tẽpus ad
virtutẽ nõ ordinãt: neq̃ agũt actiones rationa
bilibus cõpetentes: obijcit̃ obseruãtia tẽporũ
Hiere.8. irrationabiliũ. Miluus in celo cognouit tem
pus suũ: turtur / hirundo ⁊ ciconia cognouit tẽ
pus aduẽt9 sui: pp̃ls autẽ me9 nõ cognouit iudi
ciũ dñi. Aduertendũ ergo q̃ cõditor tp̃is etern9
est: nõ eñ preterq̃ ab eterno autore potuissent
tp̃a condi: et ipse se contraxit ad tẽpus / vt tẽ
pore mensuraret̃ cuꝫ actionibus suis ad ratio
nabile creatũ se coaptãs quod assumpsit: quod
agebat ⁊ agit cũ tempore. Preterq̃ cum tp̃e ni
hil agere potest ĩ vtraq̃ substãtia: nec precipe
re id ratus: ne videretur totus vehemẽs: quod
solũ spectat ad spiritũ / nõ corpus inglorioũ: q̃
q̃ ⁊ ipse haberet ex vtero gloriosũ: attñ nec dux
preceps erat: et mora ostendebat in actiõe pru
dentiã. Sed vnum est tempus oĩm creatorum:
nec discontinuatur tempus: aut aliquã interca
pedinẽ habet. Semper quidẽ fluit velut modi
cus amnis / quousq̃ ingrediat̃ in magnũ eter
nitatis amnẽ. Et quod nõ est / nõ habet temp9.
Cũ vero esse ceperit / est in tẽpore: nõ in alio q̃
quod creatũ est a principio: nõ eñ denuo tem
pora deus creat. Sed quid est tempus meũ ⁊ tẽ
pus vestrũ: cum vnũ sit tempus? Neq̃ hic est il
la diuisio tẽporũ per quattuor qualitates: ver
nalem / estiualem / autumnalẽ / hyemalẽ: neq̃ il
la qua tempus diuiditur in etates / etas in secu
la / seculũ in lustra / lustrum in annos / annus in
menses / mensis in hebdomadas / hebdomada
in dies / dies in horas / hora in gradus / gradus
in minutias / ⁊ deinceps: Nec illa que disponit̃
ꝑ etates hominũ quousq̃ moriantur: sed pro re
fienda ſm nunc et tunc id dixerim. Quod fien
dũ est per me in conquestu magne glorie / non
isto nunc: qm̃ tempus mihi nõ dominat̃: sed cũ
faciaꝫ / tunc tẽpus erit: nõ cum erit / ego faciam.
Erat eñ in tempore christus hõ. Ad rem vero
vestrã agendã semꝑ tempus paratũ habetis:
quia nõ tempus vobis / sed vos tempori subia
cetis: vt nõ quando facitis / tunc tẽpus sit: sed
cũ tempus datũ habetis / operamini que vultis
Iterũ de non acquiescendo consilijs friuolis /
odij aliam causam apposuit dicens: [Nõ po
test vos odisse mundus: me autem
odit: q̃r testimoniũ perhibeo de illo / q̃r ope
ra eius mala sunt.] Nõ erat Iesu et illorũ fra
trũ vna conditio / neq̃ cũ mundo vna conuẽtio:
qm̃ illi mundũ diligẽtes / diligebãtur a mundo
neq̃ mundus suos amatores odio insectabat̃:
amicitia eñ mutua tenebantur. De hominib9
rationabilibus sermo: nõ de eo quod sensu ⁊ ra
tione caret: quod capax amoris ⁊ odij esse nõ po
test. Iesus autem iam in mundanorum odio fa
ctus erat: testificans vita / verbo q̃ erant eorũ
oꝑa mala. Quod si christi vita mos atq̃ doctri
na in subtilẽ contẽplationẽ venisset: quod est san
ctũ agit in semetipso: et cõminat̃ triste et repro
mittit celeste: quod est honestũ amoris et mo
ris dogmatizat. Et hoc maxime palã egit̃ ⁊ do
cuit: scꝫ testimonia contra mundum. Quid eñ
aliud est testificari aduersus mundum: nisi fu
gere pompam eius / et per omnia e regione in
cedere atq̃ loqui? Renuit et fugit regem fieri: Joan.6.
testificans in iudicio presidis q̃ regnum suum Joan.18
non erat de hoc mundo. Et nihil appetere de
amenitatibus eius: nam ⁊ filius hominis nõ ha
bet vbi caput suum reclinet. Mundus diuitias
querit: ipse cum esset diues / pro nobis egen9 est
factus. Mundus cognationẽ diligit: et ipsum
sanctum odiũ indixit fieri inter charos. Seipm̃
omnis homo amat: ipse animã odire mãdauit.
Penam refugit sensus tener: ipse crucem por
tare suis sequacibus statuit. Amat oblectari ho
minis caro / et sensuum delectabilia obiecta si
ne lege percipere: ipse castitatẽ apposuit / ⁊ om
nem vsum legibus regulauit. Tandem vt mun
dus in omnibus hominib9 crucifixus esset: vi
tam finiuit: mortẽ tolerauit per crucẽ. Et vt ne
mini vlla repẽdẽdi malũ ꝓ malo esset audacia /
sed ecõtrario benedicẽdi: cum malediceret̃ / nõ
maledicebat: cũ pateret̃ / non cõminabat̃: et pro
persecutorib9 exorauit. Non testificat̃ iesus ad
uersus mundum velut natura malum: cum non
sit aduersus opera mala: cum etiam peccata ho
minum reprehendit: nec abstinuit se / nec absti
nere mandauit / velut a re mala: cum esset bon9
natura: sꝫ cõpositione potioris eterni ⁊ incõmu
tabilis / bona minora voluit mãdauitq̃ contẽni.
Ut responsio male suggerentib9 sic elucceat / ita
feriatur. Si suadetis me hierosolymam in festi

uo tempore ascendere pro gloria capessenda: non quero illam ab hoste/ nec vt hostis offerret aduersus quem vita/ verbo testimonia cudo: qꝛ opera mala facit: sed vos ab ipso queratis gloriam/ quem vos amantē amatis. Et ob hoc adiecit: Vos ascendite ad diem festuꝫ hunc. Ego autē nō ascendā ad diem festum istū: quia meū tēpus nondū completū est. Hec cum dixisset iesus mansit in galilea. Prophetatum erat non esse deo accepta festa iudeoꝛuꝫ: Neomeniā ꝛ sabbata ꝛ festiuitates alias nō ferā. Iniq̄ sunt cetus vestri: calendas vr̄as et solennitates vestras odiuit anima mea: facta sunt mihi molesta. Esa.i. Propterea dicit iesus fratribus suis: Vos qui ꝑfunctoria queritis/ ascendite ad diem festū hūc: sed ego qui iniq̄tatē semꝑ odio habui/ nō ascendā. Pie egit pro nobis in se formam/ in humanis festiuitatib9 nō interesse neq3 letari: qm̄ veris christianis nulla preterꝙ de virtute et de puritate conscientie debet esse festiuitas super terrā. Omnes obligamur ad penam rōne culparū nondū abolitarū. Et si per christum remissio et recōciliatio facta est: in nobis adhuc peccatū regnat: et fomes peccati viget: iniquitas regnat/ operaꝛ in corde/ in sensib9 patet: et delictū aduersus nos clamat. Et si bona interdum fiant: superantur aliq̄n numerositate aut mole malorū. Et si oīa benefecerimus persoluimusq3 debitū: serui tamē inutiles sumus: et subiacemus innumeris casib9 visibiliū ꝛ inuisibiliū malorū. Anceps ex omī parte vita/ certissima mors. Certa dijudicatio de iam actis: infallibilis sententia iudicis. Ei finalis termin9 omnino sub ignorantia est. Quis ergo aget diē festum sub tāta trepidatione malorū? Quis inuenire satagit mūdi risum? Qm̄ quis est qui viuet et nō videbit mortē: eruet animam suā de manu inferi? Quis exultabit in festo deo infesto: nisi amēs aut aliā vitā desperās/ seu qui somniantiū semꝑ similitudinē gestat? Et tēpus suū non esse completū ꝓtestando christus enūciat: ꝛ mansit ex constantia inuariabili in galilea: festiuitates humanas abhorrens: nō ex eo ꝙ mandatū erat illas fieri: ſ3 ex eo ꝙ illi ī luxuriā/ auariciā/ vanitatēq3 conuerterāt: vt id quod bonū est ex natura seu ex sanctione bona diligatur: aut oꝛ tamē malus agendo in ꝑticipio interdū deuitet. Bonum diuinū officium/ nec ad participiū veri catholici recipiūt anathema. Et sanctorū patrū atq3 pōtificū decreuit autoritas: vt excellēs bonum non audiat/ nec hostia sancta videatur in manus publici cōcubinarij sacerdotis.

De occulto ascensu iesu ad diē festum/ et de murmure iudeorū: secūdū Joannē solum. Capitulū. XXVI

Denegauerat iesus nō ascendere ad diē festum. Mirū cur ascendit. An fallere voluit veritus insidias? Neq3 fecit aut dixit in hac causa mendacium: nec expauit/ nec denegauit ascensum: sed causam/ societatem et tempus et modum: ne ob id propter quod illi suadebant ascensum/ neq3 cum illis/ neq3 in tempore ab illis inspecto/ sed in tēpore ab eo prefinito/ cuius dispositione tēpora peraguntur/ ascenderet. Equidem et modum quē suadebant manifestū/ in occulto fecit. Hinc dicitur: Ut autem ascenderunt fratres eius: tunc et ipse ascendit ad diē festū non manifeste/ sed in occulto. Joan.7. Decreuerat iesus ascendere ad festum: non pro vanitate propria/ sed pro vtilitate aliena: quā non humanis consilijs/ sed miris et modis ineffabilibus procurabat. Ideo ascendētibus illis ipse sua infallibili directione ascendit occulte/ nō manifeste: sed nec territus/ imo per omia impauidus. Attamē sic de illo pararetur loquendi materia: sicut reuelande erāt ex multis cordibus cogitationes. Et dies festiuos sciens expectabat quis esset aptior ad doctrinaꝫ quā tentabat inferre. Nihil em̄ improuisum et ab re fiebat aut dicebatur ab eo. Satagāt ergo qui christum se imitari fatentur aut volunt/ non eandē causam habere cum mundo siue cum amatoribus mundi. Quorū enim erat causa similis/ siue gloria/ siue pena debeaꝛ: non erit in toto seu parte dissimilis. Societatem deuitent illorū quorum mores rationabiliter improbanꝛ: imo etiam quoꝝ non est vita ꝓbabilis: nam bonus malo sociatus/ leuigat eius culpā quodāmodo: purgat infamiā: prestat audaciam: et de iniquo bono sociato iniuste vulgatur testimonium bonitatis. Et forte ipse qui bonus erat/ inficiꝛ opere: aut oritur infamia: et vilescit ex infami societate maloruꝫ: nisi forte spes foret de correctione ꝑuersi: vt ad bonū fieret suasione cōuersus. Qm̄ que participatio iusticie cum iniq̄tate: aut que societas lucis ad tenebras? Et tempus ad agēda captandum est/ ꝓut quis in animo aliquid dixerit agenduꝫ: nam christus prefixerat docere in festo illo/ nō inaniter letari. Et doctrina expectat tēpus: cum sit tempus loquendi/ et tēpus docendi. Diuersi quidē affectus expectāt tēpora ꝓ diuersis. Sed qui christi sunt/ virtutibus tm̄ tꝑa aptent: vt nō transeant vacua bonitate. Potest enim fieri vt omne tēpus sit dicatū deo: etiā si somnus obrepat/ si corpus edat/ si quiescat/ si in actionib9 sit/ si omnia dirigantur in positum nobis a deo finem: et qui habet a sapientia/ a virtute modum: et ab his qui pro mundo/ sed pro deo instruēdo modificant: modum ab immoderatis atq3 immodestis non exigant: importune dantes non audiant. Omnis modus natura bonus/ nec in agendo aliquid melius: sed sepe intentio seu finis illum culpabilem fecit. Et quoniam solitus erat iesus ad dies festiuos ascendere: vt haberet docendi materiam: et notum iam iudeis extiterat: ideo non videntes eum iudei murmurauerunt. Judei ergo querebāt eum in die festo/ et dicebant: Ubi est ille? Et murmur multus erat de illo ī turba. Quidam enim dicebāt: quia bonus est: alij aūt dicebāt: nō/ sed seducit turbas.

Querebak Iesus in festo a iudeis dispari cultu/dispari affectu: ad audienduz a multis/dispertitū a pluribus ad calumniā: ꝛ iam implebatur verbū Symeonis/ꝙ erat in signuz positus cui cōtradicebatur: et reuelabantur cogitationes de ipso: adherentiū in fide sibi saltem ꝙ bonus esset: et dissidentiuz ꝙ malus esset. Duplicem linguā Christus in populo habebat/ laudantē atq͡ꝫ vituperantē. Nec ex hoc Christus se extulit aut deiecit. Equo aio erat ad vtrāq͡ꝫ linguam. Quis ergo nō patiēter ferat/ si absq͡ꝫ culpa subiacet murmuri et prolate infamie: cū in sortem hanc venisse audierit filiū dei? Quis se tollat in altum/cum laudatur iuste siue iniuste: cum nunq͡ꝫ se extollebat filius dei? Ad bonitatem autē eius nō apponebatur causa: nō enim erat expediens. Seipsa bonitas claret. Ad maliciā vero impositā sibi etiā causam adiectā legimus: quia seducit turbas: vt eo sit illa murmuratio criminosior/ quo in vitiū virtutē ipsā traijciunt: et insane sentientes virtutē vitiū dicunt: cum seductionē turbarum asserunt/quod erat de cauendis atq͡ꝫ agendis documentū diuinū: moribus hominū ꝑ presenti vita ꝛ pro futura necessariū. Plerique quidem in hanc malicie voraginē cadunt: quibus per prophetā deus seue cōminatur: Ve qui dicitis malū bonuz/ et bonum malū: ponentes tenebras lucem/ꝛ lucem tenebras: ponentes amarū dulce/ et dulce amarū. [Nemo tamen de ipso palam loquebatur/propter metū iudeorū.] Non credendus metus ad eos qui ex inuidia et malo proposito persequebanc Christū: ꝛ cōmouebant aduersus eū linguā dolosam: quoniā ipsi aperte palamq͡ꝫ loquebantur verba seditionis et calumnie contra Christū: sed ad eos erat metus/qui pro illo voluissent bona proferre. Semper virtus velut in latibulo fuit iniquitate regnante: et siluit vbi malicia tenebat imperiū: necnon et virtus in paucis ob multitudinē improborum vt pauida sepe stetit. Et si aliquando zelo acta processit in publicū: in rebus ꝛ corpore damna tulit: ꝙuis in anima lucra inuisibilia presto essent. Attamen nemo nisi spiritu dei fultus/audet sub dominante nequitia persequente rectum loqui iustū et verū. Neq͡ꝫ solus aut modica concio inter multiplicatū conuentum malignantiū audet in parte virtutis: sed tacendo se fouet/ gemit et dolet: cauens sibi dum veretur malorū infrangibilem aciem: diffidens illā superare/aut sibi equare virtute. In huiuscemodi negocio discretione opus est ne sterilis sit congressus. At vbi spiritus superior inualescit in animo/ frustrak omnis hominum terror: prout post eius aduentū in Christi agonistis experimēto et fide ecclesia cognoscit: qui omniū tyrannorū et satellitū superato terrore/pro christo audacter locuti sunt: ꝛ morte crudelius intentata atq͡ꝫ inflicta/pro christo impauide atq͡ꝫ libentes occubuerūt: et seuissime obtruncati sunt.

Esa. 5.

Disceptatio facta de doctrina Iesu a quo sit: secundum Ioannem solum. Capitulum XXVII

Vera bonitas opportune et iportune se ingerit: opportunis se donare cupiēs. Et vera sapientia se velle infundere: et querit capaces a quib⁹ capi possit: et docēdo corda dilatat: vt si fieri posset/tota capiak: ꝛ gaudet inquiri/vt doceat: et parat materiā dubiorū vt quesita remoueat hesitationē/et aperiat veritatem. Hoc egit iesus cum occulte ascendisset ad festum. [Qui iam die festo mediāte ascēdit in templo et docebat: et mirabank iudei dicentes: Quomodo hic literas scit/cum non didicerit?] Satagebat iesus in templo et in synagogis et in concione vtilia et celestia verba fari: ne ex occultatione patereK sua doctrina calumniā: lucem pro illa quesiuit/non tenebras: publicū/non priuatū: contionem magnā potiꝰ ꝙ modicā classem: vt probabilis ex omni parte probarek: vt improbabilis omnis improbās retunderek. Ex hoc ascendit in templū in die festo mediante quarto/scꝫ die: diebus festiuis existentibus septē: ꝛ docebat ea que filiū dei docere decebat in assumpto hoīe: maxime legis intelligentiā: vt nō in litera solū sisterent/ sed apphenderēt illā veritatē ad quā facta erat. Et enigmata et vmbras scripturarū educebat in lucē. Et ꝓphetias verorū vatum docendo perducebat ad terminū. Docebat credēda/ nō incredulitatē: nā credēda ꝛ fidelia in doctrina sūt esseq͡ꝫ possunt: credulitas vero siue fides ex infusione solū: in doctrina vero nunq͡ꝫ. Declināda cautione/et agenda ex virtute dogmatizabat. Nihil tū impertinens aut superuacaneū ab ore suo credak exisse. Verū quia secundū sulcationē et exarationem elementorū hebraicorū/que moyses tradidit populo iudeorū loquebatur: et scripturas vt erant/ ore facundo/diserta lingua ꝓferebat: in admirationē sui traxit animos auditorum: eorum presertim qui educationē eius velut inertem agnouerāt. Iners quidē fuit/attamē absq͡ꝫ macula in humanis omnis vita saluatoris: ita vt ex admiratione mutua dicerent: Quomodo hic literas scit / cum nō didicerit? Inter cetera que christus supra hominem seruauit/cum voluisset per omnia assimilari fratribus suis: hoc satis ad cōtemplandū homies trahit: ꝙ discere ab homine noluit: cum ad veritatē humanitatis ostendendam/ꝛ ad legem custodiendā voluisset circūcidi/presentari in templo/fugere in egyptū/ subdi parentibus/ baptizari/ ieiunare/ comedere/bibere/fatigari/dormire/ lachrymari/et cetera talium: discere vero recusauit. Hoc forte in causa / ꝙ discere ignorantiam presupponit: ignorantia vitiū/ et defectus ex vitio: cetera vero penalia sunt multotiens pro vitio: nō tamen ipsa vitium: necnon et ignorantia defectus est animi/ꝛ illa corporis. Nullum tamē defectū executiuū anime christus accepit: quanq͡ꝫ tristari in anima pro nobis/nō ex vitio voluis-

Ioan. 7.

fe: nec minoris scientie natus φ adam creatus est: qui plenus scientia factus est. Et simulatio fuisset infinitã sapientiam ad scholas hominũ accessisse: illorũq₃ perquisisse gymnasia: et doctrina celestis qua humana corda volebat instruere / non a deo infusa / sed ab hoĩe videretur accepta. Et si pꝑheta sycomoꝛicus nõ scholastice / sed diuine accepit scientiã diuinoꝛum: cur et christus voluisset ad diuina seu ad humana doctoꝛe? Nec ex opportunitate decebat ꝑ humanitatis veritate mõstranda / siue pro reuerẽtia legis / φ subderet̃ ipse magistris. Tria enim sunt in quibus christũ in tanto nostre redẽptionis perficiendo mysterio decuit per excellentiã agere: potentia / sapientia / virtus. Prima in miraculis: secũda in doctrina ostensa est: tertia φ nil quesiuit humanũ: φ per omnia irreprehensibilis / et per patientiã in aduersis insuperabilis fuit. Equidẽ sic ista tenuit et exercuit: vt in alijs φ verus homo erat / ⁊ φ legẽ non soluebat ostẽderet. Ueruntamen ista admiratio iudeoꝛũ / cum inficiari non possit / φ christus preter humanã doctrinã scientiã habebat / ipsoꝝ ꝑfidiã arguit: pro eo φ debuissent ilico ad christum vera pietate conuerti. Nec relinquitur excusatio his qui vident mirabilia que negari nequeunt / si nõ credũt. Eque arguit eorum diffidentiam et multorum existẽtium in hoc schemate malo: qui diffidunt aut abnegãt nemini posse aut debere boni precellentis aliquid prouenire: nisi assit naturalis industria: et adiuuet artificialis peritia: et solertia semper agat vt capiat: et si nõ denegant diuinam potentiã / cui nil potest resistere: cui omnia facilia subiacent ad faciendũ: et iam factum negare nõ verentur factum nõ esse vel fieri. Et ego ipse hui⁹ operis ex deo autoꝛ / immendaciter millies cũ inflatis scientia naturali altercationẽ habui: obstantibus procaci oꝛe / duro coꝛde: φ preter philosophicam scientiã studij sudoꝛe interposito / non poterat haberi scientia diuinoꝛũ. Et φ sic nõ aliter ad illa possit esse accessus / ꝑtinaci animo velut φ deferentes nature plus φ gratie hoc asserebãt quoꝛũ aliquos probabili experiẽtia reconuici: ostendẽs plus esse datũ gratie φ nature. Quid enim sibi vult dicere: quomodo hic litteras poterit scire / cũ nõ didicerit? Quod de christo infandissimũ cũ eẽt oĩno: ad alios deo dicatos cõuerto sermonẽ. Que hoĩm vesania solũ deferre nature / artis studio / solertie hominũ: φ plus hominib⁹ possint afferre φ gratia: que repente agit: subito imprimit: infallibiliter docet: inhesitanter indoctis facit existere mẽtes: ⁊ luce clarius etiam que alijs videntur obscura / demonstrat. Et cũ modus sciẽtie siue doctrine Christi quereret̃ a iudeis: [Iesus respõdit: Mea doctrina non est mea: sed eius qui misit me patris.] De noua natiuitate per aquam: de esu carnis eius / de sua doctrina / et de exaltatione per crucem a christo et de christo quesitus est modus: ⁊ iuxta quesitum aut iuxta veritatem ab ipso est poꝛrecta respõsio. Quesiuit nicodem⁹: Quõ possit homo nasci cum sit senex? Quesierunt iudei: Et quõ põt nobis carnem suã dare ad manducandũ? Et alibi: Quõ tu dicis: opoꝛtet exaltari filiũ hoĩs? Nũc de sciẽtia: Quõ hic scit litteras cũ non didicerit? Uti et alijs et hic videmus factũ: quia litteras et litteraliter loquitur que sunt legis et prophetarũ. Et φ non didicit litteras scimus. Patet non clamdestinam et priuatã conuersationẽ habuisse Jesum cum iudei scirent eum non didicisse a magistro scripturã. Sed sciendi modũ dicit iesus nõ apprehensibilez esse ab homine puro: sicut et sequitur: Mea doctrina quã profero lingua carnis / et ideo mea: nõ est mea ex autoꝛitate carnis siue humanitatis: sed eius qui misit me dei patris: cui equoꝛ in foꝛma deitatis. Uelut vna legatio est legati et legantis. Unde si legatus quispiã quereretur / cuius esset legatio: respondere posset: Mea est legatio / quia mihi cõmissa. Nõ est mea: quia nõ autoꝛitate ꝑpria: sed illam ab alio missus accepi. An foꝛtassis mea doctrina non mea soluz / sed eius qui misit me patris? Ecce modus scientie Christi per oĩa ineffabilis est: q₃ deus eternus est: cui nihil accessit vel deaccessit ex tẽpoꝛe addẽs aut detrahẽs deitati: nec aliud est deus φ scientia eius: anima vero eius vnita ilico deitati omni sapiẽtia repleta est: ita vt in Christo sint ꝫm apl̃m / omnes thesauri sapientie ⁊ scientie abscõditi: non per traditionẽ doctoꝛũ / sed ipsa virtute vnionis. Etiã vt homo thesauros incõprehẽsibiles sapientie et scientie habuit. Igit̃ oꝛe humano deprompta doctrina erat christi hominis: ⁊ autoꝛitate vero erat dei patris. Et cũ ipse nõ habuerit in sciendo explicabilẽ modũ: attamẽ ceteris illã scire volentibus / explicat modum dicẽs: [Si quis voluerit voluntatẽ eius facere: cognoscet de doctrina mea vtrum ex deo sit / an ego a meipso loquoꝛ.] Aduertenda est significata locutio saluatoris. Si quis voluntatem dei fecerit: sciet discernere de doctrina christi vtrũ sit a deo an ab hoĩe puro. Nõ tamẽ sic sentiendũ est / φ volũtarius dei oẽm christi doctrinã prout est a deo intelligat: nisi φ vt voluntatem dei faciamus / sit omis eius ad nos delata doctrina. Nec quẽpiã fallat id dictũ esse / φ dei faciens voluntatẽ / de christi sciat iudicare doctrina vtrũ sit a deo: cũ ipse Christus ꝑpter illud et nil aliud docuerit homines φ dei facere voluntatẽ. Et qui vult facere voluntatez dei: et cũ audierit / intelliget vñ sit: quoniã timoꝛe suo initiabitur. Et intellectus bonus omnibus facientibus eum. Et Job in recessu a malo / quod est diuine voluntatis / intelligentiã esse asseruit: Et recedere a malo intelligentia; velut actiuus sit verioꝛ intellectus: et intelligit vtiliter qui operatur: et frustra intelligit qui non agit. Intelligit voluntarius dei de doctrina Christi: qm̃ qui nõ suam / sed dei vult facere volũtatẽ: intelligit a deo christi esse doctrinaz: qui so-

Joan. 3.

Psal. 110

Job. 28.

lum diuina docuit/nõ humana. Et vt nõ dubie christi doctrinã a deo esse credat/vulgare puer-
Prouer.19. biũ ad ipsuz referat: Doctrina viri ꝑ patientiã noscit. Conflent ergo i vnũ quecũqȝ sunt obiecta iesu/verbis/factis/quõ ⁊ ꝙobrẽ ⁊ a quib⁹: si huic viro aliqñ patiẽtia defuit: si supari in aĩo potuit: si actus aliqñ ira est: si nõ malefaciẽtib⁹ benefecit: si maledicẽtib⁹ nõ bñdixit: si nõ tolerauit reprobos in colloquio/in cõsortio etiã ꝓpriũ ꝓditorẽ. Prolixũ ⁊ quasi supuacuũ esset in christo patiẽtie cõmendare virtutẽ: ex qua sua doctrina nõ esse humana/ sed diuina clarescit. Quis eni potuisset talia equanimiter tolerare/ nisi Christus eternus dei filius homo verus: aut is cui ipse dederit/ diuine/ nõ humane seu naturali virtute? Ac per hoc per patientiã viri huius/sua doctrina intelligitur esse diuina potius ꝙ humana. Et vt perstringã/totum euangeliũ eius dũ sane inspicitur: ex omni varietate loquendi diuinũ est doctrinale/ad homines verbũ ore humano prolatũ. Sed improba cogitatio iudeorũ et importuna quesitio: dũ i doctrina sentiebant inconuincibilẽ veritatem/ ꝙ querebant originẽ. Ex qua imagine possunt argui plus debito curiosi: dum querunt rerũ originem/scientes ipsarũ efficaciam atqȝ virtutẽ. Nonne in herbis/in lapidibus preciosis ab indigentibus potius exquiritur effectus ꝙ ortus Neqȝ necessariũ est scire vnde prodeãt: sed q̇d vtendo efficiant. Arguendus esset famelic⁹ habens in manu panem: si non comederet anteꝙ originẽ nosset? Quid interest aut refert scire aut nescire res quibus necessario vtimur/vñ a primeuo processerint: si nobis facte sunt presto ad vsum/et ad vtilitatẽ expediunt. Accipiunt indigentes panẽ oblatum: nec exquirunt quis sator aut messor in granis: aut in qua patria seu cui⁹ agro/aut quis pistor confecerit. Neqȝ qua vite natũ/quibus torcularibus pressum/qua vegete immissum/quo autore deductũ fuerit vinũ/ non curat sitiens ante propinatuz habens: sed tm̃ id haustu eius depellere sitim. Non calefacit ignis amplius in lignis cognita sylua/ nec minus incognita. Quid de origine lucis inquiritur: cuz ipsa tibi ad agendũ opportuna facta sit presto? Cur ergo de veritate queris exordium? cur autorẽ si tibi ipsa placet? Si ostendit vt cureris putrida tua: vt valeas in superna etiaz opportuna ministrat. Plus em̃ est veritas a se ipsa/ ꝙ a quocꝙ proferente possit existere. Sumit medicamina egrotus que medicus administrat: nec qua patria/quo autore/ quo sint delata nauigio: sanitatẽ querit ex eis/non processum ad illam. Quid ergo cognita veritate necessaria plus de illa querunt: aut volunt illam improbare quia displicet: improbãs quod male placet: aut causam inuenerit defectionis ab illa: veriti altitudinẽ preceptoris eius: nõ attendentes iocunditatẽ cõuersatiõnis illius: vt cũ nõ possunt inuestigare suã originẽ/culpã retorqueant in doctorẽ. Non minor veritas reperta sulcatione characterũ in quibuscũqȝ codicibus/ ignoratis autore seu characterizatore: aut valẽtior/si noticia foret: impatorũ regũqȝ subditi cũ edictum ab eis acceperint in scriptis/obedire se parant: nõ querẽtes cui⁹ man⁹ sulcauerit impiale mandatũ: sciẽtes huiuscemodi noticiã siue nesciẽtiã nil adimi vel cõferri in autoritate impialis edicti. Nullũ imperiũ ab eterno maius ꝙ veritatis: que ante omnia/cum omnibus etiã post omnia si possibile foret deficere/ ipsa manet. Sup om̃ia est: om̃ibus ꝑualet: nemo est qui se abscondat ab inuestigatione ei⁹. Luminosa ẽ: nullis obscurãda seu tenebris depellẽda ẽ: Inconuincibilis est: cuius edictũ absqȝ certissima pena nõ cõtemnit. Non ergo querat quõ aut vnde quis illã enunciet: si cognoscit dictuz quo veritas est. Cognoscit igitur voluntarius dei/doctrinã christi esse a deo: qr cum nõ querit voluntatẽ facere suã/ doctrinã christi audiens asserit esse diuinã: cum ea que dei sunt/ non que mũdi sunt illa cõtineat: ex quo liquet christũ nõ a seipso/sed a deo fuisse locutũ. [Quoniam qui a semetipso loquit/gloriã ꝓpriã querit.] Scientia scripturarũ/vt rei experientia pandit aliquo tradente percipit. Proinde qui loquitur secundũ literas et scripturas nõ sibi vsurpet scientiam/sed referat in doctorem. Et legatus nõ legationẽ sibi arroget/sed leganti: alioquin gloriam ꝓpriam negociaretur. Jesus vero cũcta referebat in patrem/ a quo se missum sepissime fassus est: vnde non erat de sua doctrina cunctandum/ aut eius origo querenda: quoniã verax est christus. Ex hoc quidem: [Qui autẽ querit gloriam eius qui misit illum: hic verax est/⁊ iniusticia in illo non est.] Hoc quidem dicebat iesus ad cõuincendã seuam perfidiam iudeorum: qui eum querebant ad mortem: cũ verax esset: dumtaxat hominibus doctrinam paternam promulgans.

¶ Ostẽdit iesus iudeos preuaricatores moysaice legis in christo: se autẽ legem nõ soluisse demonstrat: secundum Joannem. Capitulũ. XXVIII

Lex moysi data est: circũcisio nõ moysi data/nec ex lege fuit: sed patribus data fuit/primo videlicet abrae. Si custodiretur lex/in sabbato non fieret circũcisio: et circumcisio fit insoluta lege. Opus autẽ fieri posset in sabbato equale circumcisioni aut excedens/etiam sine preuaricatione legis. Sed lex moysi penitus homicidium prohibet: nisi iusticia contempte legis iudicauerit hominem obtruncandum: ex hoc quidem iesus arguens seuam perfidiam iudeorum/ dicit: [Nonne moyses dedit vobis legez? Et nemo ex vobis facit legem. Quid me queritis interficere?] Moysaica lex quam accepistis ab eo fieri/homicidium vetat: et nemo vestrum illam custodit: cum me omnes concorditer queratis ad necem. Sed vt quid? cum sim verax: cum nõ queram gloriam meam: cum iniusticia in me reper-

riri non poſſit. Uerũtñ depꝛauati adijciũt ma
la malis: ⁊ annectunt peccata peccatis. Uñ de
berent corrigi/inde in peioꝛa labunt. [Reſpõ
dit ei turba: Demoniũ habes. Quis
te querit interficere?] Ecce maloꝝ cumu
latio ad pꝛeacta: ſicarie voluntati peſſimũ cõui
tium iungunt: dicẽtes hoiem ſanctũ ⁊ iuſtũ ha
bere demonia. Sed qm̃ mente demoniũ geſta
bãt: ⁊ agitabant ab eo: tali nomine appellabãt
exoſum: ⁊ publice mẽtiebant negãtes velle in
terficere/ quẽ modis omnibus venabantur ad
moꝛtem. Pꝛopꝛiũ peſſimoꝝ eſt: vt maliciã quã
animo gerunt/ alijs imponant: ⁊ cũ cõuincunt
negent malũ velle facere/ ſi non ꝑfecerũt. Per
fectũ vero inficiari nõ poſſunt/ rei euidentia lu
ceſcente: ſed inueniunt vt noꝛunt excuſationes
varias in peccatis/ ad eoꝝ exaggerationẽ malo
rum. Non reſpondet Jeſus obiecto conuitio
in ſumma patientia factus: nec recõpingit ver
bo vero mendaciũ verũ: preſcius illos peram
plius furituros/ ⁊ multiplicaturos peccata: ſed
diſcretione vtens ⁊ patientiam ſeruans: ſed ſua
verba in eam partẽ cõtraxit/ qua euidenter oſtẽ
deret legis non eſſe ſolutoꝛẽ: ⁊ eoꝝ aduerſus eũ
indignationẽ iniuſtã. [Hinc reſpondet Je
ſus: et dixit eis: Unũ opus feci: ⁊ oẽs
miramini. Pꝛopterea dedit vobis moyſes cir
cũciſionẽ: non qꝛ ex moyſe eſt/ ſed ex patribus.
Et in ſabbato circunciditis hoiem.] Ex eo ꝙ
infirmũ longeui tẽpoꝛis Chꝛiſtus curauerat in
ſabbato ad piſcinã/ dependet iſta cõtentio: non
ꝙ plura bona opera Jeſus in ſabbato non fe
ciſſet: ſicut in multis euãgeliũ clamat. Sed nec
interpoſitio eſt alterius miraculi facti in ſabba
to vſqꝫ ad diſceptationẽ hanc: niſi foꝛte illud de
muliere curua immediate ꝓceſſiſſet/ que fuit cu
rata ſabbato: ſed oꝛdo geſtoꝛum diſſentit. Sed
nec ad rẽ diſſerendã ſe obijcit: ad apologiã Je
ſu intẽdendũ eſt. Circũciſionẽ dedit vobis moy
ſes: non ex ſeipſo aut ex lege data in mõte ſyna/
ſed quia ex patribus lõge ante eis data erat. Et
cũ puer natus octauo die ſit circũcidendus: vt
ſabbato natus octauo die ſabbati fiat circumci
ſus: ⁊ lex moyſi ex hoc inſoluta manet. Pꝛoin
de [Si circũciſionẽ accipit homo in
ſabbato vt non ſoluat lex moyſi: mihi indigna
mini/ quia totũ hoiem ſanũ feci ĩ ſabbato?] Si
lex moyſi non ſoluitur in ſabbato circũciſione
ſuſcepta: que totũ hoiem non ſaluũ facit/ ſed in
ꝑte: cur indignamini mihi/ qui totuꝫ hoiem in
ãia ⁊ coꝛpoꝛe ſaluũ feci? Ergo erat iniuſta di
gnatio iudeoꝝ: cũ plus boni egiſſet ſanando to
tum hominem: ꝙ circũciſio ſanãdo hoĩs par
tem. Jd dicendũ: ꝙ ſi actione minoꝛis in ſabba
to lex non ſoluitur/ que iubebat ſabbatũ cuſto
diri: nec ſoluit actione potioꝛis. Rationem red
dendo chꝛiſtus diſceptabat/ humilitatẽ agens:
qui poterat autoꝛitate ſuperare. Decẽtius aũt
eſt vbi ratio reddi poteſt ipã/ ꝙ impio vti: ⁊ ad
magnã dignationẽ magis herois ⁊ humilẽ con
ſiſtentiam eius infert in reddita ratione cũ ſub

ditis fieri: quos poteſt omnino autoꝛitate ſupe
rare. Huiuſcemodi modũ ſeruauit in omnibus
ieſus: qm̃ inualida eſt ratio/ que ſuperioꝛis au
toꝛitate fulcit. Nec ad rationẽ ꝓbabilẽ apponẽ
da eſt: niſi ꝓducenda ſit aduerſus aduerſantem
pertinaciter rationi: cuꝫ non rationi ſuffragat
autoꝛitas: ſed repꝛoboꝝ impꝛobitatẽ ⁊ cõtuma
ciã ipſa reſculpſit. Et cũ rõne ageret ieſus: mo
nuit ſm exterioꝛẽ aſpectũ ↄtra ꝟitatẽ temerarie
iudicantes/ dicens: [Nolite iudicare ſecũ
dum faciẽ: ſed iuſtũ iudiciũ iudicate.
Uti diceret: Ex exterioꝛi aſpectu vobis paret/
qꝛ curaui ſabbato ſoluiſſe legẽ: ſed non ſolui ſm
veritatẽ: ſicut vos non ſoluitis per peritomen.
Jgitur nolite ſic impꝛouiſe iudicia iaculare ſm
id quod foꝛis: qm̃ hoĩes vident q̃ foꝛis parẽt:
deus aũt intuetur coꝛ. Sed iudicate ſm iuſtum 1. Re. 16.
iudicium: vt innocens non damnetur: nemo ſi
ne culpa ꝓpꝛia in perſona puniat. Nec hoc di
cebat ieſus timens aut nolens ab eis occidi/ q̃
venit pꝛo eis ⁊ pꝛo omnibus moꝛi: ſed eos reuo
cabat ad veritatẽ ⁊ depellebat erroꝛẽ: quo ſepe
iudiciũ claudit/ ⁊ veritas exulat. Jdeoqꝫ reuo
cat ad iudiciũ equitatis: vt non ex aſpectu/ ſed
ex iuſticia iudicent: nec in acceptione ꝑſonarũ:
ſicut ſcriptũ eſt: Quod iuſtũ eſt/ iudicate illos: ſi Deut. 1.
ue ſit ciuis/ ſiue peregrinus. Et maledictus qui Deut. 27.
peruertit iudiciũ. Sed viri mali non cogitãt iu Prouer. 28.
diciũ: qui aũt timẽt deũ/ animaduertũt oĩa. Et ꝑ
ſapientiã dicit: Diligite iuſticiã/ qui iudicatis ter Sap. 1.
ram: qm̃ nemo recte iudicat/ niſi iuſticiã diligat
Et dñs per ꝓphetã: Judiciũ verũ iudicate. Li Zacha. 7.
bꝛamento multo opus eſt in ꝓferendo iudicia:
⁊ examinare cauſam per ea quibꝰ poſſit per iuſti
ciam potius abſolui/ ꝙ cõdemnari qui cõcitus
eſt reus. Amplius iuſticia ſe habet ne innocens
ſuppliciũ luat/ ꝙ quod reus debita pena fodia
tur. Uident multa digna ſupplicijs: ⁊ ſubito ĩtui
tu cõdẽnationẽ habẽt ⁊ repꝛehẽdi poſſunt. Cuꝫ
vero trutinant equa lãce iuſticie ⁊ in ſtatera ve
ritatis ⁊ rationis appẽdunt/ abſoluunt. Jn hoc
quidem verbo cuncti ammonent: Nolite iudi
care ſm faciẽ: ſed iuſtũ iudiciũ iudicate. Hinc
pſalmiſta dicit: Si vere vtiqꝫ iuſticiã loquimini Pſal. 57.
recte iudicate filij hominũ.

De diſceptatiõe habita ĩter iudeos de Chꝛiſto ſi eſſet/ ſi cognitus/ ſi bene pꝛoceſſerit: cũ reſponſione Jeſu: ſecundum Joannẽ. Capitulũ. XXIX.

NOtũ palamqꝫ factũ erat odiũ iudeoꝝ
in chꝛiſtũ: qui eis etiã palam ⁊ intre
pide loquebat: ita vt turbe mirarent
⁊ colloquerent adinuicẽ diſceptando
de Chꝛiſto. [Dicebant ergo quidam ex Joan. 7.
hieroſolymis: Nõne hic ẽ quẽ iudei q̃rũt ĩterfi
cere? Ecce palã loquit: ⁊ nihil ei dicunt.] Erat
hoc verbũ aliquoꝝ ad deſyderiũ feſtine moꝛtis
Jeſu: aliquoꝝ vti mirantium/ aliquoꝝ vti letan
tiũ: ꝙ nõ tangebatur dum publice loqueretur.
Et heſitatio cognitionis tenebat aĩos aliquo
rum/ dicentium: [Nunquid vere cogno

nerũt principes quia hic est christus? Sed hũc
scimus vnde sit. Christus aũt cũ venerit/ nemo
scit vnde sit.] Anceps verbũ: id tñ habẽs in sen
su: Ideo hic iã q̃situs ad necẽ/ palam loquẽs nõ
capit: non interficit: non exprobrat in verbis.
Quia forte pncipes sacerdotũ/ a q̃bus hoc agẽ
di depẽdet autoritas/ vere cognoscunt ipm esse
Messiam expectatũ: q̃ mõ arcẽt impetũ iudeo-
rum/ ne ad interitũ capiatur. Sed e regione ve-
ritatem nõ intellectã sibiipsis obiiciunt: necnõ
& mẽdaciũ veritate mixtũ. Sũma sentẽtia inter iu
deos est: q̃ generatio Messie/ ac etiã in modo
ignoretur aduentus. Verũ est hoc vsquequaq̃: in
quo perspicua est ipsorum damnatio. Nã Chri
stus messias expectatus sic erat: cuius genera-
Actuū. 8. tio ignorat/ q̃ eterna. Et generationẽ eius quis
enarrabit? Et modus incognitus: quia per por
tam clausam ex virgine. Et hoc dictum habet:
Christus aũt cũ venerit/ nemo scit vnde sit. Mi
xtum vero veritate mendaciũ/ p̃missum verbũ
habet: Sed hũc scimus vnde sit. Quia sciebãt
parentes sm carnem: quorum alter putatiuus/
alter duntaxat verus erat. Sciebant ciuitatẽ &
patriã: deitatem tamen in ipso/ immo deum esse
nesciebant. Hinc mendacio ascripti sunt: pro-
pterea Christus clamosa voce veritatẽ confir-
mat: mẽdacium destruit. [Clamabat ergo
docens in templo Jesus/ dicẽs: Et me scitis: &
vnde sim scitis. Affirmat etiam hoc iesus: q̃ sci
ebant eum sm carnalem generationem & educa
tionem & patriã: denegat autem q̃ eternam ori-
ginẽ ignorabant. Et cũ etiã possit intelligi at-
q̃ cognosci: quod & sic nõ credebãt. [Et a me
ipso non veni: sed verus est qui misit me pater/
quem vos nescitis.] Veluti verba seriaret: Quo-
modo me cognoscitis/ qui a meipso non ve-
ni? Et cum missus sim/ ignoratis mittentem de-
um verum & eternum patrem: & q̃ patrem igno-
rant/ filium non cognoscunt. Et si patrem nesci
tis: filium quomodo cognoscetis? Summa sen
tẽtia in hac re: quoniam cognitio vnius relato
rum ex altero tota pendet. Et vnius ignorantia
scientiam alterius destruit/ seu nescientiam pa-
rit. Ex omnibus his augebatur culpa inexcusa-
bilis iudeorum in cognitione Christi. Quoniã
si sciebant illum ex stẽmate: non venerabantur
sanctitatem/ quam in eo inficiari non poterant.
Si non sciebant vnde esset: non poterant resi-
stere veritati eos nudate conuincenti: neq̃ pre-
stabant verbis fidem/ vt intelligerent veritatẽ.
Sed ipse iesus cui credendum erat/ solus suam
eternam sciebat originem. Proinde dicebat:
Ego scio eũ. Et si dixero q̃ nescio eũ/
ero similis vobis mendax. Et scio eum: quia ab
ipso sum: & ipse me misit. Pandit suo verbo sui
ipsius scientiã christ9/ fidem ab auditoribus exi
gens: cum aliter in eius cognitionem transiri nõ
possit/ nisi per fidei potestatem. Et edocet nõ so-
lum assertione falsorum/ seu confessione non
entium esse mendacium: sed etiam in negatio-
ne notorũ: efficitur immo cognoscitur hac sen-
tentia saluatoris mendax qui se dixerit nescire
quod nouit: cum dicit: Et si dixero q̃ nescio eũ/
ero similis vobis mẽdax. Sed rei veritatẽ chri-
stus non denegat: sed fatetur. Et scio eum: quia
ab ipso sum: & ipse me misit. Replicatio verbor
similium in verbulando siue in sententia non
plus affert veritatis/ q̃ exprimit vim affectus
in eos qui per fidem ad intelligentiã veritatis
vocantur. Sed perduellis fit ex veritate per-
fidia/ ex reddita ratiõe peruersitas: & furiunt ex
mansuete loquente. [Nam querebant eũ
apprehendere: et nemo misit manum in illum:
quia nondum venerat hora eius.] Sepe quesie
runt christum iudei: sed proposito malo: tamen
eum non nisi quando voluit/ inuenerunt ad ne
cem: ad quam venabantur illum. Bono tamen
p̃posito inuenissent ocy9/ et tutius tenuissent:
Manus quidem hostis non poterat in eum ex
se/ nisi ab eo permissa: qui quando voluit capi
endũ se/ in manibus hostiũ dedit. Quoniã nec
aliquid recepit aduersi potestate agentium per-
dite contra eum: sed voluntate propria: qui ea
hora qua voluit capi & teneri/ passus est ab eis q̃
eũ insectabantur. Nec ipse ad horã/ sed ad ipm
hora ordinata erat. Et quoniam nequam erat
anima in iudeor populo precellentium/ non fit
infecta cõditio plebeiorum. Ideo [De tur-
ba autem multi crediderunt in eum:
et dicebant: Christus cum venerit/ nunq̃ plura
signa faciet/ q̃ q̃ hic fecit?] Nõ erat plena ista
credulitas de filio dei/ sed de quodam homine
sancto: cum ei adhuc futurum posterizarent
messiam: & ex signis magis q̃ ex veritate trahe-
bantur ad eũ. Nec fuit adhesionis ad sequelã
nec ad iusticiã/ vt ex confessione salus sequeret.
Cũ nec eum tunc fuissent ausi coram sacerdoti-
bus & principibus confiteri: aut pro ipso dedis
sent se in obiectum verborum atq̃ factor: erat
tamen animus eorũ mitis in Christum/ vbi alii
seuiebant. Sed nec suffecisset eis illa corde cõ
cepta modica fides: nisi occasione data & acce-
pta progressura fuisset in publicũ corã homini-
bus confitendo Jesum. Ex hoc enĩ salus secun
dum sententiã eius: Qui me confessus fuerit cõ Marci. 8
rã hominib9/ cõfitebor & ego eũ corã patre meo. Luce. 12
Et e regione dictum est: Qui me negauerit corã
hominibus: negabo & ego eũ coram patre meo.

De eo q̃ principes et pharisei mise runt ministros: vt apprehẽderent Jesum. Et de disceptatiõe exorta super quesitione non inuentura eum: secũdũ Joannem. Capi. XXX.

SI qua virtus/ & ex ipsa in omĩbus actus
et agens sm eã nemini occasionẽ crimi
nis administrat. Sed induratus aio ca
pit ex ipso vnde in peiora labat: & inde ledit que
sibi ad recte agendũ p̃sto auxiliũ erat. Et cupiẽ
tibus perperã agere/ iusticia emula est: que obli
quũ vetat/ rectũq̃ suadet. Placet perniciosa li-
bertas omnibus immodestis: regulatio displi-
cet: q̃bus nec satis est mala volũtas & actio: sed

conãtur ex omi parte captiuare veritatẽ. Et ex
imagine captiuitatis quã patiunt in aio / alios
nituntur intrudere: vellẽtq̧ si facultas foret / de
lere iustos: quos infestos habent a vita. Unde
sequitur: ⌊Audierũt iesum pharisei tur
bam murmurantẽ de illo hec. Et miserunt pnci
pes ⁊ pharisei ministros / vt apprehẽderẽt eũ.⌉
Non potest sustinere maluaceus / q̄ de bono di
gnum aliquid diuulgetur: ⁊ diuerberatur in aio /
si fama eius increscat. Ecce alterã murmur̃ par
tem pharisei de Christo pati nõ possunt. Habe
bat eñ iesus / vt iã predictũ est / vtrãq̧ murmur̃
partem: solum bona odio erat eis. Et ne inuale
sceret ministros miserunt: vt eũ apprehenderent:
quem ex modico iam ceperat turba laudare: q̄
ab eis expectat⁹ messias cũ venerit / non sit q̄ ipe
ampliora signa facturus. Sed cognita est a chri
sto perniciosa legatio / cogniti legati / cognitiq̧ le
gantes: id inde: ⌊ Dixit ergo eis Jesus:
adhuc modicũ tempus vobiscũ sum: ⁊ vado ad
eum qui misit me. Queretis me / ⁊ nõ inuenietĩ:
⁊ vbi ego sũ / vos nõ potestis venire.⌉ Innoua
uit loquẽdi modũ cum ministros aspexit: nõ tñ
ad eos singillatim deriuãdo sermonem. Sed ce
teri iudei cum ministris / ⁊ ministri cũ eis aduerte
re poterãt huiusmodi innouatiõis causam. Ceu
faret: vt q̄d festinãt pharisei me morti tradere:
⁊ ad tale facinus preoccupare tempus: cũ modi
co tempore sim mansurus ipe vobiscum: vt eũ
sensum habeat ista locutio: q̄ sic iesus venerat
oñino moriturus: nec alio mortis genere exces
sisset a mundo / nisi sic fuisset occisus. Unde ait:
Legat⁹ sũ: legatiõe fungor: cito cõplebitur mini
steriũ legationis mee. Qui me legauit expectat:
⁊ vado festinus ad eum qui misit me. Uos autẽ
queretis me: ⁊ non inuenietis. Nõ bono / sed ma
lo pposito: q̄ si bono / vtiq̧ inueniretis. Quare
nõ inuenietis q̄rẽtes? Q̄r vbi ego sũ / scz apud deũ
patrẽ i eadẽ substãtia deitat̃ i eternitate mãsiõis
vos venire nequitis: q̄r non creditis: possetis si
crederetis. Mixta verba sunt hec / ostẽdentia for
mã dei ⁊ serui. Modico tẽpore dixit se Jesus in
mũdo mãsurum. Sed nec illo modico dignus
extitit ois mũdus: vt deũ ⁊ dominũ atq̧ factorẽ
suũ in humana forma creatura videret atq̧ senti
ret. Neq̧ dignus erat mũdus conuersatiõe ipi⁹.
Et cũ totus iã in maligno posit⁹ esset: benigni
tatẽ ipi⁹ portare non potuit. Juit / a quo nũq̄ re
cessit: ⁊ recessit quẽ nunq̄ a sua cura dimisit. Fa
cta est / fit ⁊ fiet quesitio ei⁹: nõ aũt uẽtio / nisi sa
piẽtie lege: sicut scriptũ est: Sẽtite de dño in bo
nitate: ⁊ i simplicitate cordis vestri querite illũ.
Qm̃ inuenitur ab his / q̄ nõ tẽtant illũ. Apparet
aũt his q̄ fidẽ habẽt i illũ. Accessus ad eũ impos
sibilis est: lucẽ enim habitat inaccessibilẽ: fides
tñ ad meritũ ⁊ ad p̄miũ penetrare in illã potest.
Inpertinenter tñ intellexerunt hec dicta iudei.
Unde dixerunt ergo iudei ad semet
ipsos: Quo hic iturus est: q̄r non inueniemus
eũ? Nunq̄d in dispersionẽ gentiũ iturus est / ⁊ do
cturus gẽtes? Quis ẽ hic sermo quẽ dixit: Que
retis me / ⁊ nõ inuenietis: ⁊ vbi sum ego / vos nõ
potestis venire?⌉ Nõ capiebat v̾ba diuia p̄fidũ
pect⁹: ⁊ cũ ad illa conaret̃ itellect⁹ nõ debita via
icidit in errorẽ. Acsi crederẽt iesuz abcedere a iu
deis / ⁊ trãsituz ad gentes: quas dispersas iudei
vocabant propter cultũ varium idolorum: et q̄
nec sub vna lege / aut sub vno sacrificãdi studio
claudebant. Ad q̄s forsan gẽtes si christus iuis
set / iudeis impossibilis videbatur accessus: non
spacio terre / aut interpositione aq̄ruz / aut gressu
pedũ: sed p̄hibitiõe legis ⁊ dissimilitudine mo
rum non esse licentiã: aut q̄ gentes / quib⁹ ex mi
raculis ⁊ doctrina posset accept⁹ fieri / eũ ab alijs
tuerent. Ita tñ q̄ arcerent etiã hostili potẽtia si
quos cognouissent ausu temerario / nocẽdi cona
tu ad eum voluisse accedere.

Quod iesus clamauit / inuitãs siti entes ad aque viue potum: secundũ Joannẽ solũ. Capitulum. XXXI.

Desyderia hominuz per diuersa spe fru
strata vagantia in se christus termina
turus aduenerat: si ei homies adhesis
sent. Heres quidem vniuersoꝝ est: ⁊ p̄ eum facta
sunt secula: omnibus bona omnia factus est: et Heb.1.
ipse se omnibus offert: oẽsq̧ inuitat: vt nemo
de verecundia gradiendi ad eũ / seu de impossi
bilitate causetur. Ipse inuitat: ipse prestat acce
dendi petendiq̧ audaciam. Exponit ipse donũ
volentibus. Nõ culpatur inexhauribilis largi
tas eius. Negligẽtie hominum est / q̄ eius dona
non accipiuntur: nostre desidie / q̄ eius beneficia
respuũtur. Hinc dicit: ⌊In nouissimo aũt Joan.7.
die magno festiuitatis stabat iesus et clamabat /
dicens: Si q̄s sitit / veniat ad me et bibat.⌉ Die
festo mediante / ascendit Jesus in templũ / ⁊ doce
bat. Nunc in nouissimo festiuitatis die / scz septi
mo: qui celebrior ceteris erat: stabat iesus in tem
plo / forsan eminentius solito: vt in euz oculi oim
verterẽtur: ⁊ audiretur aptius vox eius in clamo
re deprompta. Inuitatoria quidem erat: Si q̄s
sitit / veniat ad me ⁊ bibat. Satiare vult christus
desyderia nostra / que signantur in siti: porro ali
unde satiari non possunt: non ad sitim corporis
potum offert. Multam aquam creauit ab initio
deus decarie terram excedentẽ. Et fere vbiq̧ in
uenitur aqua pro siti corporis depellenda: sed li
quorem alium / non sensu corpis perceptibilem
pollicetur. Precesserant huius inuitatorij vocẽ
in typo multa gesta ⁊ oracula prophetarum: vt
perlucide cognosceretur q̄d sit id ad quod chri
stus voce clamosa vocat. Sitiuit populus isra
eliticus in manu moysi educt⁹ de egypto aquã Num.20.
in deserto: vbi nõ inuenerat iuxta votum. Et ac
cepit ex petra / bis moysi v̾ga p̄cutiẽte illã. In
deserto huius mundi sedibus incertis vagat̃
hominum genus: nihil firmũ stabileq̧ tenens.
Gliscit: anhelat: multaq̧ cupit: lãguet circa de
syderia multa. Sed non inuenit in thesauris na
ture vnde satiet̃. Supra naturam propinatur
aqua: quia de silice / de petra bis mosaica v̾ga
cesa. Omnia in figura contingebant illis. Et bi
bebant de spirituali cõsequente eos petra: petra
autem erat Christus. Bis vna virga percussus

potestate sua quidem. Etenim virga ostendit regiam etiam et iudiciariam potestatem. Moyses percutiens ipse christus est: vt ipse percutiens/ipse petra percussa. Quoniam semetipsum propria voluntate tradidit in omnem humani generis liberationem/ perfectionemque ad sperata: vt ipse sit percutiens et percussus. Bis nempe: in anima per tristitiam/ in corpore per penam sensibili. Aque largissime tunc temporis de petra fluentes/ aquam redemptionis in sanguine/ et aquam ablutionis in baptismo figurabant: ita largissime vt precium quo est celebrata redemptio/ aqua in qua baptismus ordinatus est: et omnes homines potauerit ope sua. Igitur si quis sitit redimi: si quis sitit lauari a sordibus peccatorum: ad christum clamantem in nouissimo festiuitatis die/ in fine temporum accedat:

1.Corin.10. Quoniam nos sumus in quos finis seculorum obuenit. Et dicentem audiat: Si quis sitit/ veniat ad me/ et bibat. Sed si non sitit/ non veniat. Non enim accipiet non sitiens/ si sitire potest. Ad sitientes duntaxat facta est inuitatio. Sic enim proclamauerat dominus per prophetam:

Esa.55 Omnes sitientes venite ad aquas: non acceptate precio seu aliqua permutatione rerum/ sed promptitudine inobliquate voluntatis. Inde subiecit: Et qui non habetis argentum/ properate et emite et comedite. Venite emite absque vlla commutatione vinum et lac. Ad multiplices potus vocat: aquarum/ vini/ et lactis. Potus aquarum ex superioribus liquet: vini ad haustum scilicet euangelice doctrine: lactis vt per veritatem mentis et morum cum dulcedine bibant ad imaginem paruulorum: qui lacte puro et dulci cum delectatione pascuntur. Et in persona chri-

Cant.5. sti predictum erat: Comedite amici mei et bibite/ et inebriamini charissimi. Ecce vinum inebrians. Attende mensuram: Et calix meus inebrians quam preclarus

Psal.22 est. Et ebrietas hominem quasi alienum facit. Clamat quidem christus vt accedamus ad eum et bibamus. Sed vinum eius et mensura seu vas quo apponitur ori/ebrietatem facit: illam videlicet qua vocatus a christo/ab omni mundo visibili efficitur in animo alienus. Ve qui ab hac ebrietate secernitur: in hac causa ebrietas rectum/ sobrietas prauum sapit. Ebriat vinum christi ea imagine qua ore perceptum est: vt iniuriantem et iniurias / ledentem et lesiones/ honores et vituperia/laudantes et deridentes/aurum et stercus/notos et extraneos/equa lance versionis appendat: vt ea similitudine vino christi ebrius cuncta libret. Igitur vitium est ebrietas: sed non ex vino christi/ ad quod charissimi inuitantur. Ebriat et calix non a se/sed adhuc ex potione contenta. Et mensura est qua vinum propinatur. Mensura christi fuit omnino semestris. Quoniam

Joan.18. dedit sibi pater: vt diceret aduersanti: Calicem quem dedit mihi pater / non vis vt bibam illum? Ac per hoc huiusmodi calix ori cordis appositus per considerationem/ inebriat per amorem. Si quis ergo sitit/ ad christum vadat et bibat. Hac si

2.Prouer.2. ti agebatur dauid: cum aquam de bethleemitico fonte sitiuit: etenim christus bethleemiticus erat.

Psal.41. Et alibi decantauit: Quemadmodum desyderat ceruus ad fontem aquarum: ita desyderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum: quando veniam et apparebo ante faciem domini. Qui ergo vitam desyderat: vadat ad

clamantem alta voce iesum: Si quis sitit / veniat ad me et bibat: ipse fontem viuum ad auferendam nostram sitim habet. Sed intellectus verborum est pro filiis chore/ qui caluus interpretatur: vt ex titulo psalmi liquet: id est pro filiis christi in monte caluario crucifixi. Omnes quis inuitentur ad aquas/ ad nouum christi potum: non tamen accipiunt/ nisi sint filii calui christi saluatoris. Et his dicitur quod in apocalypsi scribitur: Et sponsus et sponsa dicunt/ veni: et qui audit/dicat veni. Et qui sitit/ veniat: et qui vult/accipiat aquam vite gratis. A Christo autem deficientibus dicitur: Et nunc quid tibi vis in via egypti: vt bibas aquam turbidam? Aut quid tibi cum via assyriorum: vt bibas aquam fluminis? He aque non satiant: vitam optatam non tribuunt. Et cum solum vere credentes accipiant: ideo adiectum est. [Qui credit in me sicut dicit scriptura: Flumina de ventre eius fluent aque viue.] Ista verba sunt christi: sed non aliter epistolari expedit/ quam euangelista subiecit. [Hoc autem dicebat de spiritu: quem accepturi erant credentes in eum. Nondum enim erat spiritus datus: quia iesus nondum erat clarificatus.] Spiritussanctus in typo fluminum aque viue decurrentis designatus est: quia ante ascensionem/ in qua permaxime clarificatio christi patuit/ tante multitudini neque in tantis signis datus non fuerat. Quamuis multi ante illam insignem donationem habuerunt spiritumsanctum ad prophetandum/ ad sanctificationem/ad facienda miracula: sed/ non datus ante glorificationem eius per resurrectionem fiendam / in ascensione monstrandam. Dari quidem poterat spiritussanctus ante omnia hec: sed complenda erant omnia mysteria filii antequam spiritussancti in tanta euidentia / in sonitu/in linguis igneis celebraretur aduentus. Qui more fluminum aquarum viuentium defluxit in cordibus eorum qui acceperunt ad irrigandum orbem terrarum: sicut scriptum est: Spiritus domini repleuit orbem terrarum: contemptu terrenorum/ amore celestium/diuinis doctrinis/ moribus nouis/ virtutibus et sacramentis salutaribus/ et imbre miraculorum oppleuit. Verum quia vnde flumina exeunt reuertuntur: ideo spiritussanctus fluminibus assimilatus est: quia quo venit vadit/secum trahens quos cepit.

Quod ex predictis verbis saluatoris orta est disceptatio: ex qua inter iudeos dissensio facta est: secundum Joannem. Capitulum. XXXII

Erant verba christi omnino excedentia communem hominum sensum: sed ipse prestabat volentibus intellectum. Ad hoc edebantur vt audientes ad eum tota intentione conuerterentur: et fide moribusque sequerentur ad percipiendum ab eo desyderatam in eternam vitam. Nec erat in proferendo varietas: vt ad acceptos minus vel magis edita viderentur. Expandebantur vt retia/ pro piscibus aut auibus venientibus pariter capiendis. Quod si non capiuntur/ non est in retibus culpa expansis iure venandi. Sed sicut pisces aut aues non venientes non veniunt in capturam/ venientes herent: sic verba christi venandi ad vitam homines omnibus re deprompta non omnes audientes ceperunt: nec defectu seminiuerbii seu verborum/sed inequalitate auditorum: qui non eodem animo ad illa suspensi erant.

-ꝗꝙ patet diuersitas. Ex illo ergo ⌊turba cū audisset hos sermones eius / dicebāt: Hic est vere propheta. Alij dicebāt: Hic est christus. Quidam dicebant: Nunquid a galilea christus venit? Nonne scriptura dicit: quia ex semine dauid & de bethleez castello vnde erat dauid / venit christus?⌉ Disceptabatur de christo: varie quidem / vt videns crederet seu expectatus Messias. Erāt & aliqui eum cognoscentes ex genere / ex educatione galileum / ex ciuitate nazareth / sita in regione galilee. Scientes s̄m carnem genealogiam eius ex vtroꝗ parente: gnari scripturarum & prophetiarum / reprimentes dictuz & opinionem: ꝙ a galilea Messias venturus non sit: magis autem a bethleem s̄m scripturam. Sicut nathan de mādato domini predixerat dauid: & sicut propheta uerat ante micheas: s̄m cuius prophetiam respōsum fuit a scribis herodi / de christo sciscitāti ad inquisitionem magoꝝ. Sed vnde iudei causantur in christum: inde accusantur & contra eos sententia iusta diuoluitur. Quoniam & christus bethleemita erat: natus ibidem tēpore descriptionis orbis: cum signis et portentis aduenientibꝰ orbi / annotatis in libris gentilium. Quamꝙ illa non cōmendauerit stilo: aut si cōmendauerit in tunc / in posterum aboleuit perfidia iudeorū. Qui et si non poterant supprimere ipsuz esse ꝓphetam: negabant ipsum esse messiam. Sed vnde se palliant deteguntur: & implicantur quo explicari se credūt. Dissensio itaꝗ facta est in turba propter eū. Semper inter verum & falsum / bonum & malum / lucem & tenebras / pios & impios iustos et iniustos / humiles & superbos / humiliter sentientes & alta sapientes / simplices & astutos / dissensio reperta est. Et si permixta concio huiusmodi differētium / tandem patuit concio saniorū: et intantū processit autumatio discissa de christo / vt vna partium manus in eum mittere niteretur vt caperet: sed nec et altera presumpsit / vt pauida in tutelā. Neꝗ aliquando in euāgelio legimꝰ / ꝙ tuitionē humanā aliquādo habuerit a seuiētibus in eum: immo is qui presumpsit / ilico mandatum accepit: vt eductum conuerteret in vaginam. Expositus erat christus a patre ad tolerantiam aduersorum: sed volūtas sua inseparabilis erat. Manifestat hoc actio nequā. Hinc ⌊quidā aūt ex his volebant apꝓhendere eū: sed nemo misit sup illū manꝰ.⌉ Nō semꝑ agit facultas quod deliberat mala voluntas: que si nō corrigit / facultas refrenat / aut a potētiore virtute / aut a seipsa minus audace in effectu ꝙ mala voluntas fuerit in affectu. Itaꝙ q̇dam ministroꝝ volebāt christū capere: sed a christi virtute manus eoꝝ ꝓhibita est: vt aduerterēt ꝙ christū apꝓhendere nō erat humane potestatis / sed ipsius dūtaxat proprie voluntatis:

¶ Quod ministri nō apprehendētes iesū reuersi sūt: ex q̄ disceptatio exorta est quid in eū sit secūduz veram iusticiam decernendum: secūdum Joannem solum. Capi. XXXIII.

Non semper ministri perficiunt imperata maiorum virtute aliqua acti: cognoscentes esse nequissimum quod iubetur: deo prohibēti perperam agere / magis ꝙ hominibus deferentes. Aliqui non valentes perficere imperatū: etiam habentes animuz male paratuz / non perficiunt iussum nequam. Plerisꝙ in ipsa prima diuulgatione mandati apparet edictum iubentis peruersum esse iustissimuz. At vbi cum subito non exit in opus mala facultas: interdum de opere instruitur interius inordinata voluntas. Ex hoc a temperantia detineri oporteret ministroꝝ manū: ne subito perficerent iussum / aut ilico inferrent in alijs lesionem mandato susceptam. Quoniā in subitatione cōfunditur innocens: taliter ꝙ non valet medela post vulnus: neꝙ vita restituitur ab homine / cū mors prefuit irrogata. Et sepe post male gestū liquet veritas innocentie: cui non confert etiaz voluntarium remedium inferētis. Unde ministri a doctrina sana Christi preuenti: non illum tetigerūt: in optimo documento facti posteris / ne subito perficiant incompacta iussa maioruz. ⌊Uenerūt ergo ministri ad pōtifices et phariseos: & dixerunt eis illi: Quare non adduxistis illum? Responderunt ministri: Nunꝙ sic locutus est homo.⌉ Reuertūtur ministri ad pontifices: a quibus missi fuerant ad propriam actionem spe frustrata mittentium: qui eos animo irato interrogabant: Quare nō adduxistis eum? Uti dicerent: Nos vos misimus ad capturam: quare igitur non cepistis eum: vt captum deferretis ad nos? Apologizant ministri ex locutione capiendi Jesu: ꝙ vti locutus ipse / nūꝙ sic fuerit alius locutus. Homines isti erāt: et supra hominem de christo sentiebant: ex eo quidem ꝙ in mansuetudine audierant verbū eius. In quo virtus erat posse corda hoīm mutare: nō tn̄ potestate solū cū posset / sed etiā humili pietate audientiū eorū corda mutabat. Apparitores seui a seuis missi ꝑncipibus / mansueti ad ṽbū dn̄i facti sūt: a quo aīoꝝ sedata seuitia / & corpoꝝ frenata facultas. Nullus se tueret a ṽbo dn̄ico / si ad audiendū aptitaret aurē. Mollescūt dura corda ꝑtinacia effugat: mollescit duritia mentis / et ad aptitudinem agendoꝝ ipsa ineptitudo reducit obliquata ratio redit in rectū: asperū deplanat: si animequiori aīo ṽbū veritatis accipit. Huiuscemodi ministri mittunt vt capiāt: audiūt & quiescūt. Et nec ī culpa sunt / si ad meliora cōuersi nō ꝑficiūt iussa q̄ neq̇ter susceperūt: si nō obsecūdāt iussionibꝰ criminosis. Et fortassis dicet q̇s: Ergo in culpa sunt serui: si nō ꝑficiūt oīa iussa maiorum: si iuramēto aut pacto eis se cōstrinxerint. Equidē: si edictū nō aduersat iusticie / ṽitati atꝙ ṽtuti. Ubi aūt e regione cōsisteret: iusticia / veritas / virtꝰ sunt iussionibꝰ oīmibus ꝑferēde. Aduersus istas nulla lex / nulla sanctio / iussio nulla: si in re hac apologia interposita magis placet. Nunꝙ sic locutus est homo / sicut hic homo loquitur. Ut ex hoc liqueat ideo nō cepisse iesum:

Joan. 7.

quoniā supra omnem modum oīm hoīm loque
batur. Et si calculatio fieret a protoplastis vsq
ad christum per omnes mūdi originales homi-
nes: ꝛ ab illa prima oīm maxima rate inclusoꝛuz
egressu: quousq per omnes nationes / per oēs
etates / per omnes tribus / populos ꝛ linguas vs
q ad ipsum christum: nunꝙ sic locutus est hō.
Ita locut⁹ vt inimici faterent: quoꝝ testimoniū
plus affert in iudicio veritatis. Et homo erat ve
Psal. 115. rus: sed supra hominem loquebat. Et oīs ho-
mo mendax: ipse solus verax. Ideo nunꝙ sic lo-
quutus est homo / sicut loquebatur iesus: qui nō
solum homo / sed dei filius erat: in quo ꝛ per quē
pater hominibus loquebatur eternus. Quod et
post omnem eius locutionē de ipo scripsit apl's:
Hebre. 1. Multipharie multisq modis olim loquēs de⁹
patribus in prophetis: nouissime dieb⁹ istis lo-
cutus est nobis in filio. Ergo non ab re dictum:
nunꝙ sic loquutus est hō. Non ad ornatū verbi
Joan.14. torsit/ dicēs: Si diligitis me/ mandata mea seruate. Si diligitis psonā/seruate doctrinā. Parum est magistri dilexisse personā: si in doctrina sua ɔtennit. Si diligitis regē/custodite legē: quoniā ideo ɔstituit rex vt regat. Nullus autē rex iuste regit/ nisi leges equitatis edicat. Nō igit satis ē regis psonā dilectionis oculo intueri: nisi lex eius seruet in morib9. A cui9 puaricatione ob dilectionē ad regē non excusaretur transgressor: magis autē pamplius culparet: quoniā qtomagis regiā dilexit psonā/tanto seriosius legē eius debuit cū dilectione seruare. Hoc quidē quod apłis dictū est inexceptuate diriuat in posteros: vt iste sit dilectionis effectus seruatio mandatoꝝ. Si diligitis me/mandata mea seruate: sed nō absqꝫ merito ꝛ superogationis dono. [Quoniā et ego rogabo patrem: ꝛ aliū paracletū dabit vobis: vt maneat vobiscū in eternū: spiritū veritatis: quē mūdus nō potest accipe: qꝛ non videt eū/neqꝫ scit eū.] Promittit paracletus mandata seruātibus: que nisi paracleto habito nō seruant. Impossibile quidē est dei mandata pficere/nisi p gratiā spūs sancti. Oportet igitur oīno preire gratiā spūssancti ad mandatoꝝ custodiā: ꝛ comitari ꝛ subsequi. Ad quid igit post seruantiam mandatoꝝ spiritussanctus pmittit/qui ante datur vt mādata seruētur: nisi qꝛ ideo pmittit vt ad eternā cōsolationē cum electis maneat in eternū. Et primo dantur mādata vt fiant: fieri nisi p adiuuantem spiritū nequeūt: qui exquirit vt impleant: et datur vt cōpleant. Et hec largitio spiritus est ad actionē/ sed vt maneat vobiscū in eternū ad futuram beatitudinē. Cum ꝯo dicit/ꝛ ego rogabo patrē: ad id quod supra dixerat/refert: vt glorificet pater in filio: exaudiēs ipsum in rogaminib9 eius creditus vere filius eius/ ꝛ deus eternus pater ipsius. Et aliū paracletū in persona nō in substātia dabit vobis: vt maneat vobiscū q fuistis mecū: spiritū veritatis: q oēm excludit errorē: ꝛ falsitatē nullā finet incognitā. Dabit spiritū in spū viuentib9/nō in carne: quē mūdus nō pōt accipe: qm̄ mūdus q nō cognouit incarnatum vnigenitū dei filiū/non accipiet spm̄sanctum: qꝛ non videt eū/neqꝫ scit eum. Si hec duo verba videt et scit/traijciant in futurum/clarior erit sentētia: qꝛ nō videbit neqꝫ sciet: ꝛ subseqns affirmatiua sententia de futuro sic intelligendū esse clarificat: Vos autē cognoscetis eū qꝛ apud vos manebit et ī vobis erit. Aduertendū igit quib9 ꝛ quō spūssctūs dat ꝛ accipit: ꝛ quib9 ꝛ quō denegat. Nā ad ipsum accipiendū preit pura christi obseruatio mādatoꝝ: qm̄ contēptores diuini decreti/ priuātur gratia spūssctī: factores aūt illā merent accipe: non p prioꝝ sufficientia meritorū: sed christ9 vnigenitus dei fili9 suis rogaminibus impetrat: ꝛ quod debetur meritis corpis/merito capitis obtinet. Quē nō accipit mūdus/ scꝫ mūdi visibilis atqꝫ sensibilis amator existēs. Inuisibilis ꝛ corpe insensibilis est paraclet9 seu spūssctī gratia: qui visibiliter ꝛ sensibiliter delectatis totaliter denegat. Ideo mūdus/id est mundo aīo ꝛ corde copulat9/nō pōt accipe eū: qꝛ eū videre nō pōt qui

oīno inuisibilis est: neqȝ scire spm̄/ qui solū que
sunt corporis sapit. Que ꝯuentio in visione cor
porei ad incorporeū? Que cōparatio in scientia
carnis ad spiritū? Segregatū saltem aīo expe-
dit esse a visibili/qui nitit̄ inuisibilia ꝛ spiritua-
lia intueri atqȝ cognoscere. Et directus sermo
ad apl̄os ostendit quales erāt aut futuri erant:
qꝛ oīno a visibilibus abdicati. Uos aūt cogno-
scetis eū: quia apud vos manebit/ꝛ ī vobis erit
quoniā vos qui ꝑpter me oīa reliquistis: non
relinquā orphanos/sȝ vado et venio
ad vos. Uado in carne: veniā in spū. Non re
linquā orphanos velut filios paterna priuatos
ꝑsentia: sed semꝑ veniam ad vos. Eo sensu hoc
intelligendū est/quo actio diuīa in subueniēdo
nullā intercapedinē habet. Et quoniā supra di-
xerat/ꝙ mūdus non potest spm̄sctm̄ accipe: sic ꝛ
nec iesum vltra videre. [Adhuc modicū
ꝛ mūdus iā me nō videt. Uos aūt videtis me: qꝛ
ego viuo ꝛ vos viuetis.] Si apostoli visuri erāt
iesum: qꝛ ipse viuebat/ꝛ ipsi viuere debebant: er
go christus mortu⁹ credebat̄ a mūdo: seu mun-
dus in peccatis mortuus iacebat: ꝙ euȝ videre
nō poterat: sed christus viuebat in apl̄is/ꝛ ipsi
in christo viuebant: sicut arbor in ramis ꝛ rami
in arbore cōmuni vita viuunt. Aperit aūt vnde
vita christi/vnde vita apl̄is: vt intelligatur vnio
immo ꝯsubstantialitas patris ad filiū: vnio filij
ad corpus suū mysticū: quod sibi pater mō inef
fabili coaptauit. [In illo die vos cognosce-
tis: qꝛ ego suȝ in pr̄e meo/ꝛ vos in me/ꝛ ego ī vo
bis.] Ineffabilis vna vnio ꝛ eterna cōsubstan-
tialitas: ineffabilis alia/sed ex prope facta. Pri
ma ī natura: secūda in gratia. Prima patris cū
filio: secūda filij cū corpore mystico. In illo die
quo vobis vna cū patre paracletū misero: vos
cognoscetis/qꝛ ego in patre meo in vnitate na-
ture paterneqȝ substātie: vos in me in vnitate fi-
dei/dilectionis ꝛ gratie: velut rami in arbore/ra
dij in sole/riui in fonte/discipuli in doctore/du-
cti in duce/membra sub vno capite. Et velut fui
stis aut estis in adam ex ꝑpagata natura: ita in
me in eadē natura assumpta. Quod aūt dictum
est ad apl̄os: ad totā humanā naturā diuīe acti
onis cōitate ad electos: maxime acceptione vir
tutū/non ꝑsonaꝝ: dictū esse credam⁹. Et ego in
vobis. Suꝑflua videt̄ replicatio ista verborū ꝙ
ipse sit in nobis: si sic predictū est ꝙ nos in ipso
vt sermo euāgelic⁹ explicat. Et vos in me: ꝛ ego
in vobis. Si vos in ipso/ꝛ ipse ī vobis: Est ergo
differēter intelligendū de entibus ꝑ vicissitudi
nem vno in altero: ꝙ essendi modus aliter attri
buat̄ vni ꝙ̄ reliquo. Negauerim de his q̄ in om
ni equalitate participāt/non aūt diuersum essen
di modum excludere vnius in altero: ꝛ per reci-
procationē si inequalitas superioris ꝛ inferioris
inspicit̄: seu digni ꝛ dignioris/boni ꝛ melioris
attendit̄. Et ne plixitas exēplificando rediū ge
neret: solum ad quod sumpsimus/reuertamur.
Erāt apl̄i aut nos sumus in christo velut origi
nati in origine suo: nam sunt oēs hoīes in adaȝ
tanꝙ̄ in origine traduce carnis. Sumus et nos
in christo tanꝙ̄ in origine nō traduce carnis/sȝ
gratie ꝛ virtutis: q̄m aliter sunt originata in ori
ginalibus suis: aliter originalia in suis origina
tis. Illa velut suscipientia omne quod sunt: ori
ginalia vo velut infundētia ꝛ intermisse ꝑstan
tia ne deficiant quod sunt: dū semꝑ illa fundūt
ꝛ illa semꝑ accipiūt. Et semꝑ accipiunt ab origi
nalib⁹ nō deficienti b⁹/nisi ꝑcidant̄. Sic nos in
christo velut in origine oīs virtutis/oīs boni
omnisqȝ gratie indeficienter diffundēte: nisi no
stra malicia ꝛ volūtate ꝑcidamur. Mira digna-
tio vnionis: alta vnio dignationis: vt ꝑ existen
tiam christi in nobis/nostriqȝ in christo cū tota
trinitate fecerimus vnionē. Seruemus dignis
moribus societatē/quā ꝛ christo ꝛ ꝑ ipsum habe
mus ad patrē: nec vilipendam⁹ quod accepim⁹
tanto mysterio. Porro nec contēnerim⁹ cui cu-
iuspiā temporalis dn̄i amicitiā copulatā: dum
dignaret̄ superior suis inferiori b⁹s huiuscemo
di societate ꝯiungi. Ut aūt ostenderet qualē mā
sionē exquirit a nobis in ipso: de dilectionis ef-
fectu seu de ꝓbata dilectione reiterat: cum ꝑ di
lectionē simus in ipso ꝛ in patre/ ꝛ ipse pater in
nobis. [Qui hȝ mādata mea ꝛ seruat ea/ille est Joan. 14.
qui me diligit.] Oīs querulatio tollit̄/omnis
excusatio abrogat̄: si dixerimus ꝙ nō possumus
aut nescim⁹ christū diligere: cum eius non sit eo
affectu sentiēda seu existimāda dilectio: quo pa
ter filium ꝛ mater filiā: quo se diligunt cōiugati
quo cognati: quo ꝓximi siue amici. Segregat⁹
est ab isto christi dilectionis effectus. Et quoniā
paucis experiri datū est hmōi dilectionis dulce
dinem: dilectionē ne cōmunitas hominū fran-
geret̄/posuit in eo quod oībus pōt esse cōmune:
scȝ in obseruātia mandatoꝝ/dicens: Qui habet
mandata mea ꝛ cōseruat ea/ille est qui me dili-
git: Qui habet mādata per cognitionē ꝛ per ius
sionem imposita collo suo: ꝛ seruat per amorē ꝛ
cautelā in ꝓhibitis/ꝛ per actionē in faciendis.
Et mādata eius grauia nō sunt. Quis igit̄ cau- 1. Joā. 5.
sabit christi nō posse seruare mādata ī cautela
ꝓhibitoꝝ: cum nil ꝓhibeat nisi quod est ipsi cō
dite nature ꝯtrariū/moribus absonū/anime cor
porisqȝ nociuū? Quis se ꝯtinere nō poterit a rui-
na: cū continendi per existentiā quā habemus
in christo sit donata facultas? Quis se ꝓteget ex
cusationis suffugio nō ꝑficere mandata nature
consentanea: ꝛ ipsam vltra ꝙ̄ sit cōdita decoran
tia? Quō impossibile dicit̄ quod est de sui natu-
ra bonū/quod est vtile/ quod est pulchrū/quod
est aptū/quod gratū oīm creatori: quod ipm̄ ser
natorē ꝓuehit ad supna? In quo ad christū posi
ta ꝛ ꝓbata dilectio: qꝛ seruās mandata mea ipse
est q̄ me diligit. Cui tanta vicissitudo dilectio-
nis a tāto dn̄o reddit̄. [Qui aūt diligit me
diligetur a patre meo. Et ego diligā eum
ꝛ manifestabo ei meipsum.] Qui diligit filiū/ꝛ
a patre dilecti filij diliget̄. Experimēto claret ꝙ
regis cuiuspiā filiū diligētes ꝛ honorātes/ ꝙ d[i]
ligunt̄ a rege: letoqȝ vultu suscipiunt̄ cū adeūt.

Nec solũ pater diliget: sed dilect⁹ filius dilecto
res effectiuo ꝓsequit̃ amore. Scriptum est eñ:
Prouer.8. Ego diligentes me diligo. Nã ꝛ ego diligã vna
cũ patre meo eũ: ꝛ manifestabo ei meipsum. Ue
ra dilectio nõ habet secretuȝ/nõ habet occultũ.
In manifestatione ad dilectũ tota fit. Ecce chri
sti effectiu⁹ amor manifestare seipsuȝ: nõ a patre
aliũ a substantia/ꝙuis aliũ in persona: ꝙuis in-
carnatũ ex assumpta natura. Ac ꝑ hoc cui mani
festus est filius/manifest⁹ erit ꝛ pater: ꝛ qui cũ pa
tre ꝛ filio vnus est spũs. Magn⁹ nostre dilectio
nis ꝓcessus/in altissimis ꝛ ineffabilib⁹ termina
tur. Dilectionẽ oportet fieri ꝑ effectũ in obser-
uantia mandatoꝝ. Si quis mandata seruando
diligit filium/diliget̃ a patre ꝛ filio: cum effectu
manifestationis totius trinitatis: ad ꝑfectionẽ
totius interminabilis beatitudinis.

¶ De manifestatione christi et mãsi- one trinitatis apud electos: eorũ di- lectione supposita et paracleti perfe- cta doctrina cũ hereditate pacis: Se cũdũ ioannẽ solum. Ca. IIII

Fit in desyderio anim⁹ hoĩs veroꝝ bo
norũ/cum audit fieri posse participẽ: et
gaudet cũ de summis bonis audit eloq-
um: ꝛ affectus in ipsis modũ participationis in
quirit. Hinc cũ dixit iesus se ostensurũ ꝛ mani-
festaturũ suis electis discipulis/et nõ mũdo: ad
affectũ ꝛ desyderiũ audientiũ aĩos mouit: quo-
rũ vnus inter ceteros excitatus de modo mani
Joã.14. festationis interrogat. [Nã dicit et iudas
nõ ille scariothis: Dñe quid factũ est/qꝛ nobis
manifestaturus es teipsum ꝛ nõ mũdo?] Causaȝ
querit/vt ad modũ veniat. Quid factũ est/q̃ cau
sa subest ꝓ nobis: aut quid factũ est aduersi pro
mũdo: vt de te nobis manifestatiõe facta mun-
dus ipse priuet̃? Quid factum est: id est quõ no-
bis manifestatio fiet: ꝛ mundus vsquaq; care
bit? Interrogat hoc iudas ꝯfitens/diligẽs ꝛ se-
quens ꝛ amator optimi: nõ ille sequẽs et negãs
immo necãs amore pecunie: scariothis eñ erat
mercedẽ non diuinã/ sed humanã amplectens.
Bon⁹ iudas de bonis eternis interrogat: scȝ
qualiter manifestatio christi fiat in electis: qua
liter deneget̃ in reprobis: ad satagendum ꝓ ele
ctione atq; ꝓ reprobatione cauendũ. Omẽ stu-
diũ solertis animi ꝛ ꝯtendentis captare celestia
versat̃ scire quid ꝓ electione faciat: quid ṽo ꝓ
reprobatione deuitet: quoniã donũ ꝛ pax est ele
ctis dei: sed reproboꝝ pars erit in stagno arden
ti. [Respõdit iesus et dixit eis: Si q̊s
diligit me/sermonẽ meũ seruabit. Et pater me⁹
diliget eũ: ꝛ ad eum veniemus/et mãsionẽ apud
eũ faciemus.] Edisserit manifestationẽ fieri ad
electos/subticens negatã ad reprobos: sed non
est aliquid affirmatũ/quod nõ habeat ex cõtra-
ria causa negatũ: neq; aliq̃d negatũ quod ex ad
uersa causa affirmatũ. Dilectio quidẽ in electis
ꝛ ex eis manifestatiõis est causa: ꝙuis alicui no
stre cause seu date occasioni/ꝙuis iuste/diuie bo
nitatis largitio nõ subiaceat. Dilectio quidem
supraposita est velut in signo in obseruãtia mã
datoꝝ. Acsi cũ conditiõe indiceret̃. Si diligitis
me/mãdata mea seruate. Et velut in manifesta-
tiõe/an sit qui habet mãdata mea: ꝛ seruat ea: il-
le est q̃ me diligit. Nunc ṽo dilectio si est/ꝓdiq-
tur ꝑ effectũ. Si quis diligit me/sermonẽ meum
seruabit. Nescit feriari dilectio: in actione tota
est vbi dilecti nouerit voluntatẽ: ocio caret: aci-
diã ꝛ tediũ ꝓcul pellit: seruat in memoria/seruat
in opere quod de dilecti pendet arbitrio: nõ exa
minat decretũ: nõ discutit verbũ: non patit̃ tedi
um in sermone: nõ ꝯtradicit imperio: ad seruan
dũ vigilat quod accepit sancto mãdato: nec gra
ue iudicat etiã si ponderat quod iniungit̃ a dile-
cto: amaruȝ in dulce vertit qui veraciter diligit:
difficile in facile traijcit: etiã consueuit impossi
bile aliq̃n tentare: ꝛ iussum diligit in dilecto: ꝛ di
lectũ in iussu venerat̃. Sed fiet ꝑamplius ꝛ ꝑfe-
ctius sine cõparatione retransitio in diligentes
actiuos: quoniã si quis diligit me/sermonẽ meũ
seruabit: ꝛ pater meus diliget eũ: ꝛ ad eum veni
emus ꝛ mansionẽ apud eũ faciemus. Diliget pa
ter sui filij amatorẽ: sed nec ipse filius ab ipsa di
lectione secluditur ex hoc: quoniã ad eum veni-
emus ꝛ mansionẽ apud euȝ faciemus. Ubi etiã
spiritussanctus includit̃: nam deus pater cum fi
lio alia extranea dilectione nõ diligũt nisi dile-
ctiõe spiritussancti/cũ quo eternaliter vnũ sunt.
Et mansionẽ apud eũ faciem⁹. Ecce retributio
supra modũ/supra speratũ/supra dignum/supra
meritũ/supra intellectũ/ꝛ omne cõprehensibile
facta dilectioni nostre: ꝙ diligat pater/diligat
filius/diligat spiritussanctus: ꝙ et ipsi veniãt/ꝙ
mansionem apud nos faciant. Non patet voca
tis ad veniã excusationis suffugiũ. Nõ adest ꝓ-
fessoribus fidei christiane causationis remediũ.
Nemo de indito labore querimoniã paret. Ne
mo queruletur de impossibilitate saluãdi. Nemo
causam inueniat/ꝙ deo placere nõ possit. Null⁹
cũctet̃ ꝙ iustis meritis nõ sint ineffabilia ꝑmia
ꝑparata. Nemo desperet nõ posse premia ꝓme
reri. Diligat: si diligit/seruet imposita: imo si di
ligit/oĩno seruabit. Actiu⁹ eñ est penitus verus
amor. Si diliget ꝑ actionẽ possibilẽ/penitus di
liget̃. Ad dilectũ diligentis erit aduẽtus/ totius
videlicet trinitatis. Et si parũ estimaret̃ aduen
tus/cũ multi adueniãt ꝛ recedant: cõtinuabitur
mansio. Et mansionẽ apud eũ faciemus. Man-
sio prima per gratiã: secũda per gloriã. Et cum
ante dictum sit: mansiones in domo patris mei
multe sunt: quoniã in multis illis manebimus
per gloriã: in quibus ꝛ apud quos mansionẽ fe-
cimus primo per gratiam. Responsum est que
stioni atq; querẽti ꝙ iesus sit manifestaturus se
ipsum electis suis/ꝛ nõ mundo: vt manifestatio
illa sic esse credatur/ ꝙ ad electos suos sit toti⁹
trinitatis aduẽtus: ꝛ mansio eterna ꝑsistat ea vi
sione perspicua: vt omne tollatur enigma: ꝛ eua
cuetur quod ex parte: ꝛ vt cogniti sunt electi/ sic
deum cognitorem agnoscant: iuxta quẽ manife
stationis sensum locut⁹ est paulus: Videm⁹ nũc. i. Co.

per speculū in enigmate: tūc aūt facie ad faciē.
Nūc autē cognosco ex parte: tūc aūt cognoscā
sicut et cognitꝰ sum. Qui nō diligit me/ sermo-
nes meos nō seruat. Et isti sunt mūdus: cui nō
se manifestaturꝰ est Christus: qm̄ sermo dei vi-
uus est et efficax: et penetrabilior omni gladio
ancipiti: totus ad diuisionē a visibilibꝰ ⁊ mate-
rialibus et corruptibilibꝰ tendēs: q̄ mūdi ama-
tor nō contēnit: q̄r mundū/ nō deū creatorē dili
git. Proinde mūdo visibili copulato non fiet
manifestatio christi/ nō trinitatis aduētus/ non
ipsiꝰ mansio apud eū. Hoc quidē federe nobis
cū agit̄: vt si diligamus christū/ sermonē eiꝰ ser-
uantes: ꝙ tota trinitas apud nos velit eternā
facere mansionē. Sed qui nō diligit regē/ odio
habebit ⁊ legē: quam si aliquando seruabit: nō
amore iusticie/ sed formidine pene: nō amore re
gis quē nō diligit/ sꝫ timore quo sibi cauet/ ne p̄
uaricans tormēta patiat̄. Et ne crederet̄ ꝙ ser-
mo dūtaxat hoīs contēptibilis esset: ꝙobrem ⁊
sermo cōtemnēdus: negauit esse humanū/ nisi
humana voce ꝓlatū: sed asserit esse diuinū. Et
sermonē quē audistis/ nō est meꝰ. Nō
meretur puri hoīs seruasse sermonē totiꝰ trini-
tatis mansionē: neqꝫ nō seruantes ꝙ intermina
bilis pena sequeret̄. Nec esset reuerētia tāta co
lēdus. Sed cū affirmat̄ ꝙ sermo sit patris eter
ni mittentis ex tp̄e filiū: in obseruātia/ in om̄i re
uerentia/ in om̄i cultu esse auditoribus debet.
Terrorē incutit ne in p̄uaricatiōe fiat/ tergiuer
satio nulla patet. Ait em̄: Sꝫ eiꝰ q̄ misit me pa
tris: apud quē deū patrē ne factiōe sermonis
nulla excusatio locū habet: nisi aut vltio nō cor
rectis/ aut misericordia vere penitētibꝰ aderit.
Reseruat iesus ad docendū multa mittēdo pa
racleto: qui nō lingua/ nō sono vocis/ sed in su-
bitatione lumē veritatis ⁊ gratiā infundēdo do
cebit: et ea q̄ christus docuit/ declarabit. Nam
ista q̄ christꝰ docebat/ illorꝫ animos excedebāt:
idcirco adiecit: Hec locutꝰ sum vobis/
apud vos manēs: scꝫ lingua humana ⁊ sona-
bili voce. Paracletꝰ aūt spūssctūs quē mit
tet pater ī noīe meo: ille vos docebit oīa: et sug
geret vobis oīa q̄cūqꝫ dixero vobis. Manēs
in carne cū ap̄lis spōte mortal' existēs/ ista tan
ꝙ diuina more humano loq̄bat̄. Sed spūs pa-
racletꝰ optimus ꝯsolator: quē pater misit in no
mine filij/ videlicet in virtute fidei ⁊ inuocatio-
nis eiꝰ: ille docuit oīa/ q̄ nō docuit filiꝰ: ⁊ sugges
sit inuisibili suasione: vt incūctāter tenerent̄ at
qꝫ crederent̄ quecūqꝫ etiā ipse filiꝰ humanatus
edixerat. Liquet plurimā doctrinā reseruatam
paracleto/ ⁊ fidē firmandā in cordibus de chri
sto/ ⁊ de ipsiꝰ doctrina indubitatā suggestionē.
Et cū suggestio ꝑtineat ad inferiorē: et sepe ac-
cipiat̄ in reprobā partē: ⁊ inuisibilis aduersari
us suggestiones immittit: nō tamē paracletus
aliquo diuino/ aut sep̄atis substātijs/ aut vnitis
spiritibus/ aut quibuscūqꝫ creatis est credēdus
inferior: equalis em̄ est per oīa in diuinis: et in-
comparabiliter atqꝫ infinite oīa creata trāscen
dit. Nec eiꝰ suggestio in alterā a bonitate par-
tem inflectenda est. Quod em̄ eterne atqꝫ natu
raliter bonū est/ flecti nequit in alterā partem:
nec aliter agere ꝙ ꝑfectā deceat bonitatē. Sed
humanatꝰ et humiliatus dei filiꝰ in nostra mor
tali carne: nisi ꝑ humilia verba humilesqꝫ acti
ones de seipso a patre et spūsancto ꝓnunciare
nō potuit atqꝫ voluit. Idcirco hec dixerim/ ꝙ
spūssanctus a patre et filio cūꝫ venerit aut mis-
sus fuerit/ dicta ipsius christi dei filij suggestu-
rus/ docebit et suggeret: docebit mundū docta
per filiū: suggeret dicta per eū. Etem̄ multa di-
dicerant apostoli a spūsancto ineffabili et inui
sibili modo: que nec christus ore docuit: nec in
audiētiū cordibus inspirauit: nec euāgelica cō-
tinet scriptura: ⁊ diriuata sūt ad posteros: vt vs-
qꝫ in hodiernū diē in ecclesia orthodoxa sacris
obseruationibꝰ currāt. Paracletꝰ cōsolator di
cit̄: cosolatio vero in pace fundat̄: nulla porro
adest cōsolatio p̄ter pacē. Pax vero aut ē ī opi
nione/ aut ī veritate. Una falsa/ reliq̄ vera: q̄ p̄-
terꝙ a deo aliūde nō ꝓuenit: que in hoc tempo
re humane seu rationabili aīe/ in virtutū amo
re atqꝫ actione cōcedit̄: in futuro speculationi
diuinitatis immediate reseruat̄. Et ne tabesce-
rēt ex recessu ipsius saluatoris: aut ⁊ diffidētes
ad intellectū alta docētis: ac etiā crederēt nō di
ligi/ ꝓut videbāt se a christo corꝑaliter sepa͛ri:
pacis hereditatē adiecit dicēs: Pacē relin
quo vobis: pacē meam do vobis. Nō quō
mūdꝰ dat ego do vobis. Pax sū atqꝫ pacificꝰ
q̄ nō exercere litigia noui/ sed oībꝰ euāgelizare
pacē. Uadēs vobis relinquo pacē: ī me morta-
les vos oēs vere credētes recōciliās cū supnis.
Et vna cū patre et spūsctō pacē meā do vobis:
nō ea lege qua dat/ qua reaccipit/ q̄ querit/ qua
vult/ qua vtit̄ mūdus: sed eo pacto quo deū illā
et qualē impartiri decet: et eo fine quo donū di
uinū/ quod est pax diuina/ debet dirigere acce-
ptores. Est em̄ pax supeminens donū/ accōmo
datū vrgente necessitate ꝑamplꝰ vsibus hoīm:
sine qua omnia turbata cōsistūt: cū qua nullus
peruertit̄/ sed omnis tranquillat̄ ordo. Nullus
autē expeditior aut magis necessarius rerū
vsus/ ꝙ ille qui terminat̄ in frui: nō create sub-
stantie/ sed infinite deitatis. Ac per hoc opor-
tet ꝯnoscere duplicē esse pacē/ humanā atqꝫ di-
uinā. Humanā accōmodatā ad quietū vsū hu-
manarū rerum. Diuinā vero vt perueniatur ad
fruitionem diuinorū. De qua optatiue et indi-
stincte dicebat Apostolus: Et pax dei que exu- Phil. 4.
perat omnē sensum/ custodiat corda vestra ⁊ in
telligentias vestras/ in christo iesu dn̄o nostro.
Et iesus christus deus est qui dicit: Pacē me-
am do vobis: quā mūdus nō potest habere/ ac
cipere neqꝫ dare: cū omnē humanū sensū/ etiā
audacter dixerim/ ⁊ angelicū exuperet: tanꝙ su
pereminens donum et transcendēs/ segregata
bonitate/ omnē bonorū largitionē: cū nil sit ho
minibus mortalibus aptius atqꝫ vtilius/ ꝙ cū
creatore omniū esse pacificū: et habere pacem

cũ dominatore vniuerse terre: que facta est per mediatorẽ dei ⁊ hoim: ⁊ per fecialẽ hominẽ Jesum christũ: qui nõ dat pacẽ sequacib⁹ suis prout mũdus amatorib⁹ suis: quã mũdi pacẽ denegat se daturũ/ dicens: Nolite putare qm̃ veni mittere pacẽ in terrã: Nõ em̃ veni mittere pacẽ/ sed gladiũ. Pax quidẽ mundi est/ ⁊ que a mũdanis inquiritur/ corpis imperturbabili sanitate potiri: supabundantẽ rerũ vsum habere quietum: ex nulla rerũ parte turbari: carere hostibus/ aut ipsos debellare/ aut tenere subiectos. Ad quam obtinendã/ cũ prudentia et iusticia et fortitudine ⁊ temperantia omĩs amatorꝝ mundi certauit intẽtio. Sed nec ex omni parte possessa est: et si in parte rerũ seu tẽporis illam cupienti accessit: nõ relata est ad eum finẽ boni/ in quo mortalibus permissa est possideri. Sic ⁊ ꝓ illa casso labore sepe certatũ est. Pax autẽ quã asserit se daturũ/ est ad deũ ordinatus affectus/ ab omnibus corruptibilibus segregatus/ eius volũtati vsqꝫ ad mortẽ inexceptuate obediẽs/ et recõciliatio facta cum deo in merito sanguinis christi pacẽ dantis. Nõ em̃ expedit christo pacem habere nobiscũ/ sed nobis cũ ipso. Nec est in offendentis/ sed in offensi officio dare. Ac ꝑ hoc amator hoim christus dat pacẽ nobis/ non accipit: qꝛ ipse pace nostra nõ indiget. Ipse de⁹ offensus a nobis/ semꝑ inoffense consistens ad nos. Dat igit̃ pacem qua ordinate cũ deo viuamus: dat pacẽ in sanguine in quo recõciliati sumus: pollicet̃ pacem eternam/ qua in eternũ beati cũ ipso maneamus. Hec non mundi more/ sed diuino et ineffabili modo datur.

Mat.10.

¶ Reiterat iesus de propellẽda turbatione: subijciẽs causã: et suã omnimodã innocentiã profitetur: secundum Joannẽ solum. Capitulũ v

Joan.14. Dixerat pauloante discipul'/ quod nũc ꝑ silia verba dicit: [Nõ turbetur cor vestrũ/ neqꝫ formidet. Audistis qꝛ ego dixi vobis: vado ⁊ venio ad vos] Ergo nõ turbãdũ neqꝫ timẽdũ si vadit ad patrẽ/ et venit ad electos/ auxiliari⁹ ad pugnã: imo totã sua virtute pactur⁹ ⁊ pstatur⁹ in opportunis omĩb⁹ gratiã ⁊ sufficientiã: sed nec turbãdũ/ imo gaudẽdũ. [Si diligeretis me/ gauderetis vtiqꝫ/ qꝛ vado ad patrẽ: qꝛ pater maior me est.] Añ dixit: Si diligitis me/ mãdata mea seruate: nũc vero dicit: Si diligeretis me/ gauderetis vtiqꝫ. Diuersis effectibus est probãda dilectio: exteriori/ vt seruent̃ dilecti mandata: interiori aũt/ vt in ei⁹ ꝓsperitate letemur. Laborauerat christus vt homo: regrediebatur ad patrẽ/ exaltationẽ super omnẽ creaturã/ ⁊ omnes homines et angelos recepturus ab eo: quia maior ipso erat eo ꝙ homo: nã quia deus/ equalis ꝑ omnia patri. Et vt tota ratio gaudij refunderet̃ in eos/ gaudere debebant: quia pater homine christo maior. Plus cõfert vobis ex forma dei/ ꝙ̃ ego cõferre possim ex forma seruili: qꝛ pater maior me est. [Et nũc dixi vobis priusꝙ̃ fiat: vt cũ factũ fuerit credatis]. Prenũciatio christi discipulorꝝ corda futurorꝝ astruebat ad fidẽ: vt cũ ꝓmissum deuenisset in factũ: ocyus imo incũctanter crederetur/ qꝛ fuerat añ predictũ. Prophetie quidẽ que de christo et eius corꝑe mystico ꝓcesserunt: cũ cõspecta sunt facta/ audientiũ corda incredulitatẽ facili⁹ inclinarũt. Sic Christ⁹ ante ꝓdixit: vt cũ factũ fuerit/ prestetur indubitata fides. Moderat̃ suos sermones iesus/ ne ꝑ plus effluat ꝙ̃ expediat: aut ꝙ̃ ꝑcipere possit audito/ dicẽs: Jã nõ multa loquar vobiscũ. Quia nõ plus expedit: plus capere nõ potestis. Coartor vndiqꝫ nimis. Inimic⁹ qui me a iuuẽtute mea expugnauit/ in me nũc acri⁹ seuit: bello acriori conferendũ est: meã corã vobis ꝓfiteor innocentiã. [Uenit eñi princeps huius mundi: ⁊ in me nõ habet quicꝙ̃.] Ut q̃si recompingenter diceretur: Ut quid prelium istud in parte gerit̃? vt quid bellũ in toto? vt q̇d ista cruoris effusio? vt q̇d seua ista mors? vt q̇d huiuscemodi crucis opprobriũ? vt quid cum latronibus deputatio? Uere in me nõ habet quicꝙ̃. Sꝫ paterna iussio ⁊ filialis dilectio hoc fecerũt. Proinde dicit: Cũ inuisibilis hostis nihil in me inueniat sui iuris: attamẽ hoc bello cõferendũ est: [vt cognoscat mũd⁹/ qꝛ diligo patrẽ: et sicut mandatuꝫ dedit mihi pater/ hoc facio.] Alibi scriptũ est/ cũ disceptaret in tẽplo Nũc princeps mũdi huius eijcietur foras. Et hic quidẽ dicit: Uenit em̃ princeps mũdi hui⁹: et in me nõ habet quicꝙ̃. Mundi princeps antiquus est hostis: qui cepit in mũdo ex primis subactis parentibus dominari: et principatuꝫ accepit eo iure quo sibi spõte tradidit male suasus Adam. Sed per plus petendi auiditatẽ i eo in quo criminis originalis aut actualis nihil inuenerat/ eijciendus erat. Qui cũ venit congressum habiturus cũ Christo: nihil sui iuris inuenit in eo: Nam omne peccatũ siue delictũ magnũ vel paruum/ de iure diaboli est. Superfluũ autem est christũ excusare a crimine: ⁊ istũ lucidissimũ solem velle nostris luminaribus reddere clariorem: atqꝫ verbis importunis immaculabilẽ iustificare iusticiam: et omnis boni fontẽ viuũ ex cenosis quasi riuulis reddere puriorẽ. Quid em̃ de christo ꝓ sua innocentia est aliud disserendum/ nisi tenendũ ꝙ peccare nõ potuit: nec aliquo mõ a sua bonitate deficere: nec desistere ab expediẽdorũ factione bonorum? Quid igit̃ i christo erat quod posset ad diabolũ ꝑtinere? Uñ huic original' macula: ꝙ̃uis ei⁹ caro fuerit ex traduce: sed traducta de sanctificata ꝑ spiritũsctm̃ virgine matre? Uñ huic aliquid de lege peccati: quẽ nullũ potuit maculare delictum/ nullũqꝫ turpare peccatum? Unde obliquari potuit immutabilis rectitudo? Unde huic aliquid adhesit de mũdo/ quẽ fecit: qui eum non cognouit: de quo suum regnũ esse negauit? Unde huic superbia/ q̇ humiliauit semet ipsum factus obediens vsqꝫ ad mortẽ? Uñ inuidia/ qui venit ꝓ omnibus dare animaꝫ suam?

Uñ huic ira seu impatiētia: q̄ cū malediceretur nō maledicebat: cū pateret / nō cōminabatur? Uñ acidia: q̄ fuit ī laboribꝰ a iuuētute sua: ⁊ fatigatus ex itinere sedebat sup samaritanū fontē? Uñ auaricia: q̄ pro nobis factꝰ est egenꝰ ⁊ pauper? Unde gula: qui ieiunans quadraginta diebus et noctibꝰ in deserto: et cū esuriret / nec legimus ilico soluisse ieiuniū? Unde carnis petulātia: q̄ castissima et sanctificata traducta de virgine facta / vnita deitati? Ac p hoc q̄d ī hoc homine querere habet hostis antiquꝰ? Uenit enī princeps huiꝰ mūdi: ⁊ in me nō habet quicq̄: sz vt cognoscat mūdus q2 diligo patrē: cuius dilectio in hūc me fecit venire cōgressū / vt certem equitate nō vi: patiētia / nō potētia: nō in forma dei / sed in forma seruili cū principe mūdi: qui in me quod possit arguere atq3 damnare / nō repperit quicq̄. Et sic dedit mihi pater mandatū de congrediendo cū principe mundi: qui cū me innocentem sua inuidia et astutia tradiderit in mortem: amittat quā diu īprobus princeps tenuit potestatē. Et sicut mādatū dedit mihi pater de congrediēdo p penas et opprobria et crucis mortem cū huiuscemodi principe mundi: sic nō aliter facio. Nō enī est fidelis serui ⁊ obedientis filij / aliter mandatū exequi q̄ prout a superiore positū est: Igitur sic facio. Et sicut in ipso diabolus mūdi princeps nil sui iuris habebat / sed secū congrediebat paterno mandato: sic nec est in christū peruersa cogitatione impingendū ab hominibꝰ / cur ita incessit: cur tot et talia sustinuit: cur ab omni delicto īmunis sic corpe conflictus est: cū ipse aliter etiam in minimis nō fecerit / nisi put a patre in mādatis accepit. Sepe nāq3 dixit: Nō veni facere volūtatē meā / sed volūtatē eius q̄ misit me patris. Totus est liber a causatiōibꝰ hoīm: qui nō egit aliter q̄ a superiore accepit: sed sicut dedit mandatum superior / sic inferior executus est. Tota obedientia est ex nullo causanda: si put accipitur / effectui traditur sanctū mandatū. Qui omnē intentionē preceptoris in mandato cognouit: virutēq3 mandati nisi iuxta cognitionē huiuscemodi nō aliter exequatur. Etenī velle mandata sancta perficere / modū eque vt et factum oportet intendere. Et obedire p omnia satagētes: ne in nobis aduersarius noster cum ineuitabilis congressus ingruerit / aliq̄d sui iuris inueniat: vt quisq3 de se verā hanc possit proferre sententiā: Uenit enī princeps mundi huiꝰ: et in me nō habet quicq̄.

¶ De mutatiōe loci christi suiq3 collegij in designatiōe trāsitiōis ad euāgeliū: secundū Joannē / mattheum / marcum et lucam. Capitulū VI

Actis cena / lotione pedū / sui corpis sacramento / multa cōmonefecit: anteq̄ de cenaculo et de hierusalē egrederetur. Quid predixit? [Surgite eamꝰ hinc. Et hymno dicto exierunt in montē oliueti seu oliuarū.] Ipse dux belli nouiq3 certaminis: ipse terminꝰ figurarū et vmbrarū / formaq3 verorū: p̄mo surgēs suos tyrones alloquit dicēs: Surgite eamꝰ hinc. Surgite qui sedistis: q̄ manducastis panē doloris / corpus scz meū / de primo immolandū p vobis. Surgite ppere: q2 illū panē viuū manducastis / qui dolores p peccatis omniū a die cōceptionis sue in corde portauit et dolore sensibili cōfixus in cruce dolebit. Surgite animo vigilanti in pmptitudine spiritus. Surgite / mentes vestras ad supna erigite. Cōtēplamini magis intuitu quid egi: q̄d sim acturus pro redēptione generis humani. Eamus hinc ab isto cenaculo / vbi vetꝰ celebratū est pascha pro trāsitu quē facturus sum de hoc mundo ad patrē: et pro trāsitu quē facturi estis vos subsequi3 vestri: a veteri lege in nouitatē vite / a figuris ad veritatē / ab vmbris ad claritatē. Eamus a cenaculo vbi vestri pedes loti sunt: ne iterū puluis terrene cupiditatis inhereat / qui abstersus est. Eamus hinc vbi accepistis panē celestem ad confortationē infirmitatis vestre: non enī iterū tabescere decet ocio spūaliter confortatum. Eamus ab hierusalē vbi pro morte vita damnabitur: vbi florebit iniquitas ppulsa iusticia. Eamꝰ ab hoc manufacto templo vbi corporaliter adoratur: nam templa spūalia sunt de primo cōstruenda: et alia edificanda hierusalē ciuitas: cuius participatio ciuiū sit in verū et in vnū deū et vnigenitum dei filium incarnatum: cuius muri nulla possunt arietatione dissolui: cuius lapides non dirimant: que nullo vallo interposito ab hostibus angustet: que non prosternatur ad terrā / sed erigatur in celū: ⁊ pacto mysterio seculi supra illum ascendat / que nulla possit obsidione deleri. Surgite igitur eamus hinc. Et quo itur? Et hymno dicto / exierunt in montē oliueti. Predixerūt hymnum ad iter: vt processus sit in noīe dñi / et ad laudē eius q̄ cuncta bona disposuit ab eterno. Ueniūt ad montem optima qualitate distinctū: quia oliuarum mons altum dicit a hierusalē terrestri. A synagoga et a lege venitur ad alta. Et quāuis illa in monte: mons oliuarū in altius ferebat: vt omnino ecclesia q̄ synagoga habeat excelsior. Sed qualificabat oliuis / ex quibus olei fructus percipitur. Oleum fomentū est luminis: liquoribꝰ omnibꝰ supernatat / lenit / vngit / affert quādoq3 medelā. Pascibilia et potabilem aquā condit: vt ex his qualitatibꝰ in spiritualem traiectis intelligentiam / credamus constare orthodoxam ecclesiam: ad quā completo hymno veteris testamenti per christum et apostolos est celebratus accessus. Ac etiam omnem christianum debere his qualitatibus insigniri quas oleū habet: a quo put vngit / christus appellatus est: ⁊ a christo christianitas dicta est. Nec aliud dixerim recessum a hierusalē et accessum ad montē olei: q̄ deserendā synagogā: ⁊ de primo christianitatē esse condendā: secundū quā saluandos oportet esse mortales. Ac p hoc sic dictū et factū est: Surgite eamꝰ hinc. Et hymno dicto exie

runt in mōtē oliueti. Ut etiā ex his ꝑstet bñ agē
di forma credētibꝰ agonistis: vt surgamꝰ ꝛ eamꝰ
ad bona/si nos male iacere cognouimꝰ: ꝛ a bo
nis ad meliora nisi ꝑficiēdi patet iter/donec i q̄
cꝫ optima veniamꝰ. Nō iacebāt hi/sed sedebāt
intēti ad doctrinā et ad dulcia verba magistri.
Sed ꝑtinet sessio ad quietē: surgēdū est ad opꝰ
cū de bñ operādo ē ꝑcepta doctrina. Frustra
est doctrina de moribꝰ/ si nō deuenit in opus.
Precedit oꝑationē lectio: ꝑcedit i orōne: prece
det ꝛ ꝯtēplationē. Legisti ꝑ te: audisti a docto-
re q̄d operis: q̄d ores: q̄d intēta mēte cotemplā
dū sit. Igit surgendū ꝓperandūcꝫ ad ea q̄ didi
cimꝰ ex lectione siue doctrina. Et spōsa inuitat
a spōso/vt surgat ꝛ ꝓperet/ꝛ vt oret: ꝛ vt contē
plet foramina ꝛ cauernā q̄ ꝓ redēptione huma
na/spōsecꝫ sue spōsus ipse portauit. Comestus
erat panis doloris/legal scꝫ ꝛ euāgelicus. Ille
doloris erat: q̄ nemo ex toto legē illā ꝑfecerat:
ꝛ nemo ex illo satiabat ad plenū: ꝙꝙ et azymꝰ
esset. Et euāgelicꝰ panis ꝙꝙ viuꝰ de celo descē
derit: de ꝓximo valde in acutissimis doloribus
futurꝰ erat/penalibus quidē: ꝛ nostros i se latu
rus. Surgendū quidē erat/et ad alia ꝓperādū
Sessio/surrectio/itio/serie optima disponūtur
Sessio ad doctrinā percipiēdā/surrectio ad in
tellectū: itio fit ad ea q̄ precepta sunt.

¶ Quod oēs christiani sunt ex christo et in christo: sine quo nihil rectuz agunt: in quo manentes multū fructum afferunt: secundū Joannē solum. Capitulū VII

Egressus iesus a Hierusalē cū vnde-
cim discipulis suis/i oliueti mōte ꝯse-
dit: eos de altissimis ꝛ necessariꝭs in-
struēs: nō affectus pauori ꝓxime captionis ꝛ se
ue future mortis: quā infallibiliter sibi immine
re cernebat: nō necessitate aut potestate inferē-
tiū/ sed volūtate sui suscipiētis. Nec a doctrina
cessabat: nisus ostēdere q̄ colligatio/ q̄ vnio/ q̄
coniūctio/q̄ ꝓximitas/que agēdi potentia/ que
actionis vtilitas/que pactio inter ipsū et disci-
pulos subsequos christianos existeret / dicēs:
Joan.15. ⌊Ego sū vitis vera: et pater meꝰ agricola
est.⌉ Per similitudinē loquit/vt ad ꝓprietatez
traꝭciat: quia viti se assimilat in naturalibꝰ su-
is: vt ostendat quid ꝓpriū faciat per gratiā fi-
delibꝰ suis. Uitis vera Christꝰ est: vt dei filiꝰ ab
eterno plantata in patre/vt hō ex tēpore vnita
deitati: i veritate fructificās: q̄ ipse veritas est
in veritate se diffundēs in palmitibꝰ suis: in ve
ritate culta: q̄ pater eius agricola est. Si pater
agricola: igitur agrū habet. Si hanc vitē co-
lit: ergo vitis in agro. Ager ecclesia. In eccle-
sia manet christus/qui est vera vitis. De forma
serui/nō de forma dei sermo decurrit. Non em̄
est vitis vt deus: necꝫ colit a patre/ꝑ oīa sibi
equalis existens. Nec aliqua similitudo impo-
nit deitati: velut ꝓpheta negat ei sitd̄inē ali-
Esa.40 quā esse ponendā/dicēs: Cui similē fecistis deū:
aut quā imaginē ponetis ei? Est vitis christꝰ:
et pater in eo agricole facit officiuz: ꝙ nec vera
vitis sine palmitibꝰ est: q̄ sunt in cōsyderatione
agricole/an ꝑcidant aut cōseruent in vite. Om̄
⌊omnē palmitē i me nō ferentē fructū/tol
let eū. Et oēm q̄ fert fructū/purgabit eū/vt fru
ctū plus afferat.⌉ Uitis christꝰ: cuiꝰ palmites
sunt oēs fideles eiꝰ. Sed palmes q̄ ex ista vite
nō fert fructū dignū in vite: ab ista tollet velut
ramꝰ siccus ab arbore ꝑcidit: q̄ vena latēs hu-
moris/q̄ ab arboris trūco in ramos diffundit/
in pūcto terminata ē ne diffundat. Fructū vero
ferēs seruabit in arbore: atcꝫ purgabit ab im-
pertinētibꝰ ꝛ a maculosis/vt fructū plꝰ afferat:
nō solū in quātitate/ sed etiā in ꝑciositate. De-
cet em̄ ex ista mūdissima vite ramos mūdos ꝓ
cedere: atcꝫ fructū emanare mūdissimū/aptū re
gno celorū. Uinearū cultꝰ ostēdit scire querēti-
bus/ꝙ purgati palmites cultorio more/ ad am
pliorē fructū turgescūt in gēmis. Et vnā ꝑces-
sisse purgationē i verbo factā ostendit. ⌊Jam
vos mūdi estis/ ꝓpter sermonē quē locutꝰ
sū vobis:⌉ facile abluitiuū/ lenē mūdatorē/sua
uē purgatorē. Saluator aduenit ꝓ suorū salute
fideliū: vt ablueret aqua sanctificata ꝑ verbū:
mūdaret euangelicus sermo ad omniū absters-
onem malorū et totius mundicie cōplementū:
purgationē faceret pater agricola: sanctificaret
denicꝫ spūssanctus. Quis igit ab auditione di-
uini sermonis abfugiat: si fideliter ꝛ humiliter
audientes emūdat? Non em̄ est alius sermo quē
quatuor celici notariꝭ cōscripserūt/ ꝙ ille quez
locutus est christus: qui sermo vscꝫ in finē seculi
erit in ꝓmulgatione/vt sit in auditione: quē qui
in fide actiuorū audierit/ab auditu malo non ti
mebit. Si q̄s em̄ fere fuerit mūdus: deū pro se
sollicitū habet. Sic em̄ scriptū est: Si mūdus ꝛ Job.8.
rectus incesseris/statim euigilabit ad te. Job
em̄ talia dicebat. Sed quis pōt facere mundum
de mūdo cōceptum semine/ nisi tu qui solus es?
Et rursus: Nunq̄d iustificari pōt hō cōparatꝰ Job.
deo/aut apparere mūdus natus de muliere? Et
iterum: Stelle nō sunt munde in cōspectu eius. Job.
Hec idcirco dicta sunt: quoniā nisi per ea q̄ di-
uina ꝛ supra naturā sunt/mūdicia nō existit. Si
nos deꝰ asperget hysopo/ mundabimur: ꝛ laua
mur ab ipso/dealbabimur super niuē. Sed quo
niā nihil boni pōt esse ex nobis tanꝙ ex nobis: ꝛ
est radix nostre ꝓpagatiōis infecta: ꝛ nihil va-
lemus ex nobis velut ex nihilo facti: admone-
mur manere in eo: a quo nisi bonū exire nō pōt:
nec virtutē suā suis negare palmitibꝰ. ⌊Ma-
nete in me/ꝛ ego in vobis. Sicut palmes nō
pōt facere fructū a semetipso/ nisi manserit in
vite: sic nec vos/ nisi in me māseritis. Ego sum
vitis/vos palmites. Qui manet in me/ꝛ ego in
eo: hic fert fructū multū: q̄ sine me nil potestis
facere.⌉ Luce clarior est sententia ex assumpta
similitudine/ꝙ palmes ꝑcisus a vite fructū fer-
re non pōt: q̄ precisio infusionē decidit quā vi-
tis faciebat in palmitē. Sic q̄ est ꝑcisus a chri-
sto/ fructū dignū germinare nō pōt. Quia cum

sint vnū vitis et palmes: diuisio in vnitate non est: et vnitas cū multiplicat᷑/ a seipsa recedit: qm̄ dualitas siue amplius vnitatē deseruit. Nulla fructificādi virtus adest palmiti/ nisi māserit in vite: sic nulla virtus cuipiā hoīm/ nisi manserit in christo/ et nisi christus māserit in eo. Māsio aūt ista reciproca fructificare in multitudine facit: nō christo/ sȝ ex christo homini christiano. Alter manentiū alteruter nō vterq̄ de huiuscemodi mansione ꝑcipit fructū: quoniā bonorum actorū ⁊ creatorū christus omnino nec indigꝰ est: sed ei fructus acquirit᷑ qui sine ipso nihil facere pōt. Qualiter aūt ista mansio sit tenēda/ supra declaratū est. Non solū fructificare nequit ad premiū qui nō manet in christo: sed etiam ad suppliciū deputat᷑. Et hoc mōstrat quod sequitur: [Siquis in me nō manserit/ mittet᷑ foras sicut palmes/ et arescet: et colligēt eum/ et in ignē mittent et ardet.] Non est dare tertiū voluntariū seu a voluntate aliquod factū inter vitium ⁊ virtutē: ꝙuis sit aliquid inuenire creatū/ de sui natura tendēs in neutrū: etiā cū possit deduci aut in vitiū/ aut in virtutis obsequiū. Nec potest esse māsio preterꝙ in vitio extra christū. Ob hoc ergo dicit᷑: Si quis in me nō manserit cū alibi ꝙ in vitio manere nō possit/ mittetur foras precisus: quem non christus/ neq̄ alius/ sed ipse semetipsum precidit: sicut palmes quē vitis non abijcit: sed alius ferramēto decidit. Et foras missus arescet/ vt igni sic ad comburendum sit aptior. Et colligent eum ministri iusticie: et in ignem scȝ eternū mittēt eterne arsurū. Videamus suppositā preuaricationē: videamꝰ suppositā diuine iusticie seriē. Si māsio ꝑ fidē et dilectionē non sit in christo: ecce culpa supposita/ mittetur foras: anathema erit a christo et ab ecclesia/ quia mittitur foras: ecce ordinata iusticia. Deinde arescet ab omni virtute/ ab omniq̄ gratia: vt velut lignum aridum aptius ardet: sic aridus bonis colligetur: ineuitabiliter mittetur in ignem: ardebit eterne: non tamē ad consumptionē/ ne pena terminū habeat.

Quō sit māsio christi in nobis nostriq̄ȝ in christo: et quis fructꝰ huiuscemodi māsionis: secūdū ioannem solum. Capitulū VIII

Non est ista māsio corꝑalis/ vt locus ⁊ tēpus ex mora/ et corpꝰ et mēsurabile requirat᷑: sed extra huiuscemodi diffinitione peragit᷑/ quā sub conditione christꝰ enucleat. [Si māseritis in me/ ⁊ verba mea ī vobis māserint: quodcūq̄ volueritis petetis/ ⁊ fiet vobis.] Fit māsio ī christo ea imagine ꝗ palmes in vite: nō tn̄ ea ꝓprietate: cū ī eo quod in siītudinē assumit᷑/ sit noīatorū ꝓprietas: sed in assimilatiōe siītudo: ī assimilatis vero effectuū veritas. Igitur maneamꝰ ī christo ꝑ ipsaȝ fidei adhesionē/ qua nulla maior: ⁊ per verā dilectionē/ qua nulla melior: ⁊ ꝑ imitationē/ ꝗ nulla certior. Sicut Joānes inquit: Qui dicit se in christo manere: debet sicut ille ambulauit et ipse ambulare. Manet aūt ipse in hac vita nō aliter ꝙ ꝑ verbū auditū/ susceptū atq̄ retentū. Nō em̄ christꝰ ſm substantiā aīe aut corꝑis aut deitatis manet in nobis/ sed ꝑ verbū eiꝰ. Nā fides est ex auditu: auditꝰ aūt per verbū dei. Verbū autē dei verbū est christi: qui aliud nō loqtur ꝙ verba dei. Dictū est em̄: Que audiui a patre meo/ hec loquor vobis. Proinde dicit: Si verba mea in vobis māserint. Manēt ī nobis verba saluatoris nō alio manēdi ordine nisi eo ꝙ ea cū audimus/ si sunt nostrū excedētia intellectū/ credimꝰ: si ꝓpe intelligimꝰ/ intellecta placent: placētia diligūtur: dilecta firmant᷑ in memoria: memorie cōmendata tenaciter iuxta cautelā et opus in effectū/ libera volūtate/ tota possibilitate deueniūt. Cui māsioni volūtariū redditur premiū: cū exauditio petitionū tribuat᷑ ad votū/ cū dicit᷑: Quodcūq̄ volueritis/ petetis: ⁊ fiet vobis. Larga et inexceptuata videtur ista exauditio: cū nihil boni aut mali ꝯpetendo secludat. Si silenter considerantur verba ꝓmissa/ restrīgit᷑ petitio cui iusta exauditio porrigat᷑ Si in me māseritis/ nō aliā formā petēdi dabitis ꝙ ego porrexerim patri: cui omnē meā oīm petitionū subdidi volūtatē. Et si verba mea in vobis manserint/ ꝗ doctrinalia sunt: ipsa docebūt ꝗd iustū/ quid honestū/ quid delectabile/ ꝗd iocundū/ quid vtile/ quid licitū et expediēs: ꝗd datori dare/ quid postulanti dignū accipere videat᷑. Hinc sane dictū: Quodcunq̄ volueritis petetis/ et fiet vobis. Et si nō ilico/ fiet tꝑe congruo. Et si nō quod petimus/ fiet et vtiliꝰ: naȝ discipuli nō recte petentes audierūt: Nescitis quid petatis. Mat. 20. Et Apostolus: Quid oremus nescimus: ipse autē spiritus postulat ꝓ nobis gemitibus inenarrabilibus. Roma. 8.

Quod deus pater glorificatur ex bonis opibꝰ nostris: et de vicaria māsione dilectionis nostre in christo/ et christi in nobis: secundum Joannē solum. Capitulū IX

Sepe insinuatū est: necnō sepe repetere oportet: ꝙ nihil deo patri neq̄ filio incarnato accedit vtilitatis/ delectationis/ exaltationis ex his bonis ꝗ agimꝰ. Sed cū aliꝗd ex sono littere sibi accessisse videt᷑: ad sensū referendū est/ quo rōnal' creatura de ipso aliꝗd nouiter ꝑcipit siue cognoscit: qm̄ eterno nihil nouū accedit siue prouenit. In nobis ⁊ ꝓ nobis sunt huiusmodi varie actiones. Sed cū christus semper ad meliora niteretur suos prouehere discipulos: introducit patrem glorificari ex recte agentibus nobis/ dicens: [In hoc clarificatus est pater meus: vt fructū plurimū afferatis/ et efficiamini mei discipuli.] Joan. 15. Vn̄ clarificat᷑ pater nō in seipso/ sed in nobis: ꝗ eum ab eterno clarū existentē nō agnoscebamꝰ qua claritate fulgeret: Sed denuo claret in nobis cū ipse sit verus agricola vere vitis purgās palmites/ vt fructū afferāt ampliorē: quoniam nisi

purgaret/fructũ afferre nõ possent: etiã si ma-
nerent in vite dũtaxat p fidẽ. Claret igiꝭ virtus
ei9 ex fructu: sine quo nullus est fruct9. Igiꝭ in
hoc clarificatus est pater deus/si fruct9 mult9
affertur: ea disciplina ꝛ lege/ vt plurimũ fructuz
afferre satagentes/christi efficiantur discipuli:
qm̃ omnis ali9 discipulatus est reprob9/nisi vbi
docet christ9 iesus. Et ne pudori aut labori aut
sterilitati ascribereꝭ discipulũ Christi fieri: dile-
ctionis diuine pmiũ appositũ est. [Sicut di
lexit me pater/ꝛ ego dilexi vos.] Impscruta-
bile dictũ: qm̃ deus pater suum dilexit filiũ ab
eterno. En et fili9 cũ nõ essem9/quõ nos potuit
diligere ab eterno? Sed et hoc vtiqꝫ verũ est ꝙ
dilexit nos ab eterno anteq̃ essemus vt faceret
nos: nec dilexit aliꝭ nos creatos q̃ dilexerit nõ
dũ editos: nec aliter dilexit nõ existẽtes q̃ futu-
ros puiderit. Humanũ aũt pensandũ est dictũ:
sicut dilexit me pater / et ego dilexi vos: qm̃ sic
eũ dilexit: vt post omnẽ agonẽ in celestibus ad
dexterã vt hoiem fecerit cõsedere. Hinc Apl's
Phil.2. post ei9 agonẽ dicit de ipo: Propter quod de9
exaltauit illũ: ꝛ dedit illi nomẽ quod est sup om
ne nomẽ: vt in noie iesu om̃e genu flectaꝭ / cele-
stiũ/terrestriũ ꝛ infernorũ: ꝛ ois lingua cõfiteaꝭ
qm̃ dñs Jesus christ9 in gloria ẽ dei patris. Et
Hebre.2. alibi: Uidmus iesũ p passionẽ mortis gloria et
honore coronatũ: qm̃ assumptus est in celũ: im
mo ppria virtute ascẽdit: ꝛ sedet ad dexterã pa
tris. Sic et ipse dilexit nos: vt vbi est ꝛ nos esse
valeam9. Postulauit enĩ hoc exaudita petitio-
Joan.12. ne a patre: Uolo pater vt vbi ego suz/ illic sit ꝛ
minister me9. Propterea ilico subiũxit de mãsi
one dilectiõis: [Manete ĩ dilectiõe mea.]
Quã mãsionẽ in id quod sepe supradixerat tra-
ijcit: vt nemo excuseꝭ: scꝫ ĩ obseruãtiã mãdato
rũ. [Si precepta mea seruaueritis/manebi
tis in dilectiõe mea.] Ut ex hoc duplex intelli-
gẽdi sensus eluceat: vt si seruabitis/ manebitis
ꝛ si manebitis/seruabitis: vt vnũ ad meritũ/ al
terũ ad pmiũ referaꝭ. [Sicut et ego patris
mei pcepta fuaui: ꝛ maneo ĩ ei9 dilectiõe.] Ser
uauit mãdata patris fili9/qꝛ dilexit: manet ĩ ei9
dilectione/qꝛ seruauit. Sim9 ergo nos actu in
ista custodia cũ inuitamur. Sic enĩ de veris di-
scipulis sequacibusqꝫ christi scriptũ ẽ/supioris
Ps.118. iussione suscepta. Mãdat superior. Quid? Tu
mãdasti mãdata tua custodiri nimis. Dicit in-
ferior: Tũc nõ ꝯfundar/cũ pspexero in om̃ibus
mãdatis tuis. Igiꝭ custodiui ne cõfundar. Et
pollicebaꝭ effectũ: In mãdatis tuis exercebor
Orabat in artiora deduci. Deduc me dñe in se
mita mandatorũ tuorũ. Et sine turbatione ani-
mi se pmittebat facturũ. Parat9 sum et nõ suz
turbatus: vt custodiã mãdata tua. Quare? Ut
in tua dilectione permaneã: predilexi mandata
tua super aurũ ꝛ topazion. Et qꝛ tu manebis ĩ
me: ppterea ad omnia mãdata tua dirigebar:
oẽm viã iniquã odio habui. Cur aũt ista salua-
tor suis discipulꝭ dixerit/p subiecta verba denũ
ciat: Hec locutus sũ vobis: vt gaudiũ meũ
in vobis sit: ꝛ gaudiũ vestrũ impleaꝭ.] Si quod
agiꝭ de gaudio/hũanit9 inter hoies discutim9
maxima gaudẽdi materia est: cum duo rõnales
animi rõnabiliter in amicitia copulanꝭ: vt vn9
p amorẽ in altero esse videaꝭ: ita vt gaudiũ vni9
sit etiã alterius: ꝛ quicq̃d boni reperiꝭ in vno/in
altero agnoscatur. Ac p hoc tãta de dilectione
christus ingeminat/ vt gaudiũ eius sit in nobis
vt de eo gaudeamus in nobis de quo ipse gau-
det: aut de nullo alio nobis puenienti q̃ de ipo
gaudeamus. Solus ipse nobis sit gaudiũ/cũ ex
omni parte preterq̃ ex ipso meror insistat. Nõ
enĩ alia q̃ de christo est gaudẽdi materia christi
anis: neqꝫ aliũde ipsis debet esse festiuitas sup
terrã. Penetrãtib9 vlterius dictũ ad intelligen
dum / occurrit ꝙ ipse amoris gratia vult gau-
dere de nobis/ velut hõ nobis p oĩa similis fact9
absqꝫ pctõ. Carnẽ enĩ nr̃am ex traduce ppagatã
ppagine: aĩam etiã ex noua creatione in nullo
dissimilẽ in natura suscepit et habet. Quãobrẽ
seruata dilectione gaudet de bene agentib9 no-
bis: vt eos habeat consortes in gratia ꝛ in glo-
ria/quos consortes habere voluit in natura: et
ex hoc gaudiũ nostrũ impleatur. Non enim di-
xit ꝙ suũ gaudium impleret in nobis: quoniam
sibi dare non possumus sufficientẽ copiã gau-
dij: nec captat ex nobis/q̃uis velit gaudere de
nobis. Non extra se gaudet/ quia deus: nec in-
surgit sibi affectio aliqua extra se: ad seipm tot9
tote per oĩa existẽs/ab oĩbus accidentib9 extra-
neus est: cũ id sit quod in se habet: id solũ habe-
at diuine quod in seipso est. Non ergo nouum
sibi de creatura gaudiũ: neqꝫ quale vel quantuz
aut ex aliquo genere dicẽdi aliquid de alio: sed
secundũ substantiã eternã/ et eterne oĩa de ipso
dicunꝭ: dũtaxat relatione personarũ excepta.
Sed de dei filio eterno ꝛ vero tacta sũt vba/di
gressionẽ ab inceptis quodãmodo habentia lo
cuti sumus. Proinde ad humilia dei filij reuer-
tamur. Gaudet ipse de nobis voluntate nõ sub-
stantiua factione/aut aliqua sufficientia gaudi-
orum: cum nec minus ipse gauderet si nulla cre
atura extra seipsum esset. Hinc est ꝙ suuz ex no
bis quãtũcunqꝫ recte agentibus gaudium non
impleꝭ/quãuis habeatur: nostrum vero gaudiũ
nõ ex nobis/ sed ex ipso perfectã plenitudinem
habet. Non enim fons viuus a riuo/ sed riuus
a fonte naturalem et substantialem habet ori-
ginem: cum non riuus in fontẽ/sed fons refun-
dat in riuũ: quãuis gloria lausqꝫ sit fontis q̃ in
riuos vberes deriueꝭ: quorũ glia seu abũdantia
non est ex ipsis/sed ex fonte pcedit.

¶ De singulari dilectionis precepto/et amicitia christi et electiõe eius ad fructum multum: secũdũ Joannem solum. Capitulũ X

Eterno iure in vnum omnia tendunt
eterno dixerim/quia preuiso: sed in tẽ-
poris volubilitate ostenditur/ꝛ in latẽ
tibus rebus atqꝫ manentibus. Unus deus per
omnia condidit: qui tã diuersa cõnexuit/vt vnã

mundus omnis ostenderet formaz: vnū singulare lumē/ vnū caput in corpe: vnāq3 in vno corpore rationabilē τ viuentē animā. Omnia membra ordinauit ad vnū caput. Omnes anime potentias ad vnā statuit volūtatē. Una fides/ vnū baptisma est. Unū fecit τ ordinauit ꝑcipuū τ singulare de dilectione preceptuz: in quo fundata sunt oīa: a quo ꝑ debitā obseruantiā cōplēt oīa: sine quo nil valent omnia: cū quo τ in quo bona sunt τ merent omnia: quo ꝑtermisso depereūt
Joã.15 oīa. Et hoc cuz ait: **Hoc est preceptū meū vt diligatis inuicez/ sicut dilexi vos.** Omnia dei christiq3 ꝑcepta sunt: sed de isto expressius fatet: Hoc est preceptū meū. Si suū/ ergo inuiolabiliter obseruandū: qr preceptum posuit τ nō preteribit. In supioribus ad seipm conatus est hominū dilectionē conuertere: nūc retorquet in proximū: τ ꝓximi dilectionē suū dicit esse mandatū: vt diligamus nos inuicē/ sicut et ipse dilexit nos. Est dilectio a natura in cōsimiles: quoniā iure nature similia sibi in dilectione socianť. Est τ dilectio mercēnaria: est ex necessitudine/ qua ꝓpagatio agiť in natura: est ex delectatione sensuali/ qua colligant anime impudentes: ex q̄bus aut equitas naturalis aut moralis quedā iusticia seu moꝝ turpitudo consurgit: ex aliqua tamē haꝝ ad premiū nō acquiritur meritum. Proinde saluator ex sua dilectione modū τ formā dedit dilectioni nostre/ dicēs: Sicut dilexi vos. Itaq3 vt nec in dilectione ꝓximorū error ꝑniciosus obueniat: exquirēda est atq3 tenēda christi forma quā ipse ꝯstruxit. Quō igiť ipse dilexit nos? Supra naturā/ extra mercedē humanam: nullo nexu sanguinis ratione traducis/ oī sensuali delectatione semota: sed illa dilectione qua solū ꝓximi diligiť bonū: τ tale vt sit honestum atq3 ꝑfectum: ita vt ad id ꝑueniat/ si expedit τ possit in studio diligentis. Sic enim iesus
1.Joã.3 nos vere dilexit: q̄ ad id bonum quod amabat voluntatē vitamq3 ponendo ꝑduxit. Et hoc est quod adiecit: [**Maiorē hac dilectionem nemo habet: vt animā suā ponat quis pro amicis suis.**] Ipse posuit animā suā ꝓ nobis quos appellauit amicos/ fuerūtq3 discipuli: fuerunt post eos τ sunt quicūq3 via simili gradiunť. Proinde si sub eo militare decreuimus/ si cū ipso in celestibus triūphare: sicut ipse ꝓ nobis τ nos pro fratribus nostris debem9 aīam ponere. Quod ipse ille primus fuerit/ q̄ pro amicis animā posuit: τ q̄ sunt eius amici/ τ quo pacto inter eum τ hoīes amicitia cōstituiť/ docuit τ aꝑuit [**Uos amici mei estis/ si feceritis q̄ precipio vobis.**] Et preceptū leuissimū est/ cū de dilectione sit datū. Hoc est preceptū meū/ vt diligatis inuicem. Alte ꝓuehit nos christi factio preceptoꝝ: vt in eius amicitiā veniamus: qua nulla maior/ nulla honestior/ nulla potior ad tuendū: nulla facilior ad habendū/ q̄ virtute amatiua captať: nulla delectabilior/ nulla vtilior/ nulla iocundior: q̄ angeloꝝ etiam amicitiā sortiť τ oīm ciuiū supernoꝝ. Nulla vero inimicitior si contemniť/ atq3 damnosior. Et quoniam amicitia magis parilitatē q̄ subiectionem facit in animis: hac conditione se nobis christus in dilectione subiunxit: **Iam non dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciat dominus ei9. Uos autem dixi amicos: quia omnia que audiui a patre meo/ nota feci vobis.** Non dixit discipulos suos eisq3 similes seruos ea conditione qua bello capti seruanť: q̄ emuntur iura mancipiorum: qua cōducuntur mercede ad aliquid peragendum: qua etiā nascunť in domibus lege τ originarij appellantur. Nihilo minus tamē amici dei dicunť serui: vt ex scripturarum testimonio claret: vt nomē seruitutis non adimat amicitiā: τ amicitie nomē non excludat vtilem seruitutē: nam abraam appellat9 est amicus τ seruus dei: sicut scriptum est: Credidit ab Gen.15
raam deo/ τ amicus dei appellatus est. Et alibi: Gal.3.
Abraam/ isaac τ iacob seruoꝝ suoꝝ fideliū. Seruitus in merito: amicitia in premio. Seruus inferiorať: sed equatur amicus. Seruus custodit imposita: secreta sentit amicus. Et foris seruus expectat: cubiculū amic9 ingrediť. Que in vno τ eodem officijs τ alternationibus diuersis aguntur: prout res expostulat/ et exquirit alternatio agdenorum siue premiorum. Fuerunt igitur serui apostoli et amici: serui/ dum mandata susceperunt: amici/ quia seruauerunt. Subiectio seruum: dilectio facit amicū. Igitur iam non dicam vos seruos/ vt post preceptorum obseruātiam nō ad altiora vos prouehham: sed amicos vt illa secreta que seruus nondū in maiora prouectus ignorat: vos sublati ad meam amicitiaz/ cognoscatis: q̄b9 paterna secreta reuelaui. Que autē filius a patre audierit/ τ omnia discipulis nota fecerit: in dubium audientiū animas mittit. Que sunt illa omnia que fili9 audierit? Quomodo nota fecerit? Quomodo mēs adhuc modica discipuloꝝ illorum omniū potuerit esse capax: cum etiam ipse (vt pretactum est) seipsuz in loquendo fuerit moderatus/ cū ait: Multa ha- Joã.16
beo vobis dicere: sed non potestis portare modo. Quid potuit audire a patre filius: cum quo sibi est eterna τ cōsubstantialis equalitas/ sapiētia/ equalisq3 bonitas? Ut homo se fateť audiuisse a patre. Manifestatio seu notificatio auditorum omniū in eo est sensu/ quo eis notificauit omnia secreta mysteria/ omnia sacramenta que pro redemptione humana erat ipse iussu paterno facturus. Et si non quando saluator ista dicebat impletum erat: per aduentum spiritussancti de proximo expectabatur implendū. Si vero recōuertimus literam cum sensu/ fortassis ꝑamplius veritas elucescet. Ueluti hac serie loq̄retur: Amici estis/ quibus sunt secreta pādēda: Hoc enim precipuum est inter amicos/ reuelatio secretorum: τ signum euidens amicitie copulate. Secreta pando: non humana solū/ vt ne purum hominē semota deitate credatis: sed oīa quecūq3 nota feci vobis/ nō ab homine aut ab angelo/ sed audiui a prē meo viuo τ eterno deo.

Magnipendenda sunt ista/sunt omnino excedentia sensum que nota facta sunt. Sic apostolus ait: Ut notũ faceret nobis sacramentũ voluntatis sue ſm bonum placitum suũ quod posuit in eo in dispensatione plenitudinis tempoꝝ: restaurare omnia in christo que in celis ꝛ que in terra sunt in ipso. Et alibi: Secundũ dispensationẽ q̃ data est mihi: vt impleam verbũ dei/scilicet mysteriũ quod absconditum fuit a seculis ꝛ generationibus: nunc autẽ manifestatũ est sanctis eius: quibus voluit deus notas facere diuitias glorie sacramẽti huius in gentibus/quod est christus in nobis spes glorie: quem nos annunciamus: corripientes omnẽ hominẽ in omĩ sapientia: vt exhibeamus omnẽ hominẽ perfectum in christo iesu. Ecce notificatio eoꝝ q̃ audiuit a patre/quã christus fecit suis amicis: qui nõ se primo ad hanc almã amicitiã ingesserunt: sed christ⁹ eos amando ꝑuenit. Propter quod ait: Nõ me elegistis/sed ego elegi vos vt eatis et fructum afferatis: et fruct⁹ vester maneat: et quodcunqꝫ petieritis patrem in nomĩe meo/det vobis. Non me vestrum elegistis amicũ quem amaretis: nec dominũ quem vtiliter timeretis: nec magistrum quẽ audiretis/ docentẽ superna diligere/atqꝫ terrena cõtemnere: qui vos doceret conuersari cum hominibus bonis ꝛ modestis / sed etiam cum dyscolis ꝛ peruersis: qui vos instrueret irreprehensibiliter viuere/placereqꝫ patri: q̃ vos de suo beneplacito informaret. Non vos me elegistis ducẽ ad visibilia ꝛ inuisibilia bella/ contra tetras acies/contra colluctationẽ spirituũ immundoꝝ/contra carnẽ ꝛ sanguinẽ: aduersus mundũ mundiqꝫ rectores/scilicet tenebrarum harum. Non me elegistis pastorem quem sequeremini: qui vos defensaret a lupis : qui pasceret vos ĩ locis vberrimis/in tutissimis mõtib⁹/ꝛ iuxta fluenta plenissima: qui requireret perditam ouem reportaturus ad gregem: qui reuocaret erroneam: qui solidaret firmã: peramplius qui ꝛ benigne curaret abiectam ꝛ morbidam. Non me elegistis ad formã vestrorum morum formãdorum imitandã. Non me elegistis redemptorem/vos ꝛ omne humanũ genus in sanguine redimentẽ. Non me elegistis deũ vestrũ celestia regna donantem. Sed ego qui quod humano generi expediebat agnoui/ad omĩa beneficia ꝛ q̃qꝫ optima vos elegi: nõ tamẽ vestris ꝓcedentibus meritis. Alioquin electio esset ex iusticia/ nõ ex gratia: non ꝙ vos prius dilexeritis/sed ego ꝓor dilexi vos: propterea vos elegi. Sic eñ ait apostolus: Non tantum pro apostolis ꝛ discipulis/ sed pro omnibus electis. Sic ergo ꝛ in hoc tempore reliq̃e ſm electionẽ gratie salue facte sunt. Si autem gratia/iam nõ ex operibus : alioquin gratia nõ est iam gratia. Quid ergo? Quod querebat israel hoc non est cõsecutus: electio autẽ consecuta est. Sed quoniam elegit noua bella/ nouos elegit bellatores/ꝛ contrarios ad contraria destruenda. Poscebat enim hoc naturalis ordo iusticie: vt contraria contrarijs pellerẽtur ab eisqꝫ paterentur. Ad cuius electionis considerationem inuitat apostolus/dicens: Uidete vocationem vestram fratres: quia non multi sapientes ſm carnem/nõ multi potentes/ nõ multi nobiles: sed que stulta sunt mundi elegit de⁹/ vt confundat sapientes: ꝛ infirma mundi elegit deus/vt confundat fortia: ꝛ ignobilia mũdi ꝛ cõtemptibilia elegit deus/ꝛ ea que nõ sunt/vt ea q̃ sunt destrueret: vt nõ glorieẽ omnis caro in conspectu eius. Finem vero electionis ipse doctor gentiũ scribens ad Ephesios aperit: Benedictus deus ꝛ pater domini iesu christi: qui benedixit nos omni benedictione spirituali in celestibus in christo iesu: sicut elegit nos in ip̃o añ mũdi cõstitutionẽ: vt essemus sancti ꝛ immaculati in conspectu eius in charitate. Attamẽ ista electio q̃uis referatur ad patrem/ proinde ꝑdestinauit ab eterno filius illã/fecit illã in tẽpore: q2 alia non docuit/alia non notificauit/alia nõ fecit: nisi prout accepit a patre pro nobis. Et quoniam elegi vos: non tm̃ propter vos/sed ad vtilitatem totius generis humani: cuius vos in hac noua malicia ꝑncipes feci: ꝙ genus vana cultura idolorum laborat/spe frustratur/tabescit moribus/infami graditur via: ducitur a sathana ꝑ deuia queqꝫ/donec sibi societur in eternitate penarum: cuius misereor/ad fructũ eternitatis inquiro: ideo posui vos vt eatis ꝛ fructum afferatis: ꝛ fructus vester maneat. Posui ꝛ disposui vt eatis ad predicandũ per mundũ vniuersum/ꝛ afferatis fructũ cõuersoꝝ ad fidem. Sic eñ longe ante prophetatũ est: Euntes ibant ꝛ flebant mittentes semina sua: venientes autẽ veniẽt cũ exultatione portantes manipulos suos. Sicut prophetatum est disposuit christus: vt dispositũ est/itum est: ꝛ fructus ad vitam eternã adductus/in gloria eterna mansur⁹. Elegi ꝛ posui: vt vos pro vobis ꝛ pro alijs rogantibus exaudirem. Hinc sequitur: Ut quodcũqꝫ petieritis patrẽ in nomine meo/det vobis. Promittitur apostolis petitionũ omniũ exauditio: siue ꝓ seipsis/siue pro alijs/siue ꝓ signis ꝛ miraculis faciendis/siue pro arcendis demonibus/siue ꝓ remouendis vitijs/siue ꝓ virtutibus impetrandis. Decebat enim tãti regis amicos sic ex omni carne ab ipso electos apud ipsum regem habere facilem gratiam impetrandi: tanq̃ medios inter deum ꝛ homines existentes. Inimici potius erant. Si vero reconciliationẽ aliquando quesissent/interposuissent eos amicos vt medios: quoniã medio non vtitur ad amicuꝫ verus amicus: sed amico medio opus habet extraneus. Necnon ꝛ hanc amicitiam ꝛ fructiferã electionem ad quã electi erant/oportebat in petitionibus iustis inexceptnate a deo exaudiendo monstrari: vt fieret omne quod peterent/iustum/congruũ ꝛ expediens: ꝛ honestatẽ habẽs ex iusticia petitionis/ ꝛ ex veritate pollicitationis. Nam cum deus aliquid dare rogatur/iusticia ꝛ honestas in petitione seruẽtur: ꝛ inhesitan

Margin references: Ephe.1 (beside "lus ait: Ut notũ faceret…"); Col.1 (beside "terra sunt in ipso…"); Ro.11 (beside "stolus: Non tantum…"); 1.Co.1 (beside "…Uidete"); Ephe.1 (beside "…Benedi-"); Psal.135 (beside "…añ mũ-"); Psal.125 (beside "…ꝛ flebant").

ter pollicitationis veritas si non ilico / attamen
utiliter subsequetur.

¶ Exhortatio Christi ad apostolos q ex comparatione sui ad eos / si qua eis a mundo illata fuerint / patienter debeant tolerare: et de excusatiōe iudeorum: secundum Joannē solum. Capitulum XI

Omparatio ad superiorem multa do-
cuit patienter tolerare minorē: cum ve
ro ad inferiorem se componat superior
pati dedignatur. Nā dissuadent ratio/
nes/ usus impatientē quēpiam fieri dum agita
tur aduersis: et eum arietant queq; mala: suo su-
periore inspecto in similibus aut maioribus pe-
riculis extitisse. Non dedignetur pati seruꝰ / ubi
passus est dominus: non miles / ubi acriora per
tulit rex: nō senator queruletur / ubi portauit im
perator ardēs cauma bellorum. Non dedigne-
tur i quibuscūq; asperis et aduersis aliquis chri-
stianis: ubi saturatus pro nobis opprobrijs / in
cruce pro nobis subijt mortem christus. Nō re
cuset ꝑ seipso pati quisquis inferior: pro quo li
berando superior vitā exposuit. Ad hoc adhor-
tans christus discipulos suos: pretulit dilectio
Ioa. 15 nem / dicens: Hec mando vobis / ut dili-
gatis inuicem. Reconformat quod ante ꝑ-
dixerat de dilectione preceptum: quoniā ipa ca
put est et origo et mater omniū preceptorum: Et
est leuigamentū quoddā miseriarum et calami-
tose vite / ipa mutua et vicissitudinalis dilectio ꝓ
ximorum. Et immediate compositionē apposu
it: cuius considratione leuius mala ferrentur:
Si mundus vos odit / scitote q me
priorem vobis odio habuit. Me inspi
cite mundo ante exosum / qui saluare illum ad-
ueni: cum nihil mali feci. Et estote animo patiē
tes: si aduersus vos mundus simili odio excan-
descet. Quoniam si de mūdo fuissetis /
mundus quod suum erat diligeret.
Quia vero de mundo non estis: sed
ego elegi vos de mundo: propterea
odit vos mūdus. Similitudo nature mo-
rumq; sepe magna dilectionis est causa: horum
vero dissimilitudo fomitē odij plerumq; mini-
strat. Diligit malus sibi aliū similē factū / velut
fautorē et adiutorē et excusatorem sui criminis / et
obuelatorē erubescentie: quoniā habens in ini-
quitate consimilē / ex eo videtur quoddā excusa-
tionis aut alleuiationis suffugiū posse conquire
re. Odit tamen aliquando malus similē malū:
cum ex eius consortio possessio seu delectatio /
aut honor seu dignitas demeretur. Hinc dictū
Si de mundo fuissetis / perperam cum ceteris
operantes mundi amatores: utiq; nos amarēt
tanq̄ suos complices et sequaces: sed quia vos
ego elegi de mundo / ne sitis ipsius amatores: et
dissimiles vos eis in moribus meis legibus or-
dinaui / feciq; regule mee sectatores: abstraxi a
temporalibus / compescui a carnalibus / ꝓhibui
a vanitatibus: docui terrena contemnere / affe-
ctare celestia: non malum pro malo rependere /
sed bona retribuere pro aduersis: nō litigare ꝓ
rebus: cōtemptui exponere vilem corporis vitā:
segregatos a charis et domesticis fieri: huma-
nam complacentiā deuitare: ꝓpterea odit vos
mundus. Quare odit? Quia totus in maligno
positus est: vos autem in via bonitatis electi.
A dissimilibus bonis est odium: a dissimiliter vi
uentibus infertur persecutio: a malis virtuosis
non parcitur sanctis: quoniā nulla iniquitatis
cum virtute ꝯuentio. Sed mementote ser
monis mei / quem ego dixi vobis: nō
est seruus maior domino suo. Si me
persecuti sunt / et vos persequentur.
Si sermonem meū seruauerūt / et ve-
strum seruabunt. Predixit christus oīa
que ventura erant super discipulos suos et eorū
consimiles velut infallibilis cognitor futurorū:
ne cum venissent / reperirentur discipuli non pa
rati: et eorum animi frangerentur in subitatio-
ne malorū. Et suadet eos esse memores: quia ꝑ-
dixit q sic passuri erant: ne immemoria predicto
rum eos per impatientiā cōturbaret: magis au-
tem eorum animos solidaret retenta memoria.
Predixerat quidē seruū domino suo nō esse ma
iorem. Proinde si manus persecutoris presum-
psit in dominū / si persecutio illum inuoluit: mul
to magis et in seruos ipsa deseuiet. Quomō de-
fertur seruo / si domino derogatur? Quomodo
seruus honori fiet / ubi domino sunt illata con-
uitia? Non superfertur seruus / sed inferior ē do
mino. Sic protinus erit: Si me persecuti sunt /
et vos persequentur: quia non est seruus maior
domino suo. Ascriberet ad verecundiā indele-
bilem ex electione militantiū / si manerent in ciui
tatibus stante rege in castris: et si manerēt in tē-
torijs ipso prodeunte ad bellum: et ipsi a missili-
bus liberi / ubi rediret vulneratus ex bello. Tur-
piter delicatus est miles / qui nec cum rege ictus
hostiles excepit. Ac per hoc si dominꝰ uniuersi /
si deus in homine dignatus est pati: qua fronte
qui hoc credit propter tenerum sensum animo
effugiet persecutionis asperum sensum? Non q
dixerim ut semper christianus in illas se deijci-
at voluntarius: sed q patienter toleret cum in-
euitabiliter in illis fuerit inuolutus. Nemo sua
temeritate persecutiones inquirat: sed sit fortis
animo cum expedierit testificari de christo. Si
gratia christi capitis descendit in membra: sic et
persecutio deriuetur ad subsequos. Perspicuū
quidem q̄ qui hostiliter persequuntur aliquem
ducem / q et sequentes milites ad posse confo-
dient. Contra mundi amenitatē christus predi-
caturus aduenerat: et monstrabat se opere ini-
micum: nil mundanum deferens: excepto quod
erat cōmensuratum ad vitam / quam in assum-
pta carne ostendebat humanam. Ideo mūdus
persequebatur eum. Et in eadem persecutiōe fu
turi erant omnes christum in moribus et sermo-
nibus imitantes. E regione autem si sermonē
meū seruauerunt / et vestrum seruabunt. Doctri-

na discipulorum christi a doctrina nō erat eius habitura seu prolatura diuersum: nec ipsi aliam habituri viuendi formā/ꝙ ipse opere atq; verbo prestruxerat. Propterea seruantes christi/ꝛ discipulorū erant seruituri sermonē. Hoc dumtaxat dictū pro his qui christū in carne audierūt atq; viderunt: quoniam ad posteros per apostolos ꝛ euangelistas/per sonantia verba ꝛ publicam scripturā christi est deriuata doctrina: quibus posteris christus non per sua verba ex carnis ore prolata: sed per eos quibus creditū est euangeliū spiritussancti operante gratia sonuerunt: Cur autem he future sint persecutiōes/subsequentia ipsa declarāt. **Sed hec omnia facient vobis propter nomen meum: quia nescient eum qui misit me.** Nihil in terra sine causa: diuina seu humana/iusta vel iniusta. Sic iste ꝓcessus omnē suppositam causam iniustam vtiq; habet: illam scilicet ignorātiam pertinacem/ que contumaci voluntate depelli/que subiecta ꝛ humili potuisset. Ecce igitur mali series ignorantia dei patris/filium pro nobis mittentis ad terram/germinauit odiū in filio: qui se dicebat deum eterni patris filium: qui tantū purus homo a conspicientibus credebatur. Quod si pater eius fuisset ab eis notus per fidem eternus ꝛ verus deus: ꝛ filius eius credit⁹ fuisset deus/ad terras in humanitate pro salute hominū missus: quem apostoli ꝛ discipuli asserebant esse verum deum/pro nobis incarnatū/natum/conuersatū ꝛ mortuū: in cuius nomīe salus danda credentibus erat. Quāobrem homines nō cognoscentes verū ꝛ eternū deum mittētem/eius filiū vnigenitū ignorauerunt missum: ignoratū oderunt: ꝛ predicatū quod erat nō crediderunt: sed odio pnicioso exarserunt in eos q̄ predicabant ꝛ moribus sequebantur: quos ꝛ vsq; ad mortem tormentis/terroribus/minis/omni penarum genere persequebantur. Unde dictum est: Sed hec facient vobis propter nomen meum; quia nesciunt eū q̄ misit me. Nescientia huiuscemodi neglecta/odiū ꝛ persecutionē generauit ex incredulis in credentes tēporis illius. Et scientia fidelis non custodita/pessimos mores nec bonos facit in hominibus temporis hui⁹. Uerūtamen illa nescientia nō excusat/imo peramplius accusat: que potuit depelli facilitate credendi/que doctrinam in verbo habuit a verbo. Unde sequitur: **Si nō venissem et locutus eis fuissem/peccatum non haberent. Nunc autem excusationem nō habent de peccato suo.** Sicut inq̄t Apostolus: Multipharie multisq; modis olim lo- Heb.1.
quens deus patribus in ꝓphetis: nouissime diebus istis locut⁹ est nobis in filio/ quē cōstituit heredē vniuersoꝝ. Et que sequuntur/aggrauant: dū contēptus est. Locut⁹ fuerat moyses ad populū/aaron ꝛ iosue/ꝛ iudices multi/samuel ꝛ dauid ꝛ salomon/ceteriq; ꝓphete. Fortassis q̄dem fuisset scutū excusationis inuentū. Nūc autē q̄ filius dei venit/ꝛ queq; optima locutus est: nihil reprehensibile/nihil impossibile/nihil impertinens: ꝛ verba vite eterne fuerūt verba eius: excusationē nō habent de peccato suo: quia nescierunt mittentē/quē in doctrina missi cognoscere potuerūt. **Propterea qui me odit/odit et patrem.** Ex ratiōe atq; vsu/morib⁹ liquet/ꝙ cōfusio vnius relatiuorū ꝛ alterius est: ꝛ odiū vnius in alterū tendit. Et vt omne depellat excusationis suffugiū: si locutioni iesu credere noluerunt ꝙ maioris ꝛ excellentioris autoritatis fuerit ꝙ priscoꝝ/ꝑ eximia opa ꝛ supra naturā ꝛ vsum facta cōtendit fuisse credendū. Locutio q̄dē sine doctrina confirmata/nō solū per opera moralia ꝛ honesta/sed per mirabilia excedēia omnē creatā virtutē: iure auditores cogere debuit ad credendū. Peramplius iustissime damnat incredulos. Proinde adiecit: **Si opera nō fecissem ī eis/que nemo alius fecit/peccatum nō haberent. Nunc autē et viderunt/et oderunt me et patrē meum.** Fuit iesus mirabiliū operū patratorq; signoꝝ: Testimonium
cui similis nemo precesserat/nec aliquis talia fe ioseph iudei.
cerat in populo iudeoꝝ seu in populis nationū/ex quibus validabatur doctrina: quā etiā ad credendā iure corda hominū vrgebant. Et si moyses/helias ꝛ helizeus/ꝛ si quispiā in veteri testamēto patrator miraculoꝝ extitit: huic dicto nō derogat/que nemo alius fecit: quoniā illi in virtute diuina/iste autē in propria fecit. Nō enim negare nisi pertinaciter poterant opera ꝛ signa ꝛ verba christi fuisse diuina. Si aūt diuina/que excusatio concepti odij? Que excusatio non credendi? Que iusta ꝑsecutionis occasio? Que causa tanti peccati? Que radix tanti delicti? Nā viderunt ꝛ oderunt: viderunt opera/viderunt mirabilia ꝛ insolita miracula: ꝛ oderunt missū hec agere tēporaliter in saluationis finem. Oderunt ꝛ patrē ab eterno/sapienter ꝛ vtiliter omnia disponentem: in tempore congruo me mittentem. Quā ob causam? Immo absq; causa. **Sed vt adimpleatur sermo qui in lege eorum**
scriptus est: quia odio habuerūt me Psal. 34
gratis/scilicet ꝓtinus absq; causa. Sic enim multo ante longe ꝓphetatū erat: non vt ꝓphetia opportunitatē imponeret agēde rei pījssime nobis/necessarie actioni/ ꝛ iudeoꝝ seuissime iniquitati: sed quia sic erat implendū atq; futurum. Sic autem decenter extitit prophetatū magnum iudeorum scelus/qui absq; causa in dei filium odio exarserunt: ꝛ affixerunt cruci velut hoiem sceleratū/damnantes per legem hominē innocentē/qui nihil alicui mali fecit. Sed fortassis eis aliquod temperamentū excusatiōis accedit/propter illam ignorantiā ꝙ esset filius dei: prout
apostolus ait: Quia si ipsum cognouissent/nūq̄ 1. Cor. 2.
dominū glorie crucifixissent. Sed hec modica: quoniā talia prerogata sunt opera ꝛ signa magnalia/ꝙ deus credendus erat. Et si aliqua excusatio esse posset de filio dei latente in hoīe: nulla tamē adest de hoīe innocente/operāte mirabilia/docente vtilia/dissuadente dānosa. Sed

maius christianoꝝ peccatū qui christū credunt dei filiū ꝛ cōtemnūt/redēptorē fatenꝭ ꝛ nō diligunt/deū et nō timent/patrē et non verenꝭ/ magistrū et doctrinā abijciūt/preceptorē et nō obediūt: sed iterū atq3 iterū in cordibus et in dānatis moribꝰ crucifigūt. Proinde gratis est vtroꝝq3 peccatū. Atqui gratis est omne peccatū siue delictū: quod si gratis nō esset/ porro nullū peccatū esset: nulla protinus reperiꝭ causa peccandi. Quod si causa/ergo nō peccatū: si peccatū/causa penitus abrogaꝭ. Ac per hoc omne malū gratis: bonum vero nō procedit gratis. Fit gratis crimē atq3 delictū: ex causis quidem agiꝭ omne bonum. Huius peccati ꝓphetiam in eoꝝ lege ad exaggeratione mali asserit esse scriptam: legē iudeoꝝ appellans psalmos ꝛ omnē scripturam
Ps.34 veteris testamenti. Nam scribitur: Quoniā gratis absconderunt mihi interitū laquei sui: super vacue exprobrauerūt animā meā. Et i alio psal.
Ps.119 Cum his qui oderūt pacem eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis. Nam et homo idolatra qui morti adiudicauit eū: ipsum excusauit/dicens: Ego nullam inuenio i eo causam. Et ad sui excusationē/causam posuit super caput eius: Jesus nazarenus rex iudeorū. Sed nec ipse gratis crucifixus est: sed ꝓpter delicta ꝛ peccata nostra: ꝛ vt resurgeret ꝓpter iustificationes nostras. Ideo christus non crucifixꝰ gratis: q2 homo peccat gratis.

¶ Q2 de christo spiritussanctus testificaturus erat et apostoli: Quobrem a synagogis erant segregandi/ et magnam persecutionem passuri: secundum Joannem solum. Capitulum XII

Quoniam iesus factus erat odio apud iudeos: q2 nō cognouerunt eū esse dei filium/a deo patre missum: neq3 ipsum mittentē patrē eternū deum: nec prestauerūt fidem verbis ex operibus mirabilibus/ ꝛ signis improbabilibus confirmatis: ad testimoniū spiritussancti ꝛ apostoloꝝ ex congruentia mysterij
Jo.15 se reseruat/dum ait: Cum autē venerit paracletus quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis/ qui a patre ꝓcedit: ille testimoniū perhibebit de me. Et vos testimonium ꝑhibebitis: quia ab initio mecum estis. Noluit per violentiā de seipso cordibus iudeoꝝ ꝛ alioꝝum fidem infundere: sed a ratione deuicti per supernaturalia facta/ꝛ per ꝓmptitudinē voluntatis trahendi erant. Quãobrem post testimoniū patris in voce delapsa de celo/post testimoniū ioānis/post testimoniū ipsius filij in signis ꝛ virtutibus/in potentia opis ꝛ sermonis: vt tota trinitas credatur indiuise huic magno astitisse mysterio: spiritussanctus missus est/de ipo iesu mistifice/differenter ꝛ mystice/moraliter ꝛ varie testificaturus: primū in cordibus apostoloꝝ ꝛ discipuloꝝ: vt nec in aliquo hesitantes ipm crederent dei filiū. Deinde in opatione signoꝝ ꝛ ꝓdigioꝝ ꝛ miraculoꝝ omniū/ꝛ in cōstantia mentis/ in virtute sermonis/in timore dei omnē aliū depellente timorē/in pietatis cultu/in scientia cauendi ꝛ agendi/in fortitudine tolerandi aduersa/ꝛ aggrediendi sublimia/in cōsilio: ꝑter errorē ſm iusticie libertatē: in claritate intellectus ad cognitionē veri ꝛ falsi: in sapientia diuinoꝝū/ in dilectione primoꝝ indiuisibili/in altissima charitate: qua vnusquisq3 debeꝭ semetipm despicere ꝓpter deū: in patientia inseparabili ad tolerātiam passionū/in cōuersatione abdicata/in contemptu visibiliū ꝛ corporalis vite: hic paracletꝰ a patre filioq3 missus sic testimoniū daturꝰ aduenit. Hic spiritus est veritatis/a similitudinibus ꝛ imaginibꝰ virtutū mentes hoim abstrahens/ꝛ in pura veritate cōstituēs. Et post testimoniū dabitis de his q̄ vidistis ꝛ audistis ꝛ manibus tractauistis: ꝑ eo q2 ego vos elegi ab initio quo palā īnotui mūdo: vt ꝑ vniuersum mundū testificaremini: q2 iesus sum filius dei/factꝰ hō pro salute generis humani. Sicq3 testificari de ipo cū celos vellet ascendere/iterū iussit eos: Nō est vestrū nosse tēpora vel momēta q̄ pater
posuit in potestate sua: sed accipietis virtutē superuenientis spūssancti in vos: ꝛ eritis mihi testes in hierusalē/ꝛ in omni iudea ꝛ samaria: ꝛ vsq3 ad vltimū terre. In quo mihi testes eritis? In moribus/in vita/in verbo/ꝛ in signis ꝛ prodigijs. Pro quo testes? Quia sum q̄ sum ꝛ quod sum: ꝛ q2 nō propter me/sed ꝓpter homines descendi de celis: spūsancto incarnatus/ ex matre virgine natus/adultus docens/iuuenis ꝑ salute hominū moriens/resurgens nō iterū moriturus: celos tandē penetrans/patris sessurꝰ ad dexterā. Itaq3 ioannes cū de ceteris coapostolis siue discipulis iesu testimoniū dedisse fatetur/di Act.1
cens: Quod fuit ab initio/quod vidimus/quod audiuimꝰ/quod ꝑspeximꝰ/ꝛ manꝰ nostre contrectauerunt de verbo vite: ꝛ vita manifestata est: ꝛ vidimus ꝛ testamur et annunciamus vobis. Sed quoniā hec testificatio apostolos ꝛ discipulos erat applicatura penis: ꝛ anathema factura ꝓnunciat saluator: ne cum venerit in aio offendanꝭ. Hec locutus sum vobis/ vt non scādalizemini. Absq3 synagogis facient vos. Futurū est vt anathema sitis/ cum de me testimoniū dabitis: ꝛ extra ponamini a iudaicis synagogis q̄ me abiecerunt: ꝛ vt malefactorē tradiderūt in mortē: ideo ne scandalizemini dixi vobis. Et intantū deseuiet iudaica iniquitas/etiā ꝛ ipsa gentilitas/cū me crucifixū ꝓdicaueritis: illa ꝓpter scandalū/ista ꝓpter stulticiā: ꝛ tanq3 fatua vestra ꝓdicatio reputabiꝭ ꝛ vita insana. Et venit hora q2 oīs qui interficit vos/arbitretur obsequiū se prestare deo. Sicut in capite preactum est/ꝛ in membris: nam per legem christū tradiderunt in mor 1.Jo.1
tem/dicentes: Nos legem habemus: ꝛ ſm legē debet mori: quia filium dei se fecit: vt non se crederent homicidas atq3 culpabiles: sed vere iusticie ministros/similiter et fautores. Sic et in Jo.19

membris eius fuerat iudicanduȝ ⁊ actum est: ꝙ
qui interfecerunt eos/ nõ obnoxios crimini/ nõ
offensores iusticie: nõ deo in aliquid displicẽtes
sed sacrificare ꝓ voto/ sacrificium offerre ꝓ de
bito crediderunt. Judei ꝓ zelo legis/ gentiles ꝓ
falso zelo idolatrie impietatis. Sed nulla perse
cutio seuior/ ꝙ vt innocens tanꝙ nocens/ iustꝰ
vt iniquus/ pius vt impius/ beneactor vt male-
factor/ verax vt mendax applicatur penis/ vexa-
tur tormentis/ ⁊ occiditur ⁊ damnat̃. Jn talibꝰ
quidem patientia vera si aderit/ magni est meri
ti: ⁊ premia amplius habitura. Sed vnde ĩ hãc
seuitiam deuenient/ ostendit: **Et hec facient vobis: quia non nouerunt patrẽ ne-
qȝ me.** Ut sepe iam dictum est/ huiuscemodi
nescientia magnoꝝ maloꝝ fomitẽ ministrauit:
sed eo inexcusabilior/ quo potuit auferri facili-
tate/ imo pietate credendi. Quod vt veniret̃ in
hanc credulitatẽ/ omne vehiculum signoꝝ ⁊ di
uinoꝝ operum prerogatuȝ est. Causam reiterat
cur ista predixent: ne obliuio generaret impati-
entiam ⁊ scandalum in fide: ⁊ vt reminiscẽtia da
ret tolerantiã firmã/ ⁊ ꝓmptitudinẽ in sermõe.
Proinde subiecit: **Sed hec locutus sum vobis: vt cũ venerit hora eorũ/ remi
niscamini qꝛ ego dixi vobis. Hec aũt vobis ab initio nõ dixi: quia vobiscũ
eram.** Jdeo iesus apostolis predixit: vt cũ ho
ra ꝑsecutionis adesset/ recordarent̃: ne scandali
zarent̃/ ne per impatientiã frangerent̃: quoniaȝ
ipsoꝝ dñs ⁊ magister sic disposuerat/ sic futurũ
esse predixerat: vt qualia ante fuerat ipse ꝑpessus
sic ⁊ ipsi talia paterẽtur: vt sicut erat futura vna
gloria capitis ⁊ membrorum/ ꝙuis illa peram-
plius: sic passionum esset vna societas/ tamen ex
causis ita disparibus. Non tamẽ ab initio vo-
cationis ⁊ electionis apostoloꝝ christus eis ta-
lia nota fecit: aliꝙdiu habens cum ipsis existe-
re: ipsos operibus ⁊ sermonibus informare/ cõ
ducere ⁊ fouere: ⁊ ne forte in initio vocatiõis ter
rorem futuraꝝ persecutionũ tam seuaꝝ audien-
tes ab eo quod cepant/ resilissẽt. Sed vicinus ⁊
proximus passioni quasi confestim abcessurus
ab eis/ de persecutionibus erudit: prenuncians
quid futurum erat/ ⁊ causam: per aduersitates ⁊
tribulationes ordinans ad gloriã eternã oẽs
illam captare in tẽpore gestientes.

¶ Quod expediebat apostolis celos penetrare iesum: et paracletũ mittere arguentem atqȝ vera docentẽ/ annunciantemqȝ future: secundũ Joãnem solum.

Capitulum XIII

Cura erat iesu de cordibus apostolorũ
indebitã remouere tristiciã/ que illis ex
christi fiebat absentia: ⁊ ex pollicitatio
ne melioꝝ de remotis ⁊ ablatis inferio
ribus eorum animos refouebat. Exponit oĩ-
Joh. 16. no suũ omnino adesse recessum: **Et nunc va-
do ad eum qui me misit: et nemo ex vobis interrogat me/ quo vadis. Sȝ
quia hec locutus sum vobis: tristicia impleuit cor vestrum.** Expleta legatione
ad legantem decet redire legatum/ relaturũ que
fecit ⁊ que in ipso facta sunt: ⁊ examinatus reci-
piat digna factis. Missus dei filius in humani-
tate solum erat: ⁊ in illa vadit ad mittentem pa-
trem: a quo nunꝙ deitate recesserat. Et sue lega
tionis pro nobis peracto mysterio/ suscipiet vt
filius hominis gloriam: quam vt dei filius ab
eterno possedit. Non tamen ex vtraqȝ forma o-
portebit aliquid gestorum referre ad patrem/ q̃
omnia nouit anteꝙ fiant: sed in veniendo et re-
deundo est decentia facientis/ et series geste
rei ⁊ forma vere obedientie presignata: vt ad im
perium iubentis omnia fiant: ⁊ nulla sit contra-
dictio ad iubentem: nec graue in exequendo ali
quid in animo exequẽtis obueniat. Hinc liber-
tate dicit: Uado ad eum qui me misit: sed cum
hoc cognoscatis ex dictis/ mirum quasi de vo-
bis ꝙ nemo ex vobis ĩterrogat me quo vadis.
Jam videtis ⁊ auditis meam in recedendo vo-
luntatem: sed quo vadam ignoratis: quia si ad
patrem/ ipsum non cognoscitis. Cur aliquis ve
strum non interrogat/ quo vadis? Sed dixi vos Joã. 15
amicos: non seruos. Licentia est in amico inter
rogare quo vadit amicus: cum non sit congruũ
seruo exquirere quo velit pergere dominꝰ. For
tassis volebat iesus interrogari quo iret vt do-
ceret: sicut magister a discipulis/ vt doceat ignõ
rata. Attamen ipse causaȝ aperit cur interroga
ticiũ sit: Sed quia ego locutus sum vobis: tristi
cia impleuit cor vestrum. Opplet sepe animum
tristicia: ⁊ plerũqȝ cor ex ipsa tabescit: vt queren
da non querat/ neqȝ curet scire scienda. Uerũta-
men aperte vtilitatem ⁊ expedientiam sue vadi-
tionis insinuat. **Sed ego veritatem di-
co vobis: expedit vobis vt ego vadã.**
Ueritas sum/ veritatem dico. Jn veritate debet
omnis quiescere intellectus: omnis ratio in ve-
ritate terminatur: vltra veritatem omnis inqui
sitio est importuna: nemo in veritate fallit̃. Ue-
ritas amara interdum esse potest: iniusta vero
nunꝙ. Agentes perperam oderunt aliquando
veritatem: quia prodit iniquitatem/ ex qua mu-
tatur autor. Dilexerunt autem illam penitus in
nocentes. Si vos amici mei estis/ qui veritas
sum: ergo ⁊ veritatis amici. Ueritatis amicis
veritas est ad fructum: generat gaudium inno-
centibus: securitatem ⁊ gratiam prestat. Non
fallo vos veritatem fatus: expedit vobis ad vti
litatem/ ad fructum/ ad securitatem/ ad gaudiũ/
ad gratiam/ vt ego vadam. Expedit vt forma
serui recedat ab oculis ad hoc/ vt dei formam
contemplantes redeatis ad cor. Extrorsum va-
gatis in forma cõspecta: vt introrsum redeatis
vobis expedientius est. Nam in his que bona
etiam a sensibus delectatio interna prehabet: ⁊
sensibiliter affectꝰ in bonis si nõ redeat ad ani-
mũ/ priuatur melioribus. Jntuebantur aposto-

li christi humanitatẽ amenã: ⁊ illa delectati gau
dijs potioribus iterioribus ꝓbabantur: non ꝙ
malũ esset in quo afficiebant/sed melius quod ꝑ
mittebat intus. Inde dictuz est: **Si eni non
abiero: paracletus nõ veniet ad vos.
Si autez abiero: mittã eum ad vos.**
Si a vobis corꝑe nõ recedaz: si a vobis nõ sub-
traxero huius hũanitatis aspectũ: si non pene-
trauero celos: si nõ fecero regressum ad patrez
paraclet⁹ nõ veniet ad vos: nõ veniet: qꝛ pater
sine me nõ mittet. Et licet filius nõ sit diuisus a
patre: neqꝫ carnẽ assumẽs fecerit seꝑatiõẽ vni-
us cũ ipso existens eterne substantie: degensqꝫ
in nostra natura in terris/simulqꝫ ĩ deitate in ce
lo erat apud patrẽ. Abire aũt eius nõ ad formã
dei/sed ad formã hoĩs ferebat: quaz pater expe-
ctabat ascensurã ad superos. Deinde paracle-
tus a patre ⁊ filio nõ ante mittẽdus erat. Ideo
in hũanitate in celis expectato: ipsaqꝫ ascenden
te ad mittendũ vt filius hoĩs dei filius credere-
tur: qui noudũ creditus acclamatũ est vt cruci-
figeretur. Poterat quidẽ filius etiam in terris
existens in carne vna cũ patre spiritũsanctũ de
celo mittere: sed nec creditum fuisset ꝙ processis
set a filio ꝑut a patre/ si spiritussanctus aduenis
set filio adhuc in terris existẽte: nec ꝙ hic homo
visus ⁊ cõuersatus in terris/esset dei filius in ex-
celsis. Proinde subiecit: **Cum autẽ abiero/
mittã eum ad vos.** Mittã vna cum patre
consubstantialis existẽs: mittam ad vos quos
elegi de mũdo: qui me hominem vidistis in ter-
ris cum hoĩbus cõuersantem: vt credatis quia
eternus dei filius sum: quẽ iam cõfessi estis: ⁊ qui
vado imolari ꝑ vobis. Mittam ad vos qui ꝑdi
caturi estis diuina mysteria ⁊ nouam vitam/⁊ ar
guturi maliciam: qui vobis quam nõdum habe
tis ꝑstabit audaciam. Hinc enĩ est: **Et cuz ve-
nerit ille arguet mundum de peccato
et de iusticia et de iudicio. De pecca-
to quidem: quia nõ crediderũt in me.
De iusticia vero: qꝛ ad patrez vado:
et me iam non videbitis. De iudicio
autẽ: quia princeps mundi huius iã
iudicatus est.** Accusabit ꝑ apl'os mũdũ spũs
sanctus cũ venerit/cũ eis apte docẽdi ꝑstabit au
daciã: non ꝙ in assumpta ⁊ vnita sibi aliqua cre-
atura loquat. Nulla vnio creature facta est in di
uinis: ꝑterꝙ̃ hũane nature in verbo. Et de tri-
bus tm̃ hic videt ꝙ munduz accusare voluerit:
cũ mlto sint plura quibus culpãdus est mũdus.
Aduertendũ aũt ꝙ ista tria dũtaxat ad humana
tũ dei filiũ referunt: peccatum ⁊ iusticia ⁊ iudi-
cium. Diuersa sunt quidem diuerse tractanda/
etiam relata in christum. Prerogatis opibus
virtuosis/ miraculis ⁊ figuris/ ꝓlatis irreꝑhẽsi
bilibus ⁊ doctrinalibus verbis a christo/ que sol
ui nulla ratione potuerunt/ipsi omnino homi-
nes credere debuerũt. Ex ista quidem increduli
tate omnia mala oriunt: quoniam qui incredu-
lus est/nõ est recta in eo anima eius: sed per de-
uia queqꝫ tendens idolatrat/heret mũdo/visibi-
libus capit/amore corruptibilium tenet ⁊ segre
gatur a deo: inobediens veris/subiecta falsis de
monibus famulat. Et alibi ioãnes aperuit incre
dulitatis periculũ: Qui incredulus est filio/non Ioã.3
videbit vitam eternam: sed ira dei manet super
eum. Et apostolus que mala ex incredulitate ꝓ-
ueniant/ad Titũ ostendit: Eramus enĩ aliquãdo Ad Tit.3
⁊ nos insipientes/increduli/errantes/seruientes
desyderijs ⁊ voluptatibus varijs: ⁊ in malicia ⁊
inuidia agentes/odibiles/ odientes inuicem.
Postꝙ̃ ab eterno ꝓuisum est dei filiuz ꝑ nobis
incarnari/sic conuersari ⁊ mori: sic eque ꝑmis-
sum est in eũ debere credi/nõ aũt credẽtes dãna-
ri: ⁊ sine hac fide impossibile est deo placere. Ni- Hebre.11
hil autem est quod possit e regione cõsurgere ꝙ
non crederet in christũ tanꝙ̃ in dei filiuz: ⁊ eius
verbis ⁊ factis sicut diuine depromptis. Argue
bat ⁊ arguit mundus etiam de iusticia: nõ de il-
la quã hoĩes recte agere compellunt: hec in in-
fidelitate accusat: cũ infidelis perperam nilqꝫ re
ctũ deo dignũ agat: sed de iusticia quam in chri
sto iesu esse negauerũt. Iustus iesus ab eterno:
quia vt dei filius nihil per iniquitatem valebat.
Iustus in hoĩe assũpto mundo apparuit: iustus
in opibus: iustus in moribus: iustus in vita: iu-
stus in sermonibus: iustus in doctrina: iustus in
cõuersatione: iustus in dilectione. Nam iustus Psal.10
dñs iusticiã dilexit: ⁊ equitatẽ vidit vultus eius.
Iustus in iudicio: quia iustus es domine: et re- Psal.118
ctum iudiciũ tuũ. Et cũ animam in cruce poten
ter de corꝑe tradidisset: dux crucifigentiũ cõspe-
ctis signis ex celo ⁊ terra super eũ diuine mon-
stratis ait: Uere hic homo iustus erat. Sup̃ua- Luce.23
cuũ est verbis aut fulcatione elementorꝫ christi
velle demõstrare aut ostẽtare iusticiam: sed hoc
in dissertione tentatum est. Sed quia cum super
omnem intelligentiam hominũ iustus est: vt de
uorator/vt malorꝫ amicus/vt mendax/vt demo-
niacus/vt vane laudis appetitor reputatus est:
⁊ vt malefactor legisqꝫ destructor/vt latro cũ la-
tronib⁹ crucifix⁹ est: vt nõ solũ fili⁹ dei ꝑ verã iu
sticiam crederet: sed vt filius hoĩs: nõ ex spiritus
sancti cõceptione/sed ex corruptiõe: nõ dignus
ꝑmio/sed tormento: non celo/sed baratro repu-
tatus est. Itaqꝫ de iusticia: quia vadit ad patrez
a quo missus erat: vadit ad supernã patriam vn
de venerat: ad angelicos ciues/quos ꝓ oue cen
tesima querenda reliquerat. Uadit ad patrẽ suũ
velut qui ꝑ omnia peregit eius imperium: velut
agonista qui ꝑ iusticiam in sanguine atqꝫ morte
redemit genus humanũ: triũphauit et de diabo
lo/⁊ spoliauit infernum. Uadit accepturus ꝓ se
suisqꝫ electis regnum eternum: ꝓpterea dicit: ar
guet de iusticia quia ad patrem vado: qm̃ iusti-
cia mihi est/non gratia: eterna consubstantiali-
tas est/ nõ rapina: vt vadã ad patrem in hac hu
mana ex benignitate assumpta natura. Et me iã
nõ videbitis: quia me mũdus amplius nõ est di
gnus. Et me non videbitis in terris amplius vi
sibiliter cõuersantẽ: q̃ ab eterno maneo apud pa
trẽ. Et si iustũ dicit de filio dei/et iã iustissimum

de filio hominis iudicandū est: qui in assumen-
te verbo vna persona cum ipso factus est. Me
iam non videbitis mortalem: quia resurgenti a
mortuis/mors vltra non dominabitur. Exigit
iusticia vt vadam ad patrem: vt sedeam ad dei
dexteram in excelsis: qui iniuste vilipensus/apo-
riatus iniuste: iudicatus vt nequā in terris cru-
ci fui affixus. Quod autem de iudicio sit argu-
tio facienda/ꝓ eo ꝙ princeps mundi iam iudi-
catus existat: ad ignorantiam ꝛ ingratitudinem
pertinet. Ignorabat quidem mundus ꝙ sibi di
abolus principaretur: ꝛ ꝙ finita vita corporis
homines ducerētur ad loca tartarea: ꝛ quibus
demeritis talibus applicarentur supplicijs: et
quo iure antiquus hostis genus possideret hu-
manū/qua esset potestate tā seuus hostis. Quo-
modo iudicatus/cum nomen principatus oria-
tur ex lege: veniat de necessitate: cum etiaȝ inse-
paratis substantijs nomina ꝑncipatus existāt?
An ꝑnceps huiuscemodi versus in tyrannum:
Jo.8 vt a superiori suo iudicari mereatur? Sed cum
mundi principem diabolū dicat: ipse ab initio
mendax: ab initio tyrannidem permissam exer-
cuit: iniqua voluntate/iusta permissione. Igno
rabatur quomodo/quo iure/ quo certamīe/quo
cōgressu/ sub quo iudice/ qua litigandi serie iu-
dicatus esset: quia non vi/sed iure: nō potestate/
sed equitate: nō sup̄bia/sed patientia: cuȝ vellet
tāgere atq; infamare ꝛ in suā sortē trahere inno
centē/iuste nocentē perdidit queȝ tenebat. Et cū
satageret vt de mundo per mortē acerbā expelle
ret qui illū condiderat: qui reꝑare venerat quod
perierat: qui salutē eternā ꝓcurare mortalibus: ꝛ
terrenos in superna transferre: ipse ab eterno pa
tre iudicat⁹ vt improbus ꝑdo: atq; vt insatiabi-
lis homicida eiectus est: perdens tyrannidem
solū in sibi voluntarie subditis diuina permissi-
one retinens ꝑtātē. Et cū ita factū sit: sibi mun
dus est ingratus: auertens a ꝯsyderatiōe huius
certaminis mentem ꝙ sit iudicatus in ligno qui
deuicit in ligno: ꝛ per crucē qui suasit delectatio
nem: ꝛ per stulticiam crucis ꝛ mortis qui promi-
sit scientiam deitatis: ꝛ falsam pollicitationeȝ de
non moriendo predixit. Inexcusabilis ingrati-
tudinis culpa/nō cognoscere infinitum bonum
quod factū ꝛ dissimulare ꝛ auertere ꝛ gratias in
cessanter non referre: cū omnibus deficiētibus
viribus ꝓprijs ꝛ auxilijs alienis catenam tene-
brarū ꝛ iugum male seruitutis ꝛ pessime oppres-
sionis/per iugū sibi imposite crucis/a ceruicibus
nostris excussit: ꝛ exules reuocauit ad patriā/er
rantes ad viam/ad filiationem extraneos/ad vi-
tam mortuos/ad cōgregationē supernoꝝ ciuiū
peregrinos. Atqui spūssanctus aduenīēs de his
mundanos ꝑ apostolos arguet: seu interne faci-
et cognoscere inhesitate credentes. Pauida et
tremefacta in his verbis erant apostolorū cor-
da: q̄ cognoscebat iesus in verbis amplius non
latura. Proinde sermonibus parcit/ne ipsorū
corda confundat: ꝛ spiritui sācto reseruat quod
reliquū est de veritate sciendum. Unde adiecit:

Adhuc habeo multa vobis dicere/sȝ
nō potestis portare mō. Cum autem
venerit ille spiritus veritatis/doce-
bit vos omnē veritatē. Magna ꝛ multa
ꝛ vtilia necessariaq; dixerat iesus. Multaq; ha-
bebat dicere que fienda erant in moribus/ꝛ fu-
tura in futuris tēporibus: que si dixisset/ipsi por
tare nō poterāt a tristicia detenti: pro eo ꝙ chri
stus parabat ab eis abcessum. Prestruit hic sa-
ne forma doctorib⁹: ne in sublimitate sermōis/
ne in multitudine dicendoꝝ/ ne asperitate ver-
boꝝ/ne discussionis subtilitate/ne aliqua varie-
tate loquendi corda grauent auditoꝝ: plusq̄ vi-
derint posse portare/aut cognouerint valitudi-
nē capiendi. Sed expectent serenitatē mentiuȝ/
depulsionē passionū: quibus insedentib⁹ in ani
mo/sermo alte latus nō capit. Sed spiritus mit
tendus cū venerit/omnē veritatē docebit agen
doꝝ futuroꝝq; /bonoꝝ siue maloꝝ: ne per inca-
ptionē aliquid patiamini. Non tamen alia veri
tas filij/alia spiritussancti: neq; veritas/neq; lex/
neq; euangeliū filij ꝛ spiritussancti aliud ꝛ aliud
sunt: sed omnia sunt eque cōmunia. Uerūtamē
si quid defuit quod nō intelligerent per filiū/in
telligent per spiritūsanctū: qui in ipsoꝝ cordib⁹
declarauit euangeliū: quo inspirante insulcata
elementa vsq; ad mundi finē/ad memoriam se-
quentiū redactū est: qui etiā multa nō scripta in
spirauit: que velut euangeliū vsq; in presens or-
thodoxa ecclesia custodiuit. Non enim lo-
quetur a seipso: sed quecūqȝ audiet/
loquetur: et que ventura sunt/annū-
ciabit vobis. Ideo non loquetur a semet-
ipso/sed audita videlicet a patre ꝛ filio: ne i sub-
stantia alius ꝙ̄ filius crederet. Annunciabit vē
tura pro vtilitate credentiū ꝛ ecclesie condende
de gētibus: ne in euentu subito fallerentur: aut
deciperēt per pseudo apostolos atq; doctores:
qui ad subuersionē euangelij sunt futuri. Et ꝓ-
phetizādi virtutē fuisse in apostolis spiritussan
cti virtute/sicut in ꝓphetis veteris testamenti:
ne crederet ꝙ ali⁹ spūs priorib⁹ vatib⁹/ali⁹ apo
stolis sit affatus. Ille me clarificabit: qꝛ
de meo accipiet et annūciabit vobis.
Clarificabit in cordib⁹/ꝛ ꝑ verba sonātia in mū-
do ꝑ eos q̄ quā docui veritatē/intrepide predica
būt: ꝛ per oꝑa talia que nō decēt fieri nisi per fi-
liū dei/ꝛ ꝑ mirabilia signa etiam maiora ꝙ̄ fece
rit filius dei: sicut ipse ꝓmisit de credētib⁹ in cū.
Et maiora hoꝝ faciet: qꝛ ego ad patreȝ vado.
Clarificabit spūssanct⁹ filiū: qꝛ de illo quod filij
erat accipiet. Sed q̄d habet filius quod non ha
beat spūssanct⁹: excepto distincto nomīe relati-
uo? Dino nihil. Quid ergo accipiet? Etiā oino
nihil. Sed qꝛ sicut a patre/ita ꝓcedit a filio: q̄si
hoc esset acceptū credentib⁹ declarabit: vt filij
ꝛ spūssancti vna credat esse doctrina. Ne auteȝ
pater crederet exclusus: sed ꝙ omnia eius sunt/
proceduntq; ab ipso: subiectum est: Oīa que-
cūqȝ habet pater/mea sunt. Propte
rea dixi: qꝛ de meo accipiet et āñūcia-

dixit vobis. Ueritas catholice fidei hec est: ꝙ pater ꝛ filius ꝛ spiritussanctus in nullo preter ꝙ relatione personali differant: nõ tamen ꝙ ista differentia sit realis seu substantialis. Proinde iesus dogmatizat: ne aliquid diuersum in summa trinitate credat. Docuerat/edisseruerat/ꝓphetauerat/annunciauerat multa in carne degens visibiliter filius. Uenturus erat atqꝫ docturus corda discipuloꝝ atqꝫ multoꝝ inuisibiliter spiritussanctus. Ne spiritussanctus crederet alius a filio/dictum est: quia de meo accipiet. Ne filius alius a patre/assertũ est: omnia quecũqꝫ habet pater/mea sunt. Ut si spiritussanctus vnum cũ filio/filius vnum cum patre: omnes tres persone per omnia habeant equales: nec spiritus duobus minor/quia tertia persona in nominatione posterior ab vtraqꝫ ꝓcedens: nec filius patre minor/quia genitus ꝛ non gignens. Que igitur sunt patris/sunt ꝛ filij: que vero sunt filij/sunt et spũssancti: ꝛ qui equales sunt in eternitate/in immensitate/in omnipotentia/in sanctitate/in sapientia/in substantia: nõ credant dispares in doctrina/in ꝓphetia/ꝛ in omni veritate sciẽda.

¶ De modicitate temporis quo christus videndus erat: et de tristicia discipuloꝝ ad quam eternum gaudium est futurum: secundum Joannẽ solum: Capitulum XIIII

Quippe non deitate iesus migraturus ex mundo: et ablaturus a corporeis oculis seruilem visibilemqꝫ formam: ꝛ illaturus illam super omnia excelsa celoꝝ: temporis breuitatem insinuat. Modicum et iam non videbitis me: et iterũ modicum et videbitis me: quia vado ad patrẽ: Quod modicum ꝛ non videbitur/tempori resurrectionis vsqꝫ ad ascensionem inscribitur: quia tunc accessit ad patrẽ. Dixerunt ergo discipuli eius ad inuicẽ: Quid est hoc quod nobis dicit: modicũ et non videbitis me: et iterum modicum et videbitis me: quia vado ad patrẽ? Dicebãt ergo: Quid est hoc ꝙ dicit nobis modicum? Hoc totum nil aliud q̃ apostoloꝝ admirationem ꝛ ignorantiã sonant. Tardi quidem in intellectu erant apostoli: ꝛ supra id quod naturaliter negatur hominibus/corda superueniens tristicia plꝰ obuelat. Quos interrogare volentes vt talis nesciẽtia pelleretur/christus respõdendo preuenit. Cognouit autem iesus quia volebant ipsum interrogare: et dixit eis: De hoc queritis inter vos quia dixi vobis: modicũ et non videbitis me. Amen amen dico vobis: quia plorabitis et flebitis vos: mundus autẽ gaudebit. Uos autẽ contristabimini: sed tristicia vestra vertetur in gaudium.] Nõ respõdit Jesus interrogationi quam fecissent discipuli nõ preuẽti: quoniã de eo q̃ nesciebant quid esset hoc dicere: modicum ꝛ nõ videbitis me: ꝛ iterum modicum et videbitis: interrogare volebant. Sed respõdit vtilius: preostendens quid futurũ erat: cum iesus nõ amplius videretur: quia ploratus ꝛ fletus in eis tempore passionis ꝛ sepulture: ac etiam omni tempore post ascensionẽ in ipsis primitiuis ecclesie future cunctisqꝫ vere credituris ꝛ sequentibus christum: per apertam persecutionem tyrannoꝝ idolatrantium ꝛ peruersoꝝ male agentium vsqꝫ ad finem seculi duratura. Nõ enĩ semper persecutionem per mala confodientia est affligentia corporis sensuz ecclesia passa est: sed illaz que fit a dissimilibus membris ꝛ a peruersis agentibus/nunq̃ sibi defuisse neqꝫ vsqꝫ ad terminũ mundi defutura credatur. Uere quidem christi discipuli plus cruciantur in animo ex corruptis hominum moribus: q̃ si queqꝫ flagella in ꝓprijs corporibus paterentur. Sed vnde ploratus ꝛ fletus? Tempore passionis ꝛ mortis ꝛ sepulture: cum eis potuisset illudi ꝛ exprobrari/scilicet: vbi est homo quem colebatis vt deum? Aspice crucifixũ: descendat de cruce si filius dei est/ꝛ liberetur a patre: contemplamini mortuum: quoniam deus non moritur: cogitate sepultum/quoniam deus loco non clauditur. Et vnde tunc gauisus est mundus: nisi quia sibi visus est triumphasse de hoste: quem sibi christuz arguentẽ mundi scelera reputabat? Unde ploratus ꝛ fletus post q̃ christus regressus est ad superos: nisi quia passi omnia genera tormentorum/expositi penis/subiacentes tortoribus ꝛ tyrannis: quasi derelicti a christo videbantur/pro quo patiebantur? Et insultus ꝛ exprobationes audiebant: vbi est christus/vbi crucifixus quẽ dicitis ꝙ vester est deus? Sicut semetipsũ liberare non potuit: sic ꝛ vos in tortoꝝ manibus dereliquit. Et maior plorandi causa ꝙ conuitia iaculabantur in christũ: q̃ ex his que in corporibus ꝓprijs tolerabant. Maior ratio fletus ꝙ christus negabatur ab eis: vt non deus/sed homo tm̃/iniustus siue iustus existimabatur: q̃ ex eo ꝙ ipsi torquebantur. Nec erat ab eo eis auxilium quin traderentur in necem: quoniam omnes qui summa rei christiane pollebant/magis gaudebãt torti supplicijs q̃ foti blãdicijs. Sed in hoc erat summa doloris fletus atqꝫ ploratus ꝛ afficientis tristicie: dum arrogabatur dijs: et christo id quod erat detrahebatur. Necnon cuz quieuit persecutio corporũ/etiam satis abunde ploratum et fletum et tristatum est: neqꝫ destatuz est atqꝫ destabitur quousqꝫ vita ista finiatur: non ex persecutione moꝝ iniquoꝝ: qui cõturbãt intima cordis in amatoribus bonitatis: etiaz si iustis a male agentibus obsequia ꝓ corpibus prestarentur. Ueruntamen si in optione factuz est: precipuũ est in moribus agende vite/ꝓ christo in corpe spoliationeqꝫ reruz ex omni verbo tristari ꝓ affligente. Debitum autẽ sine quo nec virtus adest/ꝓ dei iniuria in animo contabescere: iuxta dei amatoris dictũ: Uidi preuaricãtes ꝛ tabescebam: quia eloquia tua nõ custodierũt. Psal.118
En duplex ex preuaricatione tristicia: sed maior quia iniuria dei agit/q̃ ꝙ male agens ex preua-

rication e damnatur. Uere christus finis est dolendi atq; gaudendi: offensus vel amatus/perditus vel inuentus. E regione vero vnde mundo gaudium? Non aliunde dixerim/nisi quia mundi amatores florebũt ad horaz floribus perfunctorijs atq; caducis: depressis qui mundi gloriam contemnebant: ⁊ contra illam verbis ⁊ moribus insurgebant. Et vos contristabimini amplius ꝓ his quos videbitis inaniter exultare: ꝙ ꝓ malis que cogemini tolerare. Amplius ingerit tristiciam charitas ꝓximi cum delinquit: ꝙ pena ꝓprij corporis cum configit. Sed tristicia vestra vertetur in gaudium. Non omnis tristicia in gaudium vertitur: sed multorum augebitur in perpetuum: vt hic incipiat pena in inferno eterne mansura: sed vestra qui pro veritate patimini/ꝓ dei fletis iniuria: ⁊ ꝓ proximorũ malo ex charitate doletis. Apposuit quidem de preeunte tristicia ⁊ gaudio sequente in muliere pariente parabolam. **Mulier cum parit tristiciã habet: quia venit hora eius. Cum autem peperit puerum: iaz non meminit pressure propter gaudium: quia natus est homo in mũdum.** Rei experientia quod deductum est in parabola/amplius ꝙ in dissertione verborum claret. Et alibi in hoc opere dissertuz est. **Et vos ergo nũc quidem tristiciam habetis. Iterum videbo vos et gaudebit cor vestrum: et gaudium vestrũ nemo tollet a vobis.** Hoc quod dicit/nunc nõ solum illius temporis erat quãdo dicebat ꝓ tempore passionis ⁊ mortis: sed ad omne tempus vsq; ad finem seculi tendebatur: quoniã velut nunc est omne tẽpus quousq; ad eternitatez veniatur: in quo tristari oportet ex varietate fiendarum rerum/⁊ ex improbitate prauorum omnes quotquot sunt qui pie ⁊ iuste ⁊ sobrie viuere volunt et sequi vestigia saluatoris. Iterata visio quam ꝓmisit hic ꝙuis post resurrectionem esset ilico futura: non tamen illa prestabat inauferibile gaudiuz: quoniam ⁊ iterato per ascensionem visionem domini perdiderũt/remanserũtq; in parte dolentes: sed illa erit que post solutionez anime a corpore fiet: que dabit verum cordis gaudiũ/quod tollere nemo poterit: non solum illi modice discipulorum turbe future/sed omini ecclesie sue sancte. Quod si gaudium hoc inauferibile in tolerandis aduersis/⁊ dum mala finienda se ingerunt: ⁊ in agendis que expediunt ad salutem/mentibus hominum insideret: nil graue ad tolerandũ hominibus videretur. Multam patientiam contulit hominibus premij altitudo: ⁊ spes futurorũ bonorum de magnis laboribus sarcinam leuez fecit. O quãta ⁊ ꝙ grauia ⁊ estuans cauma tolerat agricultor/actus spe fructus. Nauta horrẽdum nauigat equor/anceps inter tumentes procellas/spe augendi emolimenta cupita. Bellorum ictibus sepe mortalibus miles corpus exponit/stipendij spe potitus. Et terreni negociatores sepissime spe frustantur: ⁊ nec a negociatione desistunt/cum sperant futura ꝙ prisca in meliora conuerti. Et spes inauferibilis eterni gaudij/que nobis de celis effluxit/sperãtes nullo pacto confundit nec fallit: nisi spei deficiant illi qui sperant. Auertit etiam a quibuscũq; delectationibus maculosis contemplatio supernorum: nec sinit hebetem esse qui se dicauit ad illam: actuosum enim fecit atq; sollicitum. Optima ⁊ ineffabilis est possessio gaudij: que a nemine alio/etiam a seipso non possit auferri. Cum enim a viatione fuerimus absoluti/ad supernaz patriam introlati: nemo poterit declinare aut velle in alteram partem. Et cum a nemine in se ipso possit ibi existere causa mali: nec ab alijs valebit inferri: proinde dictum est discipulis: Et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Cũ omne gaudiũ vie alternationibus pessundetur: ⁊ varie conquiri possit atq; deperdi ab ipsis possessoribus et a seuientibus hostibus extraneis: vtiq; de gaudio future patrie dictum est/nõ de gaudio mortalis peregrinationis. Et hoc quidem verba subiecta manifestãt. **Et in illo die me non interrogabitis quicq̃.** Dum in via sumus interrogare oportet ob ignorantiaz/ob dubietatem/ob incertitudinem. In patria vero scientia limpidissima erit omnium ⁊ intuitiua visio deitatis: rerum multa cunctatio/certissima possessio supernorũ. Ideo me nõ interrogabitis quicq̃ in illo die/cui nox non succedit in eternũ: nec suberit causa qua interrogatio nascit̃.

¶ De certa exauditione petitionis/quidve petendum sit: secundũ Joannem solum. Ca. XV

Magnificus ⁊ nobilis herus quid maius potest polliceri subiectis/ꝙ exauditionez facilem in petendis? Et hoc presertim exquiritur ab his qui colunt et mundi principes venerantur: ꝙ eis cum impetrationis pollicitatione detur audacia: non semel tm̃/sed quotiens rerum varietas petendi necessitas suaderet. Hinc et saluator ascensurus in celuz/patris consessurus ad dexteraz/omni orbi prelatus per omnia factus: hoc munus gratie apostolis dereliquit cuz ait: **Amen amen** Jo.6 **dico vobis: si quid petieritis patrem in nomine meo/dabit vobis.** Supra simile dictum est dum de discipulorum tractaretur electione: sed nunc ad confirmandum reiterat. Diuinum iuramentum est amen: quoniam christus deus per aliud ꝙ per seipsum iurare non potest: quia non per inferiora/sed ꝑ equalia seu maiora iuratur. Nihil christo deo maius: et ipse veritas est: verũq; omnino est quod ipse promittit: videlicet de omnibus apostolos exaudire petentes/dumtaxat ꝙ in suo nomine petitio porrigatur: non in nomine angelorum: non in nomine aliquorum sanctorum: nõ in nomine ipsorũ petentium: nõ in nomine aliquorũ bonorũ operuz: nõ in nomine aduersantium potestatum. Et ꝙuis preces porrigamus ad angelos ⁊ ad sanctos: nõ tamen vt aliquid nobis ex

seipsis efficiant: cum in ipsoꝝ potestate non sit ab animabus auferre vitia/ neqꝫ conferre virtutes: sed vt orent ꝓ nobis deū qui vtrūqꝫ habet efficere potestatē. Nec exaudimur in merito aliquoꝝ quoꝝ merita non fuerūt sufficientia ꝓ seipsis sine misericordia τ gratia saluatoris: in cuius noīe salus/ in cuius noīe virtus expediēs tribuit/ in cuius noīe queqꝫ vitia depellunt. Ne dictum videat absurdū/ sane tenendū est si exaudiūtur sancti ꝓ seipsis/ si ꝓ nobis τ eorum amicis/ si nos exaudimur cū eis/ totū agit in noīe saluatoris. College quidem sumus/ ꝙ fide catholica τ charitate indefectibili consignamur: Quis in viatoribus sit disparitas virtutū: vt apud deum si non personarū sit/ tamen vnius q̄ alterius maior acceptio meritoꝝ: ita ꝙ petitio aures dei ocyus introeat τ exaudita ꝑueniat. Quod iam vero eterna beatitudine potiuntur/ cum ꝓ nobis peregrinis deum ꝓseuchant in celis: etiam non ꝓ seipsis exaudiuntur/ sed in nomine illius qui in sanguie τ morte τ iustis moribus testimonium reddiderūt in terris: quanq̄ τ ipsi ꝓ nobis in nomine iesu exaudiant ocyus: ex eo ꝙ hic pro eius nomine moralem vitam purius transegerūt/ ardentiusqꝫ amauerūt. Sūma quidē huius sententie sic terminatur: ꝙ omnis petitio ꝓ nobis remouende malicie/ inserende virtutis/ adipiscende salutis: a supernis porrecta ciuibus tā angelis q̄ hominibus/ siue a sanctis viatoribus exaudita: non venit nisi in nomine saluatoris: cuius nomen nō quod scribitur litteris/ sed meritū est incarnationis/ natiuitatis/ vite/ passiōis/ crucis/ orationis et mortis: qui ꝓ nobis in lachrymis et clamore valido exauditus est ꝓ sua reuerentia. Etiam nemo nomine suo τ virtute ꝓpria meritorum se credat a domino exaudiri absqꝫ nomine iesu christi. Demones quidem inter nos τ deū orandū mediȷ esse nō possunt. Usqꝫ modo non petistis quicq̄ in nomine meo: quia vobiscum eram interpellabamqꝫ ꝓ vobis presens/ non absens. Et fortassis non ad plenum aderat eis illa credulitas q̄ filius dei esset: Quis Petrus fuisset ꝓ omnibus plene confessus ꝙ christus esset ipse filius dei viui/ cū aliquotiens maxime in passiōe dubitauerint. Sed post passionem/ mortem/ sepulturam/ resurrectionem/ ascensionem/ immissionemqꝫ spiritussancti/ soliditatem fidei acceperunt ꝙ Jesus esset filius dei τ seculi saluator: in cuius merito cuncta bona credentibus ꝑuenirent. Propterea vsqꝫ peractis talibus mysterȷs aliquid non petiuerunt. At vbi cognitum est post ascensionem missionemqꝫ paracleti/ ꝙ Jesus esset filius dei: petitiones sunt exhibite ad deum/ posite ad tribunal: τ prestructa forma ꝙ fiant in nomine christi ac etiam ex fine petitionis quem ipse constituit/ scilicet: ⌊Petite et accipietis/ vt gaudiū vestrū plenū sit.⌉ Jure petentis τ largitoris atqꝫ petitionis: omnis petitio debet esse bonorū. Multa quidem sunt/ immo cuncta sunt ex natura bona: ea declarante sententia; Uidit deus cuncta que fecerat/ τ erant valde bona. Sunt τ meliora τ perfecta: media tamē ex vsu voluntatis hominū sunt pleraqꝫ. Omne gaudium vt gaudiū bonum est: sed malum τ peius bonum τ melius dici potest/ s̄m suppositas causas. Plenū vero non de aliqua re creata/ sed tm̄ de ineffabili et eterna participatione creantis. Hinc ergo summam petendi statuit: vt gaudium vestrum plenum sit. Hec in ꝓuerbȷs locutus sū vobis. Uenit hora cum iam nō in ꝓuerbȷs loquar vobis: sed palam de patre meo annunciabo vobis. Multa per similitudines τ parabolas seu per prouerbia locutus fuerat iesus pro multis moribꝯ informandis: τ ꝙ maxime cure fuit vt eius pater crederet deus: nunc vero cassatum est quod dictum est in parabolis: sed adiectum est expressioribus verbis absqꝫ omni fuco sermonū/ ꝙ deꝯ eternus eius verus est pater: vt precedentia τ sequentia verba manifestant: τ per spiritussancti aduentū manifestius declarabit. Attamē quantum attinet ad susceptum sermonē/ quid cū ip̄o τ cū discipulis sit pater insinuat. In illo die in nomine meo petetis: et nō dico vobis/ quia ego rogabo patrem de vobis. Ipse enim pater amat vos: quia vos me amastis: et credidistis quia a deo exiui. Suaserat supra discipulis ad petēdum patrē in nomine suo: impetrationē facilem repromittens suorum interuētu rogaminū: quoniam totus est pater ad filium: cuius intuitu postulata nō denegat. Nūc quidem supra id quod rogaturꝯ sit/ ad discipulos patris declarat amorem: binam causam subȷciens/ amoris et firme vereqꝫ credulitatis. Ac si ꝑspicacius dicat: Petetis quidem in illo die quo petendi vrgebit necessitas: persuasi a me: quos etiam promisi apud patrem in vestris petitionibus/ meis rogaminibus adiuuare. Sed nō dico vobis/ quia ego tm̄ patrem rogabo ꝓ vobis τ de vobis: sed ipse pater amat vos: quia me amastis τ amatis: ꝓpter quē omnia visibilia contempsistis: τ nō solum me cunctis amabilibus plus amando preposuistis: sed vosmetip̄os tradetis in mortē: τ credidistis quia a deo exiui: vt nec impediret animā vestram forma seruilis/ in qua visibilis mūdo apparui: sed credidistis atqꝫ cōfessi estis τ cōfessuri coram hominibus formā dei: τ credidistis me filium dei ab ip̄o patre in mundū missum/ cum hominibus in carne cōuersatum: nō tamē deitate separatū a patre. Ecce in quo est si querimus τ gestimus habere eterni patris amorē. Si volumus diligi/ diligamus: amemus filiū/ si amari a patre contendimus: credamus filium/ τ pr̄ nos amabit eternus. Mos solitus est/ ꝙ patres diligant suorum filiorū legitimos amatores. Nostre mentis hebetudinē arguit facilitas amari ab eterno τ patre omniū deo: nec excusationis suffugium potest aliquando inuenire: cum non tempus ad vsum/ neqꝫ locus ad actum: non munus auri siue gemmarum exhibitum; non

interpositio ꝑseuchaꝝ: nõ aduocatoꝝ interces/
sio requiraꝶ: sed tñ amoꝛ noster in filiũ tendens
ꝛ credulitas confitens paternũ amoꝛẽ nancisci/
tur. Mirũ dictum ꝙ nõ de patria cura fuit filio
dicere: ipse pater amat vos / quia vos amatis pa
trẽ: sed quia me amatis. Qm̃ si aliqñ a quibuscũ
ꝙ natiõibus creditus fuit vnus deus sũmus / ve
rus ꝛ eternus: nõ tñ exceptis paucis q̃bus diui/
ne datũ est / creditũ fuit ꝙ sibi eternus esset filius.
Et si credebaꝶ habere filiũ eternũ: nec ip̃m in tẽ
poꝛe misisse ꝑ nobis in mundũ. Et iure ab om/
nibus rõnabilibus amabaꝶ deus: ꝛ qui nõ dile/
xerũt spũs incoꝛpoꝛei / coꝛruerũt. Nũc quidẽ qꝛ
pater deus ab eterno filiũ gignẽs in tem̃pe illuz
in carne visibiliter mittens: magnopendendum
erat ꝙ filius iã nõ creditus crederet: ꝛ ꝙ esset mis
sus in carne ꝑ nobis: ꝛ sic creditus amareꝶ. Et
qui diligit filiũ eternuz / ꝛ eternum patrẽ diligit.
Propterea de seipso in carne apparente dicit:
Ideo ipse pater meus amat vos: quia vos cre/
didistis / quia exiui ab ipso natus in carne mun/
do: ꝛ creditũ amastis. Ac ꝑ hoc vestre petitiões
ex eo ꝙ rogabo patrẽ: ex eo ꝙ ipse vos amat: ob
suppositas causas quod petũt / faciliter impe/
trabũt. Credidistis qꝛ exiui a patre. Et ego di/
co vobis: **Exiui a patre et veni in mun/
dũ. Iterũ relinquo munduz et vado
ad patrem.** Verũ est ꝙ creditis quia exiui a
patre: non sepatus ab ipso / neꝙ substantiali di/
uisione seiũctus: qm̃ vnitas diuisionem non ca
pit: cũ ego ꝛ pater substãtialiter vnũ sumus. Ve
ni in mundũ non localiter motus: sed assumẽs
carnẽ in illa visibiliter manifestus. In munduz
veni nõ ob mei causam: nõ mea re / nõ mea vtili/
tate / non mea delectatione. Tantũ hũani gene/
ris negocium agebaꝶ: quo pacto iterũ relinquo
mundũ ꝛ vado ad patrem. Iuris oꝛdo depostu
lat: vt legatus expleto sue legationis officio in
extranea regione non maneat / sed reuertaꝶ ad
eũ qui misit illum. Relinquo mundũ velut exilij
locum; qui me nõ cognouit: qui me crucifixit: in
quo ꝑsonalia damna suscepi: nõ me terrena re/
gio capit: ad celi sublimia feroꝛ: nulla mihi cum
ipso cõuentio. Sed relinquo: nõ derelinquo: nõ
denego subsidia postulantibus: me sequẽtibus
auxilia de celo polliceoꝛ. Vado ad patrem nõ in
deitate / in qua nulla sepatio facta est: sed in natu
ra humana / que a me insepabiliter assumpta est.
**Dicũt ei discipuli eius: Ecce nũc palã
loqueris: et ꝓuerbium nulluz dicis.
Nũc scimus quia scis omnia: et non
est opus vt quis te iterroget. In hoc
credimus quia deo existi.** Agnoscũt apo
stoli in virtute loquẽtis simplicẽ doctrinã chꝛi
sti a ꝓuerbiali discretã: ꝛ confiteꝶ eum scientie
infinite: quã nemo effugere potest: que ita mira/
bilis ꝛ sup omnes hoĩes facta est / vt nullus com
p̃hendere possit illam. Hoc quoꝙ Dauid ante
Psal. 138 p̃dixerat: Mirabilis facta est sciẽtia tua ex me:
ꝯfoꝛtata est ꝛ nõ potero ad eam. Nec opus erat
ip̃m interrogare aperte atꝙ sine velatiõe loquẽ/
tem / scꝫ excessum quẽ erat ipse facturus. Fateꝶ
ꝙ insitã in suis coꝛdibus fidẽ: ꝙ a patre ad cp̃9
nostre redemptiõis exierit: quã fidẽ atꝙ cõfessio
nem adhuc debilẽ chꝛistus agnoscens: quod est
futuꝝ negatiõis / iterato denunciat dicẽs: **Mo
do creditis. Ecce veniet hoꝛa et ia ve
nit: vt dispergamini vnusquisꝙ in ꝓ
pꝛia: et me solum relinquatis. Et non
sum solus: quia pater mecũ est.** Acsi di
ceret: Veꝝ est ꝙ me creditis dei filiũ a patre mis
sum: sed vestra fides modicũ est duratura: cũ in
ꝓximo sit hoꝛa mee captionis atꝙ traditiõis in
manibus impioꝝ / vestreꝙ negatiõis terroꝛe im/
poꝛtat: vt ante ꝓuisus seu vage timoꝛe compen
sus vos in ꝓpꝛia dispergamini: vnusquisꝙ fugi
ens querensꝙ latibulũ a ꝓpꝛia voluntate latus.
Et cũ vnusq̃sꝙ ꝑ salute sui ꝓpꝛij coꝛpis q̃ret suf/
fugiũ / relinquetis me solũ: sed nõ ero solus a pa/
tre qui semꝑ substãtialiter mecũ est. **Hec locu
tus sum vobis vt in me pacez habea
tis. In mũdo pꝛessurã habebitis: sed
confidite quia ego vici mundũ.** Vere/
baꝶ chꝛistus ne discipuli sui scandalizareꝶ in eo
ex his que passurus erat: ꝛ in celũ post modũ ascẽ
surus. Idcirco dicit: Hec locutus sum vobis vt
in me pacẽ habeatis: nec vos cõturbet nouitas
futuroꝝ in me velut in capite: vel in vobis vt ca
piti adglutinatis. Et iteꝝ ipsoꝝ futuras p̃nunci/
at passiones: ne ꝓpter inopinatũ maloꝝ euentũ
vale virtutibus facerẽt: q̃bus impꝛouisus ꝛ pa/
uidus ilico cuz casus ingruerit / valefacit vadẽs
in alteram partem.

**Deoratione iesu sup clarificatiõe
sua in noticia iã facta et futura in coꝛ/
dibus discipuloꝝ suoꝝ: secundum
Joannem solum. Ca. XVI**

PRoseuchis necessarijs ad patrẽ ꝑ su/
is discipulis ceterisꝙ crediturís / suum
terminauit sermonem sic: **Hec locu/** Jo. 17
**tus est iesus: et sublevatis oculis in
celũ dixit: Pater venit hoꝛa clarifica
filiũ tuuz: vt filius tuus clarificet te.**
Oꝛans in celũ oculos coꝛpis leuat: ex gestu coꝛ/
poꝛis ꝓdens vbi eius anima versabaꝶ: ꝛ ꝙ nec
est ꝑ terrenis oꝛandũ: ꝛ vt homo ꝑ discipulis in
terpellaturus ad patrẽ p̃struxit oꝛandi foꝛmam.
Sic ꝛ scriptuz est: Ad te leuaui oculos meos q̃ Psal. 122
habitas in celis. Leuat oculos in regionem vn/
de venerat: ad quam erat in coꝛꝑe de ꝓximo re/
gressurus. Inuocat patrẽ suum eternũ in deita/
te / patrem suũ ex tem̃pe quia homo sicut ꝛ cun/
ctoꝝ patrẽ: opere ꝑficit ꝛ oꝛandi foꝛmã ostendit
quã ante docuerat. Cũ oꝛatis dicite: Pater no/ Math. 6
ster qui es in celis. Pronunciat vt agonista sui
agonis p̃cognitoꝛ: quia venit hoꝛa certaminis
in qua carne coꝛꝑe debebat sustinere afflictum:
sed ad punctũ spũaliter debellaturus omnes sa
thanicas potestates. Clarificari vt clarificet pe/
tit: spondẽs exaudite petitionis vicẽ: neꝙ tamẽ
erat indiguus clarificari. Inter se quidẽ eterna
atꝙ ꝑfecta claritas atꝙ noticia erat: nec claros

fieri apud homīes indigebāt. Nostro cōmodo
claritatis venturus erat effectus: vt dei filiꝰ post
crucem ⁊ mortē in carne ipsius resurrectiōe cla
resceret: ne tm̄ purus homo crederet̄/ q̄n etiam
deus esset: vt nō estimarent̄ ille passiones/ illa fe
ra mors/ illa sepultura incurata/ sed obseruata
ꝑ milites: ita inualuisse hominē/ vt esset sicut ce
teri mortui atq̄ꝫ in posterꝫ morituri: quasi nec ex
plenitudine diuinitatis ab omnibus plus habe
ret. Postulat priusq̄ꝫ congrediat̄ victoriosi con
gressus stipē/ ꝙ post omnia tolerata resurgēdo
resplendeat: ⁊ ipse clarificabit patrē relatiōe ve
ra que inter patrē ⁊ filium extat: vt qualis filius
in animo credentiū sit ꝑ fidem/ talis nō ambiga
tur penitꝰ esse pater. Et hec mutua claritas sic
educta sit tota salus illā credentiū: ꝓ qua filius
orat: vt ostendūt verba sequentia: [Sicut de
disti ei potestatē omnis carnis: vt omne quod
dedisti ei/ det eis vitam eternā.] Dedit filio pa-
ter omnis homīs potestatē/ vt a parte totum ca
piat̄: hac cōditione futura/ vt ei dato det filiꝰ vi-
tam eternā: Non enim a patre accepit filius suꝑ
homines tyrannicā/ ꝑfunctoriam/ ambitiosam/
ventosam/ seu sterilem potestatē: sed vt velit/ eis
possit conferre vitam eternā. [Hec est autē
vita eterna: vt cognoscant te solum verū deum:
⁊ quē misisti iesum christū.] Liquet ꝓ qua clari
tate orabat ad patrem: videlicet vt pater vna cū
christo ꝑ fidem ab hominibus cognosceret̄. Ad
quā cognitionē vita etera ꝯsequit̄: cum aliud vi
ta eterna non sit q̄ꝫ dei patris ⁊ filij missi intuiti-
uam habere noticiā. Quod iam fecit ⁊ facturꝰ
est vno verbo cōcludit/ dicens: [Ego te cla-
rificaui suꝑ terrā: opus cōsummaui quod de-
disti mihi vt faciā.] Nō repugnat quod supra
spondebat/ vt filius tuꝰ clarificet te: ei quod nūc
dicit: ego te clarificaui: quoniā aliq̄d ꝑ aposto-
Jo.17 los restabat cōplendū: aliq̄d ipse iam fecerat.
Clarificauit patrē suū filius ꝑ magna miracula
que oīa in patris nomine fatebat̄: ⁊ ꝑ doctrinā
suam quā in eū totam referebat cū diceret: do-
ctrina mea non est mea/ sed eius q̄ misit me: ⁊ se
pius hoc idem asseruit: per apostolos ⁊ discipu
los quod restabat/ complendū erat in orbe ter-
rarum. Cōsummauerat a patre impositū opus
Psal.12 actione ⁊ ꝓmptitudine voluntatis: ⁊ de futuro
mysterio passionis velut de iam preterito loque
batur: eo ꝙ libera ⁊ intrepida voluntate cōplen
dum susceperat. Et eternā a patre postulat no-
tam fieri non accipere claritatem. [Et nunc
clarifica me pater apud temetipsum: clarita-
Mat.6 te quam habui priusq̄ꝫ mundus fieret apud te.]
Clarꝰ erat ab eterno filius apud patrē: sed vult
ꝙ pater illam claritatem in corda hominū per
fidem traijciat/ tandem per speciem largiat̄: vt
credant homines ꝙ sit ex tempore filius: sed ab
eterno deus priusq̄ꝫ fieret ipse mundus: vt ⁊ mū-
dus credatur nouus ⁊ creatus cū tempore: ipse
vero mundū eternitate precederet. In hoc pro-
tinus verbo philosophi confunduntur: illi dū-
taxat quos fides creationis preterijt/ ⁊ qui mun
dum eternum ponere presumpserunt: cum aper
te dicat: anteq̄ꝫ mundus fieret. Igitur si factus
est mundus: nō est eternus/ sed nouꝰ. Ergo erat
claritas dei filio anteq̄ꝫ mundus esset: cū sit eter
nus ⁊ equalis per omnia patri filiꝰ. Et apud pa
trem deum etiam mundus erat in verbo eterno
quod erat apud deum: vt in exordio scriptū est:
Et verbum erat apud deum. In cuius sapien-
tia ea imagine qua diuina mente gestus eterne
ex nihilo prodijt. Et quoniā ad hoc veni in mū
dum/ vt fieret hominibus de eterno patre noti
cia per me quem misisti: ⁊ me tua operatione co
gnoscerent: vt vtriusq̄ꝫ cognitio fieret credenti-
bus in salutem: proinde pater manifestaui
nomen tuum hominibus quos de-
disti mihi de mundo. Tui erant et mi
hi eos dedisti/ et sermonem tuum ser-
uauerunt. Secundū hebreos multa sunt no
mina dei: vnū quorum primoribus patribꝰ deꝰ
celatum retinuit: sicut scriptū est: Ego dominꝰ Exo.6
qui apparui abraam/ isaac ⁊ iacob in deo omni
potente: ⁊ nomen meum adonay non indicaui
eis: sed reuelauit moysi/ cui hec facta sunt verba
Nunc vero filius nomen paternum dicit in ma
nifestationē dedisse discipulis. Attamen nō cre-
datur de aliquo nomine distincto dedisse/ sꝫ de
virtute: ꝙ eis manifestauerit virtutem paternā/
in qua omnia facere atq̄ꝫ dicere asserebat. No-
men enim in scriptura sepe ponitur pro virtute:
iuxta id quod scriptum est: Adiutoriū nostrum Psal.123
in nomine domini: qui fecit celū ⁊ terā: hoc est/
in virtute ⁊ potentia dei patris/ qui omnia fecit
nobis adiutoriū fiat. Et alibi: Deus in nomine Psal.53
tuo saluū me fac: id est/ in tua potentia salus ad-
ueniat. Aut si ꝓm relationē accipimus: nam de
us est ad se deus/ sic nominando deum: ad filiū
aūt pater. Igitur qui fatet̄ se filium/ patrē omī-
no habere confitet̄: ⁊ qui patrē dicit/ filium sen-
tit. Manifestauit ergo filius nomen patris in se
ipso/ cum se filium appellauit: ⁊ illis hominibꝰ
qui sibi de mundo eterna predestinatione dati
erant a patre: in nomine cuius innititur vt scia-
tur. Erant ⁊ sunt omīa dei patris: sed dati sunt
homines filio a patre ad doctrinam/ ad fidem/
ad salutem: vt doceat vitam agendam/ infundat
fidem desperandis/ ⁊ largiatur in finem iustis
salutem: iniquis vero merito supplicia meritorꝫ.
Dati sunt homines filio/ vt homo factus est: vt
deus erat/ omnes possidebat vt pater: ⁊ hi q̄ da
ti sunt ex predestinatione eterna sermonem pa-
tris seruauerunt/ quem audierunt a filio: qui ser
mo in illis apostolis atq̄ꝫ discipulis operatus est
iuxta virtutem eius: quam describit apostolus:
Viuus est sermo dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilior oī Heb.4
gladio ancipiti: ⁊ pertingens vsq̄ꝫ ad diuisionē
anime ⁊ spiritus. Viuꝰ dei sermo ex viua dei vo
ce apostolos ⁊ discipulos/ immo cunctos inui-
tauit ad vitam: sed illi primi ⁊ studiosius hūc ser
monem pro vita tenuerunt. Non enim diceret̄
viuus/ nisi seruatoribus eius vitam eternā pro-
mitteret. Efficax etiam est: quia virtutem effica-

tiuam habet in his ad que ordinatus est. Pene
trat interiora plus ꝙ gladius materialis sensibi
lia corpora fodiat: ⁊ diuidit spiritualē vitam ab
animali vita: seu animā ⁊ voluntatem segregat
ab omni visibili mundo. Quē sermonem in sua
virtute apostoli ⁊ discipuli seruauerūt ceteriq̄
similes. **Et cognouerunt quia oīa que
dedisti mihi/abs te sunt: quia verba
que dedisti mihi/dedi eis. Et ipsi acce
perunt et cognouerūt vere quia a te
exiui: et crediderunt quia tu me misi
sti.** Uerba saluatoris quod iam factum erat/et
quod futurū in apostolis expectabat insinuāt.
Et q2 ipsi dona mea siue a te patre data et a me
accepta cognouerunt abs te ꝓcessisse: ac verba
q̄ dedi eis nō esse alia/nisi q̄ a te patre accepi: et
q2 ipsi acceperunt verba/⁊ accipientes accepti
facti sunt: ⁊ q2 cognouerūt me a te venisse/teq̄
me mittentē: que oīa sunt extra rationē ⁊ vsum/⁊
supra naturā ⁊ sensum: ideo ego ꝓ eis rogo: nō
pro mūdo rogo/sed ꝓ his quos dedisti mihi: q2
tui sunt. Rogabat filius patrē ꝓ suis: sc3 ꝓ his
qui sunt patris: nō acsi pater omino aliquos se-
cretos haberet a filio: aut pater eos vt filiꝯ non
amaret/cū supra dixisset: Et nō dico vobis quia
rogabo patrē de vobis: ipē em̄ pater amat vos:
⁊ nūc ꝓ eis rogat qui sunt patris/sed sibi datis.
Sunt oēs homines dei patris qui creauit: sūt
dati filio vt redimeret post peccatū. Ideo pro
eis rogat: vt etiā p̄destinatio saluandorum filij
oratione sit iuuanda/sui q̄ sanguinis effusione
cōplenda. Non rogat ꝓ mūdo: quo nomine il-
li intelligunt/q̄ mundo colligati sunt eo dulci
vinculo vt nolint timeantq̄ dissolui. Quō non
ꝓ mūdo rogat/qui omnes saluaturus aduene-
rat: qui querebat omnes saluare/⁊ omnes q̄ ꝑie
rant querere: omnesq̄ perierant ⁊ indigebāt mi
sericordia dei? An solos illos apostolos cū di-
scipulis saluare decreuerat? An ipsi soli saluādi
erant? Quomodo alij increduli ⁊ peccatores ve
nissent ad gratiā/si ab oratione dei filij exclu-
derent? Sed ad remouendas ambages id dixe-
rim/ꝙ ideo nō ꝓ mūdo rogat: q2 presciti etiam
participiū oratiōis christi nō capiunt/sicut effu-
si sanguinis meritū ꝑdiderunt. Quod aūt inter
patrē ⁊ filium nō credatur in possessione diuisio
adiunctū est: **Et mea omnia tua sunt/ et
tua mea sunt.** Calumniā si fides simplex nō
iuuaret/verba ista paterentur: quoniam magna
diuersitas inter meu3 ⁊ tuū. Nam si meū/ quo-
modo tuū: si tuū/quodāmodo meū: nisi quia pa
ter ⁊ filius vnū sunt: ⁊ ex forma serui ꝓpter quā
ista diuersitas loquēdi posset cōpetere/inter pa-
trem ⁊ filiū diuisum aliquid nō credatur. Et ob
hoc ꝓ eis rogo: q2 **et clarificatus sum in
eis. Et iam nō sum in mundo: et hi in
mundo sunt: et ego ad te venio.** Ad fu-
turū ꝑtinet quod velut presens dicitur: q2 clari-
ficandus erat ꝑ eos in orbe terrarū/ꝑ p̄dicatiōis
sonū/ꝑ tormenta ⁊ passiones/ꝑ sanguinē ⁊ mor
tem omniū tyrannorū cōtempto terrore: vt iuste
credi posset ab omnibus/crederetur q̄ a multis
ꝙ deus esset qui tales legatos talesq̄ famulos
possideret. Et ipse dei filius iam in mundo non
erat/velut vnus de amatoribus mūdi: seu q2 in
ꝓximo erat ascensurus in celū/ablaturus ab eis
⁊ a ceteris presentiā corporalē: vt non haberent
amplius visibilē ducē/magistrū atq̄ pastorem.
Et ipsos adhuc oportet detineri in mūdo: non
amoris ligamine aut seculari actiōe: sed vt testi-
ficent omnibus populis/nationibus ⁊ linguis/
q̄ a me viderunt ⁊ audierunt. Ego autē ipsis mū
do relictis/ꝯsummato totius redemptiōis my
sterio ad te venio: nō ꝙ vnq̄ abcesserim: sed cū
humanitate assumpta ⁊ in tot periculis custodi
ta ingrediēs possessionē hereditatis eterne: quā
tu pater in me vere credentibus ⁊ diligentibus
promisisti.

¶ Qr iesus etiam rogat pro vnitate discipulorum ceterorumq3 creditu-rorum/et ꝙ seruentur illesi: secūdum Joannem solum. Capl'm XVII

Unus natura deus diligit vnitatem: ⁊
tam diuersa in vnā cōstituit formam:
que dissolueretur/nisi vnus esset qui
condidit ⁊ qui conseruat atq̄ guber-
nat. Arguunt omnia conseruari appetētia vni-
tatem: a qua cū fit recessus/fit multatio: que pre-
ter q̄ in vno ⁊ ad vnū se tenens debilitata corru
it/⁊ sepius euanescit. Unū ꝑtermittens/vt i mul
ta labatur necesse est. Recedens ab vno angelꝰ
ad seipsum cōuersus corruit. Et homines ꝑmi
alterū q̄ vnū audientes/in multa mala ⁊ nature
bone aduersantia deuenerūt. In vnitate fit con
uersatio existentiū. Unus est q̄ dedit esse/idem
⁊ ꝑmanere: in quo ꝑtermissis irrationabilibus/
de q̄bus nō est ad presens sermo: rationabiles
creature possunt facere vnitatē. Omnia q̄cūq̄
sunt in esse ꝓducta/sicut a seipsis nō habuerunt
vt essent: sic nō habent vnde possint semꝑ existe
re/nisi cōseruentur a quo extiterunt: minus aūt
esse bene possent/nisi ⁊ idem bearet. Ad creatu-
ram rationalem conditor sic respexit vt esset et
semꝑ esset/⁊ vt ei bene pre ceteris esset: quonia3
ad hoc condita erat ⁊ poterat adipisci. Sed q̄m
ex superbia contradictū est diuino imperio ne-
cesse factum est humilibꝰ ꝓseuchis dei filij au-
xilia impetrare/atq̄ illam vnitatē expetere qua
nō ab vno eterno deo seiungamur: ⁊ magis an-
tem adhereamus vt vnū simus: sicut ait aposto-
lus: Qui adheret deo/vnus spiritus est cu3 eo. 1.Co.6
Ideo ecce iesus rogat: **Pater sancte/ ser-** Joā.17
**ua eos in nomie tuo quos dedisti mi
hi/ vt vnum sint sicut et nos vnum su
mus.** Orat patrem filius ⁊ sanctum vocat: nō
factu3 ex virtute/aut ex moribus/ex aggregatio
ne virtutum: sed ab eterno existentē: qui hoc ab
hominibus querit/vt sint sancti ⁊ immaculati i
conspectu eius: ⁊ hec est volūtas eius in nobis
sanctificatio nostra. Et ait aliquando: Sancti Leui.19.
estote: quoniam ego sanctus sum. Et seraphin Esa.6.
clamabant alter ad alterum: ⁊ dicebant: San-

ctus sanctus sanctus dñs deus exercituū. Sanctitas in reprehensionē nō venit/corrumpi non debet: neqꝫ fas est aduersus illam quippiam decernere: sed sanctitas ab eterno: nō facta studio sed faciens quicq̄ extra ipsam sanctificat: q̄ vo sic esse aut aliter esse nō potest. Et qm̄ sanctꝰ sanctum misit/vt faceret sanctos: ideo rogat sctūs emissus celitus/nō post multos dies illuc reuersurus/sanctū sanctoꝝ patrem: vt seruet/tueatur atqꝫ custodiat sāctos quos sibi pater dedit: seruet in suo nomie/in sua potenti virtute/in vnitate virtutis ⁊ gratie: sicut pater ⁊ filius vnū sunt ī cōsubstantialitate. **Cum essem cū eis/ego seruabā eos in nomie tuo. Quos dedisti mihi/custodiui: et nemo ex his perijt nisi filius perditionis.** Ut homo loquebat̄/describens tempus sue presentie ⁊ absentie: nam vt deus/in omni loco ⁊ tēpore eque p̄sens erat: omnēqꝫ susceptam curā refert in paterna fecisse v̄tute: vt nemo periret ex susceptis nisi perire dignus: nō est ex impotentia paterne virtutis: non ex negligentia filij humanati: sed quia filius ꝑditionis erat/nō creatus/nō a creatore factus/aut ꝑditioni addictus: sed a seip̄o deprauatus filius ꝑditionis erat: diaboli videlicet qui omnē animā nititur secum ꝑdere in gehennam: sicut ipse/nō alius ꝑdidit semetipsum. Et peccati filius quo quis a deo deficiens perdit̄. Perditionis filius iudas scariothis erat: q̄ iaꝫ recesserat a cōseruatore iesu/vt ꝓditor christuꝫ perdere questuans. Cuius p̄scientia dei ab eterno mater sibi erat: nō vt necessitate perderetur/sed quia ꝑdendus erat sua deprauatione/nō p̄scientia dei: ꝑditionis filius ab omni cognitore appellatus est: qui cū duodecim electus iā diabolus factus erat: sicut ipse predixerat saluator Nonne ego vos duodecim elegi: ⁊ vnus ex vobis diabolus est? Non natura/nō cōditiōe/non factus a deo/sed sua distortissima voluntate: sicut illi spiritus incorporei/q̄ a seipsis facti diaboli corruerūt. Ac per hoc qui perit/ideo perit: qꝛ ip̄e filium ꝑditionis se facit. Sed de isto tāq̄ de singulari ⁊ famosissimo perdito ex famosissima causa/scriptura prelocuta est. Ideo adiungitur: **vt scriptura impleretur:** nō necessitans quod erat fiēdū/sed necessitata ex facto: sicut in plerisqꝫ scripture sententijs legit̄: presertim in psalmo quinquagesimoquarto ⁊ centesimooctauo. **Nunc aūt ad te venio.** Acsi

[1.Co.3] diceret: Ex quo ad te pater venio/tu eos custodi/

[Joā.17] ⁊ serua eos in noie tuo: quoniā tua p̄sentia nec ubi defuit: sed ab eis subtrahēda est omino p̄sentia corporalis: q̄ vbiqꝫ diffundi eodē momēto nō pōt. **Et hec loquor ī mūdo/vt habeant gaudiū meū impletum in semetipsis.** Dū in mūdo ipsi erunt/mundū non diligentes: nunq̄ ab his q̄ foris sunt/gaudendi materia erit eis. In interioribꝰ p̄parandū est gau-

[Eccl.19] dium. Ideo hec loquor/hec peto: vt gaudiū de

[Esa.6] vnitate/de cōseruatione paterna quod meū est impletū sit in semetipsis: seu de me gaudeant: qꝛ ago ipsoꝝ causam apud te deū patrē. Quare iesus hoc ꝓ discipulis petat/exponit. **Ego dedi eis sermonē tuū/et mūdꝰ eos odio habuit: qꝛ nō sūt de mūdo/sicut ego nō sum de mundo.** Uti diceret: Predicaui eis sermonē tuū/nihilqꝫ humanū atqꝫ temporale docui: quē recipientes ab ipso mūdo abdicati sūt: q̄ eos odio habet/velut ab ip̄o auersos: in ip̄o existentes adhuc corpore/mente diuisos. Et nō sunt de mūdo amore/moribus neqꝫ vita: sicut ego nō sum de mūdo/qui me nō cognouit: q̄ tales etiā ad hoc elegi/vt preterq̄ ꝑ cōsistentiā corporalē de mūdo nō essent. Predicauit iesus diuinū sermonē in lingua carnis discipulis suis: q̄ qualis erat effectus ostendit: vt non esse de mundo actiuos faceret auditores. Paternꝰ dei sermo ad filiationē adducit eos q̄ capiunt: auellit ab humanis: qꝛ diuinus: nō destruēs naturā/sed subleuans ad gratiā: et facit in odium eorum q̄ mundū diligunt deuenire ꝓ eo q̄ dissimiles eoꝝ affectus/gestus/vitaꝫ ⁊ mores facit. Et inter dissimiliter viuentes semꝑ odiuꝫ fuit. Ideo ꝓ eis filius interpellat ad patrē. Sed q̄d rogat/iteꝝ aperit. **Nō rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo. De mundo nō sunt/sicut ego nō sum de mundo.** Nō postulabat iesus discipulos illo in tunc auferri cōmuni morte de seculo: qui ad testificationē introducēde fidei diuersis tormentis afficiendi: ⁊ a tyrānis ⁊ principibus seculi varie obtruncandi erant: sed vt seruarētur ab omni malo in aīa/ne in fide aut dilectione tabescerent: cū ex omni parte mūdus odiens desaui ret in eos: doctus ab ip̄o diabolo et instigatus quō ꝑ tormenta valida ⁊ varia castigaret: vt dū hec agerent̄ in corꝑe/ip̄e mentes si posset ad defectionē a christo inflecteret. Proinde orat/vt ab omni inuisibili malo seruent̄: q̄uis in malis corporalibus relinquendi. Ad similitudinē sua in seruari appetit/cū vite similitudinē inducit. Iō serua eos vt me: cuius aīa imaculabilis: cuius corpus ad tempus cruciabit̄ penis/⁊ experietur mortē: sed habebit resurrectionē: quoniā de mūdo nō sunt/sicut ego nō sum de mūdo: vt quorū vita similis/cōseruatio sit equalis.

De oratione quā iesus fecit ad patrem pro sanctificatiōe et cōfirmatione suorū discipulorū ceterorūqꝫ creditorū: secundū Joānē solū. Ca. XVIII

Infatigatus ⁊ infatigabilis amor christi semꝑ ꝓuidet ⁊ optat n̄ e.iora dilectis nec marcet ocio/et feriari nescit. Ecce amator hominū christus maxime discipulorum suorum quos ex omni carne de mūdo elegerat/a mundo segregauerat/⁊ vrbanizauerat ad celestia: quanta cura/quantoqꝫ studio super eos intendit: fungens aduocationis et interpellationis officio apud patrem: cōmittens eos in eius curam atqꝫ custodiam: vt sub eiꝰ tutela degant/agant/cōseruent̄/sanctificent̄/⁊ vnū sint: sicqꝫ viuant quousqꝫ in supna cū tota trini-

tate in eternũ suscipiant. Inqt em̃ pocõrus iste: **Pater sanctifica eos ĩ veritate. Sermo tuus veritas ẽ. Sicut me misisti ĩ mundũ/et ego misi eos in mundum.** Alta est petitio saluatoris ꝑ discipulis eius/ vt sanctificent a patre. Nõ potest aliquid ĩ hac vita sublimius queri ꝙ sanctificari ab ipso. Sanctificatio ⁊ beatificatio sunt a patre omniũ deo/ vitaq₃ digna: vtraq₃ ineffabilem excellentiã habens: sed vtraq₃ ꝑ excedens ⁊ excessum. Excedit sanctificatio beatificationẽ prioritate: nisi eni₃ ista precederet/illa nõ sequeret. Uirtute: q₂ ista in actione ⁊ agonibus est/illa in fructu: s₃ plus est inferre ꝙ recipere/agere ꝙ agi/diligere ꝙ diligi/seruire ꝙ seruiri/ facere quod sue est vicis sine debiti ꝙ recipere quod alterius. Horꝝ oĩm ⁊ similiũ possibiliũ dici prima sunt sanctificationis: reliqua beatificatiõis. Ista hominum/illã dei. Uerũtamẽ bona oĩa sũt a deo. Excessus aũt sc₃ ꝙ a beatificatiõe sanctificatio superet: liquet ꝑ eo ꝙ finis est ꝯsummatiis: ad quẽ nanciscendũ oĩa sunt ordinata mortalibus ⁊ rõnabilibus creaturis: vltra quoq₃ nõ relinquit q̃d q̃ratur. Omnia ꝑ sanguinẽ sanctificabant in veteri testamẽto: vt merito sanctificatio dicat sanguinis tinctio: ⁊ sanctus sanguine tinctus nuncupet. Et per oblatiões ⁊ munera fiebant expiationes. Est aũt sanctificatio mundatio a malorũ cõtagĳs ⁊ ab omnib⁹ criminibus atq₃ delictis: vt in sanctificato nihil reperiat impertinens: sicut ad Hieremiã locut⁹ est dñs/dicẽs: Priusꝙ
Hiere.1
te formarem in vtero/noui te: ⁊ anteꝙ exires de vulua/sanctificaui te. Qui non habuit in vtero aliud delicti seu criminis/nisi maculã culpe originalis: qua virtute spũssancti mũdatus est. Et virgo mater dñi ⁊ ioãnes hoc sanctificationis donũ in vtero acceperũt. Est ⁊ sanctificatio cõfirmatio seu cõfortatio anime ⁊ corꝑis: ad actiones arduorꝝ operꝝ/⁊ ad tolerantiã aduersorũ. Unde sanctus quasi sancitus in virtute. Greca vero locutio agios dicit/quod nos sanctũ dicimus/id est sine terra: ab α quod est sine/⁊ γῆ terra: vt sanctus sine terra sit: videlicet non sine terra suꝑ quam graditur: ⁊ sine illa quam corporis sui portat: sed sine amore terrenorꝝ/quorũ affectio sanctitatẽ fieri semper impediuit/⁊ a veris bonis exclusit. Postulat igitur a patre filius vt sanctificet discipulos suos: dederat sibi pater in veritate/vt nil remaneat ĩ eis insanctificatũ. Seu in veritate/sc₃ in promissione complẽda: q₂ sermo patris veritas est: nõ fallit si promittit. Nec nõ sanctificari a patre credatur in christi doctrina cõfirmari: vt viuẽdo teneant quod in sermõe acceperũt. Qui sermo est patris: quia sermone₃ quẽ audistis nõ est meus/sed eius q̃ me misit patris. Et est veritas ab oĩ errore libera: oẽm falsitatẽ prodens atq₃ depellens. Et ꝑ eo ꝙ futuru₃ erat ꝑorabat: qm̃ ꝑ missionẽ sanctispũs ex alto sanctificãdi erãt: velut quadã iusticia preuenta fuisset illa sanctificatio/cũ filius ꝑorasset ad patrem. Et causam huius expetite sanctificatiõis adnectit: **Sicut me misisti in mundũ/ et ego misi eos in mũdũ.** Misisti ⁊ sanctificasti/misi ⁊ sanctificaui: vt capitis ⁊ membrorꝝ sanctitas ab vno ꝑcedat: vt diuersitas nõ sit in autumatiõe hominũ: quãꝙ sit inter christũ ⁊ suos discipulos incõparabilis differentia meritorum. **Et pro eis ego sanctifico meipsu₃: vt sint et ipsi sanctificati in veritate.** Si dixisset: sacrifico meipm̃/nulla esset in verbo cunctatio. Sanctus/imo tota sanctitas erat: nihil sibi a seipso aut ab alio ꝑ sanctificatione addi poterat: s₃ de crucis mysterio loquebat: in qua pro ipsis et ꝑ vniuerso mũdo se in ꝑprimo vt hostiam ⁊ sacrificium vespertinũ vltimũ sacrificiorꝝ sacrificatur⁹ erat: ꝑ mortẽ intercedentẽ intercedẽs ipse ꝑ nobis: vt merito mortis eius sic sacrificati/⁊ ipsi in veritate sanctificarent. Ne aũt ꝑ solis apostolis tanta rogamina fusa viderent: ad astruendã fidẽ ⁊ spem vniuersis dixit: **Non ꝑ his aũt rogo tantũ/sed pro eis qui credituri sunt per verbũ eorũ in me: vt omnes vnũ sint/sicut et tu pater in me et ego in te: vt et ipsi in nobis vnum sint: vt mundus credat q₂ tu me misisti.** Etsi ad patrẽ fuit illa visibilis caro christi/ad totum fuit virtus ⁊ intentio eius: vt nõ solum illi electi discipuli/sed omne genus hoĩm saluaret vt in ipo erat. Nã sicut mors eius cũ oẽs mortui essemus/ꝑ oĩbus est suscepta: ita vt oratio eius effusa. Et ad publicũ bonũ ⁊ remediũ oĩum/nõ ad priuatũ iesus cuncta sua facta porrexit: quonia₃ (vt ait apostolus) si vnus ꝑ oĩbus mortuus est: 2.cor.5
ergo oẽs mortui sunt. Ita orauit ꝑ oĩbus: quoniã oẽs indigebãt. Rogauit ꝑ discipulis: rogat ꝑ vniuersis. Sed illi futuri erant illius oratiõis participes/q̃ ꝑ apostolorꝝ verba fidẽ accipiẽtes etiã ꝑseuerare debebant. Magna spes oĩb⁹ posteris ꝑrogata est/cũ christus ꝑ eis orationem suã ad patrẽ intulerit: vt sciant quãta cura fuit filio dei de oĩbus futuris fidelibus vsq₃ ad fine₃ seculi duraturis: atq₃ cognoscãt quanta fulgeãt dignitate: quãtaq₃ possint securitate cõstare/aduersusq₃ terras cõfligere potestates. Et vnitate₃ postulat in oĩbus/⁊ cũ ipo ⁊ patre ⁊ spũsancto: vt sit virtus ꝑfecta ⁊ vita beata: ⁊ amor eluceat/q̃ appetit vnionẽ. Sequit em̃ ex vnione credulitas: vt discipuli missi a filio: ipse ꝟbo crederetur missus a patre. **Ego claritatẽ quã dedisti mihi dedi eis: vt sint vnum/sicut et nos vnũ sumus. Ego in eis et tu ĩ me vt sint cõsummati in vnum: et cognoscat mũdus q₂ tu me misisti: et dilexisti eos sicut et me dilexisti.** Uerba sunt ista totiẽs repetita/ostẽdentia excessiuũ christi affectũ: qm̃ ardẽter diligẽs reiterat crebro: pandit sepe ꝟbo amorẽ igneũ intergestũ.

De postulatione btĩtudinis eterne ꝑ discipulis et alĳs crediturꝭ sub iure dilectiõis: secũdũ Ioãnem solum. Capłm XIX

AD eternã btĩtudinẽ capessendã a deo

sunt oia ordinata: ita vt etiā corporalia ꝛ mortalia
dū trāseunt/dū in vsum veniūt: aut in cōsydera-
tionē recipiunt/subseruiāt: ꝛ cū oia in seruitium
sola creatura rōnalis de nihilo vt possideret illu
xit. Erat ꝑmissiōe tacita ex exp̄ssa culpa in ꝑdi-
tione mutata est: reparabilis q̄dē nō ꝑ hominē/
sed ꝑ deū in hoīe. Proinde oia gesta christi ꝑ
nobis ad illā sunt: ꝑ qua priusq̄ crucē moriturꝰ
ascendat/vltimo illā ꝑseuchis petit a patre/in-
Joā.17 quiens: Pater/quos dedisti mihi volo
vt vbi ego sum/et illi sint mecū: vt vi-
deant claritatē meā quā dedisti mihi
q: dilexisti me ante mūdi constitutio
nē. Cur pater filiū ꝑ oībus tradidit? Ut ei oēs
traderet. Cur ei tradidit hoīes? Cur ordinate ex
titit hec sequela? Quāo brē pater illo in tūc pau
cos illos discipulos: ꝛ post ascensionē eiꝰ īmissi-
onēq paracleti e vestigio successione cōtinua si-
bi tot milia hoim asciscit? Ut secū eternā bea-
titudinē sortirent. Et cū oē datū optimū/ꝛ omē
donū ꝑfectū descendat procedatq a patre lumi
num: idcirco filius petit a patre/vt quos socios
habuit in vita/similes in pena/in moribꝰ cōfor
mes/in fide stabiles/in fidei oꝑibꝰ efficaces/ in
spe gaudentes/in charitate feruētes/secū habe-
at in eternitate cōsortes: vt in eodē loco sit mer-
ces lucis ꝛ exercitus fidelis/agonū positoris et
agonistaꝝ/regis ꝛ cōmilitonis. Uolo vt vbi ego
sum/ꝛ illi sint mecū in patria/q̄ mecū fuerunt in
via: in cōsolatione/q̄ in tribulatiōe: in leticia/ q̄
mecū in tristicia: in gloria/q̄ mecum in ignomi-
nia: vt videant claritatē quā dedisti mihi: q̄ nō
horruerūt penales mūdi tenebras/q̄bꝰ me sub-
didisti. Quo iure christꝰ ita petebat? Uno dūta
xat amoris videlicet qui nihil negare nouit: cui
aliq̄d negare nō ꝯuenit: hoc est/q: dilexisti me
ante mūdi ꝯstitutionē. Ut etiā exaudiat ocyus:
imo inhesitāter paternas aures introeat hone-
sta petitio: ꝛ quod petit/tribuat sibi pat: se suos-
q discipulos cū mūdo cōponit/dicens: [Pa-
ter iuste mundus te nō cognouit: ego autē
noui te. Et hi cognouerunt q: tu me misisti. Et
notū feci eis nomē tuū/ꝛ notū faciā: vt dilectio
qua dilexisti me ī ipsis sit/ꝛ ego in ipsis.] Pro-
seuchando iesus paternā interponit iusticiā/pa
trē iustū appellans/vt ip̄e ꝑ iusticiā exaudiatur:
qm̄ iustus dn̄s iusticiā dilexit: ꝛ equitatem vidit
vultus eius. Acsi dicere christus velit: Pater iu
stus es ꝛ rectū iudiciū tuū: ego nō te rogaui pro
mūdo q̄ te nō cognouit: quod ꝛ supra ꝑdictū est
quod vbi rogarē forsan iuste petitio negaret: sꝫ
ego tui cognitor oro te ꝛ ꝑ his q̄ cognouerunt
vtrūq / te mittētē missumq me: q̄bus notū feci
nomē tuū in fide: q: meus pater es/ꝛ virtutem
ꝛ potentiā tuā in qua me fecisse omnia ꝛ facere
fassus sum: ꝛ ꝑamplius notū faciā cū spūssanctꝰ
a te ꝛ a me suꝑ eos missus aduenerit. Quid pro
eis rogo? Beatitudinē infallibilē: vt cū māsiōe
meatim atq tuatim/cū ostensiōe mee claritatis
eterne eos diligas/dilectiōe qua dilexisti me: vt
illa sit semꝑ in ipsis/ꝛ in ipsis ego existā. Ab eter
no pater eternū dilexit filiū eterna dilectione:
nec imꝑmutabilis est dilectio patris ex tēpore:
sed ab eterno ꝑuidit filiū incarnari: ꝛ corpus si-
bi mysticū coaptari. Et ex dilectione q̄ se deus ī
participationē venire disposuit/ primo creauit
quod ꝑticipare illū posset: deinde corruptū ꝛ ꝑ-
ditioni traditū iā creatū redemit tali modo ꝑ
filiū q̄ nūc orat: sicut ab eterno sit dilectus vt in
carnaret/vt nasceret: vt corpus huiuscemodi fi-
deliū saluandoꝝ sibi daret: ita exaudiatur: quod
sic explicat: Ut dilectio qua dilexisti me in ipsis
sit/cōplendo ꝑdestinationē dilectiuā: ꝛ ego in
ipsis velut caput in coaptato sibi corpore: diri-
gens/gubernans/ordinans/regens ꝛ btificans
eterne/sicut eterne dilexisti me.

Libri duodecimi de testamento dilectionis ꝛ
sermōe in cena dn̄i saluatoris finis.

Liber decimustertius de passione domini saluatoris.

PAssioni vi Joā.12.
ciuꝰ dn̄s ꝛ saluator be-
thaniā visitauit: se totū
cōpilans ad suppliciū
mortis. Et in crastinū Mat.21.
suꝑsedit asinā ꝛ asellū:
vt ꝑnotauimꝰ in ascen-
sionibus. Et ingressus
est hierosolymā ꝛ in tēplū: quod impiosis acti-
bus atq verbis ab imꝑtinētibꝰ ꝛ indecētibꝰ puri
ficauit: diffiniens sententiā verbi sui q̄ ea que
sunt diuinis cultibus consecrata/in vsum aliū
non vertantur. Diuina nāq iusticia non vult/
q̄ natura in aliud q̄ ad id quod est facta mutet.
Quod cum fit ex hominū peruersitate atq ma
litia/seu ip̄e fieri permittit propter nostra pecca
ta: damna sequuntur ꝛ penaliter toleratur. Ab
ip̄o enim creatore cuncta proprijs vsibus ꝛ rati
onibus sunt creata: ꝛ ordinem habent/a quo si-
ne periculo nō potest esse digressio. Que vero ab
arte spūssancti ab hominibꝰ etiam manufacta
noscuntur/ꝛ vsibus dedicata diuinis: non licꝫ
ad alium vsum intorquere. Conturbatur enim
ibi ordo iusticie: vt diuersis dn̄is res vna subser
uiat. Turpis ē cōmutatio: vt quod erat diuinū/
transeat in humanū. Et omnis reuerentia tolli-
tur/cum ad humanū vsum transeunt consecra-
ta diuinis. Et finem verum peruertere rerum/si
ne fine finē nanciscit ferum. Et domus oratio-
nis verti non debet in confabulatoriū hominū
aut in seculare negociū. Honestius enim mane
rent deserta siue dirupta loca dedicata diuinis
si ad diuina nō reedificantur/q̄ repararētur ad
contrarios aut improprios seu imꝑtinentes ho
minū vsus. Cum enim huiuscemodi loca deser-
ta manent: saltem memoria cum quantali reue-
rentia viget/q̄ dei habitaculum fuit. Cum vero
ad vsus reparantur humanos/dei memoria tol
litur: quia ibi humana memoria celebrat. Nec

aliqua q̄uis modica vsq̄ debent vsui humano
seruire: si diuinis vsibus seruierunt. Nam sine
diuina offensa non agitur: nec sine diuina vltione
Dan.5 transit. Nempe legimus in Daniele/ ꝙ baltha-
sar rex babylonis q̄ nabuchodonosor successit
in regnū/ fecit grande cōuiuiū: ⁊ vasa q̄ non ipse/
sed pater eius de templo dei quod erat in hieru
salem asportauerat/ fecit deferri ad mensas / ad
vsum cōuiuarum hominū ⁊ mulierum/ vxorum ⁊ concu
binarum. Super quo nefario malo vltricē sententiā
nō prorogauit iusticia sancta dei. Eademq̄ hora
digiti apparuerūt i obiecto aspectu parietis scri
bentes diuinū iudiciū super eū: quod audita inter
pretatione danielis in eum sequenti nocte dese
uit. Nam interfectus est sui regni habens aliū
successorē. Porro ex hoc cōmonefactū ē nobis
quāta ea q̄ sunt mancipata diuinis/ oporteat cu
stodiri reuerentia. Sed nec cuiuspiā animū pul
set / ꝙ multa in domo dn̄i sunt superflua ⁊ accu-
rata nimis: aut autumet spm̄ deū esse/ ⁊ de cor-
tute ad salutē prodesse non posse. Nemo q̄ pre
est/virtutē ꝛ actū eliminet: immo ē amplius vir-
tutibus in animo ꝛ actibus insistēdum/quo ad
eum altior status accessit. Et expeditum expe-
dit fieri/bona libere opari volentē. Unde salua
tor vestimenta deponit/vt nihil sit impediens
ad virtutē. Sed ista ꝛ nunc resumpsit: vt etiam
in statū qui ad eum accessit/se tollat. Precingit
se linteo dn̄s ꝛ saluator ad nitiditatem sui ꝛ in
abstersione abluēdoꝝ: vt sic alios lauet aut ter-
gat/ne seipm commaculet. Uigilent q̄ psunt: vt
taliter alios adiuuent/ne seipos periculis pec-
catoꝝ exponant: ne dum alios abluūt aut ter-
gunt/ipsi turpentur. Nemo enim tenet alios
spūalibus periculis adiuuare/nec alijs militare
cum anime detrimēto. Turpis est actio que tur
pat auctorem. Et q̄uis sit aliqua actio q̄ debito
artis ꝛ corpis turpat artificem: expectatio lucri
tolerat turpitudinē: ꝛ gaudet anim⁹ in turpitu-
dine corpis propter lucꝝ. S; nullū lucꝝ vbi est
turpitudo pctm̄. Proinde cū detrimēto anime

saluti[s]q[ue] periculo/aliorũ vtilitatibus nullus in-
tendat. Primo nempe cautele linteo precin-
gat se anteq[uam] abluat & tergat alium: qui aliorũ
quomodolibet curã susceperit abluendi siue ter
gendi. Licitũ est omnib[us] corpa p salute pone-
re animarũ: vt ita incũctanter affirmem/etiã p
ximorũ. Animas v[er]o exponere ad pctm̃/est iu-
ste oib[us] interdictũ. Nec fallat legẽtes ista snia:
Ioan.15. quã ptulit dñs & saluator. Maiorẽ hac dilectio
nẽ nemo habet/vt aiam suã ponat q̇s p amicis
suis: qm̃ aia ibi ad p̃parationẽ moriẽdi/aut aia
p vita intelligit: nõ q[uod] ad peccandi piculũ alicu-
ius ania disponat. Linteo albo p̃cinxit se dñs:
vt puritas sit in actiõibus nostris: & vna & eadẽ
mũdicia sit que persone insistit/& alijs prodest.
Linteo saluator p̃cinctus ad p̃cinctionẽ virtu-
tis cõmemorat: quã pphetauerat prophetarũ
Psal.92. eximius dicẽs: Dñs regnauit: decorẽ indutus
est: indut[us] est dñs fortitudinẽ & p̃cinxit se. Alia
translatio addit/virtute. Omni virtute christ[us]
p̃cinctus erat: quod est sine cunctatione creden
dum: Sed nos virtute p̃cingi debere premon-
strat/anteq[uam] ad proximorũ obsequia procedа-
mus: nedũ seruimus in necessarijs proximo/in
magis debit[ores] displiceam[us] deo: & dũ aliene intẽ
dimus perficiẽde virtuti/propriam nosipsi pda
mus. Et ne incidamus in illã maculã/quam in
alijs affectamus abstergere. Sepe nãq[ue] incau-
tis accidit velut minus peritis medicis: vt de
sanie aut de sanguine quẽ abstergũt/ipsi sorde-
scant. Et in festiualibus indumẽtis suscipiunt
maculas/que cautela lintei p̃uenire nescierũt.
Nec legentẽ aut auditorẽ moueat: q[uod] scilicz desi-
gnatur in linteo puritas/siue mũdicia: que tur-
pitudinem in seipsa suscipiat. Nam si mũdicia
est aut puritas/quõ turpat? Si turpat/quõ mũ
dicia siue puritas? Sed quod exterius agit/ad
interiora referendũ est. Una & eadẽ v[ir]tus caute
lã habet ad possessorẽ/& vtilitatẽ ad proximum.
Uirtus enim nec dici põt/q̃ incaute procedit.
Primo virtus tuet agentẽ/q[uam] inferat alij vtili-
tatẽ. Aut eodem momento vnum & reliquũ agi-
Ioan.13. tur. [Deinde misit aquã in peluim.]
Gratiã videlz posuit in mẽsura: vt vnicuiq[ue] tri
buat s[ecundu]m mensurã donationis eius/& fidẽ & alia
rũ capacitatẽ virtutũ: aut s[ecundu]m vtilitatẽ & augmẽ-
tũ & corpis mystici saluatoris. Peluis vas est
ab eo dictũ/q[uod] ibidẽ pedes lauant. In instrumẽ
tũ aptũ lauatiõi/saluator fundit aquam: vt ex oĩ
tempore sit aptitudo virtutis. Gratiã ante ho-
mines effundit dñs iesus christus/qua lauent
a maculis peccatorum: vt magne sordes & par-
ue lauari vsq[ue] ad nitiditatẽ possint: aĩeq[ue] mun-
dari a fecibus supinductis sup primã creationẽ
ipsarum/& in regeneratiõe sancta facta p aquã.
Sapientis mũdat & lauat ab ignorãtia intelle-
ctum. Et aqua sapientie qua potantur electi: in
peluim mittit: vt discipulorum pedes lauent: vt
omnia fiant in sapientia salutari: nõ in sapien-
tia hoim euacuanda p illam. [Cepit nem-
pe lauare discipulorũ pedes.] Uide

te profundissime humilitatis insignia: q[uod] diui-
na maiestas apostolorũ pedib[us] inclinat: & geni-
culat añ hoĩes de[us]: añ pctõres sanctitas/añ in-
iustos iusticia/corã mortalib[us] immortalis/ante
creaturã creator/sol añ stellas/lux añ tenebras/
dies añ horas. Et lauat genuflexus oĩm rex re-
gũ & dñs dñantiũ: vt nulli[us] creature tanta possit
esse humilitas/qua saluatoris nõ sit ipa pfundi
or. Et oĩbus spes ineffabilis/immo inestimabi
lis p̃rogatur donãde indulgẽtie pctõ[rum]/atq[ue] fu-
ture glorie: cũ ad humanos pedes in seruile at-
q[ue] laboriosum obsequiũ saluatorẽ oĩm intelligi
mus inclinatũ. Ad sciendũ etiã nos cõpellit
quãta sit inherẽs macula/q[ue] tenaciter hoĩbus
inhereat: ad quã diluẽdã/diuina manus acces-
sit: quãta etiã erat in ima depssio/ad quã se incli
nabat altitudo diuina. Syndicario v[er]o noĩe nõ
solũ pro seip̃is/sed pro toto hũano gñe/hoc ob
sequium apostoli susceperũt. Ad intima cordis
ascẽde tu q̇ audis: aut has actiões legẽdo & cre
dendo intelligis: & vide si potes/q̇ lotor/q̇s lo-
tus: quãta differẽtia psona[rum]/q̃nta cõueniẽtia di
lectionũ. Quod & Petrus stupefact[us] agnouit:
vbi ordinẽ rei geste pmo texamus. Uenit iesus
velut minister & famulus in obsequiũ p̃paratus
pmo ad Symonẽ Pet[rum]/tanq[uam] ad verticẽ apo-
stolici chori: p quẽ & in quo aliosvolebat instru
ere. Nã oẽs renuissent vt Petrus/nisi fuissent
in ipo p̃docti. Quem cum Petrus ante se genu
flectentẽ humiliter conspexisset: mente territ[us]/
quasi p excessum expauit dicẽs: [Domine/
tu mihi lauas pedes?] Quis tu/quis ego
quis tu/quis mihi? Tu deus mihi hoĩ? Tu crea
tor mihi creature? Tu iustus mihi iniusto? Tu
dñs mihi seruo tuo? Tu beatus mihi misero?
Tu magister mihi discipulo? Tu ĩmortalis mi
hi morti subiecto? Tu dñs angelo[rum]/pedes laua
bis plebeiorũ? Quis tu: q̇d mihi: q̇d tibi & mihi?
Agnouit Petrus altitudinẽ/quã in christo fue-
rat añ cõfessus dicẽs: Tu es christus filius dei
viui. Nolebat ex hoc pati manũ saluatoris/pe
dũq[ue] suorũ contactũ: ignorans in hoc altitudi-
nẽ diuini consilij/sup mysteria diuine instructi
onis/nostreq[ue] salutis. Nec videbat inter tã dif-
ferẽtes veras cõueniẽtias aptas: vt deus q[ui] vis
homo verus/hoiem pu[rum] ablueret etiã cũ adne
xo peccato. Sed cõuenientia nõ erat apta debi
to aut iure iusticie: magis vero iure diuine mise
ricordie pandebat: quã ineffabilem adhuc Pe
trus perfecte non nouerat: idcirco se denega-
bat ab illa maiestate lauari. Cui christus e regi
one respondit: [Quod ego facio tu ne-
scis modo: scies aũt postea.] Quid ve
ro ista responsio sonet/intentissime audiam. In
cõphensibilia sunt iudicia eius: & inuestigabi- Roma.11.
les vie eius. Hoc aplus ad Romanos clamat.
Et alibi: Quis nouit sensum dñi: aut quis consi
liarius eius fuit? Quasi dicat: Nullus. Multa
etiã sunt que anteq[uam] fiant/in cognitionẽ nõ veni
unt/nec dũ fiũt: veniũt aũt cũ iã facta sunt. Et si
nõ ilico/saltẽ tpe [con]gruo. Et si veniũt/raro per

modū quis facta noscant: q̄ pñtis speculatōis
nō sunt. Sz quod Petro rn̄sum est/ꝑsciamus.
Quod ego facio/tu nescis mō. Quare pedes
lauo/tu nescis mō: q̄re sic me humilio/q̄re ge-
nuflecto añ vestros pedes/tu nescis mō. Quō
tu nescis? Quia nō cōprehēdit naturalis creatu
ra suo sensu gesta creatoris. Actōes sue infinite
sunt rōnis. In seip̄o sunt: externe nō sunt. Nul-
la cā exterior mouet impmutabilē deū. Nescit
ab hoīe q̄d opat incomp̄hensibilis de⁹: q̄ opan
di rōnes infinitas habet. Sed post ignorātiam
sequit suo tp̄e certa scia. Uñ adiecit: [Scies
aūt postea.] Quid scies? Quod quicquid fe
ci aut faciā/in hoc natura ⁊ ineffabili ordinati
one subsistit. Quod aūt ad effectū salut̄ aut eru-
ditionis/aut imitatiōis p̄ nobis gestū est: quod
in sequētib⁹ saluator adiecit dicēs: [Exēplū
enim dedi vobis: vt queadmodū feci vo-
bis/⁊ vos alijs faciatis.] Magno documēto
ꝑstruimur/ne velimus dei sciam ⁊ ꝓuidentiā ꝑ
uenire sciēdo/sed subdi mandatis ⁊ directiōib⁹
eius: ⁊ rez sciam expectare in ꝑfinitōibus eius.
Nostꝝ em̄ est semp obedire. Semp aūt scire nō
spectat ad nos: neq̄ omnia nosse. Tp̄a sciaꝝ et
reꝝ in sua ptāte atq̄ in sua ꝓuidētia indubitata
ꝯsistūt: in q̄bus ſm eius ꝓuidētiā thesauri ap-
unt scie: ⁊ res geste in noticiā veniūt. Et in acti
Actu.1. bus apl̄oꝝ legit: q̄ discipulis interrogātibus
de ꝯsummatōe seculi/seu de restitutiōe in inte-
grum israelitici regni/respōdit: Nō est vestrum
nosse tp̄a vel momēta q̄ pater posuit in sua ptā
te/scz anteq̄ fiant: post factionē ꝟo in noticiaz
Matth.24. veniūt. Et in euāgelio: De die autem illa nemo
scit: neq̄ angeli eius neq̄ filius. Adoremus di-
uina mysteria ⁊ altissimas actiōes: ⁊ ne velim⁹
oīa temeritatis ausu comp̄hendere. Nō em̄ ad
pctm̄ asscribit ignorātia: vt in lumine fidei ro-
boremur: immo aliq̄d indulgētie gerit ignora-
re/vt pfectius assistat credulitas. Nempe scien
tia de iure fidei subtrahit: vt si tota scia ꝑueni-
at/eius de quo venit tota fides deficiat. Mereri
nūc p̄ fidem magis/q̄ p̄ sciam expedit. Idcircco
saluator ignorantiā ponit in Petro: vt in fide
mereat. Quod ego facio tu nescis mō: in poste-
rum sciam pollicēs: Scies autem postea. Di-
xerat supra symon Petrus: Dñe tu mihi lauas
pedes? Recōuertit ꝟba saluator: Tu nescis mō
Tu creatura/tu homo/tu pctōr/tu viator/tu ne
bulis ignorātie obuolutus/tu in p̄rimo nega-
turus nescis mō: q̄ ego creator deus ⁊ homo/iu
stus comp̄hensor/omnia ꝯfessurus in cruce co-
ram diuino atq̄ paterno conspectu/suos in ve
ritate fideles facio. Tu nescis modo: qr temp⁹
ignorātie/tp̄us pcti/tp̄s negatiōis/tp̄s p̄ditōis
tempus tenebraꝝ/tp̄s imp̄fectiōis/tp̄s belli et
Eccs.3. ⁊ ineffabilis pugne/tp̄s merēdi per fidem. Oia
tempus hn̄t: ⁊ scia tp̄us habet. Omnia tempus
hn̄t q̄ suis spacijs transeunt vniuersa sub sole.
Sub quo sole? Sub sole iusticie/sub sole intelli
gibilis lucis: sub sole ineclipsabili vllis interpo
sitionib⁹ lune. Sed si oīa tp̄s hn̄t/quousq̄ pro

tēdit postea: pro eo quod dicitur: scies aūt po-
stea? Quousq̄ in eodē loco sp̄ūsctūs adueniet
doctur⁹ apl̄os oēm infallibilr veritatē. Bonū
igit est in oībus prouidētiā expectare diuinā: ⁊
eius etiā fide pficere volūtatē. Sed Petr⁹ volū
tatē suā/christi altitudinē in sua mēte ptractans
credēs se humilitate munitū: ex ip̄a iteꝝ dene-
gatiua ꝟba depromit dicēs: [Nō lauabis Joan.13
mihi pedes in eternū.] Quo sp̄ū agit pe
trus/q̄ ꝟbis ꝯtēdit cū dn̄o: repugnatq̄ actu hu
milib⁹ actōib⁹ ei⁹? Qua ꝑsumptōe cū autore vi
te ꝯcertat? Uñ ista rebellio? Nō ex malignitate/
sed ex humilitate denegat se lauari. Sz est ne bo
na ista humilitas/que diuinis audet ꝯtraire sen
tētijs? Bona videbat symoni se taliter humiliā
ti: sed melior virtus inferebat a christo aliter de
cernenti. Nam saluator intulit: [Si non la
uero te/nō habebis partē mecū.] Ut
discam⁹ ⁊ regula infallibili teneamus/melius ē
alijs q̄ in seipso humilē fieri: ⁊ alij q̄ sibi etiā in
virtutib⁹ ⁊ virtuosis actibus credere penitus/
dico securius. Ecce humilitas sub diuersis re-
spectib⁹ certat. Adest petro humilitas vilitatis
qua sibi prop̄a cognitōe vilescit. Adest hūilitas
indignitatis: qua sibi tactu saluatoris ⁊ tanto
mysterio apparet indign⁹. Adest humilitas cō-
p̄atōis: qua christo deo comparatus se deiecit
in nihilū: qua ꝑactus dixit: Domine tu mihi la
uas pedes? Sed humilitas alio respectu con-
tāgit/⁊ timoribus pulsat: scz credulitatis ⁊ obe
diētie q̄ irrogat a christo: qr lauare vult: qr ver-
bis peꝝ alloq̄t vt assentiat lotiōi. Una eligitur
altera indicitur. Una est in seip̄o: alia sub alio.
Una de prop̄a volūtate: altera de alteri⁹ volun
tate procedit. Una nihil certū hz in p̄mio sue
promissiōe: altera sub interminatiōe sep̄atiōis
eterne iubet/cū addit: Si nō te lauero/nō habe
bis partē mecū. Quid ergo faciet anim⁹ inter
has angustias ꝯstitut⁹? In hoc faciat quod fe-
cit ⁊ petr⁹: q̄ ꝟbo ⁊ actu se lauandū p̄buit salua
tori dicēs: [Domine nō tātū pedes/sed
et manus et caput.] Expedit oīno qui a
christo nō vult fieri anathema/magis q̄ sibi su-
periora ⁊ meliora credere decernēti: neq̄ in bo-
nis sue aut prop̄e autoritatis fieri: ⁊ nihil firma
mare in ipsis quod propter meliora nō fiat/ma
iori directiōe postposita. Multos em̄ decepit
regulatio prop̄e volūtatis: nō solū in malis ap-
tis/sed etiā in manifestissimis bonis. Duo eniz
vitia q̄si filia sunt/q̄ sepe tetigimus: diuertentia
oēm aīam cui adherēt/a tramitibus veritatis.
Unū est regulatio prop̄e volūtatis: aliud est re-
putatio proprie mētis. Unū p̄ obediētiā solū: al-
teꝝ vero p̄ virtutū propetatē ⁊ p̄ alteri⁹ ꝯpatōez
factā sepe corrigit. Regulatio prop̄e volūtatis
ē a seip̄a directio ⁊ actio mētis ⁊ corp̄is. Cū q̄s
sibi fecit normas ⁊ regulas speculandi ⁊ diligē-
di ⁊ intelligēdi ⁊ op̄andi: nec nouit aut secut⁹ est
scripturaꝝ testimonia/nisi prout sue ꝯcordaue-
rint volūtati. Nec patꝝ credit decretis: nisi dū
videt a proprijs p̄assumptiōib⁹ nō esse diuersa.

Non credit à ꝓpria volũtate regulatus aliorũ
dictis/nisi ab eo fuerint ante p̃uisa. Magis vult
oĩa in sue imaginatõis cõcordiã deuenire/ꝙ ip
se velit cõcordare cũ ceteris. Et duꝝ est talibus
aliĳs credere/atq3 a ꝓhibitis resilire. Nunꝙ ve
ro hmõi vitiũ aliter ꝙ ꝑ fidẽ alteri p̃stitã/⁊ fide-
lẽ obediẽtiam abrogat. Credit em̃ se meliora in
suis directõibus decreuisse. Hoc em̃ vitio mul
ti laborant/quo q̃si laborabat ⁊ petrus. Sed su
ꝑiorĩ ẽ obediẽtia correpꝰ/totũ se mutãs ⁊ offe
rẽs ad corripiẽtis iudiciũ. Reputatio ãt ꝓprie
mẽtis est credita ꝟtutis aut alicuius bonitatis
possessio: nõ inherẽs/aut supra aliũ existimatio
Reputauit se quispiã foueã humilitatis habi-
tare: ipsius certa consyderata ꝓprietas videri fe
cit oĩno contrariũ. Et sic est de ceteris ꝟtutibꝰ
diffinire: que q̃uis inesse credant/cum ipsaruꝫ
consyderat ꝓprietas/ retundit qui p̃sumebat.
Et ꝓpriam reputatõem deiecit sepe veritas pa-
tefacta virtutum: que presumentem latebat. Cõ
paratio cum in experientiã venit similiter ipsaꝫ
deiecit. Multi super alio scientia/memoria/in-
telligentia/fortitudine/ atq3 virtute aliqua pre-
sumpserunt: cum vero qualitas participata eq̃-
liter aut ab vno ꝑ magis/ ab altero ꝑ minus no
ta fit p̃sumenti/confundit: quia inuenit equaleꝫ
aut forte superiorem in virtute/in qua se alium
reputabat excedere. Multi fortes athlete de
proprĳs viribus suꝑ alios p̃sumpserunt: ⁊ talis
reputatio inherebat vt non crederent similem
inuenire. Qui cum comꝑatione cum aliĳs prop
as vires fuissent experti/erubescentiã passi sunt
qm̃ similes aut valentiores per experientiã in-
uenerunt. Proinde corrigamus nos ex iudicio
saniori/sicut semetipsum correxit simon petrus

Nunc aũt ad ordinẽ rei geste reuertamur.
Adiecit secundo contradicẽdo petrus: Non la-
uabis mihi pedes in eternũ. Non corrigitur ꝓ-
pria regulatio atq3 reputatio in pluribus homi
nibus solis ꝟbis. Firmat regulam ꝓpriã petrꝰ
nõ ꝓ die/nõ ꝓ hebdomada/nõ ꝓ mẽse/aut ãno
aut tꝑe magno: sed velut excessum passus addi-
dit in eternũ. Bene loq̃tur ꝑ excessum: cum tꝑa-
lis de fieri aut nõ fieri desanxit aliq̃d in eternũ.
Firmatur aliq̃d in eternũ ꝓprie volũtatis decre
tũ: q2 quod firmat/creditur esse bonũ. Magna
discipuli audacia q̇ cum magistro p̃sente nõ di-
scendo aut interrogando/sed sua p̃sumptiõe cõ
tẽdit. Siq̇deꝫ plerũq3 accidit vt quod existima-
mus potioris esse virtutis/ christus aliter sepe
decernit. Credebat em̃ petrus hoc oĩno debere
p̃ferri: vt ipse homo humiliatus christũ deum
⁊ hoiem humiliatũ se lauantẽ ꝓtinus recusaret
Sed christus melius ꝓ petro nouit/vt suis di-
rectiõibꝰ obediret. Semꝑ sane christus ad me-
liora suos ꝓuehit sectatores. Qui cum anathe
matis interminaret iudiciũ: petrus territus mẽ-
te totus expauit: omnia voluntati offerens sal-
uatoris. Exhorruit verbum: Si non lauero te/
non habebis ꝑtem mecum. Dicebat intra se pe
trus: Omnia reliqui etiam meip̃um/vt partem
habeam cũ Jesu: immo totũ Jesum in eternuꝫ
possideam. Totus ab oibus electis habet chri
stus in gr̃a: totus habebit in gloria. Ipsiꝰ pos-
sessio non minuit ex consorte: aut numerosita-
te consortum: nec ipoꝝ paucitate aut nulleitate
augetur. Hoc in sole materiali sensibili exem-
plo videmus. Quid est ergo quod dicit salua-
tor: nõ habebis partem mecum? Non accipit
hic pars ꝑ comꝑationem aut distinctõem ad to
tum/aut ꝓ dimensione parili: sed eo sensu acci-
pit quo q̇s cum aliquo ꝑticipium habꝫ ꝯuersa
tionis ⁊ moꝝ ⁊ vite. Sed id quod improperati-
ue de pctõribus dicit: tu vero cũ adulteris por- Psal.49.
tionẽ tuã ponebas: etiã eo sensu dicit/quo quis
vnũ ex oibus elegit. Quo sensu loquebat Da-
uid: Dñs pars hereditatis mee. Et Hieremias Ps.15.
Pars mea dñs dixit aĩa mea: propterea expe Treno.3.
ctabo. Sic etiã petrus supra dixerat ꝓ se/ac in
nomine oim apl̃oꝝ saluatori: Ecce nos reliqui- Mat.19.
mus oĩa/⁊ secuti sumꝰ te. Quasi dicere voluit:
De vniuerso nihil volumus nisi te: q̇ oĩa ꝯdidi
sti: q̇ es oĩa in oibꝰ: quo habito nihil deest. Vñ
cũ dicit: nõ habebis ꝑtẽ mecũ: nõ erit tua btitu
do mecũ. Mecũ em̃ ꝑtem hꝫ minister q̇ perficit
meã volũtatẽ: ⁊ seq̃tur me/nõ se in directiõibus
vite agẽde. Nam qui suam etiã in bonis nõ me
am sequit voluntatẽ/fieri anathema meretur.
Quanta igitur erit pena multandus q̇ audaci
malicia q̃ inter deum ⁊ hoies separãt/pctã cõ-
mittit: qñ de seꝑatione terret qui placere deo de
ꝟtutibus credit? Sibi sit beatus/q̇ sibi ex suis
actibus placet: partẽ cum christo nõ habeat/q̇
christo ex toto nõ credit. Sed qui cum christo
ꝑtem non habet/erit cum demonibꝰ portio eiꝰ
Melius esset nõ ꝓdĳsse ad vsum/ꝙ partẽ non
habere cũ christo: qui a deo vniuersorum cõsti- Heb.1.
tutus est heres: ⁊ per quẽ facta sunt secula. Nul
la in inferno aut vbilibet grauior pena/ꝙ cum
christo habere diuortium: quod pro seuiori tor
mento christus inobediẽtibus interminatus ẽ:
⁊ nihil adeo timendũ ꝙ etiã modicum separi a
christo. Quam Paulus ne fieret/p̃ponderabat
omnibus generibus tormentoꝝ/cum dicebat:
Quis nos seꝑabit a charitate christi? ⁊ que se- Roma.8
quunt: vbi hoc loquit ad Romanos. Proinde
Petrus nõ tm̃ pedes/sed manus ⁊ caput offert
humilime lotioni. Cui christus nõ tãta indige-
re declarat dicẽs: [Qui lotus est/non in
diget nisi vt pedes lauet: et est mũdꝰ
totus.] Baptismũ apl̃oꝝ hic cõmemorare
videt. Nam q̃uis aliqui baptizati fuissent ba-
ptismo Joãnis: suo baptismo apostolos oẽs ba
ptizauit christus. Proinde dicit: qui lotus est.
Sed si lotus est/quõ indiget vt pedes lauet? Si
ꝟo indiget/quõ lotus est? Ac ꝑ hoc aliq̇d aliud
p̃ter lr̃am oporter inspicere/seruata lr̃e veritate.
Innuit nempe hoc ꝟbo saluator/q2 q̇ semel ba
ptismo suo baptizatus est/iteꝝ baptizandus nõ
est: q̃uis affectꝰ impuri etiã in baptizato rema
neant/q̇ designant in pedibus a saluatore lauã
dis. Pedibus itur/currit ⁊ sistit: ⁊ super ipsos

quiescit corporis tota moles. Sic affectibus su
is vnusquisq; mouetur/festinet ad aliquid: sic in
aliquo velut in basibus/sic in affectibus agēda
hoim vita fundat. Quos lauari expedit diuinis
manibus: non enim nisi diuina manu pōt ho-
minū purgare affectus. Afficiūt em̄ sepe hoies
passibiliter ⁊ vitiose/vt in pluribus vsq; ad mor
tem pseueret maculata dilectio. Et si nō in illis
turpibus impudicis actibus/saltem in aliis ad
vsum vite spectantibus vltra debitū ligat affe-
ctus: qua ligatione manet impur⁹. Sola ergo
diuina est manus q̄ affectū eradicat/lauat ⁊ pur
gat. Proinde purgato affectu/mūdicia tota re-
fulget. Hoc p seipm̄ efficit christus iesus/quod
Esaie.1 p Esaiam añ p̄dixerat: Lauamini/mundi estote
auferte malū cogitationū vestrar ab oculis me
is. Lauat ergo illa impiosa maiestas in forma
seruili apl'or ⁊ plebeior pedes añ illos pfundis
Ephe.4 sime inclinata. Et s̄m mensurā gr̄e atq; donati-
onis eius vnūquēq; pfudit. Quod aūt pedes la
uandi ⁊ loti nō absurde intelligant hoim affect⁹
atq; intellectus: aliar scripturar sententias ve-
lut stellas sup istam fulgentes inspiciamus. In
Joan.29 quit Job de pedibus suis: Quando lauabā pe-
des meos butyro? Pedes butyro lauant/cum
vnctione spūssancti vnguntur affectus/atq; do
centur hoim intellectus: sicut Joannes in ca-
1.Joā.2 nonica sua dicit: Unctio docebit vos de omni
Cant.5. bus. Et sponsa dicit: Laui pedes meos: quō in
quinabo illos? Laui a sordibus terrenor affe-
ctus/⁊ ab errorib⁹ intellectū atq; sciētiis sterili-
bus: quō ergo id est/nō inquinabo amplius il-
los. Et de pedib⁹ aialiū q̄ vidit pphetaEzechi
Ezech.1 el/scptura dicit: Pedes eor pedes recti. Recti
pedes recti affect⁹ sūt atq; itellect⁹. Illi vt p̄ter
diligēda ⁊ aliter q̄ diligēda nō diligāt. Illi vt p̄
terq̄ intelligenda ⁊ aliter q̄ intelligēda penit⁹
intelligere oino non q̄rant. Multa sunt adhuc
exēpla scripture: sed quātū possum⁹ comice pgi
mus. Sed sequēs sentētia dubiis ⁊ mori-
Joā.13 bus aiam nostrā fodit. Ait em̄: [Et vos mū
di estis/sed non omnes.] Quā euāgeli-
sta suor verbor supplemento declarat dicens:
[Sciebat enim quis nam esset qui
traderet eum. Propterea dixit: non
estis mundi omnes.] Nullus mūdatus
erat a semetipo: a christo mundatore mundati
erāt. Quare nō omnes mūdati erāt? Acceptor p
sonarum christ⁹ nō erat. Quare illos/⁊ nō illum
pditorē mūdauerat: q̄ mūdare magis idigebat/
p eo q̄ culpa turpior eū fedauerat: q̄ iam apti-
tat⁹ erat prodere dn̄m ⁊ mgr̄m? Sz q̄ iudas mū
datus nō extitit/obstinatio fuit iude: nō negligē
tia saluatoris. Nemini aufert saluator quā de-
dit hoib⁹ libertatē: nec quēpiā violētat ad bonū
Nō potētia violēta/sz suasione saluator vtit cū
vocādis atq; vocatis. Sed altior est snia omnē
terrēs humanū intellectum: q̄ nihil vult quod
nō possit: nihil pōt quod nolit. Ac per hoc nihil
causatiue aut occasionalr est a saluatore iude p̄-
rogatū; vt ipe ab illo non mundaretur cum cete
ris: nisi quia mundatōni diuine cum ceteris nō
consensit: immo absq; ceteris in animo dn̄o re-
bellauit. Tenacissima erat macula que munda-
tis reliquis remanebat. Equaliter omnes mū-
dator mundabat: sed contumaci mētis audacia
psistebat iudas in sua malicia induratus/vt in-
herentē inuisibilē maculā summa mundicia nō
mūdaret. Nec diuine herbe fullonice neq; acri-
monie alique valuerūt: vt a male concepto desi-
steret. Quē nec p̄teriit lauādo iesus: sed añ illū
velut ante alios sua genua flexit/⁊ lauit pedes
humiliter proditoris. Uide pamplius ineffabi-
lem humilitatem domini saluatoris: qui sui pro
ditoris non dedignatus est lauare pedes: qui
eum profunda inclinatione a scelere reuocabat
velut suppliciter rogans vt desistat a malo: vt
innocentem nō ledat: nō volens vitare mortem
quā venerat omnino suscipe: sed vt discipulum
quem vocauerat a discriminibus mūdi: quem
aplm nominauit: quem v̄tute miraculor fecit
insignem: cui apostolici collegii etiam pauperē
cōmisit annonā: quē thezaurariū fecerat obla-
tor: de damnatione sempiterna p̄riperet: ne de
vitali morte sua puicacia moreret: ne mors fusti
nēda pro omniū vita sibi mortē generaret eter-
nā. E regione inspice quanta est obstinatio/quā
diuia inclinatio nō eradicat: quāta duricia quā
diuina manus nō emollit: quanta mētis sordes
quam lotio diuina non abluit: q̄ tenaciter inhe
ret macula/quā diuina cū linteo abstersio nō ab
stergit. In hoim consyderationē omnino deue
niat ad quid pōt humana iniquitas deuenire:
vt nullis psuasionib⁹/signis/amorib⁹/terrori-
bus/pmissionibus/possit a ɔcepto malo ɔuerti.
Miramur obstinatōem Cain: miramur irreue-
rentiā Cham: miramur fraudulentiā ⁊ feritatē
Ismahel: miramur hispiditatē ⁊ proteruiam
Esau: miramur induratōez cordis egyptii pha
raonis: miramur schismata Dathan ⁊ Abirō:
miramur inuidiā fratr Joseph: miramur ɔtradi
ctionē Chore: miramur filiū Ezechie ɔtumacē:
miramur idolatriā Aaron/⁊ ppl'i p̄ludētis: mi-
ramur Saulis p̄mi regis supbiā: miramur Ab
solonē psequētē patrē Dauid: miramur multos
p̄teritos vtriusq; ppl'i inclytos ⁊ plebeios turpi
ter ⁊ obstinatissime deliquētes. Sz pctm̄ iude/
quod christus tāta diligētia conat⁹ fuit auerte
re/stuporib⁹ ⁊ admiratōib⁹ oēs penit⁹ accersit.
Sunt nempe nōnulli q̄ in ɔceptis malis Jude
damnati sectant irreconuerso pede vestigia: vt
omnis ars suauiter reducendi argumentis nul-
lis inualeat. His sane timoribus configenda
sunt hominum corda/crucifigende sunt men-
tes: his sunt aculeis compungendi: ne cum Ju
da descendant in profundum malorum/⁊ con-
temnāt redire ad eum qui omnes errantes pie
atq; miris modis reuocare non desinit. Nam
sapientia dicit: Peccator cum venerit in pro- Pro.18.
fundū malorum/contemnit. Profundum malo
rum obstinatio est/induratio est/proteruia est/
desperatio est/ contumacia est/rebellio mentis

est. In quod profundū cū quispiā venerit/ contēnit deū: contēnit seipsum: cōtemnit virtutē: contemnit gloriam: contemnit ⁊ penam: contemnit monitus salutares: contemnit omnem semitam ⁊ compendia redeundi: contemnit scripturam sacram/ ⁊ quasi fabulas reputat poetaꝝ. Quis nouit quo merito Judas sic meruerit indurari? q̇s sub aliquo doctoꝝ presumat: si cecidit iudas de scholis dn̄i saluatoris? Quis de duce confidat: si cū via recta iudas errauit? Nulla ex parte christi pierogata est occasio siue causa/ nulla ex ꝑte coapostoloꝝ eiꝰ. In reuocationē eius omnia decentia christi/ misericordiā atqꝫ iusticiā facta sunt: ⁊ nō est auersus animus eius/ neqꝫ deleta malicia mentis eius. Hec ideo diximus: vt agnoscamus ad quantū potest diuina bonitas inclinari/ vt ꝓuolueretur pedibꝰ ꝓditoris: ⁊ inquantū humana iniq̇tas indurari/ vt om̄imode p̄sentiā contēneret saluatoris. Nunc rei geste ordinē repetamus. Unūquēqꝫ lotū christus linteo quo erat p̄cinctus/ abstersit: vt ex oī actione nitiditas perfecta consurgat. Abstersit nunc pedes/ scꝫ nostros affectus a maculis: q̇ abstersurus erat sanctorū oculos a doloribus atqꝫ ꝑiculis. Hoc refert in
21. apocalypsi se vidisse Joannes: Et absterget deus oēm lachrymam ab oculis eoꝝ: ⁊ mors vltra nō erit/ neqꝫ luctus/ neqꝫ clamor: neqꝫ dolor erit vltra q̄ ꝑmo abierunt. Loti erant pedes: sed linteo absterguntur/ in designationē defecate vite: ad desiccandū humiditatē/ qua nostri sepe mollescunt affectus in prolapsione maloruꝫ. Quam molliciem exhorrendo p̄cauebat omnipotēs: cū dicebat per hieremiam ꝓphetam his qui de po-
51 pulo dei tenebant̄ ī babylone quasi captiui: Fugite popule meus de medio babylonis: vt saluet vnusquisqꝫ animam suam ab ira furoris dn̄i: ne forte mollescat cor vestrū/ ⁊ timeat̄. Tūc em̄ mollescit cor hoīm atqꝫ affectus: cū amore contrahimur/ aut aliquo timore terremur ad malum aliquod peragēdum. Sed christus abstergit humiditatē a pedibus/ ne nostri mollescāt affectus: vt sit virilitas ⁊ fortitudo ad exequēdū que veritas ⁊ iusticia iubent. Ecce abluti sunt ⁊ abstersi apostolici pedes: quos sic esse decebat/ qui delaturi erant per vniuersum orbem predicādo lauantē: vt non solum homo/ sed deus et homo ab hominibus crederetur: et in ipso/ sicut in deo viuo et vero speraretur: ⁊ super omnia dignius ab omnibus amaretur. Multa oportebat fulgere mūdicia: q̇ tam magna/ tam ineffabilia debebant quasi animalibus hominibus intonare. Uere magnum erat mysterium p̄dicandum: quādo p̄dicatores diuina manꝰ lauit atqꝫ detersit. Uereor dicere: sed pia credulitas/ ⁊ christi humilitas atqꝫ profunda dilectio me cōpellunt: vt pie credā etiā super apostolicos pedes sua labia osculādo pressisse: q̄uis euangelica non loquat̄ historia. Sed nec mirū: humiliora cum legimus ip̄m fecisse ꝓ nobis. Et nescio vn̄/ p̄terq̄ ab illa pia osculatiōe sit sumptū: atqꝫ mos inoleuerit vsqꝫ ī hodiernuꝫ diem: vt maiores cum lauerint/ premant oscula in pedibus subiectorū. Huius lotionis pacto mysterio saluator vestimēta resumpsit atqꝫ resedit: vt nobis detur forma vite agende: vt postq̄ pro proximo laborauerimus/ ad ornatū virtutū proprium nos colligētes reuertamur: ⁊ resumamus illas actiōes/ quibus soli exist̄ētes deo placemus: ⁊ reornemꝰ nosmetip̄os illis secretis moribus/ quos interdum ꝓ alioꝝ vtilitate atqꝫ obsequio intermisimus. Et resideamus quiescētes in altitudine nostre mentis: cū ipsa itinerātes ꝑ ut diuinus ducatus conduxerit siue ꝑmiserit ī supernam patriā in cōsyderatione ciuiū supnorū. Et iteꝝ descēdentes ad abyssos penales: vbi tumultuat tetra familia in eternū male inclusa pro meritis. Absoluendum est interdum a laboribꝰ corpus: vt aīa habeat copiā q̇escēdi ab actionibus eius. Nā corpore implicata aīa ex toto libertatem non sentit: quia ex coniūctione nature in illa trahitur/ ad que corpus intendit. Et difficile fit q̄ inclusum includentis actionibꝰ ⁊ motibus non intēdat. Per excessum esset superna gratia infusa desup: vbi ex toto ab actiōibꝰ eiꝰ natura prohibetur. Ex instituta natura aīa nostra animat corpꝰ: quod p̄ter ipsam nullis agitur motibus. Quo q̇escente quiescit hoīm spiritus: ⁊ pergit/ ⁊ agit/ ⁊ loquitur/ ⁊ cōtemplatur inuisibiliter absqꝫ corporis motibus: quod preter spiritū nō efficit corpus. Naturam habet spiritus in corꝑe positus ⁊ extra/ spiritualibꝰ theorijs intēdere: q̄uis liberius extra corpus. Sed non habet corpus aliquid posse facere vl̄ sentire: nisi p̄sens fuerit spiritus in aliquibus ꝑ voluntatē/ in aliq̇bus preter voluntatē per solam ipsius habitationē: Sed oīno corpor̄ motibus intēdentes etiā virtuosis/ q̇etē ī illo tēpore ꝑdiderūt. Ad quā redeūdū ⁊ residendū sup mensam ab eterno paratam ineffabiliū atqꝫ innumerabiliū bonoruꝫ/ exēplo dn̄i saluatoris: qui vestimenta resumpsit atqꝫ resedit. Et eos quos status altitudo decorat/ post actiones humiles ⁊ virtuosas oportet resumere que sunt status atqꝫ statui accedēti cōueniunt: et residere super tribunal iudicij et cathedram doctrine/ atqꝫ super sacramentoꝝ mensam. Nā patres veteris testamenti hoc idem fecerunt: quod christus moraliter innuit faciendum. Om̄ si q̇s sensu typico eoꝝ historias indagauerit: ⁊ recitāte littera nostre fidei sensum atqꝫ intellectū cōtulerit: vel vt cautius dicamꝰ/ ex illis scriptur̄ acceperit: quod dicimus luce clarius patet. Ipsaꝝ vero historiaꝝ supplemēta etiā plene legētibꝰ vere demōstrant. Fecerūt siq̇dem hec patriarche/ ꝑmi duces populi/ iudices atqꝫ reges: q̇ suis tēporibus ex statibus atqꝫ ꝟtutibꝰ dn̄o placuere. Et cū resedisset atqꝫ recubuisset iteꝝ dixit: [Scitis q̇d fecerim vobis?] Quod dictū aut interrogatiue aut cōsultiue seu p̄ceptiue ꝓfertur: quod idē sonat: Interrogat si sciūt ⁊ agnoscūt ꝓfundū mysteriū/ quod ip̄e ad eoꝝ pedes exercuit: aut exercitat vt agnoscāt: vt sit sensus: Scit̄/ hoc est scire debetis q̄ fecerim vobis. Si factum illiꝰ tēporis queritur: genuflexit: lauit: abstersit: ⁊ vt pie

credimus: oris oscula pressit. Unde ad scientiaz suoꝝ mirabilium opeꝝ atq; factoꝝ nos saluator inuitat. Quid ergo fecit nobis pro eo quod dicit: Scitis quid fecerim vobis? Non pigeat recolere beneficia bonitatis diuine. Creauit de nihilo / cum non essemus: nihil ei dedimus / ⁊ ipse preuenit nos amādo. Cui amorē nō repēdere initianti / certissima dānatio est. Creauit non ad exemplare aliquoꝝ precreatoꝝ: nō ipressit i nobis alterius creature vestigiū: sed ad imaginē ⁊ similitudinē suā ẜm aiam / nō ẜm corpus produxit in esse. Corpus ṽo ⁊ aiam ẜm formā rationis eterne atq; i vtroq; posuit: ꝙuis diuersimode sancte trinitatis vestigium in anima / in memoria ⁊ intelligētia ⁊ voluntate. Corpus ⁊ aīa / sicut oīa entitatem habentia: qꝛ sunt: qꝛ sic sunt: quia propter aliq̄d sunt: quodāmodo trinitatē exṗmunt. Et memorie / intelligētie / volūtati potētias act9 tradidit / ⁊ debita in quib9 terminarent̄ obiecta. Et aīe tradidit libertatē: angelos ad consortiuz / cetera vero ad subsidium dedit. Cicumdedit nobis mandatoꝝ atq; iustoꝝ decretoꝝ sepes: ne ab ipso efflueremur inuanū. Et cū effluximus / reuocauit nos: cū stetimus / tenuit: cū tardauimus / expectauit: factus homo pro nobis ⁊ nobis: ⁊ humanam naturam deitate decorauit atq; honorauit: nō angelos / sed semen abrae / imo peccatoris ade sine peccato suscipiēs: nā abraam ex antiqua origine semen erat ade. Conuersationē fecit inter nos / velut homo absq; peccato: ⁊ prerogauit exemplū. Docuit nos viā ascēsionis in celum / ⁊ in mōtibus et planicie atq; loco cāpestri. In domibus / i synagogis / ⁊ tēplo eructauit verba bona / ⁊ supernā ab eterno ṗfinitā doctrinaz. Sanauit lāguores: suscitauit mortuos: dimisit peccata penitentib9: ⁊ per potentiā quā exercuit in corporib9 / qualē aut quā potentiā in animabus sanandis haberet / ostendit. Oīa fecit nobis / que fecit in seipso pro nobis. Alte memorationis est verbum: Scitis quid fecerim vobis? Humiliter natus est: nec in propria ede: cū quo est egressa paupertas / vilitas atq; despectus. Artissima loca inhabitās / qui celoꝝ amplitudinem fecit. Uagit creator angeloꝝ / et beatoruz leticia. Mutescit factor disertaꝝ linguarū. Stringitur fasciis tota faciendi libertas. Dispergit̄ sanguine iuxta legis ritum: qui super legē / et dominus legis erat. Offertur in templo conditor templi. Fugit in egyptū securitas angelorum et hoim. Pauet qui demonum venerat auferre pauorē. Cedit regib9 rex regū et dominus dominantiū. Eternus a tēporali faciē auertit per fugaz. Uiuit in peregre / qui supernam patriaz fecit. Habitat in domib9 peccatorū domificator mūdi. Aliena stipe ꝑ maternū lucrū / acu / colu: aut per paternū / securi / ascia / dolabro / terebello quesituz: siue stipe captata ꝑ questū vita oīm viuit. In iudea rediens / viuebat ꝑ idem. Baptizatus pro nobis ⁊ nobis est. Dira ieiunia passus / ⁊ tentationē male audacis spiritus. Discurrens absq; subiugalibus / absq; currib9 ⁊ nitidis eq̄s: nec nisi semel i terris fuit delatus aliquando. Tota vita ei9 paupertatis / vilitatis / laboris / penalitatis verā gestabat effigiē: propriis domiciliis ⁊ larib9 carens: ⁊ deuitās diuitum ⁊ potentū conuent9. Nihil mūdane dignitatis in vita sua cōmiscens: ne videretur humana potētia seculū presens ad se velle cōuertere. Nulli nociuus: omnibus prout in ipso erat / placidus ⁊ amabilis erat: sed nec eum patiebatur humana ꝓteruia. Sellas / cathedras / stratoria / tapetia / lectoꝝ mollicie ⁊ ornatum atq; vestimentorum nunq̄ legimus habuisse. Cesariez gestabat incultā / faciez illotam: nec cultui corpis intendit aliquādo: zetas pictas aut schematib9 fultas nō habuit: nec archiua clausa: quoꝝ possessio denotat ꝓpriū: ⁊ charitati facit iniuriaz: q̄ thesaurisare oīo nō nouit / nec clauib9 vti. Quicquid esse potuit humane atq; mundane cōplacētie / seu delectationis atq; honoris: a seipso christus abegit. Quicquid vero potuisset esse virtut̄ perfecte suscepit / humiliatus vsq; ad plebeiorū pedes. A quib9 surgens dicit apl̄is: Scitis quid fecerim vobis? Utinā sonet hec vox adhuc in auribus nostris: vt sciamus quid fecerit nobis. Et intelligebat̄ in illa voce quod ꝑfecturus ꝑ illis erat ⁊ omnib9 gētibus / ⁊ pro posteris nobis / atq; pro venturis transeuntibus nobis. Proinde nō siler illa vox: sed semꝑ ab eo tēpore quo emissa fuit / clamauit / clamat atq; clamabit: Scitis quid fecerim vobis? Et addendo q̄d fecerit / post q̄ emisit cōsecrabat corpus suū. Orauit in sudore sanguineo: captus ⁊ ligatus est: tribunalibus traditus penis: ⁊ a ꝓpriis exactus ⁊ crucifix9 est mortuus / ⁊ sepultus est: resurrexit / ⁊ reuisus est: ascendit in celū / ⁊ spiritū sanctū largitus est. Scimus ergo quid fecerit nobis: ac per hoc hec sciētia velit nolit / tenet oēz hominē inexcusabiliter atq; totaliter debitorē. Hec scientia scripta in tabulis cordis / in lamina ratiōis / in charta memorie / a peccatis auertit ⁊ innectit virtutibus. Hec scientia dignū celesti magisterio facit: hec scientia de dyscolo facit discipulū / ⁊ de discipulo quādoq; magistrum. Hec sciētia sophismata queq; nō timet: nō veretur corā regib9 loqui: paruipēdit terrenos principes: demones terret: scholarizat cū angelis: ⁊ eruit ab inferis: collocat in supernis. Hec sciētia querit solertē: petit actiuum: deuitat ignauū: gratū vult: cōdemnat ingratuz. Hec sciētia tūc coalescit / cū opib9 vacat: tūc ꝑficitur / cū totū esse nostrū reddit̄ ei q̄ sciētiā a nobis expedit suoꝝ factoꝝ / dicēs: Scit̄ q̄d fecerim vobis? Et adiecit: [Uos vocatis me magister et domine: ⁊ bene dicit̄: sum etenī.] Magister erat supne doctrine atq; scibiliū oīm / ⁊ dn̄s vniuersoꝝ. Tūc statim humilitatē seruilē ⁊ humilē seruitutē quā corā ipsis ostēderat / ꝑ sui cōparationē ad exēplū eoꝝ factiōis intorsit / dicēs: [Si ego laui pedes vr̄os dn̄s et magr̄] quez esse me ṽe cōfessi est̄: [et vos debet̄ alter alterius lauare pedes:] vt quod fecit de9 / si pōt faciat hō: quod fecit dn̄s / faciat ẜu9: quod fecit celi et terre ipator / faciat q̄cūq; terre senator: quod

Luce

Joannis

fecit excelsus / faciat humilis: quod fecit magister / exequaꝛ discipulus. Quod fecit christ⁹ / nullus dedignatur facere christianus: vt vsq; ad pedes inclineꝛ humilitas christiana: ꝛ abluat si q̇s potest actu ꝛ theoria sordes ab hominib⁹ turpātiū peccatoꝝ. Rationē humiliū actionū etiaz comparatione subnexuit / dicēs: [Amē amē dico vobis: q̄ꝛ non est seruus maior dño suo: neq; apostolus maior eo q̇ misit eū. Si scitis hec: beati eritis si feceritis ea.] Ut luce clarius pateat quod superius dixerit / scitꝭ q̇d fecerim vobis: vt scientia reducaꝛ oīno ad actū: q̄ꝛ nō beat⁹ qui nouit / sed qui quod nouerit fecerit. Nā ip̄e dñs ꝛ saluator / cui⁹ irrefragabilis est sententia / non dixit: Beati eritis / si scitis: sed beati eritis / si feceritis. Ad actionē monet: ꝛ ad vitā agēdā v̄bis ꝛ factis inuitat dñs ꝛ magister. Actiua scientia / quā dicim⁹ christianā / fructificauit ex actu aut ex dilectione ip̄ius ꝛ agēdaꝝ p ip̄aꝫ: si pbabiliter deficit agenda potentia: q̄uis etiā sint aīe p̄ter corpus multiplices actiōes / sursū ferētes agētē: q̄ p̄ter corp⁹ ptinere possunt ad istā sentētiā saluatoris / q̇ dicit: beati eritis si feceritꝭ ea. Sūt eñ aliq̄ scienda q̄ in actionez nullo modo deueniunt nec deuenire iubentur / aut cadūt sub cōsilio factionis. Aliqua v̄o scienda in actionem veniūt ex p̄cepto: que in actū nō deducere fabricāt in gehēnam pallētes atq; teterrimas sedes: sed ordinare in actum lucidas parant sedes. Aliqua v̄o veniūt ex cōsilio: que ad actionē inflectere ad altiores edes subuehunꝛ actiui. Unde dicitur: Beati eritis si feceritis ea. In actionē nr̄am nullo pacto venire debet sciētia mysterioꝝ dei ꝛ altissimorum operū ei⁹: que operatus est ab initio vsq; in p̄senis / et operabiꝛ vsq; in futuruꝫ: quā habemus per fidē. Scientia vero mandatoꝝ dei ꝛ cōsilioꝝ ꝛ morū pioꝝ debet oīno venire in actū vtriusq; hoīs: aut solū alterius / reliquo i ope succūbēte. Hāc sciētiā expetiuit Salomō: vt i ea ipse fieret laboriosus atq; actiu⁹. Inq̇t eñ: Mitte illā sapiē-
Sap. 9. tiā de celis sc̄tis tuis / ꝛ a sede magnitudinis tue: vt mecū sit ꝛ mecū laboret: vt sciā q̇d acceptū sit corā te oñi tp̄e. Scit eñ illa oīa ꝛ intelligit: ꝛ deducet me in operib⁹ meis sobrie: ꝛ custodiet me i sua potētia: ꝛ erūt accepta opera mea. Que v̄ba siquidē ad intellectū veritatꝭ relata / sciētia beatifica petiꝛ: que tūc beatificat cū deuenit ad actū. Nā thesaurus abscōditus et scientia abscōdita / que vtilitas in vtrisq;? Non solū aūt abscondita est sciētia si nō docēdo effundiꝛ: sed abscōdita est si nō fit morale quod sciꝛ. Uerūtñ q̄uis de spūs sancti licentia etiā seruata littere v̄itate / ad multa disserēda in scripturꝭ sanctis ex vna scriptura possit intellect⁹ libere ꝛ vtiliter puagare: applicatā tñ locutionē in oñib⁹ scripturis oportet p̄intēdere. Nā sic saluator de sciētia humilitatꝭ visus est disserere: que in aīo ꝛ in oñibus actionibus est suo exēplo seruāda. Premiserat eñ: Exēplum eñ dedi vobis: vt queādmodū ego feci vobis / ita ꝛ vos aliis faciatis: q̄ꝛ non est seruus maior domino suo; neq; apostolus maior eo q̇ misit eum. Nos serui / ipse dominus: nō homo purus / sed deus ꝛ homo verus: nos mortales / ipse imortalis: nos ex nihilo / ille ab eterno: nos missi / ille v̄o mittēs. Nullo igiꝛ tumore cordis / nulla reputatione p̄prie mētis / nullo pauore rumoris / nullo pauore forinseco retrahaꝛ aliq̇d agere seruus / vbi dñm p̄uiū habet: neq; discipulus dedignetur magistrū psequi precedentem: neq; filius p̄euntē patrē: vbi ad bonū atq; virtutē iter est atq; gradatio. Neq; creat⁹ ex nihilo ꝛ ex sanguine diuino redēptus / nullis interpositionibus reuersetur seq̇ hoīem deū / pandentē iter ante nos: siue per planū / aut pfundum / aut altū / aut asperū ascensum ad virtutē sectandā / ꝛ cōquirendā immarcessibilem gloriam: quā repromisit Christus diligentib⁹ atq; sequētib⁹ se. Supbire / diabolicum vitiū est: nō supbire / initiū est virtutis: Humiliari v̄o in deiectis actionibus / prudentia est atq; securissima virtus: nō humiliari ad que humiliatus est christus / negatio est ei⁹. Abhorritio ꝛ vilipensio morū christi / negatio certissima Christi est. Satis abhorret q̇ sequelam auertit. Cōquerebaꝛ iob de sua vxore / dicēs: Halitū meū abhorruit vxor mea. Job. 19. Halitus christi doctrīa ei⁹ est: q̄ nos ad humilitatem agibiliū moꝝ inuitat. Cuius halitū abhorret aīa vxor per fidem: sed despiciēs christi humilē infirmitatē ꝛ volūtariā atq; infimaꝫ humilitatez. Uera humilitas ad quā nos saluator inuitat: exceptuatiōis regulas oīno nō didicit: neq; i passiōib⁹ / ignominiis / obsequiis / actiōibus / moribus publicis siue puatꝭ / aliq̇d exceptuabit aut exclusit aliqñ. Uorago insatiabilis est humilitas: in se recipiēs insatiabiliter aq̄ꝝ riuulos turbidos siue claros. Eq̄nimiter splendētia ꝛ vilia suscipit ad agendū: cū infallibilis p̄ceptoris nouerit voluntatē. Oneriferum anīal est humilitas: supimposita nō discernēs: vtrū despicabilitas aut p̄ciositas sit in eis. Uera humilitas semp sibi securitatē ascisit: vt inter picula et queq; despecta p̄euntē ducē irretrouersibiliter subsequaꝛ. Uidi canē sup mergētes ꝛ inundātes aq̄s ꝛ torrētes sequētem dñm: ꝛ morti se dare si nō potuit sequi. Et p cenū ꝛ sterquilinia per aspera ꝛ plana dominum sequebatur canis fidelis: canis fidelis / humilitas vera. Qui etiam cum maledictis atq; verberibus non repetit domum: appetens quodā instinctu fidei naturalis magis vestigare patronū. Excellētia odorat⁹ sepe nō visum sequiꝛ / quousq; sequatur per proprium visum: ꝛ ad vocem non visi domini se violentat ad cursum: quousq; pueniat ꝛ insiliat in predā. Uerberat⁹ nō minuit fidē: nec cessat a gubernantis sequela. His typis vera humilitas fit ad Christū: quā si scimus / beati erim⁹ si fecerim⁹ eā.

Pie credimus: q̄ post agnum typicuꝫ ꝛ pedū lotionē ad corpis sit mysteriū aduentū: q̄uis ab euāgelistis aliter texaꝛ ordo illoꝝ / q̄ gestarū reꝝ. Sed nec absurde creditur / q̄ ad susceptionē tāti mysterii siue sacramēti precesserit apostolorū mundatio. Expedit enim omni munditia preornatum fieri suscipere talia

1.Corin.11. sacramēta volentem. Dicit enim apostolus: ꝙ
qui manducat ⁊ bibit indigne/iudiciū sibi man-
ducat ⁊ bibit. Magna est indignitas/vbi mun-
datio non ꝑcessit. Mēsa nanqꝫ paschalis agni
adhuc more solito stabat/ exceptis comestis.
Et de pane azymo ⁊ de vino remanserat ab esu
agni paschalis: ex quibus christus sui corpis
sacramēta ꝯfecit: nec aliūde alius adductus est
azymus panis/ aut vinuꝫ delatum. Catinus ad
huc erat in mensa/ in quo forte intinxit buccel-
lam ꝓditori porrectā in signū/cum ceteris cor
pus ⁊ sanguinē suum verissimū daret: vt ista in-
tinctio ſm aliquos/ facta sit eo tempore quo cō
secratū est corpus: non eo tempore quo come-
stus est agnus: vt Judas a corpis sacri cōione
penitus non sit exclusus. Nos aūt ordinē rei ge
ste aliter ꝓsequētes/pie dicimus saluatorem re
cubuisse cum ceteris apostolis in comestione
agni paschalis: vbi ꝓtestatus est desyderiū co-
mestionis/tristiciam passionis: vbi de ꝓditore/
nō de ꝑsona disseruit: vbi requirenti Joanni so
Joan.13. li ꝑ intinctū panem proditorē ostendit. Deinde
lauit pedes oīm/etiā proditoris. Deinde rese-
dit ad mensam: ⁊ corpus fecit ⁊ sanguinē/⁊ tradi
dit omnibus aplīs: necdū proditor Judas abs
cesserat: qui etiam cum ceteris corpus christi ⁊
sanguinē accepit. Nam buccellam accepit in si-
gnū ⁊ ostensionē proditionis/tempore siue ho-
ra qua comestus est agnus: corpus christi acce-
pit ad confirmationē sue damnatiōis: qm̄ cū cete
ris sibi dedit iesus: nō ꝙ sibi christus ad dānati
onem dederit: sed ille ad damnatiōem accepit.
Nolebat em̄ christus ip̄m obstinatū excludere:
ne sibi soli cognitū ⁊ Joanni/ cum sua exclusio-
ne notaret: quousqꝫ ꝑ manifestū facinus seip̄m
notauerit: vbi forma ꝓrogatur omnibus/ne ꝗs-
piam quempiā sibi soli cognitū malū / quōlibet
notet: aut a ꝑticipio sacramenti excludat/ si alia
iura participij certa subueniunt. Non tamen ad
cōmunionē admittatur/cuius vita euidenter ma
la cognoscitur. Et peccatuꝫ sine delitura pecca-
ti assistit in patulo: etiam si talis cum multis ad
suscipienda sacramēta conueniat. Isto vero ce-
lebrato sacramenti mysterio/cum omnibus sur-
rexit a mensa: ⁊ volentibus hymnum dicere/scele
ratus iudas abscessit. Qui tamen stetit quousqꝫ
cognouit ex solitis/ ad hortū cū discipulis suis
volentem accedere saluatorē. Ad quē locū/nō ad
cenaculū cū cohorte atqꝫ ministris iniquitatꝭ ad
dominum capiēdum accessit: quasi certus de lo-
co conuentionis domini saluatoris. Controuer-
sias q̄ videnꝭ ex textu cōsurgere / aut text⁹ qui vi-
dentur dirupti: soluere qꝛ morib⁹ quantū possu-
mus intēdimus/nō curamus. Quāuis ip̄os ꝑfe
cte cudere nō possum⁹/nisi de mysterio ⁊ de lr̄a ⁊
ordine rei geste aliq̇d ꝓtāgamus. Proinde ista
pauca ꝓmisimus hoc mysterium sacramēti: qm̄
alibi de diuinis mysterijs dicēdi ordo coaptat.

Terū vero cū discipulis suis a mensa sur
gēs/hymnū laudis exoluit: cuius tenor
scripture que ad linguam latinam deue
nerit/cōmendatus non extitit. Sed ex hoc mos
inoleuit in sancta ecclesia: vt post comestioneꝫ a
bonis ⁊ verꝭ catholicis exoluantur gratiaꝝ debi
te actiones. Ac per hoc om̄ibus expedit indubi-
tata fide suscipere: ꝙ multa christus iesus gessit
cū apostolis atqꝫ discipulis suis/que ip̄i aut euā
geliste non mandauerunt memorie scripturarū:
sed in vita ⁊ moribus seruauerunt: a quibus vs-
qꝫ inpresentiaꝝ ad posteros deriuata fuerunt.
Proinde omnes mores sanctos atqꝫ honestos
quos nunc tenet ecclesia ⁊ ecclesiastici viri: de q̇-
bus nec euāgelium/neqꝫ apostolice actiones/ne-
qꝫ sacrarum epistolarum textus eloquiꝭ: a Chri-
sti moribus/ab apostolis ⁊ discipulis custoditis
⁊ ab ipsoꝝ morib⁹/quos post christuꝫ eas serua
re docuit spiritussanct⁹/ad nos ꝑ obseruatores
succedētes/velut per alueos indeficientiū aqua-
rum effluxisse certa ⁊ pia fide credamus. Scim⁹
ex fide scripturaꝝ gratias egisse ante ⁊ post cibū
ad deū patrē saluatorē christū: ⁊ hymnū ꝓtulisse
in laudem: sed verboꝝ tenorē scriptura sacra nō
recitat: monefit tamen nobis/vt de omnibus et
pro omnib⁹ gr̄as agamus bonoꝝ oīm largito-
ri. Sed nec ad plenuꝫ vllo in tēpore potuit quis
referre: nedū pro magnis/sed pro minimis. Dē
minimū magnū est/si estimatur magnitudo do-
nantis: ⁊ alta mente consyderatur dignatio lar-
giendi. Minimū equatur magnis muneribus/
si donanꝭ a procere: multo magis que danꝭ ab
oīm archote regnoꝝ. Nihil potest dici paruuꝫ
aut modicū quod daꝭ a deo. Hinc est/ꝙ omnia
nos ad gratiaꝝ actionē inuitant. Corporalia et
spiritualia recepimus/ ⁊ vsuꝫ ex eis captamus:
⁊ ꝓprie diuina in humanitate atqꝫ sacramentis
accepimus: ⁊ in ꝓmissione que non videnꝭ eter-
na. Hymn⁹ ex solo ꝟbo schematizauit symmas
hymnus ex corde satisfecit ex integro: ⁊ resona-
uit ꝓprietate sua in aures dn̄i sabaoth. Hymn⁹
ex corde/respōsio est amoris: solus amor respō-
det amori. Nulla respōsio thesauroꝝ equaꝭ re-
spōsioni quā facit feruidus amor. Amoris intui
tu nobis collata sunt cūcta: nihil in donarijs ꝓ-
cedendo precessit a nobis. Impensa sunt nobis
oīa/non repensa. Nos nēpe nihil impēdere pos-
sumus/sed rependere. Solus vero amor dn̄i the
saurum habet absconditū: de quo rependat pri
mo donāti: nō tn̄ de cōdigno/sed de magis pla-
cito siue grato. Hymnus cordis qui vere noscit
amor/ꝓuenit dāda: post data statim dantē laudi
bus effert. Necnō et ab extra exquiraꝭ sanctum
carmen cū hymnidici cordis plena cōcordia. Et
vltimi psalmi Dauid ad laudē inuitant: et hym-
nus fornacis triū socioꝝ Danielis: preostendē- Dan.3.
tes siue docentes de om̄ib⁹ referre gratias ⁊ lau
des altissimo creatori. Ac ꝑ hoc si oīm saluator ⁊
dn̄s hymnū cū apostolis dixit suo miro ⁊ nobis
īcognito modo: ⁊ nos gratias ⁊ hymnos sibi de
om̄ibus referamus nostro possibili modo: nō
curiose querētes quid dixerit: sufficientē scientiā
habētes qꝛ dixit. Om̄ia em̄ ꝟba que in scriptura
sacra edidit spiritussanctus: quo etiam inspirati

locuti sūt sancti dei homines: aut eternitatē/ aut ꝓcepta/siue cōsilia/siue gesta/siue futura: siue mores aut orationes/ aut gratiaꝝactiones/ aut petitiones/aut virtutes cōmēdant: aut vitia vituperant/ aut terrent: aut spem in superis ponūt: aut laudes diuinas exoluunt. Deinū vbi determinatū aut ab ecclesia definitū dicendū aliq̄d non occurrerit seu ignorauerit hymnizare volens: quicq̄d de diuina scrīptura ꝛ de sermonib⁹ ꝛ verbis dei saluatoris nr̄i / aut apl̄ice siue canonice scrīpture/ vel quicq̄d pri⁹ in mētē venerit depromat: et pro hymno cōputabit deo grato/dicēti ꝓficuo. Intētiones eñ ꝛ feruidū aīm plusq̄ v̄ba pēsat altissimus: etiā intelligit que nō intelligim⁹. Quo hymno dicto ꝛ sermone instructionū diuinaꝛ

Io.16. ꝓhabito surrexerunt/dicente dn̄o: [Surgite eamus hinc: ꝛ exierunt in montē oliueti.] Excitat dn̄s imperio v̄bi sui tepidas hoīm mētes: et squalētes virtute miris ꝛ inuisibilibus modis sepe cōfortat ꝛ reuocat vigorē/ quē timor nondum a ꝑfecta charitate dimissus expulerat. Stabant eñ apostoli velut attoniti ex v̄bis dn̄i/ q̄ in ꝓximo tradendus esset/ corꝑe simul ꝛ mēte pallētes. Proinde dn̄s v̄bū excitatiuū emisit/dicēs: Surgite eamus hinc. Quod ꝛ factū est. Nō dixit dominus: surgamus ꝛ eamus /sed surgite eamus. Nō erat dominus cōsternatus ī aīo: nec iacebat timore cōpressus. Naꝫ nulla passio veniebat ad eum: nisi ꝑmissa venire ab ip̄o/scꝫ q̄ a virtute diuina in omnib⁹ agebat. Erectus erat anim⁹ ei⁹ ꝛ suspensus stabat ad magnificū opus. Non sic cūbebat aīo passionib⁹: q̄uis corꝑe voluerit plene subire. Surgere nō oportet q̄ mente non cecidit. Qui vero animo iacet/aīo surgat. Et q̄ corpore corruit/de remedio sibi prouideat. Qui nō cecidit/prostratis audacius loqui potest/ ꝛ sollicitare iacētes. Nō ergo dn̄s ad surgendū semetipsum inuitat: nullū ꝑfecto nouerat casum: sed ad eundem cū alijs se cōnumerat/paratus semꝑ adiuuare in oēm salutiferā actionē. Surrexerūt a loco cenaculi: vbi noua ꝛ vetera sunt pacta. Relinquenda in fine sunt oīa: ꝛ ad montem luminū indeficientiuꝫ est pergendum. Profectus ad potiora virtutū in operib⁹ christi semꝑ attēdit: vt post actiōes mirificas ꝛ post oēm iusticiā operū/alta secreta petamus: mōtē scꝫ lucis inuisibiliter interlucētis cordib⁹ amicātiū veritati. Sed nihil relinquendū/nisi cōparatione maiorū: nec mutāda sūt loca ꝓ libito: etiā si displiceāt/ vt incepta nostris actib⁹ videant: nisi aptioꝝ locoꝝ fuerit ante facta ꝓuisio. Signū est leuitatis ꝛ incōstātis mētis indiciū/dū improuise loca mutant. Nulla mutatio fit ad min⁹ nec ad eq̄le: ad id vero quod pluris est/ ratio sana cōcedit. Nō fit ꝓcessus ad eq̄les ꝛ maiores delitias: ad minores vtiq̄ fiat. Nec amena ꝓ eq̄liter amenis aut magis dimittere dixi virtutē: imo fragilitatē ꝛ vitiū appellaui. Aspera vero petere/priuata delitijs dici ꝑfectum. Ciuitatē ꝓ ciuitate/domū ꝓ domo/ nisi ꝓ deuitāda noticia / sine necessitate vrgēte cōmutare opus est histrionum: pro moribus vero christianitatis est virtus. Magnā deceptionē etiā in his qui se a mūdo abdicauerūt/in mutationibus locoꝝ operati sunt demones: ꝛ multe v̄tutes ab hominib⁹ perierūt. Quoꝝ aliquos deceperūt/ p̄tēdētes solitudinis bonū: quod nō rationabiliter exequētes/reuocauerūt ad ꝓpria: ꝛ facta sunt in reuocatis nouissima peiora prioribus. Et occulto/sed iustissimo iudicio dei agit vt peior sit apostata ꝛ resiliēs a v̄tute: q̄ q̄ nō admisit ad fortia/siue man⁹ ad aratrū. Et petr⁹ in canonica sua dicit: Meli⁹ erat illis nō cognoscere viā iusticie: q̄ post cognitionē retrorsum conuerti: ꝛ ab eo quod illis traditū est sancto mādato. 2.Pet.2 Necnō in plurib⁹ actionib⁹ hec sententia locum habet. Aliquos vagari fecerunt vanitate videri atq̄ videndi: cū actib⁹ q̄ videbantur virtute pollere: sed a v̄itate pallebāt oīo: ꝛ ruinā inuisibilē fecerūt atq̄ iacturā. Nec potuit esse medela: q꞉ inaniter gloriādi ꝛ fame vir⁹ intrinsece corruptū īfecerat. Aliquos sepe trāsferri fecerūt de locis diuinis cultibus aptis: p̄supponentes importabilitatem consortij atq̄ sodalis: aut p̄tēdentes meliores ꝛ ducez ꝓuidiorē. Et ignorabāt q̄ aut ab impatientia mentis/ aut a vanitate sp̄us agebant: nec fructum virtutis perceperūt ī oīni vita sua. Siccat eñ plāta que sepe trāsfert/ antē q̄ radices emittat: etiā si loco in optimo sit plātata. Tutius esset nempe modicū bonū in quopiam loco assidue oꝑari: q̄ sepe trāsferri melioris respectu. Multi hoc intuitu perdiderunt bonū nec melius inuenerunt. Aliquos velamine charitatis ad ꝓximos retrouerterūt: et cū pereūtib⁹ perierūt. Aliquos spe subuentionum velut ꝓuidos ad futura/reduxerūt ad ciuitates vel prope. Supponūt eñ illi laruales infirmitates adesse: peregrinos oportere suscipe: nec eē oīno expediens multo fatigari conamine itineris siue quest⁹/ ob mētis dispersionē vitandā: sed optimū esse si cito quesita subueniāt. Et facti sunt ex multis sub ortis causis de monachis seculares. Et q̄ erant domestici dei/propter syluestritatē mundi: facti sunt syluestri dei ob domesticitatē sancti. Cautele spectaculū ꝓ cura rei familiaris ad terrā deposuit rationales aues. Et intellectualibus argumētis iā celo vicinas recuruauerūt ad infima: velut vultures ꝛ miluos ad cadauera bestiaꝝ. Acutissimis argumētis moliuntur immanes aduersus incautos in trāsmutatione locoꝝ. Et eo artius tentant: quo diuina placita magis impedire nouerunt: aut in maiora nefanda demergere potuerūt. Aduersus q̄ machinamenta cautela maxima opus est: ne sterilis aut nulla siue cōciliatiua peccati sit trāsmutatio loci. Exēplum Christi penit⁹ capiam⁹: qui de sionitica arce / de hierusalem septa muris magnificis egressus est cū discipulis suis in mōtē oliueti: vbi nō sentirent impedimenta ledentia. Surgendū est absq̄ odio ab his que minoritatis habent genimina: ꝛ ad illa procedere que fructum quietiorem ꝛ vberiorē gignūt/penitus non tardemus. Mons oliue in quē christus secessit/sepe fata mysteria/ virtutem

insubmergibilem a curis mūdi ⁊ a defluētibꝰ re-
bus dicit. Superfert eñ omnibꝰ liquoribꝰ oleū
⁊ si liquor quispiam superfundat aut ipsum sup
iaciatur liquoribꝰ/ sua ꝓprietate semper enatat.
Necnon ⁊ leticiam mentis insinuat: quaz in his
que agimus aut patimur/ optet habere atq; in-
termiscere agēdis. Et de christo ꝓphetatus ē ser
Psal.44. mo: Unxit te deus tuus oleo leticie. Alia littera/
exultatiōis habet. Proinde saluator proximus
passiōi/ sed statim magis capiendus/ ad montē
visitat oliuaꝝ: vt aīo leto ꝓcedere se mōstret ad
penas: Quis alia causā quandā tristitiā ad eū ꝑ-
misisset accedere. Inuenimus etiā mēbra capitꝭ
nostri sequētia ipm/ atq; in passiōibꝰ imitantia/
letanter ⁊ magno tripudio accessisse ad oppro-
bria/ carceres siue penas: et pro gloria cōputasse
torturā: ⁊ mentis iubilo mortis sentētiam susce-
pisse. Qua ꝓrogatione monemur: vt in oībꝰ
pro christo factis aut toleratis internā leticiā ha
beamus. Letat legitimus miles belloꝝ ictus sus
cepisse pro rege: Quis dolor corporꝭ afficiat. Et
actionibus laboriosis exultat is q̄ ꝓceribꝰ serui
re decreuit. Gaudiū existimat inuenisse penalia/
q̄ totū se altissimo mācipauit. Nouit eñ aliquid
apud eū deperire nō posse: nec ꝑdere aliq̄d putat
si ꝑ christo mēbrū aut tota vita corpis adimat.
Magnā porro fides ingerit de ratiōe leticiam.
Jacobi.1. Ex hoc Jacobus in canonica sua dicit: Oē gau
diū existimate fratres/ cū ī varias tētationes in-
Actuū.2. cideritis. Et ī apostolicis actibꝰ scribitur: Ibāt
apostoli gaudentes a cōspectu cōsilij: qm̄ digni
habiti sunt ꝑ noīe Jesu cōtumeliā pati. Exēplo
igit christi/ qui passurus in proximo exultatiōis
olei exiuit in montē: in agēdis ⁊ tolerādis ⁊ ī ab-
negationibus voluntatum/ mentis gaudio mu-
niamur. Nempe incassum itur/ si in his que pro
christo iubemur agere/ cogimur atq; pati/ oleuz
exultationis defuerit/ aut montē non visitaueri-
mus oliuarum: vt leticia exuberans cōdimētum
actionibus atq; passiōibus prestet. Et velut ole
um mitescere facit vndas: sic ipse leuigat passio
nes atq; videtur amenare torturas. Igit lauda-
bilis ⁊ imitabilis est saluatoris exitus in oliuaꝝ
montem: in quo sermonem discipulis fecit oēm
continentem plenitudinem bonitatis: quē ordo
dicendi alibi sertum tenet.

Consummato ꝟo sermone/ quē in pede
montis oliueti saluator discipulis fece-
rat/ cū eis egreditur a monte: transgredi
Joan.18 ens quendā torrentē/ a cedris iuxta plā-
tatis sic nominatū. Et ꝑuenit ad locū vbi hortꝰ
erat meditationi ⁊ oratiōibꝰ aptꝰ: ⁊ ꝑ tēpore la-
chrymis fundēdis amicus: in quē sepe saluator
cōuenerat cū discipulis suis. Multa peritia opꝰ
est ex omnibus mores colligere: sed de celo mini-
strat altissimus intelligendi hominibus faculta
tem. Ordo gestorum christi ordinatissimus est:
nec habet ex aliqua parte calumniam. Et iure di
uinarum causarum sua gesta succedunt. Trāsgre
ditur torrētem post sermonem almificum/ vt ser-
mo validior ex operibus ostendatur. Torrēs nē

pe subita ⁊ improuisa ⁊ irreparabilis inundatio
est aquarū: non ex vena perpetua/ sed ex aq̄s plu
uialibus veniēs/ cito defluēs: aq̄ modica siue nul
la/ relinquens alueum humectatum. Trāsit sal
uator torrentem/ libertate corporis atq; mētis.
Et retransit more latronico captus liber mēte/
sed corpore cōpeditus: sua tamen voluntate/ nō
alterius potestate: vt primus transitus sit libera
dispositio animi ad futura tormenta: secundus
sit executio tormentorum/ vbiq; mentis liberta-
te seruata. Torrens subitam et defluentē cito tri-
bulationem insinuat: de qua pro Christo dauid
multo ante predixerat: De torrēte in via bibet: Psal.109.
propterea exaltabit caput. Omnia breuitatē ma
lorum insinuāt. Nō eñ durabilia sunt mūdi ma
la in aliquo: quoniā homo diu durare nō potest
etiā in delitijs: neduz hominem a vita propellūt
⁊ tolerari non possunt. Respectu vero illoꝝ eter-
norum ad que fideliū suspirat affectꝰ: mille anni
nec vna minutia sunt hore mergentis. Uere bo
na ⁊ mundi mala defluunt/ velut in conuallibus
torrens. Transitur ⁊ non sistitur in torrente. Tor
rens sepe deorsum defluit/ ⁊ homo peditās tran-
sit: vt ille nō intumescat: ille moraz nō faciat: ille
deorsum repēte defluat: ille dextrorsum aut sini-
strorsum cito ꝑtrāseat. Defluxit torrens tribula
tionū ⁊ passionū christi: ⁊ ipse pertransiuit ꝑ euz
ad gloriā. Quod ad hebreos testatur apostolꝰ:
Uidimus iesum per passionē mortꝭ gloria ⁊ ho Hebre.2.
nore coronatū. Defluxit torrēs tribulationum
apl'oꝝ ⁊ martyrum. Defluxit torrens persecutio
nū imperatoꝝ/ regū/ ⁊ principū ⁊ tyrannorū/ ad-
uersantiū oīm regi christo. Et trāsierūt q̄ plurimi
gloria ⁊ honore coronati. Defluxit torrēs primi
tiuorum patrū: q̄ se ab oīni mundo abdicauerunt:
colentiū nemora/ crucifigentiū volūtarie in ab-
stinentijs corpora: ⁊ ipsi ad culmen palmiferum
transierunt. Intersecat torrentem qui transit: vt
pars ab inferiori ad sua receptacula currat: pars
vero desup veniēs festine trāseuntē non tangat.
Festine q̄ppe oīs hō trāsit: cū vite breuitas oīo
cito exire cōpellit. Inquit eñ Job: Breues di- Job.14.
es hominis sunt.. Et alibi: Dies mei velocꝰ trā Job.7.
sierunt: q̄ a texente tela succiditur. Transitus
semper ad aliud est. Proinde si transit/ non sisti
tur: si sistitur/ non trāsitur. Et in via nō in termi-
no bibitur de torrēte. Omēs eñ in via sumus/ ⁊
certissime ad prefinitum terminū properamus:
vbi eterne aut potabimur de torrente diuine dul
cedinis nō defluente: aut inebriamur in eternum
aq̄ tartarea permanente. Ecce q̄ saluator trāsit ⁊
retrāsit: vt passio corporis veri ⁊ mystici in qua
dam significatione quid actū aut agenduz sit ex
ipa subsistat. Hūc eundē torrentē cedron fert trā 2.Reg.15.
sisse dauid: cū egrederet de hierusalē fugiēs a fa
cie absolon filij sui. Quod ꝓpter allegoriā mo-
res moribus coniunguntur: vt tribulatio capitꝭ
⁊ mēbroꝝ adūbrato mysterio ꝓcederet ī dauid:
q̄ patienter illam sustinuit persecutionem/ citam
sperans reuocationem. Cui omnia disponebat
in manu altissimi; a quo nihil procedit iniustuz;

nihilqꝫ ꝑmittitꝛ i seruis eiꝰ quod ad meritū tole
rari nō possit: ꝛ quod cito nō transeat / vt eiꝰ ele-
ctio salua fiat. Nā ꝓpter electos deꝰ sepe aut ho
mines cito subtrahit: aut leue videri facit / quod
ꝑ crudelitatē alioꝝ infertꝛ: aut dies tribulationū
abbreuiat. Optimū est in moribus tribulari ad
horā / ꝛ ꝑsecutionē comicā pati. Exhauritꝛ enim
3.Re.15 aqua vite / si humiliter toleratꝛ. In eodē ꝟo tor-
rente simulachrū turpissimū cōbustū est ab asa
rege hierusalē: vt oīs turpitudo peccati ꝛ falsa
similitudo atqꝫ simulatio male vite / passiōibus
Gen.26 ꝓ christo ab hoībus cōburatꝛ. Isaac cū foderet
in torrente / inuenit aquā viuā. Fodere in torrē-
te / humilitatē ꝓfundā seruare in passionibꝰ est.
Jo.4 Unde aqua viua exoritur: quā samaritane / id est
ecclesie dn̄s ꝛ saluator oīm offerebat. Aqua vi-
ua / gratia indeficiēs est: ꝛ supna beatitudo atqꝫ
celestis. Expedit oīno fodere in torrēte: humi-
lē scꝫ fieri eū q̄ ꝓ christo disposuit aut cogitꝛ ad
uersi aliquid tolerare. Remittit ad altissima / ꝓ
funda humilitas in aduersis. Quia quo ꝓfun-
dior radix / eo arbor surgit in altū. Et iuxta tor-
Nu.13 rentē exploratores quos in terrā ꝓmissionis mi
serat moyses / absciderunt palmitē botri: quia i
tribulationibꝰ inuenitꝛ vinea virtutū: vnde chri
stus vitis vere cōquiritꝛ. At qꝛ signanter legimꝰ
iesum egressum trans torrentem cedroꝝ: hec ar
bor magnū nobis in moribus ꝛ tribulationibꝰ
innuit sacramētū. Est enim alta ꝛ imputribilis:
cuius odore fugantꝛ etiā serpentes. Coaptantur
ista ꝑ mores ꝛ merita his qui torrentes tribula
tionū ꝓ christo transire disponunt siue cogun-
tur. Si ꝟo linguā hebraicā sequimur / intellectū
aliū capiemus. Nā lingua hebraica cedron / te-
nebre aut obumbratio interpretatꝛ: vt torrētem
tenebraꝝ peccatoꝝ ꝛ ignorātiaꝝ trāseamus: quē
cū transimꝰ / ꝛ ꝑuenimus ad christū seu ecclesiā.

Post quē transitū saluator venit in hortum.
Uere ꝑuenit in delitiarū hortū / q̄ ꝓ hominibꝰ
pati ꝛ mori delitias cōputabat. Uenit in hortū
ꝓ oībus hortus. Uenit in hortū de cuius mor-
te vita nobis penitus oritꝛ. Uenit in hortum ca
piendus in horto: q̄ in oriente voluptatis plan
Gen.2 tauerat hortū: in quo liberū posuerat adā de ter
ra iam ortum. In horto a diabolo capitꝛ adam:
ꝛ christꝰ a iudeis ligatꝛ in horto: vt sit similitu-
do satisfactionis ad culpā. Hortus ab oriendo
est dictus. Et christus de nouo semꝑ nouit cre-
dentibus oritꝛ. Hortus ad quē iesus ingreditur
Cant.4 ecclesia ē: q̄ cōclusus fertꝛ. Scriptura dicit: Hor
tus cōclusus / soror mea sponsa. De sua ecclesia
ista verba enigmatice loquitꝛ spūssanctꝰ: ad quā
miro ꝛ ineffabili modo ingressus est christꝰ. In
grediamur ꝛ nos hortū cōclusum sepibꝰ ange-
loꝝ / ꝓceptoꝝ ꝛ cōsilioꝝ dei. Ut concludamur / di
uinis sepibus necessariū est: si salutē oībus posi-
tā obtinere cōtendimus. Uagari siq̄dē ꝑ ꝑnici-
osa licētia: nō ꝓmiū / sed dānationē sortitꝛ. Sunt
delitie paganoꝝ ꝛ infideliū / sed nō cōcluse. Sūt
delitie pctōꝝ / sed nō cōcluse. Sunt veroꝝ chri-
stianoꝝ / sed cōcluse. Hortus cōclusus est paradi
sus ecclesie: vagari nō licet. Delitie christiano
rū debitos fines habēt: certis limitibꝰ cōcludū-
tur. Incursibꝰ demonū patet / q̄ nō stat in hor-
to cōcluso. Oīa in ecclesia diuinis legibꝰ cō-
cluduntꝛ. Que aūt cōclusa nō sunt / de christi ec-
clesia oīno nō sunt. Hortus cōclusus oīs est vir
tus. A vitijs quodāmōdo cōcluditꝛ virtus: alios
cōfines oīno nō nouit. Qui moratꝛ i illa / nō igre
ditꝛ terminos vitioꝝ. Sed ad illā nō celebratꝛ in-
gressus / ꝙ diu in terra vitioꝝ mora cōtrahitur.
Si ab illa fiat egressus / ad regionē tenditur viti
orum. Nemo a vitio egreditꝛ / nisi hortū ingredi
atur cōclusum. Nemo ab horto cōcluso recedit
q̄ nō intret cōfinia vitioꝝ. Cōcluditꝛ etiā oīs vir-
tus regulis aut materijs veritatis. Hortus con
clusus oīs canonica vita: q̄ sanctoꝝ patrum de-
cretis ꝯclusa tanꝙ sepibus manet. Sed ve has
sepes dissipantis. Dicit eñ scriptura: Qui dissi Eccle.10
pat sepē / mordebit eū coluber. Et christꝰ orat
ꝓfunde ad patrē in horto ꝯcluso. Nō enim expe
dit ꝑ deuia queqꝫ vagari hoīem orare volentē.
Intrat deus hō in hortū ꝯclusum / nō tñ ipe cō
clusus: ꝛ egreditꝛ nō exclusus: vbiqꝫ suo ieffabi
li mō manet. Nec legibꝰ ipse subijcitꝛ: sꝫ suis mo
ribus ꝛ exēplis ad hortū delitiaꝝ scꝫ delectabi-
liū ꝛ sursum ferentiū virtutū / humanū genus in
uitat: vt in horto cōcluso maneat: a quo ꝑ culpā
ꝓpriam exclusit adam. Hortus delitiaꝝ erat pa
radisus: in quo modicū stetit adā. Paradisus
in nostra lingua hortū sonat. In quo multipli-
candū erat genus humanū: ꝛ ab illo ad loca su-
percelestia inferēdū: nisi miser peccasset adam
ꝛ se atqꝫ totā futurā sobolē ab illo exclusisset in
penas. Cōclusus erat hortus ille diuina ꝛ facili
lege ne vetitum ederetꝛ: ꝛ eo fuit culpa grauior /
quo facilius diuinū ꝓceptum poterat custodiri.
Nunc ipe idem manet oīno cōclusus in possibi
litate redeundi: his dūtaxat exceptis / q̄ omini-
tus sunt ingressi: quoꝝ nisi duos ex fide non no
uit ecclesia / enoch videlicet ꝛ heliam: ꝙuis mul
tos tenere atqꝫ concludere potuerit ibi / ꝛ possit
diuina potētia / siue i corꝑe aut extra corpꝰ / vsqꝫ
ad diē iudicij aut ad aliud ꝓfinitū tēpus: siue in-
nocētes aut quos sibi placuerit ibidē quodāmo
do ꝓmiare aut fouere gremio molliori. Quod
credere / a fide nō est absonū: neqꝫ meritoriū siue
demeritū. Hortus cōclusus / ordo viuendi ꝑ ori-
ginalē iusticiā: a quo licentiatus nemini patet
egressus: a quo si q̄s egreditꝛ / in aliquā labitꝛ cul-
pam: sed nō impunitā. Nā famosum ꝛ ꝓuiū di-
luuiū insinuat omnibus posteris / ꝙ illi ꝓmi ho-
mines mūdi originalis egressi fuerant ab horto
iusticie originalis: q̄ tam seuiter iustissime sunt
puniti. Oīs enim caro corruperat viam suam. Gen.6
Hortus cōclusus ordo viuendi ꝑ legē mosaicā:
ordo viuendi hortus est / quē deus in ꝓmeuo cō
ditionis humane originali iusticia circūclusit.
Cui sepe ista manēte / sepē acerrimā mandatoꝝ /
sacrificioꝝ ꝛ cerimoniaꝝ circūdedit. Conclusio
ꝟo illa sub peccato erat. Inquit enim apostolꝰ:
Conclusit scriptura oīa sub peccato: qꝛ nemo iu- Gal.3

stificabat p legē: ꝙuis infra ipam staret īclusus. Et ille hort⁹ cōclusus/aliū hortū in fide habebat inclusum. Unde apostol⁹ sequit ad pdicta: Pri⁹ anteꝙ veniret fides sub lege custodiebamur cōclusi:in ea fide q̄ reuelanda erat. Et hoc est quod Ezechiel puidit: ꝙ rota velut inclusa erat in medio rote:scȝ fides inclusa in lege tēpore gratie reuelanda. Nouissime vo cū nobis deus pater loqueret in filio:fecit nobis in ipo aliū hortū/miro ⁊ ineffabili modo cōclusum. Bon⁹ iste hort⁹/in quo p carnē ⁊ sanguinē aut humanū semē null⁹ est or:⁹. Et in carne ⁊ p carnē ort⁹ nō saluabit nisi hic fuerit ortus. Et sic ortus nō videbit summū bonū: nisi vsq͙ in finē eū tenuerit/⁊ ab ipo emiserit talis ortus. Ortus in horto pseueret i horto/si celestē appetit hortū. Hortus iste cōclusus fontē habet signatū. Ad quod in canticis sequit: Hort⁹ conclusus/fons signatus. Lector ver⁹ intelligat fontē signatū esse in horto/nō extra. Fons iste diuina largitas seu redūdantia est. Et fons erat in paradisi medio: q̄ diuidebat in q̄tuor capita/ad irrigandam vniuersam terrā. Sed signat⁹ est fons. Nā ideo cūcta signant/ne confundant cū ceteris :⁊ vt discernant a ceteris/ atq͙ vt saluefiant. Uide allegorica: vide q̄ legis morū mysteria. Hort⁹ ē cōclusus: fons est signatus. Sed quo? Signo crucis: vt null⁹ bibat/nisi crucis signum accipiat.

Ezech.9. Tau signari expedit/ quos angel⁹ exterminator seruabat illesos: ⁊ crucis signo/qui de fonte gratiaꝝ ⁊ diuine largitatis aquā bibere volunt. Fons signat⁹ est sacramentalib⁹ signis. Sunt enim sacramēta/sacratissime rei signa. Signa-

Apoca.22. tus est fons velut liber ioāni ostensus/ signat⁹ sigillis septē. Et fons ecclesie sic occultis signis manat atq͙ mysterijs. Et bene fons in horto/in quē ingredit iesus: fons scȝ ecclesie diuinā redūdans gratiā/signat⁹ dicit: vt a fontib⁹ ceteris distinguat: nā aquā emanat ⁊ sanguinē. Etenim cū orasset iesus in horto mēte pfūda/ factus est sudor ei⁹ tanꝙ gutte sanguinis decurrētis i terrā. Magnū signū est a ceteris secernēs signatū ꝙ fons sit iste sanguine⁹ atq͙ coccine⁹. Et hieri-

Jos.6. chontina meretrix signū coccineū posuit ad fenestrā/ne cū ceteris male cōfusa periret. Signū a ceteris discernēs sanguis est christi. Hoc em̄ signo atq͙ sacrificio/ab oi alio pplo secernit popul⁹ christian⁹. Et in eodē pplo pferunt/q̄ sua corpa sanguine pprio signauerūt. Nullū euidēti⁹ christianitatis signū/ꝙ p christo sanguinē fundere. Hoc signo signata erat multitudo signatoꝝ: quā Joānes euāgelista p reuelationē aspexit. Habuit paradisus orientalis ⁊ delitiarū hort⁹ plantaria sua ⁊ arbores plurimas: inter quas oberrauit adā. Habet iste hort⁹ suas emissiones: habet malapunica/fruct⁹ pomorū: habet cyprū: habet nardū: habet crocū: habet fistulā: habȝ cinnamomū: habet vniuersa ligna libani: habet myrrhā: habet aloe: habet vnguēta optima. Inter q̄ recte viuit iust⁹: ⁊ ad ordinē vite reuocat errone⁹. Hec siq̄dē oia mysterialia ⁊ allegorica sūt. Moralia sūt multitudo virtutū signataꝝ in eis. Qui ergo legit/intelligat: inuestigādi materiā legentib⁹ dedim⁹. Deuitāda plixitas/ad alia festinare cōpellit.

Sed christ⁹ orat in horto/ vt auferatur passio: verūtamē ad patris volūtatē se ipm disponit. Hoc em̄ mō ecclesia seu fidelis aia orat p horto: vt sponsi ⁊ spōse similis sit oratio. Inq̄t em̄: Surge aq̄lo ⁊ veni auster/⁊ pfla hortū meū: ⁊ fluent aromata illi⁹. Ut aq̄lo surgat petit: videlicet ⁊ vt recedat. Can.4.
Et christ⁹ recessum expostulat calicis. Et petit auster /scȝ gratia calida spūssancti: ⁊ christ⁹ ex gratia spūssancti paterne se subdidit volūtati. Recessum ecclesia ⁊ ois fidelis aia desyderat frigidi aq̄lonis: qm̄ ab aq̄lone pandit oē malū. Frigiditas em̄ aie/inumera mala ⁊ bonoꝝ negligentiā opata est. Aq̄lo frigidissim⁹ est: ad cuius flatū horti nō germināt neq͙ campi: nec arbores aut herbe aut vinee gemmas/flores/siue fruct⁹ emittūt/imo emissi depereūt. Et plerūq͙ ad flatū ei⁹ cōgelat aqua. Sed oino cōtrarium operat auster. Hec oia opāte natura didicim⁹/ ⁊ ab autoritate scripture. Auster flat⁹ est spūssācti. Qui si perflat hortū/ordinē siue statū viuēdi siue omne quod no scit diuina lege cōclusū forte insinuat. Aromata fluūt: oia videlicȝ christo placentia ⁊ redolentia fiūt. Omne quod est diuina ⁊ canonica regula cōclusū/hort⁹ est cōclusus. Qui nisi pflet gratia spūsscti/aromata scilicet virtutes ⁊ eaꝝ acceptabiles actiones penit⁹ nō emittit. Aromata nempe odoramenta delectabilia sūt. Nihil olfactui spūali delectabili⁹ in hac vita ꝙ virtutū odor: etenim supcelestibus substātijs rōnabilib⁹ placet. Ubiq͙ virt⁹ ⁊ act⁹ eius de sui rōne placēt. Boni ac mali velint nolint bene iudicāt de virtute/actibusq͙ virtutis. Satis ergo fluūt q̄ in supna decurrūt. Perundiq͙ fluūt q̄ oib⁹ iure placent. Alio vo sensu cū experit flatus aq̄lonis ⁊ austri/vehemētia tribulationis inq̄rit ⁊ assistentia spūssancti: quoꝝ flatu sancta odoramēta decurrūt: ⁊ ad pfectū sanctū cōueniūt. Tribulatio multa bona eduxit in lucem. Florere fecit psecutio sanctos viros. Et spūssancti flat⁹ cōfirmauit corda bonoꝝ: vt psecutio īminens/tolerantia spūssancti assistens/catholicā ecclesiā diuersis ⁊ īnumeris sanctis fecerit germinare. Infinitas vo animas varijs pullulare virtutib⁹ aq̄lo psecutionis p grām austri: martyres p sanguinē ⁊ mortē: auster gratie per abdicationē ⁊ iuste vite censurā: īnumerabiles homines in horto ecclesie dū flarent/fluere iam fecerūt. Aq̄lo psecutionis inuisibilis excitate a sathana/⁊ insurgentis a carne corrupta: aut ab iniq̄s hominib⁹ irrogate in cognitione proprie infirmitatis atq͙ miserie animā peruenire suasit ⁊ fecit impatientiam insitam scire/cui⁹ cōtrariū se credebat. Latet vnusquisq͙ sibi/quousq͙ aq̄lonis flatus faciat experiri. Et si consurgat/ꝙ non a persecutione vincatur: non sue/sed superne cognoscet esse virtutis. Necessarius est aqui

bonis flatus ei qui appetit in sui cognitionē venire. Imperfectiones in hominibus latent: q̄s si quis posset aspicere/ tolerabilis esset aspect⁹ sathanicus. Excitata persecutio fecit patescere delitescens: vnusquisq; sibi apparet patiēs con tumelia quiescente. Et castus sibi esse videtur q̄ impugnationē nō patit: ꝛ esse fidelis qui nō sen sit inuisibilia fidei bella / et inuisibiles pugnas quas immittit inuisibilis predo. Auster autē se cus animā clarere virtutibus fecit. Aquilo con stringit ꝛ congelat aquas: ꝛ timor dei fluxibilez mentē frenat. Auster vo mali timoris congelationē resoluit: boni flatus australes/ad horti fe cunditatē: videlicet ad ecclesie aut anīe redimitionē vtiq; sepe prosunt. In hunc hortū filij dei petebat aduentus ꝛ factus est: ꝛ ad singlos animarū hortos expetit/ꝛ imp̄termisse fit. Inqt pfecto scriptura: Ueniat dilectus in hortū suū ꝛ comedat fructū pomoꝝ suoꝝ. Uerba enigmatica sunt. Et cōpletā petitionē dilectus ostēdit/ dicens: Ueni in hortū meū soror mea sponsa. Uelut si diceret: Quod petisti/perfeci. Aut alio sensu: vt sponsa inuitet/vt in hortum ipa veniat sponsi dilecti: cū adiectione illoꝝ que in aduētu in hortū noscunt esse peracta: sc; messui myrrhā cū aromatibus meis: comedi fauū cū melle meo bibi vinū cū lacte meo. Ab humana natura per idoneos viros patriarchas atq; pphetas chri sti petebat aduētus ad hortū: sc; ad ipam eādē humanā naturā/quā in horto sc; in oriētali paradiso primo plantauerat: seu ad israeliticā gen tem quā velut hortū inseruerat ꝛ circūdederat sepe legis: vt comederet fructus pomoꝝ suorum. Ubi fructus p fructus ꝛ p poma significan tur ꝛ arbores: que homies etiā ipse significant: Non enim simplex eius expectabat aduentus: sed vt comederet fructū pomoꝝ/id est arborum suaꝝ. Comestio approbatio est ciboꝝ: aut q2 delectabilia sunt: aut q2 vtilia esse noscunt/etiam si amaritudinē ferunt. Comestio incorpatio est eo rum denuo facta/que sumunt ab extra. Comestio christi mystica/est approbatio electoꝝ suoꝝ ꝛ incorpatio ad seipsum. Comestio christi approbatio fructuū arboꝝ suaꝝ: scilicet operū illorum/qui ab eterno predestinati a diuina mente sciunt: ꝛ incorporatio ad seipm. Idcirco signāter dicit: vt comedat fructū pomoꝝ suoꝝ. Singulis etiam anima hoc sedule vt dilect⁹ in hortum suū veniat: ꝛ approbet si fecit iustos aut dignos penitentie fructus. Sed dilectus expetit⁹ aut venisse se dicit/aut sponsam inuitat vt veniat: quod vtrūq; illo comprehendit verbo: videlicet vt aduentū dicat iam factum/aut aduentū imperet peragendū: factum in sponso /peragendum in spōsa. Sed quoquo modo se habeat ordo rei cetera p̄termittētes/quid christus in horto fecerit audiamus. Myrrham messuit: q2 cōtristatus est/sudauit sudore sanguineo: calicem per voluntatē suscepit a patre. Comedit fauum ꝛ mel: bibit vinū ꝛ lac: quia approbauit ꝛ appro bat/ꝛ incorporauit dulcedinē nostraꝝ virtutū

atq; actionum dulcedine sua/ꝛ puritatēvite no stre atq; morum nostroꝝ puritate altissima sua. Nam fauū nostrū cū melle suo/vinū nostrū cū lacte suo sua pietate assumpsit: cū omnia bona nostra inseparabiliter sibi sociauit: dās nostris bonis perfectionē/suis nullam diminutionē: vt apud omnipotentē deū sit meritū capitis/ membroꝝ: ꝛ merita nostra suis meritis vnita conualeant: que sine ipo omnino deficiebant.

Uilla gethsemani huiusmodi mysterijs corre spondet: que vallis pinguedinis interpretatur. Mat.26 Pinguedo refert ad flatū austri/sc; ad gratiam spūssancti: cuius infusione catholica ecclesia et omnis vere fidelis aīa viuit vita virtutis: ꝛ int⁹ per charitatē/extra per iugem operationē facit augmentū. Et iacob ꝛ esau p benedictione ma gna susceperunt a patre isaac/ q̄ in pinguedine Gen.27 terre benedictio esset eoꝝ. Pinguedo terre opa tio exuberans est: q̄ a gratia flante pcedit. Ille in pinguedine terre habet benedictionē/ q̄ p opa bona in virtutib⁹ pficit. Et aser cū benediceret a patriarcha iacob/ declaratus est q̄ pinguis eēt panis ei⁹/ꝛ q̄ delitias regib⁹ daret. Habet ecclesia pinguē panē/corpus sc; christi. Et q̄ seipos virtutibus regunt/reges sunt: ꝛ in isto pane delitiant. Omnis etiā fidelis ꝛ fidelit anima p rōnis regnū vocata regina/in isto pane fi dei hab; delitias. Et oliua nolebat deserere pinguedinē suā/vt imperaret lignis. Quecūq; anīa Iudic.9 bonis assuefacta operib⁹/ꝛ ardentibus desyderijs aucta/nō desyderat regnū aut curā gerere sup alios: ꝛ velut impedimēta declinat alijs i regimine cōmisceri: nisi talis necessitas aderit/ q̄ sine peccato vitari nō possit. Et q̄uis q̄sq; melior sit/si cū alijs q̄ si singillatim est bonus: non tamē si alioꝝ curā agit aut appetit importune/cē sendus est iustus. Nullus deserat orōnis et deuotionis ꝛ cōtemplatiōis pinguedinē importune aut celeriter vocatus ad regimē. Orat enim christus ꝛ deuotione agit: paternā quam inuocat cōtemplatur presentiam in valle pinguedinis. Optimū enim est orare in horto cōcluso/q̄ est in valle spūalis pinguedinis. Et melius ad se q̄ ad alios sine certitudine altioris pfectus fieri. Sepe multi pter alioꝝ curam ꝛ regimē pdiderunt sanctā pinguedinē: nec tamē alijs pfecerunt. Nam nō petebant arbores fructuose oliue imperium/sed saltus ligna sterilia. Fructuosi ad sterilem nulla conuentio/ꝛ deuoti ad indeuotum/orantis ꝛ vagi/contēplatiui ꝛ dispersi. Holocaustum pingue fieri petebat in psalmo. Tūc Psal.19 holocaustum pingue fit: cum omne quod offertur christo/charitate aut gratia spiritussancti pfunditur. Et in alio psalmo petebat Dauid: vt Psal.62 adipe ꝛ pinguedine repleretur anima sua: vt exultando laudaret omniū conditorem/ cū dicebat: Sicut adipe ꝛ pinguedine repleatur anīa mea: ꝛ labijs exultationis laudabit os meū. Et Esdras post recitationem verborum legis/ et luctū populi audiētis ipsum pinguia comedere hortabat. Ecce saluator in horto: ecce cōstitut⁹

est in villa pinguedinis ad nos: ad exemplū vite
agende/fructū ⁊ exemplar opeꝝ eius.

Cum esset in horto/tres elegit ex vnde-
cim: quos assumpsit ad altiora secreta.
Mat.26 Corā quibus est ꝓtestatus suā tristiciā
quos ad secū vigilandū exhortatus est
petrū/iacobū ⁊ ioānē. In q̇bus ꝑtermisso quod
mystice agit/magna sunt nobis ostensa sacra-
menta ꝑ moribus. Nā trinitatē quandā oportz
habere hoiem in magnis agonibꝰ cōstitutū: si-
ne qua frustra ꝓcedit ad bellū/inuanū orat/ in-
cassum theorizat ⁊ actuat. Primo necessaria est
agendoꝝ noticia/⁊ ꝑfundi vero lumine fidei: de
inde debellatio seu vera supplantatio vitioꝝ: et
assistēs gratia spūssancti. Hec trinitas in petro
iacobo atq͡ȝ ioanne ostendit: sine qua oīs actio
nostra deludit. Quis enim iussa diuina ꝑficiet/
nisi primo cognouerit? Quis ꝓcedit ad bellum/
si nō cognouerit signū tube? Si nesciuerit ducez
sub quo militabit? Si vexilla regia ignorauerit
vbi se colliget? Si pugnare atq͡ȝ repugnare non
nouerit/nōne deficiet? Si nō agnouerit inimi-
cū/quē percutiet? Aut a quo se cauebit: aut suꝑ
quē vibrabit cōfigens hastam? Si cōmilitones
nesciuerit/qua pugnabit fiducia? Si doctus nō
fuerit interdū insidias ꝑuidere: necnō ⁊ precaue
re impositas: oīno succumbet. Expedit nempe
nō ignorare astutias sathane. Semꝑ nāq͡ȝ col-
luctat occulte: ⁊ sibi aptos hoies visibiliter ad
certamia mouet. Qui legē dei ⁊ christi nō agno
uerit/quō legē eius implebit? Qui dei volunta-
tem quā in nobis ⁊ a nobis fieri christo docen
te petimus/ignorat: quō faciet? Si foueas igno
rauerit vitioꝝ/incidet in eas. Si nō nouerit rudi
menta virtutū/nō decorabit in eis. Ignarꝰ na-
uigandi submerget nauē: aut nō ꝑueniet ad q̇e-
tis portū: ⁊ q̇ nescit cauere periculū/ incidet in il
lud. Qui nescit abūdare cū habet/suffocabit in
possessis: ⁊ nescius pati penuriā opprimet ab il
la. Ignorans vti cōcessis/promissis priuabitur:
agnoscens vero e regione in oībus gradiet. Lu-
ctare cū vitijs/imo illa magis expedit supplāta
re: peccatoꝝ em̄ pondere pressus/iniq̇tatū sarci
na ꝑgrauatus beate vite nunq̄ videbit lōgeuū:
nisi facta fuerit supplantatio vitioꝝ. Supplan
ta in te punite nature cōplacitū: ⁊ eiꝰ abnega vo
luntatē. Supplanta fragilitatē/q̄ tecū in oī bo-
no duellat. Supplanta pigritiā: q̄ tuū iā caput
suꝑgredit. Esto victor tui/christo desuꝑ ꝑstante
leuamē: ⁊ eris omniū magnificꝰ triumphator.
Velut pessimū inimicū statue teipsum ī campo
spūalis certaminis aduersus teipsum/⁊ supplā
re festina: ⁊ oīs mundi amenitas vertet in fugā
⁊ terga dabit ꝓpere hostis antiquꝰ. Qui seip̄m
in occulto agone apprime deuicerit/nihil habet
obsistens. Qui s̄m saluatoris sententiam odio
habet animā suam: nō dormiet/nisi luctādo sup
plantet. Perseuerans odiū animo ⁊ actu quan-
tū facultas cōcedit/impretermisse ꝑsequit inimi
cū. Agit hoc odium malum. Odium vero euan-
gelicum de suo aduersario magis strenue triū-
phauit. Nullus alicui est seipso nocitor inimi
cus. Nec enim ab alio q̄ a seipso quisquis spū-
alia seu eterna nocumenta suscepit. Mundus
⁊ diabolus nō possident alias artes/in q̇bus se
colligant: aut alios campos certaminis habēt:
nisi animas quas mundus delebit ⁊ diabolus q̄
rit ad penas: ac per hoc necessariū factū est sup
plantatiuā habere virtutē. Gratiā vero q̄ scien
tiam iuuat ⁊ luctā / oportet esse presentē: sine q̄
vires hominū marcescunt atq͡ȝ virtutes. Nam
sicut sine verbo factū est nihil in rerum creatio-
ne: sic sine ipsius gratia factū est nihil in ordi-
ne vite agende. Sed q̄uis diuersis velis ipsa in
mundi mari velificet: tamē cū illa q̄ gratā aiam
deo facit/verus christi agonizator incedat: ⁊ si-
bi toto anīo inhereat: qm̄ nihil noui ꝓdesse su-
scepta dona ꝑ grām: nisi ex susceptis fiat respon
sio meritoꝝ. Nō gratificat hoiem deo id quod
accepit: sed id quod debito seruitutis ⁊ possibili
actione rependit. Bona sunt oīa q̄ ꝑ amorem a
deo accepimus: sed nisi hō in eis se iustis actio
nibus gratū faciat/ad accipientiū penā ⁊ iudi-
ciū intorquent. Sed satis grata reddit aīa crea
tori: si de plenitudine amoris ⁊ magnitudīe vo-
lūtatis rependit/quod nō valet de plenitudine
opis. Inquit em̄ apl's: Gratia dei sum id quod 1.Co.15
sum: ⁊ gratia eius in me vacua nō fuit. Tūc em̄
suscepta gratia nō patit vacuū: cū ille q̇ accepit
ex omni se virtutū vsibꝰ ⁊ exercitijs se coaptat.
Gratia vero qua innitimur/qua ꝓficimus/quam
oculo fideli aspicimꝰ: q̄ adiuuat/ꝓuehit ⁊ diri-
git: a patre luminū est/⁊ ab ip̄o descendit. Sem
per recte volentibꝰ adest: nemini deficit/nisi ei q̇
primo sibi volūtate defecit. Promptitudo qua
spūssanctus volentibꝰ illā infundit/omnē excu
sationē causantiū hoīm dirimit: ⁊ accusat omēs
⁊ ad iudiciū cogit. Ex defectu grām infunden-
tis/nullus habebit exceptiōis aut excusationis
suffugium. Immutabilis est infinite largitatis
autor: q̇ heri ⁊ ip̄e nunc ⁊ in secula seculoꝝ: defe
ctus nō recipiētis aut tepidi magis augebit ad
crimē. Igit trinitatē sctām in nr̄is agonibꝰ as-
sumamus. Ordo vero rei geste sic elucet. Sedet
seorsum in horto saluator oīm christus cum san
ctis ⁊ electis testibꝰ: ⁊ tristiciā mentis aperit vo-
calibꝰ verbis/dicēs: Tristis est aīa mea vs Mat.26
q͡ȝ ad mortē. Sustinete hic et vigila- Mar.14
te mecum. Quid est q̄ cepit cōtristari iesus
⁊ mestus esse? Non enim erat ex natura tristis ie
sus: neq͡ȝ sibi a cōmuniter accidentibꝰ inuite po
terat ꝓuenire tristicia. Sed accepit ⁊ ipse tristi
ciā/ad veritatē insinuādā assumpti hois: ⁊ com
passionē ostendebat de ꝑditis: q̇ velut hō cōpa-
tiebat de sua passione dānandis. Interimit hic
philosophantiū indocta doctrina/q̄ sapientes
tristicia nō premunt. Etenim cum iesus in quo
sunt omnes thesauri sapientie absconditi/ vsq͡ȝ
ad mortem se tristari fatetur. Pia est tristicia
christi/⁊ ab ipso sancte suscepta ī horto pingue
dinis: vt in ipso puniret quod in horto ꝑmeuo
male fuit letatus adā. Et ꝓ paterna iniuria simi

liter tristabaꝶ ꝓ preterita ⁊ īminenti: qꝛ erat eiꝰ
filius iniustissime occidendus: ⁊ vt iniq̄tas erat
tractāda iusticia: vt turpitudo sanctitas: vt stul
ticia sapiētia: vt dedecus decus: vt ꝑditio salus
vt latro improbꝰ/ suoꝝ dator largissimus. Per
spectabat altissima mente oīm hoīm p̄teritoꝝ/
p̄sentiū ⁊ futuroꝝ delicta ⁊ nefanda peccata: ꝓ
q̄bus diluendis oportebat sustinere dolores: in
aīo tristari/ ⁊ in carne penari. Et ꝓ hominū in-
gratitudine tristabaꝶ: ⁊ acutius cōfodiebaꝶ ex
ista tristicia q̄ꝫ ex pena. Tristiciā acriorē sepe fe-
cit in anīa ingratitudo q̄ꝫ dolor inflictus in cor-
pore. Tristabaꝶ ⁊ anxiebaꝶ spūs eius: vnus exi-
stens/ ꝓ oībus dolens: ⁊ qui tam breui tp̄is spa
cio ad emendā tot miliū obligabaꝶ ānoꝝ. Scri
pta erant inuisibili stylo in aīa illa oīm tēporum
momēta: vt imagines delinquētiū/ necnō ⁊ pec-
catoꝝ varie quantitates / similiter ⁊ qualitates/
numeri ⁊ intēsiones/ tetraliter ⁊ lucide refulge-
bant. Nā tetrū tetraliter ⁊ lucide videꝶ in claro.
Tetraliter/ qꝛ obscurū est: lucide/ qꝛ sicut est/ no
tum est. Tenebat ip̄e mestitudinē/ nō tn̄ tenebaꝶ
ab ipsa: ꝓ eo ꝙ excellentissimū opus inuisibiliū
animaꝝ inclusaꝝ corꝑibꝰ vastationē acceperat:
nō aliter reparandū/ q̄ꝫ per mortem ipsius ⁊ san
guinem. Et erat excessus assumpte tristicie atqꝫ
mesticie: quā corā se positis ⁊ electis testibꝰ vo-
ce flebili ostendebat. Que tristicia magnitudi-
nē astruebat amoris: vt intantū sciamus nos di
ligi/ ꝙ leticia tristareꝶ ꝓ nobis. Nemo tristatur
nisi de damno dilecti/ aut de re ꝑdita que inhe-
rebat amori. Et equa lance appenduntur in anīa
bus hominū circa eandē rem amor cū adest: cuꝫ
ꝟo deperdiꝶ/ dolor. Terminus autē huic tristi-
cie appositus / animū in cōsyderatione suspen-
dit/ cū diciꝶ: vsqꝫ ad mortē. Sed ad saniores in-
telligentias animū cōuertamus: mortē eternaꝫ
omniū/ vnius mortis victoria suꝑari crēdamꝰ.
Ro.5. Secundū ap̄lm: Sicut vnius pctō morti oēs
tenebamur absorpti: sic vnius iusticia multi re-
uocanꝶ ad vitam. Mors ⁊ mors duro conflixe-
runt duello. Mors christi fiebat / vt destrueret
oīm mors. Mors oīm scꝫ ab adā vsqꝫ ad chri-
stū/ in oībꝰ gentibꝰ firmauerat sibi regnū. Pro
inde tristaꝶ anīa christi vsqꝫ ad mortē: videlicet
quousqꝫ mors christi omnē mortē ꝑ iusticiā ple-
no iure deuinceret. Nā in victoria mortis chri-
Co.15 sti mors oīm absorpta narraꝶ: ⁊ a victoria deui-
cta/ victoria p̄dicaꝶ. Unde s̄m ap̄lm: Absorpta
est mors in victoria. Et sequiꝶ: Ubi ē mors vi-
ctoria tua? Mors christi oīm mortē absorbuit.
o.7 Per serpentē introducta est mors: ⁊ serpēs de-
uorauit serpentē. Nam serpens moysi cum esset
pharaoni in egypto ad ꝓdigia facienda exor-
tus ex virga quā manu sua dn̄o iubente gesta-
bat/ deuorauit serpentes magoꝝ pharaonis. Et
christus ꝑ simile serpens dictus/ mortē omniuꝫ
sua morte deuorauit: vt mors oīno absorpta sit
in victoria. Noua ⁊ inaudita exercitatio ista erat
vt mors vinceret a morte: necnō ex morte vita
ꝯsurgeret. Ex hoc erat ista tristicia vsqꝫ ad mor
tē. Et vt intellectꝰ altior inclarescat/ simpla erat
mors christi: que duplicem nostram deuorauit.
Mortē incurrerat humanū genus a primo pa-
rente ꝑ omnes ꝓpagata ꝓpagine: in anīa simi-
liter ⁊ in corpore rei exꝑientia docente. Christꝰ
ꝟo in corpore/ nō anīa vnicā mortē accepit: qua
debellauit ⁊ binā. Hoc ꝟo agere magni exerci-
tij erat. Et quod mentibꝰ alte intelligentiū plus
accrescit: mors corꝑis vnius hoīs mortē ani-
maꝝ ⁊ corporuꝫ pariter interimebat. Quod tn̄
mors corꝑis aduersus mortē corpoꝝ decertas-
set fecissetqꝫ victoriā/ magne vtiqꝫ fuisset poten
tie: ꝙ ꝟo mors corꝑis mortē deuoret animarū/
ipsarūqꝫ vita ex corꝑis morte cōsurgat/ hoc oīm
mortaliū scientiā ꝑtranscendit: quod ꝓp̄esioris
⁊ diuini mysterij fide scibilis fuisse opificiū no-
uimus. Tristabaꝶ ergo illa infinita ⁊ amabilis
anīa vsqꝫ ad mortē: quousqꝫ videlicet nouꝰ mor-
tis occasus antiquū mortis occasū excluderet:
⁊ occasus occasum ad vitā reuocaret. Oīm q̄ fe-
stinat aliq̄d magni agere/ tristaꝶ quousqꝫ perfi-
ciat: ⁊ tristicia ⁊ sollicitudo in agentis aīa se cō-
miscent. Inaudita res/ ⁊ insolita exercitatio in
qua cōtristabaꝶ dn̄s iesus christus: non ex eo ꝙ
deus erat/ sed ex eo ꝙ carnē susceperat: sicut p̄-
dictū de ip̄o multū ante fuerat ꝑ ꝓphetā: Cōtri Psal.54
status sum in exercitatione mea: ⁊ conturbatus
sum a voce inimici ⁊ a tribulatione peccatoris.

SEd obmittentes q̄ dicenda parat susce
pta materia / ex ip̄a tristicia sumamꝰ tro
pologicā ⁊ inuisibilē actionē. Nō oīs
tristicia laudabilis: neqꝫ omnis tristicia
virtuosa. Et multipliciter scriptura mesticiā cō
prehendit. Uerūtamē quedā tristicia noscitur/ ad
quā christi exemplo animā debemus vsqꝫquaqꝫ
cōuertere. Tristaꝶ nō ꝓpter sua/ sed ꝓpter alie-
na peccata. Tu ꝟo ꝓpter tua lamentū ⁊ dolorē
assume. Nam quod leticia vana cōmittiꝶ: nūq̄ꝫ
melius q̄ꝫ tristicia vera deleꝶ. Et quousqꝫ in ani
ma ꝓprijs voluntatibꝰ abnegatos nosmetip̄os
nouerimus ⁊ mūdo mortuos: ipsiqꝫ nobis aspe
xerimus crucifixū/ incōsolabilē ⁊ irremotā tri-
sticiā anīa ip̄a possideat. Renuit omnis anīa cō
solari/ memor facta tristicie christi ⁊ penaliū ope
rū eius. Tristari siquidē expedit eū qui deliquit:
⁊ merentē esse q̄ cōmisit digna meroribꝰ. Sem-
per enī in loco tartareo nō ex alio luctus intrāsi
bilis erit/ q̄ꝫ ex delictis atqꝫ peccatis. Tempora
lis ⁊ nō ficta tristicia euasit eternā. Et si padus
⁊ albula ex oculis hominū peccatorum lachry-
mabiliter ꝓcessissent/ quasi nulla recompensa-
tio pro penis remouendis eternis. Facta ē no-
bis in necessitate tristicia vsqꝫ ad mortem: vt il-
lam parati simus prompte subijcere pro vita: si
hoꝝ alterum a quopiam in optione daretur/ an
sustinere mortem/ an deserere in aīo vel in actio
ne virtutem. In his nempe que habent asperū
sensum/ nihil morte tristius inuenitur. Proin-
de vsqꝫ ad mortem tristicia fieri dicitur: cum q̄s
ꝓ diuinis agonibꝰ illā subire paraꝶ. Christus ī
morte summū ⁊ vltimū sacrificiū fecit ꝓ nobis:

⁊ in figura ⁊ veritate appellatū est sacrificiū ve-
1.Esd.9 spertinū. Et esdras legit merens ⁊ tristis stetis-
se vsꝫ ad sacrificiū vespertinū. Tristabat piissi-
ma tristicia christus velut ardenter diligēs/cu-
piēs liberare quē diligit: ⁊ digne placere dignis
offerre volens semetipm in sacrificium vesper-
tinū: quo liberabat hūanū genus: quod ex cre-
atione diligebat ⁊ ex vnione quā fecerat. Placi
tum vo paternū ꝑficiebat ex aīo: quia de ipso
Psal.39. scriptū erat: Holocaustū pro peccato nō postu
lasti: tunc dixi/ecce venio. Non vituloꝝ aut hir-
coꝝ/sed sacrificiū christi filij sui querebat pater
omnipotēs. Incessabilis tristicia nos diuerbe-
ret donec fiat mors sacrificij vespertini: quod tunc
plene pagit/cū nil in aīa ⁊ in sensibus remanet
quod nō sit altissimo dedicatū. Etenim in sacri-
ficijs antiquoꝝ animalia mactabant. In sacri-
ficijs christianoꝝ occidunt proprie voluntates
atꝫ ꝑperam actiones. Et vita nature offerēdū
animal priuabat: ⁊ vita culpabili quam suadet
corrupta natura/priuari expedit semetipsum of-
ferre volentē in sacrificiū vltimum siue vesperti
nū. Sed quousꝫ aīo fiat/tristicia libēs ab ani
mo nō recedat. Si fieri omnino negabit/tristi
cia eterna cruciabit inuite. Optimū est tristiciā
per tristiciā preuenire/per tēporalē eternā. Mo-
re hominū tristabat ⁊ loquebatur christus/vsꝫ
ad mortē tristari se pandens: ad meditationem
sue tristicie atꝫ ad nostrā tristiciam assumendā
sua expressione verboꝝ nos inuitans. Ac ꝑ hoc
ostendit suo verbo tristiciā vt sciatur. Ideo sci-
re facit vt intendat aīa nostra in illas inuisibi
les passiones/ꝗ passionibus corpis vehemētio-
res ꝓculdubio extiterunt. Proinde verbū fle-
bile/amabilis vox: Tristis ē anima mea vsꝫ ad
mortē. Verbū capitis ad seipsum membra trās-
formatiue cōuertens: vt sit cōmunicatio inuisi-
biliū passionū/etiam si sanguis nō pro sanguine
funderet. Ab hac cōmunione nullus secernitur
nec excusationis suffugiū inuenitur: Quis multi
effugerunt/multiꝫ deuitauerunt: ⁊ plurimi nō
inuenerūt participationē irrogataꝝ ⁊ sensibiliū
passionū. Ingrediamur vt possumus ī illud
secretū anime christi/que cōtristat vsꝫ ad mor-
tē. Unde tristat? Quo fine tristat? Usꝫ ad mor-
tem. Quo modo ille inuisibilis ⁊ intellectualis
sol eclipsim tristicie passus est? Unde lux ꝗ oēm
animā coherētē sibi/diuinis facit coruscare splē
doribus: leticijs ineffabilibus replet: tristicie te-
nebras aduocauit? Nā nihil sibi dominabat in
vite: vt omni celeritate qua vellet/a se posset re-
pellere. Aduocata erat ab ipso tristicia: iussa nō
importuna venit. Bonū est ad illam ꝑ contēpla
tionē fieri: sed melius ꝑ cōmunionē fieri christi-
formē. Christiformis eīm tristicia/eternam post
corpis mortē inuenit ꝓfecto leticiā. Idcirco ad
sustinētiā ⁊ vigiliā/suos electos inuitat/dicēs:
Mat.26 Sustinete hic et vigilate mecū. Non
Mar.14 q̄rebat illos tres in suo esse p̄sidio: nec ad sui cu-
stodiā atꝫ tutelaꝫ eos volebat oēs esse intentos
quos pauloante p̄dixerat in eo scandalū omnes

esse passuros: sed eos ad tolerantiā ⁊ cōsydera-
tionē eoꝝ ꝗ ab ipo agebant disponebat. Susti-
net ꝗs cū christo/ cū tedium nō patit ex repenti
nis euentibus: ⁊ ex subitis casibꝯ aīa melꝯ ro-
borat: neꝫ succumbit iminēte periculo. Mul-
ta sunt ꝗ hoīes sustinēt: ⁊ multi sunt sustinentes
sed nō cū christo. Sodalē ad christū expedit fie-
ri virtuose atꝫ meritorie sustinentē. Sustinētia
est quedā expectatio futuroꝝ. Sustineamus cū
christo futura. Quamuis eīm ex mundo abierit
corꝑe: nobiscum tamē est diuinitate/ potestate/
sacramento/atꝫ dilectione. Sustinet cum chri
sto/qui nullo merore in expectatione cōtrahit:
nec temporis dilatio animā grauat: nec aīam af-
ficit dilata ꝓmissio: nec in orōne anxiat/si non
accipit ilico quod affectat: ⁊ semꝑ eodem mō se
habet in his ꝗ ad eū ⁊ circa eū diuina ꝓuidētia
fiūt. Tentationibꝯ nō opprimit/ꝗ cum dn̄o susti
net. Dicit eīm scriptura: Fili accedens ad serui- Eccli.2
tutē dei/sta in iusticia ⁊ timore: ⁊ p̄para animam
tuā ad tentationē: ⁊ deprime cor tuuꝫ ⁊ sustine.
Qui agonē diuine seruitutis ingredit/sustine-
at: si qua cōfluentia mala ⁊ adiutorij dilatio ⁊ tē
poris/nō deterreat: ne a iusticia decidat: ne a di
uino amore disceptet. Verus sustinens ad ten-
tationē aīam parat: ne cū venerit/inueniat im-
paratū: ⁊ velut improuidus subito elidatur. Et
absꝫ corde ꝑ humilitatē depsso vera sustinētia
nō habet. Sequit etiā: Sustine sustentationem
dei. Cōiungere deo ⁊ sustine. Christusꝫ dicit:
Sustinete mecū. Qui cum christo ⁊ ꝓpter chri
stum sustinere aliquid recusarunt/penas nanci
scunt eternas: sacra dicente scriptura: Ve his ꝗ Eccli.2
ꝑdiderunt sustinentiā. Quam ꝑdidit ꝗ ferre in-
surgentia ⁊ obiecta mala recusat: ꝗ cōqueritur/
qui de tpis dilatione causat. Qui seipm sensua-
liter ⁊ cōpassiue se diligit/oīno verā sustinentiā
abnegauit: nec cū christo fortiter agonizante in
sudoribus sanguineis ꝑ virtutē sustinet. Sensu-
alis eīm amor atꝫ cōpassio cū diuino agonista
diuine agonē agente ꝓ nobis nō permisit fieri:
quē detinent in veritate collegā/⁊ virtuti susti-
nentie libellum fecit dare repudij. Sed ad susti-
nendū cum christo/⁊ recogitandū eum ꝗ ꝓ no-
bis omnē verboꝝ ⁊ actuū ⁊ verbeꝝ aduersus se-
metipm sustinuit cōtradictionē: sua irrep̄hensi
bilis lex omni rōne cōstringit. Ex hoc quippe lo Psal.118
quebat dauid: Propter legē tuā sustinui te do-
mine. Lex christi honesta ⁊ irrep̄hensibilis est/
sancta ē/iusta ē/ verissima ē: eternas ⁊ incompre
hensibiles ꝓmissiones habet/ ꝓpter quam su-
stinendus ē christus: sustinendū cū christo ⁊ ꝓ-
pter christum. Ille vero sustinet propter legem/
qui ꝓpt euangeliū christi nil ferre recusat: frau
dem nullam amat ex ipo pcsse contingere. Ille
sustinet propter legē dei/ꝗ propt euāgeliū euan
gelicis virtutibꝯ nō defecit. Vn̄ propheta secu-
tus adiūxit: Sustinuit aīa mea ī vbo eiꝯ. Quid
est vbū eiꝯ? Verbū increatū. Oīa sustinēda sūt
propter verbū increatū/⁊ in verbo increato: qꝛ
oīa ꝑ verbū facta sunt: ⁊ sine ipo factū est nihil.

Sed p̱ vẽbũ increatũ oĩa facta sunt ꝓpter ver-
bũ: ꝛ in ṽbo increato iuste oĩa tolerant. Nõ em̃
tolerata in ṽbo pñt aliq̃d boni adimere tolerã-
ti. Si p̱ ṽbũ oĩa facta sunt: ꝛ sine ipso factũ ẽ ni-
hil: q̃d deꝑire põt summo artifici? Quid deꝑire
põt oĩa facĩeti? Quid deꝑire põt ṽbo oĩpotẽti?
Quid deꝑire põt ei qui oĩa fecit ex nihilo: ꝛ sine
quo nihil fieri põt ab aliquo? Et quod factũ est
rediret ad nihilũ: nisi esset p̱ quod facta sunt oĩa
verbũ. In altissimis ꝑambulabat confidẽter aĩa
dauid cum dicebat: Sustinuit aĩa mea in verbo
eius. Cuius eius? Oĩpotẽtis dei. Quod est ṽbũ
oĩpotẽtis dei? Uerbũ incarnatũ: q2 ṽbũ caro fa
ctũ est ꝛ habitauit in nobis. Sustineam9 oĩa in-
surgẽtia ꝛ irrogata verba ꝛ verbera: ꝛ si q̃d susti
nẽtie iuste specimẽ secũ portat: in verbo incarna-
to: ad quod oĩs ratio nos cõpellit: q2 ꝓpter nos
verbũ caro factũ est. Frẽs nõ in natura diuina/
sed p̱ gratiaʒ in hũanitate ipsius sumus. Dedit
em̃ his q̃ credũt in nomine eius potestatẽ filios
dei fieri. Si filij dei: ergo fratres incarnati ver-
bi. Sustineat frater cuʒ fratre: clamat em̃ oĩbus
nobis melior noster. Sustinete hic ꝛ vigilate me
cum. Sustineamus in verbo eius. Quod ẽ ver-
bũ eius? Uerbum ꝓmissionis est. Merito ergo
sustinendũ est: q2 que ꝓcedũt de labijs eius/non
faciet irrita. Jurat em̃ p̱ semetipsum/quia verbũ
hoc faciet quod ꝓmittit. Proinde sustineamus
in verbo dei ꝛ cũ verbo dei/ad sustinentiã nos
inuitante. Altas em̃ ꝛ ineffabiles ꝓmissiones ex
eius verbo suscepimus: q̃ nõ irrite fient/si cũ ipo
ꝛ in ipso et ꝓpter ipsum voluerimus sustinere.
Ad vigiliã eque inanimat vt ad internã specula-
tionem vigilia referat: vt agoniã eius atq3 tristi-
tiam/ꝛ omnẽ congressionẽ eius atq3 ꝓcessionem
ad pugnã ꝛ debellationẽ tetralium mẽte sedula
speculemur: cõfigurati similitudini tristicie/ago
Luc 22 nie atq3 imagini mortis ei9. His dictis ꝓ-
gressus est pusillum Jesus q̃tum ia-
ctus est lapidis: separatus ab eis et ꝓ
cidit in faciem suam: et ꝓfunda men
Math 26 te orauit dicẽs: Pater si possibile est/
Mar 14 transeat a me calix iste. Ueruntamen
non sicut ego volo: sed sicut et tu. Sic
orans p̃ma vice nullũ respõsum in oratiõe susci
piẽs: venit ad discipulos suos: tres/sc3 pe
trũ/iacobũ ꝛ ioannẽ: et inuenit eos dormi
entes. Et velut increpãs eos/quos ad sustinẽ-
Mat 26 tiam ꝛ vigiliam induxerat: dicit petro: Si-
mon dormis. Non potuisti vna hora
vigilare mecum: qui te paulo ante assere-
bas te mecum in mortem venturuʒ? Uigilate
et orate: vt non intretis in tentatio-
nem. Spiritus quidem ꝓmptus est:
caro autem infirma. Item secundo reli-
quit eos. Et abijt: et orauit eundem ser-
monem dicens. Et reuersus ad discipulos/
tres dormiẽtes inuenit: q2 eoꝝ oculi vehementia
grauabant. Et nihil eis dicẽs/ad orationẽ ter-
Luc 22 tio est reuersus. Et factus in agonia/pro-
lixius orabat: eundẽ sermonẽ quẽ p̃mo ꝛ se-
cũdo dixerat repetẽs. Ubi tãta est suffusus orati
onis vehemẽtia: vt sudor efficeret sanguineus ꝓ
fluẽs in terrã. Cui angelus apparuit: vt hominẽ
eũ in agone ꝯfortãs. S3 q̃bus verbis eũ alloq̃re
tur: aut in q̃ effigie appareret/p̱ euãgelistas mini
me claruit. Cũ hoc oĩno mẽtes in admiratõe sus
pẽdat: q̃ sibi de nouo angel9 appareret aut quo
modolibet loq̃ret/q̃ oẽs nouerat secũq3 habe-
bat. Sed hoc in idẽ redit q̃ deuicta tẽtatõe deser
ti/sibi angeli de nouo ministrabant: q̃ ab eo quo
creauerat/ĩptermisse sibi assistebãt. S3 nouitas
hec nõ ex forma dei/s3 ex forma gerit serui/hoĩs
q3 suscepti. Preter illã validã ꝛ clamosam orati-
onẽ quã christus in cruce cõpleuit/nullã ipsius ꝛ
alicuius alterius efficaciorẽ ꝛ intẽsiorẽ orõnẽ le-
gimus q̃ hortalẽ. Dimittit verus orator discipu-
los octo: dimittit ꝛ tres: ꝛ totũ ad seipsum se col-
ligit/ab oĩbus corꝑe segregatus: sub indetermi-
nata mensura/videlicet q̃tuʒ iactus est lapidis.
Cautum fuit a spũsancto/vt sic euangelista de-
scriberet. Nam ꝓpius ꝛ longius lapis põt ꝓijci
cõtinuũ ⁊ impaciſcibile bellũ nõ gerit: nec reſcul
pitur ex animo: ⁊ ferociſſimos viros atq; prudẽ
tes iugo ſue ſeruitutis oppreſſit. Deinde ſal-
uatoꝛ poſt aliquantulam quietem continuo in-
tulit/ dicens: **Sufficit:** ⁊ debitũ nature tenẽ-
tes/ aut nouũ exoluentes euentum reſpiremus.
Modificatur impanos noſtra natura: niſi p̃do
minet inepta voluptas/ aut deprimat graue põ-
dus. Sed quod nõ ſufficit inſatiabili ſanguiſu-
ge/ neceſſitati ſufficiens eſt. Nouit enim deus
quod ad tutelã ꝑfunctoꝛiã ſufficit: ⁊ quod ſuper
addit nõ ignoꝛat: ſed ponderat iuſta lance. Suf
ficientie verbũ omne ſuꝑfluũ abꝛogat ⁊ ꝯdẽnat.
Superfluũ aũt in omni re qua coꝛꝑaliter viuit/
eſſe cognoſcit ſi aufert: quod remanet/ ſufficiẽ-
tiã p̃ſtat. Hec ſiquidẽ regula in rebus ſpũalibꝰ
atq; virtutibus/ fallit in coꝛpoꝛalibus. Nunq̃ ſi
vna doꝛmitionis hoꝛa ſufficeret/ ⁊ deinceps ſuf-
ficerent: quicq̃ ad ſufficientiã in coꝛꝑibus ⁊ eiꝰ
vſibus ⁊ actionibus addit/ cõdemnat. Ubi ſilen
tiũ ſufficit/ ſuꝑflua eſt locutio. Ubi duo verba
ſufficiũt/ reliqua nõ expediũt. Quãuis em̄ ſalua-
toꝛ ab ap̄lis vigiliã exquiſierit: nature ſufficien
tiã aut debitũ non negauit: ⁊ quod infirma caro
poſcebat/ indulſit. Sed oĩno expedit dare termi
nũ hm̃oi actionibus: ne illa blandicies ⁊ com-
paſſio emule ſanctitatis atq; virtutis latẽtes in
hoĩbus ꝑdeant: ⁊ ſub neceſſitatis vexillo turpi
ter nos inuoluant. Sed qm̄ oĩm nõ eſt equa ꝓ-
poꝛtio: nec eiſdẽ ſufficientia equa erit. Proin-
de difficile ſemetip̃m ꝓpter inherentẽ cõpaſſio
nẽ homo cognoſcet: niſi extra ſe diſcretum ha-
beat prouiſoꝛem. Uerũtamẽ longa experientia
cuſtodita ⁊ diſſoluta compaſſio ad animale coꝛ
pus/ in ſufficientia ⁊ ſuperfluo diſcretum homi
nem fecit. Subnectit cauſam ſaluatoꝛ/ dicens:

Uenit hoꝛa/ ecce filius hominis tra- Mat.
detur in manus peccatoꝛum. Surgi Mar.
te/ eamus. Ecce qui me tradet pꝛope
eſt. Hoꝛa venerat hominis ſerui/ non dñi dei.
Non habet chꝛiſtus hoꝛam ex foꝛma dei/ ſʒ ex
foꝛma ſerui. Que hoꝛa? paſſionis ⁊ oſtendende
virtutis ⁊ eterni ꝓpoſiti declarandi. Beatꝰ ho
mo qui non pꝛeuenit hoꝛam in agendis/ ſi non
pꝛetermiſit cum venit: qñ venit hoꝛa eius ſit pa
ratꝰ abſq; moꝛa. Uenit hoꝛa ſcʒ traditiõis chꝛi
ſti. Sequit: **Ecce filius hominis trade-
tur in manus peccatoꝛum.** Uenit hoꝛa
⁊ ip̃e venit in hoꝛam. Pꝛedixerat em̄ matri: Nõ Joã. 2
dum venit hoꝛa mea. Pꝛedixerat cognatis ſci-
licet fratribus alijs/ nõ diſcipulis: Tempꝰ meũ Joã. 7
nondũ paratũ eſt. Pꝛefinituʒ erat infallibiliter
quo tẽpoꝛe traderet/ ligaretur/ pateret atq; cru
cifigeret. Tradi nõ potuit/ niſi cũ voluit: ligari/
niſi cũ ꝑmiſit: neq; pati penas ⁊ moꝛtẽ/ niſi cum
cõſenſit. Acceſſit ille ad paſſiones: ⁊ paſſionibꝰ
ſuꝑ ſe dominiũ dedit: ꝓpterea intulit: Surgite
eamus. Ecce qui me tradet/ ꝓpe eſt. Uolũtarie
accedamus: ſumus enim illis virtutibus foꝛtio
res. Quaſi dicat: A me habent vnde me tradat
iudas: ⁊ vnde me ligent q̃ cũ eo veniũt. Uſq; in
pꝛeſentiaꝝ hoꝛa nõ fuit. Nõ infans moꝛi debe-
bat dũ eũ q̃rebat herodes: nõ puer/ nõ iuuenis: Mat. 2
quouſq; ſpacio viuendi mũdo ꝑ ꝑſonalem vitã
innoteſceret: ne q̃dam deluſio crederet. Nõ mo
ri debebat in etate tenera/ ne interrogatus in re
ſpondendo etatẽ tranſcendere videret: qm̄ omi
tp̃e ab inſtanti cõceptionis tantundẽ ſapientiã
habuit: Aut ſubticẽdo fatuitas ſeu fantaſia cre-
deret. Si nihil fecerit aut dixerit iſigne tp̃e ver-
nantis etatis: ⁊ quo moles coꝛꝑis ſumebat au-
gmentũ: nulla cauſa offenſiõis ⁊ moꝛtis iudeis
p̃ſto erat. Ante ꝑfectam etatẽ talia que poſtmo-
dũ fecit/ facere nõ debebat. Perfectio doctri-
ne/ opeꝝ ⁊ miraculoꝝ eius nondũ in virtutibꝰ;
ſed etiam virũ perfecte requirebat etatis. Con-
dendũ erat pꝛius euangeliũ eternũ: p̃dicandum
erat ante dei regnũ: erant oĩno faciẽda miracu-
la: ⁊ vita chꝛiſti declarãda virtutibꝰ: ſua erãt exẽ
pla ꝓroganda ſequentibꝰ: ⁊ in ipſo ⁊ ſuo diſcipli
natu omnibus danda erat foꝛma viuendi. Qui
plenitudinẽ tẽpoꝛis expectauit incarnationis
atq; natiuitatis/ hoꝛam ſimiliter expectauit paſ-
ſionis ⁊ moꝛtis. Proinde dicit ap̄lis: Uenit ho
ra: cõpleta ſunt oĩa: hoc ſolũ reſtat ante reſurre-
ctionis glĩam ꝑ humana natura cõplendum/
ꝙ per ludibꝛia oppꝛobꝛia tradar in moꝛtem.
Quod ſepe ap̄lis hãc hoꝛam ip̃e p̃dixerat/ de q̃
nũc exp̃ſſe loquit: venit hoꝛa. Eſt ꝑperfectũ in
oꝛdine vite agende hoꝛam debitã in omnibꝰ ex-
pectare: nec illã effugere aut p̃terire negligẽtia
cũ aduenit. Qui neglectã aliquã p̃terit hoꝛã/ il-
lã nõ reuidebit penitꝰ in eternũ. Pꝛetereũt tp̃a
nõ reditura: ⁊ hoꝛe irretrouerſibiliter tranſeũt.
Qui ocioſam illã tranſire ꝑmittit/ nunq̃ eãdem
recuꝑabit aliqñ. Tenetur em̄ in ſequẽtibꝰ bona
facere ſi q̃ põt: ⁊ illa irreuocate in pꝛeteritis de-

Mat.26 Mar.14 currens ad preſens ſiue futurū oīno non redit.
Talis enī eſt cōditio tp̄is: vt in ſuo curſu ſemꝑ
tendat in nihilū. Nihilū enī neqꝫ actiões habet
neqꝫ fundamenta bonoꝝ. Proinde hora recu-
peranda nō redit. Ue igiť q̄ culpate illā / aut de
bito nō ſoluto tranſire permittit. Et qui in illa
nō fecit quod debuit / nihil fecit: etiā ſi bonū eſt
quod fecit. Sed ſi meliꝰ fecit / hoc ſiq̄dem face-
re debuit: ⁊ excuſatꝰ manet / ſi ꝓ meliori bonum
aliq̄d intermiſit. Sed multa diſcretione opꝰ eſt
actus reſpectu melioris variare per horas: nec
aliq̄s in hoc ſibi faciliter credat. Qui vō ſeruile
Joā.2 obedientie veraciter ſubiacēt / in his incedēt ſe-
curius: cū ex actibꝰ aliq̄d ꝑ horas variare non
Joā.7 poſſint / ſuꝑioris iudicio mancipati. Capitis nr̄i
chriſti ſolertiā inſpiciamꝰ: q̄ horam exercēdi myꝫ
ſterij vacuā ꝑtranſire nō ſinit. Dicit enim: Ue-
nit hora. Quaſi dicat apl'is: nō illā pretereamꝰ.
Hic me paululū hominū incuria ⁊ ocioſitas et
inſolertia declamare cōpellūt. Heu ꝙ multi ho
ram diuinis actionibꝰ aptam p̄tereunt: ⁊ eos in
cautos apta hora ꝑtranſit: ⁊ in omni vita ipſoꝝ
nō reuocauerunt preteritū: nec illud bonū quod
ſe ad agendū prebebat in hora dimiſſum. Affuit
hora exercende humilitatis: ⁊ abſqꝫ humilitate
Mat.2 trāſire ꝑmiſerūt. Affuit hora qua parabatur flu
uius lachrymaꝝ peccata delentiū: q̄ acceptabi-
le ſacrificiū ſunt: ⁊ abſqꝫ lachrymis / imo ſterili-
ter illa hora defluxit: nec reinuenerūt ſimilē acti
onē. Affuit tempus quo mēs contēplaris intui-
tu ſe in alta leuabat: ⁊ abſqꝫ inuiſibili theoria tē-
pus illud p̄terijt. Et cū alio in tꝑe voluerūt men
tē in alta ſuſtollere / inuite recuruabantur. Pre-
ſtat aliquā hora orandi facilitatē. Et mora horā
deduxit in horā / ⁊ illa in aliā: ⁊ ſic ꝑ inſolertiam
aut incuriā tꝑa multa vacua defluxerūt: q̄bꝰ tri-
ſticia ſterilis ſepe ſucceſſit. Ex his nempe fit ra-
tio multa ſimilia cognoſcendi: ſed vtinā p̄cauē-
di. Fruſtra eſt triſticia tēpoꝝ labentiū ꝑditorū:
Reprehendi ſolū poſſunt aut in tabula damna
ta depingi tꝑa vacua / q̄ preteritū in ſuo iure ſu-
ſcepit: corrigi aūt nūq̄ꝫ nec in charta ſatiſfacto-
ris aſſcribi. Potius maleactū ꝑ penitentiam ſe
quentē diluiť / ꝙ recuꝑari poſſit bonū quod exti
tit ex incuria ſeu negligentia vel quomodolibet
p̄termiſſum. Non ergo p̄tereamus horā nr̄am:
q̄ neſcimus horā diuinā. Hora nr̄a eſt actiōis:
dijudicationis eſt hora diuina. Inquit enim ipe
Mat.25 ſaluator: Uigilate itaqꝫ: q̄ neſcitis diē neqꝫ ho-
ram. Propterea ſupradictū eſt: Non potuiſtis
vna hora vigilare mecū: vt hora mea in hora ve
ſtra vos vigiles inueniret? Nunc vō dicit: Ue-
nit hora: nō ꝑmittať vacua bonis operibꝰ ꝑtrā-
ſire: ne hora mea vos morte interueniente diju-
dicet: nō ad veniam / ſed ad penā. Laudabilis ē
ꝓuidentia / ⁊ laudē habere in vita ⁊ premia ma-
gna ſortitur: que nec momentū temporis ſteri-
liter tranſire ꝑmittit. Paratum in hora eterna
hora ſuſcipiet: ⁊ in hora dijudicationis demonū
Mat.26 calumnias vilipendet. Sequitur: Ecce fi-
lius hominis tradetur ī manus pec-
catorum. Demonſtratiue loquitur: q̄ ſibi oīa
nuda erant / ⁊ nihil occultum in intelligētia eiꝰ.
Tradetur filius hominis: quia caro / nō deitas
tradenda erat ⁊ vinculis alliganda. In manus
peccatoꝝ: vt reuelenť eorum peſſime volūtates /
innocentē afficiendo crudeliter. Et bene tradi-
tus fuit in manus peccatoꝝ: quia ꝓpter pecca-
tores tradiť: a peccatore tradiť: in manus pec-
catoꝝ incircūciſoꝝ tradiť: ab eis in manus pec
catoꝝ gentiliū tradiť: que traditio in ꝓtoplaſtis
accepit initiū. Surgite eamus. Tepidas excitat
ſua ꝓmptitudine mētes: ⁊ cognita volūtate pa-
terna intrepide ſe donat in penas. Argumento
ꝓ moribus eſt nobis: vt quod oīno nouimꝰ deū
velle / leue ⁊ aſperum / ꝓmpto animo capiamus.
Nō ſunt timenda in q̄ nos tradidit diuina po-
teſtas. Deus q̄ nouit in tribulationibus trade-
re / valet eripere: nec diu detineri ꝑmittit q̄ tradi
dit. Altiſſima bonitas ſeu ꝓuidentia dei: aut bre
uiat paſſiones ⁊ tꝑa / ⁊ modificat ſeuas hoīm vo
luntates: aut preſtat in aīa ⁊ corꝑe valitudinē
tolerandi. Oīno eſt neceſſaria noſtri animi ꝓm
ptitudo ꝓpter inuiſibiles hoſtes: q̄ ſi anime fa-
ciem cognoſcere poſſunt ex timore pallētem / ſu-
munt audaciā: ⁊ ignoranť credentes oīno poſſe
dare cōflictū. Si vero in nobis cognoſcunt au
daciā / eoꝝ depꝛimiť. Nam ſepe in bellicis acti-
bus audacie hominū ꝙ ictus ferrei plus fecere.
Omnē quippe cōfundit demonem ꝓmptitudo
bene agendi. Et animoſitas cauēdi a malo / eo
rum machinamēta deſtruxit: ⁊ ſubuertit rotas
curruū ipſorū / ⁊ ſubneruauit equos: ⁊ arma de-
punctauit audacia patiendi. Aufert dubia opi-
nantiū: quoniā chriſtus nō neceſſitate / ſed volū-
tate paſſus eſt: ſurgite eamus / dicens. Pro ne-
ceſſitate oībus debet eſſe voluntas diuina. Igi
tur illa neceſſitas oīno generet volentē atqꝫ libē
tem. Surgamus omnes vocāte nos chriſto: ſur
gamus a torporis ⁊ negligentie lectis: ſurgamꝰ
ab his in quibus nos male iacere cognouimꝰ:
ſurgamus ad chriſtiferas actiones. Chriſtus
vero qui omnia nouit / maloꝝ ⁊ iniquoꝝ feſtinan
tiam agnoſcebat. Proinde intulit: Ecce qui Mat.26
me tradet / ꝓpe eſt. Inſidioſe ambulat dux Mar.14
nefande cohortis / quod nitatū prope eſt. Ut ⁊
adhuc eo loquente / ſcꝫ chriſto cū apoſtolis: nā
reuerſus fuerat cū tribus ad alios octo: venit
iudas ſcarioth / vnus de duodecim:
et cū eo turba multa cū gladijs et fu-
ſtibus: miſſi a principibus ſacerdo-
tum. Ecce dux in preceps: ecce obſtinata ma-
licia: ecce animus inquietus / ⁊ impatiens feri-
tas: q̄ niſi ꝑficiat cōcepta mala / nō dormit. Re-
ceꝑat pecuniā: q̄ chriſtū iudeis vendiderat / tan
ꝙ venale mancipiū: ⁊ vili expoſuit p̄cio charam
hoīm vitā. Cohortē acceꝑat: vt chriſtꝰ turba cir
cūdatus de ipſoꝝ manibꝰ elabi oīno nō poſſet.
Et gladijs ⁊ fuſtibꝰ ⁊ armis: vt remouerēt ꝑcuſ
ſionibus ꝓhibētes. Cū facibꝰ ⁊ laternis: quia ī
vero lumine chriſti cecati penitꝰ erant. Et nocte
veniūt / ſicut eterna nocte dānandi: detēti nocte

peccati. Uide iniq̄tatis apparatū: q̄ nihil omittit expediens ad suam nefariam actionē. Agnosce diuersitatē maloꝝ: quā christus incipit tolerare atq; sustinere in carne mortali. Considera ꝓmptitudinē amoris eius. Corde manet impauidus: pericula nō timet: mortē nō pauet: q̄uis caro assumpta subdita fuit terrori. Nihil phorrescit vt amor sequat̄ affectū: qui solū gen⁹ humanū a periculis eternis suis tormentis transitorijs disposuerat liberare. Cōtemnit vehemēs amor cuncta pericula: si preuidet non frustrata spe vota posse sortiri. Agnouerat nempe christ⁹ infallibiliter victoriam posse reportare de bello. Intueamur in his malis hominum mores: quos christus hodie spūaliter patit̄: quos in ꝑfectis tēporibus etiā passus est. Dux nefande cohortis ꝓditor est. Omnis ꝓditor in ecclesia cōstituit̄ per recessum a christo: a quo recedens ꝓditor factus est. Accepit cohortē: vt multitudīe perficiat / quod vnus nequiret. Uel multitudine autumat se tueri. Multi eñ hoc errore detinentur: vt excusent̄. Aut mitior sit pena ex multitudine hominū peccatoꝝ. Seu malaꝝ intentionum christi ꝓditor facit sepe cohortem. Cohors ipsa si eam solā intueamur q̄ ducem nefarium sequit̄: ostendit menti multitudinē iniquoꝝ: que a duce diabolo ꝑ nefaria queq; ducit̄: quoꝝ aliq̄ gladios acutos portant / linguā videlicet facilez ⁊ maledicam: ad seminandā discordiā ⁊ iniuriā
Psal. 56 irrogandā. Unde psalmista clamat: Et lingua eoꝝ iniquoꝝ gladius acutus. Sed gladius maloꝝ intrat in corda ipsoꝝ. Atrocitas semper gladium portat: vt ne feriat incassum: ⁊ vult sibi certum fieri / si transfigit: ⁊ manu ꝓpria vellet laniare quē odit. Uicinaliter ⁊ non frustra ꝑcutit gladiator: ⁊ de ꝓpinquo vulnus infligit. Fustes siue ligna portant qui a mentis insania detinent̄. Etenim ista stultoꝝ arma fuerūt / aut q̄bus dn̄i verberauerūt seruos: ⁊ animalia cū hmōi agitātur instrumētis ad onera deferenda. Preter id quod mysticū est: ⁊ quod dn̄i penam corporalez exaggerat: mortalia ⁊ corruptibilia portant impij cōtra lignū vite: est eñ christus lignum vite plantatuz in medio paradisi / scz militantis atq;
Psal. 1 triumphantis ecclesie. Ipse lignū plantatū sec⁹ decursus aquaꝝ / videlicet labentiū populoruz: quod q̄ accipiet / in peccata ⁊ in penā nō defluet. Ecce portant ligna cōtra factorē ipsoruz impij peccatores: q̄ satis sunt ignibus apta / velut in ꝑsagiū futuroꝝ: quoniam ipsi ab ignibus inconsumpte semꝑ cōburent̄ eternis. Renouat diabolus in mentibus ⁊ morib⁹ hominū prima facinora: vt in quibus in preceps traheret prece-
Gen. 3. dentes / trahere confidat ⁊ posteros. Etenī primi parentes in ligno vetito corruerūt. Sed versa vice velut stulti serui ⁊ animalia bruta his fustibus sunt arcēdi. Reuixit in eis cainina iniq̄tas: q̄ fuste fratricidiū fecit. Armoꝝ vō nomine offensionis atq; defensiōis officiū noscit̄: quod ꝑfecerunt in bonis ⁊ malis q̄ vere lucis arma ꝑsumpserūt. Qui vō ad nefanda ꝑficienda iniq̄tatis arma suscipiūt: aut cum expedit / ꝓhibet quod ꝓhibet: aut multa ꝓtectione atq; velamie se tuent̄. Cōtra lucē mūdi laterne portant̄ et faces. Non eñ in illa luce videbant: sed pre magnitudine sua eoꝝ mentalis cōfundebatur aspectus: ⁊ reuerberabat̄ a radijs splendoris eius. Nam ⁊ faciē moysi clarefactā ex colloquio dn̄i Exo. 34
sui / antiqui patres in deserto nō poterant sustinere. Plus hic q̄ moyses quē intueri nō possūt imo nolūt. Qm̄ sicut moyses velo / sic iste hūanitate se velauit. Sed quid sibi volūt in nefarijs morib⁹ faces huiuscemodi ⁊ laterne? Omnium reproboꝝ mens hoc ꝓpriū habet / vt infallibiliter velit malū agere quod cōcepit. Ideo querūt reprobi artificio tetrum lumē / quo certe sciant mala q̄ faciant. Et scrutant̄ tenebroso lumine intellectus latebras: ne q̄d mali lateat / ac ab eoꝝ actione damnata diffugiat. Et scrutant̄ iniquitates obscura luce vt faciant: sed deficiunt scrutantes scrutiniū malū. Faces lumē patulum faciūt. Ut aūt occultet̄ aut ꝓseruet̄ lumē / ponit̄ in laternis: ne ventoꝝ vehementia extinguat̄. Sūt nāq; nōnulli ab improbitate nimis detenti: qui patēter scelera faciūt: ⁊ nihil mali ab eis preterire videt̄ incognitū vel intactū: ⁊ male faculenti semꝑ mūdo pessimis actib⁹ inclarescūt. Ue faciferis atq; ad queq; scelera pagenda: nam faci sceleꝝ succedet eterna fax improuisa penarum. Pleriq; aūt sunt q̄ occulte ferūt in animo malū cōcupiscentie ignē: clare scientes mala q̄ operari disponunt: sed timentes extingui quousq; quod estimāt ꝓhibens / auferat̄: malā cōcupiscētiam nō ostendūt: cū vō cognouerint ꝓhibitū ꝓhibens laternā cordis aperiūt: ⁊ opere complent q̄ aīo tractauerūt. Sed ad christi penalia reuertamur. Missi erant ministri detestabiles a principibus sacerdotū ⁊ scribis ⁊ seniorib⁹ populi. Erat in autoritate iniquitas. Omnis nāq; iniquitas ab iniquitate maiore iussa suscipiens ocyus atq; securius seuit: ⁊ perficit scelera q̄ iubentur. Principes erāt sacerdotū / nō sacerdotij: q̄ mala iussa dederūt. Omne sacerdotiū sanctū: sed nō oīs sacerdos. Si sanctitatis fuissent principes / iuissent ⁊ ipsi ad obedientiā principi ⁊ regi glorie atq; virtutū: nō misissent satellites improbos ad ligandū. Scribe vō in mala legatione cōuenerant: literā solā q̄ occidit / seq̄ntes. Idcirco ⁊ ipsi ad occidendū iam se parauerant. Si vō iuissent introrsum ad intelligentiam scripturarū / inuenissent vtiq; messiā: quē decepti expectant. Sed solum tenebāt amaritudinis corticem / medulla dulcedinis derelicta. Elemētarij tantum erant ⁊ sunt iudeorum scribe: que vero elementa exarata contineant / non aduertūt. Seniores etiam populi asciscebantur eisdem in nefaria iussione. Erant seniores aut etate aut vera discretione iudicandi ⁊ discernendi / q̄d expediat fieri de his quorum in lege non reperiebatur aperta sententia: in populo clariores: aut ꝑm grecum eloquium sacerdotes: qui pre ceteris in populo preminebant. Sed oēs defectum

patiebanť virtutis/vt etiã ipsi cũ ceteris delyrarẽt: vt luce clari⁹ pateat rõne dignitatis/scie vel etatis nõ deesse vitiũ/aut inherere ꝟtutẽ. Aliud qdẽ est latẽs/vllis sensib⁹ nõ subiectũ: quod vitiũ abigit/assequiturqꝫ ꝟtutẽ. Sꝫ eo ꝑniciosior ẽ iniqtas/quo ad eius effectũ oẽs conueniũt: maxime cũ illoꝝ q̃ habẽt põderare recta iudicia interuenit ꝑuersus assẽsus: ad quos plebeioꝝ ꝛ tot⁹ aspectus ꝛ agẽdoꝝ depẽdet effectus. Hec oĩa tũc in corde: nũc vero in morib⁹ aggrauãt christi penã: Exo.34

Traditor autem ꝛ aries mali conuẽtus: signum dederat pacis his q̃ de capiẽdo christo crudelẽ legationẽ acceperũt: dicẽs: Quẽcũqꝫ osculatus fuero/ipse est: tenete eum et ducite caute. Et cum venisset: confestim accedens et osculatus est eum dicens: Aue rabbi. Signũ dat ꝓditor: vt signãter capiať quẽ oderat. Et nunc actu ꝓrũpit in scelus/quod taꝫ hostiliter ꝛ obstinate ferebat in aĩo. Premittit salutationẽ ei/quem in mortis dãnationẽ inducit. Improba iniqtas salutat quẽ ꝑdit. Vocat magistrũ/cuius doctrinã ꝯtẽpsit ꝓcaciter. Nec a verbis eius ab ista seuicia fuit aliqñ auersus. Osculať sanctũ os/ꝛ virtutẽ nõ sentit: ꝛ sibi diuinũ osculũ horridũ est/non suaue. Indicibilis erat illius insuauitas mẽtis: q̃ tantã christi suauitatẽ aĩo abhorrebat. Nec mutabať animus: cũ funerũ ex aĩa intus mortua extra eius corpus christi tãgeret sanctũ corp⁹. Aduertãt q̃ christi corpus sacramẽtaliter tãgũt: ꝛ qui sacramẽtis in corꝑe delibunť: qm̃ si fidei ꝛ amoris desit integritas/cũ iuda sortienť similẽ portionẽ. Nõ em̃ ex tactu sacroꝝ corporeo q̃spiam sanctificať: nisi mẽtis manus palpans accedat. Inquit ad eum saluator: q̃ ꝓ salute hoĩs laborare nõ desinit: adhuc iudã ad penitẽtiam vocans/ꝛ ad detestationem sue impijssime actionis. Amice ad quid venisti. Ex p̃stina conuersatiõe saluator iudam appellauit amicum: necnon ex eo ꝙ ipse amicari non desinit: si cũ nemo fastidit/aut si reuertiť qui recessit. Iuda osculo filium hominis tradis. Corripit dulciter ꝓditorẽ ꝛ introrsum remittit: vt scelus ꝛ modum quo ꝑficit/ipse consyderet: nam sepe modus vt facinus est in causa. Osculũ amoris est signum: Nam q̃ suauiat/videť amare quẽ palpat: erit aũt ꝓditor si non amat/ꝛ falsum signum in designatione signati. Falsus testis nõ erit impunitus. Magnum amoris est testimonium/ cum adinuicem duoꝝ ora ꝯmunť: Falsitas autem omnis secludiť a regno dei: ꝛ ad regna diaboli semꝑ spectat: cum priore autore falsitatis posterior autor in eternum/nisi resipiscat/arsurus. Osculũ reconciliatoꝝ est indicium: q̃ hactenus ad inuicem discordabant: nunc vero cum illo discordia irrogatur/ꝛ sanguis funditur vinculo pacis. Irrogatur mors osculo vite. Instrumentum virtutis/impietatis arma imitatur. Sꝫ eo scelerati or omnis maloꝝ autor: quo agendi modus nefandior: sꝫ nullus ꝙ ille qui fit sub velamento virtutis. Suscipit osculum christus: ꝛ discipulum increpat/cuius actibus non consentit: sed sponte vult pati quod se passurũ in carne ab eterno ꝓuidit. Attendamus patientie documenta/cuius velamina exuelantur in christo: q̃ nec animo motus sustinet ꝓditorem: vt quẽ habuit ante discipulum/nunc ꝑnecacium patiať: ꝛ ei tanta humilitate se donat/vt oris osculum corꝑisqꝫ amplexum sustineat. Ecce veritas ꝛ falsitas/ bonitas ꝛ iniquitas/humilitas et suꝑbia/ patientia ꝛ ira/charitas ꝛ inuidia/liberalitas et auaricia in actibus/non in animis conuenerũt. Christus omnium origo bonoꝝ in suis virtutibus ꝛ moribus semꝑ idem. Damnatus homo sibi falso ꝓpinquat: agit ipse/patiť virtuosus: attrita frons ꝛ infrunita temeritas est/vt arra fidei ꝛ amoris innocentem detrudat in mortem. Sed ꝯtemplemur attentius: quomodo virtutes sibi obiecta hostilia patiunť. Proprium em̃ nosciť esse virtutum/cõferre immotum anime sensum. Ad hec saluator sequaces suos inuitat: vt virtutibus fulti sint in oĩbus semꝑ idẽ. Nam virtus q̃rit ex aĩo inuariabilẽ possessorẽ. Cum vero iudas cum signo letifero ori christi osculum impssisset/secessit cũ ceteris. Illis vero stantibus/velut attonitis a quadã occulta virtute diuina ꝑcussis: christus ꝓcedens ad eos dixit: Quem queritis: At illi dixerũt: Joã.18. Jesum nazarenum. Dixit ergo eis iesus: Ego sum. Ut ergo dixit eis/ego sum: abierũt retrorsum et ceciderunt in terram. Utrũ vero iudas signũ dederat ante hãc dñi vocẽ/ ministrorumqꝫ casum: differere non est opus: ad vtrũqꝫ se offert indistincte sensus historicus. Processit ad eos iesus cũ pauore deposito: cũ in oratiõe nõ accepisset ꝓ sensu q̃situ. Sꝫ ꝯsummata charitas foras emittit timorẽ. 1.Joã.4. Hoc ꝓcessu suo christus vsqꝫquo verificat: q̃ ad suos sicarios mẽte secura ꝓcessit: ꝛ voce impauida loquiť/quem q̃ritis: vt se vltro inimicis offerat ꝓ horrenda morte quesitũ. Magna charitas/que mortis excludit horrorem. Miranda securitas/que inimicis sponte se donat. Ad hec caput nostrũ animauit ꝛ mẽbra. Sciebat em̃ ipse impassibilitatem post passionem: id est vitam post mortẽ/gloriã post sepulchrũ indubitanter futuram. Ac ꝑ hoc ꝯsyderent omnes qui volunt fieri christiformes: ꝛ securitatẽ assumant: ꝓpellant charitate timorẽ: ꝛ nõ sit horrori assumpta volũtarie vilitas huius seculi/de qua gloria celestis exoritur. Nec vltronea pauꝑtas ingerat pro rerum defectu fastidiũ: cuius campi diuitias fructificant in supernis. Castitas etiam vstulata tẽtatione non vertatur in tedium: cuius arbor in gẽmas/gemme in flores/flores in fructus erumpũt ciuiũ supernoꝝ. Passio nulla deterreat: ad quã impassibilitas vera ꝛ eterna succedit. Frustra pena conturbat/de qua delectatio nascitur: Nec tyrannoꝝ gladios paueant: quibus consecrantur ad christum. Mortis terrore non angitur/qui de morte vitã cognouit ꝓdire supernã. Omne asperum non ꝯturbet si cruciat/aut adi-

mit tenerũ ſenſuꝫ: cũ ex cauſa iuſta ſuppoſita/infinita ſequaꝛ amenitas. Preſtruit nos in oı̄bus noſter dñs chriſtus/cũ ſe ſpõte ad ꝑicula obtulit inq̄ſitus. Hec ꝓ auditoribus dixerim chriſti amice/aut chriſtiformibus chriſtianis. Pro pauidis vero ⁊ minus ꝑfectiõis habẽtibus cõſulo fugã/deuitare ꝑicula: ne forte fracti ꝑẽaꝝ ⁊ mortis terrore deficerẽt. Et melior talibus fuga humilis/ꝙ̃ hũano faſtu ꝑſiſtere. Nec nõ ⁊ negatio humilis/ꝙ̃ ſuꝑba ꝯfeſſio. Ubi vero nullũ argumentũ euaſiõis affuerit: captus inter tormenta ꝑſiſtat inuictus/⁊ veris ꝯfeſſor inter obiecta dolo ſa. Intentatam mortẽ oı̄no reputat vitã. Magna etiã nobis altiſſime ſpei argumẽta donanꝛ: cũ chriſtus ꝓ nobis moriturus ſpõte ſe obtulit inimicis: nec precognita deuitauit opprobria. Quid ergo facit amicis vt cũ ipſo viuant/eũ in veritate q̄rẽtibus: q̄ inimicis ad mortẽ ſe ꝓdidit inq̄ſitus? Quid eis q̄ eũ ad laudẽ ⁊ gloriam q̄rũt ſuã: q̄ñ eis ſe ligandum ꝓtulit/q̄ ad ꝯtumelias ⁊ opprobria q̄ſierũt? Quid veris amicis/q̄ ꝓditori amico ſe ad oſculũ dedit? Quid in bonitate q̄rẽtibus: q̄ male q̄rentiũ noluit effugere manꝰ?

Dicit ergo ieſus: **Quẽ q̄ritis? Illis dicentibus/ieſum nazarenum: adiecit: Ego ſum.** Qua reſpõſione audita/ceciderũt retrorſum: plus eñ fuit in virtute/ꝙ̃ in ſono vocis. Dedit voci eius pater vocẽ virtutis: vt doceat ignaros/mortuos ſuſcitet/infirmitates morboſq̄ȝ depellat: fuget demões/⁊ inimicos male auſos deterreat. Quid iudiciaria faciet ꝓ diſcretiõe meritoꝝ: q̄ñ ſic terruit cohortẽ improbã/cũ eſſet adhuc in nũero morituroꝝ? Nõ põt hũanitas ſuſtinere diuina: niſi ſuꝑ naturaꝫ potentiã a creatore accepit. Et terreꝛ iniq̄us ad vocẽ iuſti: horrori ſibi eſt: deijcit ſe retrorſum. Hec eſt ſepe hominũ nefanda ꝑuerſitas: vt vñ vocari debuerint/reuocanꝛ: ⁊ auertunꝛ vñ cõuerti debuerũt. Ad hãc inſinuationẽ ⁊ ſue innocẽtie vocẽ debuerũt ad chriſtũ ſola pietate atq̄ȝ virtute ꝯuerti: ad quã retro miſerabiliꝛ corruerũt. Quadruplicĩ caſuꝫ fieri ſepe cognouimus. Aut antrorſũ aut retrorſum/aut dextrorſum aut ſiniſtrorſum quorũlibet fit deorſum. Sȝ eũ dũtaxat q̄ ad pñs ſe nobiſcũ obtinet ꝓſeq̄mur. Ceciderũt retrorſuꝫ nõ velut ad lapidẽ ad offenſionẽ ante poſitũ impingẽtes: ſed velut reuerberati a luce maiori ⁊ a vehemẽtiori potẽtia: cũ laternis/facibus/gladijs ⁊ varijs armis ꝑfulti: q̄bus innitebanꝛ miſerabiliter quo nõ viderãt retrograde/nõ tñ auerſa facie corruerũt: nã facies eoꝝ ꝙ̃uis cũ quodã intolerabili mõ/e regione ſtabat ad chriſtũ. Sȝ retro cadẽtes ſupinatim ad celũ: vt ſaltẽ cognoſcãt virtutẽ deſuꝑ eſſe terrentẽ/⁊ de celo deſcendiſſe quem venerãt ligaturi. Supinanꝛ ad celũ: cuiꝰ autorẽ in terra deſpiciũt: ꝓ eo ꝙ nõ cognoſcũt: q̄ȝ mũdus eũ nõ cognouit. Sȝ vt cognoſcerẽt/diuina potẽtia ſupinanꝛ: nã legimus iniq̄tatis ⁊ falſitatis autores noluiſſe aſpicere celũ: ne dei recordarenꝛ ⁊ mãdatoꝝ eius/aut donoꝝ deſuꝑ deſcendentiũ; vt corde compũcti a malis cõceptibꝰ reſilirent. Sed iſti ad vocẽ dñi corruentes in terrã reſeruanꝛ ad celũ: vt ꝓſternentẽ eos ꝑ vocẽ cognoſcãt eſſe diuinũ. Cadũt retrorſum/quo ꝓſternunꝛ penitus nõ vidẽtes: q̄ȝ vel ignorãt quod faciũt: aut ꝙ̃tũ ſit mali nullo mõ ꝑpendunt: aut dãnationẽ meritã nõ aſpiciũt. Retroactus caſus eos inſinuat/q̄ ab eo quod acceperũt ꝑ fidei cognitionẽ ex mãdato dñi ⁊ actioneꝫ iuſtoꝝ opeꝝ reſipiſcũt. De q̄bꝰ petrꝰ in canonica ſua dicit: Meliꝰ eñ erat illis nõ cognoſcere viã iuſticie/ꝙ̃ poſt cognitionẽ retrorſum cõuerti ab eo quod illis traditum eſt ſancto mandato. 2. Pe.
Quotquot eñ a iuſtis ĩceptis deficiũt/neſcij retrocadunt. Caſus oı̄no noſciꝛ eſſe/a bonis deficere vel auerti. Retroacto caſu de ſella heli multatus letaliter fuit: q̄ñ ſuos filios non corripuit delinquẽtes/q̄ fractis ceruicibꝰ expirauit: vt inflicta pena ꝑactũ malũ demõſtret. Retrocadendo expirare meruerat/q̄ poſtpoſuerat diuiña mãdata ⁊ iuſticie ordinẽ amoribus filioꝝ: vt ide pena ꝑueniat quo fuit cõtempta iuſticia. Inimici etiã dñi ſemꝑ vt iſti cõuertunꝛ retrorſum. De q̄bus pſalmiſta dicit: Et cõuertenꝛ inimici mei retrorſum. Pſal. 55
Inimicus eſt dñi oı̄s q̄ amicus nõ eſt verbis iuſticie atq̄ȝ virtutis. Inimici domini ſunt oẽs amici mundi/q̄ ſe ad vitam aliam virtutibꝰ ⁊ moribus nõ reformant. Inquit enim iacobꝰ: Qui voluerit eſſe amicus huius ſeculi/inimicus dei cõſtituet. Iaco. 4
Ingratitudo quos poſſidet/fecit abire delinquẽdo/male credendo atq̄ȝ peccãdo retrorſum. Eſaias eñ dicit: Filios enutriui ⁊ exaltaui. Et ſequiꝛ: Et ipſi alienati ſunt retrorſũ. Eſa. 1
A deo ſe alienãt cadendo retrorſum/qui fide nutant: nec illã moribus firmãt/q̄ aliud ꝙ̃ deuꝫ aut plus ꝙ̃ deũ/aut eque cũ deo/in amore animi colunt. Et q̄ dño dicunt/expecta. Expectat cũ vocat: Eſaia dicente: Cadent retrorſum: ⁊ capienꝛ ⁊ laqueis inſolubilibus ligabunꝛ. Eſa. 28
Sapiẽtes mũdi qui nec ad ſapientiã chriſtiferam tranſierunt/cõuertunꝛ a deo retrorſum. Eſaias enim inq̄t: Ego ſum deus conuertens ſapientes retrorſuꝫ: ⁊ ſcientiam eoꝝ ſtultam faciens. Eſa. 44
Mundi ſapientes cõuertuntur a deo retrorſum: cum ſemꝑ ex ſcientia humano habita faſtu in peccata labuntur: nec in anteriora ꝓficiunt: ⁊ in illa penalia cadunt/que velut retropoſita ꝑſpicacibus oculis nõ viderũt. Si vero iſti qui male miſſi fuerant vt caperent ſaluatorẽ/ad eum mutato crudelitatis animo acceſſiſſent: ſtetiſſent vtiq̄ȝ recti: nec cecidiſſent in retropoſitã terrã. Habebant eñ: ante faciẽ ei ſtetiſſe potuiſſent: quo debite nõ aſpecto retrofactus eſt caſus. Preroganꝛ oı̄bus exempla cauendi: quoniã q̄ non accedit ꝑ viã iuſticie ad antepoſitã vitã/cadet omnino in retropoſitã mortẽ. Perdiderunt audaciã/ſed non ſeuitiã crudelis legationis autores: nec reſumere potuiſſent/niſi vox que abſtulit reddidiſſet. Proinde iterũ **interrogauit eos/dicẽs: Quẽ queritis?** Omnino ſe offerens ad iniuſtã capturã. **Qui ſimiliter reſponderunt/dicẽtes: Ieſum nazarenũ.** Eodem ſcȝ cru-

dei aio quo ante q̄rebāt. Nō erat mutata senicia/q̄p̄ repssā fuisset audacia: nec mala volūtas/
q̄uis retusa facultas: q2 obstinate hominū mē-
tes nō auertunt a malis/ꝯuerse ad ornatū virtu-
tis: q̄uis interdū repmant eoꝝ pessime faculta-
tes. Dicit ergo eis iesus: Si ergo me
queritis: sinite hos abire. Non em̄ dece-
bat quēpiā apl'oꝝ sociū fieri passionis: ne seq̄ret
dānabilis error: vt alterius q̄p̄ vnius sanguis cre
deret in p̄ciū. Vide tn̄ virtutis magne ꝯstantiā:
vide inter p̄ssuras inuictā hoīs animā: vt pia me
moria/tribulationū oblita suaꝝ/de primis curā
gerat: cū dicit: sinite hos abire. Altissime virtu-
tis est signū/cū inter p̄ssuras nō obruit sensus in
terior: vt etiā exteri9 pdat officia pietatis. Pro-
fecto septus chorea virtutū/nihil in vtrisq3 acti
bus habet ademptū. Sed discipulis quodāmo
do dimissis intactis: dūtaxat excepto q̄ sindonē
qua solū tegebat reliq̄t: q̄ tactus pfugit nudus:
in christū tristes et stolidas manus/irrōnabi
li audacia/iniecerunt et ligauerūt eum:
qui venerat soluere compeditos. Fuerat em̄ ab
eterno p̄uisum/vt ex iniustis vinculis insta vincu
la soluerent: quā p̄uisionē nō discutiēdo laude-
mus: nostris nēpe pfectibus ipsa seruiuit. Liga
tur dn̄s ꝛ saluator omniuz a manibus sceleratis
funibus pctōꝝ nostroꝝ: lōge ante de ipso dicēte
pphêta: Funes pctōꝝ circūplexi sūt me. Et pe-
trus in canonica sua dixit: Dn̄s captus est in pec
catis nostris. Ea q̄ppe die q̄ genus illuxit hūa-
nū/nere ceperūt miseri ptoplasti funiculos: qui
bus in carne mūdi cōditor ligaret: ꝛ ipsi genimi
na p hoꝝ materia p̄mitus pduxerūt. Et ex eis
dānata ppago hmōi herbā q̄ neri siue ꝯtorque-
ri posset ad vincula/velut cāpus reprobus cōti-
nue germinauit nec germinare desistit: vt inter
pctā p̄cedentiū atq3 sequentiū hominū/velut in
quodā funis medio christus dn̄s vincularetur.
Nā p p̄cedētibus atq3 sequentibus culpis chri-
stus venit in laqueū: ꝛ captus est in pedica siue
decipula pctōꝝ: q̄ ab exordio hūani generis erat
posita sup terram/suis tn̄ oculis nō abscōdita.
Nouit em̄ vt aliq̄s ab eterno/ab instāti cōcepti
onis vt hō/vincula passionis ꝛ causam. Nec fu-
it nescie irretitus. Lōga sunt ista vincula q̄ in p̄-
mis parētibus inceperūt p milia vela labentium
annoꝝ: q̄bus semp addit a nascētibus ceteris: q̄p̄
uis ipse sit absolutus a vīculis. Vincula ioseph
atq3 sansonis/vincula Hieremie/Ezechielis/eti
am christi vincula figurauerūt. Sed dū impia
ministeria huiuscemōi agerent: dixerunt di-
scipuli ad iesum: Domine si percuti-
mus in gladio? Qui respondit: Sini
te vsq3 adhuc. Quasi dicat: Intmittite vos
phibere ledētes quousq3 patiar: qm̄ ad alios ꝛ
in tēpus aliud seruat iudiciū vltiōis. Nūc tēpus
est patiēdi/tn̄ sub occulta vindicta/q2 ceci sunt:
manifeste vero vlciscendi tēpus aduenit. Sed
nec expectato respōso dn̄i saluatoris: petrus
exemit gladium: et seruum percussit
pontificis; et abscidit auriculaz eius
dextram. Erat aūt nomen seruo mal-
chus. Tunc ait Jesus petro: Mitte
gladium tuum in vaginam: aut con-
uerte gladium in locum suum. Om- Mat.26
nes qui gladium acceperint/gladio
peribunt. Calicem quem dedit mihi
pater/nō vis vt bibam illum? An pu-
tas quia non possum rogare patrez
meum: et ipse exhibebit mihi modo
plus q̄ duodecim legiones angelo-
rum? Quomodo implebūtur scriptu
re pphetarum: quia oportet sic fieri?
Petūt sciaz siue licentiā discipuli si dn̄m ꝛ seip-
sos tuent gladio: aut si ferro impetūt inimicos.
Sed interrogat incassum: si ante respōsum exit
in opus. Frustra petrus interrogat: dum ante
christi respōsum ipse pcusserit. Subite hominū
actiōes nō expectāt iudicia legitime decernen-
tes. Nō dedisset pfecto licentiā male agēdi/aut
taliter se tuēdi; q̄ male actū verbis increpauit in
petro/ꝛ facto auriculā sanauit in seruo. Leuita-
te vsus est petrus: q̄ ante respōsum dn̄i vulnera-
uit. Leuitas vitiū est nō bn̄ ꝯstitute mētis: q̄ nūc
in bona/nūc in mala quodaz improuiso impetu
sepe raptat: q̄ nec sui cōpos/nec iudiciū supioris
expectat. Sed forte petrus calcaribus timoris
ad se/amoris ad dn̄m vrgebat: q̄bus impulsis/
dignū rephēsione patrauit. Nō em̄ saluator ni-
si male digna rephēdit. Nec semp timoris acu-
leus aut amoris vehemētia excusat a toto vel a
tāto. Proinde in omni re cautuz oportet fieri p
christo certantē: ne male his calcaribus vrgea-
tur. Sed ex ipsoꝝ interrogatiōe/ac ex dn̄i rephē-
sione luce clarius patet q̄d in talibus articulis
sit agendū. Interrogāt discipuli si pcutiūt gla-
dio: vt nullus pcutiat in vindictā aut vim/remo
uēdo illā: nisi christus ꝯcesserit/cuius nutus lex
euāgelica patefacit. Qui se tueri vel aliū nitit/in
culpate oīno tueat. Sed tuitiō q̄dē pmittit/non
iubet. Vindicare aūt oībus phibet/dicēte scri-
ptura: Mihi vindictā/ꝛ ego retribuā. Nec q̄s Ro.12
piā a quoq̄ est sp̄uali gladio feriēdus: nisi q̄tum
iusticia indubitata pmiserit. Oēs em̄ q̄ accepe- Mat.26
rint gladiū/gladio peribunt. Nullus autoritate
sua gladiū iusticie sumat. Quotquot acceperūt/
gladio diuine iusticie perierūt. A quo nemroth Gen.10
accepit gladiū? A nullo p̄terq̄ a seipso ꝛ dānatus
est. A quo pharao? ꝛ dānatus. A quo ninus/q̄ cō
didit niniue? a quo nabuchodonosor? a quo re-
ges persaꝝ atq3 romanoꝝ ante christi susceptā fi
dem? q̄ ꝛ si eis populi ꝯsenserūt/eterna dānatio
ne a deo pscripti sunt: nā nō est gladius iusticie/
nisi a deo: qui eū nemini nisi cum legē sua irrepre
hensibili ꝛ vera concessit. Non em̄ nisi s̄m legē
ꝛ per legem est gladius iusticie pducendus: mul
to minus sica vl' vltor. Qui vero acceperint/eter
na gladio subiacebūt. Atrocior vero gladius nē
pe confodiet/qui male vtunt gladio spirituali.
Sed non solum cum gladio feriendo iniuste cul
pa cōmittitur: sed in accipiendo. Quod vigilāti
verbo scriptura vsa est dicens; nō omnes qui se-

rient gladio/gladio peribūt: sed qui acceperint
vt omnino sit interdicta omnis vsurpata pote/
stas: ⁊ a christo condemnet omnis arrogata iu/
sticia. Sanciūt imutabiliter diuina decreta: ꝙ a
supioribus inferiora depēdeant. Nemo igit sibi
a se accipiat vindicariā aut iudiciariā potestatē:
Mat.26 si ad maiorē spectat collatio. Conuerti gladi/
um in locum suum a saluatore Petro iubet. Lo
cus cuiuslibet rei ē: quē sibi ordo īfallibilis ordi
nauit: in quo īmota ꝑmaneat quousqꝫ ꝑ eundez
mutet aliter decernentem. Naz multa sub inua/
riabili ordīe variant: ꝓut necessitas succedit aut
ordo causaꝝ. Stēt omnia suis locis visibili aut
inuisibili modo: ⁊ si qua mouent p̄ter imperiuz
omnia decernētis: ipso iubente ad loca pristina
visibilia siue inuisibilia reuertant. Nempe om/
nia malefiūt/si certus p̄termittit ordo. Trifarius
em̄ est: nature/legis ⁊ gratie. Locus gladij est va
gina: Nō hominis caro locus gladij est: non cor
pus hoīs: sed oīe ꝑ quod incidendo educit ad
vsum hoīs/cū iudicio rationis. Si aūt hoīs cor
pus ꝓ tempe locus efficit gladij: aut erit in cor
pore aliquid exortū imꝑtinens resecandum atqꝫ
curandum peritia medici: aut erit in corpe culpa
cōmissa/in eodē multanda consilio iudicis iusti.
Quod ergo ē medici/agricultor obmittat: quod
vero est iudicis/piscator nō faciat. Proinde iu/
ste dicit Petro/⁊ oībus spectātibus ad silēz acti
onē: Conuerte gladiū in locū suū. Omnes em̄ q̄
gladiū accepint/gladio peribūt. Nam eo malo
quod fecerit: trāsuerberabit oīs homo: ⁊ ad cul/
pam iusta multatio adnectetur. Sed in eo ꝙ
dextra p̄cidit auricula / magnum nobis p̄struit
sacramentum. Nec credimus hoc factum ꝓui/
dentia Petri: vt solū ad illud membrū absciden
dum gladium aptitasset. Non em̄ q̄ ꝑcutit cōtur
batus/curat quemadmodū laniet: sed ꝓut feriē/
tis adest habilitas/⁊ subest dispositio patiētis.
Uerūtamen diuina ꝓuidētia nequaq̄ casu cre/
dit factum: cum abscisio dextre auricule serui/
lis/abscisionem p̄nūciauerit recte obediētie iu/
daice seruitutis. Ad auriculam refert obediētia:
Psal.17. sicut psalmus ait: In auditu auris obediuit mi/
hi. Sed ad dexteram obediētia ꝓ celestibus re/
cta: quam oīno ꝑdidit seruilis conditio iudeorū.
Omnis q̄ ꝑdit rectam obedientiā/q̄ solū ꝓ cele/
stibus a creatore posita noscit: auriculā dexteraz
vtriusqꝫ videlicet actionis ꝑdidisse conuincit/so
lum restituendā ꝑ christū. Ipsius tantū est om/
nia reintegrare deperdita. Nā christus iā circū/
datus mala cohorte: ꝑfectus in oībus/inimicis
restituebat bona ꝓ malis/cū seruo auriculā abs
cisam reddidit. Seruus erat pōtificis/nō pōtifi/
cij. Multi em̄ seruiūt in dignitatibus cōstitutis
intuitu cōmodi/nō officij: ꝑsonā/non dignitatē
colentes: qui merito praue seruitutis spiritualia
bona perdunt/⁊ sperant frustra supna. Quod
vero christus cum ligaretur/sanauit auriculam
atqꝫ pontificis seruo restituit: dum ad toleran/
das penas ⁊ opprobria cogeretur: virtus ꝓces/
sura ex christo aut ex martyribus/ex tormentis

ostenditur. Et nihil adeo nostram intelligenti/
am aperit: christum dei filium esse ostendit: fidē
christianam exemplo cōfirmat: nec aptitudines
ad agenda disposuit: nec preter christum deum
cōmouere debuit hominum mentes ad creden/
da que incredibilia videbant: q̄ martyrum pas/
siones/cruces ⁊ tormenta/sanguis effusus/⁊ va
ria crudelitas moriendi. Si caput nostrum
inspicimus: dum infirmatur/dum patitur/dum
ligatur/dum moritur: restituit sanitatem: ⁊ intel
ligentiam reparat ad credēda ⁊ speranda super/
na. Uinculatur christus ⁊ aurē reparabat in ser/
uo: vt reparatio humani generis mal e serui/ex
christi passionibus tota ꝓueniat. Restituitur au
ris dextera: intelligentia vera/ obedientia recta
ex christi cruciatibus oritur. Nulla intelligētia
verior atqꝫ sublimior q̄ credere dei filium incar
nari: quod quoddā nihil fuit/ dū ipse se in vtero
virginali colligeret. Quid hac intelligentia sub
limius atqꝫ rectius q̄ ipsum ꝓ humano genere
credere velle pati? Preostendit etiam ex hoc q̄/
tum dilexerit: quo auris obedientie in amore re/
pendendo incalescat. Ipse patiendo patientie
modum dedit ⁊ formam: ⁊ ad interrogata regu
lam respondēdi constituit. Ipse in cruce moriēs
latroni aurem cordis aperuit: quem ei confiten
tē sibi continuo asciuit dicens: Hodie mecū eris Luce.23.
in paradiso. Hec oīa q̄d ex christi passionib9 ve
nerit p̄struūt. Colligate imo ꝯuicte cū christo ⁊
ꝓ christo capite/martyrū varie passiones/intro/
mittūt in animam credēdi securitatē: roborāt fi/
dem: christū esse veraciter dei filium/ qui ad ta/
lia toleranda eos potuit animare/ incunctanter
mentibus offerūt. Terrena ꝓ christo despicere/
superna sperare/mundo mori/christo viuere: ve
lut carbones viui extinctis cōiuncti/mētes ho/
minū accendūt. Aperit ꝑfecto ⁊ ꝑdita restituit
auris intelligentie: atqꝫ ad obediendū fit ipsa ꝓ/
cliuior/si sedule inspiciunt martyruz passiones.
Quod vero adiecit saluator: Calicē quē dedit
mihi pater non vis vt bibam illū: aliam ꝯsiderā
di materiam exordit. Dedit pater filio calicem
amarissime passionis: quem vsqꝫ ad fundum ex/
hausit ꝓ eo quod pater dedit/cuius volūtati ni/
hil statuit preferendum. Orauerat iam in hor/
to vt tolleret calix amarus/scz acerbitas passio/
nis ⁊ mortis: ⁊ exauditus abscessit decreto ma
nēte paterno: vt ipse biberet calicē passiōis. In/
q̄t ergo petro: Pat dedit calicē mihi: nō alij red
dūt. Quis remouebit quod pater decreuit etn9?
Quis bibet quē ego bibiturus suz? Quod mihi
soli/nemini est ꝯcessum. Mihi/nō alij calix redē/
ptiōis offert. Nō vis tu hō quod vult deus? Nō
vis tu creatura quod vult creator? Nō tu seruus
quod vult dn̄s? Si nō bibo: q̄s bibet? Si nō pa/
tior: q̄s alius ꝓ hūano genere patiet? Quare nō
vis vt bibā illū? Si nō bibo: siti eterna oēs affici
ent. Amara est potio: sed sitim tollet malis calo
ribus estuatis. Mēbra coaptent ad caput. Nō
renuāt calicē porrectū a patre: ⁊ omnē increpent
bibere ꝓhibentē. Qui ad diuina imposita impe/

cunera suadet et pstat: similis est diabolo/ etiam si ptendat in verbis aut in moribus pietatē: nec est tolerandus/ velut qui hominez auertit a vita. Nam qui obedientie diuine cuiqꝫ sese obicē facit/ ipsum a vita diuertit. Est em̄ in diuina obedientiā tota vita. Increpādus est si subest: si equalis/ penitus non ferendus: si vero excedit/ nulla ratione timendus quispiam quocūqꝫ intuitu a diuinis iussionibus te auertens. Nam vbi diuina cognoscit facienda volūtas/ phibeat phibens et dulci animo quodlibet bibat amarū. Om̄e penale crucians/ equanimitate animi toleret. Legimus David regē egressum velut expulsum de hierusalem/ fugientez a facie filij sui Absolonis: cui turpibus verbis maledicebat et exprobrabat semei de cognitione Saul. Quem cū audisset et vidisset abisai filius saruie/ cōmilito pbus David: ad amputandū maledicentis caput animo et corpe se parabat: indignū omnino arbitrās atqꝫ detestans/ regem suum sic exprobrabiliter ab indigniori homine maledici. Ad quem rex sup seipsum tribulandum diuinam preuidens voluntatem dixit: Quid mihi et vobis filij saruie? Dimitte eum vt maledicat. Dominus em̄ precepit ei vt malediceret dauid. Et quis est vt audeat dicere/ quare sic fecerit? Dimitte euz vt maledicat iuxta pceptū domini. Iuxta quoꝝ verboꝝ sententiam saluator increpat petrū: monefaciens vt in vaginam gladiū reconuertat. Et allegabat rationē insolubilem non pteribilis iussionis/ dicēs: Calicem quem dedit mihi pater/ non vis vt bibam illum? Omnem remouet cunctationē: suggillat rationes aduersas: omnium claudit ora loquentium. Protinus omnem condemnat amorem: nullum sustinet contradicentez: nullis sensualitatis acquiescit blandimentis: cū supra dorsum ponit onera iustus pater: et amicus secus cōsulens aut agens habeat titulo inimici. Et pluribus ante diebus Petrus a christo est appellatus sathan: qui ipsi christo suadebat vt nullatenus pateretur. Qui sibi et in alijs nō vult quod deus vult/ nec ipse a deo sua vota suscipiet. Sub infert christus qm̄ conformitate paterne voluntatis et sue libens patit: cū dicit: An putas: quia nō possum rogare patrē meum: et ipse exhibebit mihi modo plus q̄ duodecim legiones angeloꝝ? Sed iaz orauit in horto: et nec exauditus est: quō ergo nunc dicit: et exhibebit mihi etc. Tunc p sensualitate interpellauit ad patrem/ quaz statim subdidit rationi: rationē vero paterne supposuit voluntati: nunc vero dicit: si certandū esset/ si renitendum/ si hoc non decreuisset paterna voluntas/ si ptinus ipsa calicē non dedisset: nec ex hoc auxilio indigeo terrenoꝝ hominuz/ q̄ habere possuz exercitus angeloꝝ: nec duodeci apostoloꝝ quero auxilium/ qui habere possum duodecim legionum. Sed expedit his passionibus corpaliter subiacere: non reniti/ aut armis sensibilibus se tueri. Qui vero venerat sine armis seculū expugnare/ orbem transformare terrarū/ cū demonibus habere cōgressuz/ et inuisibilē ei dare cōflictum: nec armis se tueri decebat: et quod erat in passione voluntariū longe ante puisum/ armis arceri penitus non debebat. Predocuit oēs sequaces christus/ ipm pfecte sequentes: vt mūdi auxilia nō queramus: nec vitare velimus q̄ ab improbis irrogant: dū nobiscū puidētia diuina vtiliter agitur: dū tribulati ad meliora puehimur: si adest in animo tolerantie fortitudo. Sed q̄uis liceat humane pusillanimitatis et imperfectionis existit. Potest em̄ puidentia vtiliori humanū auxiliū queri: put Paulus in actibus fecit: ventur⁹ romā ad vtilitatē ecclesie se preseruans. Nam inestimabilibus precijs de⁹ querit nostras emere passiōes: et tolerata p christo germinant ad supna. Hoc aūt quod secutus adiūxit: quō ergo implebunt scripture pphetaꝝ: q2 sic oportet fieri: nō ad necessitatē intorquendū est: quasi christus necessario pateretur/ aut pphetiē pphetice ad patiendū christuz sibi legē necessitatis imponerēt. Ac p hoc christus nō ideo sic passus est/ q2 sic pfiguratuz aut pphetatū est: sed sicut pati ab eterno disposuit/ sic pphetari aut tēp⁹ decernit: vt potius passio causa fuerit pphetie q̄ pphetica scriptura causa fuerit passionis. Nā iuris diuini ordo poscebat/ vt tāti regis mysteria in mūdo futura/ p pphetas idoneos multis ante actis tpib⁹ inclarescerent. Ideo igit implende dicebant scripture pphetaꝝ: p eo q̄ ea q̄ ab eterno infallibiliter et necessario fuerāt ordinata: q2 sic deus volebat/ mūdo ventura scripture ipe pdixerāt. Quod futurū erat in christo sm rei veritatē/ per spiritū sanctū prophetis innotuit. Et veritatem rei precessit veritas prophetie implenda per passionez dñi iesu christi. Proinde si non patiar/ frustrabitur ab eterno in veritate prouisum: necnō et scripture que ab eterno puisum pdixerūt in tēpore dilabente/ futurū in plenitudine tēporis subsequēte similiter frustrabunt. Magna est scripturarū pphetica autoritas: in eis pfunda et velut impscrutabilis veritas latet/ et paucis nota priusq̄ sequat effectus. Et ad veritatem capitis totius corpis subsequit veritas. Nā omnia impleta sūt in capite: q̄ ipm in carne/ in terrisqꝫ gesturū longe ante pphete cecinerūt: vt nullo pacto trahat in dubiū: q̄ etiam illa modica q̄ complenda restāt/ in corpe suo mystico cōplebūtur tam in his q̄ pdestinati sunt ad hereditatē eternam: q̄ etiam in his q̄ presciti sunt ad intermiabilē penam: vocabulo fidei et participatione sacramentoꝝ hic viuentes/ de christi corpore videant. Adimpletio scripturaꝝ de christo profecto in christo et in suo corpe arguit esse complēdas: et cōplementū vnius arguit etiā alteri⁹: vt ordinata successione infallibili tēpoꝝ scripture impleant in partib⁹: vt toti⁹ ecclesie pacto mysterio/ in corpe toto scripture implete noscant. Quomodo implebunt scripture prophetaruz? Nō alit q̄ iuxta huiuscemodi opprobriū. Om̄ sic oportet impleri/ put fuit ante prouisum. Sic deo prouisum/ prout erat oīno futurū. Difficile

Reg.16 · Luce.22 · Mat.16 · Mat.26 · Act.25

vsqꝫquaqꝫ cognoscit in oībus scripturis cadere
velle mores. Quodā intraneo intellectu colligit
ne aliter velimus fieri ꝓ nobis aut in nobis/nec
tentemus aliter agere: nisi ꝓut diuina impia ta-
cita vel exꝑssa/dicta vel scripta/edicto imutabi-
li statuerūt. Nec siquidē verba intellecta ꝓ mo-
ribus/scripturis theologicis nos coaptant. Et
vt verū fatear: ꝛ coaptant ne velimus aliter viue
re ꝗ ipse dicant: qm̄ illa ꝓ agenda vita dixerūt/
sine quibus hoībus nulla salus. Oportet autē
omnino fieri que dirigūt in salutē. Nec oportet
impleri scripturas ꝓ moribus editas/vt ipsarū
honor ꝛ veritas ꝑamplius inclarescat: semꝑ eīm
ante actionē ꝛ post actionē eoꝝ que consulūt si-
ue iubent/eodē modo se habēt dignitas ꝛ veri-
tas scripturarū. Sed ꝓ nobis oportet fieri: ali-
as damnaremur nō implēdo mādata/vt volētes
nō reddēdo cōsulta. Si christus ab omni neces-
sitate liber/opportune ꝓ nobis voluit ꝙ in ipso
scripture ꝑtinus implerent: qui leges ꝛ scriptu-
ras sacras soluere nō venit/sed adimplere: ꝗ to
magis nos iustis moribus debemus illas im-
plere/quos mortis interitus peccatorū mucro
dilaniat. Et astutus diabolus ꝗrit quē deuoret:
qui ꝛ si omnē infidelitatē absorbuerit/nec eius
lethalis sitis extinguit. Sperat eīm ad suū hor-
rendū ꝛ ꝓfundissimū os etiam trahere christia-
nos: iuxta subtilē intelligentiam illius scripture
Job.40 dicētis: Absorbebit fluuiū ꝛ nō mirabit. Habet
eīm fiduciā ꝙ iordanis influat in os eius. Om-
nis infidelitas nomine fluuij: nomine iordanis
intelligunt baptismate tincti. Etenī in iordane
baptizatus est christus: in quo initiauit celestia
sacramēta: quibus etiā clausum est empyreū re-
gnum/nisi scripturarū iustis impletionibus re-
feret. Premit nos miserāda ꝛ alta opportunitas
vt sanctas scpturas que moribus dirigūt in sa-
lutē/moribus impleamus. Clauis sanctoꝝ dela
ta sensibus solū/celū supnū nō aperit: nisi sacra
scriptura ꝓ suo gradu suscepta/repagulū posi-
tū moueat. Nā scripture sacre ꝗ ordināt ꝛ enun
ciant opportunos hominū mores/moribus ꝑ
agunt atqꝫ complent. Et ꝗ mysteria/mysterijs:
ꝛ ꝗ supna/supnis. Proinde quia implende sunt
scripture in capite atqꝫ mēbris: ꝓut enūciant sic
oportet fieri. Hanc eandē opportunitatē cū re-
surrexit a mortuis/inclusis discipulis patefecit:
vt oīno necessitas cui caput christus se subdidit/
mēbra vera cōcludat: ꝛ ipsa opportunitas trāse
Mat.26 at in virtutē. Dixit autem iesus ad eos
Mar.14 qui venerant ad se principes sacerdo
Luce.22 tum et magistratus templi et senio-
res: Tanqꝫ ad latronem existis cum
gladijs et fustibus cōprehēdere me.
Quotidie apud vos sedebā docens
in templo: et non me tenuistis. Sed
hec ē hora vestra et potestas tenebra-
rum. Hoc autem totum factum est: vt
adimplerentur scripture ꝓphetarū.
Captiōis christi modus ꝛ tēpus/ipsius iniuriā
plus depromūt: cū velut latro ꝛ nocturno tēpo
re capit/ꝗ nil ab homine ꝑ violentiam exigit/nec
ꝑter virtutes aliqd ꝗrit. Et dies in die palā fie-
bat: ad quē capiendū nec nocturna hora fuerat
opportuna. Sed ꝗles in animo erāt/tēpus ma-
lefactionis ostēdit: qm̄ omnis ꝗ male agit/odit Joh.3
lucē. Et furētes anima furiā continere nō valēt:
nec alioꝝ cruciatibus satiant/nisi oculorū ꝑsen-
tiam ꝑstent. Ecce ꝑncipes ꝛ magistratus ꝛ seni-
ores ꝑsonaliter ꝓgrediunt ad nefas: qui ꝑ male
subiectos poterant cruda ꝑficere. Nam sepe cru
delitas vilescere fecit animos generosos: ꝛ do-
minationē coegit ꝑagere officia seruitutis. Ira
ꝛ inuidia plerisqꝫ ꝑncipes in subiectos/magi-
stratus in famulos/seniores in amentes/ꝛ iuue-
nes in furētes conuerterūt. Complent animos
hominū cecitate vbi due iste nebule supueniūt:
vt decentia in conditionibus ꝛ dignitatibus nō
seruent: nec indecētia ꝓhibitionibus sileāt. Ec
ce quid agūt nocturno tempe ꝑncipes ꝛ magi-
stratus ꝛ seniores: quando aut corpus opportu-
nam debet captare quietē: aut animi ꝑspicaces
veritatis ꝛ fidei oculis intendere in superna: vel
saltem ex officio meditari vtilia ꝓximorum: aut
quiete inuisibili ꝛ corporea diuinas perscrutare
pagellas. Student etiam mēbranulis odij: ꝛ in-
quieti animo innocētes corpe inquietant. Que
iniquitates hominum etiam ad posteros trāsie
runt: vt a quibus ꝛ que pertulit christus/patia-
tur hodie verus sibi subsequens christianus: vt
intantū sepe residentes pleriqꝫ in dei ecclesia in
culmine dignitatis exorbitauerūt: vt sacris stu-
dijs intermissis aspirent atqꝫ intendant perse-
cutionibus innocentum. Plerūqꝫ nāqꝫ vidimus
ꝛ audiuimus/quod sine dolore ꝛ gemitibus refe
rendum non esset: vt ex inuidia siue ira fuerint
sanguine fuso gauisi: cuius effusione preeūte/ca
none ꝓhibente/dignitatē qua pollent non fu-
issent adepti. Ac per hoc Dauid sanguinarius 1.Paral.
appellatus est: ꝛ ab edificatione domus domini
reprobatus: quem ꝓpria manu neminem legi-
mus occidisse/nisi vrsum ꝛ leonem/ꝛ goliad phi
listeum dei populo exprobrantem: quem de dei
licentia occidere carebat omnino peccato. In-
cunctanter horrendum est ꝙ supereminētes in
populis torqueri videant etiam iuste contortū.
Multo magis absonat/ꝙ in presentiarum quę-
stionarij faciūt iniustum. Proinde ipsis principi-
bus ꝛ magistratibus tēpli ꝛ senioribus christus
voluntarie captus exprobrat: ꝙ ad eum viliter ꝛ
turpiter agitati/more satellitum venerint/ipsi sa
cri satellites iniquarum ꝛ turpium voluptatum.
Sed non ceperunt in templo docentem quoti-
die/turbarum verētes tumultum. Cepissent for-
te si pernoctantem velut dictum agentem siquan
do repperissent. Altiori autem mysterio factum
est: ne christus docens caperet in templo/in quo
nec ꝛ potuit lapidari. Nam templū manufactū
sanctorū visibilem formam insinuat: in quibus
christus ineffabili modo existēs/ꝑ aliquam ma-
nuductionem non tangit neqꝫ patit/neqꝫ in eis
sensibiliter colligatur. Etiam libertas doctrine

atq; verbor dei prefigit/ q christus in teplo docens nō capit. Verbū enim dei nō est alligatū: neq; cōclusum fuit aliquando funibus tyrānorum. Non capitur in templo conditor magni tēpli: naz veri amator tēpli sancta libertate potit.
Sed hora z iniquor potestas tenebre sunt: ex quo saluator intulit: Sed hec est hora vestra et potestas tenebrar: vt tenebrefactio mentis tenebrefactione tēporis innotescat. Nā tenebrar hora est in qua peccata patrantur / nō potestas qua fiūt: vt perperā agere tenebrositas sit ex tēpore: potestas qua malū perficit/ sit ex omni se tenebris implicari. Magne quippe tenebre illorū oculis exponunt/ q splendentia obiecta non vident: ptinus hora z potestas aderant tenebrarum/ q mūdi lucem nolebāt aut iusto merito nō poterant intueri. Accidit sepe ptinaciter ab aliqua iniquitate detentis/ q sitam ante oculos veritatē nō videant. Et velut corpalis oculus inualida z excellenti luce solis sine suo damno nō figit: sic interior oculus cū vitiatus voluntarie fuerit /in luce veritatis z iusticie profecto cecat.

Mat. 26 Mar. 14
Cohors ergo et tribuni et mīstri iudeorum comprehenderunt iesum/ et ligauerunt eum. Tūc oēs discipli relicto eo fugierūt. Adolescens autem quidam sequebatur eū amictus sindone super nudo: et tenuerunt eum. At ille relicta sindone/ pfugit ab eis.

Iniquis preceptoribus aut dominis obsequentes iniqui censendi sunt/ cum iussa iniqua perficiunt: z eo iniquiores/ quo paratiores ad malū. Ecce isti ministri damnato precepto comphendūt: q carne ceteris similis/ deitate vo cetera cōprehendit: z ligant / q venerat omnes absoluere a vinculis peccator: z a cōpedibus infernalis tyranni extrahere cōpeditos. Quia paulo sup aliquid de ligatione ptulimus: idcirco de ipsa hic comice disseremus. Cōprehendit z ligatur homo seu forma seruilis: existit liber formā serui suscipiens. Dum comprehēdit z ligat forma visibilis: non paueat intellectualis imago. Sicut deus liber extra hominē z in homine/ sic aīa libertatem a corpore possidet: excepta ligatiōe nature/ ppter quaz corpus corruptibile aggrauat animā. Sed in affectionibus z volitis neqt vrgeri: nisi semetipsam suspenderit voluntarijs laqueis. Libertatē suscepit anima/ nō corpus: et preter ipsum propriam vitam habet: z ab ipo excepta viuit liberior. Cum ipo tamen aliqdiu viuit z in ipso: nō tamē per ipm aut ex ipo. Quod si vinculetur/ dilaniet/ confodiat: omnes penalitates instantanee aut successiue sustineat: ab illis anima nō attingitur. Non enim quod in corpore aut a corpore agitur/ habet in re incorporea sensibilē actionem: quis anima sepe habeat ex successu affectionem/ similiter z impalpabilē passionē. Ligatur hominis corpus: sed nō ligatur affectus. Ligatur homo christus: sed inuincibilis manet deus. Sed tunc omnes discipuli eo relicto fugerunt. Tempore persecutionis a suis discipulis relinquitur christus: quos predocuerat/ philoceperat/ cautos fecerat: qui omnes se spoponderant secum in tribulationibus permansuros. Sed melius nouerat christus quod latebat in eis/ q ipsi scirent qd esset in eis. Fit igitur quod christus predixit: nō quod certus ille promisit. Relinquunt z fugiunt: relinquūt/ qr fugiunt: fugiunt/ quia relinquūt. Hec versavice se causant. Qui relinquit deū/ perdit securitatē: ipsa deperdita conturbans timor ingreditur: qui quos inuaserit/ vertit in fugā: z frustrata sepe spe in dubiam. Qui relinquit christū vitam relinquit: z querens viuere fugit in mortem. Relinquens christum viam rectam abhorruit: timoris agitatus a stimulo/ fugiendo vias ingreditur tenebrosas. Proinde per sapientiaz de iniquis dicitur: Relinquūt iter rectum/ z ambulant vias tenebrosas. Relictor christi vitam negauit. Ipse siqdem sm apostolū est vita nra: Col. 3.
qua relicta omnis amaritudo subsequit. Hinc per prophetam dicit: Vide q malum z amaruz Hiere. 2.
est te reliquisse dominū deū tuū. Isto malo nullum peius. Et amaritudo nulla seuior in sensibus adest/ q mortem incurrere: maxime si subsequatur eterna. Omnē obliquitatē fugiendo incurrit: qui christū reliquit/ quē credimus altissimaz veritatē. De his siquidem ipse predixerat: Ego Joā. 14
sum via/ veritas z vita. Relinquit sepe amicum malefidus amicus: benefidus vero/ etiā in morte nō deserit. Deficit in charitate/ q deserit non deserendum. Charitatis vo defectus aduocauit timorem: quia ipse in charitate non est: cum vero affuerat/ conuertit in fugam sub euadendi respectu. Sed sepe incurritur quod ipso agitante vitatur. Ac per hoc relinquere christuz est inuenire sathan: fugere vero in quampiam partem/ nisi per virtutem ipse non aderit. Sub alis magni draconis protectio facta est/ vbi percipitur quod timetur. Tutius esset ad modicū mortis tolerare dolores cū inuincibili vita/ q ad modicum viuere pter ipsam. Male igitur apostoli meditati sunt fugam/ relinquentes tamē vitam. Sed quo fugerūt? In incertum a timore raptati. Non enim ante preuiderant quo fugerent: q mori iam deliberauerant cum christo. Et tanq inexperti de cōcussionibus iniquor/ in seipsis male confidebant: valere credētes vbi virtus peritura parabatur. Velut volatilia inter que iacit lapis/ improuise per incertas semitas aeris volant: z in summitatibus z ramulis arbor se tollunt: quas ante nō preuiderunt: sic apostolicus chorus fugiendo incertitudine refugij vagabatur. Merito certam hi nō habent ciuitatē atq; refugij edem: qui nō credunt hostili bello posse succumbere. Quotquot bellorum nouerūt euētum ante cōgressum cōfligent/ aut confligi premeditant. Quod si alterum venerit: per certi loci fugam tueri preuident vitam. Ignari z inexperti bellicis actibus si patiuntur conflictū: aut moriunt/ aut vinculant ab hostibus: aut per denia z improuisa se conuertunt in fugam. Subi-

to deliberare de remedio ingruente durissimo
bello/ ꝓtinus est paucoꝝ. Incertam ad tutelam
capiunt viam/quos timor repentinus inuasit: ⁊
qui cũ duce belli nõ cõtulere de remedio euadẽ-
di. Inter maiora bellantium pericula cõputaꝛ:
cum ante omnẽ congressum dux exercitꝰ hostiũ
venerit in capturam. Et vltra ꝙ dici queat du-
rum est bellum/cum primo capiꝛ princeps. Nul
lum sub celo a cõditione grauius ex paucis aut
multis gestum est bellũ: ꝙ vbi captus est christꝰ
filius dei/dñs mundi/princeps regũ terre/dux
in moribus/ductor in celum/inferni destructor/
dissipator mortis. Nullus in hominibꝰ ab eo ꝙ
esse ceperunt sublimius triumphauit: vbi reli-
ctus ab omnibus/solus cũ hoste carnis ⁊ spiri
tus cõflixit. Nullus triumphus nobilior: in quo
bellat singulariter natus/⁊ solus inter mortuos
liber. Uide insignẽ insignis ducis exercitũ: cuȝ
duce capto totus arripuit fugã: vt sibi soli mor-
tis eterne asscribereꝛ victoria. Sed duo ex pau-
cis sequebanꝛ ligatũ ab hostibus ducẽ: quorum
vnus a longe/sed ter de prope denegauit. Alter
adolescens amictus sindone sup nudo: ꝑ quam
detentus ipam in manibus hostium dereliquit:
nec veritus nuditatẽ/quã primo male primi suo
rũ in nostro periculo incurrere parentes: nec re
cordatus amoris/cuiꝰ dulcedinẽ paulo añ hau-
serat/inclinatus super dominicũ pectus: ⁊ quaȝ
sentire debuerat cum gustauit ⁊ corpus.

Ecce omnes corpore fugiunt: quia omnes a
fide pariter corruerũt. Nec pretereundum est/q̃-
bus ⁊ quot vestibus apostoli refulgebant: ꝙ vni
vno tñ accepit humane artis atq; peritie vesti-
mento solum corio/quo natura carnẽ ⁊ ossa in-
uoluerat/tegebatur. In almifico bello dum ini-
tiaretur/patuit quibus diuitijs apostoli fouebã
tur: ⁊ q̃bus armis hostes impios propulsabãt.
Erat ꝑfecto tunc in honore paupertas: ⁊ mũ-
di abdicatio de hostibus triumphatura protí-
nus sperabaꝛ. Quod ⁊ fecit in posterum. Sed
vbi diuitiarum amor accessit: ⁊ sub pedibus ve
lut abiecta calcatur christiana paupertas: ver-
sa vice de nobis diabolus triumphauit. O vti-
nam nõ tegeremur/quod voluptas ⁊ ambitio ꝓ
curauit: sed quod ipsa necessitas ordinauit. Et
tamẽ princeps huius mundi nobiscũ iure decer
tans/in nobis nõ haberet quicꝙ vnde deuince-
ret aut traheret ad horridas sedes: sed innocue
de suis manibus elaberemur: quia nec habere-
mus quo teneremur/nec quo traheremur ad pe
nam. Patuit pauido fugendi libertas/cũ vesti-
mentũ reliquit in manibus detẽtoris: ⁊ ioseph
cũ partẽ pallij reliquit in manibus egyptie me-
retricis: ille capturam euasit/⁊ ille pudicitiã cu-
stodiuit. Ad bonũ ⁊ malũ potest nuditas ista cõ
uerti/ꝭm veram intelligentiã agendorũ: simili-
ter ad vtrũq; potest ista fuga reduci. Nã bonuȝ
est ꝙ manꝰ effugiũt iudeoꝝ: vt sub eo typo fugia
mus ⁊ demonũ: sed malũ est quod fugiꝛ deserẽ-
do christũ. Desertꝰ a christo fugit q̃ eũ fugien-
do deserit. Quod ꝟo christꝰ nõ fugit/sed prom
ꝑte se obtulit inimicis/aliã dicendi subordinat
rationẽ. Ad hoc em̃ venerat/ quod ⁊ fecit: vt sua
captura male cõuinculatos absolueret: ⁊ pro no
stris captus peccatis vitã moꝝ ⁊ eterne beati-
tudinis inferret. Dicit sane scriptura: **Chri-
stus dominus captus est a satelliti-
bus mortis: qui duxerunt eũ ad an-
nam primũ.** Dux omniũ ⁊ lux vera q̃ illumi- Joã.1.
nat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mundum:
qui via inobliquabilis est: primo duciꝛ ad annã:
quẽ si oberrãtes duces posteritate iusti ordinis
sequerenꝛ/ipe duxisset ad vitam eternam. **Hic** Joã.18.
**ĩterrogauit iesum de discipulis et do
ctrina eius.** Interrogat de discipl'is: in quo
rũ nũero renuit calculari: ⁊ quos credit hebe-
tes/q2 sequunꝛ. Qui aũt norit ⁊ interrogãdo tẽ-
tat aut nescit/⁊ an nobiles vel gregarij sint iter-
rogat/ex cõditione discipuloꝝ sentiat in magi-
strũ. Nec nõ in autoritatem qua cõgregauerat/
intendebat: cũ suo iudicio ꝑter decretũ pontifi-
cũ ⁊ sacerdotũ/ nemini liceret sub noua doctri-
na discipulos aggregare. Proinde interrogat
christũ de doctrina. Ad ꝑniciosam inq̃sitionem
annas se cõtulit/cũ exq̃rit. Nam inuoluere vult
doctorem/nõ sub ipso docilẽ fieri: nec se aptita
bat ad illam/q̃ non de terrenis/ sed de celestibꝰ
erat: nec ex homine/sed ex deo. Predixerat em̃
ipe saluator: Doctrina mea nõ est mea: sed eius Joã.7
q̃ misit me. Sedebat annas tribunalico more:
tamẽ supne tribunitiã atq; deificam ipe doctri-
nã formã iudicãtis/ nõ discẽtis habebat. Ipam
ꝟo inuestigare atq; scire volentẽ / oportet ꝑ oia
humilẽ fieri: nec cõtradicere si ꝑ rationes natu-
rales atq; humanas intellectui nõ clarescit. Fi-
de q̃ppe/nõ ratione ꝑcipiꝛ. Id iam agebatur ab
isto supbo q̃rente si aduersus mosaicã legem et
traditiones tẽplarias ⁊ paternas doctrina chri
sti aliq̃d intulisset: cũ iam saluator arguerit eos/
ꝙ transgressi sint mandatũ dei ꝑpter traditio- Mat.15
nes suas. Ecce christi doctrina humilitatis de
core prefulget: q̃ cum sit diuina/sub hominũ iu-
dicio ventilaꝛ. Saluator aũt ad inquisita respõ
det: **Ego palam locutus sum mundo.** Joã.18.
**Ego aũt semꝑ docui in synagoga et i
templo/quo oẽs iudei cõueniunt: et
in occulto locutus sum nihil. Quid
me interrogas? Interroga eos qui
me audierunt/quid locutus sũ ipsis.
Ecce ipsi sciũt/quid dixerim ego.** Oc-
culta doctrina suspitione ꝑfundiꝛ: ⁊ vitiũ habȝ
annexũ si publicũ timet. Nõ aũt omnis occulta
insinuatio sancte doctrine condemnaꝛ: q̃ secu-
ra manet/si ducaꝛ in publicũ: q̃ palam fieri non
deuitat: ne deprehendaꝛ in macula/cũ sit imma
culata. Necessitas ⁊ causarum varietas sepe co
gũt: vt lucerna quandoq; paucis luceat in occul
to/que mallet in manifesto. Protinus spectat
ad sanam doctrinam: vt nihil sub velamine ha-
beat/quod publicũ horreat: quod deprehensuȝ
pudore aut infamia mereretur. Sed que omnino
velaminibus gaudet/latibula ⁊ angulos semꝑ

querit: q̄ deprehensa pudore suffunditur: arguta nō habet vnde se iustis sententijs tueatur: est ꝓtinus ꝓscribenda / ꝓmulgata etiā ab his qui sanctitate pollere videntur. Tutius eni audirent iniqui propatule inhesitāter vera docentes: q̄ boni clādestine dubia ꝓferentes. Omnē excludit errorem: etiam animas audientiū absoluit a dubijs / palantina ⁊ examinata doctrina. Quo circa saluator ad inuincibilē responsionē ⁊ defensionem ꝑ sua doctrina se contulit / cum respōdit: Ego palam locutus sum mundo. Et tacens de discipulis solū approbauit ex manifesto doctrinam: quoniā imaculate resplendebat. Et qm̄ ꝑ sapientes cōsueuit approbari aut reprobari doctrina: locū in quo sapientes iudeoꝝ cōuenerāt / subindncit dicens: Ego aūt semꝑ docui in synagoga ⁊ in templo / quo omnes iudei cōueniunt. Cōueniebant in templo ⁊ in synagoga sapiētes ⁊ magistratus ⁊ scribe atq̄ pontifices iudeorū: inter quos christus altius a Moyse celestē legē dixerat: a quibus sepe agitata confutatis omnibus triumphauit. Et venerabantur illam silentio a qua velut a clarissimo solis radio cecabātur. Nā cū multitudo sapientū sanitas sit orbis terrarum: ad iudeoꝝ sapientiā / suā approbandam remittit christus doctrinā: vt si sapientes sunt ⁊ audierūt / reprehendant si reprehendendū q̄ppiam inuenerūt. Si sapientes nō sunt / sileant a propria ignorantia iā ꝓstrati. Si sapiētes sunt ⁊ amici / dicant q̄ nouerunt: nō amicitie gratia / sed veritatis gloria. Nam vere sapientes ſm veritatē / nō ſm amicitiā omnino diffiniunt. Si sapientes sunt ⁊ inimici: ad validius testimonium interpello: vt propter sapientiā submittant inimicitiā: ⁊ garriant si possunt in manifestam doctrinam. Si vero nō possunt: aut taceant: aut si iusticiam sentiunt / iustis laudibus efferant. Nā vbi multi sunt sapiētes / ibi cautio est doctrine. Veritas semper docens / quos nouit assistere sapientes: ⁊ caute loquitur / ne deprehēsus in aliquo cōfundatur: ⁊ occultū deuitat / qui multis ꝓdesse gliscens ⁊ loquens in veritate fundatur. Ex hoc subiecit: Et in occulto locutus sum nihil. Nā si in occulto locutus nihil: tibi non potuit nisi quod palam locutus sum oīno referri. Quod enim nō est / nō deuenit in aures: nisi harum syllabaꝝ sonus quod non est. Sed qm̄ ꝓprius amor sepe hominē fallit: Quid me interrogas? Interroga eos qui me audierunt / quid locutus sum ipsis. Nō me interroges / quem purum hominez credis: ⁊ a ꝓprio amore deludi: ⁊ oculo carnis intueris: nō discipulos meos / qui ob timorē in ꝓpria sūt dispersi: sed vestros sapientes qui me in synagoga ⁊ in templo resonantē vocibus / eructuantem verba deifera perceperunt / q̄d locut⁹ sum ipis. Irreprehensibilis est doctrina / q̄ ad iudiciū remittit emuloꝝ: ⁊ inobscurabili claritate resplēdet / que ad examē ponitur reproboꝝ. Et iustissima ex omni parte censetur / q̄ nulloꝝ expauet trutinas vel fornaces. Ecce ipsi sciunt quid dixerim ego. Sciunt q̄dē nō imitati dīs amore / sed odio cōfundendi. Sciunt quia me loquentem audierunt: nō q̄ ad illam dilectionis animo vigilauerint. Velut ante iudicem stabat ipse saluator: et aduersus doctrinā testes emulos allegabat: sciebat enim se dixisse infallibilē veritatē. Inconfundibilis nempe veritas est: ⁊ arguta ꝑamplius fulget. Hoc sortitur triumphū: cū aduersarios habet christus / q̄ tota veritas est: hoc intendebat ꝑ veritate doctrine / cū emulos querebat in testes: vt aut illam exponerent quā audierant veritatem: aut si aduersaretur / ipse sub iudice replicando firmaret. Ad posteros ergo huiuscemodi dixiuet exemplū: vt doctrina nō sit priuata / sꝫ cōmunis: non occulta / sed publica: nō opinata / sed veritate firmata: q̄ nullis obtrectationibus tremulat: q̄ nullos paueat detractores: q̄ suos vbilibet cōterat inimicos: q̄ magis aduersitatibus q̄ tranq̄llitatibus elucescat. Hoc solum antonomatice christi doctrina possedit: q̄ nec mirum si mansit intrepida coraz anna / emulos ad sui testimoniū querens / christo capite defendēte: cū coram imꝑatoribus ⁊ regibus mūdi non cesserit in membris christiferis / in eis spiritusancto loquente. Hec autem cum dixisset vnus assistens ministrorū / dedit alapam iesu / dicens: Sic respondes pōtifici? Pessimus est minister / qui magis pro rege q̄ pro veritate decertat. Iniquus est seruus / qui ante domini preceptū iniuriā irrogat. Caret iusticia ministrandi / etiam si iussus percutit quem omnino nouerit innocentē. A dānata gloria detinetur qui male agendi causa / regis gratiam optat obtinere / opprimendo iustum. Illuditur a funesta iactantia / qui per iusticiā ante regem insinuat probitatem. Ve seruis / dominoꝝ amore male facientibus. Ve male iussa cōplentibus: qui ad cumulū glorie dominoꝝ iniuriam nō merentib⁹ irrogant / supernam vtiq̄ perdiderūt. Ecce igitur malus minister: q̄ assistebat pontifici / nō veritati: homini / nō deo: sed pro pontifice percussit veritatem: ⁊ pro homine malo deū hominē alapauit: ⁊ ꝑ honore iniusti domini / iustū hominē exprobrauit: percutiens innocētiā / deserendo iusticiam / dicens: Sic respondes pōtifici? Presumptuosus minister / qui ad iniuriā sui dn̄i vertit: ad quod su⁹ dn̄s nō aduertit: ⁊ sepe dissimulando pertransit / vt mansuetudinē sapiens habeat. Impius est / q̄ ad iniuriā sui superioris adducit / quod ad declarationē veritatis infert: aut ad excusandam innocentiā eructat. Malus zelus serui ad dominū intulit sepe sine causa iacturam. Alapat christi faciem omnis q̄ veritatem expugnat: ⁊ qui opprimit veram iusticiam / quam accepit. Quid christus nisi bonū respondebat pontifici: quod nequiter assistens minister per alapam improbauit? Sed furiosus ⁊ infrunitus animus violentia / non rationib⁹ vtitur: ⁊ factis / non verbis iustis improbat / cū cōcertat. Ecce dominus iesus diuine loquēs / velut locutus nequiter improbatur. Ad reprimendā

nostram audaciam agitur/ut mansuetos tolere mus: si ex humanis locutionibus improbamur.

Sed vide mansuetudinē patientis; cognosce sapientiam respondētis. **Si male locutus sum/testimonium perhibe de malo: Si autem bene/quid me cedis?** Judiciū vult subire cū servo/qui omniū dominus est ⁊ iudex. Et secure adversus se testimoniū querit cui puritas cōscientie semper adest. Nec timet versutiam/q̄ possidet innocentiā. Totū se ponit in iudicio christus: omnia inimicorum examinationi remittit: corpus/mores ⁊ verba: ⁊ si qua humana sunt eius: in iusticia vult appendi: approbari aut improbari testimonijs satagit/ cū dicit ministro: Si male locutus sum/testimoniū perhibe de malo.
Pro.10 Dicit scriptura: Qui moderatur labia sua/prudētissim9 ē. Et ipse tota prudētia/ ⁊ ad alios fons ⁊ origo prudentie/divina moderatione labijs loquebat: ut nisi per falsitatē impietatis/non paterētur sua verba calumniam. Quisquis imitator est huius/moderetur verba et sermones anteq̄ proferat: ⁊ delimet anteq̄ dicat: ut possit ad examinandū etiā cōmittere inimicis. Si aūt bene/quid me cedis? Memini bene agenti est iniuria inferenda: neq̄ in persona multandus qui personaliter nō deliquit. Non retundantur verba verbis: neq̄ verberibus arguantur: que iusticia pollent/⁊ omni carent dolo seu fraude loquendi. Quid me cedis? Impie percutis innocentē/⁊ hominē recte loquentem. Quid me cedis? Justicia nō suadet: a ꝓpria malicia cōmoveris. Quid me cedis? Unde tibi collata potestas? Non enim ꝓceptū ab eo cui subderis suscepisti. Tua ergo crudelitas te impellit. Quid me cedis/remota causa delicti? Quid me cedis vera iusticia prohibente? Sed ipsum deum iam iniuste vexatū ab impijs inquiram9: Cur aliam non paras maxillā/prout in tuis sermonib9 docuisti: ut tali opere validior sit sermo doctrine? An cōmotus es animo: quod tu9 sermo querulus sonare videt? an ut affectus tedio dicis: quid me cedis? Maxima hic instruitur patientia ⁊ sapientia patientis. Virtus magna est tranquillo animo pati: nec querulari per verba. Sed altius penditur/si ratione iuste responsionis a patiente ad bonū trahit male agens: cum charitas servat in animo: ⁊ suavi verbo proximus recōpungitur. Et perfectū est in virtutib9 ei qui te percutit/inferre verba salutis. Et cum odio te feriat/tu charitate constringas: ut quem pateris percussorem/correctū possis habere cōsortem. In id tendebat salvator: qui vult omnes homines salvos fieri: ⁊ ad cognitionē veritatis venire: ut hūc male ministrantem ⁊ in ministrū superne vite converteret. Nec adversus eū odio movebat: quem conabatur dulci allocutiōe verborum de medio iniquitatis eripere. Ad seipsum hunc ministrum remittebat iesus: ut cōsyderaret/q̄ iniuste inferebat iacturam: cum non invenisset calumnie causam: ⁊ cum eo argutione iusta certabat/dicens: Si aūt bene locutus sum/quid me cedis? Norma hec patiendi dirivetur ad posteros: ⁊ capitis actio in membra descendat: ut tanta virt9 constantie atq̄ patientie/nec non ⁊ charitatis servetur ad proximū: ut ledēs ⁊ aporians ad veritatē atq̄ virtutem/virtute patientis ⁊ verbis iniuste vexati sancta possibilitatē trahatur: ⁊ ostendat inique ledenti verbis pacificis q̄ per iniusticiam ledit: qui si molli responsione suam iram extinguit: quoniā dicit scriptura: Responsio mollis frangit vel extinguit irā: Prover.15
sermo durus excitat furorē: simul duo bona cōgerminant: ut virtus patientie suo munere fulgeat: ⁊ conversus proxim9 dignam penitētiam agat. Et utriusq̄ boni sortit patiens premium: quia sustinuit ⁊ convertit. Et resipiscens a malo/penas malis dignas evasit.

Interserēda hic occurrit negatio petri: **qui eum a longe** Mat.26
sequebatur: non tantū corpore/quantū mēte: quam titubatio fidei plene cōpresserat ⁊ amor ad christū/a timore hominū patiebat invise cōflictū: q̄ verbis christū trina negatione vilefecit. Vile videt/quod tanta procacitate negatur. Et sub anathemate posuit dei filiū: q̄ omnes venerat reconciliare cum patre. Pervalide angebatur virga timoris: q̄ se excōmunicabat/si cognovisset ⁊ christū: ⁊ iuramēto falso firmabat/q̄ nō cognoverat veritatē. Dixerat enim interroganti christo: Et ego dico tibi: quia tu es christus Mat.16
fili9 dei vivi: quam cognitionē veritatis non ab homine aut ab angelo/sed ab eterno patre susceperat: q̄ quempiā docendo non fallit. Ecce in quod malorum profundū potest homo descendere ut pro parte vite labentis totam ⁊ eternam deneget ipse vitam. An forte occasiones fuerūt ꝓter timoris angustiam ⁊ fidei detrimentum/q̄ ancilla ostiaria introduxit? Ancilla ostiaria vitium est avaricie: ut per eam ꝑlatus in ecclesia introduct9 morib9 neget christū: ⁊ sepe verbis in mendaciū transferat veritatem. An forte q̄ frigus erat: ⁊ ad ignem se posuerat inde ortū? Exterius frigus/interiorē frigiditatē insinuat: ⁊ spiritus sancti ignem/ignis iudeorum excusserat. **Et gallo dante vocē/et christo inter verbera miserante ab ipso respectus/petrus foras egreditur/et flevit amare.** Dimittenda sūt loca q̄ noscunt causa peccati: ⁊ dimittenda sunt consortia que sollicitāt. Egrediatur foras/qui deliquit intus. Egredi em̄ foras ē/a male collegiatis fecisse divortia. Et melius est egredi/q̄ residere in domibus iniquorum. Sane tuti9 est vagari corpore/q̄ habere cōmune domiciliū cū malignis. Flet9 ꝟo amar9 iure peragit: quia nihil amari9 q̄ negasse dn̄m christū. Que negatio an sit tota facta in domo anne an tota in domo caiphe: an in una incepta ⁊ in alia ꝯsummata: nō sit presentis dissertiōis. Nihil enim addit aut adimit fidei/nihil demit aut apponit virtutis vel vitij/alterum horum credere.

Sed ad ea q̄ nunc agunt in christo/sermo revertit. **Et misit eum annas ligatum ad** Joh.18
caipham pontificem. Uterq̄ pontifex: ille

cesserat/iste regebat. A pontifice/ in pontifice il
luditur christꝰ: vt a sacerdote aaron vsq; ad sa/
muelem/ad dei opprobrium in sacerdotibus nō
recte fuerit ambulatum. Et a Samuele vsq; ad
christum etiam templi pontifices exorbitaue/
rint. Et nunc pontificium veteris ⁊ noui testa/
menti christus/ ꝓscriptus fuit in vltimatis op/
probrijs. Nūc vero inter pōtifices sancte matris
ecclesie: vno cedente per mortē/altero subroga/
to christꝰ illudit: cū vilitate atq; paupertate cō/
temptis: quas christꝰ maxime tenuit: honoribꝰ
⁊ diuitijs inhiat. Ligatꝰ mittit deus/homo te/
net: non quia deꝰ/sed q homo ligat. Amore li/
gat quo se trahi etiā permittebat. Non teneba
tur funibꝰ/ꝗ miris modis elementa ligauit: ⁊ in
uisibili vinculo ligata tenet tam diuersa que ne/
xuit. Hec ligatio peruersos insinuat mores: ex
eo ꝙ ligate vident christifere virtutes: vt nec ex/
pedite/sed ꝙ velut cōpediti homines ambulēt
viam dei. Ligatio capitis nostri/membroꝝ suo
rū malū presagiū fuit: ⁊ quod agebat corporali/
ter in capite/spūaliter ad membra defluxit. Et
quod ipe sine sui crimine patiebat/ preostendit
criminū crinibꝰ ligantes/ꝗ debuerūt esse sequa
ces. Sistitur coram caipha dominꝰ
iesus christus: cū quo / aduersus quē
cōuenerunt sacerdotes/scribe et seni
ores populi. Ecce sacerdotū sanctitas ver/
tit in turpitudinē/scribaꝝ scientia in errorem: ⁊
in furorem traijcit matura senectꝰ: cū oēs con/
ueniūt cōtra veritatē: ⁊ innocentiam subuertere
moliunt. Nihil ad reipublice subuersionem no
xius: nihil ad destruendū feliciter cōstituta va/
lidꝰ: ꝙ si vnde sanctitas/vnde clara sciētia / vn/
de matura consilia debent egredi/hoꝝ cōtraria
presto fiūt. Tutrices esse debent innocentū san
ctitas ⁊ scientia ⁊ senectus: ⁊ sub alis illaꝝ mise
rorum debet esse refugiū. His in ciuitate defi/
cientibus/nescit ad quos alios possit esse recur
sus. Conuenerūt aūt aduersus iesum damnata
concordia: inter quos sanctior discordia extitis
set. Et omne illoꝝ consiliū erat quomodo chri/
stū per apertam iusticiam occidissent: ⁊ nō ꝓut
erant homicide in occulto/in publico vocaren/
tur: aduersus innocentiā testimonia conquire/
bant. Sed nūꝙ innocentia veꝝ testimoniū ha/
bet aduersum: nā si haberet/innocentia vera non
esset. Nemo enim innocēs iudicatur/aduersus
quē iuste testificat de crimine. Sed vt nocentes
appareant/innocentes tacent veritatem: ⁊ sub/
mittentes in iudicio falsitatē. Cōgregatus con
uentus malignantiū odio estuabat in christum
Mat.26 vt eum morti traderet. Inquirebant testi
Mar.14 monia vt zelo iusticie puniret/ quē ipsi zelo inui
Luc.22 die sectabant: ⁊ iusticie velamento inuidiā ⁊ ani
mi crudelitatē palliare tentabāt. Et cum multi
procaci animo impudica lingua testimoniū cō/
tra dn̄m loquerent: conuenientia nō erāt
proferende sentētie. Testimonia falsa nulla rō/
ne conueniūt/ vt innocens iudicet. Et qui nihil
reprehensibile fecit/per testimonia cōuenien/
tia iudicari nō potuit. Ubi testimonia nō cōue/
niūt/irreprehensibilis vita fuit. Cōuenientia ve
ro testiū/vitā arguit criminosam. Uita immacu
lata nō nisi ꝑ falsitatē aut tyrānidē cōdemnat.
Nouissime autem venerunt duo fal/ Mat.26
si testes. Sed male nouerant sententiā salo/ Mar.14
monis: q falsus testis nō erit impunitꝰ: nec ab Pro.19
ipa in animo terrebant/sed velut arrepticij de/
monū loquebant in ventū. Qua lingua dolosa
⁊ funesta proclamant/inter se priꝰ hec dicere cō/
dicentes: Hic dixit: Possum destruere
templū dei: et in triduo reedificare il
lud. Falsi erant: quia cōtra veritatē testificatu/
ri aduenerant. Falsi erant etiā si verū dixissent:
dū nō amore veritatis atq; iusticie/sed inuidia ⁊
odio trahebant. Falsi sunt omnes homines/ si
veꝝ dicūt/dum falsum dicere credūt: aut si odio
aduersus cōstitutū in iudicio agitant. Quod ve
rū est proferendū zelo veritatis/nō zelo inuidie
proferat respectu iusticie: nō odio in iudicio cō/
stituti. Quod falsum est/nulla debet rōne depro
mi: ⁊ quod veꝝ est/vt est sine admixtione cōtra/
rij depromat. Parua scintillula falsitatis/ma/
gne veritatis sententie notam dedit: velut modi
cū fermenti totā massam corrūpēs. Nā isti falsi
testes etiā in parte veritatē dicebant/christū as/
serentes illa dixisse: sed omnino in proferēdi re/
ctitudine fallebant. Christus enim dixerat: Sol Joā.2
uite templū hoc: ⁊ in tribus diebus excitabo il/
lud. Testes falsi dicebant: Hic dixit: Possū de/ Mat.26
struere templū dei: ⁊ in triduo reedificare illud.
Sed vigilantiori verbo alius euangelista disse
ruit illos esse falsos atq; mendaces: quoniā chri
sti sententiā atq; dictū verboꝝ ꝑmutationibꝰ et
additionibꝰ subuertebāt. Ait em̄ illoꝝ recitans
falsitatē: Quoniā nos audiuimus eū dicentem: Mar.14
Ego dissoluā templū hoc manufactū: ⁊ post tri
duū aliud nō manufactū reedificabo. Uide igit
quanta verboꝝ dissonantia/⁊ sentētie ꝙ magna
diuersitas: ꝗ vere inspicientibus luce clariꝰ pa/
tet. Sed nō erat conueniens testimo
niū. Jure cōueniens nō erat: quia falsum ī ver/
bis ⁊ sententia ꝓmebat. Et aduersus rectū do/
lus ⁊ fraus cōuenerant. Multa hic occurrunt
aduersus testes falsidicos disserenda: sed intueri
christi cōsistentiā magis placet: cui ex aduerso ⁊
in facie falsitas obsistebat: ⁊ cōtradictionē pa/
tiebat iniuste/ꝗ nihil dixit iniustū. Unde inquit
apl's: Recogitate eum ꝗ talē sustinuit aduersus Heb.12.
semetipsum contradictionē: vt non fatigemini
animis vestris deficientes. Quis patienter fer/
re non debeat/si sibi aliquid exprobrat in facie:
cum omnis homo mendax ⁊ possit plene men/
tiri: cū christus in suis exprobraret sententijs/
qui tota veritas est: nequiens ab illa om̄ino de/
ficere. Sed magna est iniquitas hominū: cū tan
to malo se colligat/vt aduersus quempiā testet
ad necem: cū irreuocabilis sit vita per hominē
⁊ mala nota criminis apponat ꝗ indelebilis est
cum fuerit lata sentētia: post quā dicere innocē
tē ac purgare velle/quē iudex falsis testiū asser/

nonibus dãnauit ad mortẽ/difficile atq ridicu
lũ est. Proinde duo sepe mala ex falsa testifica-
tione ꝓueniunt/sc3 ꝑsonalis aut realis punitio
ꝛ infamia dãnati criminis q̃ difficiliter abolet.
Sustinet patienter saluator ꝛ dñs: **nec ad
obiecta respondet**: insinuãs cũ negantib⁹
veritatẽ/nõ esse in iudicio disserendũ: nisi supio-
ris iudicio arceant. Semp ẽm responsio falsita
tẽ pamplius exhauriret de illoꝝ cordib⁹. Et ad
derent peccata peccatis: ꝛ cumulus falsitatis ex
cresceret. Sed nec semp exemplo christi fallaci-
bus improbis est cedendum: vt falsitas non re-
pressa/veritatis vexilla reportare se gaudeat: et
innocẽs nocens/ꝛ nocẽs innocẽs videat: sed est
humili assertione in obliq̃ veritate auxilio iudi-
cis/testium improbationib⁹ cõprimenda. Uex-
tamẽ alia rõne christus a silentio tenebat: quia
nõ agebat sub iusto iudice causa eius. Judex
ẽm ꝛ aduersarius erat: pars erat atq tribunal.
Christus aũt erat omni humano auxilio desti-
tutus: vt nullus ꝓ ipso auderet ꝓferre sermonẽ
nec volebat ꝓrogare responsionib⁹ ignominiã
crucis: quã erat ꝓtinus suscepturus. Paruipẽ
debat velut magnanimus ꝛ altissimi cordis hõ
verba sibi exprobrari ad faciẽ: q̃ latronicã mor
tem se passuꝝ ante ꝓuiderat. Prenoscens expro
brationẽ ꝑ exprobrationẽ exprobrari. Nã expro
bratio vera falsam exprobrationẽ exprobrat: et
factũ veꝝ exprobrat verbũ mendax. Et verbum
diuinũ exprobrat semp humanũ. Nec perit ve-
ritas/si tẽpus ꝓtereat. Ex christi ꝑsona loq̃bat
Psal. 118 Dauid/cũ dicebat: Et respondebo exprobranti
bus mihi verbũ: q2 speraui in sermonibus tuis.
Non respondebat tunc christus exprobranti-
bus sibi verbũ quod dixerat: aut exprobrantib⁹
vitã eius atq sermones/**verbũ nõ respon-
debat**. Sed quod in ꝓsenti nõ erat/ꝓmitteba
tur esse futurum. Nã de ipso fuerat ꝓphetatũ:
ꝛ respondebo exprobrantibus mihi verbum: vt
quod ꝓsentis fieri poterat/futuꝝ penitus crede
ret. Nã tunc nõ respondit: sed respondit in po-
steꝝ: ꝑ nouitatẽ sc3 in morte ostẽsam: qua etiã a
paganis creditus est filius dei: q̃ nequit omino
mentiri. Responsum est ꝑ creaturas: que de ipo
moriẽte estate sunt ꝑ insolitas ꝛ horribiles acti-
ones. Respõdit ꝑ resurrectionẽ a mortuis ꝛ ap-
paritiones ꝛ ascensiones in celũ: ꝗ fili⁹ dei esset
ꝛ falsum loqui nequibat. Magnis se dederunt
periculis testes falsi/aduersus eum testificãtes
quẽ pater omnipotẽs tuebat: ꝛ ipe vt hõ spera-
bat in sermonib⁹ ei⁹. Proinde tũc velut ad pa-
trẽ loquebat: nũc tacens respondebo exprobrã
tibus mihi verbũ. Potest aũt futura responsio
ad iudiciũ futuꝝ iuste referri. Tunc ẽm oib⁹ sibi
verbũ suũ exprobrantibus respondebit: aut ex-
probrantibus exprobrando respondebit ꝛ ver-
bũ. Nihil sibi nouit innocẽtia deperire: siue ta-
ceat/siue loquat. Causa inocẽtis magis silentio
q̃ clamorib⁹ agit. Et q̃uis in humano iudicio
supplicia sepe luat: i diuino ridebit. Et quos ha
buit supiores/inferiores ipsa calcabit. Sed
q̃d faceret si loqueret: cũ tacendo exagitet furio
sos? **Nã surgens princeps sacerdotũ** Mat.
**ait illi: Nihil respondes ad ea que isti
aduersus te testificantur? Jesus aũt
tacebat.** Surgit ob inq̃etudinẽ mẽtis: ꝛ seui
tia efficiebat seipso supior. Querebat rñsionẽ/
nõ ad credulitatẽ aut excusationẽ: sed vt captis
verbis magis ex ipsa subuerteret. Sed tacebat
iesus mysterio/nõ timore: tanq̃ cognoscens eũ
qui loquebat in fraudẽ. Laudabilis homis est
prudẽtia opportune tacere: vbi oino locutio ef-
ficit importuna. Et honestius est tacere q̃ loq:
vbi ex omni parte calumnia ꝓparat: ꝛ ad odium
scribit quod ꝓfert. Tunc iteꝝ male agitat⁹ in
corde/verbis exagitabat ꝛ christũ/dicens: **Ad-** Mat. 26
iuro te ꝑ deũ viuũ/vt dicas nobis si Mar. 14
tu es christus fili⁹ dei benedicti. Adiu Luc. 22
rabat ignorans deũ viuum/per deu3 viuũ: non
per alium q̃ per eundem ipsum: sed purũ homi-
nem estimabat/quem per deum viuum adiura-
bat. Adiuratio semper per maiorem ad minore3
depromitur: nunq̃ vero versa vice peragitur.
Adiuratio est interrogatio de re dubia per vi-
uum superius: vt aut eius amore aut timore pa-
teat certitudo. Adiuratio est inquisitio alicuius
sciende veritatis sub respectu superioris pote-
statis. Dubitabat caiphas ne filius dei esset: et
per patrem filium inquirebat: vt saltem intuitu
honoris paterni siue amoris/si filius dei esset
assereret. Sed quomodolibet caiphe adiuratio
capiatur: christum arguit esse filiũ dei: ꝛ deum
filium habere omnino decernit. Cur caiphas
adiurat si est dei filius: nisi quia possibile crede-
bat ꝑsonã quandã deum posse habere patrem
ꝛ si nõ credebat hãc ꝑsonã esse christũ/ex adiu-
ratione sua credebat deũ veꝝ oino posse habe-
re filiũ. Nec illa sententia eũ absoluit/que dicit:
Ego dixi dij estis/ꝛ filij excelsi oẽs: q2 ex hoc ad Psal. 81
uersus oẽs eadẽ esset exactio. Attamẽ sicut i col-
lecto cõsilio/cũ vnius mortẽ ꝓ oibus necessariã
diceret: nõ a semetipso dixit: sed cũ esset põtifex
anni illius ꝓphetauit: sic ꝛ nunc forte a semet-
ipso nõ loquit: sed cum sit pontifex/veꝝ fatur: q2
deus habet filiũ/quẽ adiurando nõ intelligens
asserit esse christũ. An forte aliq̃d latentis virtu
tis in christo esse censebat: quẽ credebat deũ vi-
uum: ꝛ veꝝ amare vel timere: ꝑ quẽ ad veritatem
incognitã disserendã adiurando cogebat. Un-
de si non credebat ipsum esse filium dei/amato-
rem saltem credebat esse virtutum. Non enim
ipsum per deum viuum adiurasset: nisi ipsum a-
mare aut timere credidisset. Nemo enim quem
piam per alium requirit: nisi credat cum eo a-
more constringi: aut sub eo timore detineri: aut
respectu commodi ex eo expectare prouentum.
An forte caiphas aliquorum relatione perce-
perat christum se dixisse filium dei: ꝛ hoc ab ipo
in iudicio repeti satagebat: vt ei⁹ ꝯdẽnatio mor
tis ꝑ legẽ gesset aptior: ꝛ ipse ꝯdẽnãs aut tradẽs
ꝓsidi ꝯdemnandũ/a cũctis haberetur imunior.
Jesus aũt sic adiuratus/ne crederet deũ viuũ

nō diligere vł timere: ꝑtermisso silētio dispone-
bat dare rn̄sum: magnū argumentū ⁊ exēplū re-
linquēs/ vt ꝑ deū inq̄siti veritate ꝓnūciare ne sileamꝰ.
Sz ante rn̄sum paucis verbis fraudulentiā cai-
Luc.22 phe detexit iesus dicēs: **Si vobis dixe-
ro/ non creditis mihi. Si autem inter
rogauero: non respōdebitis mihi ne-
q̄ dimittetis.** Acsi aperte dicat: Frustra veris
rn̄siōibus nō crediturus interrogat. Et fraudu
lēter inq̄rit/ incredulitati subiectus. Nā vbi ali-
ter de facto quod inq̄rit nō elucet: standū ē ꝑ fi-
dē sermonibus veritatis. Proinde ad subuersi-
onē oīno interrogat/ q̄ nō credere ante disposu-
Mat.26 it. Et mos est ꝓsidentiū iniquoꝝ/ inq̄rere dulci-
Mar.14 ter offerēdo securitatē: vt audito quod q̄rūt/ ir-
Luc.22 rogēt mortē. Ac ꝑ hoc fide ꝑeunte de medio/ ni-
hil rectū agit inter hoīes. Jesus aūt mētes om-
niū clare ꝓnoscēs: quod q̄rebat abiecta creduli
tate ascribebat subuersioni. Ex hoc aūt subiun-
xit: Si aūt ⁊ interrogauero: non rn̄debitis mihi.
Quod nihil aliud sonat facta ꝯiūctione verboꝝ:
Si dixero vobis verū/ nō creditis mihi: si autē
interrogauero/ verū nō rn̄debitis mihi: vt ex ea-
dē damnata radice ꝓueniat verū dicēti nō crede
re: nec verū in rn̄sione reddere inq̄rēti. An forte
q̄ vnū ex alio nascit: q̄ qui verum ꝓferēti nō cre
dit/ nec ipse interroganti ꝓferat veritatē. Pro-
culdubio caipham voluisset interrogare Jesus:
vt interrogādo instrueret ⁊ lucraret animā eius
⁊ circūstantiū omnium: nisi quia ꝓuidebat illos
ad falsitatem ⁊ mēdacia ꝓlapsuros. Protinus
etiam postulat rectus ordo iusticie: vt reus in iu-
dicio constitutus: aut penam subeat: aut liberta
tem obtineat veritatē fatus. Penam/ si digna pe
nis cōmisit: libertatem a iudicio ⁊ a pena/ si li-
bera criminibus fuit. Sz ꝑ rei linguam rei veri
Psal.4 tas claruit: ex quo illoꝝ fraudē detegebat Jesus
addēdo ꝑ verba/ neq̄ dimittetis. Profecto co-
gnoscebat Jesus crudelē tyrannidē ⁊ tyranni-
cam crudelitatē: cum ꝑ veram responsionē ⁊ in-
terrogationē eum non dimissuros penitus asse-
rebat. Quid ergo a ꝑfidis iudeis tantus verbo-
rum circuitus querebat: cū omnino ab eis inno-
cētia esset velut iniquitas ꝯdēnanda? Cur iudi-
ces terreni multas ⁊ varias rn̄siones a reis corā
se ostēse constitutis inquirunt: cum in quācūq̄
partē responsio inflectat/ reus parat ad rhōphe
am: nec disponūt parcere ꝑ misericordiā/ cui eti
am ꝑ iusticiam mortē aut penam irrogare non
possunt? Quid est eñ tot verbis reuersare inno-
centē in iudicio ꝯstitutū: nisi vt aut in cautela lin
gue aut molestijs agitatus/ id ꝓferat quod intē-
tiōi male iudicātis cōueniat? Vñ dicet sententia
qua damnet innocētia: ⁊ actio iudicātis videat
cōfessione rei: ⁊ innocētia iniusta ꝑuersitate rei:
necnon ⁊ crudelitas iudicis simul iuste videan-
tur ⁊ pena innocētis? Quare aūt hoc verbū chri
stus adiecerit/ scz neq̄ dimittetis: mentē excitat
⁊ amorē fouet. Querebat ne christus dimitti ne
pateret: qui ad hoc venerat in hanc horam vt
omnino moreret? Si dimitti nolebat: cur se non
dimitti causabat? Cur eē flectebat ī iudicē: cū nō
vi/ sz volūtate ꝓpria teneret? Cur ascribebat ad
ꝑtātē iudicis/ quod in arbitrio erat sue ꝑtātis?
Sz illoꝝ volūtatē inemēdabilē ōndebat: acsi in
fallibilit dicat: Si verū dixero/ nō emēdabit ho-
stilit obstinata volūtas/ vt innocētie parcat. Nō
dimittetis/ volūtate vestra ex vera rn̄sione placa
ta: sz eo animabimini hostilius/ quo verū clariꝰ
illucescet. Sz nō dimittetis me a morte liberū:
cui in aīo libero volui obnoxius subiacere. Et si
non a iudeis/ aliūde christus captasset vehicula
moriēdi: paterna obediētia ⁊ amor nostre redē-
ptiōis eū īpellebāt ad mortē. Detecta verbis
christi dolosa interrogatiōe caiphe/ corā omni
ꝯsilio clara voce rn̄dit: **Veruntamen dico** Luce.22
**vobis: Amodo videbitis filium ho-
minis sedentē a dextris virtutis dei
venientem in nubibus celi. Dixerūt
ergo omnes: Tu ergo es filius dei?
Qui ait: Vos dicitis quia ego sum.**
Alibi ꝓmittit: **Tu dixisti.** Marcus vero expsse Mat.26
se dicit: **Ego sum.** Hec siq̄dē verba sic ad ꝑce Mar.14
dētia ꝯtexunt/ ꝯtinuatiōe littere atq̄ sñie. Si di-
xero vobis/ nō creditis mihi: q2 nūc iniuste iudi-
cor occultus deus/ manifestus hō. Asto vt reus
iudici ꝓsidēti: homo dūtaxat reputor/ qui filius
dei sum. Jn imis iudicor: q̄ semꝑ in sup̄ioribus/
imo sup̄mis ꝑtibus adsto. Jdcirco dico vobis:
q̄ amodo videbitis filiū hoīs/ quē purū hominē
credētes vsq̄quaq̄ ꝯtēnitis/ sedentem a dextris
virtutis dei: vt vnū ⁊ equalē credatis cū patre fi-
liū: ⁊ hominē infallibiliter factū deū/ ineffabilit
ꝯceptū ⁊ natū: ⁊ hominē deitati vnitū/ diuinita-
ti imotū: sz hūanitate in sup̄iora subuectū. Vide
būt oēs boni ⁊ mali christum dei filiū: quē boni
amauerūt/ mali ꝯtēpserūt: boni ad gloriam/ mali
ad terrorē ⁊ penā. Quod ⁊ Joānes in apocaly-
psi accepit: Et videbit oīs oculus ⁊ q̄ eū pupuge Apocal.1.
rūt. Sedebit q̄escēs: q̄ nūc in laboribus agit. Se
debit iudicās: q̄ iudicandus astat. Sedebit ad
dextras: q̄ in sinistra iniuste multatus est. Sede-
bit ad dextrā virtutis dei: q̄ ad sinistrā diaboli-
ce ꝑtātis morti adiudicatus est. Sed quō visuri
erūt q̄ tūc nulla rōne credebāt? Quomodo visu-
ri sunt infideles: q̄ mortui sunt fidei luce caren-
tes? Videbūt ne ꝑ fidē futuri seculi qui hac ca-
ruerūt? An fidē aliam aut hanc seculū futuꝝ ha-
bebit q̄ hoc? Renuēs omnis nō habuit. An erit
successus alterius fidei ad hanc fidē? An a malis
auferet enigmatis speculū: ⁊ videbunt christum
sicuti est? Profecto nihil horum vel similiū erit
in malis. Sed quodam miro ⁊ nunc ineffabi-
li modo certificabunt corda maloꝝ/ christū esse
quē dei filium negauerūt: ⁊ sentiēt supra se iudi-
cem increduli atq̄ fideles iniqui: quē aut fide nō
receperūt/ aut receptum damnatis moribus ir-
ritauerūt. Dextra virtutis dei tota est filij: om
nipotēs ⁊ equa potētia tota cū deo patre: omni-
potēs ⁊ equa iusticia: quā habere se ostēsuꝝ mū-
do ꝓnūciat. Quam habere oēs infallibilit scient
qui eū semetipsos fallēdo hic ꝯtumaciter ꝯtem-

pferũt: Aduentus eius in nubibus futurũ esse
cõmẽorat: nõ vt in nubibꝰ pluuialibꝰ aut obscu-
ris adueniat: sed virtute glorificati ⁊ deiferi cor-
poris/in nubibꝰ lucidis velut in tribunalibus se-
dẽs/terre ad iudicandũ in aere more nubis effi-
ciet ipse vicinus. Nõ em̃ calcabit amplius terrã
neq̃ iudicaturus in mõtibus residebit: neq̃ lo-
cabit tribunalia terris: sed iudicabit de aereo ce
lo/velut in nube sedẽs oẽs in terris positos: qui
de celo celestis ad terras adueniẽs/a terrenis im
probandũ iudiciũ ptulit. Similẽ vero sniaʒ disci
pulis interrogãtibus de ꝯsummatiõe seculi/sal-
Mat.24 uator ipse rñderat dicens: Et videbũt filiũ hoĩs
veniẽtẽ in nubibus celi/cũ ꝟtute multa ⁊ maiesta
te. Nec me credo fallit pia credulitas: vt p ce
li nubes ãgeli siue supne ꝟtutes itelligant: q̃ leui
tate nature corpibꝰ supferũt trenis: in q̃bꝰ ⁊ cũ
q̃bꝰ iudicaturꝰ adueniet q̃ iudicatus i terris ab
hoĩbꝰ derelictus est. Celi nubes exaltant a terra:
exaltatus in oĩbus ⁊ sup oĩa terrenos terribili-
ter iudicabit. Ut erat moriturus: ita ⁊ iudicatu-
Joã.12. rus. De morte nãq̃ predixerat: Cum exaltatus
fuero a terra/omnia trahã ad meipsum. Quod
euangelista ilico exposuit dicens. Hoc auteʒ di
cebat/significans qua morte esset moriturus:
quia per exaltationem a terra in ligno crucis:
vt non in terra/sed in laribus aeris moreretur.
Proinde sicut ligno pendens in aere/inclina-
to capite p omnibus vt moreretur tradidit spi-
ritum: sic in aere corpore a terra exaltatus/iudi-
cabit mundum sibi subditum vniuersum. Nec
nubes ad opem quererent altimode iudicantis:
sed ad quandam tolerabilem visionem populi
iudicandi. Nec em̃ nubes q̃ ipsum ascendentem
in celo suscepit/sui corporis fuit opportunum
vehiculum: sed quoddam moderamen glorifica
ti corporis/quo mediante apostoli possent chri
sti assensum ppensius intueri: sic nubes tempe-
ramento tempis illo facient/ vt iudicati tolera-
biliter videant iudicantẽ. Pronunciabat etiam
iesus alios ex iudeis fideles esse futuros: q̃ chri-
stum visuri essent ad patris dexteram residentẽ.
Actuũ.7 De quoꝝ numero fuit Stephanus: q̃ postq̃ di-
xit christum se vidisse ad dexteram patris stan-
Actuũ.9. tẽ/lapidem in seipso suscepit. Necnon Paulus
similia vidit: cum in illo triduo fuit raptus in ce-
lum. Quod de ipso in posterum scripsit dicẽs:
Hebre.1. Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Aduẽ
tum eius exinde futurum in nubibus a veritate
non absonat/quid in pdicatoribus fiat: magis
vero p nubes pdicatores intelligere consonat
Esa.5. veritati: iuxta illius scripture sentẽtiam: Man-
dabo nubibus desup: ne pluant sup euʒ imbrẽ.
Tunc vero deus nubes a pluuia phibet: cum
pctis populi exigẽtibus/doctores a pdicationi
bus arcet. Meretur em̃ sepe homines occultis
pctis suis: vt nõ audiant ꝟbũ dei: aut quia post
auditũ credituri nõ essent. Per expiẽtiam rei
euẽtus patuit: q̃ christus ad calũniã/ nõ ad cre-
dulitatẽ interrogabat: ⁊ in omni respõsione ca-
lumnia sibi fuisset obiecta. Nam tũc oẽs furiose
dixerũt: Tu ergo es filius dei? Nõ velut Luce.22
credentes/sed ironice atq̃ derisorie christi sen-
tentiã repetẽtes: q̃bus saluator fida voce respõ
dit/dicens: Uos dicitis: quia ego sum
Uos dicitis quo animo/qua fide/qua dilectiõe
nostis: sed ego melius noui. Sed quacũq̃ inten
tione dixeritis/verum dicitis: quia ego sum.
Tunc princeps sacerdotũ scidit vesti Mat.26
menta sua/dicẽs: Blasphemauit. Ini-
quis inimica est veritas: ⁊ eoꝝ animũ vertit in
furiã/cũ dicit: Et patientia iusti vexat pamplꝰ
furiosum. Ecce princeps sacerdotũ audita veri
tate mentis sententiã passus/corporis vestimẽ-
ta pscindit: qr ex malo mentis habitu in turpem
actũ erumpit. Et corde diuisus/diuisas a deo p
agit actiones. Scindit vestimenta pontifex ⁊ sa
cerdotũ princeps: quia scindendũ penitus erat
pontificiũ ⁊ sacerdotiũ iudeoꝝ. Scissio vestiuʒ
diuisionẽ stultã in moribus arguit: ⁊ copulã de-
negat charitatis. Quod apud iudeos inoleuit:
quando aliquid detestabile audiebant/vestimẽ-
ta scindebãt: ab eo tẽpore quo iacob audita filij Gen.37
sui ioseph horrida morte sua vestimenta prosci
dit. Et dauid audita turpiter facta morte primi 2.Re.1
vncti regis/similiter. Et paulus ⁊ barnabas in Act.14
licaonia vestimẽta etiã pscinderũt. Qui põtifex
collega factus diaboli: q̃ nõ dormit/nisi supplã-
tet: confessionẽ christi verã in falsam ⁊ blasphe-
miã suo sensu cõuertens: ⁊ quasi dicta testiũ plꝰ
appendẽs impetu malo actus/tonãti voce astã
tes alloq̃t/dicens: Blasphemauit. Quid Mat.26
adhuc egemus testibus? Ecce nũc au
distis blasphemiam. Quid vobis vi
detur? Piorum principũ est/reoꝝ ⁊ non inten
dere/sed extenuare delicta: ne videant propter
delicta vitã velle pdere cõstrictoꝝ. Et ne male-
dicẽdi pstent audaciã: cũ patet extra volũtas ad
auferendã rei hoĩs vitã. Impioꝝ ꝟo/⁊ prius
auiditatẽ in reum necandũ ostendere: vt testibꝰ
cõtradicendi prestet audacia: ⁊ populus contra
reum inclamitet mortẽ: quã ante velle preuouit
⁊ principẽ. Ecce caiphas omni fera crudelior cõ
siliator mortis cõtra christũ velut reum in iudi-
cio cõstitutũ/veritatẽ in blasphemiã vertit. Et
quod est eternũ/de nouo nõ dicit esse cõpositũ.
Ueritas erat quod christus dicebat. Eternũ ei
erat nõ ex tẽpore/q̃ se dei filiũ asserebat. Hãc cõ
fessionẽ velut blasphemiã prolatã ex ore christi
quam ipse accepit velut ex ore rei/ad sui perditiõ
nẽ intorsit: quã multo amplius q̃ dicta testiũ in
causa valere decernit. Proinde velut in christi
morte festinus adiecit: Quid adhuc egemus te
stibus? Ecce nũc audistis blasphemiã. Nulla ẽ
indigentia testiũ/vbi rei ẽ apta cõfessio. Ualet
rei cõfessio aduersus seipsũ in sine testibus. Te-
stiũ ꝟo assertio sine rei confessione sepe defecit.
Ecce nũc audistis blasphemiã. Ecce nunc audi
stis q̃ corruptibilis homo sibi arrogat deita-
tẽ: ⁊ imortalitatẽ mortalis/⁊ tẽporalis eternitatẽ
sibi appropriat. Ecce audistis quia vnitatẽ mul
tiplicat: cũ vnũ deũ viuũ ⁊ veꝝ/alium deum se

nuisse fatet: ꝛ habere filiū q̄ nō gignit. Semper
eñ hoc subterfugit/ ꝓterq̄ in paucis electis iude
oꝝ mētib⁹: generationē in deo esse eternā absq̃
q̄ deitas a trinitate recedat. Et q̄uāuis vnius
dei cult⁹ apud eos fuisset vsq̃q̄q̃ retēt⁹: ad trini
tatē credendā pluribus credēdi adit⁹ nō patebat.
Nec intelligebāt quō fieri posset generatio sine
sordib⁹. Deū aūt hominē fieri nullis arbitrabā
tur indicijs: verētes cōpositionē i simplici cōmi
xtione posse fieri naturaꝝ: aut ꝯūsitionez vni⁹ in
alteꝝ nullo mō credētes. Et q̄uis in his vera es
set eoꝝ ꝛ opinio atq̃ credulitas: tñ cecabant in
intellectib⁹ suis. Q̄m est in diuinis ineffabili mō
generatio sine sordib⁹: vnio sine cōpositiōe dei
tatis: assumptio hūanitatis sine cōmixtione aut
ꝯuersione vnius in alterā naturaꝝ: nec a simpli
citate deitatis factus est recessus: neq̃ de⁹ cōpo
situs est atq̃ geminatus cōmixtus hūane natu
re/ neq̃ in illā ꝯuersus. Quod iudei nullo introi
tu in hoc secretū intrātes: christū se dei filiū di
cere/ summā blasphemiā asserebāt. Est aūt blas
phemia imptinētis appetitio sup dignitatē: ar
rogatio impropria/ reputatio sup̄ sensuz/ assertio
sup̄ ꝯdignū. His aūt excessus blasphemie ꝯsti
tuit: cuz quod est dei/ attribuit homini: aut cum
quod est hois/ dicit esse dei. Utrūq̃ vero ad id
quod christus dixerat/ ferebat. Sed ne caiphas
totus nocēs solus in hoc iudicio deliq̄sse vide
atur: sibi assistentes q̄d sup blasphemiam ꝛ blas
phemū decernāt interrogat: in criminibus pō
derat sic vt pēa blasphemū diuerberet. Iudex q̄
ꝯuertere iudiciū satagit: eos dūtaxat interrogat
quos sibi nouerit in malo ꝯcordes/ inde rñdere
ꝓ voto. Iudex vero iustus exq̄rit oppositā par
tē. Nō expedit in iudicio sup reum exq̄rere odio
sos: nec eos interrogare in iudicio contra reuz
qui eū imꝑtermisse venant ad mortem: quā pos
se inferre in sue vite solatium vertūt. Nam sepe
vita iniquorum/ de innocentum morte tripudi
at. Sed eos querat ad iudiciuz ꝓferendū quos
nouerit amore iusticie/ nō amore ꝑuato aut odio
testimonium dare. Credit caiphas multorum
assertione se contegi: cum assistentes quid eis vi
deat exq̄rit. Sed eo grauius est crimen q̄to mul
Mat. 26 tos querit in socios. **Responderunt om**
nes sibi male conscij/ ꝛ in dānando iusto cōcor
des: **reus est mortis.** Hoc ē: ex hoc quod i
ꝑsentiaꝝ dixit/ morti nūc subiacet/ statim morte
plectēdus: eius vita ꝓtinus ꝓrogāda nō est. Nā
mortis reū esse velut alios homines christū esse
credebant: ꝛ ipsam nō posse vitare merito dam
nate nature. Sed nūc reuz mortis aliter esse dif
finiunt: vt si natura ꝑamplius differret/ iusticia
punitiua non differat. Sed non aderit infirmi
tas: sua eum nūc iniquitas ꝑmit. Si moriturus
esset lecto decubans: nunc patibulo suspenda
tur. Si cum pace funeret: nunc penis exactus in
tereat. Si quo modo tempus/ anni/ mēses/ heb
domade sibi vite fomitē ministrarēt: ad hūc ho
diernū diē quo iste blasphemus seue moriat/ ar
cent. Inspicite iusticiā esse calcatā/ virtutē deꝑs
sam/ rōnē obrutā: vt oēs magistratus ꝛ sapiētes
ꝛ senes in iusti mortē cōueniāt: ꝛ neminē inueni
ri q̄ ꝓ innocente ꝯsurgat/ q̄ beneficiū excusationis
aut tēpus defensionis exposcat. Quid miramur
vnū hominē in magnis aut paruis criminibus
posse delinq̄re vel errare: cū oīe iudeoꝝ ꝯsiliuz
tunicaz inconsutilē/illi dūtaxat cui prouenit ex
sorte. Propterea euangelista de illa seriosi9 ait:
Erat aūt tunica inconsutilis: scilicet illa q̄ vni
militū ex sorte prouenit. Inconsutilis que non
ex panno inciso aut diuiso in partibus cōsuen-
dis integrantibus tunicā facta est: sed indiui-
sa artificiali oꝑe in sua integritate surrexit: quā
forte pia mater eius spūsancto ꝑdocta/ in my-
sterium fecerat futurorū. Non em̄ vacabat ma-
gno mysterio: cui nō legimus in diuinis volu-
minibus simile vestimentū: que diuisa omī cō-
moditate carebat: integra vero manēs ad quod
erat facta seruabat/sc; vtile tunicale. Quod au
tem dicitur/desuper contexta per totuz: aliqua
erant supposita in decorem vestis: atq; vt esset
in seipsa tenacior: super quam prudenti consi-
lio atq; concordia milites assistunt ad mysteri-
um eis incognitū presignatū dicētes: Si diui-
dit/nulla vtilitas in cōmuni: appropriate vero
nulla: nā modica manebit ī partibus: vno filo
cōtinuato et reticulato tota protrahit. Resolu
ta in partes/ꝛ partes in particulas resoluētur
More aliarū vestiū videmus nō esse ꝯstructā.
Et subtiliter et circūquaq; inspecta: nō inueni-
entes vnde diuisionis cultellus apponeret/di-
xerunt: Nō scindamus eā: neq; violenta manu
aliquis nostrū illā sibi vendicare ꝑsumat. Nec
cōtendamus in veste/qui sumus in istius mor-
te cōcordes: sed sortiamur de illa cuius sit: di-
uidi nō potest: cōmunis esse potest: laboribus
nostris et militie nostre ista debet: nostro do-
minio vendicam9 illam: sed cōmune dominiū
redigat ad ꝑprium: ꝛ quod est omniū sit vnius
tamen in manuz arbitri nō tradamus: neq; su-
per negocia nostra constituamus quempiā iu
dicem: sed dominus vestis huius constituat ꝑ
sortem. Dixerunt ergo ad inuicē: Non scinda-
mus eam/sed sortiamur de illa cuius sit. Nam
sententia Salomonis est: Contradictionē cō- Prouer.18
primit sors: et inter potentes quoq; diiudicat.
Quod ꝛ factū ē vt scriptura impleret. Nec cre-

damus scripturā dauidicā huiꝰ partitionis at
ꝙ sectionis causaz fuisse: vt ideo vestimēta chri
sti diuidant atqꝫ distribuant ꝑ sortem/qꝛ sic scri
ptura predixit: sed qꝛ sic futurū erat/dauid pro-
phetarū eximius propheravit. Horū vestimen
torū dispartitio/magnū flumen eruditionū ef-
fundit. Modica vestimenta Christi nobis pau
pertatē insinuāt: ꝛ corporis inculti ostendit iu
diciū: vt etiaz diuiso pallio/tunica distributa ꝑ
sortē: vt nec aurea seu argentea zona/ neqꝫ cru-
mene plene pendētes/ nec calciamēta in ista di
uisione fuerunt: vt sciat dei filius nō quesiuisse
talia super terrā: exceptis quibꝰ se factū homi-
nē ostēdere oportebat: nec cōdidisse more ho-
minū testamentū temporaliū rerū/sed virtutū:
super quibus nō filios aut fratres carnis/ siue
quosqꝫ ꝓpinquos: sed tm̄ suos subsequos mū-
do mortuos reliquit heredes. Nec sibi cure fu
it diffinire de materialibus rebus: vt sciat q̃li-
ter ex hoc mūdo transire debeat legitimꝰ chri-
stianus. Nihil omnino christū sibi appropriaſ-
se cognouimus super terram. De celo em̄ vene
rat: et deus verus erat/ꝛ ad celestia et ad seipsū
hominē assumpsit quem gestabat. Fuisset qp-
pe ad dedecus deitatis atqꝫ assumpti hominis
si Christus temporalia queqꝫ captasset. O eius
redijt ad alpha eius: vt qualiter pauper natus/
sic et mortuus est. Nudus rebus ꝛ volūtate ha
bendi ingressus est: sic ingressus et sic egressus
est. Vestes filij dei assumpta humanitas est.
Quatuor partes facte sunt quatuor militibus
distribute. Etem̄ in quatuor mundi partes hu-
manitas Christi per fidem distributa est: et nō
omnibus ipsa/sed dumtaxat qui militauerunt
in militia noui regis. Tegebant christū vesti-
mēta: sed expoliatus est: vt eius omino nobis
sint patefacta mysteria/ꝛ amor quo nos ab eter
no dilexerat. Diuisa sunt vt nūꝙ̄ in velamentū
vltra ꝯueniāt. Nā neqꝫ vlterius cooperiēdꝰ est
christus/sed ꝑampliꝰ in gloria reuelādus. No-
uimus ex fidē oīa opa et mysteria eiꝰ/ mores
atqꝫ doctrinā. Et totꝰ patefactꝰ in aere expira-
uit. Vestimēta Christi scripture sūt veteris te-
stamēti ꝛ noui: q̄ bis quadrifarie diuidunt: in le
gē/historiā/doctrinā simpliciter docentē/et pro
phetiam. Ad legē moysi tēpus. Ad historiā/ io
sue/iudicū et regū. Ad doctrinā/codices Salo
monis. Ad ꝓphetiā/oēs prophete. In nouo au
tē testamēto ꝛ huiuscemodi diuisio repit. Ad le
gē/euangeliū: ad historiam actꝰ apostolorū. Ad
doctrinā epistole pauli atqꝫ canonice. Ad pro-
phetiā Apocalypsis ioannis. Harū ꝑtiū vnuſ-
quisqꝫ pro suo captu partē accepit: vt etiā ma-
gis in vna ꝙ̄ in alia quisqꝫ reperiat edoctꝰ. Et
etiā ꝑ tꝑe ista nouimꝰ esse diuisa: ſm ꝙ hoies su
is tꝑibus dn̄o celi strenue aut tepide militarūt.
Aliter aūt scripture vtriusqꝫ testamēti diuidun-
tur ꝙ̄tū ad sensus quibꝰ ipse disserte tractātur:
in sensū historicū/allegoricū/anagogicū ꝛ mo-
ralē. Et velut vestimēta corpꝰ/ sic ista obtegūt
christū: A quibus cū exuit/typice disuelat. Ite
rū nō obtegit cuz scindunt: vt vnusquisqꝫ pro
sua capacitate intelligat/diuidunt: et iuxta illā
christus dei filiꝰ intelligat. Cū aūt in omi ope
figuratus ē christꝰ/ꝛ obuolutꝰ mysterijs: tēpus
mūdi originalis partem vestimentorū habuit.
Tēpus indistincti mūdi suā sibi retinuit. Tem
pus distinctionis tā circūcisionis ꝙ̄ legis/ suā
fortiter apprehendit. Tempus gratie suā ple-
nam accipiendo possedit. In omnibus his mi
litia quedam peragitur: vt suo modo certaue-
rint atqꝫ decertent/qui deo eterno viuo et vero
in suis moribus militauerunt: et vsqꝫ in finem
seculi militaturi sunt. Nam Job dicente: Mi Job. 7
litia est vita hominis super terrā. Magis au-
tē dixerim/ ꝙ deo seruiēs semꝑ fortiter militat
suꝑ terrā. Nā si milites q̄ vestimenta christi re
duxerūt in spolia/ nōdū crediderunt: defertur
tamē in his significationibꝰ ordini militie: etiā
si iniquitas repugnet persone: nā aliud est per-
sona hoīs: aliud est status vel ordo qui ad perso
nam accedit. Ac bonꝰ ordo bonū significatū in-
sinuat: etiā si persona ordinē habēs criminosa
ꝑmaneat: non em̄ ex iniqtate ꝑsone curat ordo
mysterij: ꝙ̄ꝙ̄ magis ordo refulgeat bonitate ꝑ-
sone: nec quicꝙ̄ pio ꝛ sano sensu existimare re-
pugnat: quoniā mūdi partes oriēs et occidēs/
auster et aquilo: a quibꝰ regni filij sunt venturi
ad quas bona christi gratie/ similiter et glorie
peruenerunt. Vestimēta em̄ Christi bona sunt
vtriusqꝫ vite. Tunica vero incōsutilis q̄ diuidi
non potuit/nostre fidei arguit vnitatē. Unitas
aūt omnino indiuisibilis est: necnō ꝛ significat
charitatē/q̄ diuisionē omnino nō recipit. Uni-
tas siquidem nostre fidei scindi nequit. Potest
nempe homo a fide rescindi: sed fides non po-
test vllo mō perscindi. Nō est fides et fides: nec
ꝙ̄uis ex ipsa multa credamꝰ/ipsa diuidit. Uni-
ca est i vnico deo/et i vnica ecclesia orthodoxa:
Una etiā ꝓtinꝰ charitas ē: ꝙ̄uis multi ab ipsa
ꝓgrediant effectus. Nam si a fide et a charita
te vna effectus multi procedūt: neutra tamē di
uidit: velut solis radij/qui numerositate ab ipso
refulgent: seruāt tamen in origine vnitatē: non
em̄ sol diuiditur/etiam si radij. Unū est corpus
luminis/etiā si multiplicentur radij lucis. Hec
tunica fides videlicet est Christi: sed multis/nō
omnibꝰ prouenit in sorte. Apl's nāqꝫ dicit: Nō 1. Cor. 13
omniū est fides. Similiter ꝛ charitas/ que chri
sti est potestate donandi: multis/ nō omnibus
prouenit in sorte. Utraqꝫ tamē desuꝑ est cōte-
xta per totū. Hanc contexturā merito appella
uerim martyrum et ecclesie passiones: et cūcta
opera q̄ fidei et charitatis ꝯstituūt pulchritu-
dinē: astruūt firmitatem. Auget profecto disser
tionis difficultatē: ꝙ nō probitate militis/non
iudicio arbitrantis/nō autoritate desuꝑ decer
nentis/non alio federe: sed solū sorte prouenit
in sortē: ignorante autē cōtigitionē sortis/ vtrū
deberet accipere qui accepit. Titubant em̄ om
nes sortem mittentes/si de quo agit cui ꝓueni-
niat. Et vnusquisqꝫ appetit ꝙ sibi/ non socijs

sors temperata concedat: et amor tunc dirigitur ad seipsum: nec refertur ad ꝓximū. Et vno accipiēte frustrat̄ conditio ceterorū: quod de fide/charitate/ illasq; nolentibus tam nefas est dicere/ ꝙ etiaz firmiter cogitare. Sed hec omnia dubia remouentur/ si Apostoli sententiam huic actioni penitus cōiungamus. Porro inquit: Omnes quidez currunt/ sed vnus accipit
1.Co.9 brauiū. Omnes currunt/ vnus accipit: frustrati sunt ceteri: quorū vnusquisq; ea intētione currebat/ vt posset accipere. Multi sup vno quesito sortes mittunt: vni sors signata ꝓuenit. Accipit ille gaudens: reliqui a desyderio defraudātur. Absonū esset a fide catholica/ ꝙ gratiā siue gloriam sic vnus accipiat: et omnis alia contio sit inanis. Sed vnitas accipiētis/ nō persone/ sed electorū omniū prestruit vnitatē: similiter ꝛ vnus qui accipit ex sorte. Aliter incassū ad gratiam et gloriā niteremur/ si vnus acciperet in priuatione cunctorū. Proinde omniū electorum vnitas signatur in eo qui accepit ex cursu velociori: et in eo milite q̄ tunicā habuit ex sorte tangente. Nec more humano sors in gratia siue gloria est pensanda: sed sors in his est diuina dispositio: qua occultis modis nouit his quos suos esse p̄sciuit/ cōferre gratiarū p̄mia meritorū. Quod vero currentes aut sortē mittētes titubant/ affectāt: ꝛ cui votū succedat ignorant: ad id refert̄ quod in Apocalypsi dicitur:
Apoca. Vincēti dabo manna abscōditū: ꝛ dabo illi calculū candidū/ ꝛ in calculo nomē nouū scriptū: quod nemo scit nisi q̄ accipit: et nemo scit vtrū sit dignus odio vel amore. Unde ꝙuis dubitemus/ speremus vitam eternā. Ignoramus tamen vtrū debeamus accipere: cū solū quis accipit/ certus erit. Illudebatur ab omnib⁹ Christo in cruce pendenti: ꝛ vere omnis vilitas sibi obijciebat̄ in facie: nā [pretereūntes blasphemabāt eū: mouentes capita sua/
Mat.27 et dicentes: Uah qui destruis templū dei: ꝛ in triduo reedificas: salua temetipm̄: si fili⁹ dei es/ descēde de cruce.] Nec mirū si pretereūtes blaphemabāt: quia nō subsistūt vt agnoscāt inuisibilē veritatē. Legūt plures discursu cordis oculorū ꝛ lingue: sed nō figunt animū/ vt quod latet in scripturis intelligāt. Pretereuntes occulta bona p̄tereunt: nō assistunt orationibus ꝛ virtutibus corā deo/ vt eis fontē veritatis ꝛ intellectū mentis aperiat. Pretereūtes em̄ sunt
Io.5 Pretereunt iudei: nec in scripturis substiterūt vt christuz possent inuenire: remiserat em̄ christus iudeos ad scripturas/ vt in ipsis subsistendo/ nō pretereūdo scrutarent̄: quoniā ipse testimoniū ꝑhibebant de Christo. Sed p̄teribant. Nūc vero pretereunt illū quē crucifixerunt: vt nec cōmunicare velint passionibus eius/ aut participes fieri redemptionis eius: sed mouēt caput velut paralytici/ atq; phrenetici: quibus dissolutio est in membris/ et obnubilatū est iudiciū rationis. Motus capitis leuitatē animi signat in corpore: in infirmis vero noxiā passionē. Mouerunt atq; mouebant caput ante preciū pendēs/ omnes qui in fide nutant: ꝛ seipsos in sensibus amant. Abhorrent horridas et salutiferas passiones: et amore pretereunt Christū/ preeuntes ad pretereuntia preter christuz. Sed qui pretereunt crucē ꝛ mortē eius/ nō preteribunt iudiciū eius. Et arguendo improperabant: Uah qui destruis templū dei/ ꝛ in triduo reedificas. Si hoc poteras: quare teipm̄ nō saluas? Filij hoim̄ te posuerūt ī cruce: si tu filius dei es: ostēde te sup homies/ descēde de cruce. Nō em̄ dicebant credentes/ sed blasphemantes: et corde et similiter sermonibus deridētes. Nō curabat Christus improperia: nec mouebatur animus eius/ vt ꝑ ostentationē quippiaz faceret: vt nec tā validus occultā potentiā vellet demonstrare derisus. Nec hominū violētia crucifixus erat: quoniā sua p̄iuit omino voluntas: vnde nec se suggestione deridentiū hominum defigebāt. Nō credūt sensualitatis ꝓprie amatores/ ꝙ sponte q̄s velit sensu torqueri: sed quisq; ꝑ posse sensui aduersa deuitet. Quo decepti christū purū hoiem estimātes/ etiā tormēta si posset declinare volentē. Quāobrē qui ꝑsuadēt crucis descensū ꝓpter asperum sensum: similes sunt diabolo/ qui similia diabolo dicūt hoc em̄ diabolus christo dixerat ī deserto: Si Mat.4.
filius dei es/ dic vt lapides isti panes fiāt. Et de pinnaculo templi: mitte te deorsum. Ubiq; tētatio: sed improperiū nō in prima: sed hic tentatio/ cui omnis associata est derisio. [Similiter et principes sacerdotū illudētes Mat.27. Mar.15. Lu.23
cū scribis ꝛ senioribus dixerūt: Alios saluos fecit: seipsum nō potest saluū facere. Si rex israel est/ descēdat nūc de cruce/ ꝛ credim⁹ ei.] Illusi a diabolo/ illudere hominib⁹ satagūt. Qui iniustis illudit/ mēte deceptus est/ ꝛ lethargiā patitur. Agitatur a diabolo aut a demētia/ qui ꝯstituto in pena illudit. Nedum iusto et iniuste patienti/ sed etiā si deliquit/ satis est ad omne tormentū/ ꝙ iuste vel iniuste homo vita priuetur. Principes sacerdotū magne se vilitati cōmiserant/ ꝙ illudebant homini proxime morituro. Absonat a dignitate fulgētibus/ illudere pena damnatis. Et maior seuitia vlciscētis inimici esse conuicit̄/ cum improperat vel illudit ꝓscripto per iudicem/ ꝙ seuam inferre suo emulo vltionem. Et dicebant: Alios saluos fecit: seipm̄ Mat.27.
nō potest saluū facere. Poterat seipm̄ saluū facere q̄ alios fecerat: sed ꝓpterea patiebat̄ hāc corpis calamitatē/ vt nos sua ꝑceptione saluaret. Sed nō credebāt saluādi adesse virtutē ei/ q̄ semetipsū in pena dereliquerat. Descensū petebant crucis in argumentū potentie siue virtutis: ꝛ falso spondebant credulitatem si de cruce prosiluisset: nam altioris fuit virtutis atq; potētie/ ꝙ mortuus ꝛ sepultus resurrexit a mortuis ꝛ nō crediderunt ei. Quod regē israel nominauerūt/ ad exaggerationē ē iniurie: ꝑ eo ꝙ turba sibi hierusalē ingredięti rex israel acclamauerat. Sed hec illusio iustā meruit suo tēpore vl-

4. Reg. 2. tionē: more pueroꝝ / qui Heliseo ꝓphete contu
maci animo ⁊ aspero illuserūt: nā ilico duo vr-
si de saltu ꝓpinqui egressi / lacerauerūt quadra
gintaduos ex eis. Quid vero hierosolyme ciui-
tati ad vltionē ꝓuenerit a romanis principibꝰ
adhuc historia explicat: ⁊ lingua hoim narrat.
Mat. 27. Addebāt aūt: **Cōfidit ī deo: liberet nūc**
Psal. 36. **eū si vult.** Erat fides iudeorū / ꝙ deꝰ nō dere
linq̄t sanctos suos. Quāobrē ipsi dicebant: Si
sanctꝰ est: ergo cōfidit in domino: nō em̄ est san
Psal. 144. ctus absq̧ cōfidentia eius. Deus vero ꝓpicius
est omnibꝰ qui inuocant illū in veritate. Proin
de: Aut iste sanctus nō est / ⁊ nō confidit in do-
mino: aut forte cōfidit: sed quia sanctus nō est /
nō liberat eum deus. A deitate ad regē israel / a
dignitate regia in cōmunem et vulgarē homi-
nem descenderunt: vt experimēto derelinquen
de crucis / si q̇d et quantū apud deū valeret / cog
noscerent. Predictū ante fuerat: si filius dei / si
rex israel est / descēdat de cruce: nūc vero si in do
mino cōfidit / ex virtute cōfidit: liberet eum nūc
deus. Si em̄ eius est sanctus: ⁊ si sup eū volun-
tas inclinatur ipsius: vt cōphēdere possent /
ꝙ magna in cōspectu dei sue virtutis esset auto
ritas. Nō respōdet ex facto aduersis ⁊ curiosis
hoim votis / qui diuina sectaꝛ et satagit adim-
plere mandata. Et ꝓpe modū irremediabiliter
deprauati / deitati conabātur inferre derisionē
aut nō credendo diuine generatiōis mysteriū /
Mat. 27. cū dicebāt: **Dixit enī quia filius dei sū.**
Mar. 15. Si dixit / verū dixit: quod omino subterfugit iu
Lu. 23 deorū mentes / eternā generationē in deo. Nec
potuerūt cōprehendere in deitate distinctionē
aliquā ꝑsonarū: et timētes pluralitatē deorū / ꝓ
pter vnitatē quā verissime asserūt: creatoris tri
nitatē in diuinis omimode negauerūt: illis dū-
taxat exceptis / qui hoc credere occultis meri-
tis a domino susceperūt. Nam si eternā genera
tionē ī diuinis altitudine fidei conspexissent: fa
cile fuisset aduertere ꝙ filiꝰ hoiem induisset: et
descēdisset in inferiores ꝑtes terre. Sed ad pri
mū clausus oculus fidei / in secūdū penitus nō
aspexit. Ac ꝑ hoc quod diciꝛ: dixit em̄ qꝛ filiꝰ dei
sum: neq̧ principes sacerdotū atq̧ iudei ceteri
credebant hoc fieri aliq̄n possibile. Sed neq̧
hūc ex hoc credebāt filiū dei: vt eorum iudicio
merito hec ⁊ peiora patereꝛ: velut q̇ diuina ꝑsū
psit ⁊ impossibilia fieri possibilia suo v̄bo mō
Lu. 23 strauit: si dixit: filius dei sū. [**Illudebāt au**
tē ei et milites: ⁊ accedētes acetū illi offerē
tes dicebāt: Si tu es rex iudeorū / saluū te fac.]
Hec illlusio militū nō ex odio / sed ex vsu maloꝝ
satellitū ꝓcedebat: quorū cōsuetudo est insulta
re damnatis. Verius aūt arbitramur illā ꝓces
sisse de cōplacētia iudeorum: vt qm̄ illi deride-
bant / isti eis malo placito volebāt esse cōsimi-
les. Multā ministrauit mūdo ꝑniciē: et iniqui-
tatē plurimā germinauit: in malis velle place-
re malis: siue late aut tenuiter habere ꝑticipiū
Mat. 27. cū iniquis. [**Idipsū aūt et latrones** qui
crucifixi erant cū eo / improperabāt.] De duo-
bus diciꝛ quodā more loquēdi / quod solū vnꝰ ef
fecit: quod aliꝰ euāgelista clare disseruit dicēs:
[**Unus aūt ex his** qui pendebāt cū eo la Lu. 23
tronibꝰ / blasphemauit eū dicēs: Si tu es chri-
stus / salua teipsum ⁊ nos.] Vide blasphemie q̄-
si a multis neglectā speciem / ponere sub dubio
quod est certū. Blasphemia est dicere cuiq̧ / si
tu es: quod ille in veritate est. In regem certum
populi esset damnata blasphemia dicere: si tu
es rex. Et sapientē expertū vocare cūctāter / de-
rogationis est actus. Omne dubiū de qualita-
te bona certissime inherente / blasphemiā irro-
gat in habēte. Forte obijcereꝛ: Aderat ignorā-
tia: deficiebat sana credulitas. Sed hec peram
pliꝰ blasphemiā faciūt: cū ignoraꝛ quod venire
ī noticiā debuit: aut cū nō crediꝛ quod creden
dū veritas ipsa definiuit. Velle inclinare ad in
decentia quempiā: iustū ad iniquitatē / constan-
tē in bonis operibꝰ virū ad fragilitatē velle de
flectere: aut positū in alta sede virtutū ad ima
seu aduersa velle detrahere / blasphemie crimē
apposuit. Sed q̇ constās in animi virtute cōsi-
stit / nihilopendit verba blasphemantiū: et sibi
cognitꝰ / alijs incognitū fieri paruipendit. Hu-
iuscemodi blasphemia iaculabaꝛ in christū: cū
dubitanter ⁊ exprobratiue diceretur: Si tu es
christus / salua temetipsū ⁊ nos. Quid si ꝯditio
nalis ⁊ dubitatiua est ista locutio? Sed omi re-
moto dubio christus erat: ⁊ in seipso saluꝰ erat:
cui nō dominabaꝛ pena vel dolor / quos ipse ꝓ-
pria volūtate susceperat. Sed latrones nec mēte
nec corpe salui erāt. Mente nō: erāt em̄ in vm
bra incredulitatis inclusi. Et ab ipso saluato-
re didicimus: Qui crediderit / saluꝰ erit: q̇ vero Mar. 16.
nō crediderit / condēnabiꝛ. Nec corpe salui erāt
qꝛ ꝓpter demerita reipublice / decernente iusti-
cia configebanꝛ in penis. Et salutē corpis ille
miser gliscebat: nesciēs quanta posset eterna sa
lute donari: et ex corporis pena mereri / innocē
ti et dei filio in patibulo sociatus: si a lumine sī
dei nō fuisset auersus: et cui collega in culpa / in
pena compar / in fidei virtute māsisset consimi-
lis. Quod alter latro dextralis cognouit: et tu-
tor in penis factus est christi: male cōsciētie rea
tu compūctus / se iuste mereri clamabat: ⁊ noui
ter renatus in fide / cōtra collateralē socium au
daci verbo insiluit: pie christi domini partē ra-
tus: ad quod sequitur: [**Respondens au-** Lu. 23
tem alter / increpabat illum dicens:
Neq̧ tu times deū / qui in eadē damnatione es
Et nos quidē iuste: nā digna factis recipimꝰ:
hic v̄o nihil mali fecit.] Velut inter duos po-
pulos ꝯstitutꝰ / audit christꝰ elatū ⁊ semetipm̄ ee
culpabilē ignorantē: ⁊ nolentē ex iusticia pati q̄
meruit: et cupientē libertatē ꝓsperā in terrenis
⁊ omino infidū de diuinis / christumq̧ blasphe-
mijs lacessentē: alterū vero humiliatū ⁊ sibi cō
sciū male vite: pro qua iuste se plecti publice fa
tebaꝛ: et increpabat in culpa ⁊ pena cōsiꝛez / sed
iā factū dissimilē in virtute. Hic etiā alter ni-
hil iā exigebat ampliꝰ sup terrā / sed regna sup-

na mente atq; voce captabat. Ibi profecto sunt iudeorũ populus atq; nationũ. Nam iudeorũ populus latronis auersi/ conuersiq; gentiũ populus typum tenet. Nam adhuc iudeorũ populus Christum lacessit in vitiis: et blasphemias irrogat: ⁊ sententialiter verbis latronis vtitur exprobrantis. Sed conuersus populus nationũ/ ꝓpter idolatriã iuste se damnari cognouit: et infusa luce aspexit in Christũ/ credens super omnes homines innocentẽ: deũ verum de deo vero/ hominẽ factũ/ inter homines conuersantem. Sed libet huius latronis per singula sua dicta discutere: atq; quantũ fas est/ meritũ disserere: quo preuẽtus/ iam in vltimis constitut⁹: increpabat sane consciũ in culpa/ similiter ⁊ in pena: quo iam fide factus superior/ et seipso inuisibiliter maior: ⁊ ligno corpe pendẽs/ i ligno fidei mente pendebat: ⁊ corporaliũ penarũ oblitus/ diuino feruefactus amore: corã iudice inter mediũ dependẽte/ sodalem arguere/ ac etiã instruere nõ veretur/ dicẽs: Neq; tu times deũ qui in eadẽ damnatione es? Non times deum/ quem vnitũ carni deum esse nõ credis? Non times deũ/ quem hesitas id esse quod est? Non times deũ/ qui oppugnas hominẽ innocentem: qui blasphemias irrogas? Nõ times deũ/ iam morti vicinus: cui omnis spes est adempta viuẽdi: q verbis blasphemis mala ꝑficis: cuz ligno affixus/ opere iã nõ possis? Nõ times deũ/ qui in eadẽ damnatiõe mecuz qui timeo/ es: aut in eadem damnatione penarũ corporaliũ cũ deo es: qui corpe assumpto inter nos pendẽs propria patitur volũtate. Nos quidẽ iuste scilicet patimur: quia vnde corruim⁹ a iusticia/ inde ꝑsoluimus penas. Ad consyderationẽ male acte vite remittebat istẽ ꝯsortiũ: vt reuocaret ad memoriã mala que fecerant: vt dignã malefactis assereret penã/ quã ligno affixi ferebãt. Immemor nãq; peractorũ scelerũ/ omnẽ penã asserit indecentẽ: et iniuste inferri dicit omne tormentũ. Proinde latro iste subiecit: Nam digna factis recipimus. Digna sunt tormenta hominũ malefactis: et irreprehensibiliter male viuenti decens est extrema calamitas. Dicã seuerius/ imo verius: Magis dignũ ꝑfecto dinoscit diutine detineri/ aut cito finiri reũ supplicio: q̃ viuere i pctõ: ⁊ pena multari/ q̃ i culpa letari. Nãpe in vniuersi pulchritudie pl⁹ clarescit. Dictat irrefragabilit vera iusticia/ vt penã culpa inueniat. Sed quia nõ culpã positione carentẽ/ vt dino torqat delinqntẽ: nouerat latro iste ordinẽ diuie iusticie: q malũ aliquod inultũ eẽ nõ patit ad quã afficiebat amore/ q̃uis corpe torqret. Et licet abhorreret sensus exterior: interior do iusticiã q ꝯficiebat/ amabat. Et q̃si oblit⁹ penarũ/ verbis punientẽ iusticiã extollebat. Proprium eñ est vera ratione vtentiũ/ pamplius vero hominũ electorũ: diligere atq; laudare iusticiã etiam si ex illius decreto asperrime torqueant. Nam ipse naturalis ordo iusticie/ interlucens rationibus hominũ/ dictat crimina sine pena nõ esse: que inuisibiliter semper est presto: q̃uis interdum visibiliter differat. In magnis cognitionibus hic tort⁹ homo ferebatur/ qui se iuste digneq; pati profitebatur. Magna pars est venie apud deũ/ hoc agnoscere similiter et fateri. Attollebatur sublimius homo iste/ cũ christum agnouit innocentẽ: quem iudex ad mortẽ publice condemnauerat. Quoniã difficillimũ est credere aut dicere sine culpa: quẽ iudex ordinarius ad aliquam penam damnat vt reũ: seu cum assertione testiũ aut acclamationibus populorũ: nam si nõ testibus/ attamẽ clamoribus totius populi damnatus est Christus. Et quez totus populus postulauerat validis vocibus crucifigi/ latro iste dicit: Hic vero nihil mali fecit. Unde hic latro agnouit q nihil mali fecit cũ quo nõ fuerat conuersatus: quem ante forte nõ nouerat: qui nec ad doctrinã aut ad sequelã christi accesserat: sed studuerat operationibus latronũ/ vnde iuste patiebat exitium? Qua sibi hec irrepsit noticia q christ⁹ nihil mali fecerat? Quid? Quia certe nec scire poterat/ quoniã deus erat. Unde ꝯspexit q Christus nihil mali fecit? Inquã pie: si forte digne christus dñs illuxit ei. Nõ eñ aliunde accepit q̃ ab eo quem asserebat moriens innocentẽ: et ꝑfusus fidei pietate dicebat ad iesum: [Memẽto mei dñ venel ris i regnũ tuũ.] Lu. 23 Uide q̃ alte ingreditur latro pẽdens: vt aliud credat in regnũ ꝓter q̃ mortale caducũ: ⁊ velit illi⁹ esse regnicola/ qui ab isto serra mortis secabatur. Et mysteriũ profitebatur in Christo eternũ atq; diuinum: q̃ q̃ ipse ex carne temporaliter crederet moriturũ. Et hoc siquidẽ totum profitebatur ex petitione quã faciebat ad regnum: ad quod per pontem mortis Christum transire videbat. Totus hic conuertitur ad Christũ: ⁊ ei pro alia vita se donat. Huius mira nimirũ fides: qui solum christũ derisum ⁊ derelictũ ab hominibus/ vicinũ morti: ⁊ ipse morti vicinus deum verũ ⁊ hominẽ confitetur: a nemine doctus/ a nullo p̃monitus. Et vbi fugiendo negant qui eius doctrinã audierant/ miracula viderant: ⁊ in cibuz pauloante sumpserãt corpus eius de manib⁹ sanctissimis eius: iste solus cũ tacente virgine cõfitetur: vt in his meroribus tam horẽdis socius fuit virginis in fide atq; dolore/ Christo in pena consimilis/ a collatrone virtute dissimilis: Christi cõfessor/ atq; sue innocẽtie factus tutor. Sz hi latrones suis disparibus meritis admiratiõe mẽtes hominũ pulsant: si quo merito vn⁹ cõuersus aut quo demerito alter auersus: vn⁹ i facto approbat⁹ ⁊ voce a christo: alter vero Christo tacẽte reprobat⁹ extiterit. Nã christ⁹ equaliter respiciebat cõpenales suos: medi⁹ inter eos pẽdebat affixus patibulo: nec p̃accipiebat ꝑsonã alterius. Quid est q vnus irrogauit Christo verbis blasphemiã: alter suscepit ꝓ illo moriendo tutelam: Unus cognouit iusticiã/ ipsorũq; punientẽ nequitiã laudauit: alter impune viuere ꝑtentauit? Erat ne forte ad istos in Christo alie

qua ineqlitas? Hoc credere dico nefas. Quid
ergo? Dicā audacter quod sentio: ꝙ nec cōuer
so suffecit meritū suū: sed auersuʒ demeritū suū
iuste deiecit. Nullus conuertit nisi ex gratia:
nullus damnat nisi ex demeritis diuina dictan
te iusticia. Quod ergo demeritū illiusꝙ nō cre
didit? Quod vero demeritū atqꝫ vnde illi q̄ cre
didit? Meritū cōuersi nō legim⁹: quid in occul
to habuerit ipse / nescimus: demerituʒ vtriusqꝫ
cōspicim⁹: quia latrones erant: homines vtiqꝫ
Roma.9. male vite. An verificat illa sententia: quē de⁹ vult
indurat: et cui vult miseret? Sed in tortuosiorē
Actuū.10. incidimus questionē: cū deus acceptor perso
narū nō sit: et cū essent ambo homines pecca
tores: christū eque corporeo visu aspicientes: iu
xta eū eque pendentes: quorū vnus in ꝯuersati
one christi alterū nō preuenerat: quia neuter vi
uēs habuerat / vnde vnus illorū meruit cōuerti
alter vero meruit indurari: Quo merito vn⁹ mi
sericordiā accepit: alter in iusta damnatiōe re
māsit? Sed aliter hec aut similis questio nodo
sa nō soluit: nisi dei misericordiā ꝛ iusticiā aspi
ciamus / et liberas hominū volūtates. Nā de⁹
ex misericordia donat peccata cōuersis: ꝛ ex iu
sticia tribuit p̄mia siue supplicia meritoꝝ. Nō
ergo istoꝝ est cōuersio aut auersio celebrata ex
christi p̄sentia corporali / quā habebāt equaliter:
nō ex visu quo ipsum intuebantur: nō ex verbis
eius peramplius directis in alterū: sed ex libe
ra volūtate: qua ille credere voluit: ille vero in
credulus māsit: quē sicut illuʒ dei misericordia
expectabat: sed nō credentē reliquit diuina iusti
cia reprobatū. Ad conuersū aūt latronē christ⁹
Lu.23 alta ꝓmissione respōdit. **Amē amen dico tibi: hodie mecū eris ī paradiso.** Amē
verbū est veritatis. Unde infallibili pollicita
tione latroni pendenti atqꝫ cōuerso paradisuʒ
christus moriens repromisit. Proinde cogno
sce quid cōferre possit resurgēs ꝛ regnās / q̄ mo
riēs talia donat. Quanta est largitura libertas
si tāta cōfert extrema captiuitas. Nō autem in
hac ꝓmissione paradisum / scʒ locū ad orientē:
a quo exulauit Adam / intelligamus repromis
sum: quoniā illo hodie latro post christū descē
dit. Ad limbū p̄cessit christus hora nona moriē
do latronē. Secut⁹ est latro quasi vespere cru
rifragio celebrato. Cū ergo vtriusqꝫ anima / ꝙ
uis nō eadē hora / christi scʒ et latronis ad lim
bū descenderit: a quo christi anima nō egressa
quousqꝫ plene a mortuis resurrexerit: ꝓtin⁹ cre
dendū est / ꝙ ī illo paradiso terrestri die illo neu
tri⁹ anima fuit: nec christ⁹ in anima solū ꝛ deita
te descendēs ad limbū / latronis animā transtu
lit in paradisum: sed ad eū in limbo fecit illū de
scendere: vt cū animabus ceteris extrahendis
fieret in sequela. Pie autē ꝛ nō incongrue cre
di poterat: ꝙ cū illam animarū multitudinē de
limbo christus volens resurgere a mortuis edu
xisset: ꝙ in terrestrem paradisum induxerit: vt
Adam cū misera sobole sua reuocaretur in si
gnū eterni federis atqꝫ pacis: a quo per ino be
dientiam exulauerat. Et tādiu anima Ade ibi
dem cū ceteris seruaret / quousqꝫ christ⁹ corpo
raliter celorū alta conscenderet / post se illā tur
mā letantiū animarū subuectur⁹. Etenī illo de
loco assumendū erat ad superna celestia huma
nū genus successione felici: nisi Adaʒ superbia
ꝓpria exulasset: et perpetuata ꝓpagine culpa il
la deriuaretur ad posteros. Nec absonat a pia
credulitate / culpa deleta ꝑ christū: ꝙ inde anime
assumantur in celū / vnde assumende fuerāt an
peccatū. Nō solū ille que illo in tempore ascen
derunt christo ascendente: sed que quotidie per
misericordiā assumūtur / vite pacto fine ab ipso
regnāte. Congruū porro est / vt anime videant
locū a quo in Adam humana natura ꝑ tā lō
ga ꝛ aspera exilia exulauit: vt pariter misericor
dia et iusticia dei pamplius cognoscātur. Sed
quoquo modo se habet ordo rei aut hoc quod
dicit hodie: ad temp⁹ refert quo christ⁹ ista cō
pleuit: ꝛ animā eius paradisū omniū delectabi
liū oportet intelligi: vt plene soluat quod dici
tur: Hodie mecū eris in paradiso. Quī aūt Lu
cas qui solū hoc recitauit / in greco euangeliuʒ
scripsit: expedit ab illa lingua hui⁹ vocabuli su
mere interpretationē. Paradisū siquidem he
brei / hortū vero greci dicunt. Paradisus etiaʒ
ad eden situs refert: quod delicie interpretatur
vt nō incongrue dicat latroni: Hodie mecum
eris in horto deliciarū: scʒ ꝙ in omnib⁹ delicijs
eris mecū existens: aut in terrestrē paradisuʒ te
deferā hodie carpens iter. Necnō ꝛ limbū ad
quē christi et latronis anime descenderūt / deli
ciarū hortū possum⁹ appellare: nō eī pena sen
sus tenebātur inclusi: ꝙuis a vera patria essent
exclusi. Seruabat in eis diuina iusticia: vt qui
actu nō deliq̄rat / nec sensibiliter puniret. Nec
credamus illoꝝ patrū exemptas animas a cor
pore delectationib⁹ fuisse priuatas: quas in car
ne viuendo sepe susceperāt. Nec mortis necessi
tate factū est / vt moriendo et ad limbū descen
dendo essent culpabiliores: vt his priuarent in
ternis gaudijs / quib⁹ in carne gaudebāt. Quo
modo nec potuit alloquia diuina suscipere / qu
mēte iubilaret? Quō Abraam in diuinis affati
onibus non exultauit in anima? Quanta leticia Gen.18.
ipsum credimus circūfusum: cū angelos susce
pit hospitio: cū deus illūipm ꝓbauit in filio:
cū vidit arietē inter vepres: in quo cognouit ad
suā redemptionē christi futurā omimodā pas
sionē? Quanto Jacob exultauit tripudio / cum Gen.32.
vidēs dn̄m dixit: Vidi dn̄m facie ad faciē: ꝛ sal
ua facta est anima mea: cū luctans oratiōib⁹ cū
angelo / nō dimisit eū quousqꝫ accepisset bn̄di
ctionē: cū inuisibileʒ climationē aspexit a terra
vsqꝫ ad celos: ꝛ angelos sursū atqꝫ deorsum cli
mare ꝑ illā. Delectationib⁹ inenarrabilib⁹ re
pletus est Moyses / cū sibi de⁹ amicabiliter lo
quebat. Nec omnes ꝓphete illa magna myste
ria viderūt atqꝫ cognouerūt sine internis deli
cijs: quas humana lingua explicare nō posset.
Quō ioānes delectatiōib⁹ diuinis priuat⁹ fuisset

sexit in limbo: qui nōdū natus exultauit in vtero?
Lu.1. Ac per hoc neq̧ venire debet in dubiū: ꝙ in illo
sinu afferrent interne delicie quibꝰ in seculo po
siti fruebant: cū nec peccare aut demereri post
mortē potuissent vnde tollerent. Nec postꝙ il-
los diuinos affatꝰ susceperant: taliter ante mor
tem vixerūt vt post mortē merito priuarent. De
illis dūtaxat dicimus/ qui ad patrū sinum in aīa
descendere. Deinde locū hunc merito quendaꝫ
dicimꝰ paradisum ꝛ hortū deliciarū: vt petitio-
ni compēdentis sit taliter facta responsio: ꝙ in
sinu patrum cum aīa christi se redigēs/ velut in
quodā cum christo fuerit paradiso. Sed vt ne
fallamur varia varie opinātes: paradisi nomine
oportet intelligi omnē inuisibilē ꝯsolationē: scꝫ
illam quā anie a corporibus absolute aut inter
cluse corporibꝰ submissis corporeis sensibꝰ/ seu
extra corpus exeūtes/ ante illā plenitudinē bea-
titudinis ineffabilē superne patrie possent vsq̧
digne suscipe. Quoniā igit necessario sit transi-
tus a corporalibꝰ ad spūalia: vt veritas diuinaꝝ
scripturarū eluceat: literali scripturaꝝ sensu/ pa
Gen.2 radisi nūcupatione illū locum/ quē deus a prin
cipio plantauerat in oriente ad eden intelligi-
mus: translatiōe vero facta intelligēter a sensu
ad intellectū inuisibiliū delectationē merito di-
cimus: nā sicut in illo quicq̄d esse potuit corpo-
ralis amenitatis atq̧ suauitatis/ p̄ter glorificati
onē corporis fuit: sic per typicū sensum quicq̄d
esse potest sub celo deliciaꝝ/ ex illo sentimus/ aut
ex parte sic esse cognoscimus. Nulla ꝟo conso-
lationū inuisibiliū coeternatio verior ꝙ̄ esse cuꝫ
Phil.1. christo. Et paulus cupiebat solui ꝛ esse cū chri-
sto. Eximebāt porro a corporibꝰ ille anime: scꝫ
aīa christi vnita deitati: ꝛ anima latronis eidem
1Cor.6 adherēs ꝑ fidē ꝛ charitatē. Et qui adheret deo
vnus spiritꝰ est cū eo. Et mutuo se visuras om-
nimode parabāt: vt christi dictū merito verum
esset: hodie mecū eris in paradiso. Atqui ꝓ eo ꝙ
paradisus ille terrestris locus dictus est delici
arū: locutione ꝯuersa quasi bet delicias scriptu
ra paradisuꝫ appellat: iuxta illud quod de rege
Eze.28. tyri per ezechielē dicit: Tu singnaculū similitu
dinis eius plenꝰ sapiētia/ perfectꝰ decore/ in de-
licijs paradisi fuisti. Nunꝙ ꝟo rex tyri suꝑ quē
lamentū mādato dñi factū est/ fuerat in paradi-
so terrestri: sed alias habuerat ipse delicias ap-
pellatas noīe paradisi aut illis ꝯsimiles: vt ipse
rex fuerit velut in delicijs paradisi: ꝛ quodāmo-
do ꝓpheta enūerat illas delicias: sicut legenti
subsequēs litera manifestat. Igit si dicunt alie
delicie paradisus/ etiam sepe vsitato vocabulo
moreq̧ loquēdi: ꝙ̄tomagis cū christi aīa inueni
ri atq̧ intueri est deliciarū paradisus vberior.
Ioh.19. Stabant iuxta crucē iesu mater eiꝰ
et soror matris eius maria cleophe/
et maria magdalene. Subticuit iste ma-
trem mariā/ scꝫ salome: ne videret amore huma
no vel laudis affici ad parētes: quam adesse nō
dubitamꝰ: ꝛ multas alias mulieres christi disci
pulas: quas euāgeliste interserere nō curarunt.

Sed ecce amice crucis/ ꝓ eo ꝙ amice iesu: sꝫ nec
amice crucis/ qr in illa torquebat ꝛ moriebat ie-
sus: sed velut cōparticipes aut cōmunicare vo-
lentes passionibꝰ eius. Stabant ꝓpe arborem
ꝓpter pomū: ꝛ iuxta patibulū ꝓpter iustū. Sed
mater eius mēte plus ꝙ̄ oculis ferebat in illam
Et ꝙ̄ꝙ̄ pressa doloribꝰ/ ꝑspicaci cordis aspectu
contēplabat illam: atq̧ p̄sentia ꝛ futura myste-
ria sancta eiꝰ: cū illuminādus esset mundꝰ in splē
doribus eius. Sed nos posteri cū illis prioribꝰ
ꝯtēplatiuo amore quid donat intelligere secta-
toribus posteris: vt sit cōmunicata cognitio cū
sequētibus primis. Si crucis illiꝰ intuemur ma
teriā: lignum aridū est: vt om̄es resurgāt per li-
gnum/ sicut oēs in ligno corruerūt. Et faciliter
erāt donāda peccata: nec durabiles in hac vita
hominū passiones: veluti cū ab igne cito consu
mit lignum. Huiuscemodi lignū geminā scimꝰ
habuisse radicem: vnā occasionis: que fuit p̄mo
rum parentū propria ꝛ detestanda volūtas: qua
non dño iuste p̄cipienti/ sed male suggerenti re-
ptili consenserūt: aliā nature quā in creatis ar-
boribꝰ sicut in hoibus est seruata ꝓpago. Per-
petuata est ꝓpago humani generis virtute tra
ducis: ꝛ cū illa originale delictum. Perpetuata
est ꝓpago lignoꝝ: vt in ligno appenderet reme
dium. Sed quid homo ad lignū? Que cōmuni-
catio vnius ad alterū? Utiq̧ magna nimis. Nā
insensibile porro est lignū: ꝛ om̄is homo dū pec
cat/ insensibilis est ad deū: quoniā si suꝑ seipsum
in veritate sentiret/ penitus non peccaret. In li-
gno insensibili christus patit pro insensibili de-
linq̄nte. Non sentit lignū diuinū pondus quod
habet: nec homo dū peccat/ sentit munera crea
toris. Caret vita sensibili atq̧ rationali omne li-
gnū: necnō ꝛ vegetabili/ si p̄cidatur a radice: sic
et homo ab omni vera vita morit male peccās:
ac per hoc respōdet in ratione instrumentū pas
sionis homini peccatori. Si figurā aspiciamus
arte hominū introductā: triāgulata est in tribꝰ
brachijs sane porrecta. Quoniā trimode pera-
git omne malū: ab eo videlicet ꝙ opportune vł
importune in mentē hominū venit. Opportune
siquidē dixerim: cū cogitatione voluntaria p̄an
ticipat malū. Importune ꝟo cū anima sepe re-
luctat: ꝙ̄ꝙ̄ in fine succumbat. Ab eo etiā ꝙ affe-
ctio iam seipsam delectabiliter scalpens in his
que cogitando suscepit: a tertio cū cecata lumi-
ne rationis obruta tenebris prestat assensum: q̇
iuxta id quod male agere cupit: etiā si nō sequa
tur effectus/ dignus est pena plecti. Similit fra
gilitas ꝛ ignorantia ꝛ malicia p̄dominās trian-
gulum facit. Et in his potest esse remissio ꝑ tri-
angulū crucis: si vltra non ꝓcedat peccatorum
hominū prauitas. Sic em̄ ꝑ amos legimus di- Amos.2.
ctū: ꝙ suꝑ tria scelera daturus esset dominꝰ om
nibus veniā: suꝑ quartū vero quēpiam nō con-
uertere: fieret nempe quartū si impenitentia seq̄
retur. Trinitas increata in illa cruce sua virtu-
te ꝛ in vnione trine persone astabat: ꝛ creata tri
nitas hominis in illa redimebat: et damnabat

triangulũ peccatoꝝ. Q, vero in posterũ inole-
uit quasi quadrãgula forma crucis: de tituli ap
positione ꝓuenit/ et de mysterij ratione: nã sup-
positus titulus quartũ brachiũ fecit: qui super
caput positus protendebatur in altũ. Et diuine
factũ est vt brachium in sublime porrectũ/ esset
titulus veritatis: quia in altissimis speculationi
bus/ nõ in imis: ꝛ i patria/ nõ in via vere cogno
scitur deus. Erat velut index brachiũ cum titu
lo quod ferebat in altum: acsi vellet indicere: de
supernis est qui patit: de supernis est dominus
ꝛ rex omniũ regum: ꝛ in supis est/ non in infimis
cognoscendis. Ratio etiã mysterij astruebat: vt
a prefato triangulo in quadrangulũ veniretur
propter hominũ mores/ qui quatuor virtutibus
disponũtur. Et quadra figura omnibꝰ est solidi
or: vt perfecta ꝛ solida hominũ vita constituere
tur ex cruce. Et ꝓtensiões interioris hominis
in illa prefixe sunt: quoniã oportet animã descẽ-
dere ad loca tetralia in directione timoris ꝛ pa
uida fieri: ne ad illa descẽdat meritis dignis pe-
nis: ꝛ pauido atqꝫ ineuulsibili contẽplari men-
tis intuitu per eternũ irremediabilẽ damnatoꝝ
penam. Et ab hoc abyssali ꝛ interminabili ma-
lo ad contrariũ superius fiat ascensus in vitã ꝛ
gloriã infinibilẽ beatorũ. Protensio crucis ad
ima/ protensionẽ anime facit per aspectũ mẽtis
ad loca tartarea. Protensio superior contẽpla
tionẽ prouehit in supna. Ibi iusticia/ hic miseri
cordia plene fulget. Hine ꝓtensiones in latera
quasi ale galline omẽs pullos filioꝝ hominũ/ ne
a volitãte diabolo rapiamur/ prouocãt ad tute-
lam. Et sub vmbra istarũ alarũ oportet ꝯfugere
donec a nobis transeat omnis iniquitas: vt sub
dextera ꝑfecti/ sub sinistra impfecti diuino au-
xilio ꝓtegantur. Cum illis astantibꝰ iterũ con-
templemur in tam horrida cathedra volũtarie
quiescentem/ deũ verum ꝛ hominẽ versi. In illa
nanciscentẽ nobis atqꝫ pro nobis delectationẽ
ex pena/ gloriã ex ignominia/ honorẽ ex oppro-
brio/ victoriam ex susceptis vulneribus/ ex cala-
mitate plenitudinẽ/ libertatem ex vinculis/ ex tẽ
porali morte vitã sempiternã. Quem non claui/
sed vnꝰ eius in homines diffusus amor sic tene-
bat affixum. Et nimirũ ꝙ carne moriens spiritu
viuẽtes demones debellauit: ꝛ iure/ non poten-
tia cũ inuisibilibus hostibus decertauit. Et pec
cato veterato natura renouat in ligno. Et vnꝰ
pro toto orbe ꝯcertat: necnõ et in carne deuicto
pax oritur terrestriũ/ oritur atqꝫ celestiũ. Mul-
ta interne contuitionis materia ministrabitur:
si stabimus iuxta crucẽ amore cordis: ꝛ cum pro
ponitur aut expedit corpore circũferentes: vt ve
lut in ipsa in hoie vtroqꝫ redempti: sic in vtroqꝫ
homine baiulemus. Erat mater iuxta crucẽ con
templatiuis doloribꝰ ꝛ amore/ tacensqꝫ tacebat
non hesitans in his que ꝑ filiũ agebãtur. Erat
sui filij per omnia ꝛ sup omnes ꝯsocia passioni:
vt pro corpore torto etiã ipsa in anima ꝛ corpo
re torqueretur. Et in directione spiritussancti ꝛ
angelorum custodia flebat/ eiulabat/ dabatqꝫ sin
gultus amaros: ꝛ penã huius affixi deplorabat
ꝛ causam. Et videbat ꝙ nõ ex transfuso semine
quod nõ erat: nõ ex deo/ quia impassibilis erat:
sed ex carne dũtaxat quã ex ipsa susceperat/ pati
ebat natus: ꝛ cruci per hominũ iniusticiã appli
catus: ꝛ tanto dolebat ꝓfundius/ ꝙto ꝑspicaciꝰ
nouerat cruciatum: et ꝙ nostrũ extat causa pec-
catum. Et ipsa ipsius nati sui dupliciter se noue
rat causam pene. Una siquidẽ cõmunis cũ omi
humano genere: porro expediebat sibi cũ toto
humano genere redemptio ꝑ crucẽ. Non enĩ ab
humano genere virgo mater absoluebat: vt nõ
indigeret beneficio filij/ quod ꝓcurabat per cru
cem: iuxta quã stabat sicut prope redemptorẽ. Et
flebit vberrime/ ꝙ sicut ceteri oportebat illã re-
dimi ꝑ crucem ꝛ sanguinẽ nati sui. Alia siquidẽ
propria ꝛ singularis erat: pro eo ꝙ tanta tormẽ
ta carnẽ prestauerat ipsa passibilẽ: ꝙuis totius
peccati expertẽ. Stat iuxta crucẽ opprobrij at-
qꝫ penarũ: quia eua stetit iuxta suaue lignũ. Ui-
dit illa prima omniũ mulier ꝙ bonum esset: vi-
dit virgo virginũ ꝙ crux vtiqꝫ melior futura fu-
turis credentibꝰ esset: quia illud dãnationẽ/ ista
germen edididit in salutẽ. Et illud lignũ bonũ
ex natura: lignũ ꝟo crucis potius ex gratia: su-
pergredit omnino gratia christiana naturam.
Uidit illa ꝙ esset bonum corpori ad vescendum
sed non ilico aspexit ꝙ esset corpori ꝛ anie in po-
sterum ad tormentũ. Uidit virgo regia/ cogno-
uit mater ecclesia ꝙ lignũ crucis salutẽ anime:
penam ꝟo corpori ꝓ tempore irrogaret/ tandẽ
ꝟo gloriã. Stetit illa iuxta lignũ quod pulchrũ
oculis videbat: stat alma/ stat contio christiana
iuxta crucẽ deformẽ oculis: turpemqꝫ cõsydera-
tioni carnaliũ. Uidebat illud lignũ aspectu de-
lectabile: sed tactu lethiferũ erat. Apparet crux
asperrima omni aspectui: sed cũ tactu mortẽ ir
rogat/ effectu glorie vitã donat. Assistebat vir-
go cruci: ꝛ suo ꝯfigebat cum nato. Steterat cru Gen. 3
da eua iuxta vetitũ lignũ: ꝛ delectabat vetita gu
stando cũ viro. Stetit illa ꝓpe arborem interdi
ctam: non ex aliqua mala indita q̃litate: sed obe
dientiã aut verã inobedientiã designantẽ: vt co
gnosceret in arbore fructifera dñs: qui ad eter-
nam fruitionẽ electis inaudita ꝛ inuisa seu inco
gnita parauerat. Stabat virgo mater/ stat eccle
sia sancta ꝓpe arborẽ benedictã: per quã bene-
dicit pius amator eius: ꝛ sustinens illam in cor
pore cũ offertur: per quã impletur vera iusticia:
per quã perfecta obedientia exhibetur: per quã
reprobat quis eiꝰ est inimicus: sicut ait aposto-
lus: Nũc aũt flens dico inimicos crucis christi: Phil. 3
quoꝝ finis interitus. Posuerat deus iustũ edi
ctum in ligno: nec velut de re mala parẽtes pri
mos ab esu eius voluit abstinere: sed dñs in illa
cognosci ꝛ meritũ obediẽtie in re modica fieri:
vt eterna p̃mia sequerent. Que ꝯtẽpta tãto fuit
maioris demeriti/ quãto potuit facilius custodi
ri. Ad quod lignũ appropinq̃uerũt ꝛ male suasi
gustauerunt: credentes vt dij fieri sapientes/ sci
entes bonum et malum: de cujus fructu hausto

per modicū aperti sunt oculi degustantiū: non q̄ prius apertos oculos nō haberent: sed q̄z cognouerunt bonoꝝ honorabiliū nuditatē: q̄uis ante i corpore inerubescibiliter nudi essent. Et secuta est damnata posteritas: pro eo q̄ fuit inobediens nostra prioritas. Multis milibus elapsis annis plantatū est pre ordinatione diuina horridum lignū ad cruciatū christi capitis nostri ꝛ mystici corporis eius: ex quo omnis penalitas christiana sumpsit exordiū atq̄ cōsecratur in illo. Et ipse factus est fructus eius: qui fructū arboris scientie boni ꝛ mali primis parētibus interdixit. Et e regione nouum positum est edictum: vt de fructu eius oēs sane mētis existentes omnino cōtingāt. Sed necdū fructum eius sed penam eius excipiant: vt ꝑtendit sentētia saluatoris: Si quis vult post me venire / abneget se metipsum ꝛ tollat crucē suam ꝛ sequaꝛ me. Bona fuit arbor illa: ꝛ in malū ꝛ in scandalum facta est. Mala est de suo genere oēs pena: et in bonū ꝛ defensionē pro pietate patiētibus versa est. Stabat eñi iuxta crucem virgo. Stetit ꝛ stat orthodoxa ecclesia iuxta penam assumptā volūtarie vel illatam: q̄ q̄ de se malam: si ꝟo ꝑ iusticia toleratā / bonum glorie paritura. Et in hac peregrinatione ecclesie scȝ palmarie in virtutibus splēdet. Cum ꝟo peruenerit / summe fulget q̄ ex horrendis ꝛ malis cruciatibus a tyrannis tot martyres habuit atq̄ ꝑmisit: ꝛ in volūtarie assumptis confessoꝝ atq̄ sanctorū turmā innumerabilem fecit. Ex arbore illa bonoꝝ nuditas est secuta: ex ista glorie decora vestitio. Ex illa pudor seu erubescētia: ex ista honor ꝛ gloria. Ex illa in mēbris ꝑuenit detestāda libido: ex tactu vero huius plenitudo capiꝛ castitatis. Ex illa oculi ad confusionē se mutuo intuentium sunt apti. ex ista oculoꝝ ad aspectū glorie palpebrule subleuanꝛ. Ex illius gustu credētes fieri vt dij / infra hoies sunt redacti: quod dauidica confirmat authoritas: homo cū in honore esset nō intellexit: cōparatus est iumētis insipientib⁹ / ꝛ similis factus est illis: ex istius ꝑ iusticie gustu / ꝑ adoptionem ꝛ gratiam fiunt hoies filij dei: atq̄ transitur in consortiū angeloꝝ. Ex illa credētes fieri sapiētes stulti facti sunt: ex stulticia ꝟo crucis oēs eterna sapientia inclarescunt. Per illā mortē illā incurriꝛ: per istā in peccatis mortuus reuiuiscit. Ac per hoc standū merito iuxta crucē Sed exagitatur animus plura conquirere atq̄ disserere circa crucis mysteriū. Attendam⁹ q̄d post plantationē illius ligni / quid dictum sit primis parentibus creatis: quid ꝟo post institutā crucē dicatur nascētibus atq̄ intelligētibus ceteris. Dictū est de arbore bona: si de illa comedetis / rei ꝯstituemini: de cruce ꝟo diciꝛ: nisi crucem ꝛ penā que mala est / dilexeritis preuaricatores efficiemini. Non q̄ de illa tanq̄ de re mala datū sit interdictum: neq̄ de cruce taq̄ de re bona positū sit ꝑceptum: sed de illa re bona secutū est malū / peruersa intētione vtentis. Sic reconuertente vera iusticia redēptoris: de pena mala exortū est bonū / iusta intentione patientis. Dictum est illis: si hanc arborē gustaueritis / morte multabimini: diciꝛ de ista: si crucē ꝛ penā ꝑpositam ꝑ iusticia negaueritis / in eternū damnabimini. Ex illi⁹ tactu / ex isti⁹ ꝟo intactu mors horrenda subsequiꝛ. Qui ex illa gustauerūt / mortui sūt: ꝛ totā posterā sobolē mortis articulo ascripserūt. Qui ꝟo istam suscipiūt / post penā ꝛ mortem ad gloriā reuiuiscūt. Mortui sunt illi: quia quod erat suaue corpori gustauerunt: resurgunt gloriose qui se asperitatib⁹ corporis crucifigūt. Exules illi facti sunt a paradiso ꝑ lignū: per crucem oēs exules reuocantur in regnū. Facta est arbor illa scala descensionis in baratrū: crux facta est scala ascensionis in celū. Sed nec crucē intelligamus duntaxat illam lignoꝝ machinā: sed omnē penā proprietate ac iusticia toleratā. Similiter et ꝯstantē iuxta crucē matrē / ecclesiā catholicam ꝛ animā quāpiam fidelissimā agnoscamus. Idcirco maria cleophe ꝛ magdalena ꝛ discipul⁹ / matri virgini asciscunꝛ. Asperit antē pendens librator amoris atq̄ doloꝝ / ꝛ meritorum omniū ponderator assistentē virginem: quā nunq̄ appellauit ex vocibus matrē: ꝛ discipulū plus dilectū q̄ diligentē: ꝛ ipsos solummō affatus est. Unde sequitur: **Cum vidisset ergo iesus matrē et discipulū stantem quē diligebat.** Joan. 19. Omnes astantes videbat iesus: nec aliquis ab eo erat inuisus: sȝ hos tantū diciꝛ aspexisse / propꝛ sermonē qui ad eos fact⁹ est. **Dixit iesus matri sue: Mulier ecce fili⁹ tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua.** Joan. 19. Pulsanꝛ admiratione omniū legentiū siue audientiū mentes: si quo motu quo sensu / qua ratiōe / qua possibilitate / qua ꝟo autoritate ista dicūtur: q̄ discipulus transeat in filiū virginis: ꝛ virgo habeat purū hominē filium / que nō genuit nisi hominē deum: ꝛ sint due matres vnius hois: quod vnq̄ natura humana nō habuit: ꝛ sit fili⁹ ex virgine / qui de corruptis parentibus natus erat ex semine. Et quid est q̄ tātū hos duos affatus est? Impossibilia quidē sunt hec: sed nihil impossibile deo. Uerū est q̄ christus sic dixerit: quod verū est / dilectus christi discipulus scripsit: ꝛ scimus q̄z verū est testimoniū eius. Pietate similiter ꝛ orōne opus est ad ingrediendū tale secretū altūq̄ mysterium. Mulier ꝛ nō mulier: pro eo q̄ nō mulier / sed super angelos ꝛ hoies ꝛ mulieres supercedēs: mulier accepit a filio: quē cum eterno patre vnicū possidebat: preter ventrē / quē ante in carne habebat ipsa nepotē. Sed in quo filiationis genere ioannes virginis fact⁹ est filius: aut eius mater facta est virgo? Nō hic natura fauet: nō conceptio partus obsequiꝛ: non ingressus in vterū vt denuo renascereꝛ: non adoptio pro hereditate in tēporalibus post sequenda: nec mutatione aut explorata doctrina: nec ista differenda fuerāt verba christi. Nec facta est locutio vt sit q̄si sed remota omni fucatiōe verboꝝ / sic a christo legimus dictū: Mulier ecce filius tuus: vt omi

deū exiſtentē eterne nō vicerant: cū homine ia;
creato/ in illa ſuperioꝛa vnde ruerant tendente
ne contingeret omnino inirent cōgreſſum. In
uidia vero vbiq; comes ſuperbie/ igne impellē-
te de ſub celo ĩ paradiſi loco/ ſubdolū atq; bre
ue cōmiſſum eſt bellū: vbi exhibita eſt deceptio
in figura: cū nō illa inuiſibilis que decepit/ ſed
ſerpentina in qua decepit oſtenſa eſt. Et q̄ ꝗ̄ ni
hil per violētiā ageretᷣ: tamē ꝑ deceptionē ⁊ fi
cationē verboꝛū conflictus a deo iuſte homi-
ni dedit iniuſte in paradiſo conflictu;/ infligēs
omnis generis moꝛtē: vbi pure ſpūalis in aſſū
pta foꝛma coꝛpoꝛea cū mixta creatura certauit.
Ex quo per verba male ſuadentis/ per tactum
male ſuaſi iā inobedientis/ in anima et coꝛpoꝛe
iuſta eſt ſecuta damnatio. In plenitudine verō
tempoꝛis creatoꝛ certantiū certaminūq; iudex
carne veſtitus: cu; ſpiritu creato rationabili/ q̄
carnis velamine nō oppꝛeſſo/ venit habere cō
greſſum. Et mirū in modū moꝛiēs triūphauit:
ꝑcuſſus coꝛꝑe vulnerauit in ſpū: plagatꝰ ab ho
minibꝰ plagauit demones: dolēs vincebat: pa-
tiens ſuꝑabat: derelictꝰ debellabat. Inuiſibile
bellū erat ex parte certantiū: ſenſibilia et viſibi
lia erāt vulnera ex parte miniſtroꝝ/ ⁊ deifici coꝛ
poꝛis talia patiētis. Proinde coꝛpꝰ exanime re
liq̄t in cruce velut ſcutū in alto poſitū: vt vide-
rentᷣ ſtigmata in vtriſq; belloꝝ. Inclinato vero
capite liberū et victoꝛioſū cū ouatu eterno pa-
tri tradidit ſpiritū: nō vt in illo inſtāti aſſume-
ret in ſuperna: ſed vt ad eius placitū ad illa in-
ferioꝛa deſcēderet: vbi pia illa et antiqua fami-
lia tenebatᷣ incluſa: vt tolleret illā pꝛo ſpolijs ⁊
manubijs ꝓ victoꝛia: quā fecit ꝑ articulū moꝛ-
tis. Ac per hoc quid hoc bello mirabiliꝰ: ĩ quo
triūphauit moꝛtuus: ſpolia repoꝛtat occiſus:
ꝯfligitᷣ viuꝰ: fugit q̄ moꝛtis exhibuit ictꝰ? Quis
vnq̄ ad ꝯpimū exiſtimare poſſit: vt dux q; moꝛ-
tuis daret victoꝛiam/ etiā exercitui nō certāti?
Aut ꝙ a carne pertuſa ⁊ occiſa ſpūs illi damna
paterētur virtute coꝛpis vulnerati? Quis vnq̄
audiuit ꝙ ſpūs nō a ſibi vnita carne atq; moꝛ-
tua vinceretᷣ? Nō em̄ potentia deitatis in hoc
certatu; eſt: nam ſi ſic/ ſuperflua fuiſſet carnis
aſſumptio. Non attigerunt in illo bello deita-
tē inflicte paſſiones: q̄uis aīa voluerit ꝓ nobis
poꝛtare doloꝛeſ. Nō em̄ potuerūt illi hoſtes ĩ-

uidi christi anime inferre tristiciã: q̃uis ab eis
male suggestis ministris ꝑmissum fuerit/in cor-
pore facere posse iacturã. Nec redemptũ est ge
nus humanũ ex morte anime christi/q̃ non fuit:
nec ex passione deitatis/q̃ esse nõ potuit: sed ex
morte corpis/quod suggerente diabolo manus
seua cõfixit. Sanguis seruatus/nõ fusus ↄsueuit
hoibus dare victoriã: hic versauice ꝑagitur: vt
sanguis effusus innoxius in duce/victoriam pi
gris etiã cõmilitonibꝰ prestet. Quid eñ ꝙ infir
mitas dei virtutem atqꝫ firmitatẽ diaboli vsqꝫ-
quaqꝫ subuertit? Sed ausus fuit apostolꝰ dicere:
Cor.1. Quod infirmũ est dei/fortius est hoibus. Auda
cter ꝓtinus addam: Quod infirmũ est dei/forti
us est demonibus. Libet igiꝉ exclamare. O ani
mata infirmitas/que moriendo supra nature po
tentiã reanimauit mortuos. O beata imbecil-
litas/ que ꝑter vsum beatificauit et miseros. O
carentia humane potentie/que oibus superna-
turalis potentie atqꝫ virtutis copiã fecit. O de
bilitas derelicta/ que ꝑ dispendiũ mortis omni
bus eterne vite directiciũ dereliquit. O effectio
egens/que cũctis abstulit egestatẽ. O fatisci for
mationũ/ꝙ fatiscẽtibꝰ attulit firmitatẽ. O gan-
grena gemẽs/ que gemitũ mortis venit auferre
O hebetudo herens/que supernã hereditatem
voluit oibus hebescendo ↄferre. O iactura gra
uis/que sic subuenit omnibꝰ iacturatis. O labe
scens lux ex pallore sedentibꝰ in tenebris inter
lucẽs. O mors mortẽ vincens/facta oibus vita
viuens. O natura naturãs/ oĩa iure perfecto
semel introfacta ꝓ redemptorũ vita ꝑpetua. O
obesans obes obici nobis morti ne mãeret eter
na. O palmaris pallor/ per quẽ palmes pallẽs
eterno vigore viget. O qualitas inuisa / o quã
titas isinita: per quã qualificaꝉ inequalis: ⁊ par-
uus summa quãtitate refulget. O ratio sic rau-
cens/que peccato raucis tribuit iura loquendi.
O sapientia stulta/que ꝑ stulticiã crucis creden
tes voluit saluos fieri. O tabescens tabes/ꝑ quã
color gratie reddiꝉ ꝓ natura. O tapinosis ostẽ
sa per mortẽ/ per quã exaltaꝉ oppressus et actio
superba confundiꝉ. O thaumatus moriens/per
quẽ mira facta sunt omniũ excedẽtia sensum. O
theos occũbẽdo theosians hoies. O titan eter
ne patiens eclipsim ad horã : a te creatã titanẽ
in tui quadã similitudine formãs: vt credentibꝰ
pie tyrannizares eterne. O vappa/o vapidus
sic reputatꝰ ad horã: vt reinuenires deperdita:
malosqꝫ a malicia ꝓpria liberares. O vesanus
ad horã/vespera vesperascẽs in hora: morte sa-
nans quod infirmitas antiqua ꝑmebat: ⁊ fecisti
tuis occasu seue mortis vespere cũ mane diem
eternũ vnum. O vox alta moriens/que omnez
sponte reuocauit errantẽ: instruxit ignarũ: ⁊ pre
rogauit oibus viã morũ. O xenodochiꝰ homo/
qui peregrinos hoies per mortẽ non dispone-
bas in supernã colligere ciuitatẽ. O ygia/que vt
oibus dares quod es/ in ligno infirmare volu-
isti. O zelus tã zelans honorez paternũ: zelans
iusticiã veram: zelans qui ꝓpter complendã re

demptis domũ dei eternã/ a morte te comedi ꝑ
misisti. O cora q̃ in altitudie multiplicis vocis
desiuisti in mortẽ capite inclinato. In cuiꝰ lamẽ
tatione vel signo [velũ scissum est in duas par Mat.27. Mar.15.
tes a summo vsqꝫ deorsum: ⁊ terra mota est: ⁊ pe Lu.23.
tre scisse sunt: ⁊ monumenta apta sunt.] Iã sole
obscurato manẽte/statim christo mortuo: signa
plurima sunt secuta: vt cogerẽtur hoies perfidi
credere signorꝫ attestatione ꝓ christo: qui ex sua
ꝑdicatione credere noluerũt. Nam primũ post
christi mortẽ euangeliste signũ asserũt templa-
ris veli per mediũ scissionẽ. Duo nãqꝫ vela in tẽ
plo salomonis ex historijs legimus: vnum infra
ambitũ templi/quod ꝓtendebaꝉ ab vno pariete
vsqꝫ ad aliũ: quod velabat sancta sanctorꝫ: et ali-
ud quod in facie tẽpli erat: quod eiꝰ velabat ia-
nuas. Quod alterũ istorꝫ/aut vtrũqꝫ scptura di
cente credimus esse scissum: ad rependendã vicẽ
ꝙ christi faciẽ templi pontifices velauerũt: vt re
uelatus mysterijs vmbrisqꝫ fugatis ꝑoris testa
menti/aperta luce fidei credaꝉ in christũ. Etenĩ
omniũ patrũ enigmata ⁊ oracula ꝓphetarũ re-
uelanꝉ: cum morte christus ↄsummatus est. Ex
hoc ꝓtinꝰ reuelate sunt scripture: quoniã opor Lu.24.
tuit pati christũ: non ꝓ seipso/sed pro nobis: et
intrare gloriã suã. Hinc ⁊ apl's in posterũ dixit: 2.Cor.3.
Cum transieris ad christũ/ auferetur velamen.
Sed scissum velũ in duas partes/aperturã me-
diã fecit. Ubi pars/ ibi etiã est ⁊ velum: ⁊ vbi al-
tera/ibi velũ: pars ⁊ pars/ velũ ⁊ velum. Scissu
ra siquidem media est: si in duas partes scissum
est. Pars vna iudeorꝫ est: quoniã adhuc est vela
men in cordibus ipsorũ iudeorꝫ: ⁊ super faciem
moysi/illorꝫ scꝫ qui non trãsierunt ad christum.
Altera infideliũ: qui nõ velamen mosaice legis
sꝫ idolatrie ⁊ infidelitatis sup se habet: ⁊ obscu-
ratũ manet insipiẽs cor eorũ. Scissura dũtaxat
christianorꝫ est: non mihi pars ⁊ pars: sed scissu
ra necessaria est/per quã oculo fidei intueamur
de christo reuelata mysteria. Et nec scissum di-
ciꝉ ab imo vsqꝫ sursum: sed a summo vsqꝫ deor-
sum: vt diuina virtute desup dominante/nõ hu
mana de imis agente: templi obuelatio/id est se
cretorꝫ mysteriorũ reuelatio ageretur. Ac ꝑ hoc
non credamus inscissi veli partez ⁊ partem: sed
per scissuraz ingrediamur interiora velaminis:
⁊ luce clariꝰ patebit ꝙ quicquid actũ noscitur
ab adam vsqꝫ ad christũ in ꝑsecutionibus ⁊ pe-
regrinationibus ⁊ laboribꝰ iustorꝫ/ hanc mortẽ
vnici filij dei ꝓ nobis mortui ostẽdebat. Et ostẽ
siones facte moysi ceterisqꝫ prophetis/ in hac
morte scisso velo reuelantur. Remoto igiꝉ velo
ingrediamur dei templũ: ⁊ videbimꝰ sapientiã
salomonis in edificatione templi militantis ec
clesie: in edificatione celestis patrie: vbi non au
ditur malleus tribulationis ꝑcutiens: non secu
ris mortis vlterius incidens: nõ aliquod ferra-
mentũ quod possit inferre tormentũ. Videamꝰ
intus ⁊ extra templũ postq̃ remotũ est velum: ⁊
intelligamus ↄuenientiã cherubicam: scꝫ duo-
rum testamentorꝫ per alas contẽplationis mu-

tuo se tangentiū/ ꝛ per alas ꝓtectionis parietes
templi eos qui saluati atq; saluandi sunt/ ꝛ edifi
candi tanq̄ lapides viui ad compactionē parie
tum duoꝝ: scʒ eorū qui ex circūcisione venerunt:
ꝛ illorū qui ex preputio crediderūt in christum.
Prolixitas nimia nos teneret: si omīa mysteria
templi vellē scisso velo disserere. Sed ingredia
tur in templū disuelatum per christi mortē/ si q̄s
Mat.27. sanctum ocium nouit. Terre autē motus nō im
merito factus est: cū terre factor in carne more
retur: ꝛ examinaret terra nobilior. Corpus sal
uatoris ex terra originaliter ꝑ antiquā damna
tam traducem: sed in sua parente proxima que
ipsum mundo edidit/ resanatam. Tremuit terra
in datione legis: ad terrorem eoꝝ qui preuarica
turi erant. Tremuit moriente christo: vt sentire
tur in vniuerso terrarum orbe iniusticia mortis
eius. Et eo corda hominū tremere debuissent/
quo ꝓ vita hominū autor vite morte crudelissi
ma plectabatur. Tremuit terra/ ferre non valēs
quod plebs iudaica sustinebat. Tremuit velut
pauens ad insolitas actiones: in hoc transfor
mans suo tremore omniū fideliū mentes/ vt cre
dant ꝛ cōtremiscant: quoniā pro iniustis iustus
ꝓ impijs pius/ pro peccatoribꝰ sanctus/ pro ho
Mat.27. minibꝰ in carne passus est deus. Petrarū siue
saxorum scissio acclamatio est rerū insensibiliū/
q̄ autor vite iniuste damnatur. Acclamauerunt
iudei altisonantibꝰ vocibus christi mortē: nunc
vo petre per scissuras quasi per aperta labia cō
tra illos inclamitant. Et vbi homines in hac in
iusticia ꝓ veritate tacent/ saxa scissa loquūtur: et
suo modo ꝓuocant dura corda hominū vt scin
dantur: ꝛ recogitent eū qui talem ꝓ omnibꝰ su
Mat.27. stinuit passionem. Monumenta siquidē multo
rum sunt aperta longe a remotis ꝛ de proximo
defunctoꝝ: et apparebāt illa iam resoluta cada
uera/ ꝯsumpta in pulpis/ discōpaginata in ossi
bus: ꝛ forte plura scatentia vermibus: ꝛ patebāt
omniū oculis intuentium/ omī remoto desuper
posito lapide sepulchris: illis dūtaxat exceptis
quoꝝ cadauera erant integra/ atq; anima cū do
mino surrectura. Sicq; steterunt ab illa mortis
hora/ qua tremefaciēs terremotus intonuit: vs
q; in horā qua dominus ab inferis rediens/ re
assumpto corpore in corpe resurrexit. Que qui
dem cū domino surrexerūt: ꝛ que euāgelista hic
recitat/ tūc fecerunt. Non aūt credendū est tūc
christo mortuo ilico surrexisse: ꝛ post resurrecti
onē intrasse hierusalē/ vt apparerent multis: sed
ꝯtinuo christo mortuo/ motu terremotus scissa
sunt saxa: ꝛ apta sunt monumenta christo resur
gente. Sic illa sunt suscitata: ꝛ post resurrectio
nem iam vsq; quo vulgatā ciuitatem intrauerūt
ꝛ multis apparuerunt. Centurio autem et
Mat.27. qui cū eo erant custodiētes iesum: vi
so terremotu et his que fiebāt/ timu
erunt valde/ dicētes: Uere filius dei
erat iste. Alius autē aliunde centurionē expri
Mar.15. mit admirari/ dicens: Uidens autē centu
rio q̄ ex aduerso stabat/ q̄ sic clamās
expirasset/ ait: Uere hic homo filius
dei erat. Alius etiā sic asserit: Uidens aūt Luc.
Centurio quod factū fuerat/ glorifi
cauit deū/ dicens: Uere hic homo iu
stus erat. Centurio qui centū preerat militi
bus: hic pauefactus intrinsecus/ ꝛ iā ordinatus
ad fidem: ex his que agebant exterius/ in religi
onē conuersus/ ait: Uere hic hō filius dei erat.
Artabat ex multis centurio vt diceret dei filiū:
quem vt hominē custodiebat affixum. Nam so
lem cōtra naturā viderat obscuratū: vt nulla so
lita ex lune interpositione iudicaretur eclipsis:
quoniā sol in nostro hemispherio i maiori alti
tudine sue sphere degebat. Luna vero iam dieʒ
quartumdecimū sue reuolutionis totū egerat: ꝛ
e regione spherarū erat opposita soli: vt magis
terra interponeret inter solē ꝛ lunam q̄ luna in
ter solem ꝛ terrā. Audiuit ipsum christū vocibus
altissimis exclamasse: cū spiritum tradidit patri
quod nunq̄ natura contulit hoī cōtinuo mori
enti. Sensit ꝯtremuisse terrā insolito motu: qua
si nō esset hominibus potētia in rectitudine sub
sistendi: vt etiā ipsoꝝ ꝛ equoꝝ quibus inside
bant/ viderentur in dissolutionē redire compa
ges. Sed amplius concussa terra fuisset: ampli
us patientia mortis et seueritas/ intolerantia
seue mortis/ et constantia et firmitas memorie
in his que loquebatur: cū indulgentiā expostula
uit pro his qui eū torquebant: ꝛ latroni paradi
sum ꝓmisit: ꝛ matrē nō morte perterritus disci
pulo cōmendauit. Sensit terrā non solum tre
mentē/ sed dehiscentem in saxis: ꝛ antiqua ꝛ no
ua patefieri monumēta. His ꝛ alijs mēte actus
ꝛ valide tremefactus dixit: Uere filius dei erat
iste. Aliquid fidei expressit: sed in maiori parte
defecit: cū sub preterito tempore dixit/ erat: qua
si credidisset solutam esse per mortem dei filiati
onem. Perfectū quid expressisset in fide/ si dixis
set: Uere filius dei est iste. Non enī diuina filia
tio soluebatur per illam assumpti corporis mor
tem. Glorificauit etiā deum: qui sic suum filium
in mortem tradiderat. Glorificauit deū credēs
deum: penitentia ductus q̄ presidi male paru
erat. Et dixit ore publico iustum: quē tanq̄ iniu
stum mortisq; reum iudeorum seua turba dam
nauerat. Sic vero prolata cōnectenda sunt verba:
Uere hic homo iustus filiꝰ dei erat. Similiter
ꝛ complices centurionis tremefacti ꝛ admiran
tes dixerunt: et meruerunt indulgentiam/ veni
entes in noticiam fidei: merito illius orationis
christi/ qua in principio crucifixionis dixit ad
patrem: Pater ignosce illis: non enim sciunt Luc.
quid faciunt. Ecce magnum mysterium: q̄ in
natiuitate christi ꝛ in morte iudeos gentiles cre
dendo ꝓcedunt. Nam in natiuitate preuenerūt
magi/ qui eū adorare ab oriēte venerunt: in mor
te romani/ qui ab occidente primitus credide
runt. Erat enī centurio cum centuria de militia
romanorum. Uterq; tamē per signa moti sunt:
illi per lucem fulgentē: isti per vocē alte in mor
te clamantē. Illi per radiantem stellam: isti per

tremulã terram. Illi per nouũ sydus nouiter illumĩnatũ: isti p antiquũ solẽ mirabiliter obscuratũ. Talibus nascendo talibusq; moriendo signis decebat dei filiũ declarari / et infideles ad fidem veritatis adduci. Illi adorauerũt matre tenente puerũ: isti cũ matre confessi sunt dei filium. Illi de primo natũ: isti iam ilico mortuum vt orientales et occidentales et intermedij cõueniant credendo in natiuitate morteq; christi: vt credẽtes salui fiant misericordia sũmi dei. Sed iudei nõ dederũt confessionis vocẽ / quis mente tremerẽt: immo reliquerũt in cruce confixũ: quẽ dãnauerunt tanq̃ reum. Et ptinaces nolebant ore cõfiteri / vnde animo pungebant. Unde sequi

Luc. 23 tur: **Et oĩs turba iudeorum qui simul aderant ad spectaculũ istud et videbãt que fiebãt: percutientes pectora sua reuertebãtur.** A seculo et vsq; in seculũ non fuit tale spectaculũ / q̃ tantus taliter moreretur. Spectaculũ magnũ in quod desup pater de terris mater / angeli / demones / hoĩes mortui et viui / patriarche atq; pphete / amici et emuli varia intentione spectabãt. Et percutiebant iudei sua pectora tremefacti: maiora verẽtes periculo nõ christo fide vniti / vt postulãtes indulgentiã deuitarent: Percussio illa pectorũ nõ erat emẽdatio / sed solidatio scelerũ: vbi per fidẽ non cõuertebantur ad christũ. Et reuertebant ad domos / non autẽ ad seipsos. Reuertebant ad domicilium pprium: sed nõ reuertebantur ad dominum. Percussi admiratione / perculsi stupore admoniti signis / excitati pdigijs: nec puocabãtur vt cõuerterentur ad deum. Nam si conuersi non reliquissent tale corpus crucifixũ: et facti fuissent animo conformes: cui⁹ animo extiterunt exortes. Deuota vero familia christi / q̃q̃ fragilis sexu / amore crucifixo assistebat: excepta virgine / fide carens: et in animo timore perculsa diuidebatur in situ: vt aliqua pars de prope / que adherebat ardentius: aliqua de longe pspectans

Luc. 23 astaret. Unde sequitur: **Stabant aũt noti eius a longe:** corpore scz: magis vero mẽte deficiente fide in deitate manẽte: quia de carne spiritus abscesserat: vt nõ crederetur idẽ viuẽs et moriens christus: qui q̃uis in anima et corpore diuideret ad tempus: deitate semp idẽ existẽs in nullo manebat diuisus. Longe a christo fieri nõ spacijs / sed infidelitate atq; affectib⁹ aut

Mat. 27. moribus contrarijs efficit. **Erant ibi mulieres multe / que secute erant iesum a galilea ministrantes ei. Inter quas erat maria magdalena et maria iacobi minoris: et ioseph mater et salome et mater filiorũ zebedei / et alie multe que simul cũ eo ascẽderãt hierosolymam.** Mulieres erant sequẽtes magistrũ: cui tanq̃ pauperi vite necessaria quib⁹ egere voluit ministrabant de pprijs facultatibus: sperãtes bonorũ christi et collegij eius esse participes: et liberari a malis. Audierãt eñ magnã elemosynã fore virtutem: et ipsam deberi pauperib⁹ / non diuitibus / eis ratio iusticie suadebãt. Et etiã senserant doctrina captata p aures: et omni experimento pbabili summã in christo nouerant paupertatẽ: cui nulla possessio / nõ aliqua dom⁹ / nõ census ex lucro / nõ firmata vita ex studio nobilium seu diuitũ amicorũ. Et ipse paup magis sumebat a pauperib⁹ opem: q̃uis si diuitẽ aut nobilem aliquẽ adijt: non stipẽ aut opem / sed fidez auctionabat. Necnon et he mulieres archimatrem virginẽ verebant: quã videbant super omnes feminas virtutũ omniũ claritate pollentẽ. Merito hec virgo mater: quia mulier sequẽdi filium alijs mulieribus prestabat audaciã. Sorores vero virginis ipsam sequebant post filium: congratulantes ei / q; tanta ple videbãt ipsam ditatam: nunc vero condolentes eidem / q; vnico filio priuabatur. Et etiã filios sequebãtur cum christo: quos omẽs videbant oĩa reliquisse: atq; christũ carne propinquũ vita et moribus subsequentes: quorum amor etiã alliciebat et matres quousq; per spiritũsanctũ in spirituales affectũ purgatus transiuit oĩs humanus amor. Mixta erat causa sequele in sororib⁹ virginis: quousq; desuper spiritussanctus earum animabus illuxit et retraxit humana oĩa siquidẽ ad diuina. Discipula etiã magdalena que christũ ardẽtius amabat post matrẽ / non deerat passioni: que tam altas a christo affectiones in mẽte susceperat. Sequebat ipsa magistrum / dominũ atq; dilectum et suam matrẽ: quã post filium in dominã et magistrã animo et rei veritate susceperat. Uide pceres et magnates dominũ mundi tam turpiter mortuũ lamẽtantes. Uide principes cõuenientes ad funus. Uide assistentes reges tanto domino expiranti. Stant a longe noti: et mulieres dominũ mortuum funeraliter plorant. Uersũtamen quod seui hoĩes nõ agunt / insensibilia cũcta perficiũt. Christo mortuo superuiuebãt latrones: aut nõ talibus exacti penis / vt citius cũ christo morerent: aut quia sic seuiter vt christ⁹ affixi nõ fuerant. Magis aũt existimandũ: quoniã christus voluntarie / non pena moriens: non paruo mysterio eos moriens voluit preuenire.

Iudei ergo quoniã parasceue erat: vt non remanerent in cruce corpora sabbato: erat enĩ magna dies illa sabbati: rogauerunt pilatum / vt frangerentur crura et tollerẽtur. Ioã. 19. Pessima superstitio iudeorũ: qui opinabant cõtaminari diẽ sabbatũ / si starent in patibulis corpora dãnatorum: sed contaminationẽ mentis ipsorũ nõ videbant / qui christũ iniuste damnauerãt. Sed hoc ipsi allegabant presidi / scz reuerentiam sabbati: corde vero magna malicia tenebant: ne propter signa facta christo moriẽte / in sabbati quiete tumultus in populo nasceret: et exviso ĩ cruce corpore turba facile mobilis moueret: et pcauebãt ad illud corpus reuerentiã fieri ppter signa terrentia. Proinde decernebãt sibi cautissime cõsulentes: vt crucifixorũ corpora tollerent. Mos eñ est reipublice puisorũ / eum viuũ vel mortuũ

auferri de medio: pro quo timetur futura cōmo
tio. Jam em̄ videbant in religionē conuersos
christi crucifixores: et intuebant vult⁹ hominū
et mulierū signorum nouitate mutatos: et in vulgo
verba trementia resonabāt/ velut maiorum malorum
presagia futurorum: ex quo male pauefacti iudei ma
gis q̄ reuerentia sabbati/ volebāt q̄ frangeren
tur crura latronū: vt tali mortui acerbitate pe-
narū simul cū christo iam mortuo tollerētur/ vi
delicet ab aspectib⁹ hominū: ne alij corpori reue
rentia fieret pietate turbarum. Et verebant ne
ipso pendente ampliora signa profluerēt. Quod
pilatus fieri placita iudeis assertione concessit.
Interim vero anteq̄ pilati assertio et iudeorum pe-
titio executioni crudeli militū ministerio māde
Mat.27. rent: Joseph ab arimathia accessit perso
Mar.15. naliter ad pilatū/ et petijt corpus iesu.
Lu.23 Miratus aūt pilatus q̄ iam mortu⁹
esset: nec petēti et referenti cōmodās
dignā fidē: verū esse didicit ab accer-
sito centuriōe. Et exinde ioseph pila-
tus concessit corpus iesu: vt ipse illū to
Joā.19. leret/ et qua vellet honorificētia sepeliret. [Ve
nerunt ergo milites a iudeis petiti:
a preside vero missi: et primi quidē fregerūt crura
scz ad quē primo venerūt: similiter et alteri⁹ qui
cū eo crucifixus erat. Ad iesum vero cū venissent
vt viderunt eū iam mortuū: non fregerunt eius
crura: sed vnus militū lancea latus eius aperuit:
et cōtinuo exiuit sanguis et aqua.] Crurifragio
facto ilico mortui sunt latrones: et iuxta iudeo-
rū petitionē de patibulis ablata sunt corpora et
incuriose humata. Secūdū abiectionē pro crimi-
nibus morientium fuisset absq̄ dubio ablatum
christi corpus et viliter abiectū: nisi Joseph sua
petitione preuenisset: quā fide allegans et testimo-
nio firmans/ christi corpus a militib⁹ remansit
intactū: ad sepeliendū sue diligentie reseruatū
q̄q̄ illud corpus diuina prouidentia in oībus ser
uaret: et forte nō permisisset diuina prouidētia quod
humana presumsisset audacia. Quando vero facta
fuerit a ioseph petitio corporis ad pilatū/ aliqua
le dubiū generat. Sed reor illam factā anteq̄
crura frangerent: nam cū tollenda essent corpora
ablatū fuisset christi corpus iuxta ipsorum edictū:
nisi ioseph a pilato de corpore illo disponendo
accepisset licentiā. Quod vero euāgelista dicit/ q̄
sero factū est: de sepultura/ nō de petitiōe tenē-
dum: nisi de corpore christi a pilato speciale fuis-
set mandatū: quod nec credendū: cū crura fran
gētes latronū/ fregissent et christi: nisi iā mortu
um repperissent. ¶ Possumus et aliter nostrū et le
gentium animū quietare: q̄ q̄uis de crurifragio
euāgelista loquēdo preueniat: et sero facto ioseph
interserat petitionē: vt non eadē hora qua crura
sunt fracta/ sit etiā depositio celebrata: sed pro
gata sero: quo magis decens erat dānatorum cor
pora sepelire: et tunc accessisse ioseph ad pilatū/
vt obtenta licētia sepeliret corp⁹ iesu. Sed quo-
quomodo huiuscemodi res se habeat/ sententie
nō obuiat pretactorum: quorum est ordo texēdus de-
clarandaq̄ causa. Non soluz ex alio/ sed ex lege
moysaica nō debebāt vltra diē in patibulis su-
spensa corpora remanere: nā in Deuteronomio
scriptū est: quādo peccauerit homo/ q̄ sit morte Deu.21.
plectendus/ et adiudicatus morti appensus fue
rit in patibulo: nō permanebit cadauer eius in
ligno: sed eadez die sepeliet: quia maledictus a
deo omnis q̄ pendet in ligno. Nō tamē ista lex
preiudicabat in facto ad romanos plectendi po-
testate translata: idcirco iudei vēturi sabbati re
uerentiā submittebant. Quod christo crura fra
cta nō sunt/ diuina prouidentia factū est: cuius rei
figura in agno precessit: de quo sic dictū est: os nō Exo.12.
cōminuetis ex eo: nō q̄ figura illa sic fieri coege
rit: sed quia sic futurū erat/ in figura precessit. Ad
magnū etiā corporis mystici saluatoris presagium:
cui⁹ ossa/ id est viri perfecti nullis tribulationibus
atq̄ diuersitatib⁹ in animo aut moribus fracti
sunt: sed semper ad oīa parati/ vsq̄ ad mortē inuin
cibiles et insuperabiles permanserunt: nam q̄q̄ cor
pore victi/ tamē in aīa et moribus nunq̄ fracti.
Apertio aūt lateris facta lācea militis rememo
rat preteritū: quod dum factū fuit et fluxit/ hoc in-
sinuauit futurum: et futurum deuenit in presens: et fa-
ctum est preteritum: et velut in fieri expectat indu
bitate futurū. De latere siquidem Ade formata
est Eua: et hoc in apertione lateris christi reme-
moratur preteritum/ prefigurans hoc quod erat fu
turū: et futurū ante tunc asseruit presens factum:
quoniā ex sanguine atq̄ aqua redempta est/ for-
mata est et lauat ecclesia: quia sanguis exiuit et aqua:
sanguis in redemptionē: sed in ablutionē aqua
defluxit. Unde format ecclesia ex latere christi:
vt eterne vnicā atq̄ dilectam a christo se dicat:
et formatā in morib⁹/ nō ab alio q̄ ab eterno dei
filio redemptā se suo sanguine recognoscat. Et
quanti precij apud deū constiterit/ appendat in
trutina sue mētis: et sedule aduertens quāta dile
ctione stabat incognoscibiliter in cōceptu altis-
simi redimētis: qui saguinē voluit illā redimere
ab eo quo ligata vinculo et captiuata humana na
tura tenebat. Et quantū displicuit culpa: q̄ san
guis diuinus ex hoīe deo viuo et mortuo ita de-
fluxit. Non em̄ parua quātitate cōsistim⁹ si pro
nobis diuinus sanguis effundit. Aqua vero non
cū sanguine mixta indistincta profluxit. Neq̄ siq
dem potuisset ab aspicientib⁹ cōprehendi: si mi
xta cū sanguine defluxisset. Sed ilico aperto la-
tere exiuit sanguis in mesura determinata soli
deo cognita/ sed non nobis. An forte totus san
guis effluxit ex illo diuino corpore/ in signū tot⁹
amoris effusi: post quē humor aqueus est egres-
sus. Sed si quo modo fuerit: aqua cuz sanguine
nō defluxit mixta: nec dispertita vena/ vt diuisa
vena sanguinis ab aque vena eadē hora simul
ex eodē foramine defluxisset. Sed prius sanguis
deinde aqua distincte stillauit. Quod alto miro
q̄ mysterio factū est: vt prius egrederet ex eodē
corpore redimēs precium: deinde aqua/ in qua re-
dempta signaret multitudo populorum. Sunt em̄
aque multe populi multi. Sed vna est aqua que

defluxit ex latere/nō multe aque: qꝛ tantū vnus est popul⁹ sanguine christi redēptus: ille dūtaxat qui credidit: q̄ ex fide de latere christi ꝓcessit: qui solū dicitꝰ popul⁹ christianus. Non alij mul ti populi: a quib⁹ christi fides etiā predicata re cepta nō fuit: quib⁹ inanis diuin⁹ factus est san guis. Quod ⁊ ecclesia orthodoxa digna obser uatione seruauit: vt sacramēto ꝯficiendo corpis ⁊ sanguinis aquā misceat: fidelē populū in aqua signatū/sanguine sancto redemptū/vnū cū chri sto fieri alta fide denūcians. Et si omnes mūdi populi deuenirēt in christiferā fidē: quia oībus semꝑ presto est possibilitas veniendi: si volendi atqꝫ credendi veritas nō deesset: solū vn⁹ popu lus diceretꝰ: qꝛ vnitas populi ex eo tantū q̄ vni co sacrificio ⁊ cultu diuinoꝝ distinguitꝰ. Et qui ad fidem christianā pertinēt/vnus populus fide lis sunt: vt non sint aque/ sed aqua q̄ manauit ex latere: aque prius q̄/aqua ṽo post q̄. Et hoc apo

1.Cor.10. stolus ait: Unus panis et vnū corpus multi su mus omnes q̄ de vno pane ⁊ vno calice partici

1.Cor.12. pamus. Et alibi: Etenī in vno spiritu oēs nos in vnū corp⁹ baptizati sum⁹: siue iudei/siue gēti

Ephe.2. les: siue serui/siue liberi. Et ad Ephesios: Ipse ē christus est pax nostra/q̄ fecit vtraqꝫ vnum. Et ibidem: Unū corpus ⁊ vnus spūs/sicut voca ti estis in vna spe vocationis vestre: vnus deus vna fides/vnū baptisma: vnus deus pater om niū/qui sup omnes ⁊ per omnia est in oībus no bis. Ex quib⁹ omnib⁹ vnus tantū dicitꝰ popul⁹ iure populoꝝ distinctus: q̄ signatus est in aqua que ꝓfluxit ex latere: non in aquis que multe fe runtꝰ numerositate populorū. Decebat ꝓtinus ad futurū mysteriū ex aperto latere sanguinē ⁊ aquā fluere post verā christi mortē in corpore: quoniā ratione mortis ei⁹ in martyrib⁹ suis ec clesia creuit in sanguine: in aqua ṽo post mortē eius/plena est secuta mūdatio. Necnō in eccle sia palmaris victoria in sanguine facta est et in morte: cū vsqꝫ ad illā inclusam ꝓ christo volun tarie mortuo/ in sanguinis effusiōe nouim⁹ esse certatū. Apertū dicitꝰ latus/nō vulneratū: quo niā vuln⁹ preter q̄ in viuo corpore fieri nequit. Non enī vulneratio prout rerum experiētia so natꝰ ⁊ mos vsitatus alloquitꝰ/ sup insensibilia ca dit: percussionē/scissionē seu apertionē/ ⁊ his si milia/ipsa sunt apta recipere. Magis autē noui mus moderamen spūssancti in ꝓlatione huius euāgeliste: vt sic ꝓferret: vnus militū lancea la tus eius aperuit: vt aperto latere cognoscam⁹ dilectionē cordis vsqꝫ ad mortē: ⁊ ad illū ineffa bilem amorē eius ingrediamur/quo ille ꝓcessit ad nos. Et accedamus ad cor eius/cor altū/cor secretū/cor omnia cogitās/cor oīa sciens/cor diligens: ⁊ per apertam portam fiamus saltē in amoris vehemētia cordiformes: ⁊ mente intre mus ad secretū ab eterno abscōditū/nūc in mor te quasi aperto latere reuelatū: ⁊ apertio lateris apertionē preostendat templi eterni: vbi omniū cristētiū erit plena felicitas. Proinde sibi ad ne gligentiā imputet/qui non ingreditꝰ si apertum

nouit introitū. Cum aūt sero factū esset/ioseph pilati obtēta licētia de sepultura dñi disponere satagebat. Hic nō ꝯsenserat verbo nec aīo con silio iudeoꝝ: q̄ q̄ non restitisset in facie mēte ter ritus: ⁊ velut torrentē magnū i rremediabili im petu defluentē cognoscēs animū iudeoꝝ: cui de creuit cedere magis/q̄ ṽbis steriliter repugna re. Non enī adhuc feruor amoris ⁊ fidei christi iesu/eius interna ꝑsuderat. Timebat enī extra synagogā fieri/magis ṽo mortē. Sed euge sibi si ꝓpter ipsum christum/ipsum crudeli morte ꝑ isset: vt innocentia tacens/⁊ ioannes baptista ꝓ loquens. Sed hunc in aliquo iuste reprehende re non possum⁹: quē tanta serie lucas euangeli sta cōmemorat/dicēs: [Ecce vir nomine ioseph Lu.23 qui erat decurio/ vir bonus ⁊ iustus: hic nō con senserat consilio ⁊ actibus eoꝝ: ab arimathia ci uitate iudee: qui expectabat ⁊ ipse regnum dei] Officiū suum recte ꝯueniebat mysterio: sup ho mines decē curā habens in seruitio reipublice: vt quasi decē precepta seruan⁹/ iustus ⁊ bonus esset: fide cōuersus ad christū/ expectaret regnū dei: quod vere credentibus christus ipse ꝓmise rat. Huic associatus est nicodemus: qui etiā oc cultus erat discipulus iesu: qui in principio ꝑdi Joan.3. cationis christi ad ipsum nocte venerat. Mirū de istoꝝ discipulatu occulto: cū confessionē co ram hoībus christus exegerit. Unde si veri di scipuli/quō occulti? Si occulti/quō veri? Cur hāc infirmitatē secretiorē fecit in his: cū alios ante se binos ⁊ binos ꝑmiserit? Cur suos discipulos inoccultos ⁊ manifestos dimiserit? An si eis sal uator occulte loquebatꝰ: non reserabat mysteria veritatis? An dixit aliud in occulto quod in ma nifesto ipse nō dixerit: cū suam doctrinā manda uerit sup tecta ⁊ per orbē vniuersum publice ꝑ dicari? An erit aliqua simulatio in morib⁹ chri sti: quod error est credere? An erāt isti ꝑspectio res alij s: cū quibus christ⁹ more dominoꝝ habe ret aliqua secreta tractare? Sed fateor christum nō indigere consilijs: nihil secretū habuisse cū hominib⁹ esse tractandū: preter secretū ab eter no absconditū: mysterium fideliū fidelibus ocu lis suo tempore reuelandū. Proinde quod re uelandū diuino ⁊ eterno consilio fuerat/hūano non indigebat: nec ꝓ aliquo euentu rei occulta tio huiuscemodi opus erat. Uerūtamen reor in his diuinā prouidentiā ad futura/⁊ patientiam sup his qui adhuc christifero amore nō feruēt. Futurū enī erat vt aliqui tempore seue ꝑsecuti onis ad horā se occultarent esse fideles in subsi diū plurimorū: opportūitate ꝑstāte in sanguine atqꝫ morte pati/publice testificari ꝓ christo. Q, qui percurrit gesta martyrū: hoc quod dicimus non ignorat. Et charitas vera sufficit ad salutē etiā si non sit ita feruens atqꝫ perfecta/ q̄ exclu dat penitus omnē timorem. Timor nanqꝫ per secutionis ⁊ mortis etiā sanctos viros plerūqꝫ deterruit. Sed nec ꝑ hoc reprobari meruerunt si dolorū metu sepe absterrebantꝰ: ⁊ si nō quesiti deuitabant agones: fugiebāt facies tyrannorū

⁊ principum: ⁊ persecutorũ gladiũ abhorrebãt: ⁊ si specus ⁊ antra petebant: ⁊ si occultas habitabant sepe cauernas: dũ a persecutoribꝰ inuẽti aut traditi ⁊ penis exacti tenuissent in animo fidem: ⁊ confiterent verbis intrepidis christiferã veritatem. Multos eñ legimꝰ se occultasse ad tempus / aliorꝝ vtilitatibus se seruãtes: opportunitate ꝟo superstite tormenta subisse ꝑ christo: ⁊ multos corde pauido fugientes: inuentos tamen letissime ꝑ christo mortis excepisse sententiã. Hec quidẽ in his duobus occultis discipulis autumamus qui ad christi sepulturã conuenientes: Mar.15. Joseph mercatus est sindonẽ ad inuoluendũ christi corpꝰ: et libras fere centũ myrrhe et aloes ad vnguẽdum detulit nicodemus. Cum ꝟo debitis instrumẽtis ad defigendũ corpus venissent ad crucẽ: ipsum defixerunt ⁊ deposuerunt illa reuerentia qua valebant. Que hic obseruatio clauorum intrantiũ ⁊ exeuntium per dominicã carnẽ? Quis qualisve planctus: videre seculorꝝ omnium regũ regem / velut forefactorẽ de cruce deponi: reuolui manibus modice familie assistentis: tractari manibꝰ matris / corde cũ ipso crucifixe atq; defixe: nũc arcte dolore intrinsece mẽtis / cũ propius ipsa vulnera ꝓspiceret? Cui erat etiã ⁊ tangendi atq; osculandi libertas: cui pie credo / aderat ⁊ voluntas. Que plangẽdi causa: que hic iure copia lachrymarum: q̄ vnica vnici mater in hanc calamitatẽ deuenerat: vt cogeretur illũ tam turpiter mortuũ tangere: sic aspicere sine crimine vulneratũ / plagatum vndiq; / liuidum vtiq; atq; perfossum valide? Cui dũ crucifigeretur / astitit: et percepit auribꝰ blasphemias emulorũ. Dum alte clamaret / audiuit: dum sitiuit / non valuit vt mater patienti filio porrigere dulcẽ potum. Dum etiã moreretur / caput inclinatum aspexit: et corde doloris transuerberato aculeo fere ꝑsensit: quẽ in aliquo iuuare nequit. Nunc ꝟo doloris augmentũ semetipsum in suo materno ⁊ virginali gremio reclinatum: ⁊ officia se pro funere cogitur inuoluere mortuuz / ex aliena ope sibi prestitis lineis: quẽ natum infantem inuoluit vilibus pannis. Et ad amaritudinis cumulũ cõtra morem matrum / ipsum cogitur ponere in alieno sepulchro: quem puerũ vagientem in paupere presepio reclinauit. Et vbiq; diserte loquele silentiũ. Ibi vagiens infans fandi impotens: hic morte factus exanimis / omnino nõ loquens. Ad angustiarũ fasciculum ipsa contra omnẽ vsum artatur etiã proprijs manibus deferre atq; tradere sepulture: nõ tamẽ aliud / sed amor quo filio ligabatur / artabat. Quis hic planctꝰ? Que causa plangẽdi? Que abiectio regis mũdi? Que derelictio amicorꝝ? Quis modicus comitatꝰ? Libet potius ad cõsyderationẽ deuotis relinq̃re / q̄ exinanire inexinabile ꝟbis. Unctũ ⁊ cũ linteis de sindone munda circũligatũ: Jesu corpꝰ per manꝰ horũ traditur sepulture: in sepulchro scz ioseph quod pro se fecerat excidi in petra: vt petra in petra sepeliret: adũbrato mysterio / sed ꝯueniẽtia magna. In quo nondũ quisq̃ positꝰ fuerat: ne resurgẽs alter ab ipso crederet: vt possit inferri calũnia ex perfidia iudeorũ. Hortꝰ eñ / sed non ille in quo orauerat fueratq; captus: ⁊ in horto monumentũ nouũ / pro hoie nouo: vt sepultura incarnationi cõueniat. Nam dũ incarnaret / positus est in vtero virginali: vbi nondũ quisq̃ positus fuerat: neq; ponendꝰ erat. Sic ⁊ in sepulchro nouo positus fuit: ante quẽ ⁊ post quẽ nullus diuino mysterio positus extitit. Sepultus igit est dñs iesus: petra in petra / nouus in nouo / vniuersorꝝ dñs ĩ alieno sepulchro: sicut mos erat iudeis: suos mortuos sepelire. Petra erat christus: sup quã fundatur nostre fidei stabile fundamentũ. Et sepeliebat in petra / scz in cordibꝰ hominũ vt petra duris per fidem sepeliendus hoc fidei pacto: vt hoies malicia insensibiles velut petra / recipiẽtes viuã petram ad vitã reuiuiscerent: et fieret petrarũ ꝑ instrumenta fidei ⁊ virtutũ quadratarũ edificatio super christũ: qui se fideli ecclesie sue subiecit solidum fundamentũ: sicut petro pollicitus est verissimus sermo eius. Mat.16. Et sup hanc petrã edificabo ecclesiam meã: Et inter insensibilia tale celebrat mysteriũ: vt merito vnius voluntate propria insensibilis facti / alterũ ꝟo insensibile redderet. Erat nempe insensibile corpꝰ christi exanimatũ: vt velut alia corpora exanimata sensitiua virtute carebat. Uerũtamẽ ad hoc vt sepe factũ est / volũtate se conduxerat. Nec ipsuz vnita deitas animabat. Indecens est deitati de seipsa corpora organizare aut sentire ꝑ corpus. Sepultura lapidea / ex natura deficiebat sentiendi virtute. Mittitur igit insensibile christi corpus in tumulũ insensibilẽ: ⁊ mutuo se non sentiunt: sed ad positũ corpus aĩa redit ⁊ agnoscit ⁊ sentit vere sepulchrum: quod nec ipsum in sui natura mutatur: ante similiter et post eodẽ modo se habẽs. Impossibile nisi soli deo / rerum mutare naturaz. Sed quod celebratum non fuit in illa theca petrina: porro ad futuros fideles cũ christus mundo innotuit / seruabatur. Sumus enim omnes filij ire: atq; omnes dũtaxat in vtero sanctificatis exceptis / nascimur natura peccatores et insensibiles sumus ad diuina charismata: nõ eñ corrupta natura per naturã gratiam sentit: neq; sentire gloriam sperat. Quãobrẽ christus ad tempus factus est in corpore insensibilis / cõiunctus insensibili sepulture significatione typica: vt insensibili homini per peccatricẽ naturã sensibilitas verorum bonorꝝ / temporaliũ ⁊ eternorũ / illius insensibilitatis merito redderet per gratiã. Et ecce petrina theca. Ecce petra excisa Nu.20. de qua populo dei plenitudo ⁊ aquarum copia magna defluxit. Judic.20. Ecce petra remmon: ad quã vt euaderent se beniamin filij cõtulerunt. Ecce petra: q̃ iob riuos olei refundebat. Job.29. Ecce petra sancta: refugiuz peccatoribꝰ erinacijs. Ps.103. Ecce petra: in qua dũ anxiatur cor hoim / si ad illã per fidem Ps.60. refugit exaltat. Ecce petra: ad quã male nostre Ps.136.

peccatorum soboles alliduntur. Sepultus est nouus homo in monumento nouo: vt exuamus
Col.3 veterem hominem: et induamus hunc nouum qui secundum deum creatus est. Incedamus viam nouam quam ipse initiauit/ in nouitate vite ambulantes: quousque nouitatem celestem beati capiamus. Sepultus est in alieno sepulchro: quia proprio carere voluit/ et carebat. Nec sibi in humanis aliquid proprium fecit: qui semetipsum venerat hominibus donaturus. Nec sibi prouidit aliquid pro futuro: vt etiam cura sui corporis derelicta/ de sepultura decederet non prouisus. Impertinens enim erat/ vt proprietatem quereret in terrenis/ qui venerat de supernis: et pro nobis factus egenus/ ab ineunte infantia pauperem et liberam vitam a mundanis rebus tenuit: quam etiam moriendo et in sepultura monstrauit: vt nec suis linteaminibus inuolueretur: nec vngeretur vnguento de proprijs confecto thesauris. Nec curam viuens habuit/ quo mortuus humaretur: nec cuiquam mortalium dixit pendens/ viuens et moriens viteinopiam/ et in omnibus paupertatem extremam. Aduolutus lapis ad ostium monumenti: presignat adhuc perfidiam iudeorum/ et duriciam eorum qui non crediderunt: qui nec a malis operibus cessauerunt: et in cordis duricia persisterunt. Hic lapis appositus est per homines/ remotus per angelos. Unusquisque sibi perfecto perfidiam et duriciam facit: sed nec amouetur nisi superna virtute. Orans et mortuus christus consistit in horto: vt ex oratione sua et morte nobis inuisibilis horti virtutum plantaria oriantur: et ingredi mereamur hortum supernarum deliciarum meliorem: quam qui constitutus a deo primis parentibus fuit in eden. Mulieres vero Christum deuote in vita sequentes/ considerare sepulchrum assistebant e regione ad ipsum sedentes: prefigebant enim in aio si permitterentur pernoctare cum mortuo: quod et forte fecissent/ nisi militum custodia fuisset apposita: honestatis cura has excubias temperauit. Aut si remote vt euenit/ inde quacunque causa fuissent: disponebant diligenti consyderatione prehabita sepulchrum iterum visitare. [Et reuertentes parauerunt aromata et vnguenta: et sabbato siluerunt secundum mandatum.] Parauerunt vt amoris feruor docebat. Ex his rebus affectum animi ostendebant: et magna mysteria ex ipsis deriuabant ad posteros. Sed sabbato siluerunt secundum mandatum legis: vt etiam in bonis operibus non procedatur ad libitum siue votum/ legis regula pretermissa: sed omnia ordinate secundum dei legem fiant ex nobis. Sepulto domino sequitur ad connexionem gestorum: quod iudeorum tanta sollicitudo/ sed cessanter prouida semper addidit quod efficere nequiuit. Commouit igitur principes sacerdotum accedere ad pilatum. Unde [altera die que post parasceuen est: conuenerunt principes sacerdotum et pharisei ad pilatum dicentes: Domine/ recordati sumus/ quia seductor ille dixit adhuc viuens: Post tres dies resurgam. Iube ergo custodire sepulchrum vsque in diem tertium: ne forte veniant discipuli eius nocte et furentur eum: et dicant quia resurrexit a mortuis: et erit error nouissimus peior priore. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam: ite et custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes/ munierunt sepulchrum/ signantes lapidem cum custodibus.] Si horam et tempus huius conuentionis inspicimus et accessionis ad pilatum: prout ecclesia commemorat: repugnant cerimonie iudeorum: videlicet quod in tam magno die sabbati post parasceuen ad pilatum accessissent: et cum militibus gentilibus tractauissent de custodia sepulchri. Nec eorum infesta sollicitudo incustoditum corpus dimisisset per noctem. Sed hoc quod dicit altera die/ de die mortis intelligitur: illa scilicet hora qua sciuerunt esse sepultum. Que de iure alterius future diei ex festi reuerentia et computatione antiqua iam erat. Sed si alteram diem in re vt sonat in voce/ volumus intelligere: mirandum cur tantum diem sabbati nominaliter non expressit. Et forte fecerunt per nuncios quod ipsi personaliter contradicentibus cerimonijs facere nequiuerunt. Sed ordinem rei geste non amplius prosequentes: cuius ignorantia periculum nostre fidei non imponat: quod factum est dumtaxat succincta disseratione tractemus. Magna iniquitas hominum: magna vilitas iudeorum: quod etiam mortuum criminare non cessant: seductorem Christum coram preside appellantes. Satis enim egerant/ quod ab ipso falsis accusationibus/ impetuosis clamoribus/ mortis sententia fecerant condemnari. Sed qui odit ex animo etiam inimicum quem interfecit aut lesit/ semper opprobriose commemorat: vt quia iniustum persecutus est/ ipse iustus appareat. Et hec est irremediabiliter odiosa conditio/ cum inimicum persequitur vel defunctum: et colorat odium cordis sui ex iniusta macula quam imposuit innocenti. Sed semper malorum conscientia/ quia nequiter egit/ trepidat: et ne pateat malum quod iniuste commisit/ inimicum etiam mortuum quotidie nouis accusationibus premit. Et falsi criminatores delationes falsas quibus preualuerunt in hostem/ quem ad iudicium conuenerunt/ semper repetunt: ne silendo confusi viderentur. Appellauerunt hunc viuum et mortuum seductorem. Sed nec eos seduxit: quod ipsorum bono ab ipso seducti fuissent: nam in eternam sortem eorum fuisset acta seductio. Sed manserunt mundo tenaces/ vt nec auellerentur ex verbis. Uerumtamen autumo/ quod sic locuti fuerint magno presagio futurorum. Nam viuens seduxit ad doctrine veritatem: sed vtique paucos: post mortem vero innumerabilem hominum plebem: vt etiam mundi huius imperatores et reges in illam seductionem venisse/ crediderint se fore beatos. O beata seductio: in qua qui seducitur/ gaudens se fuisse seductum/ dolet tandiu ab huiuscemodi seductione dilatum. O vera seductio: que omnes conuicit errores: et illico mente cognouit infallibilem veritatem. O secura seductio: que seductum abduxit a satana: et regi omnium asciscivit: que clausit barathrum: patefecit et celum. O vtinam omnes ab hoc

seductore īseducibiliter seducerenť. Allegāt iudei seductoris verba/ ꝙ tertia die surrexisse ꝑdixerat. Sed si seductoris fuerūt/ cur ope cōpleta noscunť? Surrexit em̄ iuxta verbū suū. Pro om̄ibꝰ eoꝝ neqtijs recurrūt ad ꝑsidē: vt facilior sit iniquitas vbi adest autoritas. Et vocāt dn̄m cui volūtate nō subdunť. Propriū est ꝑuersoꝝ etiā laudare quē odiūt: vt ꝑficiāt ipsi quod neq ter cupiūt. Inquiunt etiā: Iube ergo custodiri sepulchrū. Quid facient resurgentē/ cū timent in sepulchro latentē? Sed vana sollicitudo cassaqꝫ custodia/ vt custodiatur a furto discipulorum resurrectio mortuorū. Sed hoc cōmentuꝫ in eoꝝ relatū est tristiciā: quoniā custodes ipsis resurrectionis leticiā nunciauerūt. Verūtamen de pilati licētia signatum est monumentum: vt fertur/ sigillo ipsius ⁊ principis sacerdotū: adhibita diligenti custodia militum: ne interclusuꝫ corpus discipuli furarētur. Sed hec om̄ia erāt future resurrectionis testimoniū maximū prebitura. Interim ꝑarant aromata mulieres: vt veniētes hora possibili vngant iesum. Nō em̄ eē pōt ī absentia dilecti ociosus legitimꝰ amor: ⁊ post mortē exhibet dilectis obseqa seruitutis Et amoris vehemētia q̄ separi nō vult: estimat difficile mortuū/ quē ex omni se dilexerat viuū. Et venerať sepe reliquias eiꝰ/ q̄ discerpsit amatus. Et iā mortuus viuit dilectus in anima diligētis: et amās ardēter querit omne quod dilecti potest renouare memoriā. Sed quis qualisqꝫ dies/ quale ve tꝑs/ quid agebať: cū christꝰ corpore in sepulchro iacebat abscōditꝰ: ⁊ aīa ī limbo stabat cū patribꝰ? Gaudiū om̄ibus angelis erat in celo: qm̄ christus ꝓ om̄ibus peccatoribus penitentiā dignā fecerat/ fructūqꝫ penitentie dignum. Gemebat in inferno illa turba larualis: quoniā videbat ex latere diu detentā ꝑdā quam volebant antiquitate tēporis esse ꝓscriptā/ in predā victoris celici retorqueri. Et dolebāt quod casso labore peregerāt/ vt tā velociter morti tradereť: quia per eū expoliati sunt quem cruci nudū affigi suaserūt. Et augebať deꝑdita preda tristicia. Exultabat antiqua turba illa parentū: per quos Christus traduce carnis descenderat: qui videbant impleta ꝓmissa et ꝑsagia futurorū/ et oracula ꝓphetarū. Et intuebantur gaudio inenarrabili illam sacrosanctā animā deitati vnitam/ ꝓ illo tunc similez eis: ab ergastulo carnis exemptā/ in medio ipsorum allucentem eis: pandentem ex intuitu ꝙ eos descēderat liberare ⁊ extrahere de illo lacu miserie/ atqꝫ de custodia tartarorū. Aspiciebant illā ineffabilem lucē/ que orta erat eis sedentibus in regione vmbre mortis: que denuo et longe aliter ꝑter illā intelligentiā ⁊ fidei claritatē quā a deo viuētes acceperāt/ interluxit: securitate omnino concepta/ ꝙ essent vna cum ipso de illo receptaculo progressuri.

¶ Libri tertijdecimi de passione domini saluatoris Finis.

¶ Liber quartusdecimus de Resurrectione domini saluatoris.

PEracta in limbo debita mora: et mortis veritas ꝑ separationē anime a corpe ꝑ spaciū tot horarū iure patebat/ aderat tꝑs vt expletis laboribꝰ mortis peracto mysterio: post ligni penalem victoriam: qua victus carne virtute factus est victor: vt nouitas celestis per resurrectionē in christo capite inchoaretur. Proinde christi anima sacrosancta/ destructa lege tartarea/ inferni vectibus resolutis: relictis cū demonibus peccatoribꝰ dignis: detentā diu potestatē sub tenebroso imperio/ merito protoplastine ꝑuaricationis/ lucida potestate/ iure soluti sanguinis ꝑcij triumphās eduxit: ⁊ corpus repetit voluntarie quod spōte reliquerat/ nō vehemētia passionis: ꝙꝙ in corꝑalibꝰ penis ad tēpus ipse secesserat: et reanimat inanimatū: recalescit frigida caro: venarū humor ebullit: vitalis spūs in omni sua parte inseriť: et anima tota in toto/ ⁊ tota in omnē corꝑis partem reuertitur: ea celeritate qua in cōceptione deitas/ anima/ caro insimul per vnionē ad constitutioneꝫ huiꝰ hominis cōuenerūt: preda inuisibiliū aīaꝝ in loco/ aut vage/ vt anīa christi decreuerat/ cōstituta. Et eadeꝫ celeritate prosiliuit de clauso atqꝫ signato sepulchro, in magnifico terremotu: ad terrorē omniū/ et memoriā ceterorū: atqꝫ ad excitationē custodū: vt ipsi om̄ino fierent resurrectiōis testes: qui ne tollereť fuerāt facti custodes. Sꝫ recitē [Angelus domini descēdit de celo: cuius aspectus erat sicut fulgur: et vestimenta sicut nix. Pre cuiꝰ etiā timore sicut ⁊ terrem: otꝰ exterriti sunt custodes/ et facti sunt velut mortui.] Quod pre timore resurgentis aut angeli apparētis siue terremotus cōcutientis exterriti sunt custodes/ factiqꝫ velut mortui: timorem infidelium arguit ꝑ subitatione potentis virtutis: cum sentiunt insolita fieri super id quod a natura ⁊ ratione potest apprehendi: et deficit quod tantū humanū est/ cum in actū diuina preueniunt. Et si fiat adhesio fidei et amoris/ in securitateꝫ vertitur timor. Nullos enim vult deus a timore terrente diutine detineri/ nisi quos inuenit esse rebelles: nec transeūt motu cordis in id ad quod pie a superna virtute vocanť. Et em̄ sepe deus terroribus vocat: et hmōi actiones ac adhesiones a nobis reqrunt: vt in finē posituꝫ ab eterno credatur sic esse quod agitur. Nihil ad calumniā deꝰ agit: nec expulsionē nostrā ab eo facit: cum operatur que sensus noster horrescit: magis autem accedendi ad eum in his inuitatorium prerogat. Cum vero sic inuitati nō transeūt: timor super hos peramplius inualescit: ⁊ velut mortui pa-

Math.

inefacti reddunt. Sed solers est verbū: et solertes inquirit ad eius intellectū: cū nō mortui custodes exterriti referūtur. Nam qui velut mortuus dicitur/nōdū mortuus est/sed similitudinem mortis habet: et mortuorū videtur gestare figurā; nō tamen mucrone mortis excisus: ꝛ consuetudo loquendi plus ꝙ veritas hoc indupit. Sed in eo mō quo dicit nostra instruentia capiamꝰ. Ois infidelis atq̧ seuus peccator in aīa mortuus est/nisi resipiscat eternā mortē ꝑtinus recepturus. Non tn̄ mortuus dicit ex more quo quis vsum ꝑdiderit sensuum/ꝗuis in pecto respūs palpitet: hūc velut mortuū appellamꝰ. Dormientē etiā dicimus imaginē mortis habere: cū viuat et calor vitalis in toto corpe feruet. Sed qm̄ tūc rōnis sopitus est vsus/ ꝛ sensuū sistit actio ceterorum: velut mortuū appellamus. Cum vero talis hebetudo cessauerit: nullā mortis similitudinem inesse sancimus. Sic infidelis peccator vsq̧ ad exitiū charitatis est velut mortuus: non tamē irreuocata sentētia eterna morte dānatus. Quod si ꝑseuerat ille inuisibilis languor: nō in similitudine/ sed in veritate mortuꝰ erit. Si aūt abcesserit argumentū spūalis curationis: nō vlterins gestabit mortis imaginem. **Et accedens reuoluit lapidem: et sedit super eum.** Descendit ad resurrectiōis locū/ sicut ad incarnationis habitaculū a deo missus ipse descenderat. Descendit vtiq̧ terribilē habēs aspectū /velut impetuosum fulgur: ad insinuandā subitam illuminationē credentium: et illam inuisibilem lucē/ que in splendoribus suis varias intercāpedines habet. Uenit ad sepulchrum pridie mortis: nūc resurrectionis immortalis illa creata natura empyrei celi ciuis/hic nunꝗ peregrina: pro meritis denunciare resurrectionē voluntarie morientis/et prope resurgentis ī eternū nō morituri: vt eiꝰ quod possident atq̧ denūciant/nos ostēderet esse cōsortes/si volumus esse credentes. Terret sepe fulgur pre subita actione ipsius etiam coruscantis: Eodemq̧ typo angelus terruit: vt nouiter credentes quodam ostentu terribili admirentur: atq̧ reuerberentur interius ꝑ amplitudine tante lucis. Necnō et velut fulgur repēte fides resurrectionis irradiat. Qui aspectus clarus est credētibus atq̧ suauis: in quē mentis aciē nō defigunt infideles: sed terrentur apparitionis subita nouitate: ꝛ terrebunt ineuitabiliter acrius/cū ī fine se nouerint esse delusos et exclusos a veris gaudijs/resurrectionē altissimā nō credētes. Et animalia Ezechiel vidit incedere in similitudinē fulguris coruscantis. Sunt animalia terrena: scz homo/leo/vitulus/aquila. Sunt et subcelestia: que et deferendo regni euangelium coruscando/et munduz subito illuminādo discurrunt in similitudinē fulguris coruscantis. Sed nec ipsorū merito tantus splendor/sed virtute delatus. Nūc iterū ex celo venit celeste animal/fulgureā habens faciē: vt terreni et celestes in vna resurrectione conueniant: ex qua nascit resurrectio beatorum: et ostendat in terra natis esse posse participiū cū celestibus. Et quod Ezechiel vidit in quatuor nūc in vnitatē vnius fidei/vnius euāgelij/vniꝰ beatitudinis ꝯuenisse credat. Et christi aduentū extremū fulguris aspectus denūciat: qui erit ipso dicente/subitus velut fulgur. Niualis al- Mat. 24. bedo vestiū/gloriam candidam resurrectionis ostendit. Nihil niue candidius/nihil illa clarius. Reuoluit angelus lapidem/vt fidem faciat custodibus/ꝙ Christꝰ veraciter resurrexit: nec corpus eius discipuli eius sunt furati: qui stantibus custodibꝰ nō venissent: pauidi em̄ hoīes adhuc erāt. Sed descendit celica virtus ab humano absoluta timore: nec sepulchri verita custodes: que nec furatura corpus aduenerat: sed vt resuscitati hominis remouēdo lapidē ostenderet veritatē. Celica virtus custodit ipsa sepulchrū/ donec inimicis custodibus fidem faciat. Similiter et deuotis mulieribus/que sepulchrum ad vnguendū importune corpus venerant visitare. Nam suppositus lapis duriciā incredulitatis ostendit: q̄ nisi ab inuisibili et superna virtute nō remouetur: vt resurrectiōis nouitas inclarescat. Sedet in dextera: vt in resurrectione Christi membra cū capite dextera paterna eius merito amplexetur: et absoluamur a leua: super quam dormiuit vsq̧ in hanc horā cū perpetua ta damnata ꝓpagine miser Adā. Asserit autem alter et alter euangelista/ duas celicas affuisse virtutes: vna caput/altera pedes sepulchri custodiēs: vt ore duarū seu duplici testimonio fulti Christū resurrexisse credamus: vt vnus etiam angelorū caput custodiens/naturam diuinitatis: alter pedes obseruans/veritatem assumpte atq̧ suscitate carnis insinuet. Qui venientibus summo diluculo mulieribus responderūt Christum resurrexisse/nouitate celesti viuere asserentes. Et confortant ipsas expauescentes/ pre timore vultū defigentes in terram: velut insolite videre angelicam creaturā: quam nō expauisset resuscitati mater: si nō fatigata doloribus/debilitata membris/cū alijs ad sepulchruz ipsa venisset. An forte ideo stetit nō veniens: quia iam filius resurgens mortuꝰ ipsam prehonorauerat velut ꝑ ceteris in sui morte dolore perfusam: ꝛ diligentē ardentiꝰ/ꝛ expectantē anxius resurgētem. Et prehonoranda erat in resurrectiōe virginitas: que in incarnatione ipsū ad hoc susceperat/vt ꝓ nobis moreret atq̧ resurgeret. Et dignū erat/ vt que natū priꝰ ipsa prior adorauit atq̧ sola suscepit de terris: ꝙ prius aspiceret regressum ab inferis. Ipsa siquidē angelorum ꝛ hominum iam facta regina/ et sup omnes virtute prefulgēs /meruit in nouitate celesti altiꝰ honorari. Id dixerim: ante omēs aspicere filiū resurgentem: nō qr mater/sed quia charitate pollentior. Et quia omnia ordinate disponit: iure seruādi ordinis/hanc singularē in virtutibꝰ feminā/resurgēs a mortuis primitꝰ suā exhibendo corporalē ꝑsentiā honorauit: terminū dan-

do singultibus: cui⁹ cor doloris machera pfo-
derat. [Sed tres mulieres venientes vn-
guēta deferētes aromatū:] pluris i deuotiōe q̄
pōdere: sūmo diluculo/ memores magni appo
siti lapidis/ nō imerito hesitabāt ad inuicē ɔfe-
Mar.16. rētes: Quis reuoluet nobis lapidem
ab ostio monumēti: Hora q̄ mote ad ve-
niendū tenebrosa erat: naz dum adhuc tenebre
essent/ veniūt: sed orto iā sole ad monumētū p-
ueniūt. Nā incipere oēs anime tenebras nō re
pellit: profecisse spectat ad lucē. Cōfabulatio p̄
tendit amorē: cū videre querunt sepultū. Pre-
ostendit infirmitatē/ cuz de lapide remouendo
q̄runt: sz innuit magnitudinē singularitatē/ cū reso
nat inter verba: Quis reuoluet nobis:
acsi sole quererent: et si eis dumtaxat / nō aliis
esset Christi resurrectio a mortuis opportuna.
Sed puenientes introeuntesq̧ in monumentū
vident reuolutū lapidē: quia vbi huma
na virtus diffidit/ virtus superna perficit: de ce
lo prestat auxiliū his qui pie de humanis atq̧
terrenis diffidunt. Et obstupuerūt: nō ta-
men ob remotionē lapidis/ quantū p̄ vacuita-
te sepulchri. Semper obstupuit humana con-
ditio: cum aliqua conspexit fieri supra sensum.
Et velut nescientes quid de corpe factum esset
stupor oppresserat: quibus superni ciues blan-
da voce loquuntur/ velut adhuc peregrinis in
terris: q̄s expectāt habere cōciues in superis.
Lu.24. Cōsternate ptinus erant: et vultū p̄ tristicia in
terram defixerant. Quā vultus procliuitatem
moles infidelitatis impresserat. Fides resurre-
ctionis primū hominū mentes erigit ad super
na. Solū adhuc terrena sapiebāt/ que vultū in
ima deiecerāt: vultus quippe hominū cogniti-
Job.29. onē importat: Sed melius Job longe ante p̄-
nouerat cū dicebat: Lux vultus mei non cade-
bat in terram. Primam siquidem angeli vocē
Mat.28. securitatis emittunt dicētes: Nolite time-
re. Proprium est angelorum confortare nu-
tantes/ et prestare securitates: cum diuina pro-
dentia in terris sepe facit eos aduenire lega-
tos. Sed omnino est demonum aduersa condi
tio: etiam cū se permittente deo/ in lucis ange-
los transfigurant: vt nō securitatē/ sed inferāt
sepe pauorem: et in dubiis implicent/ non ab-
soluāt. Ac per hoc multi crediderūt arcana sus
cepisse de superis: qui per eos qui se trāsfigurāt
in angelos lucis/ illusiones ab inferis suscepe
runt. Primū est ciuiū supernorū remouere ti-
mores/ ꝛ abigere tenebras ignorantie. Proin
de resurrexisse denunciāt iesum: quē velut mor-
tuum carētes lumine fidei requirebāt. Et di-
Lu.24 cunt: Non est hic. Quia impossibile fuit a
sepulchri angustiis detineri: nec petrina theca
retinere potuisset corpus deitati vnituz: quod
etiā anima similiter vnita ab inferis rediēs ani
mauerat. Nō est hic: nō corpis substantia/ sed
qualitate mutata. Et ipsum notum fieri in gali
lea denūciāt: sicut ante mortē sepe fuerat polli
citus. Perficiūt legati sepulchri omnē legati-
onē in intelligibili sensu eis a resurgēte impos
tā: ꝛ in memoriā reuocāt vba dn̄i saluatoris: q̄
fideliter mēte retēta tenebrositatē icredulitatē
auertūt: cū vero labūtur/ infidelē relictum effi-
Lu.24. ciūt. [Recordamini porro inquiunt/
qualiter locutus est vobiscū adhuc in
galilea cū esset/ dicēs: Quia oportet filiū homi
nis tradi in manus hominū peccatoꝝ: et cru-
cifigi: et tertia die resurgere. Et recordate sunt
verboꝝ eius.] Et de nutantibus discipulis/ ne
amplius hesitando cōtristētur: ꝛ de petro ver-
tice apostolici chori/ ne trine negationis sit me-
mor: precipuam curā gerūt/ cum ipsum singula-
Mat.28 riter nominant/ dicētes: [Ecce locus vbi po
suerunt eū. Sed ite dicite discipulis ei⁹ ꝛ petro:
q2 precedet vos in galileā. Ibi eū videbitis/ si-
cut dixit vobis.] Ecce legati celestes resurrecti-
onis p omnia virtutē ostendēdo locū: rememo
rando quod per iesuz fuerat añ predictū: ꝛ mo
nēt vt pergāt ad apostolicū chorū: cui⁹ clamo-
so cōcentu ipsa resurrectio per vniuersum or-
Ibidem. bē reboatura erat. [At ille cito exierūt de
monumento cum timore ꝛ gaudio magno
nūciare discipulis suis. Et nūciauerūt hec oia
illis vndecim/ et ceteris omnibus.] Erāt em̄ di-
scipuli cū apostolis: q̄uis apostoli prerogatiua p
christū cōcessa fulgerēt. Et sepe aplos discipu
lorū legim⁹ nomine appellatos: discipulos ve-
ro aplico nomine nunq̄ functos. Sed par cu-
ra erat angelis de aplis atq̧ discipulis: quos
om̄es sub discipulorū nomie nūcupauit: quod
ꝛ mulieres put acceperūt ab angelis edixerūt.
Mar.16 Quod aūt in Marco legit [inuaserat eas
pauor et tremor: et nemini quicq̄ dixerūt:
timebāt em̄.] Intelligendū ptinus/ q̄ nemini
quicq̄ dixerunt: preterq̄ aplis ꝛ discipulis: de
quibus tm̄ acceperant ab angelis in precepto.
Nondū erant aliis q̄ dilectoribus tā alta pan
denda mysteria. Est nempe celestis puidētie at
q̧ peritie christiane/ noua rudibus nō reuelare
mysteria: et carnalia sapiētibus/ spūalia occul-
tare: quousq̧ formā discipulorū accipiāt i scho
lis gratie/ ptermissa prudētia carnis/ iugiter ex
cubātes. Erant autē he mulieres: maria mag-
dalena ꝛ salome ꝛ cleophe/ et iohāna/ ꝛ cetere
que cū eis erāt: que visa in sepulchro/ auditaq̧
ab angelis apostolis nūciauerūt: que visa sunt
apud illos quasi delyramentū/ scz verba ista: et
nō credebant illis. Tenti apli adhuc infra car
cerē pure humanitatis et sensualitatis inclusi:
et christi verborū imemores: aut circa illa peni
tus infideles: vesana credūt que supra naturā
facta referunt: et angelorū insolitam visionē at
q̧ loquelam autumant esse stulticiā. Nec dum-
taxat ipsorū fuit taliter hesitare: sicut ante am
bulantē supra mare crediderunt esse phantas-
ma: verū est etiā omniū qui nō sunt alta fide p-
tecti/ i similib⁹ vacillare: potiusq̧ delyrare dicē
tes credere/ q̄ q̧ verū dicunt sana mēte referre
Magdalena vero q̄ amabat ardētius/ ardētio
rib⁹ amatoribus ex discipulis est locuta/ petro

videlicet et ioanni: velut mente capta dolorib9
Joan. 20. et desyderijs videndi dicens: [Tulerūt do
minū meum de monumento: et nesci-
mus vbi posuerunt eū.] Anxietate atq̧ rapaci
tate loquēdi eius quod dicit actores nō expri-
[..]24. mit: quos iudeos/magis ꝗ ipsos angelos re
ferētes/atq̧ sepulchrū obseruātes/in sua men-
te intelligamus esse sublatos. Que petr9 et io-
annes mēte stupida et cū semigaudio audiētes
ad sepulchrū vnanimes cucurrerūt: ꝙuis ī cur
rendo corporū nō fuit equa facilitas: cū ad se-
pulchrum citius iunior corpe discipulus adue
nisset: sed in monumentū prior nō introiuit: sed
qui posterior nō tam concito gradu venit. Ubi
[..]at. 28. ꝓtermisso allegorico sensu/magnā ī morib9 no
uimus rationē. Sepe nouitia virt9 cū ꝓfessa cō
tendit: et ꝙꝙ videat nouitate feruētior: ꝓfessa
vero experiētia solet esse ꝑfectior. Probata ex
pristinis moribus virtus/ex consuetudine vile
scendi/citius ad humilia inclinatur: et mori no
scitur esse paratior: quod Petrus antiquior in
monumentū humilitatis ⁊ mortis securius in
grediēs figurauit. Feruet sepe mustū cū ex tor
Idem. cularibus exhauritur: sed in quā qualitatē desi-
nat ignorat: quod aūt diu q̄euit in vegete/ostē
dit in quam firmauerit qualitatē. Fumat noui
ter accēsus ignis: et flāmā exhalāt palee/simi-
liter ⁊ malleoli: sed statim apparet que materia
fouet ignē. Multi nouiter militantes magno
voluntatis impetu cucurrerunt in bellū/ quasi
ludos putantes ictus telorū: cū autē senserunt
impetū equorū et equitantiū duros lacertos/⁊
acumina metalli splēdētis/horride timuerūt:
[..]ar. 16. et aut terga vertētes/aut occumbētes gladijs
certatorū/ aduersarijs dederūt victoriā. Jure
aūt militari sepe probati/aut deuitant sapien-
ter impetū emuloꝝ: aut reportant certandi pro
bitate victoriā. Est ⁊ in vno agonizato pro chri
sto reperire virtutē nouiciā atq̧ probatā: est et
in diuersis certatorib9 cōsyderare similia. Nul
la maior in morib9 virtus ꝙ ingredi monumen
tum abiectionis/despectionis atq̧ dedecoris/
humilitatis ⁊ mortis: quod nouit agere virtus:
non inherens nouiter/sed probata: licet spūssan
cti gratia subito possit inferre virtutē: etiā his
qui nouiter aut improuise in fidei bella deueni-
unt: aut subitos agones suscipiunt pro salute:
quod in pluribus martyribus nēpe legimus fa-
ctum. Ueruntamen q̄ audacie sctē atq̧ potioris
virtutis existit/ plerūq̧ animauit infirmū: ⁊ ere-
xit animā titubantē: ⁊ habuit in virtute cōsortē/
quē aū pauentē aspexerat. Proinde apud ago-
nizatores debet esse precipuū: nō pauidos/ sed
audaces velle habere collegas. Nā petrus in-
troiuit in monumentū prior ꝙ ioannes: cuius
animatus exēplo/ingressus est et ipse posterior.
Bonū petro/ qr prior introiuit: bonū ioanni/ꝙ
sociū impauidū habuit. Bonū est certatori ꝓ
Christo talē habere sociū/ a quo sollicitudinis
Idem. nō pigritie sumat exempla. [Intrantes hi
duo monumentū vacuū inuenerūt.

Profecto surrexerat mirifice/ qui humane fue
rat tumulat9. Sed tm̄ linteamina cuꝫ seorsū ab
eis posito inuoluto sudario inuenerūt. Expli-
cita linteamina liberā resurrectionē/⁊ explica-
tionē a vinculis mortis insinuāt: inuolutū vero
sudariū/hui9 resurrectionis ineffabile/ atq̧ ab
humano sensu incomꝑhēsibile significat sacra
mentū. [Et cū nil aliud inuenissent: cre
diderūt vidētes. Nondū em̄ sciebant scriptu-
ras] scꝫ testificātes: [quia oportebat euꝫ
a mortuis resurgere.] Scriptura vero
christi resurrectionē ī multis denūciabat. Ipsi
us q̄ppe scientia ⁊ firma credulitas/fidē astruit
oīm a christo gestoꝝ: sed cū ipsi9 memoria non
tenet/ sibi nō adhibetur credulitas. Ex quo in
hūc defectū vergitur: vt quod est futurū quous
q̧ factū fuerit/nō credat: aut sepe nō posse fie-
ri plus credatur. Sed cū hi duo apl̄i hec vidis-
sent: nec visionē angelorū viderint: et locutio-
nē audierint vt mulieres: ad semetipsos conti
nuo sunt reuersi: hoc est: secū interna meditati-
one vacātes/vel ad domū vnde cursum incepe
rāt. Sepe quippe recōpungit mens humana
cū quesita nō inuenit: aut inuēta cōprehendere
nequit. Ad contexendū aūt ordinem rei geste:
quādo hi duo ad sepulchrū currere inceperūt
mulieres cū eis iterū sunt reuerse: credētes po
tius cum apostolis aliquid certius inuenire/vi
sendi nimio amore flagrantes. Et cum nihil ꝓ-
ter id quod viderent reuidētes: his duobus re
cedentibus ⁊ ipse pariter recesserūt. Lento pe
de ꝓ mesticia gradiētes: preterꝙ maria magda
lena: que amoris catena ligabat: ne abscede-
ret a sepulchro. [Et stabat ad monumē- Joan. 20.
tū foris plorās.] Stabat foras velut a fide re-
surrectiōis exclusa: quousq̧ in illā reintrāsierit
bonitas saluatoris. Stabat foris a diuinis ex-
clusa. Nil tā forinsecū ꝙ a fide secludi. Stabat
foris a monumēto nouitatis celestis. Stabat
foris a monumēto/vbi christi ē resurrectio cele
brata: ī quo incūctāter viderat exanime corp9 in
cludi. Et certa de morte/de resurrectione nuta
bat. Mirꝫ ꝓfecto: certa de morte/dubitabat de
vita: cū vn9 et idē sit qui morit ⁊ resurgit: vt si-
cut nō potuit sibi mors nisi suapte domīari/sic
nec potuit ab inferis aīa corp9 reanimatū a tu
mulo detineri. Si humilia ⁊ īfirma christi cre
dim9/credamus ⁊ fortia. Si diuina credimus/
credam9 similiter ⁊ humana. Formā dei ⁊ for-
maꝫ serui/et ex vtraq̧ christi gesta/ pari fide in
ipso credamus. Stabat maria īmobilis amore
nutabūda fide. Foris stabat: et si ex pte aliqua
eū nosceret aduētantē: memor dilectionis ostē
se sibi ꝑ christū: ꝙ sibi nō deficeret in hac hora
qua vera erat resurrectio celebrata. Penit9 du
bitabat de resurrectione/validius de amore se-
cura. Concertabant in anima mulieris huius
amor ⁊ fides. Amor ꝓtinus erat in pōdere: suc-
cūbebat penitus fides. Amor ei9 de amore Chri
sti nō hesitabat: sꝫ resurrectiōis māebat tremu
la fides: idcirco amare plorabat amoris stimulo

agitata: ꝛ ipsũ accẽsa visendi resurgentẽ ab inferis ꝓrũpebat in lachrymas. Que verba inter lachrymas resonabãt? Que cogitationũ certamina voluebant i corde? Quis nouit edicere? q̄s modos explicare potuit impatiẽtis amoris? Quis illã ardentẽ litẽ cũ dilectꝰ cuꝫ dilecta in corde concertat: cum querit/ cum queritur: cũ dolet absentiã: cũ presentiã exigit: cũ causatur tarda molimina: cum si expectaretur/ nõ ipse tardaret: cũ appendat in trutina oĩe quod dedit: cum nihil se dicat sibi retinuisse: sed omnia ꝛ se ipsam in potestate tradidisse dilecti: quis vnꝙ̄ potuit talia palã facere? Solũ hec verus nouit amator: et qui oĩa dilectiõis iura cõspexit. Proinde ista discutiẽda veris amatoribꝰ relinquamus.

Treno. 1. Plorãs hierusalẽ plorauit i nocte sue tribulationis: plorat magdalena in die resurrectionis: vt maior sit causa ploratꝰ in die festi debitã nõ suscepisse leticiã/ ꝙ̄ tpe tribulatiõis suscepisse iacturã. Plorans foris plorauit: ꝛ lachryme illius in maxillis in maxillis eiꝰ: nõ est qui consolet eã ex oĩibus charis eꝰ. Rigabat ora magdalena lachrymis/ silr ꝛ maxillas: nec consolationẽ ab angelis/ neqꝫ a cõplicibꝰ apostol'/ nec a matre dilecti penitꝰ capiebat. Et hi oẽs sibi vtiqꝫ chari erant. Habet hoc ꝓpriũ ex toto inherens amor: vt ab alio ꝑterꝙ̄ ab eo cui inhesit/ solamẽ oĩno nõ capiat: nisi solueret vinculũ qno ligatur: et deherens nouiter inhereret vt ex nouitate dilecti forsitan exultaret. Sed aĩa que Christo inhesit ex amore veraciter: preter eũ ꝛ sine ipso nõ ad leticiã/ sed cũcta vertũtur pariter in tormentũ.

Jo. 20 [Et dũ fleret/ inclinauit se: et ꝓspexit in monumẽtũ.] Inclinat amor sepe altitudinẽ cordis hũani/ etiã ad ima sectãda: ꝛ supbũ humilẽ facit: nec est tã vilis aut abiectus mos/ quẽ inherẽs dedignatur amor. Cõuertit amor corpus ꝛ mẽbra in artẽ ꝛ aptitudinẽ inquirẽdi/ eũ scꝫ quem sibi sua catena constrinxit. Inclinat se amor ꝛ ꝓspicit: sperans semper videre quod gliscit: nec vno respectu cõtentꝰ/ visendi actus ingeminat. Aspexerat ante magdalena sepulchrũ: ꝛ iterũ intuet more drachmã perdentis: qui sepe repetit inq̄sitiõibus locũ/ in quo ꝑdidisse se credit. Amoris impatiẽtia nouos gestꝰ multiplicat: et nihil dicit abiectum quod sibi equauit in voto. Sed nec oĩno frandata quesitis duos aspexit angelos ad solamẽ: magis vero ad testimoniũ inquisiti. Supra nẽpe ꝑtulimus/ q̄d dualitas ista significet. Sed interrogãt opportune importunã/ sedulã et sollicitã rigantẽ maxillas suas/ lachrymis magdalenã. Et dicũt ei: Mulier quid ploras? Quid est ꝙ interrogant penitus ipsi quod nouerant? Nec eos latebat dulcis causa ploratꝰ. Sed interrogant vt ignẽ accendãt ardentius quo ardebat: Respondit eis: velut familiaribꝰ sue mẽtis/ ac sciẽtibꝰ vota plãctus. [Quia tulerũt dominũ meum: et nescio vbi posuerũt eũ.] Nescit i quos referat ablationis crimẽ: sed ex certo dolore determinatoqꝫ questu dubia verba ꝓfert. Similiaqꝫ verba cũ nũciaret aplis dixit. Eodem modo eodẽqꝫ affectu semꝑ loquitur de re cui factꝰ est vnus amor. Qui cum factus est rei subiectus: illam supra seipsam vocat dñm suũ ex amore. Illa christũ dñm cõstituerat: quo sensu loquit: quia tulerunt dominũ meũ. Lachrymosis vocibus dabat interroganti responsa: et refrangens singultibus vocem rei: ꝙ̄ꝙ̄ nõ essent. Nõ determinabat actores: neqꝫ angelis/ neqꝫ iudeis/ ne ꝑ custodibus/ neqꝫ discipulis/ neqꝫ aliquibus nominatis faciebat ipsa furti huiuscemodi imposturã. Sufficiebat eĩ sibi manifestasse dolorẽ: innotuisse quesitũ votũ: indicasse querẽtibus causam: exposuisse ploratus: absqꝫ ꝑ in multa verba modum quem ignorabat/ asserendo defueret. Restringit dolor verba: et cũ loquitur/ sepe confusam emittit vocẽ. Sed acriori acerbat dolore: ꝙ quasi ablationis certa/ positionis in alia parte domini sui nescia videbatur. Unde dicebat: Et nescio vbi posuerũt eũ. Adhuc in sensu humano/ nõ in altitudine fidei mulier ista persistit. Et vere nescia/ verã nescientiã suo verbo ꝓnunciat. Uerius nil nescitur ꝙ̄ nõ cognoscitur factũ. Et ꝙ nõ est nescia certa nescitur: loquitur ipsa nescia veritatẽ. Quoniam nec vbi positus est/ qui sua potestate resurgẽs a mortuis/ vbi vult esse potest: sua virtute vadens/ nõ aliena potestate delatus. Porro impatiẽtia mẽtis impatientiã corꝑi facit: nec sinit amor impatiens corpus quiescere/ si per eũ aliquid in corꝑe queritur. Querebat magdalena corpus dñi saluatoris: nõ contẽta questionibus mentis/ corporeis questionibus satagebat. Affectio eĩ sua in animo ꝛ in sensibus vti ipso volẽtibꝰ erat. Idcirco agitabat ꝛ corpꝰ circũquaqꝫ se vertẽs/ si posset videre quesitũ. Unde cũ hec dixisset/ cõuersa est retrorsũ. Qua validitate amoris defuncti corꝑis agebatur hec mulier: ꝙ oculos vt videat/ a ciuibus patrie celestis auertit? Quid in corpore delectabilius ad videndum/ ꝙ̄ angelicos et beatos spiritus/ cum formam obũcibilem sensibus sumunt? Nam ad hanc visionẽ quasi in extasi factus est Abraam: et veneratus naturam: cum tres vidisset: vnum adorauit pronus in terraꝫ. Ge. 18

Delectatus tali visione Jacob: apparentẽ sibi angelum cum eo orationibus ne discederet luctabatur. Ge. 32 Multos legimus in veteri testamento huiuscemodi visione letatos: nec aliud tunc querẽtes/ dũ visio illa ꝑsisteret. Hec mulier ab angelis auertit vultuꝫ: vt possit casu credẽs videre quem querit: se conuertit ipsa retrorsum. Dulcissimũ est confabulari cum angelis: altitudinem atqꝫ suauitatem humane lingue oĩno ꝑcellunt. Et ipsi hanc mulierẽ ad loquendũ inuitãt: blandis ꝛ cõpassiuis sermonibꝰ blãdiũtur: et exq̄rũt causam/ volẽtes inferre solamen. Ipsi cum ea loq̄ delectare vident: sed aliud sibi pre amore iocũdius/ eis vertit scapulas vultumqꝫ vertit inquieta retrorsum: ꝛ a verbis

eorum auertit insaniens/⁊ amore amens audi-
tum. Sequitur amoris ipsa naturam: qui se non
in naturam rex/sed in placitũ traijcit. Quãuis
christus omni angelo sit ipse nobilior: cuius no
bilitatis quia deus oblita Maria/viuentem vt
deum ⁊ hoiem vere resuscitatum: non vt erat/sꝫ
hominem mortuum inter mortuos requirebat.
Quo sic mortuo aptiores atqꝫ validiores erant
angeli ad solamen/⁊ ad eius vsum dilectionis:
que sensu auditus atqꝫ visus percipi potest. Et
gratior menti rationabiliter esse debet viuorũ
maxime angelorum/ꝙ̃ mortui affabilitas. Sed
quod gratius est in natura/sepe minus capitur
ab amore: qui fertur in placito non nature/ sed
sepius accidentis: apud quem sepius agitur iu
dicio vtilitatis ⁊ delectationis plus ꝙ̃ iudicio
rationis. Sed ne diuscule talibus delectationi-
bus morer: vtilior intellectus offertur. Statuit
ab eterno diuina iusticia: vt anima que nullis
creaturis citra deum consenserit delectari: ꝙ ip
se se ad fruitionem impendat. Ac per hoc Ma-
gdalena auertens vultum ab angelis: [cõuer
sa retrorsum/viditqꝫ iesum stantem/
et non sciebat ꝙ iesus esset:] scitura ta-
men in proximo bonitate quesiti: porro versaba
tur adhuc in tenebris ignorantie. Sed mira et
laudanda diuine recompensatio bonitatis: vt qꝛ
querebat sedula: quia nullis se cõsolabatur ostẽ
sis: visis nõ letabatur: paruipendebat audita:
christus ad votum se obtulit inquisitus/vt leta-
retur que in pluribus letandi copiam refugie-
bat. Et in plus christus huic mulieri retribute
leticie fecit auxesim: vt quesitus vt homo/con-
solaretur vt deus. Et tamen quesitus auferen-
de tristicie facit exordium/dicens: [Mulier
quid ploras?] Querit vt homo/qui omnia
sciebat vt deus. Nouerat cur plorabat: sꝫ inter-
rogatio ampliores prouocabat ad lachrymas.
Tu quidem christe hanc mulierem secreto tra-
ctu mentis magnetino more traxeras ad amo-
Luce. 7 rem: tu inuisa catena suauis dilectionis ligaue-
ras: tu imbueras amore cor eius. Tu signis/tu
verbis commouens: tu peccatorum remissione
purgaueras. Tu ipsam tibi tactus ꝑmissione li-
gasti: tu amoris tui ascia omnis rei concupisci-
bilis delectationẽ ab eius animo abiecisti. Tu
te sibi solum dedisti ad gaudiũ federe sempiter-
no: tu suscepisti lachrymas eius/nec abhorrui-
sti oscula labioꝝ eius: tu illam dimisisti/vt a te ꝑ
Luce. 10 omnia iret in pace. Tu interpellatus iudex eius
aduocatus esse potius voluisti/ne impedireť cõ
templatio dulcis eius: cum illam sedere cogno-
sceres ad tuos diuinos pedes/pro te fatigante
Joan. 11 sorore. Tu lachrymas ipsa videre fudisti ad ger-
manicum funus: tu eam signis atqꝫ signatis ti-
bi sancto amore ꝑ oĩa colligasti. Nunc ꝓuatam
solitis tu inquiris: mulier quid ploras? Non ex
toto insensibilis aut immemor facta est mulier
vt quid amiserit/non cognoscat: ⁊ nisi reinueni
at/quãto sit dolore donanda. Tu in ista planta
sti fidem/qua affecta in parte te querit: tu spem
eius ad superna vehisti: tu radicasti protinus
in eius animo charitatem. Tu rigas illã/vt cre
mentũ suscipiat in inuisibilibus aquis. Chari-
tas a te in ipa diffusa/in te ab ipa refusa: hic ad
monumentũ tuũ ligatã tenet/ illam plorare fa-
cit. Quid ergo est quod interrogas: quid plo-
ras? Tu causa questus: tu causa ploratus. Tu in
quietas illam: tu ab angelis illam auertis: tu vi
uere in pace nõ sinis. Tu illam delectari rebus a
te creatis non ꝑmittis. Tu ad amoris tui impa
tientiam adduxisti/vt nec cõsoleť in his que vi-
det: nisi te quem non cognoscit/cognoscẽdo vi-
deat/videndo cognoscat. Quid ergo bone Jesu
interrogas diligẽtem atqꝫ dilectã: quid ploras?
Sed ad hoc interrogas/vt erudias: vt finẽ im-
ponas lachrymis eius/quã ad te cõuertisti ꝑ pe
nitentie lachrymas ⁊ oscula pia eius: vt restau-
res in illa deꝑditã fidem/in qua ipam saluã esse
sanxisti. Et plus addit ad amoris ⁊ pij doloris
argumẽtũ: [Quẽ queris?] Ipe q̃sitꝰ erat
q̃ q̃rit/q̃ queriť: ⁊ ipe se volebat offerre ꝑ vere fi-
dei noticiã inquirenti. [At illa existimãs
ꝙ hortulanus esset/dicit ei: Domine
si tu sustulisti eum/dicito mihi vbi posuisti eum
⁊ ego eum tollã.] Existimatio huiuscemodi for
te ab ostẽsa effigie causabať. Illã siqdem credi-
mus ostẽdisse iesum: aut qꝛ in horto erat monu-
mentũ: aut ꝙ Magdalena plorabat vt alterius
nõ crederet aduentus/nisi eius ad quẽ articulari
ter spectaret: pia tñ existimatio fuit nec ab eo
absona ꝙ in ipa vitia eradicãdo/ꝟtutes inseren
do ꝑegerat: ⁊ repullulantẽ infidelitatẽ nũc vene
rat ablaturus. Tenebanť tñ oculi forte cõmẽto
diaboli/aut pia dispensatõe Jesu: ne subito inie
cti agnoscerẽt/quem aĩa eius amore magis ꝙ̃
vera fide q̃rebat: pro eo ꝙ viuentem inter mortu
os reqrebat. Et nõ ꝓstans testificationibꝰ ange
li fidem/mereb ať non aspicere veritatem. Unde
in obiectã oculis formã/anima decepta nõ vera
existimatione se tradidit: sed mereť error facili-
ter veniam/qꝛ sensibus exterioribus/nõ interio
ribus incipit. Et sensualis ꝙ̃ intellectualis ẽ ad
curã facilior culpeqꝫ minoris: q̃ vero ex intelle-
ctu seu in spiritu exoritur/difficilem ⁊ tempera-
neam curã hꝫ/culpeqꝫ maioris. Humiliter tñ/sꝫ
inconsyderate ista mulier hunc quem existimat
hortulanum alloquiť: subijcit se in verbis credi-
to vt hortulano ex amore quesiti dicens: domi-
ne si tu sustulisti eum. Dominũ vocat plebeium
abiectiqꝫ ministerij vir: ad hanc humiliatiõem
quesiti dilectione cogente/inconsyderatã locuti
onẽ emittit. Si tu sustulisti eum. Que causa esse
potuisset/vt quod querebat corpus/ꝙ tulisset
hortulanus? Non suberat causa: sed amore insa
niens loquebať improuide Magdalena. Qꝫ si
causa subesset: etiaꝫ ista suis stimulis agitata mi
nus sapiens loquebať cũ petit edici. Nõ huic q̃
renti referandũ erat/si ablatiõis causa subesset.
Et mirũ ꝙ hũc quẽ hortulanũ credit/ alloquitur
velut certissimũ sui desyderij cognitorẽ. Habet
in moribꝰ suis amor impatiẽs/ vt sepe credat oẽs

hominem astātem sua vota cognoscere: ⁊ in doloribus versatus ab oibus cum causa se cognitum credit. Idcirco velut scientibus factum et causaȝ omnibus loquitur: ꝓut nūc fecisse nouimus Magdalenā: cui corꝑe absentes/ spū p̄sentes/ verboꝝ bellum indicimus. Si hortulanus tuus est notus: si tua vota nouit: cur eum assertione determinata non alloq̄ris? Si aūt ignotus: cur ei nō edixeris quem inquiris: sed inquis: si tu sustulisti eū? Queȝ eum? Si hortulanus ignotus tibi est: tua vota nō nouit: nescit q̄snam sit quem tam diligēter inquiris. Quem eum interrogas/ acsi p̄sente ip̄o illum in monumēto clausisses? Quē eum? Quid iste si hortulanus est/ de quo queris agnouit. Sed optime nescia loqueris: quia non patrē/ non fratrem/ non filium/ nō amicum terrenum inquiris: sed eum qui est/ ⁊ q̄ venturus est: ⁊ dum sic profertur/ sine agnominatione fuisse sciatur. Sed credis ne tu mulier omnibus sicut tibi tuum familiarē esse amorē? Credis ꝙ omnibus sicut tibi tuum esse doloreȝ vt dicas: si tu sustulisti eum/ dicito mihi vbi posuisti eum? Quis intelliget eum quem frangendo singultibus vocem impetu deplorandi/ ora rigando lachrymis expresse non nominae? Sȝ frustratius ista mulier verbis ⁊ locutionibus vagabatur: q̄ꝙ dumtaxat corpus terrenum inq̄reret: cum impotens viribus tollendi fingebat audaciam: quia nec illa mulier corpus illud vt querebat/ exanimatum graue per molem portare sola potuisset/ cuius ipsa fuit de portatoribus ad sepulchrum. Nec corpus christi modica seu imperfecta/ sed communi ⁊ cōpleta ⁊ decente q̄ntitate constabat. Sed amor impossibile ad possibile sua opinione reducit: ⁊ quod nequit efficere posse credit. Ceca ⁊ improuida protinus amoris audacia/ q̄ꝙ possit efficere plus ꝓmittit. Quo autem ista mulier detulisset si abstulisset ⁊ corp9/ penitus ignoramus. Magis autem ipsam locū quo delatura esset/ preuidisse non credimus: zelus omnino sine scientia in eius anima bulliebat. Sed qui hortulanus existimabatur/ erat q̄ querebatur. Sed nec fixum ad hortulanum creditum Maria tenebat aspectum: ⁊ incertis et vndiqȝ visibus vagabatur/ merens ⁊ eiulans quia nec protendebat resuscitatum: nec reperiebat defunctum. Incerta mente ⁊ varijs corporis motibus effluebat: excepto ꝙ a sepulchro recedentibus omnibus/ ipsa sola non recedebat. Jesus autem qui eam consolaturus aduenerat similiter restituturus ad fidem/ ipsam nominatiuo verbo alloquitur dicens: ⌊Maria.⌉ Hec siquidem vox exprimens nomen eius penetrauit animaȝ eius/ plus in virtute ad ipsam existēs q̄ꝙ in sono edite vocis. Sola solita solum solite audiuit loquentem: ac per hoc cognoscens solitam vocem/ recepit et fidem. ⌊Unde conuersa illa/ dicit ei: Rabboni: quod dicitur magister.⌉ Quo cōuersa? Ad loquentem. Quia cum primo conuersa retrorsum videns hortulanum/ sua interrogatione completa recōuertit oculos ad sepulchꝝ: aut vndiqȝ gyrabat aspectū/ sperans ex aliqua parte sibi apparere quesitum. Nunc siq̄dem audita voce quesiti/ ad eum se iteꝝ recōuertit motu corporis ꝑamplius autem motu mentis in fide veritatis Et vocat magistrum qui discipule nomen exp̄sserat. Non inuenimus Jesum aliquam mulierē sed neqȝ matrem: nisi hāc ⁊ sororem eius ꝓprijs nominibus appellasse. Que vt ex adiectiōe verboꝝ Jesu comp̄hendere possumus/ non contēta verbis/ sed aptitudinem corꝑis vt solita erat ad pedes ostendit vt tāgeret. ⌊Cui iesus ait Noli me tangere. Nondū enim ascēdi ad patrē meū.⌉ Uolebat enim tangere Maria magdalena/ solitis appetēs gaudere cōtactibus: adhuc resurrectionis vt erat/ non tātipendens eterne resurgenteȝ corpore glorificatum: volens vt tracta est mortalem ⁊ passionib9 subditum. Et q̄ꝙ ad vocē eius fide conuerteretur in eum: non ilico ipsum per resurrectionem altioris consistentie cogitabat. Proinde iesus causam intactus adiecit: ⌊Nondū enī ascēdi ad patrē meum.⌉ Uerba sunt ista implicantia rudē intellectū: sed explicantia fidelibus veritatē. Tangi nolebat ad sensuum ꝯsolationē q̄ꝙ se tangi ꝑmiserit ad resurrectionis ostendēdam omnimodā veritatē: ne corpus impalpabile non quod in sepulchro iacuerat/ crederetur Quia nondum ad patrē ascēdi. Ex quo erat oībus predestinatis vtriusqȝ hominis donanda pacatio: nec querenda seu donanda erat amplius ꝑ eum huiuscemodi consolatio suꝑ terram: vt de ipsis mutuis corporis gestib9 a quoq̄ꝙ possit esse gauisum: sed in suꝑnis apud patrem suū si qua sunt aut esse possunt in vtroqȝ homine solamina reseruanẽ: vbi hominū tactus tanq̄ꝙ in spirituali corpore optime ꝑ omnia fulcietur merito resurgentis: qui pendens in cruce/ in tactu habuit asperum sensum/ vt sequeretur pena plenissima morientis. Non queras in me mulier solita tui animi aut corporis fulcimenta: in meliora tibi ⁊ ceteris sunt cōmutāda fidelibus: vt nō in terra queranẽ vlterius/ sed cum ad patrē me9 fuerit celebratus ascensus: nō dei filij qui ex deitate non moritur nec resurgit: nec ad patrem velut ab eo descissus/ nunc reascēdere velit: sȝ christi hominis qui mortuus fuit in carne/ nunc ab inferis ⁊ a tumulo exaltatus/ ⁊ in eadem carne ad eternum patrem in modico ascensurus. Sȝ nondum ascendi trabea carnis indutus: quam accepi ex virginali vtero: cum qua conuersatus in mundo: cum qua affixus in ligno: cum qua iacui in sepulchro: cum qua glorificata resurgēs aspectibus tuis appareo: cum qua sunt tibi et electis meis p̄mia beatitudīs alta donāda. Sȝ cum ascendero ad patrem vbi erat glorificatoꝝ corporum verus tactus: sed hic pro beatitudine nullo pacto me tangas. Non sunt sub celo adhuc p̄stande btitudines/ sed donāde ṽtutes. Nemo hic btificādus: nisi ad patrē cū assumpta carne q̄ descēdi vt assumerē/ por ip̄e reuertar. Expe

diebat omnino ad patrē regredi cũ carne/a quo
ꝑ deitatē nunꝙ discesserat: ⁊ parare locũ sicut ip-
se ꝑdixerat. Et mansionũ diuersitate tributa/ta-
ctus beatifice glorie verus erit. Alia rõne Ma-
ria tangere satagebat: ⁊ alia rõne christus illaz
abigebat a tactu. Illa motu sensus adhuc in
sensibus degens: portãs mortale/nõ spũale cor
pus. Sed ad designandã btitudinē nõ esse in in
infimis/sed in superis apud patrē: illam a tactu
ꝓhibebat iesus: vt in hac sola muliere q̃ pecca-
trix extiterat/instrueret ecclia militãs colligēda
de gentib⁹ ⁊ pctõribus iustificãdis ꝑ grãm: ne
in hac vita in christo p̃mia btitudinis querat/
neqꝫ ꝯsolari: sed tribulari/affligi/crucifigi ⁊ pri-
uari amenitatibus sensualibus/decorari ꝟtuti-
bus appetat sup terrã: btificari vero cũ christo
in celestibus apud patrē. Non est in carne mor-
tali competens beatitudinis tactus/⁊ ordinata
possessio. Proinde a tactu glorificati corpis ꝓ-
hibet mortalis adhuc ⁊ subiecta miserijs Ma-
gdalena/in documētũ ⁊ p̃sagiũ ceterorꝫ: vt nõ in
via etiam in christo beatitudinis p̃mia/sed ex ip
so ⁊ in ip̃o ⁊ cũ ip̃o ⁊ ꝑ ip̃m ⁊ ꝓpter ip̃m ꝟtutes ⁊
virtutũ exercitia inquiramus. In patria vero su
ꝑna p̃mia infinite glorie cum erimus apud patrē
ad quem vt mansiones debitas p̃pararet/⁊ cõpe-
tentia loca credentibus/ꝓtinus ⁊ post paululũ
ascensurus erat ⁊ christus. Qui magdalenã ꝓ
tunc et pro illa intentione a tactu remotam/il-
lam trãsmittit ad fratres suos apostolos: quos
ex charitate fratres post resurrectionem appel-
lat: ostendens ꝙ ꝓpter resurrectionis claritatē
ad eos ⁊ ad fideles ceteros non perdidit pietatē.
[Vade autez ad fratres meos/et dic
eis: Ascendo ad patrē meũ/et patrez
vestrum: deum meũ et deuz vestrũ.]
Ascendo ad patrem meum ꝑ naturam: vestrum
ꝑ adoptionē ⁊ grãm. Patrem meum cum quo
mihi est in deitate vera equalitas: patrem vestrꝫ
sub quo vobiscũ est mihi vera fraternitas. Pa
trem meuz ⁊ vestrꝫ. Homo sum/⁊ vos homines
estis. In hoc vnum atqꝫ cõmunem possidemus
patrem. Patrem videlicet creatione/amore/be
neficio/dono. Sed qm̃ deus sum/meus eterne:
qm̃ hoies puri estis/vester ex tempore. Deuz me
um ⁊ deum vestrum: vt vna sit capitis ⁊ corpis
in deo ⁊ per deum eterna beatitudo. Deum me-
um/ cum quo mihi par est vna deitas: deum ve
strum/sub quo vobiscum est mihi eadem/nõ di-
uersa humanitas. Magnam indidit christ⁹ no
bis ad ip̃m fiducie veritatem: magnam protin⁹
eternorꝫ communionē: immo ineffabilē atqꝫ in
terminabilē vnitatem: cum patrem deũ vna cuz
ipso dixit esse communē. Necdum in his ꝟbis
omnem fidem ⁊ spem resurrectionis ꝑfecit: vt si
cut deus suus eum custodiuit in penis: animaz
euulsit ab inferis/a tumulo corpus: ita et nos re
suscitabit: quia etiam noster est deus. Peroga
ui⁹ vere credentibus sperande glorie infallibilē
veritatē: ⁊ pacē habere constituit in aduersis: vt
sicut eũ suus pater in oibus glorificauit/ita vos

quibus deus pater ⁊ deus esse ab eterno p̃uidit
Ecce ꝯstituitur magdalena inter hoies prima
nuncia sancte resurrectionis: ⁊ ip̃a prior inter
mortales atqꝫ corruptibiles efficitur p̃conissa:
vt nunciet his qui hanc resurrectionē per vni-
uersum orbem proclamaturi erant. Et christus
ore suo ip̃am primã sue resurrectionis euangeli
stã facit: de qua septē demonia inuisibiliter ⁊ po
tenter expulerat: vt pro peccatoribus mors ei-
us credatur ⁊ celebrata surrectio: vt nec infideli
bus ad fidem cõuersis/nec peccatoribus ad gra
tiam firme reuersis credatur adimi gratia verbi
Nec a diuinis mysterijs puteꝫ excludi etiam se-
xus femineus: ⁊ infirmior natura non deprimit
eum/cui arridet virtus ⁊ gratia fulcit. Consolaꝫ
deus pater ⁊ resurrectio filij mulierē que hacte-
nus fuit in ciuitate peccatrix: ⁊ nunc q̃ꝙ illis nõ
infecta contagijs/erat enim nihilominus infide
lis. Et in illa dat resurrectionis preconiũ/vt cõ
fortet tunc infidelem apostolicum chorꝫ: vt pro
peccatoribus credamus christi iesu tam alta my
steria celebrata: iuxta quod Petrus in epistola
sua inquit: Benedictus deus ⁊ pater domini no 1. Petri. 1.
stri iesu christi: qui ẜm magnam misericodiã su-
am regenerauit nos in spem viuam per resurre-
ctionem iesu christi ex mortuis/in hereditatē in
corruptibilē ⁊ incontaminatam ⁊ immarcessibi
lem conseruatam in celis: vobis qui in virtute
dei custodimini per fidem in salutem paratam
reuelari in tempore nouissimo. Hec siquidem
firmat/cum se resuscitatum ostendit: ⁊ ad patrē
⁊ cõmunem nobiscum deum in breui accessurũ
se asserit. Hec dicens iesus/ab oculis Magda-
lene disparuit. Illa in base reposita fidei/a qua
dimota extiterat: egreditur hortum ilico: reliqꝫ
ipsa sepulchrum: nec vltra se inclinauit vt aspice
ret: nec amplius si adhuc essent vel recessissent
requisiuit angelicos testes: de resurrectione cre-
dula/de quesito iocunda: ⁊ vt iussa domini et ma
gistri ꝑficeret/animo ⁊ corpore festinauit. Et cũ
reuerteretur: suas consocias in itinere infra se-
pulchrum ⁊ Hierusalem consternatas/animo lē
to gradientes/vestigio adinuenit. Quas etiam
sociali discretione retento pede/atqꝫ interposita
sessione/dum ista cum Maria fiebant/nescien-
tes credimus expectasse. Sic insimul versus hie
rusalē venientibus: illi iocundanti/illis tristib⁹
pre dolore [Jesus occurrit dicens: aue Mat. 28
te. Ille autem accesserũt et tenuerũt
pedes eius/et adorauerũt eum.] Oc-
currit Jesus eum sedulo amore querentibus: et
sollicitam curam gerit/ne anime dilatione fran
gantur: festino remedio fragilibus opus esse co
gnoscit/ne spes dilata in desperationē tota mu-
tetur: ⁊ ne pius animus habitũ impietatis assu
mat. Cura est christo de infidelibus/vt adducat
ad fidem/licet omnes non veniant: cadentibus
ab habita virtute vt resurgant/q̃uis non omes
pariter releuentur: de his que aguntur virtuti-
bus ne labantur/q̃ꝙ inueniantur non omnes
in his eque stabiles/⁊ in operibus efficaces: de

his qui a virtutibus non deficiūt/in ampliora ꝓ
ficiant:sed tamen omnes eodē spū non feruent.
Et vt ꝓficientes ꝑueniant/suis miris modis in
secreto ⁊ inuisibili sensu occurrit:⁊ sua pietate suf-
fulcit:in occursu huiuscemodi dicit: Auete. Ple
nitudinem pacis et abdicationē ꝑturbationis
insinuans:⁊ plus menti q̄ sensibus corꝑis ipse
saluator occurrit: vt corꝑe oculis/vbo mēti/vo
ce in auribꝰ transfusa loq̄ret: vt corporea ⁊ mu-
tua visione aīa inuisibilr̄ inuisibili fide de resur-
rectōe firmaret. Occurrit saluator viā huiꝰ mū-
di pauide gradiētibus:qꝛ ip̄e in via qua melior
est ducatus: vt relicta seculi via/illā q̄ in patriaꝫ
ꝓuehit gradiamur. Et pacē loq̄tur/cū obuiato
ris more salutat: Auete. Quod hebraica lingua
verbū est pacis. At ille tenuerūt pedes eiꝰ. Quō
tenuerunt? Geniculando ante eum/ob reueren-
tiā ⁊ amorem. Et se tangi nūc Jesus ꝑmittit/ad
ostensionē ⁊ certitudinē resuscitati corꝑis: quod
Marie denegauerat in horto/ in abdicatiōem
sensualis delectatōis. Gesta eñ christi nūc de-
negata/nūc ꝯcessa: nūc ꝓhibita/nūc ꝑmissa: ma
gnam nobis astruunt mysterij rationabilē vari
etatem: vt vnū ⁊ idem quod vno tempore dene-
gat/alio concedit atqꝫ ꝑmittit: defectū in quesi
to/indignitatem in q̄rente/ineptitudinē in mo-
do/importunitateꝫ in temꝑe/indecentiam in re
dum negat/ importare credamus: cum vo con
cedit/his caruisse atqꝫ ornari ꝯtrarijs firmiter
autumemus: nec ꝓ tanto diuinū mutat ꝯsilium
si oꝑa varient. Nouit eñ diuina ꝓuidentia sine
dolo nostris vtilitatibus ꝯsulens/qualiter ⁊ qñ
⁊ q̄d nobiscū diuersimode sit agendū. Et nunc
procliue mulieres tangunt ⁊ osculant dñicos pe
des: ⁊ ad solita reuertitur Magdalena. Et reco
gnoscūt resuscitatum/quem viderant cruci affi-
xum: ⁊ in theca petrina reclusum. Et resuscita-
tus in corpore/in illarum animabus fidem resu
scitat: vt procliue corpore/in anima ꝓfundius
inclinentur. Cum enim adorant in valida fide
mentis/ ꝓtestātes illam gestibus corporis: ma
gno sacramento ad posteros transductuꝫ est: vt
in christo resurrectionis gloriam veneremur/
eius merito nostram beate fieri si fideliter vixeri
mus expectantes. ⌊Tunc ait illis iesus:
Nolite timere.⌉ Ab angelis ⁊ christo a mē-
tibus harum timor excluditur: ille videlꝫ qui ti-
tubare in fide aut illam tremulaꝫ facit. Nullus
noxior timor q̄ hesitare de christo: atqꝫ de gestis
eius in nostram salutē dubio cōmoueri. Radix
bonoꝝ fides: sine qua impossibile sit deo posse
placere. Cetere virtutes ex ipsa velut rami a ra-
dice consurgunt. Huius radicis cōmotio peri-
culosior est q̄ ramoꝝ. Proinde timorē qui eam
ꝯcutit/saluator resuscitatus excludit dicēs: No
lite timere. Quod etiam sui legati ad sepulchꝝ
angelici testes eisdē mulieribus cū visitarent se-
pulchꝝ/ similr̄ p̄dixerūt. Sed resuscitatus chri
stus suoꝝ ꝯmilitonū nō obliuiscit: q̄uis secū in
tam alta pugna nō vtiqꝫ decertarent/eum soluꝫ
pre timore in bello seuissimo relinquētes: sꝫ cu-
ram ꝯtinuā gerit/q̄bus iubet mulieribus talia
nūciare: Ite nūciate fratribus meis vt
eāt in galileā: Ibi me videbunt. Hoc
idem angeli pauloante p̄dixerāt. Magna huiꝰ
almi regis benignitas: q̄ relictus in bello/suos
pauidos ⁊ formidolosos/fugitiuosqꝫ socios fra
tres noīat cuꝫ euasit: ⁊ nouitatē celestē eis in suo
corꝑe ostēdere repromittit. Ducis excelsi suaui-
tas/q̄ eū negātes ingruēte bello/tꝑe tenebrarū
fraternū se dicit ad eos tenuisse amorem. Inso-
luta clemētia p̄ncipis: q̄ post p̄ssuram/caumaqꝫ
belloꝝ: post victoriā de ligno/de tumulo/de le-
ge tartarea reportataꝫ: sub eterno patre ꝯtinuo
fratres appellat. Primogenitus eñ factus est
in multis fratribus: ⁊ susceptā ex temꝑe carnis
traduce/in parentē in suoꝝ fideliū numero volu
it esse matrem/cum nominat eos fratres. Exclu
sit profecto tyrānidem/regnandi suꝑsticiosum
fastigium/dominandi fastum deꝑssit. Et cum il
los quos in eternum secum p̄uiderat regnatu-
ros/ in fraterna equalitate distinxit ī superno re
gno atqꝫ celestibus moribus abstulit: sub ⁊ su-
pra omnem alium/non tamē suum euacuās p̄n-
cipatum: sub quo velut cum p̄mogenito equo
fraterno iure viuere posse post natos: non in na
tura qua deus: non in carne in qua singulariter
natus: sed in gratia ⁊ gloria ꝑ viuentē spm̄/quē
in filios adoptionis effudit. Nempe ab earum
oculis disparente Jesu/quod eis p̄dixerat/festi
nant mulieres ꝑficere: scꝫ nunciare apostolis vi
sionem quam habuerant domini resurgentis/⁊
leticiam eis in galilea future apparitionis. Et
venientes inuenerunt vndecim con
gregatos. Quos primo velut audacior at-
qꝫ feruentior alloquitur Magdalena merito si
bi deferentibus ceteris: vnde ei maxime ab euā-
gelistis contribuitur/q̄ resurrectionis nūciaue-
rit veritatem: q̄q̄ ⁊ alie mulieres in via eum vi-
derint occurrentē/audierint ⁊ loquētem: ⁊ tenue
rint eius pedes: ⁊ perfecta inclinatione corpo-
ris in fide veritatis adorauerint suꝑ terram. Sꝫ
nescio qua pia ꝑmissione Marie duntaxat per-
missa sit autoritas nunciandi/⁊ visa ⁊ imposi-
ta differendi: que speciali alloquio suadet vera
esse que viderat duobus apostolis/qui cum ea fu
erant ad sepulchꝝ: cum ip̄a p̄ma eis ediceret vi-
sionem vidisse ciuium supernoꝝ. Lugebant tñ
singulariter ⁊ amaro animo Petrꝰ ⁊ Joānes: qꝛ
iuerant ad sepulchꝝ: nec Jesum aut angelos/sꝫ
tm̄ monumentum vacuum cum linteaminibus
videre meruerūt. Et illi audientes quia viueret
⁊ visus esset ab ea/non crediderūt: quia ⁊ ip̄i ac-
cesserant ⁊ nihil viderant. Regebantur more il-
loꝝ qui cum anxietate alloqui gliscunt: q̄ q̄uis
quod dicitur veꝝ sit: quousqꝫ videant/fidem pre
stare recusant. Sed miruꝫ q̄ ista mulier ad istos
maxime se trahebat: aliā nō nouimus causam/
nisi qꝛ ip̄a nouerat eos magis amore feruentes
aut affectos acriore dolore: q̄ his q̄bꝰ he mulie
res gaudebāt/ipsi q̄si nescij p̄uabant. Et mos
est/cum plures amatores in vno dilecto pre cete

ris amando ꝯueniunt/ꝙ ad se inuicem plus req̄runt. Et si verisimile animal ad suum simile iungit: amoris natura in amore magis similes pl⁹ astringit. Quibus auditis ab aliquibus statur: ab aliquibus discurritur in incertum: sed certis itineribus ad querendū. Interea dum ista que supradicta sunt agebanꝟ: scȝ a prima locutione facta mulieribus angeloꝝ/vsq̄ dum est christi apparitio tertia subsecuta: falsum exortū est de veritate cōmentum: sed semꝑ veritas ex sibi oppositis plus refulget. [Nam ecce quidam

Mat.28

de custodibus:] qui de ordinatōe pontificum ⁊ sacerdotū ⁊ decreto Pilati/vt custodirēt a furto corpus/positi fuerant ad sepulchꝝ: [venerunt in ciuitatē/ et nunciauerunt principibus sacerdotū omnia que facta fuerant: ⁊ illi ꝯgregati consilio cum senioribus accepto/pecuniā copiosam dederūt militibus dicentes: Dicite: qꝛ discipuli eius nocte venerunt/⁊ furati sunt eum/nobis dormientib⁹ Et si hoc auditū fuerit a ꝑside: nos suadebim⁹ ei/⁊ securos vos faciemus. At illi accepta pecunia/fecerunt sicut erant edocti. Et diuulgatum est verbum istud apud iudeos vsq̄ in hodiernū diem.] Custodes erant sepulchri/nō corporis: q̄q̄ pro custodiendo corpore positi essent. Sepulchꝝ mansit oīno inablatū: corp⁹ siq̄dē nō potuit custodiri/quin ex indita ꝟtute custodū abiecta perpensione resurgeret. Neq̄ custodes humana industria ꝑiudicare diuine potentie potuerunt. Et q̄uis positi essent de prouidentia iudeorum pontificū/ne discipuloꝝ furto paterentur ipsi calumniā: prouisione postera excellentius ꝓuidit altissimus/vt ipsi essent ꝑmo iudeis testes verissime resurrectionis/qui fuerant adhibiti ad excubandū contra opinatum furtum corꝑis: sȝ semꝑ sibiipsi mentitur iniquitas: ⁊ commentuȝ maligni suum retorqueꝟ in caput: ⁊ sepe iniquis in contrariā reflectiꝟ ꝑtem/quod advota componunt. Plerunq̄ in astutia sua mundi sapientes dñs compꝛehendit: vt vnde credūt elabi/inde capianꝟ: ⁊ vnde letari/ ex eo tristenꝟ. O quanta iudeoꝝ pontificum debuit esse confusio/quantusq̄ dolor: vt illos audirent resurrectionis illi⁹ testes/quos contra furtum statuerant esse custodes: ⁊ scirent illum viuere/quē tanto studio morti tradiderant. Exitiale malū illoꝝ vexabat animos/cum timerent illum in vita noua superiorem: ⁊ frustratam esse omnē industriā quā in suam necem ediderāt. Et nulla pestis animos hominū tam seue depascit/q̄ cum sciunt ꝓsperari ꝑ omnia inimicū/quē nullo pacto volūt amicū: maxime cum redditur ex persecutiōe sublimior. Maluissent iudei nō intulisse necem/q̄ ipsum ex morte resurgere. Protinus enim serris emulis leditur/si aduersarius ex illatis malis ampli⁹ inclarescit. Pontifices ⁊ ceteri hec audientes/ad christum penitentiam agentes/tota intentione deuentes conuerti/potius ad falsa cōmenta more solito sunt cōuersi. Nam ꝓprium est deprauatoꝝ hominū vt ex bonis ad mala/ex melioribus ad peiora/ex optimis ad pessima conuertantur: et relicta veritate/se pallio falsitatis obnuant. Unde audientes hec/ꝯgregati sunt: non in charitate/ sed in inquitate/iterum in contra christum falsitatibus pugnare tentantes: ⁊ sumpto damnato consilio/ testes pecunia corruperunt: in mendaciis instruentes/ꝙ sopore depressis/ corpus a discipulis est sublatum. Et securitatē promittunt a preside ipsi penitus pauefacti: et territi animo falsam fingebant audaciam: sed merito deluduntur/cum mendaciū aliquo verisimili nesciant colorare: nam omne mendacium quod creditur/coloraꝟ similitudine veri. Proh Si dormiebant/quomodo viderunt quod testificati sunt? Que leges dormientes admittūt in testes? Quis testificabitur quod non videt? Et si forte crederetur ꝙ somniando vidissent: in somniantibus continuo est delusio. Et si dormiendo in somnis viderunt: cur ergo ad rem tam eis cōtrariam excitati non sunt? Solēt prorsus in somnis aduersa videntes/subito excitari. Et si excitati: cur fures non fuerunt ilico ꝑsecuti? Si vigiles ꝑnoctabant: cur inermibus non restiterunt armati? Nempe per omnia sunt aperta mendadacia/nil simile veri habentia: vt in eos in vita ꝑsenti ad confusionem/in alia vero ad condemnationē omnia reducantur. Sed attrita frons ꝑfidorum non confunditur/nisi cum nolens sibi aduersantia patitur. Seminata malicia nascitur renouate/cum nolunt audire nouitatem celestem initiatam in christo. Et cuȝ ex pecunia conantur infringere veritatem/ argumētum exiciale omnino colligitur: cum celestis ⁊ eterne vite initium velut non existens obruitur. Insatiabilis vorago malicie/cui male agendi argumenta non desunt. Et ponderosior in animo q̄ in trutina fuit ipsa pecunnia: que testiuȝ animos ad falsa flectenda commouit. Pessima cupiditate illorum animus angebatur: vt accepta pecunia resurrectioni Christi ipsis audientibus approbate per angelos/ male suasi turpius inclinati/ conarenꟈ inferre calumniam: ⁊ cōuertere in mēdacium veritatem. Juxta premoniti ꝑ vniuersam ciuitatem tale commentū publice diuulgauerunt: ⁊ predicatum est tam crudele mendaciuȝ ⁊ veritas turpiter corruit in plateis: de quibus vsura ⁊ dolus in malis conatibus non defecit. Et diuulgatum est apud iudeos tenaciter/ vt vsq̄ in hodiernū diem corpus credāt fuisse sublatum: aut ex peioribus presumant in christum. Quid igitur nequius eo quod nunq̄ quiescit a malis: vt cum vna via male agendi ꝑcluditur/ velut aquarum impetus etiam in partem aliam diriuetur. Hoc siquidem deprauatorum est proprium. Quid criminosius q̄ ꝙ diffusa pecunia temporalis fecerit diffundi mendacia super orbem: ⁊ ipsa corruptibilis corruperit hominum rationem: ⁊ mortalis existēs ad vsum data mortalibus/vitam denegari fecerit immortalē: videlicet ꝙ christus omnium vita ⁊ beatitudo bonorū non surrexit a mortuis? Sed velut res inanis

mata ꝛ insensibilis fuit furto portabilis dāno-
so futuroꝝ: in ꝑsagio factum est / cū rememorati
one ꝑscoꝝ: ꝙ incūbente auaricia / ꝯfundat vita
mortalis: ipsa regnāte tyrannizet et omnino pec
catū: ipsa supstite obruat ꝛ virtus: ꝛ serpente vt
putrida tabe / mendaciū ꝓ veritate clarescat. Ue
rūtamē sicut nō deerat impijs sollicitudo puer-
sa / quomodo ꝯfundere possent nouitatem cele-
stem: sic ꝛ pijs non deerat sollicitudo querendi si
reperire possent vllatenus resurgentē: vt petro
a ceteris segregato / in nescio quo loco quem scri
ptura silet / dn̄s apparuerit: ꝛ confortauerit in fi
de cor eius: ꝛ finē dederit īfidelitati ꝛ lachrymis
eius. Qui regressus ad ceteros cū gaudio / ap-
paruisse dominum nunciauit. Quod vbi audi-
tum est / aliquibus diffidia facta est: aliquibus
spes / aliquibus conturbatio quasi singularitatē
apparendi causantibus / aliquibus proficiscendi
peregre si obuium habere potuissent. Quia quo
magis resurrexisse ferebatur / visendi crescebat
Luce. 24 auiditas. Proinde [duo ex discipulis] cor
Marci. 16 pore discissi a ceteris / relinquētes hierusalē re-
surrectiōis die [in emaus] cum tristicia cor-
dis / incessu corpis ferebant: conferētes ad inui
cem lamētatiuis sermonibus / que in christo ty-
rannice gesta cognouerant: quibus se saluator
more peregrini viatoris adiunxit: dans se tristi-
bus socium pia curiositate / ꝓlatis verbis aures
accōmodās / quasi nescius relatoꝝ: ꝛ tenens effi
giem alienam a cognitiōe loquentiū: eo merito
quo ipsi de ipso hesitabāt / ipos de sermonibus
vt remoueret errorē / ꝑcūctatus est dicēs: Qui
sunt hi sermones quos confertis ad
inuicē ambulantes: et estis tristes?]
Expertus in semetipo erat de qbus interrogat
ꝛ nō solū alte nouerat / sed didicerat expimenta-
li scientia de quibus inquirit. Sed velut magi-
ster interrogat que ipe cognouit: vt discipulos
non tam in scito / sed instruat in rōne sciēdi. Ma
gna dignatio saluatoris: q de se loquentib9 asti
tit: vt in ampliora posse recipere si actus feceri-
mus meliores / argumentū indubitate cōsurgat.
Nam si loquētibus ꝑstitit ꝑsentiā corporis: acti
uis amatorib9 ꝑstabit ꝓtin9 ꝑntiā deitatis. Et
in effigie peregrina se porrigit peregrinis: vt nō
ꝑfecta eius in hac vita possit esse cognitio: innu
ens siqdem vt ꝛ vita nostra sit qdam peregrina-
tio sup terrā: vbi tm̄ sit necessaria vsucapio / non
delectatio: ꝛ cōnexus amor in ꝑfunctorijs gra-
nis orbis. Ecce vadens in pegre vsqꝫ dumtaxat
appositoꝝ capit in stabulo incurie / cetera preter
mittens: nec eum sollicitudo morosa / sed itine-
raria plus molestat. Magnum sacramentū in
moribus sumpsimus / cum post resurrectionem
christus velut peregrinus apparuit: vt ostensa
nouitate celesti / peregrinatio pro ipsa vita ho-
minum reputetur. Et tota verorum fideliū desti
natio in hoc fiat: vt quod semel ostensum nosci
tur intentione atqꝫ in moribus id agatur. Sed
vera siquidem illa est q in adinuēta semp / nun-
ꝙ in relicta retrouertit aspectū: ꝛ nihil de vita ꝑ
seniti sibi ꝓpriū fecit: excepto quo regulata natu
ra fulcit. Hoc eñ solū oibus est in iure: quod ve
ro excedit in volūtate / nō necessitate / nec iure na
turali ꝑagitur. Et illo non voluptuose vel ma-
culose: sed more mēdicario sic vadens in pegre
vsus est: nec vexillum cuiuspiaꝫ glorie fixit in ter
ra / in qua peregre mouebat: sed illa que possunt
notum facere / plus obtexit. De se diffidens nec
habens brachiū in corruptis / discissus a ceteris
ex omni se totus in vitā incōmutabilē introuerse
ꝓgreditur: pallio vetustatis exutus: quo mun-
di ciuis indutus agnoscitur: illa vilitatis ꝛ no-
uitatis veste se obnuens: qua prediti non huius
seculi ciues / sed esse celestes despectis a mundo
fulgoribus inclarescunt. Preter astititionem in
effigie peregrina / iterrogatio de collatis sermo-
nibus aios ad aliud trahit. Sꝫ qui sunt sermo-
nes in via cum tristicia sic ꝓlati / nō vt ignar9 in-
terrogat: sed vt potius rephendendo instruat.
Nam ꝙꝙ in via sumus / dubij de christo nō de-
bent esse sermones: quoniam hesitare de christo
non dubia / sꝫ certissima constat esse damnatio
Et ꝙuis vera ratio / vsus / mos solit9 / christi my
sterijs consentiant: fides vera supgreditur om̄i-
um istorum iudiciuꝫ / cui firmiter aut tremule ad
hesimus. Proinde si firmiter: cur dubij aut que
ruli / aut pleni amaritudine sunt sermones? Cur
cor in penetralibus fluctuat? Cur animus anxie
querulatur? Si autem tremule fidei argumen-
ta suscepimus: cur christo facimus imposturā:
quasi agenti infirmiter / nec valēti ꝑficere quod
spopondit? Juste illi arguendi erant: ꝛ vt incre-
paret / addendo doctrinam dominus inquisiuit.
Peramplius siquidem arguendi sunt qui post
tanta fidei monimenta / corde in fide nutantes /
in verba dubia sepe ꝓrumpunt: ꝛ plus exagge-
ratur ipsa conditio: ꝙ dubius socius / dubium
querit: cum mutua sit locutio inter duos / vt
nec alter alterum reprimat / aut solidet si vacil-
let: sed inuicem ambulant / inuicem dissentien-
do a fide loquuntur / inuicem tristantur. Nā tri-
sticia dubietatis est germen: ꝛ ab illa velut a ꝓ-
pria radice consurgit. Sed illi adhuc nube infi-
delitatis ꝛ dubietatis obtecti: quorum oculi eti
am machinamento malo / sed dispensatiōe diui
na tenebantur arguti: arguunt quem reputant
peregrinū / dicentes: [Tu solus peregrin9
es in hierusalē: et nō cognouisti que
facta sunt in hierusalem his diebus?
Increpāt interrogati tertiū sociū: quē nō ex ꝓ-
posito / sed ex euētu susceperūt: eius ꝓtin9 cogni
tione carentes. Nempe atqꝫ omnifarie verū est
ꝙ q christū nō qrit ex voto seu determinato ꝓ-
posito / semp fit anima / moribus ꝛ animis ꝛ cogi
tatiōibus ipsi alienus. Et in his plus ꝙ corpe
pegrinus apparet. Effigies siqdem cognita est:
sed effigiatus ignotus aut modus quo alia effi
gie ꝓtin9 effigiat9 est. Nemo ignorat pegrini ef
figiē: sꝫ vera facies ignota ꝯsistit: ꝙ si cognita / ili-
co cessabit ꝯditio pegrina: ꝛ erit qsi colonia aut
ciuilis cognitio: sic in christo oim factoꝝ vere co

gnóscimus vera/similiter improcata ꝑ noīa: ip
sum vero ⁊ actoꝝ modum penitus ignoramus.
Quia vero videbaꝶ eis ꝙ nullius effugeret sciē
tiam/quod gestū erat in christo: ideo inq̄siti de
singularitate ignorātie/quā ipm̄ tm̄ habere mi
ranꝶ: vt solus non referaꝶ ad id quod in ciuita-
tem solus aduenerit/solusq; in his diebus affue
rit: sed ad id ꝙ rem tam omnibus notam ipse
solus ignorauerit: aut post om̄ia facta nūc de
remotis partibus in hierusalē solus appulerit.
Sed bn̄ in hoc arguūt/ꝙ res tam nota nullius
debebat vitare noticiā: alteriꝰ aūt ab ip̄oꝝ intel
ligētia quasi arguēdo dicunt: Tu solus es pere
grinus in hierusalē. Ueritatē altissimā ignorā-
do dicūt. Qm̄ ip̄e solus in patre verbū. Solus
duaꝝ filius naturaꝝ. Solus eodē tempe in celo
⁊ in terra. Solus eodem instanti btūs ⁊ miser.
Eodem momēto in sūpno throno ⁊ crudeli pa-
tibulo. Solus simul viator ⁊ ꝯphensor. Solus
deus ⁊ homo simul. Solus singulares gradiēs
vias. A celo cursor ad vteꝝ: ab aluo ꝟginali ad
speculabile seculū: sponte subiens crucis oppro
briū. Insensibili corꝑe introuectus in tumulum
exuta carne in aīa petens limbū: inde ad corpus
inde ad sensum. Inuise incognite nota cum vi-
sa obstantia penetrans: demum scandens in ce
lum. Solus in distinctis duobus lociscq; diuer
sis existens vnus. Solus in monte alte contem
plationis: solus equorinas peragrans semitas
solus trāsfiguratus potērer. Solus ab inferis
reuocans iam astantes: solus donans libertatē
necis/⁊ omnis penalitatis naturā ꝑpedientis
solus amator hominū. Solus simul diuersorū
hospitiorum hospes: solus immortalis natura/
mortalis carne assumpta. Solus immortalis
potētia/dumtaxat voluntate mortalis. Solus
in bello/solus in victoria/solus in triumpho.
Solus in morte mortem vincēs. Solus in spo-
lio. Solus in trinitate filius. Solus in humani-
tate ꝑficiens q̄ nō capit sensus humanus. So-
lus in omnibus mirefactis: vt vere de ip̄o ꝓphe
Psal.140. tatū extiterit: singulariter sum ego donec trāseā.
Multa his silīa cōprehēdit huiuscemōi solitu
dinis verbū/quod discipuli christo velut ꝑegri-
no incognito ꝓtulerunt: vt etiā ipsi diffidentes
quē ꝑegrinū existimabāt/ dixerint ignoranter.
Interrogat iteꝝ christꝰ dicens: [Que?] Por
ro in seip̄o exꝑtus erat/que scire tētabat: sed q̄-
rit ꝯfessionē ꝟbo: vt docēdo abscidat errorē/dā
net dubiam fidem. [At illi subinferentes
dixerunt: De iesu nazareno: qui fuit vir
ꝓpheta potens in oꝑe ⁊ sermone/coram deo ⁊
omi populo. Et quō eum tradiderūt summi sa-
cerdotes ⁊ principes nostri in damnatōem mor
tis: ⁊ crucifixerūt eum. Nos aūt sperabamus qr
ip̄e esset redempturus israel. Et nūc super hec
omnia tertia dies est hodie ꝙ hec facta. Sed ⁊
mulieres quedā ex nr̄is terruerūt nos: que ante
lucē fuerūt ad monumētū: ⁊ nō inuēto corꝑe eiꝰ/
venerūt dicētes se etiā visionē angeloꝝ vidisse/q̄
dicūt eū viuere. Et abierūt quidā ex nr̄is ad mo-
numentū: ⁊ ita inuenerūt sicut mulieres dixerūt:
Ip̄m vero no inuenerūt.] Quāq̄ gestoꝝ referāt
veritatē/ in magna parte diffidūt: ⁊ minus debi
to credūt: eū ꝓphetā dūtaxat appellāt: q̄uis ad
diderunt potentiā operis ⁊ sermonis corā deo:
cū ip̄e penitꝰ deus esset carne assumpta in simili
tudine hominū factus/⁊ habitu inuentus vt hō.
Aut forte isti nunq̄ crediderūt verū esse humana
tū deū: aut de resurrectione diffisi si crediderāt/
abiecerunt. Idcirco de ip̄o/vt de cōmuni ꝓphe
ta inuicē colloquunꝶ. Potētiā tm̄ oꝑis in mira-
culis/sermonis vero ⁊ doctrine altitudine po-
suerūt. Corā deo/velut eius amicꝰ ab ip̄o accipi
ens gratiam: ⁊ omni populo/propter famā atq;
sequelam. Et traditionem subijciunt / crucem et
mortem peractam damnata potētia sacerdotū.
Adijciunt spem quā in christo posuerunt: vt ipse
redimeret prout sepe ante predixerat / israeliticā
gentē: sed minus ip sum ad seipsos secreuerāt: qm̄
redēpturꝰ oēs venerat natiōes: ⁊ appropriabāt
illi populo quod erat oīm populoꝝ. Quod Sy
meon in tēplo ip̄m tenēs in vlnis ꝓphetauerat/
dicens se vidisse salutare quod deus parauerat Luce.2.
ante faciē oīm populoꝝ. Fit tm̄ vehemētior eoꝝ
dubitatio/⁊ anxior cū peregrino querela: cū ter-
tia die ip̄m resurrexisse nō viderint: huiuscemo-
di ante mortē ꝓmissa facta per Christum ad ani-
mum reuocantes. Et mos pusillanimū est: vt q̄
nō viderint/facta nō credāt: ⁊ que non intelligūt/
fieri posse nō credāt: ⁊ que ipsi nequeūt/ in esse ꝓ
uenisse causantur. Fit in nonnullis extra pluri-
mis rebus/velut in carentibus luce corporea: vt
quod nō vidēt / esse nō putāt. Quo sensu hi reci
tāt dubia ista de christo. Accessū mulieꝝ referūt
ad monumentum/dicētes ex nostris: vt plena no
tetur cōmunitas et eq̄ua participatio vtriusq; se
xus sub redemptore omnium christo: in quo nō
est masculus neq; femina. Et de duobꝰ Petro
et ioanne dicūt / ex nostris: vt etiā charitate atq;
cōmunitate christi credatur congregatum fuisse
collegium: vt non solū res/sed personas constet
fuisse cōmunes. Terror quem asserunt / prouene
rat tm̄ ex nouitate relate rei ⁊ corporis non inuē-
ti/aut adhuc resugētis hominis ignorati. Sem-
per em̄ homines subito nouitate terrenꝶ / quous
q; quod dicitur inolescat: maxime si supra sensum
est nouitas. Et ignorantia turbationem/timorē
⁊ admirationē iducere cōsueuit. Patet etiā istos
nō recessisse in peregre profecturos: quousq; pe-
tri et ioannis de nō inuēto corꝑe innotuisset re-
latio: et post apparitionē petri diuertētis i locū
secretū: vbi sibi christꝰ apparuit. Narratiōe per
ꝟba completa gestoꝝ: christꝰ etiā adhuc ab eis
nō agnitꝰ/illoꝝ arguit stulticiā ⁊ al tarditatē/di
cēs: [O stulti ⁊ tardi corde ad credēdū i oībꝰ Lu.24.
que locuti sunt ꝓphete. Nōne hec oportuit pati
christū: ⁊ ita intrare i gloriā suā?] Stulticia in-
ertia cordis/magis ꝟo dicitꝶ animi hebetudo: ne
itelligat cū aderit quod est itelligēdū: nec aliūde
animus ꝑpēdiꝶ: q̄ remota intellectꝰ fulget lumi-
nibus veritatis. Hanc mētibus illorū christꝰ in

esse cognoscebat: quam merito reprehendit. Nū-
quid eñ reprehendisset: nisi sciuisset eos ab ea deti-
neri: que tunc maxime fit in vitio / cum anim⁹ po
test fieri studiosus. Protinus oppositum stulti-
cie studiositas vera est. Ac per hoc innuitur chri
stum suos sequaces velle vacare prophetis: ꝛ di-
Ecci. 29 uinis theorijs intendere. Et sapiētia dicit: Sapi
entiā omnium antiquoꝝ exquirit sapiēs: ꝛ in ꝓ-
phetis vacabit. Proinde ab hebetudīe stulticie
detineri / inter vitabilia computatur. Nam scri-
Ecci. 22. ptura dicit: Cum stulto ne multū loquaris. Iu-
re in locutione vitatur / in corde factus hebetior.
Arguit etiā illoꝝ cordiū tarditatē / in prophetis
credendo veracibus. Iure culpatur tarditas in
credendo: si q̄ loquunꝭ / noscunꝭ esse veraces: ꝛ si
que ratione nō capiunꝭ / traijciuntur in fidē. Cre-
dere q̄ꝫ intelligere vsqꝫquaqꝫ noscitur esse facili⁹.
Non enim adhibetur tempus ad studium: nec
interpres requiritur in docendis: et sulcatos lit-
terarū characteres ante oculos nō expedit exhi-
beri. Cito eñ credulitate capiꝭ quod non intelli
gendum et ratione discutiendum / sed dumtaxat
credendum asseritur. Inde quippe fit: ꝙ eo iure
rep̄hēditur tarditas quo culpatur et maxime re-
prehensionibus subiacet: cū ex ipsa nulla bona /
sed plurima damna proueniāt. De illa profecto
dixerim / qua duce fide vel studio veritas ī intel
lectum traijcienda tardaꝭ: aut non app̄henditur
virtus expediens. In aliquibus etiam tarditas
Iacobi. 1. cōmendaꝭ / ſm apostoli Iacobi sententiaꝫ: Sit
omnis homo tardus ad loquendū / et tardus ad
iram. Sed hic a christo illa reprehēdiꝭ tarditas
que sub vmbraculis fidei non q̄escit: nec festinat
se in scripturaꝝ et ꝓphetarū fidē traijcere: sine q̄
nulla vere percipitur veritas: nec eis fide nō ad-
hibita potest fieri pietas. Porro ex hoc colligiꝭ
prophetas domini fuisse veraces: veraqꝫ ꝓtulis
se de christo oracula: ꝛ si qua christus in hoc mū
do visibiliter gessit ī carne ab eis ante p̄dicta: cū
christus resurgens a mortuis / eā increpauerit di
scipulos tarde credentes. Abijcienda est tardi-
tas que vitium non festinat expellere: nec nititur
adhibere virtutē. Vituperāda tarditas ad expe
diens: vbi mors nec sua molimina tardat: ꝛ na-
tura tēpore et vita proprie procedit in finē: et ni-
hil sistit in reb⁹ quod suis legib⁹ a deo posit⁹ ve
locitate non pergat. Sola tarditas hoīm est in
culpa: cū mente auriga virtute ac moderatis mo
ribus nō ꝓficiūt. Sed quod Christus adiecit de
opportunitate patiēdi / posset animos dubijs que
stionibus cōturbare: si sibi aliqua fuit domina-
ta necessitas: ꝛ ꝙ aliter non potuisset intrare in
gloriā / nisi ante talia pateref. Proinde oīne du-
biū auferaꝭ de cordib⁹ hoīm / christū nō ita pas
sum fuisse quin aliter potuisset redimere redimē
dum aut in suā gloriā conuolare: sed quod fuit de
centius redēptori / aptius sane redēptis / hoc op
portunius fuisse credamus: vt opportunitas nō
sit necessitas quin aliter: sed decētiā ꝓmisam po-
tius taliter asseramus incognitā nobis / nisi ex fi
de: quousqꝫ gloriā ꝓ nobis emptā sanguine ca-

piamus. Vt aūt christus assereret ꝓphetas fu-
isse veraces: et facta clarior esset argutio: cepit
eis scripturas interp̄tari. [Incipiēs a moyse et
om̄ibus prophetis / interpretabaꝭ illis in om̄ib⁹
scriptur⁹ que de ipso erāt.] Tradūt hebrei p̄mū
oīm ꝓphetaꝝ fuisse moysen: ꝛ ante illū nullū p̄-
cessisse prophetā: ꝓphetauit eñ de p̄teritis ꝛ fu-
turis. Sed nec intelligēdū: cū christus clare de
scripturis preteritorū gesta ꝛ oracula claudenti-
bus loqueref: ꝙ tm̄ a tēpore quo moyses mūdo
claruit / ordiref: sed ab eo tēpore quo orsus est /
quo gesta hoīm christū in suis passionibus figu
rantia inceperūt: vt quāq̄ꝫ illas scripturaꝝ inter-
pretationes quas ꝑgēdo christus disseruit / euā-
gelista nō scripserit: ita tñ dixisse meis offerꝭ ob-
tutibus: vnde formā illius sancte argutiue inter
pretationis sumentes dicimus: O stulti et tardi
corde. Nōne cū de⁹ adē dormiētis formaret euā Gene. 2.
ex latere / hanc p̄signauit in christo quā recolimus
passionem: cū somno mortis dormiret in cruce:
ꝙ ī illo sanguine defluēte de christi latere mater
oīm fideliū formabatur ecclesia: velut in illo ꝛ ex
illo a deo mater omnium viuentiuꝫ formata est
eua: vt sequeretur gloria redempti corporis / vir-
tute atqꝫ merito capitis morientis? Nonne cum
Abel iustus in agro a fraterna cum fuste ligni fu Gen. 4.
it interfectus inuidia / figurauit christum quem
tristes vertitis inter verba: qui ab inuidia iudeo
rum / quorum frater per carnem effectus erat / in-
terfectus est ligno crucis in agro mūdi: vbi salu
tem omniuꝫ peracturus aduenerat? Nonne noe Gen. 7
ab vndis validis agitatus in ligno / Christi pas-
sionem per quandam vmbram asseruit? Nonne
nudatio noe facta in tabernaculo suo pre inca- Gen. 9.
luitione vini accepti ex vinea quaꝫ plantauerat /
illam crucis christi nuditatem ostendit: que fa-
cta est protinus ex amore quam gerebat ad quā
creauerat creaturā? Peregrinatio abrae / Chri- Gen. 12.
sti peregrinationem monstrauit: spectat ad pas-
sionem mundo fieri peregrinā. Nonne immola Gen. 22.
tio quam abraam libens faciebat de filio / tradi-
tionē eterni filij ab eterno patre in mortē exp̄ssit?
Nonne aries inter vepres cornibus herens / chri
stum inter spinas crucis pēdentē p̄monuit? Nō-
ne idem aries immolatus / ꝛ isaac liberatus pan
duit in cruce passam carnem / ꝛ liberam ab om̄ib⁹
passionibus deitatem? Nonne persequēs esau ia Gen. 33
cob vnde passus factus est gloriosior: christi pas
sionem iudeis astruxit: vnde gloriosior visus est
ꝑ gloriā resurrectiōis? Nōne vēdit⁹ ioseph inui- Gen. 37.
dia germanoꝝ / christi vēditionē adūbrata figura
p̄docuit? Nōne idē ioseph cū appeteretur ad ne- Gen. 39
fas / reliq̄t palliū in manu egyptie meretricis: reli
ctā christi carnē ī cruce atqꝫ sepulchro p̄signauit
cū cōsentire nollet damnate cōcupiscētie iā adul
tere synagoge: ideqꝫ posit⁹ in carcere innocentia
succūbente / ꝓ tpe iniusticia p̄ualēte: Demū edu-
ctus fact⁹ ē dn̄s in tota terra egypti: ꝛ egyptiaca
lingua mundi saluator appellat⁹ est: ea que facta
sunt in christo per mortem et resurrectionē ī vm
bra p̄notauit? Nōne plurima moysi gesta in pro

pria persona Christi passionem ⁊ gloriam resur-
Exodi. 12. rectionis insinuãt? Nõne agnus occisus ad expe
ditionem filioꝝ israel de egypto: sicqȝ assus/sicqȝ
comestus/sicqȝ eius sanguis per postes ⁊ limina
ria positus: mortem Christi/cuius sanguine libe
ramur/per figuraȝ inclamitat? Nonne sanguis
omnium animaliũ oblatoꝝ/in quo fiebat expia-
tio populi et cuiuslibet delinquẽtis: Christi san-
guinem quo redempti sumus/mundati atqȝ pur
gati: per quandam futuroꝝ imaginem longe an
Num. 21 te monstrauit? Nonne suspensus serpens eneus
in eremo/ad cuius aspectum morsi a serpenti-
bus leuabantur sonoꝝ mundo nunciauit Chri-
stum in eremo mundi pendentem: ad cuius fi-
delem aspectum morbidi facti a peccatis et de-
Nu. 20. monibus liberantur? Nonne mors Aaron sum-
mi sacerdotis in monte hor/Christi mortem sa-
cerdotis eterni in caluario monte futurã/in vm
Josue. 6 bra precessit? Nonne Raab meretrix per coccuȝ
in signo positũ/semetipsam suosqȝ liberãs: adũ
brato mysterio ecclesiã collectã de gentibus/cũ
idolis meretricantẽ: liberatam in Christi sangui
ne quẽ in signo sibi posuit/ꝑuiabat? Nõne Sã
Judi. 16. sonis passio a Dalila: et mors/quã spiritu inspi
rante sponte sibi obtulit: plures moriẽs ꝙ viuẽs
de inimicis interimens: passionem Christi a sy-
nagoga/et mortem quam suapte suscepit: qua fa
ctus victor inferni/destructor mortꝭ antique/se-
creto mysterio in se portauit? Nonne persecutio
quã passus Dauid a Saule atqȝ ab Absolon se
pe fuit: qua factꝰ excelsior passionẽ Christi quaȝ
sic pati voluit/suis processibus indicauit? Nõne
persecutio/quã passi sũt Helias/Helizeus cete-
rıqȝ prophete? Nonne interfectio zacharie inter
tẽplũ et altare/sectio Esaie: passionẽ ⁊ mortẽ dñi
multo ante tẽpore nunciarũt? Sed preter ea que
vmbraticis figuris gesta narrant: q̃ i ꝑpheticis
sermonibꝰ ꝓclamata: si nõ oĩa/saltẽ nõnulla ꝑ-
tinus adordiamur? Nõne moyses ꝑphetice de
Deut. 28. christi morte locutꝰ est israeli/dicẽs: Et erit vita
tua q̃si pendens ante oculos tuos? Timebis no-
cte ⁊ die: non credẽs vite tue. Uita factꝰ erat chri
stus populo israeli ac omĩ natiõi q̃ sub celo est: si
voluissent in illam per fidẽ ⁊ amorẽ intẽdere/ipo
Joan. 14. dicẽte: Ego suȝ via/veritas ⁊ vita. Nonne ista vi
ta pependit in cruce/ad tẽpꝰ moriens ante ocu-
los iudeoꝝ: sed timẽtes noctẽ aduersitatis incur-
rere: ⁊ diẽ prosperitatis ꝑdere quã habebãt/hu-
ic vite nullatenus crediderũt? Nõne nũc ipleta ẽ
ꝑphetia Dauid/quã in secundo psalmo posuit?
Astiterunt reges terre: et principes conuenerũt
in vnũ aduersus dñm et aduersus Christũ eius:
ita vt eũ morti traderent per crucẽ: quod genus
moriendi tũc erat horrendius. Nõne ipleta est
eiusdeȝ prophetia/quã de morte similiter ⁊ sepul
tura paulo post in psalmo tertio ipse subiecit:
Psal. 3. Ego dormiui ⁊ somnũ cepi/⁊ resurrexi: qm̃ dñs
suscepit me? Nõne q̃a nõ poterat ab inferꝭ deti-
neri: neqȝ carne in sepulchro corrũpi: sed resurge
re per viã vite/psalmꝰ quintusdecimus enarrat:
Psal. 15. Qm̃ nõ derelinques aĩaȝ meã in inferno: neqȝ
dabis sanctũ tuũ videre corruptionẽ? Nõne de-
relictionẽ/fossionẽ pedũ et manuũ/vestimentoꝝ
diuisionẽ atqȝ sortẽ ipsꝰ psalmus vicesimus in-
clamitat: Deus deus meus respice in me: quare
me dereliq̃sti? vt vna claritate cũ euangelio i ge-
stis et dictꝭ ad crucẽ refulgeat. Nõne resurrectio
nem ab inferis/et tristiciã vespertinã pro morte/
matutinam leticiã ꝓ resurrectione psalmus vi-
cesimusnonus enunciat? Dñe eduxisti ab infer- Psal. 29.
no animam meã: saluasti me a descendentibꝰ in
lacũ. Et post: Ad vesperũ demorabitꝛ fletꝰ/Chri
sto scȝ moriẽte: ⁊ ad matutinũ leticia/ipo resurgẽ
te. Lõgũ esset ad multa cõdenda volumina oẽs
psalmos euoluere: in quibus Dauid varie veraci
ter et mystice christi ꝑsecutionẽ/passionẽ/⁊ mor-
tẽ/⁊ resurrectionẽ vaticinatus est. Nonne Salo
lomon variȷs enigmaticis verbis/dũ in persona
spõse loqueretꝛ de dilecto/atqȝ ad ipsuȝ verba de-
promeret: mysteriũ crucis/passiõis/et mortis/et
gloriã resurrectiõis aperuit? Nã pro tota passio-
ne quã in corde volebat infigere/ait: Fasciculus Cãt. 1
myrrhe dilectus meus mihi/inter vbera mea cõ
morabitꝛ. Ex multis cõnexis lignis fasciculũ fa-
cimus: ex multis toleratis in ligno crucis factꝰ
est in corde memorabilis fasciculus amarissime
passionis. Et pro dulcedine pro nobis effusi san
guinis dictũ est: Botrus cypri dilectus meꝰ mi- Ibidẽ
hi/in vineis engaddi. Pro singularitate autem
vite christi: et pro vmbra crucis sub qua possꝭ re
quiescere malis caloribus estuatus: et pro dulce
dine que de amaritudine illius patibuli carpitꝛ:
etiam scriptũ est: Sicut malus inter ligna sylua- Can. 2
rum: sic dilectus meꝰ inter filios hominũ. Sub Ibidẽ
vmbra illius quem desyderauerã sedi: et fructus
eius dulcis gutturi meo. Nonne cũ inuitatꝛ spõ
sa in foraminibꝰ petre/i cauerna macerie: signifi
cabatur ecclesia inuitanda: vt conuersaretur per
fidem et dilectionem in vulneribus passi Chri-
sti? Quomodo ergo inuitaretur: nisi Christꝰ pas
sus i veritate crederetur? Surge amica mea spe- Ibidẽ
ciosa mea: et veni columba mea in foraminibus
petre/in cauerna macerie. Petra protinus chri-
stus est: foramina siquidem sunt vulnera manu-
um et pedũ. Maceria corpus est christi: quod
solubile ab anima factum est. Cauerna eius aper
tio est lateris: quam vnus militum lancea fecit:
ex qua nobis sanguis ⁊ aqua profluxit. Nonne
cum eadem sponsa dilectum nominat rubicun- Can. 5
dum: christum denunciat sanguine cruentatuȝ?
Nonne cum se dicebat ascensuram ad palmam/ Can. 7
eiusqȝ apprehensuram fructus ecclesiaȝ omnino
descripsit: que ascendit ad palmiferam victoriaȝ
crucis: cuius edit fructus omnibus dulciores?
Sed vnde victoria/nisi de cruce ⁊ de morte? Un
de fructus/nisi de resurrectione? Quid clarius/
ꝙ quod de cruce vltra scriptum est? Sub arbo- Can. 8
re malo suscitaui te: ibi corrupta ẽ mater tua: ibi
violata ẽ genitrix tua. Sub arbore malo suscita-
ta est ecclĩa: postꝙ i cruce christꝰ fuit morte ꝑem
ptus: i q̃ seuiter ⁊ sic passus est: sub q̃ corrupta ⁊
violatata ẽ synagoga: q̃ mater ẽ ex antiquo ecclĩe

nouiter militantis. O stulti et tardi corde. Nōne
sine fucatione verborum in libro sapientie scriptum
Sap. 2. est/quod in Christo plenissime gestū est: Circum-
ueniamus iustū: quoniā inutilis est nobis/et con
trarius ē operibus nīs. Improperat nobis pecca
ta legis: et infamat ī nobis peccata disciplinē no
stre. Promittit se scientiā dei habere: et filiū dei
se nominat. Factus est autē nobis in traductio-
nem cogitationum nostrarum. Grauis est etiam
nobis ad videndum: quoniam dissimilis est alijs
vita illius/et immutate sunt vie illius. Tanq̄ nu
gaces estimati sumus ab illo: abstinet se a vijs
nostris/ tanq̄ ab immundities. Prefert nouissi-
ma iustorum: et gloriatur patrem se habere deū.
Videamus ergo si sermones illius veri sint: et tē-
temus que ventura sunt illi: et sciemus que erūt
nouissima illius. Si enī est verus dei filius/ susci
piet illū: et liberabit de manu contrariorum. Con
tumelia et tormento interrogemus illum: et scia-
mus reuerentiam ipsius: probemus patientiam
eius: morte turpissima condemnemus illū. Nō-
Esa. 53. ne quippe Esaias aptissimis oraculis christi pas
sionem et mortem/sepulturam et resurrectionem
spiritusancto afflatus asseruit: vt velut si euange
lium legerimus / cum illius scripturam legimus/
Esa. 22 clare conspicimus? Nam pro cruce dictū est: Da
bo clauem domus dauid super humerum eius:
et aperiet/et non erit q̄ claudat: claudet/et non erit
qui aperiat. Clauis super humerum crux est ap-
posita dorso eius: cui versa facie ad homīes cru
deliter fuit affixus. Et statim sequitur: Utilitas
passiōis/ apertio celi electis nunq̄ claudenda: re
probis vero nunq̄ aperienda: et reseratio infer-
ni ad eductionem sanctorum/ a nemine tunc fir
manda: et ipsius clausura damnatis in eternum
non remouenda. Nonne pro libera expositione
totius corporis ad vulnera: et faciei ad alapatio-
nes/depilationes et increpationes et sputa: de
Esa. 50. ipso scriptum est: Corpus meum dedi percutien-
tibus: et genas meas dedi vellentibus: faciē me-
am non auerti ab increpantibus et conspuenti-
bus in me? Nonne immediate pro victoria mor-
tis/et gloria resurrectionis adiunctū est: Domi-
nus deus auxiliator meus: ideo non sum confu
sus: Ideo posui faciem meam durissimam: et scio
quoniam non confundar? Nonne pro vtilitate/
Esa. 53. abiectione/despectione ipsius dictum est: Vidi-
mus eum: et non erat aspectus eius: Et desyde-
rauimus eum despectum et nouissimum virorū/
virum dolorum et scientem infirmitatem: et ab-
sconditus vultus eius et despectus: vnde nec re-
putauimus eū? Nonne pro subleuatione nostro
rū facinorum dictū est: Vere languores nostros
ipse tulit: et dolores nostros ipse portauit? Nōne
pro apertis percussionibus eius dictum est: Et
nos putauimus eum quasi leprosum/percussum
a deo et humiliatum? Nonne quia iniquitates et
scelera nostra/non sua hec fecerūt: additum est:
Ipse autem vulneratus est propter iniquitates
nostras: attritus est propter scelera nostra? Et fru
ctus sanitatis nobis ex eius infirmitate proueni

ens statim adiūctus est: Disciplina pacis nostre
super eum: cuius liuore sanati sumus. Nonne
quia humana natura vnde pro iniquitatibus sa
tisfaceret non habebat: et Christo imposita fuit
salina facinoris: scriptū est: Et dominus posu-
it in eo iniquitates omnium nostrū? Nonne pro
eius voluntate spontanea patiendi dictum est:
Oblatus est quia ipse voluit: vt nō credatur in-
uite seu violentatus ab impijs hanc seuam susti
nuisse ab emulis passionē. Nōne ad exprimēdū
magnitudinē humilitatis et māsuetudinis eius/
ouis et agni similitudo apposita est: Sicut ouis
ad occisionem ductus est: et quasi agnus corā
tondente se obmutescet: et non aperiet os suum?
Nonne ibidem proinde et paternum decretū in
morte eius scriptum est: Propter scelus popu-
li mei percussi eum: vt agnoscat humana natu-
ra tam magnum amorem circa se in eterno pa-
tre ab eterno fuisse: vt redimeret ab eterna morte
seruum: temporali percuteret sine peccato filium?
Nonne stulti et tardi corde recolitis ibidem scri
ptam liberationem israel: quam nondum factam
deploratis: et non solum iudeorum/ sed ceterarum
penitus nationū: vt pro sepultura ipsius et mor-
te horum sit liberatio subsecuta? Et dabit impi- Ibidem.
os deo patri in libertatem pro sepulturā: et diui-
tem p morte sua: vt impij sint populi nationum:
quia cultu vere pietatis carebant. Diues fuit po
pulus iudeorū: qui legalibus sacrificijs et culti-
bus diuinis et cerimonijs plurimis se diuitem as
serebat. Itēq̄ vt pro supplicijs toleratis/ vt plu
rimorum credatur redemptio/et libertas etiam
trangressorum: perstricte adiectum est: Ideo di-
spertiam ei plurimos: et fortium diuidet spolia:
pro eo q̄ tradidit in mortē animā suam: et cū sce-
leratis deputatus est. Et ipse peccata multorum
tulit: et pro transgressoribus rogauit vt non pe-
rirent. Nonne pro omni bello pacto/et pro ipsius
solius sola victoria / pro omni effusione sangui-
nis et pro admiratione angelorum/ omniumq̄ al Esaie. 63.
ma fide videntium scriptum est: Quis est iste/q
venit de edom/ tinctis vestibus de bosra? Iste for
mosus in stola sua gradiens in multitudine for-
titudinis sue. Ego qui loquor iusticiam: et propu
gnator sum ad saluādū. Quare ergo rubrū est in-
dumentum tuum: et vestimenta tua sicut calcā-
tium in torculari? Torcular calcaui solus: et de
gentibus non est vir mecum. Calcaui eos in fu-
rore meo: et cōculcaui eos ī ira mea. Et aspersus
est sanguis eorum super vestimēta mea: et oīa indu
menta mea inquinaui. Dies enī vltionis in cor-
de meo/annus redemptionis mee venit. Non-
ne hieremias more mansueti agni christum vi-
ctimatum expressit? Ego quasi agnus māsuetus Hiere. 11
qui portatur ad victimam. Victima fuit christus
cuius interpellatione vel ope victoria bellatoribus
datur. Nonne sine vmbra loquendi idem Hie-
remias lignū crucis in corpus christi mittendum
apte pphetauit: Venite mittamus lignū in panē Ibidem.
eius: et eradamus eū de terra viuentium: et nomen
eius nō memoretur amplius? Et p libera resurre-

Hiere.11. ctione dictũ est: Tu aũt domine sabaoth / qui iudicas iuste: ⁊ probas renes et corda: videam vltionem tuã ex eis: tibi em̃ reuelaui causam meaz. Nonne in persona Christi etiã loquit̃: acsi celestia reliqsset / ⁊ se spõte tradiderit in manib⁹ emulorum: Hie.12. Reliqui domum meam: dimisi hereditatem meaz. Dedi dilectam animam meam in manibus inimicoꝝ meoꝝ. Et pro seuitia synagoge que morti postulauit ipsum magnis vocib⁹ iudicari / sine interpolatione subsequit̃: Ibidem Facta est mihi hereditas mea / q̃si leo in sylua: et dedit cõtra me vocem. Nonne ꝓphetando saluatorem cecinit affuturum saluaturũ israel: de quo diffiditis iã fecisse / huncq̧ vagũ incessisse per mundũ: quousq̧ subiret patibulũ saluator noster ĩ tẽpore tribulatiõis? Unde saluator / nisi suscepta morte resurgeret: ⁊ peregrinationẽ ei⁹ sine ꝓprijs laribus immediate subiecit: Hie.14. Quare q̃si colonus futurus es in terra: ⁊ quasi viator declinãs ad manendũ? Quare futur⁹ es velut vir vagus / ⁊ fortis / qui nõ potest saluare? Et quanq̃ vt diffidens scriptura loqueretur: tamen statim de vera liberatione securitatem potestatis adiecit: Ibidem Tu autem in nobis es domine: et nomen tuum inuocatum est super nos: ne derelinquas nos. Nonne idem Hieremias personaliter figuram tenuit: acsi christ⁹ ꝓ pressuris tolerandis loqueretur ad patrẽ: a quo sue liberationis accepit oraculũ? Hie.15 Tu scis domine: recordare mei / ⁊ visita me / ⁊ tuere me: noli in patientia tua suscipere me. Scito quoniam sustinui pro te opprobrium. Inuenti sunt sermones tui: et comedi eos. Et pro spe resurrectionis / passionis verbum in gaudium vertebatur. Et factũ est mihi verbum tuum in gaudium et in leticiaz cordis mei: quoniam inuocatum est nomen tuum super me domine deus exercituũ. Et ꝙ penitus in protectionem populi dandus esset desuper liberatione promissa paterna: post sequitur: Ibidē Et dabo te populo huic in murum ereum et fortem: et eruam te dicit dominus: et liberabo te de manu pessimorum: et redimam te de manu fortium: vbi aperte colligitur liberatio capitis ⁊ membrorum. O stulti ⁊ tardi corde. Nonne deus ostendit Hieremie in opere figurali / qualiter christus cum corpore suo resurrectioni ex morte donandus erat: cum ipsum in domum figuli iussit descendere ad ocularem visionẽ operis eius: vt ibi cognosceret mortem et resurrectionem capitis et membrorum. Verbum quod factum est Hie.18 ad Hieremiam a domino / dicens: Surge / descẽde in domum figuli: et ecce ipse opus super rotã faciebat: et dissipatum est vas / quod ipse faciebat manibus suis: conuersusq̧ fecit illud vas alterũ / sicut placuerat oculis eius vt faceret. Hec siq̇dem similitudo indagatioribus animis mortem et resurrectionem pronam pandit. Nonne iudeorum cogitationes atq̧ consilia de Christi morte complenda: et Christi piam querelam in sua persona / vt factum in Christo cognouimus Ibidem idem Hieremias aperuit? Et dixerunt: Venite cogitemus contra Hieremiam cogitationes. Non enim peribit lex a sacerdote / neq̧ consiliũ a sapiente / neq̧ sermo a propheta. Venite percutiamus eum in lingua: ⁊ non attẽdamus ad vniuersos sermones eius. Vbi statim pia eius et iusta querela subsequitur: et velut homo exquirit consilium. Attende domine ad me: et audi voces aduersarioꝝ meoꝝ. Nunq̇d redditur pro bono malum: quia foderunt foueam anime mee? Recordare ꝙ steterim in cõspectu tuo: vt loquerer pro eis bonum: ⁊ auerterem indignationem tuã ab eis. Et quod passus est ab phassuyr principe sacerdotum in domo domini: persecutionem quam christus habuit a principe sacerdotum / propter verbum veritatis luce clarius mõstrat. Et lamentatio quam Hieremias protulit de seipso / adumbrato mysterio de christo preferebatur. Acsi Christus de se loqueretur ad patrem: Seduxisti me domine / et seductus sum: fortior me fuisti / et inualuisti: factus sum in derisũ tota die. Hie.20. Om̃es subsannant me: quia iam olim vociferans iniquitatem et vastitatẽ clamito. Et factus est mihi sermo domini in opprobrium et in derisum tota die. Statimq̧ pro liberatione ꝑ resurrectionis gloriam aperte subiecit: Cantate domino / laudate dominum: quia liberauit animam pauperis de manu malorum. Quoniam autem prophetauit aduersus ciuitatem in nomine domini omnia mala que ventura erant super eam propter peccata maiorum / et multitudinez iniquitatuũ: per principes ⁊ populm adiudicatus est morti: quanq̃ mors non ilico sequeretur. Sic nempe in Christo nouimus actum: cum iusta et vera et futura de Hierusalem et synagoga decerneret. Nonne Hieremias in medio ciuitatis lamentabiliter deplorans excidium ciuitatis / de seipso lamentationem compilans / passionem / mortem / sepulturam / descensum ad inferna / clamorem Christi pro sua et omnium liberatione / verbis varijs et enigmaticis atq̧ mysticis / lamentabili deploratione monstrauit? Ego Tre.3. vir vidẽs paupertatẽ meã in virga indignationis eius: me minauit et adduxit in tenebras ⁊ nõ in lucem: tantũ in me vertit / et circumuertit manum suam tota die. Vetustam fecit pellem meam et carnem meam: cõtriuit ossa mea. Edificauit in gyro meo: et circundedit me felle et dolore. In tenebris collocauit me / q̃si mortuos sempiternos. Tetendit arcum suum: posuit me quasi signum ad sagittam. Hoc etiam Symeon iustus ꝓphetauerat: cũ ipm̃ adhuc paruulũ teneret in manibus. Ecce positus est hic in ruinam Luce.2. ⁊ ĩ signũ cui cõtradicet̃. Subdit etiã: Factus suz Treno.3. ĩ derisũ om̃i pplo meo canticũ eoꝝ tota die. Repleuit me amaritudinib⁹: inebriauit me absynthio. Dabit ꝑcutiẽti se maxillã: saturabit̃ opprobrijs. Venatione ceperũt me / q̃si auẽ inimici mei gratis: lapsa est ĩ lacu vita mea. Posuerũt lapidẽ super me: inundauerunt aque super caput meũ. Dixi / perij. Et ĩmediate pro resurrectione adiunctum est: ꝙ ad petitionem et inuocationem ei⁹ qui ad inferna descenderat / fuerit celebrata. In

nocaui nomen tuũ dñe de lacu nouissimo: vocē
meã audisti. Ne auertas aurem tuam a singultu
meo et clamoribus. Appropinquasti in die/ quã
do inuocaui te: et dixisti/ ne timeas. Judicasti cau
sam anime mee/ redemptor vite mee. Quaz igit
lucide vba ista de his que Christus passus est/
sonuerunt? Et ꝙ clare: ꝙ ope inuocata paterna/
destructa lege tartarea/ lapide supato sepulchri
mortis deuicto imperio resurrexit. O stulti ⁊ tar
di corde: quid pro passiõe atq; resurrectione dici
clarius potuit: ꝙ quod Hieremias prope finem
Treno. 4. sue lamẽtatiõis expssit? Spũs orĩ ei⁹ christ⁹ do-
minus captus in peccatis nostris/ cui diximus:
In vmbra tua viuemus in gentibus. Quid nu-
catius istis vbis dici potuit: que diligenter dis-
cussa/ passionẽ ⁊ morte/ sepulturã/ descensum ad
inferos/ resurrectionẽ ab eis/ libertatẽ ĩ gẽtibus
mysticis ⁊ varijs vocibus cantant? Nõne pphe
Ezech. 24. tauit Ezechiel: ꝙ p seipsuz dñs liberatur⁹ oues
q̃s mali pastores male tractauerũt/ oĩno vẽtur⁹
erat? q̃ fecit vt verus pastor aĩam pro ouibus po
Danie. 14. nens. Nonne missio Danielis in lacũ leonũ p-
pter legẽ dei quã intemerate seruauit/ ei⁹ fuit p̃-
nuncia passionis et mortis? Nõne ipsius libera
tio/ resurrectionis indiciũ fuit? Nõne qr q̃dẽ da-
niel bel destruxerat/ draconẽ interfecerat/ ad cla-
morem populi vice alia in leonũ lacuz extitit in-
tromissus? Et cũ mansisset intactus diez hebdo
mada liberatusq;: pclamatũ est magnũ esse deũ
Danielis: q̃ sic illũ seruauit illesum: christũ cõtin
gentia clarefecit. O stulti et tardi corde ad cre-
dendum que pphete p̃dixerũt. Nõne liberatio-
nẽ quã adhuc factã non creditis: ⁊ resurrectiõis
vitã in tertio die/ vnde oĩb⁹ vere fidelib⁹ resur-
rectio vera tribuit: ozee ppheta letanter futurã
Osee. 6. asseruit? Uenite ⁊ reuertamur ad dñm: qr ipse ce-
pit/ ⁊ saluabit nos: pcutiet/ ⁊ curabit nos: viuifi-
cabit nos post duos dies. In die tertia suscita-
bit nos: ⁊ viuemus in conspectu eius. Nõne de
destructiõe mortalis imperij/ ⁊ de his quos edu
xit ab inferis: nõ adumbrato/ sed apto vbo cla-
Osee. 13. mauit: Ero mors tua o mors: ero morsus tuus
inferne? Quia mortẽ morte superauit: nec oẽs
detrusos extraxit ab infer: sed quos ab eterno
deus pater preordinauit: ⁊ qui momordit/ nõ to
tum/ sed partez abscidit. Nõne saluationẽ quam
Johe. 2. oẽs appetunt/ Johel per christũ ante dixit in
monte sion ⁊ hierusalẽ esse futurã? In mõte sion
⁊ hierusalẽ erit saluatio/ sicut dixit dñs: ⁊ in resi-
duis quos domin⁹ vocauerit. Unde igit salua-
tio/ nisi per mortẽ christi: q̃ liberaremur ab oĩ
morte/ que oẽm saluationẽ ademerat? Nõne cõ-
Amos. 2 minatio facta p Amos populo israel/ obũbrati-
ce suppositam causam habuit: quã vere habitu-
ra erat/ ꝙ christũ argento vendidit? Sup tribus
sceleribus israel/ ⁊ super quartũ nõ conuertã eũ:
eo ꝙ vẽdiderit argẽto iustũ/ ⁊ pauperẽ p calcia-
mentis. Illa eñ cõminatio venditionẽ ⁊ mortez
Amos. 5. iusti ⁊ paupis habebat ĩ causa. Nõne idẽ Amos
odiuz iudeoꝝ ⁊ abominationẽ in christũ: q̃a eo-
rum arguebat delicta/ ⁊ loquebat perfecta: vnde

christus extitit interemptus/ edocuit? Odio ha-
buerunt in porta corripientẽ: ⁊ loquentẽ perfecte
abominati sunt. Personatio abdie contra edõ: Abdie.
q̃ sanguineus dicit ppter infectionẽ ⁊ iniq̃tatez
in fratrẽ/ mortẽ christi vmbratice p̃ostendebat.
Nõne Jonas aptissime in fugitiuo naufragio/ Jone. 1. et 2.
⁊ in absorbitione atq; tridua detentiõe in vtero
⁊ vomitu ipsius a pisce: christi passionẽ ⁊ mortẽ
⁊ triduanã sepulturã/ ⁊ resurrectionẽ gloriosam
longe ante in seipso presagiauit? Nõne quia sic
oportuit pati christũ/ percussionẽ maxille ipsius 3. Re. 22.
Micheas ad cõfusionẽ filie latronis imprope-
rat? Nõne naũ patientiã in passione/ fortitudinẽ Naũ. 1.
in resurrectione Christi: dũ iussu dñi ciuitatẽ in-
crepat/ aperte cõmemorat? Nonne Abacuk sup Abacuk.
custodiã speculatiõis sue christũ cõtemplabat ĩ
cruce: in cuius cornib⁹ virtutẽ esse pduxit? Nõ-
ne Sophonias per p̃parationẽ hostie: q̃ sanctifi Sopho. 1.
candi erant electi atq; vocati: hostiã salutarẽ cor
poris christi oblatam in cruce pro his/ quos ab
eterno pater p̃destinauit/ exposuit? Nõne ipse idẽ
cũ seuitiã ciuitatis hierusalẽ/ pncipũ ⁊ sacerdotuz Sopho. 3.
atq; plebeioꝝ exprimeret: christi reprobationẽ ⁊
passionẽ ⁊ mortẽ inclusit? Ue puocatrix et redẽ-
pta ciuitas colũba: non audiuit vocẽ: et nõ susce
pit disciplinã. In dño non est cõfisa: ad deũ suũ
nõ appropinq̃uit. Principes eius in medio ei⁹
q̃si leones rugientes. Judices ei⁹ q̃si lupi vespe-
re/ nõ relinquebãt in mane. Prophete eius vesa
ni/ viri infideles. Sacerdotes eius polluerũt in-
iuste: egerunt cõtra legẽ. Dñs iust⁹ in medio ei⁹
nõ faciet iniq̃tatem. Hec siq̃dem vba perspica-
cibus malitiam ⁊ pprietatẽ illoꝝ q̃ cõtra Chri-
stum cõuenerũt/ sine nube declarãt: ⁊ euenisse ab
his infallibilem christi passionem et mortẽ: libe
rationẽ vo gentiũ ⁊ oĩm credentiũ post resurre-
ctionẽ si q̃s legerit subsequenter/ inueniet. Nõne
Aggeus ppheta de tẽpli renouatione in melius Agge. 2.
et de cõmotione celi ⁊ terre/ atq; de aduentu de-
syderati a cũctis gentibus: per figurã ⁊ quoddã
enigma/ christi natiuitatẽ/ passionẽ ⁊ mortẽ/ simi
liter ⁊ resurrectionẽ p̃texuit? O stulti et tardi cor-
de ad credendũ apertissima dicta pphetaꝝ. Nõ
ne oĩa que videbat zacharias de iesu sacerdo- zach. 3.
te magno certo mysterio per oĩa christo cõue-
niũt: q̃ vere iesus oĩm saluator sacerdos magn⁹
fact⁹ in eternum/ semetipsum obtulit deo patri?
Nõne humilitatẽ quã in delatura sui corporis
a subiugalib⁹ ostendit/ prout acta est/ ante p̃di-
xit? Exulta satis filia sion: iubila hierusalẽ. Ecce zach. 9.
rex tuus veniet tibi iust⁹ ⁊ saluator. Ipse paup et
mitis/ ⁊ ascẽdens sup asinã ⁊ super pullũ filium
asine. Etiam argẽtoꝝ triginta christi vẽditionẽ
nõ tacuit: Et appenderũt mercedẽ meã triginta zach. 11.
argenteis: magnũ planctũ mortis eius aperuit.
Nõne idẽ zacharias plagas manuũ/ pcussionẽ
ipsi⁹ velut pastoris/ dispersionez gregis/ apertis
vocib⁹ cecinit? Quid sunt plage iste ĩ medio ma zach. 13.
nuũ tuaꝝ? Et dicet: His plagatus suz in domo
eoꝝ/ qui diligebãt me. Framea suscitare sup pa-
storẽ meũ: ⁊ super virum coherentem mihi/ dicit

dñs exercituū. Percute pastorem: et dispergent oues gregis. Nõne Malachias p toleratū dñi laborem notam fecit pphetice toleratam domini passionē? Quis vehemētior labor ꝙ in passionibus mori? Nõne sub nõie angeli christū venturū ad templū: ⁊ purgationē completurū filiorū Leui verbis multis ⁊ mysticis ptexuit? Sed vnde purgatio filiorū hominum: nisi per mortem illius qui hominum non potuit habere peccatum? Ecce ꝙ magnam nubem testimoniorū habemus appositam super mysterio passionis et mortis: ⁊ sup gloriam sancte resurrectiõis nostre beneficiū libertatis: que testimonia si ab eorum vmbra disserendo singula venissemus in lucem atqꝫ coaptationem gestorū domini saluatoris: absqꝫ dubio non comica sed ampla fuissent congesta volumina. Nec scriptura sacra euacuanda credatur dissertiõe verborū: altiora enim continet ꝙ speculetur intellectus humanus: que ab ipso non conspecta creduntur. Nec in hac parte presumim⁹ sic ⁊ eo ordine quo christus duob⁹ discipulis disseruit disseruisse: ſ; testimonia posuimus: non per singula monetauimus disserendo: ne improprietatem aliquā necteremus: nõ affirmantes eum tenuisse ordinem quem saluator interpretando tenuit: maxime cum euangelica pagina illum silendo pretereat: ſ; tenuisse ordinem scripturarum ⁊ prout ecclesia subordinat numerum prophetarum. Non etiam omnia testimonia posuisse gratulamur: quoniam multa sub velamine manent ⁊ comprehendere illa nequimus: tamen ex his paucis materia paratur ad plura diligenter querēda per codices scripturarum sanctarum. Et in his dumtaxat potest clarefieri per fidem pie querentium intellectus. Quid igitur reprehendi de tarditate credendi non timeant? Quid cūctetur in passionis ⁊ mortis ⁊ resurrectionis christi credulitatem venire: cū tam numerosum ⁊ piū concentum in his gestis asperit scripturarū: quem concentum nemo dormire fecit. Adhuc enim scripturarum voces gesta ⁊ gerenda concorditer enarrando clamant. Sed cum christus scripturas que de eõ erant interpretando loqueretur non retardabat incessum: vt loquendo incederet ⁊ incedendo doceret. Etenim causa nostra via ꝙdiu durabit ecclesiastica scriptura mensuratur: ⁊ ecclesia intelligendo pergit: vt non pro mansione ſ; pro eruditione vie vt deueniamus in patriam factam penitus scripturam credamus. [Et ille disserens illi audientes appropinquauerunt castello quo ibant:] discipuli scilicet intentione: christus vero vt innotesceret se sociū itineris fecit. Nihil sibi de castello penitus erat. Quamobrem [finxit se longius ire:] et iuisset omnino longius ab eis p fidem: ⁊ corpe declinasset in quam voluisset viā nisi ab eorū fuisset pia charitate detentus. Nec huiuscemodi fictio notā habet peccati atqꝫ delicti: nec rephensionib⁹ quorūcumqꝫ hoīm subiacet: si christus ꝙ oīa nouit anteꝙ fiant his discipulis se tali pacto tacito sociauit: vt si exardescerent amore in eum auditis tam altis declarationibus scripturarū: si essent hospitalitatis feruidi amatores: si hominē noticia peregrinū ex charitate vt notum fratrē susciperet: cum eis in hospitiū diuertisset (alias graderet) Nec perperā fingit qui vult hoīem in virtute aut sciā experiri si experiendi aptitudinē captat: dum non querit aut tentat decipere sed incognitorum dare sciētiam. Fingit sepe paterfamilias vt subiectorū pcipiat bonitatem. Fingit discipulo sepe magister: vt noscat quid sentiat ⁊ vt erudiat amplius Fingit sepe mater paruulū ad terrā deiicere filium quē portat in vlnis: vt ipse tenacius hereat. Nõ sunt maculosa figmēta morū honestate seruata: ⁊ dum postmodū irrogant additamēta scientie siue ṽtutū seu ꝙcunqꝫ incrementa bonorū. Proinde christus nõ fingebat in fraudē: cum processisset vlterius put gestu corpis ostendebat nisi illum illi pia rogatione coegissent. Vñ [coegerunt eū dicentes: Mane nobiscū dñe: quoniā aduesperascit: et inclinata est iam dies.] Sed quõ cogit christus ꝙ nullis ptātibus subiacet? Penitus pijs pcibus ⁊ orõnibus humilib⁹ detinebāt. Hoc ꝗppe mõ Jacob angelū detinebat: cū angel⁹ diceret: Dimitte me aurora est. Cui iacob econtrario rñdebat: Non dimittā te nisi benedixeris mihi. Nõ manu aut alia corpali potētiā Jacob detinebat angelū nisi funibus orationū atqꝫ pcaminum. Similibus resticulis Moyses dñm ligauerat: cum ipse dominus Moysi loqbat dicēs: Dimitte me vt irascat furor meus ɔtra eos: faciamqꝫ te in gentē magnā. Peccauerat dño populus in vitulo aureo: cui dñs iuste volebat irasci: sed vt in Exodo scriptura ɔmemorat Moyses dominum pcibus ⁊ pijs rogaminib⁹ ⁊ humilibus assertionibus detinebat. Non ergo violentia sed charitate atqꝫ pia oratione christus cogitur ⁊ tenet. Orabant istū velut sociū peregrinū: cuius allecti eloquēdi dulcedine secum manere gliscebant: ⁊ orabāt ad manendū: subinferentes temporis legitimas rationes: qꝛ hora est vespera ⁊ dies inclinat ad noctē: que cõmoditatē semper abstulit plus pergendi. Sed hec verba pferebant ad pfectum hominis peregrini: quē si cognouissent versa intentõe dixissent. Sed nos ꝗ fide nouimus quem illi fracto pane cognouerunt: orationem nostram istis submissis causis recta intentione faciamus. Dulcis est violentia quam infert syncerus amor: ⁊ humilis supplicatio sepe fecit assentire rogatum. Et vltra pgentes precatiua lachryma fecit redire retrorsum. Et grata est coactio quem pure virtus apposuit. Agit nobiscū saluator oīum christus vt his artibus atqꝫ violentijs cogi velit. Sed ꝗ nouit preces effundere causaꝫ submittere nõ ignoret. Fitqꝫ nobis necessaria mãsio christi: qm dies nostra tēdit ad vesperū: ⁊ mane ⁊ vespe factus est dies vnus: ⁊ tota hominū vita mane fit et vespere. Mane siquidem in luce virtutum oriente

fidei/sole iusticie consurgente/vespe cum tentati onū tenebris ꝓpinquamus. Nec credimus fuisse aliquam vitam iustoꝝ/que tentationum ⁊ pugnarum saltem inuisibilium vesperam nō habe beret. Proinde cum aduesperascit/his argumētis cogendus est dominus vt nobiscum maneat ne cadamus. Sepe nanqꝫ mane sicut viridis herba transimus/cum aliquid boni debiliter facimus. Et mane sepe florenus in apparentibus bonis/⁊ transimus motibus nostris: sed vespere decidimus in peccata: induramur ꝯsuetudine arescimus penitus a virtute. Idcirco poret qui nouit/vt nobiscum christus maneat: quoniam aduesperascit. Et nos male apti huiuscemodi vesperā sustinere/nisi nos rogati atqꝫ coacti mā sio tueatur. Mane tempus est iuuentutis: vespere senectutis. Mane temp⁹ est gratie: vespere tēpus est pugne. Mane ꝯuersionis/vespere ꝓbationis. Mane ascēsionis/vespere tempus descēsionis. Mane clara cognitio: vespere vmbratica. Mane cognitio per fidem: vespere cognitio per naturam. Mane cognitio in deo/vespere in seipso. Quam ob causam cum sic aduesperascit dies vite p̄sentis/est maxime christi mansio nobiscum fieri opportuna. Egrediuntur sepe lupi ad vesperam vt inuadant greges ouium/redeūtes ad caulas: ⁊ querunt si aliquam inuenerint separatam a grege/subterfugiētē pastoris oculos canumqꝫ latratus: quam cum inuenerint/in corpus vorando traijciunt. Et hi veloces sunt
Abacuk. i vt etiam sub figura chaldeoꝝ demones lupis vespertinis velociores esse dicunt. Et eos qui in gū sanctum iuste impositum rumpunt/⁊ vincula iusticie vt in nephanda labantur: lupus ad vesperam sepe vastat: ac per hoc cum taliter vespere fit: satagamus lucem christi manere nobiscum: quia sine ip̄o nihil facere nouimus nec valem⁹ Ecce tenetur dominus precibus pijs/vt benedicat ad gratiaꝫ: vt luctator obtinuit. Tenetur ne irascatur ad penam: vt dux populi fecit. Tenet ne illudamur aut damna patiamur ad vesperā: vt hi discipuli satagerunt. Congeminant in ore causam hi pulcherrima oratione: ꝙꝙ ignorent eum quem oppido deprecantur: ⁊ inclinatā diem esse subinferunt. Et vere totius mundi diem nouimus inclinatam/⁊ ad occasum omnia vergunt: ⁊ vniuscuiusqꝫ hominis dies ascensum habet atqꝫ decliuū. Sed de inclinatione ꝙ de ascēsione vnusquisqꝫ redditur certior: quoniam eoipso quo nascimur/vergimur ad occasum. Atqui more diei q̄ sole oriente in nostro hemispherio agitur/inuisibilis seu intellectualis constitutus est dies. Nam ab oriente sole/surgente vmbra obiecti ⁊ recti corporis ꝓtenditur in occasum. Sed quo amplius sol ascendit/ipsa vmbra breuiatur: ⁊ si sol tam ascenderit vt feratur a radijs diametraliter sup corpus/omnino vmbra deperit: ne extra corpus in partem protendat: sed tm̄ sit reflexa sup subiectā ipsi corpi terrā. Cū vero sol a medio hemispherij ꝓgrediēs/inclinauerit in occasū: dies hemispherialis incipit inclinari: ⁊ vmbra corporis in orientem protendi. Quo sol magis accesserit ad occasum/eo magis in oriente vmbra ꝓtenditur: donec sub vndis hesperijs sol occiderit: tunc non vmbra corporis/sed plena nox vbiqꝫ in supiori nostro hemispherio erit Sunt igitur vmbre mane: sunt ⁊ vmbre vespere Umbre matutine in ipso solis ortu sunt penit⁹ longiores: in ascensu breuiant/donec vltra corporis terminū non ꝓtendat. Umbre vesperi in ip̄o descēsu solis sunt breuiores: sꝫ quo magis descēderit/lōgiores fiūt donec nox vndiqꝫ subseqͣt. Ad noctescendū ex inclinatione diei per inclinationem solis/ipse sol p̄us a vallibus ⁊ locis concauis abest: deinde a collibus per lumen suū descendendo recedit: cum autem a cacuminib⁹ mōtium solis descendentis/radij abscondunt: noctem plenam dicimus imminere. Sicqꝫ statum militantis ecclesie vsqꝫ in p̄sentiarum possumus deplorare: et statum ꝙ plurium animarum/que diem fidei aspexerunt. Oritur quippe sol iusticie/sine qua salui esse non possumus/ab oriente fidei: sed in ortu ip̄o longa videtur vmbra malefactoꝝ/que in occidentem ꝓtenditur: quoniam ad eternam mortem ⁊ sempiternum occasum malefacta deducunt. Sed quanto amplius sol iusticie ascenderit per amorem animi ⁊ actioneꝫ corporis in hemispherio nostre vite/ip̄a maloꝝ vmbra breuiatur: vt etiam cum desuper nos ipse sol fulserit/nulla vmbra in partem aliquam ꝓtensa videatur: excepto ꝙ adhuc viuimus vita corporis sup terram. Cum vero sol iusticie non suo cursu/sed nostro demerito vergerit in occasum: noster virtutum dies inclinatur: reconstituuntur vmbre in orientem versum: ⁊ eo longiores quo sol descenderit amplius. Eo peiores vespertine ꝙ matutine: quia contra cognitam agitur veritatem. Ille decrescebant solis ascensu: iste vero solis descensu incrementa suscipiunt. Quid enim nephandius cum in mēte hominis sol occidit iusticie: atqꝫ inclinatur in anima veritas rationis: seu tendit in occasum ratio veritatis? Periculosa est inclinatio diei: pessime sunt vmbre vesperi huiuscemodi. Proinde Hieremias dicebat: Ue nobis/quia declinauit dies: Hiere. 6
longiores facte sunt vmbre vesperi. Propterea pijs precibus/fusis lachrymis dominū exoren⁹ his armis sibi violentiam faciamus: ⁊ profunda oratione cogamus manere nobiscum dicentes: mane nobiscum domine: quoniam aduesperascit/⁊ inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis in castellum: atqꝫ nescio in cuius paratum hospitium. Intrat inuitatus/rogatus ⁊ a pia eorum charitate coact⁹ ⁊ ꝑficitur ꝓpter quod se sociuꝫ dederat. Ante cōpletur quod longe post Joannes in Apocalypsi
descripsit: Ecce sto ad ostium ⁊ pulso: Si quis Apoc.
audierit vocem meā ⁊ aperuerit mihi ianuā: introibo ad illum: ⁊ cenabo cū illo/⁊ ipse mecum. Stetit iesus ad ostium cordis ip̄oꝝ: ⁊ ꝑ altissimos verboꝝ ictus scripturas interp̄tando pulsauit. Audierunt illi ardenti animo vocē ei⁹; non

quasi eius qui erat: sed quasi vocē eius q̄ de ipso v̄bo ꝓmebat. Et aperuerūt ianuā cordis tā serene doctrine: nō ꝓpter eum quem adhuc pegrinū habebāt: sed ꝓpter eum quem ipsi q̄rebant: ⁊ ꝓ quo ⁊ de quo videbatur peregrinus v̄ba cōferre. At ille cenam mentis in fide plus q̄ corporis comestionē requirens/cum illis recūbuit cenaturus. Illic scitum/sed non tanto mysterio vt euenit: detinebant adhuc machinamento/ne vere cognoscerent quem secum diuerterent peregrinū: fidem tamen verbis altisonantib⁹ dabant. Et vt fides plena firmaret de christo: hesitatio hesitabat. [Et factū est cū recumberet cum illis/accepit panem ⁊ benedixit ⁊ fregit ⁊ porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eoꝝ: ⁊ cognouerunt illum. Et ipse euanuit ab oculis eorum.] Non solū hospitio/sed etiā reficiendus cibo/susceptus est peregrinus. Larga enim in oībus charitas plus porrigit q̄ promittit: nec cōtenta vni necessitati apposuisse remediū/si alia premit: quousq̄ suum exoneret cellariū/semꝑ apponit. Nec plena hospitalitas suscepisse hospitio/si aderit hospiti fames. Corpus sub tecto suscipit/⁊ cibū ⁊ potū apponit esurienti qui verus est hospes. Sed ipsis recūbentibus/festinat Jesus maiora q̄ acceperit reconferre: ac sue hospitalitatis ⁊ allogie antidotū dare. Proinde accepit panem/ morem solitum seruans: ⁊ b̄ndixit: ⁊ fregit ex more: ⁊ porrigebat illis: non vt inuitatus hospes/sed vt verus dominus mense. Tunc apti sunt oculi eoꝝ mentis in fide/corpis in visione: ⁊ cognouerunt illum in fractiōe panis: quē mundus non cognouit in processu sue humilitatis. Ecce quantum valuit quieta ⁊ irrecontradicta diuinoꝝ auditio: quantum discipuloꝝ ꝓseucha/quantū hospitij ⁊ mense larga prestatio: vt his diuina cognitio adderetur. Quomodo inq̄ cognouerunt? ablato scilꝫ a corde velamine infidelitatis: ⁊ ab oculis remoto machinamēto diaboli/quo tenebant ne ip̄m in ꝑsona cognoscerent. Et statim defuit effigies peregrina: ⁊ christum in ꝑsona ꝓpria cum qua obseruati fuerant cognouerunt. Et remoueatur ambiguitas siue opinio/vt plurimi referunt: q̄ vnus istoꝝ discipuloꝝ fuerit Lucas: cuius nomen subticet more scriptorum/qui propria nomina tacent. Nam si Lucas fuit: ergo a christo euangelium didicit ⁊ christum ante cognouit: qui remoto machinamento/iterum cognouit. Et hic ex eius discipulis memoratur. Si vero Lucam omnino discipulum Pauli asseueremus / ⁊ ab eo euangelium didicisse: hic omnino quendam alium/⁊ non Lucam socium Cleophe sit necessario vt credamus: quod vtiq̄ verius autumamus. Signum forte apparuit in fractione appositi et benedicti panis: ⁊ benigna saluatoris largitio in his duobus discipulis hanc virtutem operata est. Quoniam cum pane christus porrexit et gratiam: vt ilico agnoscerent quem ante nō nouerant. Nec vnq̄ sine gratia in veritate sumitur verus panis: qui viuus ad vitam de celo descen- Joā.6

dit. Magna largitas saluatoris: meliora exhibet q̄ rogetur. Petebāt isti secum peregrini huius in hospitio habere p̄ntiam: quā modicū extiterat cōcessisse: nisi suipsius p̄stitisset plene noticiam. Qua firmiter p̄stita/statim ab oculis eorum euanuit. Nō sunt supflua opa saluatoris/nihilq̄ resecabile habēt: omnia siq̄dem facta sunt ad mensuram ⁊ regulam: nā si plus expediuisset ad reparationeꝫ deꝑdite atq̄ nutantis fidei/de p̄ntia sua tempis spacio plus dedisset. Sed eos ante tam valide instruxerat irrefragabilib⁹ testimonijs scripturarum: q̄ per modicum ostensa clare p̄ntia/ad plenum in fide illoꝝ animos solidauit. Hac dūtaxat preacturus aduenerat/nō amplius corꝑaliter post resurrectionē cum mortalibus consolari. Sed quo euanuit? Illo quo valebat: scꝫ quo ferebat dote agilitatis: que donū dei est glorificati corpis: vt subito possit quo velit ⁊ se offerre/aut auferre hominū obtutibus quando velit. Unde subito stupor sanctus obrepsit: ⁊ mutato dolore [dixerūt ad inuicē Nonne cor nostrum ardens erat in nobis/dum loqueretur in via: ⁊ aperiret nobis scripturas?] Ardebat in via cor istoꝝ: quia cum diuino igne incedebāt a quo innocue in animo incendebant: ⁊ vrebant dulciter propter ignita eloquia scripturaꝝ: maxime cum ab eo velaminibus exuelabantur. Et ignitum est vehementer eloquium dei: quod ardenter diligit seruus dei. Ps.118
Ignitum eloquium audientem sedule aīam ardentem atq̄ feruentem protinus facit. Statim fuit appositus cene finis: satietas omni comestioni corꝑali terminum fecit. Obliti sunt corpora liuꝫ sp̄ualibus iam refecti: repudiauerūt corporis mensam/pigriciam abiecerunt. [Et surgentes eadem hora regressi sunt hierusalem:] bona scꝫ nunciare que viderant: vt consolatio que illis per huiuscemodi visionem erat propria/fieret cum ceteris ipsoruꝫ relatione communis. Uirtus est piorum/gaudia fidei cōferre cum socijs: ⁊ spiritualiter letari cum his q̄ sensualis leticie applaudimenta non capiunt. Sed non omnis sp̄ualis consolatio est pandenda: ⁊ ex intimis publicū petere/noscitur esse stultorum: immo claudenda sunt talia infra claustra inuisibilia nostre mentis: ne facta delatiōe plus q̄ sit estimetur in nobis/aut si q̄ auram inaniter captet. Custodia est datorum/oris firmare clausuram. Impredabiles protinus sunt ignorate diuitie: attamen pandenda cognouimus que in hesitantibus roborant fidem: ⁊ que ad aliorum directionē nouerimus ꝑtinere: vbi boni perditio aut noxium quippiam non proueniat dilatori. Sed isti de communi domino ⁊ magistro veniunt relationem facere ad ꝯseruos: ⁊ ad cōdiscipulos referre gesta magistri: vt communis leticia omnium letantium sit in domo: ⁊ ex referentibus plurib⁹ fidei testimoniū inualescat. Quaꝫ pulchre textus eloquitur q̄ regressi sunt hierusalem/de qua fuerant egressi. Sed cum tristicia et diffidētia sunt egressi: cū leticia ⁊ plenitudine fi-

dei sunt regressi: a pace ptinus egressi diffidētes
de christo / ad pacē regrediunt de ipō p fidē gau-
dentes. Et inuenerūt congregatos vn
decim / et eos qui cū eis erant dicen-
tes: q surrexit dn̄s vere et apparuit
simoni. Per veritatem asserebāt propter ea q̄
audierant ab ipō de interptatōibus scripturarum:
et de incalescētia cordiū: q2 solius sui est corda ca
lefacere p supnis. Maxime aūt in vitate firma-
bant ppter ea q̄ viderāt. Proinde ipsi nar
rabāt que gesta erāt in via: et quō co
gnouerūt eū in fractiōe panis. Mira
res / sed ptereūda silētio: q panis hospitis hospi
tib9 apposit9 / a christo fractus / suspsius cogniti
onē dedit. Si q̄s hoc rimabit magna repiet ab-
Joā.6 scondita sacramēta. Unū tn̄ silētio nō pcedā: q
frangendo panes / satiauit turbas. Frangendo
Mat.26 panē / suū substātiauit in corpus: quo duodenaz
turbam vt alimēto celesti refecit. Frangēdo pa
nē resurrectōis sue cognitōez aperuit. Dn̄e ver
bū dei spūalis est panis. Fractio panis in mō-
tibus / ad vitā agendam declaratio est scripture.
Ps.118 Hinc psalmista dixit: Declaratio sermonū tuo-
rū illuminat: et intellectū dat puulis. Et de hoc
a sensu ptrario p carētiam Hieremias dolēs in
Tren.4 clamitat: Paruuli petierūt panē: et nō erat q̄ frā
geret. Paruuli em̄ sunt q̄ p fractionē aut exposi
tionē scripture vocant ad fidē: q̄bus sermo de-
claratus velut panis fract9 / tribuit intellectum.
Paruuli sunt: et multi qui frangētem doctorē re
perire nō pn̄t: nō tn̄ semp defectu q̄rentiū / sz ma-
lignantiū sepe doctorum. Panis fractus in cena /
confortat bellum: abstergit a criminibus / et do-
nat incrementa virtutū: et traiectus in nobis / tra-
ijcit nos in deum. Panis fract9 in hospitio / re-
surrectōis nouitatē discipulis palā fecit: vt ex
ipō vitā significandā omnino sentiamus: vbi pa
nis christus velut fractus / sed non fractus omi-
bus in hac sibi vita cōformibus / tribuetur sm
pondera meritorum. Fractus panis non desi-
nit esse panis: eadem enim veritas substantie q̄
in toto erat / seruatur in partibus: etiam si nō ser
uatur equalitas quantitatum. Sermo diuinus
etiam fractus / declaratus aut expositus / idem
apud omnes: q̄q non equaliter apprehensus.
Et cum transsubstātiatus frangitur / simpla ma
net substantia: nec minuitur aut augetur: si non
equalis quantitas partiuz resultat in oculis / fra
ctis partibus accidentis. Fractus panis in pa-
tria simplus / in se prestat p tanto fractus / vt sol
in radijs multiplicat: et simplus et indiuisus exi-
stens: sed sepe apparet diuersitas luminis ex di-
uersitate suscipientiū corporum obiectorum: sicut p
simile testat apostolus / stellam a stella in clarita
te differre. Dum hec autem loquūtur
et cum esset sero die illa vna sabbato-
rum: et fores essent clause / vbi erāt di
scipuli congregati propter metum iu
deorum: venit iesus et stetit in medio eorum / et di
cit eis: Pax vobis: Ego sum: nolite timere. Cō
turbati vero et pterriti existimabant se spm̄ vide-
re. Et dixit eis: Quid turbati estis / et cogitatiōes
ascendūt in corda vestra? Uidete manus meas
et pedes meos / q2 egoipse sum. Palpate et videte
q2 spūs carnē et ossa non habet / sicut me videtis
habere. Et cū hec dixisset / ondit eis manus et pe
des. Gauisi sūt ergo discipuli viso dn̄o. Repul
lulatā fidem christus ex vbis reualidabat: simi
liter et ex gestis. Et ex omnibus firmare decebat
fidem tante nouitatis: q quis integraliter et ex oī
se / et nō alius resurgat a mortuis: que p argumē-
ta debita dum firmant in capite / sic in membris
euenire remoueat ambiguū. Hinc fit duz isti ge
sta et audita et visa referūt: et iam dies in suo cursu
pcesserat: christus istorum dictis opibus fidem fa-
cit. Nec quieuit nouus homo resurgens a re-
surrectiōis hora: sed infatigabiliter apparitioni
bus studuit: varijs locis atq sui corpis formis
se pie querentibus ad fidem roborandam obijci
ens: vt etiam in cōplemento diei / fidem argumē
tis apertioribus solidaret. Semp enim adest tē
poribus in quibus casus est noxior. Nocturnuz
protinus tempus magis q̄ diurnum consueuit
esse timori: et facilior probatur periculorum esse cō
gressus / et inualescentia sepe maior. Et sero cum
erat / et timor iudeorum fecerat claudi fores: vbi
charitate et concordia sancta puenerant: conferē
tes insimul de tanta nouitate magistri: qui fori-
bus sic manentibus / ex dote subtilitatis sui cor-
poris / ac non remotis postib9 / ad eos subito fe-
cit ingressum: et stetit in medio eorum / ad equalem
participationē et visionem cōmunem discipulis
se condonans: et eos salutat salutatiōe qua eos
alios docuerat salutare. Etenim dixerat discipu
lis suis: In quamcunq domum intraueritis / p Mat.10
mum dicite: pax huic domui. Non erat imme-
mor effusi pcepti: nec resurrectione sua euange-
lica erat mutanda doctrina. Sed quod docuit fe
cit idem qui fuerat resurgens a mortuis: non ta
men iterum passibilis aut moriturus: sed altio-
ri sensu resurgens denunciat pacem / quam an-
te mortem docuerat nunciare. Nullum durius et
grauius bellum q̄ de diuinis habere certamen.
Et hesitare de christo in dictis et operibus / effici
alis ē pugna. Tremula christi fides eterne mor
tis exhibet ictus: pax multa docens decens. An
ceps est omne quod agitur / nisi fides inconcussa
feratur in christum. Cum igitur nō ancipiti fide
transitur in illum: pax plena atq perfecta cau-
satur in nobis. Proinde christus dicit: Pax vo
bis. Ex hinc noster quiescat animus: fidei non
amplius reluctetur: sibi se subdat: deponat ar-
gumenta debellandi: naturalibus rationibus
non intendat: scuta cōsuetudinis non apponat.
Totum est diuinum quod agitur. Protin9 ego
ipse sum / qui vobiscum cōuersatus: qui vos de
maligno vocaui: quem audistis pdicantem: quē
vidistis supra naturā / vsum et artē miracula faciē
tē: q in medio vestri fui sicut q̄ ministrat: q pani
alimēto celesti: q vsq ad pedes vestros hūiliter
inclinaui: quē captū vidistis: quē malefidi dereli
quistis in manib9 pctorum. Igit nolite timere; idez

sum qui fui: penalitate omni deposita/maiestatis gloria tota suscepta. Nolite timere/in corde vestro de mea resurrectione nutantes. Nolite timere amplius de iudeis: nõ ẽ abbreuiata manus mea/que vos liberare nõ possit: qui potenter ipsis inuitis resurrexi ab inferis. Nõ me tenuit demonũ turba laruali s: non magni monumẽti custodes/non theca petrina/non lapis ad monumẽti ostiũ aduolut⁹. Ecce ianuis clausis ad vos ingressus: sicut clausa virginitate de vtero matris egressus. Nolite timere si vobis sensum mors adimat: est quod reddere possit q̃ hodie surrexit ab inferis. Ut q̃d clausi propter metum iudeoꝝ? Si vitam meam me volente mortem irrogando tulerunt: ipsam potenter resurgẽdo recepi. Non sit vobis amplius timor mortis quod enim factum est in capite vestro/ꝓculdubio fiet in corpore meo. Caput vestꝝ deus pater me ꝯstituit: corpus meũ vos estis. Sed illa clausura q̃q̃ esset ob metum: non tamen fuit priuata mysterio. Etenim per illam dos subtilitatis innotuit: ⁊ q̃ magnum sit donum glorificati corporis. Conturbati sunt vero ⁊ conterriti; quia tantũ corpus posse per aliquas rimulas ingredi non credebant/ianuis manentibus clausis: nõ attendentes corpus nostrum quanta possit felicitate donari. Sed existimabant spm̃ esse quod eorum oculis apparebat: in his que supra naturam potenter diuina virtute fiunt/eorum animi non ferentes. Sꝫ eos argumento sensibili dñinus recompingit/prearguens quare in animo varientur. Et dixit eis: Quid turbati estis: ⁊ cogitationes ascendunt in corda vestra? Non est iusta de his que dicuntur turbatio/vbi veritas sensibus patet. Non est sane directionis/vt cogitationes que tm̃ terrena sapiunt/ad altitudinem cordis humani ascendant. Quid de christi corpore tanq̃ de terreno corpore cogitatis? An ignoratis deitati vnitum? Quid? An deitatis potentiam non creditis: q̃ qui creauit ex nihilo/possit educere de sepulchro? Aliquid tamen differenter querere commonesimus/cum cogitationes dixit ascendere. Ascendunt quippe cogitationes: cum quicquid est minus homine/versatur in corde. Descendunt cogitationes in corda: cum quicquid est maius homine/aut celeste seu forma virtutis/mens humana secreto intuitu contuet̃. Oriunt̃ ex equo/cũ nobis ꝯformia ⁊ equalia immaculose cogitamus. Ex imo quidẽ ima de christo cogitantibus/ascendebant cogitationũ varietates ad corda. Sed experimento corporei sensus/has cogitationes saluator exclusit. Uidete manus meas ⁊ pedes meos/quia egoipse sum. Palpate ⁊ videte: quia spũs carnẽ ⁊ ossa non habet: sicut me videtis habere. Ad astruendam fidem/visum inuitat ⁊ tactum: vt visus intueatur corpus ostensum: ⁊ tactus/vt diaphanitas excludatur. Nam obiectum visus ratio diffinit esse corpus superadiecto colore: aut ipse color existens in corpore: obiectum vero tactus ipsa soliditas corꝑis aut corpus soliditatis. Ac ꝑ hoc qm̃ visus possit corp⁹ diaphanũ aspicere sub colore/ aut colorẽ in corꝑe transparente ad veritatem solidi corporis inuitatus est tact⁹; vt simul iuncti corꝑis veritatẽ aduertant. Sed cum dicit: videte manus ⁊ pedes: arguit ꝑ confossione clauoꝝ: vt innotesceret veritas passionis: ⁊ q̃ ipse q̃ passus/ omnino regressus fuit ab inferis. Cum vero subintulit: palpate ⁊ videte: simul tactum ad resurrectionis veritatẽ ꝓuocauit ⁊ visum: quia si sepe tactum possit decipe visus: nunq̃ tamen visum nequiret decipẽ tactus. Uel vt euidentius loquamur: In visu sepe homo decipi possꝫ/credens solidũ quod esset diaphanũ/dum obiectũ intangibiliter ꝓspectaret: tactus vero in corpore falli nequit: palpãdo em̃ nouit corꝑis veritatem. Et caro ⁊ ossa soliditatẽ habent. Quãobrem christus dicit: Nolite credere cum me videtis/spiritum videre: quia spiritus carnem ⁊ ossa non habet/sicut me videtis habere. Et ostendit eis manus ⁊ pedes ⁊ latus: vt aspicerẽt vulnera/ q₂ sanata: ⁊ aperte in manibus ⁊ pedibus ⁊ latere cognoscerẽt signa clauorum/⁊ iam pactam bellicam pugnam. Utrum autem apostoli visioni cõiunxerunt tactum/ scriptura non explicat: q̃q̃ iuste asserat pia credulitas: cum amore vehemẽti ferrentur in christum qui eos pie ad robur fidei inuitabat ad tactum. Gauisi sunt ergo discipuli viso domino. Unde tristabant̃/inde letant̃. Uñ fleuerant/inde gaudent. Qui nõ habitus causam meroris/ reinuentus leticiam ꝑstat. Resurgens gaudere facit/q̃ moriens inuitabat ad lachrymas.

⌊ **Adhuc autem illis non credentibus et mirãtibus pre gaudio dixit: Habetis hic** aliquid vt manducet̃? At illi obtulerũt ei partem piscis assi/⁊ fauum mellis. ⌉ Non credebant adhuc visioni: nõ ꝑstabãt fidem ⁊ tactui: qm̃ supra sensum hoĩs erat id quod agebat̃: ⁊ cor humano pauore solutũ tardius diuinis assurgit: ⁊ insolitis actionibus supra naturã sensuum ꝯsuetudo resistit. Et ingressus solidi corporis in locum vndiq₃ clausum/ ꝑamplius tenebat in dubium. Ab origine porro mundi vsq₃ in ꝑsentiarum/similiter actum non euenerat. Et plebeioꝝ intellectus nondum inspexerat/quid in corporibus gloria resurrectionis ꝑstare potuissꝫ. Et adhuc ex gestis penalibus ⁊ plenis meroribus eorum animi tenebantur attoniti. Et pigritanter consurgunt animi valido terrore compressi: velut si quempiam subito excitaueris ꝓfunde dormiẽtem: tanq̃ attonitus audiet: si statim ⁊ interposite eum fueris allocutus. Non tamen credẽdum q̃ omnes ab ista incredulitate tenerentur. Protinus non tenebatur Petrus/cui alibi iam dominus apparuerat: neq₃ discipuli/qui eum in panis fractione cognouerant: sed ceteri qui euꝫ nondum in aliqua effigie ꝯspexerant. Et si his de resurrectõe nõ erat ambiguũ: erat forte dubiũ de ingressu/q̃ solidum corpus parietes solidos penetrasset. Nihilominus q̃uis tremula eoꝝ esset fides/pre gaudio mirabãt̃. Et mirꝝ in modũ

ꝙ de vna re gaudiū esset ⁊ dubium. Sed hesita-
bant: ne quod agebatur/ ꝓtinus verū esset. Gau
debant autem vehementer si omnino sic esset:
mirabantur vero modū/ quem non intelligebāt
⁊ ꝙ supra naturam gesta ferebantur: sed nec fru
stra tarda credulitas: etenim vt firmaretur/ argu
menta maiora suscepit. Nam christus ad man-
ducandum aliquid exposcit: non famens vel in-
digēs: absorpta erat enim ista penalitas: sed vt
discipulos ab omni dubio in resurrectionis fide
solidaret: cum veritas carnis atq͂ propetas mā
ducando monstraretur. Habebant apostoli par
tem piscis assi/ ⁊ fauum mellis. Uel vt securius
eloquamur: quoniam de talibus apostolis cura
non erat: ab hospite cuius erat cenaculū grande
stratum/ fidēter ⁊ amicabilr poposcerūt. Ab ho
ra eñ cene hospitandi ⁊ petēdi apostolis ꝯcessa
erat audacia: ⁊ hec dn̄o parauerūt: sedenti ad eā
dem mensam/ in qua cum eis pascha mandūca
uerat. Et e regione coronali apostolis stātibus/
saluator iesus sine simulatōe comedit: ⁊ traiectū
cibum corpus potenter dissoluit atq͂ cōsumpsit
non digestiuo more/ vt nature reqͥsitum addere
tur: sicut ante resurrectionem/ vt homo morta-
lis iam fecerat: sed velut quid modicum cōsum-
ptum ⁊ vanefactū magni potestate caloris. Cor
pus enim resurgens feliciter/ velut spūs esu nō
indigebit: comedere aūt poterit potestatiua vir
tute/ infatigato stomacho ad digerendū: nec ad
egerendum vlla necessitas subadderet. Exclu-
1.Reg.28 debatur ꝑfecto in illa comestione deceptio quā
phytonissa in Samuele Sauli fecerat/ ꝑmo regi
populi israelis: qm̄ si forma illa quam phytonis
sa/ nescio qua fictione Sauli fecerat ostendi ad
comedendū fuisset exacta: nullo modo potuisset
neq͂ quodcunq͂ machinamentū simile diaboli
co ministerio adinuentum. Et ne impij aut ma-
lefidi hanc in posterum calumniam potuissent
inferre: scilicet ꝙ incantationibus phytonicorū
aut ministerio demonū simile corpus aposto-
lis fuisset ostensum: saluator omnium deus/ tu-
torq͂ virtutum/ ꝓuidus in futura/ aliquid esibi
le comedere postulauit: veraciterq͂ comedit. Sz
nec pretereundum/ ꝙ tam discretus est cibus: vt
non panis/ non caro/ non aliquid aliud comesti
bile/ nisi tm̄ piscis assus ⁊ fauus fuisset apposit⁹.
Ueruntamen nec inepta opinione falleremur/ si
christū talia postulasse ad designandū sacramē-
tum magni mysterij arbitremur. Anteq͂ pate-
retur seu moreret/ atq͂ resurgeret/ cum lactucis
agrestibus comestus est assatus agnus: post re
surrectionem vero cum melle piscis est assus ob
latus. Agnus cum lactucis amaris/ refertur ad
patres veteris testamenti: qui viuentes in ama-
ritudine vite/ multas tribulationesq͂ passi/ ad lo
ca quasi tartarea descenderunt: vt ipsorum paf
sio in asso agno signata/ etiam moriendo lactu-
cis agrestibus adderet: dum nondū possent in
superna conscendere. Piscis assus post resurre
ctionē comestus/ noui testamenti fideliter fide-
les insinuat: quoniam si passio magna in assatio
ne ꝑstruitur: non limbus inferior/ sed gloria sup
na ⁊ ineffabilis dulcedo subsequit. Hinc est ꝙ fa
uus mellis asso pisci sociat. Sed agnus in terra
piscis in secretiori elemēto nascit ⁊ nutrit: vt ex
terra solida ⁊ firma sit passio: fluxibilis vero ⁊ ci-
to cedens signet in alio elemento. Agnus añ re-
surrectōem comest⁹/ ꝑ certitudinē velut res sub
iecta oculis capitur. Piscis vo post resurrecti-
onem esus in fide irretit: dū nō ꝯspicientib⁹ ocu
lis ham⁹ sub vnda añ rete laxat: vt passio sit i cer
titudine resurrectionis ⁊ glorie: meritū sit in fi-
de. Fauus siqͥdem mellis integer nō excussus/
fomentum ignis ⁊ dulcedinē portat: ⁊ quod lu-
minis est fomentum apum operatione/ dulcedi
nem habet inclusum. Nam celebrata gloria re-
surrectionis in capite/ illuminantur mentes in
fide. Unde dulcedo percipitur/ cum pius homi
nū intellectus fidei lumine illustratur. [Et cū
**manducasset coram eis/ sumens reli
quias dedit eis.** Cum manducasset coram
eis non manducantibus/ vt attentius manducā-
tem resurgentem a mortuis ꝯspectarent. Etenim
attentiores erant conspicere gesta christi/ non in
tenti ad esum: nec visus in plura diuoluebat.
Cum vero veraciter comedisset/ eis porrexit reli-
quias: vt ex eis edentes/ ipsum comedisse fierēt
certiores. Ex comestione siqͥdem assoꝝ agni et
piscis/ priscoꝝ atq͂ nouoꝝ signatur vnū esse me
ritum passionis: quoniā omnia prisca siue futu-
ra traijciūt in christum: ⁊ calicem ipse bibit oī-
um fidelium passionum. Et solus ipse pro omni
bus penas tulit: dans in seipso ꝑmiū omnibus
passionibus toleratis et tolerandis. Qz autem
apostoli comedunt simul cum christo agnū post
resurrectionē: reliquias sumunt cum christo/ et
sub christo/ ⁊ in christo: ꝑteritorum sanctoꝝ at-
q͂ nouorum/ ⁊ ipsorum passionum seu meritorū
indicit vna cōmunitas. Nos in christo ꝑstruit
sic agente: vt si gloria resurrectiōis accepta/ cer
tificauit infirmos animos ꝑ ea que sunt vere cō
munia indigētia: quoꝝ minime tentus erat: ita
nemo sua sanctitate in alta subactus/ condescen
sum deneget ad eos quos nouerit fluctuare.
Nec quia surrexit a vitijs/ adhuc eorum funicu-
lis irretitos animo claro despiciat: aut enim fuit
aut erit/ aut esse potuit de numero vinculatorū.
Nec nō ⁊ quod in vno fauente supna gratia cele
bratum est/ poterit ⁊ in altero similiter celebra-
ri. Qz vero ipe prius comedens/ apostolis de-
dit reliquias: ad similia que passus est ipse inui-
tat: vt si fecit nobis expediens/ ⁊ quod voluit: et
nos quod reliquum est faciamus. Unū est op⁹
passionis in Christo: reliquie sunt fidelium cete-
re passionis. [**Et dixit eis: Hec sunt ver-
ba que locutus sum ad vos/ cum ad-
huc essem vobiscum. Quoniā necesse
ē implere oīa que scripta sunt in lege
moysi/ ꝓphetis ⁊ psalmis de me.**] Ista siqͥdē su
pra exposita sunt: ⁊ necessitatē nō christo/ sed no
bis inesse dissertū ē. [**Tūc apuit illis sensū
vt itelligerēt scpturas.**] Supͣ scripturas exponē

do de seipso in itinere ipse interp̃tatus est: nunc
ad intelligendũ absq; vocali expositione aperit
intellectũ. Tunc ꝓtinus aptus est interior hoīs
sensus: cũ serene cognoscit que supra cōmunem
hoīm sensum sibi aut alteri demonstrantur. Pre-
cellit oīno donũ intelligentie doctrine collate ꝑ
verbũ. Porro etiã doctore nõ indiget: qui vt in-
telligeret dona suscepit. Equidē ⁊ in his que tra-
dunt in voce/ spũssanctus intelligendi gratiam
prestat: aliter eñ inanũ sonaret vox ipsa docen
tis. Sãctas quippe scripturas velatas magnis
mysterijs ꝑ se nemo conspiceret/ nisi singulariter
adesset intelligentie donũ. Et in veteri testamē-
to legimus ꝙ pluribꝰ vt intelligerēt sensum ape
Gen.39. ruit. Joseph cũ esset in carcere: vt somnia som-
niantiũ itelligeret / dona suscepit: ⁊ eductus de
carcere interp̃tatus est magni mysterij somnia
Dan.1. pharaonis. Danieli etiã dedit intelligentiã vt
somnia et visiones apte cognosceret. Solus de-
us põt sensum hoīm aperire: vt alta intelligēdo
conspiciãt. Non autē oībus deꝰ intellectũ ape-
rit: sed his qui auulsi sunt a sterilibus scientijs ⁊
delectationibꝰ prauis. Sic eñ dñs per esaiã di-
Esa.28. cit: Quē docebit scientiã/ ⁊ quē intelligere faciet
auditũ? Ablactatos a lacte/ auulsos ab vberibꝰ.
Sepe aũt que daturus ⁊ quibus est/ pro tpe atq;
loco reseruat: put dũ erãt israelis filij in egypto/
vt intelligerēt sensum eis nõ aperuit: quousq; il-
los diuisos ab improbis suo ducatu in manu
moysi ꝑ deserta trãsduxit. Juxta quod in deute-
Deut.29. ronomio legit: Et nõ dedit vobis deꝰ cor intel-
ligēs/ ⁊ oculos vidētes/ et aures que possent au
dire/ vsq; in p̃sentē diem. Malorꝝ quippe socie-
tas sepe fecit dona differri diuina: et loca deliti
arũ incolas suos diuinis muneribꝰ priuauerũt.
Dissecari a malis ⁊ agrestis hoīm vita/ ꝓcura-
uit intelligentiã arcanorꝝ. Et iuste precanti de-
dit dñs cor intelligēs salomoni. At vbi saluator
sensum eorꝝ ad clare intelligēdũ aperuit: oppor
tunitatē suorꝝ mysteriorꝝ in carne gestorꝝ secutus
adiũxit. [Quoniã sic scriptum est: Et sic
oportebat pati christũ: ⁊ resurgere a mortuis ter
tia die: ⁊ p̃dicari in noīe eius penitentiã ⁊ remis-
sionē peccatorũ in oēs gētes/ incipiētibꝰ ab hie
rusalē.] Sepe dixisse me memini nullã necessita
tē aut opportunitatē Christo dominari: alioqn
nõ ex misericordia/ sed ex iusticia ⁊ necessario ex
christo salus hoīm aduenisset. Nihil eñ ad pre
mium cogit/ nisi iusticia. Nihil opportunat ad
actũ/ nisi necessitas. Nec scriptura p̃acta de chri
sto/ ip̃m tã inacte pro nobis fecisse cogebat: cui
natura sup̃ferebat ip̃e/ nõ ip̃a vlla lege sibi: dñs
ip̃e scripture: scriptura nõ dña christi. Jdcirco
scriptũ erat/ quod esse scriptũ ipse fatet: qm̃ sic
erat ipse futurus: ⁊ q̃ fecit plene facturus. Pre-
nũcia erat scriptura sacra taliũ futurorũ: nõ tñ
futura p̃nũciatione illa venisse necessitate ꝯsta-
bat: vt christus ista nõ egerit/ ⁊ passus fuerit/ qr
scriptũ: sed qr talia facturus erat / ideo lõge vel
de ꝓpe añ ꝓphetatũ. Nõ eñ gratis redēpti es-
semꝰ: nec a libera volũtate/ s; a necessitate patien
tis. Attamē quod scribit factum opportunitate:
nõ ad redēptorē / sed ad redēptos potiꝰ referat.
Quãq̃ tñ scp̃tũ sic sit: aliter ꝙ sic ip̃m fecisse po-
tuisse credamꝰ. Proinde pati ⁊ resurgere a mor-
tuis tertia die/ solu; volũtas fuit agētis. Oppor
tunitas vero extitit liberandi damna patientis.
Predicatio penitētie noīe suo ⁊ remissionis pec
catorũ in oēs gētes/ opportunitas est iusticie ho
minum. Et misericordia creatoris/ nõ aũt hoīm
neq; redēptoris: qm̃ nullus illa necessaria oppor
tunitate penitētia; agit: aut christꝰ pctã remittit
vt aliter fieri nequeat: sed iusticia necessario peni
tentiã exigit: ⁊ remissor iustꝰ libera volũtate pec-
cata remittit: vt si futura est salus/ oportet ꝑ pe-
nitentiã dei iusticiam p̃uenire: peccatorꝝ vero re-
missio ex dei ꝓmissiōe subsequit. Apertiꝰ v̄o in-
terpretatũ opportunitatis verbũ congruitatē so
nat: vt ex partē redēptoris atq; redēpti credamꝰ
pacta cõgruere. Qm̃ sic oportet fieri/ congruitate
vtriusq;/ nõ necessitate moriētis atq; resurgētis.
Penitētia diffundēda in oēs gētes v̄bo clama-
tionis oēs deliquisse demõstrat: vt si ad oēs peni
tētia sit dicenda/ in omnibꝰ fuisse culpã vrgebat
iniq̃tas: necnõ ⁊ oēs posse ꝑ penitētiã saluos fie
ri/ nõ esset ambiguũ: cũ statim adnectat remissio
peccatorꝝ: que nec plus debet iudeo/ q̃ eis q̃ gen
tilitatis noīe distinguũtur: aut a q̃bꝰ iudaicꝰ po
pulus circũcisione atq; lege secernit. Omẽs eñ
peccauerũt ⁊ eguerunt remissione peccatorꝝ: si ad
christũ ꝑ penitentiã cõuertant. Que velut con-
scie magnorꝝ ⁊ innumerabiliũ scelerum ne despe
rent: eis christus peccatorꝝ indulgentiam repro-
mittit. Jn noīe porro ipsius hec fieri Christꝰ ipse
decernit: qm̃ ex noīe iesu salus indicit angelo dis
serente: magis vero potestatiue salus efficit: qm̃
sibi a patre omnis collata potestas. A hierusale;
sit huiscemodi predicationis exordium: vt myste
rio finis primordia p̃dicationis cõueniant. Hie
rusalem terrestris/ visio pacis dicit: illam vtiq; fi
gurans vbi interminate pax vera tenet. Necnõ
v̄bũ ad eternã cõmonefaciēs pacē/ in pace vtiq;
suscipiendũ est. Carēs pace/ docēs ex ira/ cani si-
milis est: inq̃etus vero auditor quod dicit/ repu-
tat importunũ: ⁊ insanit vbi doctrina edicit sani
or. Ad firmiorē v̄o noticiã pactorꝝ [Dicit eis
iterꝝ iesus: pax vobis.] Pacē sepe replicat: qm̃
nihil in cordibꝰ hoīm suauius: nihil in moribꝰ
aptius: in virtute nihil altius: in beatitudine to-
tum erit quod possidebimus. Qm̃ supra dixerat
p̃dicare oportere penitentiã ⁊ remissionē pecca-
torum in oēs gētes: ilico ip̃a die resurrectiōis su-
os ap̃los applicat destinatui: sicut extitit desti-
natus a p̃re/ dicēs: [Sicut misit me pater/ ⁊ ego
mitto vos.] Ac si apte dicat: Sicut me p̃r misit
mũdũ actiōe redimere/ atq; docere ad supos viã:
vite nouã cudere legē: mores hoīm renouare: vo
care pctōres ad pniam: p̃stare omnibꝰ gētibꝰ re-
missionē oīm pctōrꝝ: sic mitto vos hec palã face
re vniuersis: vt oĩs etas et sexus/ oīs natio cete
riq;/ ppl'us insignis atq; plebeius/ ad sup̃nã vitã
idolatrie sup̃stitione/ seculi vanitate relictis: fide

spe/ charitate/talibus stipulationibus mouean-
tur. Sed nec autoritatē hanc noluit innotesce-
re: veritatē ꝛ potestatē indulgendi dedit homini-
bus: qui defossos in sceleribus ad optima reuo-
cabāt: ne qs causaret nolle conuerti/si ꝑsonaliter
christū nō posset adire. Proinde vicem suā chri-
stus apostolis cōmisit: magis aūt ꝑcauens / ne
aliter qs a criminib⁹ relaxaret: aut quis sibi cre-
deret peccata remitti: ꝙ spiritussanct⁹ interne de-
cernat. In virtute spiritussancti auctoritatē inui
Joan. 20. sibilem prestat. [Hoc cū dixisset: insufflauit ꝛ di
xit eis: Accipite spiritūsanctū: quorū remiseritis
peccata/remittūtur eis. Et quoꝝ retinueritis/re-
Gen. 2. tenta sunt.] Inspirauit in primo hoie spiraculū
vite: insufflat nūc spiritū optime vite: necnō ipse
resurgens a mortuis spiritus resurrectiōis insuf
flat. Mos est benefici ea que nuper accepit / cō-
municare cū charis. Et ꝗuis spiritū tunc resur
rectionis non dederit: spiritū prime resurrectio
nis indulsit: vt homo posset resurgere a peccatꝭ.
Hac ipe nō resurrexit: mori em̄ ī peccatꝭ ipse nō
poterat: in quibus ꝛ oēs morimur: a quib⁹ vt re
surgamus/insufflauit ꝛ spiritū: in cui⁹ virtute fie
ret remissio peccatorum. Quorum peccata remi
seritis/remittunt eis: vt nisi resurrectio ista ꝑce-
dat/secūda ꝑueniat in tormētū. Ordinate aūt fa-
ctum est: vt ad remissionē et retentionē peccatoꝝ
ꝑcedat largitio spiritussancti: vt nūꝙ aliter cre-
dantur peccata remitti aut detineri ab hoie vin-
cto: nisi prout vtrunqꝫ aut alteꝝ spiritussanctus
effecerit. Qm̄ non est vinctus homo qui remittit
vl' detinet vincula peccatoꝝ: sed qui de supernis
solus nouit incognita per hoies hoīm corda: et
quāta cōtritione ꝛ attritiōe corda terant indece-
pte cognoscit. Falluntur sepe ꝙplurimi/ sibi re
mitti peccata gaudentes: cum verbū absolutio
nis/ꝛ manuū impositionē acceperūt ab his qui
sacerdotio potiunt: quibus spiritussanctus desu
per nō indulsit: qm̄ vidit abscōditū in corde cri-
minosi defectū: quē ꝗ ꝑerat in terra / penitus nō
aperit: aut forte de spiritussancti licentia debito
plus ꝑsumpsit. Trutinare iustis ponderib⁹ ho-
minum scelera atqꝫ cōsciētias ipsoꝝ mole cōtri-
tas non hominib⁹ datū/sed sibi reseruauit altis-
simus. In fide agimus in ista ecclesia militātes:
sed in certitudine nos agit omnipotēs. Igit cō-
sulte atqꝫ mādato factū est nobis: vt si spiritus-
sancti virtute ꝑcedente fit remissio peccatorū: ꝗ
autoritate fungi se gaudet/secus quā spiritūsan-
ctum pie crediderit velle/peccata ꝛ crimina non
remittat siue retineat: nec credat posse plus ī vo-
ce proficere/ꝙ sine voce spiritus ipse ꝑficiat. Et
propter pietatē in reū/ quē videt suis pedib⁹ pro
uolutū: impietatē non exerceat in deū/quē desuꝑ
habet iustissimū: quod fieret/si faceret quod face
re iustissimus nollet. Nouerit primo se anteꝙ su
per reū decernat: si autoritate debita fungit: si
plene deprehēderit crimina criminosi: ꝛ signa re
cognitionis in reo ad facultatem aspiciat: ꝛ tunc
sniam ꝓferat siue suspēdat. Re⁹ aūt cū cert⁹ esse
nō possit quid in eū sacerdos efficiat: ꝛ quāta sit

per eum descenderit benignitas spūssancti: sta-
bit in fide suspensus: semetipm̄ certa ratiōe deꝑ-
hendens: si quāto dolore ꝑfundit male gestoꝝ:
si adhuc in anima ꝑludit tenebrosa imago: si ꝗd
pati velit ꝛ illa nō cōmisisse: si quā disponit ad-
uersus futura cautelā: si quibus operibus aut
quā patratoꝝ sanxit emendā: ꝛ si quod est oīs
facultatis ī se agere preintēdit: ꝛ iuxta hec aut se
cus spiritussancti grām aduersus se credat ꝓpi-
ciam atqꝫ remotā. Hec dumtaxat cōgregatis di
scipulis absqꝫ thoma dicta cōspicimus. Ideo se-
quitur: [Thomas aūt vnus de duodecim Joan. 20.
dicit didimus/nō erat cū eis quando venit Je-
sus.] Istud dispensatiue factū agnoscimus: vt
vni⁹ absentia certior in posterū redderet ꝑsentia
saluatoris: ꝛ ad sanctaꝝ cicatricū inuitaret pal-
patum: qui presens in die resurrectionis non fue
rat: ꝛ sua hesitatio post resurrectionis certū ꝑco-
nium nostrū hesitare propellit: nec ob impieta-
tis pertinaciā se dixit/nisi viderit crediturū: sed
ob regimen spiritussancti ordinātis cōmoda po
sterorum: ꝛ ob vehementiā amoris quā gerebat
sciendi resurrectionis huiuscemodi veritatē. Se
pe vehemēs amor ad aliquid nōdū adeptū delu-
di timens/credulitatē adhibere retardat: sine ex-
perimēta siue signa subueniāt. Sed pie recōpin-
gendus est iste: nec immerito caruit ꝑmordio re
surrectionis: quoniam non erat ipse cum ceteris
quādo iesus apparuit. Semper multationē pa
titur a cōmunitate secerni: ꝛ communitati debi-
ta premia singulariter gradiēs non accipit. Qui
cum reuerteretur ad cenobium sanctum/a cōfra-
tribus audiuit: [Uidimus dominum.]
Bona denunciant contigisse fratribus cōgrega-
tis: quia fere inexplicabile dicitur / ꝙ bonum et Psal. 132.
ꝙ iocundum sit fratres habitare in vnum. Quā
bonum vt dicunt: vidimus dominum. Et quāꝙ
singillatim adesse possit hominib⁹ bonitas: pre
fertur tamen que cum multis habetur: ꝛ ad con
firmationem eorum que singillatim videntur in
cautione referuntur: ꝛ ipa celebratur experiētia
resurrectiue nouitatis: ꝛ in ipa fiunt palpatiōes
et gaudia/ꝛ ostēsiōes belloꝝ/ꝛ potestatiua come
stio/ꝛ datio spiritus in remissionem fidam pec-
catorum atqꝫ culparum. Sed Thomas hec au-
diens pie dolet: irasciturqꝫ sibi ꝙ in tali visione
non fuerat ipe cum ceteris: crediturum se dene-
gat resurgētem: nisi aspiciat visu/ palpet ꝛ tactu.
[Inquit enim: Nisi videro in manibus
eius fixurā clauoꝝ: ꝛ mittā digitū meū in locum
clauoꝝ: ꝛ mittā manū meā in latus eius: non cre
dam.] Supra diximus vnde Thomas volebat
a tarda credulitate detineri: quem aut credimus
ꝓphetam/aut oīno dotem resurrectionis igno-
rantem. Si ꝓpheta/ ꝑnouerat forte christum re
seruaturum in corpore cicatrices: sed magis to-
talis resurrectionis ignarum: que omnem de-
fectum innatum atqꝫ illatum in corꝑe beate re-
surgentis excludit: quāꝙ miraculose mystice ab ī
ꝙ derogatione beate resurrectionis credamus
ipsas christum in suo corpore reseruasse. Mira

presumptio huius hominis: qui nisi ex pacto credere non disponit. Seruus dño/discipulus magistro/creatura creatori/hō deo conditionē indicit. Nec christo per fidem coaptare se satagit: nisi prius experientiam proroget. In fide agimꝯ: in fide nostra sunt pmia. In fide pro premijs initia meritoꝝ. Ratio ⁊ fides ad merita nō conueniunt: Fides et experientia incremēta excludunt sublimiū premioꝝ: et nihilominus nisi aliquid experientie ad fidē preuiū non obueniat: fidem dictis omnino adhibere recusat. Sed hoc factum nouimus: vt ad quod est vere puiū fidei/a fundamento fidei doceremur. Proinde sequit. [Et post dies octo iterū erant discipuli cōgregati/ ⁊ Thomas cū eis. Venit iesus clausis ianuis/ ⁊ stetit in medio: ⁊ dixit eis: Pax vobis.] Sepe tractata iterare non expedit: sed numerus dieꝝ venit in causa: qui ob hoc octauꝯ describit: in quo christus hesitāti Thome subuenit: quia octaua est regnātium/vbi fides omnino ex perpetua visione cessabit. [Deinde dicit Thome: Infer digitū tuū huc: ⁊ vide manꝯ meas: ⁊ affer manū tuam/ ⁊ mitte i latꝯ meū: ⁊ noli esse icredulus/ sꝫ fidelis.] Vide pfundū clemētie saluatoris: vt quod discipulꝯ ⁊ seruꝯ sibi p cōditiōe pfixerat/ exequit mgr ⁊ dñs: q̄si legi quā hō effecerat/voluerit subiacere: sꝫ sīq̄dē volūtate: quia sic eū curaturꝯ/in illo posteris puisurus ante preuiderat: sicq; inpletꝯ aduenerat. Id Thome ostendit quod supra discipulis: quanq̄ ad singulare Thome decretū singulariter ipse puiderat: cū ad manus palpādas digitū / ad latꝯ manū eius exposcit. Quod vtrum Thomas tetigerit/scriptura nō explicat. Magis pie tamen credimus inspexisse: atq; ad omnipotentiam verbi dñi saluatoris potēter discipulum in fide subito suscitatum. Neq; fas est credere foramina in illo corpore remansisse: sed diuina prouidentia taliter cicatrices que discipulis potuissent ostendi: et ad confusionem impiorum atq; maloruꝫ cum omni corporis gloria vsq; in futurū iudiciū reseruari. Et plus in hac parte mihi subuenit ecclesie pia credulitas/q̄ q̄rūcunq; scripturarū autoritas. Reuocauit Christus hoc argumento ab infidelitate discipuluꝫ: ⁊ cōmonefecit dissertione verborū/dicens: Noli esse incredulus/ sed fidelis. Non immerito / sed necessario esse icredulū dominus dissuadet. Habet eñ incredulitas adnexa supra modū horrenda pericula: vt q̄ est icredulus/sit etiā ⁊ rebellis. Unde moyses ad aq̄s ꝯtradictionis populū ap-
apostolus prohibet: Non plus sapere ꝙ opor- Rom.12
tet sapere: sed sapere ad sobrietatem. Resonant
in psalmis supraposite voces/vt dei testimonia
pquiramus: que illa esse dixerim que dei cogniti
onē testificantur: vt in illam cognitionem venia
mus/ꝙ creauit nos placito suo: ⁊ ꝙ incarnatus
redemerit sanguine suo: ⁊ ꝙ velit nos esse beatos
in regno suo. Existunt autem ista testimonia in
scripturis: quas pquirere cum lumine fidei ⁊ in
tellectu fideli pstant paruulis veritatem: ⁊ testifi
cantur nobis de gestis/de credendis/cauendis/
diligendis atqꝫ agendis: ⁊ in quibus maxime
spes mortalium inualescat. Et creatura visibilis
atqꝫ inuisibilis de diuinis testimonium phibet.
Hinc apostolus ait: Inuisibilia dei a creatura Rom.1
mundi per ea que facta sunt/intellecta conspiciū
tur. Et in sapientia scriptum est: A magnitudi- Sap.13
ne enim speciei ⁊ creature/cognoscibiliter pote-
rit creator horum videri. Ergo ad mare tyberia
dis ad abundantiam tantorum testimoniorum
facta: dicitur manifestatio saluatoris: mēte plꝰ
ꝙ corpore/atqꝫ tam in corpore ꝙ in morte. **Cū
ergo prandissent/dicit simoni Pe-
tro iesus: Simon ioānis diligis me
plus his?** Dicit ei: Etiam domine/tu scis qꝛ amo
te. Sumptus erat in silentio cibus. Nunc ad
oritur iesus verticem apostolici chori questione
pulsare: vt ceteri erudiātur in illo. Et post cogni-
tionem atqꝫ scientiam/quia sciebat ꝙ dominus
est: quantus sit effectus inquiritur. Scientia em̄
boni ad illud mouet amorē: nihil enim diligitur
nisi sub ratione boni: ꝙꝙ multi in dilectiōe fal-

lantur. Cognosci autem bonum oportet/anteq̃
diligatur. Et si diligere bonum expedit/si est vti
q̃ fas: quo pluris bonum esse scietur/erit amor
ardentior. Sumpto cibo/ de amore oritur que-
stio: vt etiam refectiõe suscepta/sermo sit de vir
tute: ne homo interior priuetur cibo suo/si exteri-
or alitus est. Cibus porro interioris hominis/ẽ
virtus et sermo virtutis. Indicitur simoni que-
stio/si iesum plus ceteris diligat. Prudẽs inter-
rogator/sed nec respondens incautus. Prudẽ-
ter interrogat quod ipse prenouerat: vt ore fiat
confessio in salutem/ab eo a quo in damnatio-
nem ore fuerat facta negatio Et iure plus cete-
ris diligat: quoniã ceteris plus negauit. Et quo
niam erat a christo super omnez ecclesiam in ca-
pite constitutus/ sibiq̃ tradite claues: decebat
eũ alios dilectione preire. Proinde si plus amet
saluator interrogat. Magna cautela vtitur re-
spondendo petrus: ceteris se in amore preferre
non audet: seipsum non alios scire fatetur. No-
uit se amoris virtutem non ponderare animos
singulorum: defert socijs ex comparatione: ipsos
in sua responsione non iudicat: se diligere dicit:
sed plus diligere tacet. Quis enĩ nouit se alicui
hominum similium in virtute illa preferre? Ec-
ce omnes apostoli diligebant: sed quis ipsorum
nouerat an plus ipse diligeret: cum vnusquisq̃
se crederet totum impendisse amorem? Sed ne-
dum in amore/quis in quacunq̃ virtute audeat
se preferre/si habet in illa consortem. Ubi vero
non est in virtute consortium/comparatio sopie
tur: quoniam in vno possessio/in altero carentia
Joã.21 iudicatur. Et hoc Petrus ita respondet: Etiam
domine tu scis/quia amo te. Acsi aperte dicat:
Domine certum est quia amo te: sʒ an plus istis
amem/ignoro. Tu solus/ non ego nosti amores
omnium hominum põderare: tu qui nosti meũ
similiter et ceterorum. Magno documento do
mini serui edocentur/ne vnus alteri in simili vir
tute se preferat: cum Petrus si plus diligere se
corde credidit/verbis penitus non expressit: aut
si non credidit plus amare/ humiliter tacuit. Ac
per hoc redargutus est Helias/qui dicebat se so
lum idola non adorasse: cum audiuit a domino
3.Reg.19 verbum: Reliqui mihi septem milia virorum in
israel/qui non curuauerunt genua sua ante baal.
Sed Petro prima responsione completa/ Di-
cit iesus: Pasce agnos meos. Acsi di
cat: Si diligis me/agnos meos vtiq̃ dilige: ope
re siquidem dilectionez perficias: vt illos pascas
exemplo vite/alimento doctrine: oratione a lu-
porum morsibus tuearis. Dicit ei iterum:
Simon ioannis diligis me? Appellat
eum a parentali ꝓpagine: ne extollatur/qui tan-
ta instruitur diligentia saluatoris: vt eum distin
guat: quia forte simon alius erat ibi/vnus de q̃-
bus supra dictum est: Et alij ex discipulis eius
duo. Nec quẽpiã moueat aploꝝ et discipulorum
vocabulum siue distinctio: quoniam aplos se-
pe sepius discipulos nominatos inuenimꝰ. Ite
rato saluator interrogat: nõ vt ignoret/aut ne ve

rum sit quod simon Petrus ante respondit: sed
vt confitendo sepius mereatur amplius. Eteñ
saluator omniũ christus semper suis fidelibus
parat ordinẽ plus merendi. Eandẽ quã supra re
sponsionẽ reddidit Petrus: plus de sciẽtia chri
sti/q̃ de seipso ↄfisus: vt si diligo vel non diligo/
quid me interrogas? Tu domine melius nosti.
Et si diligere videor: a me ipso forte decipior. Et
si quod videt̃ amor/non est amor. Quid me in-
terrogas? Tu domine certissime nosti. Ait ie-
sus: Pasce agnos meos. Iuuenes etiã
et ineruditos sub ecclesiastica pastura oportet in
ducere: neq̃ agni nouelli repellendi sunt a pa-
stu catholico/si velint cum professis ouibus in fi
de et moribꝰ cõmorari. Dicit ei tertio: Si-
mon ioannis amas me? Contristatꝰ
est petrus/quia dicit ei tertio: amas me. Et dicit
ei: Domine tu omnia nosti: tu scis quia amo te.
Dicit ei: Pasce oues meas.] Interrogat tertio
simonẽ iesus: vt tertio respondens a trina nega-
tione se purget: et plene ostendatur dilectio: quo-
niã in christo tota trinitas erat: vt pma interro-
gatio referatur ad patrem/ secunda ad filium/
tertia ad spiritumsanctũ. Sed contristatur petrꝰ
non de verbis domini/quẽ delectabatur audire
loquentẽ: magis vero quia recordabatur/q̃ quã
to magis cum christo se moriturum promiserat
tanto magis eum dominus predixerat negaturũ
Inde tacite cogitans de eo quod se dicebat dili
gere/pamplius hesitauit. In id argumentum as
sumens: ideo dominus totiẽs a me si diligo exi-
git: quia vel casurum/aut forte iterum negaturũ/
seu amorẽ in me non esse plene cognoscit. Et plꝰ
tribuens christi cognitioni/q̃ sue confessioni: de
christo confidens/de se diffidens contristatus ẽ
Pia ẽ illa tristicia qua se homo timet esse quod
credit: et hesitat in seipso de his que sibi vera vi-
dentur. Quamobrem tertio interrogatus lati-
us ipse respondit dicens: domine tu oĩa nosti.
Sapientiã atq̃ scientiã incõphensibilẽ chri-
sti/omnia cõphendẽtẽ/ Petrus in hac respon
sione fatebatur: asserens q̃ omnia nouerat. Si
oĩa nouit/nihil subterfugere potest sciam eiꝰ.
Nihil occultum potest esse aut fieri in hoibus:
nil cogitari tam secretius põt/quod in palã sibi
nõ veniat. Unde timor/vnde horror/ vnde cor-
dis custodia/vnde cautela/vñ rectificatio mẽtis
iure in hoibus nascit̃/si oĩa nouit. Et sapiẽa cla-
mat: Et omne cor intelligitur ab illo. Proinde Eccli.1
ↄtristatus Petrꝰ/sic arguit: Dñe si oĩa nosti: visi
bilia et inuisibilia/facta et disposita/cogitatiões
et verba: tu scis quia amo te. Quid igitur me in-
terrogas? Quia amo nosti. Uerbũ certitudinis
posuit ꝓ seipso. Certum enim sibi videbatur di
ligere. Si amo nosti: si non amo/nosti: sic peni-
tus nõ expressit: tacuit cõditionẽ: certitudinẽ di-
xit/quã sibi videbat̃ habere: illãq̃ scie diuine sup
posuit: de qua pamplius q̃ de certitudine sua ꝓ
sentiẽs/ne foret falsũ quod sibi videbat̃ verũ. Cõ
tristatꝰ ẽ: nõ aduersus christũ i aliquo ↄturbatꝰ
Ex seipso/nõ ex ipso capiebat vñ tristaret̃. Et cũ

dixisset tertio/amo te:audiuit ab eo: Pasce oues
meas:nõ tuas/non tyrannoꝝ mundi:nõ propria
voluntate gradiētes:nõ pascua querētes ꝑ pla-
cito voluntatis:nõ adherētes pastorib⁹ alienis:
non diuidentes ouile:nõ morbidas:que merito
culpe separantꝰ a grege: sed meas videlicet iuri
meo per omĩa mancipatas: meis vestigijs/ꝗtũ
possibile ꝛ fas est; ex omĩbus inherentes: meas
per amorem et sanguinis redēptionem:que me-
am vocem audiũt/et pastorem alium non sequũ
tur. Ecce ꝙ potius diligentibus cura cõmittitur
animarum. Etenim in illa virtus amorꝭ plus ꝙ̄
sapientia operatur. Quoniam qui christum in ve
ritate nõ diligit:nec per sapientiā bene guberna-
bit dominicũ gregē. Deinde petro ꝑ dixit q̇d esset
pro ipso passurus:vbi amoris certitudine fereba
tur in illũ: vt nõ solum amor ostendatur in regi-
mine ouiũ/sed in tolerantia persecutionũ: vt nec
ipse amor possit amplius in virtutibus ꝓgredi/
ꝙ̄ mori pro christo. Quicquid est amabile ꝑter
christum abhorruit:qui pro christo exposuit vi
tam. Proinde amoris inquisitione completa sal
uator adiecit: [Amen amen dico tibi: cũ
esses iunior/ cingebas te:ꝛ ambulabas vbi vole
bas:cum autem senueris/extendes manum tuā:
ꝛ alius te cinget:ꝛ ducet te quo tu non vis. Hoc
autem dixit/significans qua morte esset clarifi-
caturus deum.] Libertate vtitur homo: et suis
mouetur complacitis:maxime cũ sangnis ebul-
lit tempore iuuentutis/ quousq̃ obedientie chri
stifere sibi iugum imponit: sub qua curuatꝰ dor-
sum:inclinatur animus: vt vel sibi mala contra
corporeum sensum/asperum sensum inferat:aut
ab alijs illata volũtarie patiatꝰ: quāꝙ̄ sensus car
neus patiendo reluctet. In hoc protinus omẽs
quos vere afficit/traijcit christi amor: vt vel con-
tra tenerum sensum mala inferant:aut ab alijs ir
rogata patiēter sustineant:iuxta quē intellectum
dominus Petro dicit in veritate repetita conte-
stās: Cũ esses iunior / cingebas te:ꝛ ambulabas
vbi volebas. Cum iuuentutis etate feruens/cu3
velut indomitus vitulus nondum pio iugo col-
la submiseris:te ad tua volita preparabas:ꝛ vo-
luntate potius ꝙ̄ virtute/placito magis ꝙ̄ rati-
one mouebaris:ambulabas quo volebas / non
quo virt⁹ aut ratio impellebat:ꝛ ope diuina mu
Prov.22. tatum est in te scripture decretũ: Adolescens iu-
xta viam suam graditur:ꝛ cũ senuerit/nõ recedet
ab ea:quoniam cum senueris/extendes man⁹ ad
suscipienda tormēta:ꝛ alius te preparabit/ ad pe
nam te ducēs: quo ire sensus carnis naturaliter
refugit. Sed si pena inuoluntarie toleratur:meri
tũ non videtur afferre. Igitꝰ si tu petre ibis quo
non vis:vnde tibi meritũ erit: cũ magis ꝓueni-
at voluntate patiēdi/ꝙ̄ acerbitate penaꝝ? Est si-
quidem in homine iudiciũ rationis:qua ꝓ chri
sto iusta occasione accepta/volũtarie se prestat ĩ
penam:quam semper moleste tulit tenera hoim
caro:que nũꝙ̄ de sui natura patiēdi penas ꝑsta-
uit assensum:sed trahitur etiam renitens in san
ctis viris aut interioris hominis per iudici-
um rationis: aut in alijs per maioris violentiā
potestatis:cuius si voluntas exquiritꝰ/pati velle
denegabit oĩno. Nam et aīalia sensu rõnis ca-
rentia/ꝓ posse deuitāt asperas penas:ꝛ sepe tra
huntꝰ inuite: atq̃ secundũ ipoꝝ naturā vocibus
penas cũ aduertunt/aut alijs renitentijs dene-
gant:cõtra naturā corporei sensus abhorrētia
male pati: vt etiā ad bonũ ignoratum seu nutri-
mentũ aut stabulum/nõ nisi per violentiā trahi
possint: si a libertate a natura eis insita deriuā-
tur. Quo sensu petro dictũ est:et consimilib⁹ di-
ci potest:ducet te quo tu nõ vis. Quod euange
lista ioannes interꝑtat⁹ est de morte/in qua pe-
trus amorē christi seruās deũ honorificauit: vt
ipsius vulgatũ martyrilogiũ manifestat. Et ne
petrus moleste asperu3 dictũ acciperet: semet-
ipsum christus tradidit in exemplum/dicēs sibi:
Sequere me. Aperte ostendēs suā volũta-
tem/ipsum animans ad passionē. Sequere me:
passum voluntarie/mortuũ sponte. In quo etiā
sensus carnis cum ratione certauit:pati volens
mori timens. Sequere me: in quo fuit in pacto
certamine spũs promptus:caro aute3 infirma.
Sequere me iudicio rõnis: vt cum tempus tue
passionis aduenerit:nõ deuites/aut effugias pe
nas:et blandiēs teneritudini carnis/nõ abhor-
reas mortē. Prout ex litera sonat/aliquod iterꝰ
agebant: [cum surrexissent a prandio. Et
sequēs corpe petrus iesum: cõuersus a tergo vi-
dit discipulũ illũ quē diligebat iesus/ sequentē:
qui ꝛ recubuit in cena supra pectus eius: ꝛ dixit
ei: Dñe quis est qui tradet te?] Hec oĩa pro io-
annis noticia referuntꝰ:qui se per gesta/non per
proprium nomē explicat. [Hũc ergo cum
vidisset petrus/ dicit ad iesum: Dñe/ hic autem
quid?] Agitabatꝰ in animo petrus: ꝙ ipse solus
exquisitus fuerat in amore:sibi soli de morte ad
seqlā ipse singulariter inuitatus. Propterea
cũ vidisset cõdiscipulũ sequentē:alij forte dimis
si a dño iuerant viam suā/aut tacētes astabant:
dicit de illo ad iesum: Hic aũt quid? Hac inter-
rogatione perq̇rens:si qua morte ipse morietꝰ: si
velut ipe cingetꝰ ab alio/ ꝛ ducetur a quo nollet.
Nõ querit petr⁹ vt inuidens: sed vt noscat si eũ
in passione sicut in christi conuersatione debeat
habere consortē. Propterea iesus talia req̇rēti
eũ repmēdo respõdit: [Sic eũ volo manere
donec veniā. Quid ad te? Tu me sequere.] Curi
ose mentis est: cũ quis causam a suo domino ha
bet imposita3 / de causa socij velle requirere:quo
usq̃ suā plene perfecerit. Nimis ꝑsumit in domi
nũ seruus/ipsum exq̇rens q̇d velit ĩ ceteris. Offi
cij atq̃ iurꝭ bonoꝝ seruoꝝ est exequi mādatũ susꝰ
ceptum:nõ superiorũ secreta rimari/ q̇d mandētꝰ
ad reliquos. Non eñ equa in re vel pondere one
ra onerifer animalib⁹ iponuntꝰ. Neq̃ omĩbus
cõmilitonib⁹ regis vna bellandi statuitꝰ acies:si
vndiq̃ hostes insurgũt. Et sepe factũ est in hosti
lib⁹ bellis: vt pars militũ remaneat ad sarcinas
dum bellatur. Et decreto dauid factũ cognoui- 1.Re.30.
mus: ꝙ custodientium sarcinas ꝛ bellantiu3/de

captis spolijs esset equa portio. Regis est mittere in acies milites/⁊ pseruare quos velit. Nõ est serui/ de ceteris cõseruis dñi exqrere voluntatẽ. Propterea reprimit dñs petrũ: qui curiose q̃sierat. Sic eũ volo manere/donec veniã. Quid ad te ptinet scire quid velim / quid disposuerim de cõditionibꝰ singuloꝝ? Quid ad te de consulẽdo quid faciã: de sciẽdo quid hic discipulus faciet? Quid ad te de actione cõserui? Distincte sũt actiones: distincta sunt merita. Per seipsum vnusquisq̃ damnandus damnationem accipiet: nec

Roma. 14. leuior erit pena consortio damnatorum. Unusquisq̃ per se rationez reddet coram ineffabili tribunali: nullius causati societate iuuabit. Justicia vniuscuiusq̃ super eum erit: in alterum non mutabitur. Non variabuntur merita singuloꝝ. Justicia vnius/merces vel peccatum non erit alterius. Quid igitur ad te? Tu me sequere. Tu cõmodo tuo/tu tua vtilitate me sequere; qui quolibet me sequẽtes /infallibili via dirigo in salutem. Quid ad agonistas de ceteris agonistis agnoscere: cum propria pena vel gloria non minuatur aut augeatur/accedente siue deficiẽte cõsorte? Maxime autem ex eo retũdatur oĩm christo militantium curiosa presumptio/inuestigare de ceteris: quoniam sũmus agonum positor ita infallibili prouidentia/decentia irreprehensibili agones hominibꝰ ordinauit: vt semper male sit aliter/nũq̃ bene penitus nisi taliter prout ipse prouiderit. Non ad scientiam curiosam / sed ad sequelam instam a domino inuitamur: cũ illa exclusa/ista inclusa petro dicatur: Quid ad te? Tu me seq̃re: recto vestigio cordis/conformitate morum. Quod vni dicitur ad sequelam / omnibus est ad regulaz. Sed discipuloꝝ imperitia eos fecit aliter q̃ dominus dixerit/hesitare: cum ex verbis saluatoris ioanni discipulo immortalitatez asscriberent. **Quoniam exijt sermo inter fratres et cõdiscipulos: q̇ discipulus ille non moritur.** Quam hesitationem impertinentem ipse discipulus de quo erat abegit: cũ ipse verba saluatoris repetendo exposuit: q̇ hoc quod dñs dixerat: sic eum volo manere: in discipulo immortalitatem nõ asserebat. **Et non dixit iesus / nõ moritur: sed sic eum volo manere donec veniam.** Hoc quod saluator dixerat: sic eum volo manere: similitudinem ab extra non habet expressam: sed habet aut affirmationem in eo q̇ predicitur: aut internam similitudinem in eo q̇ sic positum est decretum: vt sicut preuidi/sic facio. Sic eum volo manere: sicut mea prouidentia in meipso decreui: donec veniam: quousq̃ videlicet de ipso sicut prouisum est/aliud faciam. Nec quempiam moueat q̇ ad eum nouus aut singularis a christo determinatur aduentus: cum ad electoꝝ animas egredientes de corpore ipse benignus adueniat. Non eñ veniendo patitur atq̃ laborat: neq̃ locoꝝ spacia veniẽdo retardant. Plus eñ fuit in carne venisse/satagisse in terris / in cruce mori/visitasse inferos / resurrexisse a mortuis; q̇ aduenire ad animas electoꝝ/cũ a corporibus separantur: maxime ad illoꝝ animas quos ab omni mundo ex omni carne in mundo degens / ad se singulari electione vocauit: quos suos nominauit apostolos/ in oẽm destinauit orbem: pncipes ecclesie/iudices constituit seculi: qui secũ in tentationibus permanserunt/per sanguinem et mortem de ipso testificati. Sed hoc quod de Joanne singulariter dixit: sic eum volo manere: cõtra illud indicit quod petro dixerat: significans quod esset corporis acerba morte moriturus: interrogantiq̃ de ioanne saluator ipse respondit: Sic eum volo manere: non sicut te mori. Incorrupta carne viuet: sine pena et tormento morietur: sic expectabit donec ad ipsum veniam ⁊ assumam. Quid ad te de pacifica morte sua? Quid ad eum de aspera morte tua? Non ex hoc Joannes dictus est immortalis: sed nõ sicut tu ipse morietur/sed omnino morietur. Nec improbe me mouet pius quidam in hoc verbo alius intellectus. Predictuz erat petro/q̇ mori crudeli morte debebat: inquirenti de condiscipulo tacite/si eodem tẽpore/eodem loco/eodemq̃ genere mortis moriturus esset: iesus ipse respondit: Sic euz volo manere donec veniam. quasi dominus petro dicat: Non eo tempore quo tu morieris: sed sic manebit incolumis donec veniam: scilicet in maiorem cognitionẽ hominũ ⁊ ecclesie per apocalypsim et euangelium eius: que sibi sum manifestaturus: ipseq̃ scripturus est. Nullus eñ euãgelistarum vt ipse/ tam ab alto euãgelium tonuit: aut tam aperte disseruit eternum dei verbum in tempore fieri incarnatũ. Et quod ab alijs euãgelistis prescribentibus historiam christi fuit omissum/ipse suppleuit. Ipse apocalypsim vbi ecclesie sunt conscripta mysteria/ christo reuelante conscripsit: ex quibus iesus in maiorẽ noticiã hominũ venit. Nondum tempore petri euangeliuz eius ⁊ apocalypsis scripta erant: ex quibus tanta christi prouenit noticia populo christiano. Naz apocalypsim scripsit in pathmos sub Domiciano. Ephesi scripsit euangelium sub Traiano. Et petrus mortuus est anno tricesimo a domini passione: ioannes vero ampliori confectus senio/septuagesimosexto anno a domini passione intrans sepulchrum/ fusa oratiõe requieuit. Petrus rome/ ioannes ephesi: Petrus sub Nerone/ioannes sub Traiano vltimum diem clausit. Propterea dominus dixit: Sic eum volo manere/donec veniam. Tamdiu volo eum manere: donec per ea que per eum scribenda sunt/in pleniorem noticiam hominum veniam. In scripturis enim canonicis/ euangelicis ⁊ apostolicis posterior est scriptura ioannis: que qualem noticiam de filio dei eterno et increato/⁊ in tempore incarnato: per euangelium et de suis atq̃ ecclesie mysterijs per apocalypsis noticiã dederit/ dicat ipsa ecclesia que suscepit. [**Quoniã hic est discipulus** qui testimoniũ phibet de his: ⁊ scripsit **hec.**] Et scit ⁊ nouit ecclia i fidei ṽitate [**quia verũ est testimoniũ eius.**] Scripserãt alij

tem tres euãgeliste euangeliũ: scripserant petrꝰ
iacobus/iudas canonicas suas: scripserat apl's
epistolas suas: scripserat lucas apl'icas actiões:
sed necdũ ioannes manũ aptauerat ad scribendũ.
In scribendo eñ nouissimꝰ apostoloꝝ oĩm
vigilauit. Quo sensu existimo pie dictũ: sic eum
volo manere incolumẽq; viuere/donec in noticiã
pie credentiũ ꝑ apocalypsim ⁊ eius euangeliũ
veniã: nõ ꝙ non moriat/ sed vt dñs per eum
sic notus veniat referuet. Promissam sepe illã
insignem apparitionẽ in galilea dñs iesus mandauit
effectui/ cũ decreuit discipulos in galileã
pergere: quã anxie apostoli ⁊ discipuli expectabant.
Uñ statuto tempore [vndecim discipuli
abierunt in galileã in montẽ/ vbi cõstituerat illis
iesus. Et videntes eũ adorauerũt: quidã aũt
eoꝝ dubitauerũt. Et accedẽs locutus est eis/dicens:
Data est mihi oĩs potestas in celo ⁊ in terra.]
Ex voce aut ex aliquo indicio perceperunt
apostoli atq; discipuli/ ꝙ apparitionẽ festinã in
galilea sicut sepe ꝓmiserat/erat in breui dñs cõpleturus:
quã plusq̃ quingẽtis fratribus factã
refert apl's: in mõte scz thabor/ ꝓut constituerat
eis iesus: vt in eodẽ monte vbi facta est añ passionẽ
transfiguratio gloriosa/ post resurrectionẽ
fiat tam insignis apparitio: ⁊ credat idẽ esse Jesus
q̃ pro nobis mortuus est/et resurrexit. Non
exprimit euangelista noĩe ꝓprio montẽ thabor
sed ex supplementis euangeliȷ̃ plene suscepimus
ipm esse montẽ: quẽ ad apparitionẽ tam insignẽ
atq; solennẽ cõstituerat illis iesus: vbi adorauerunt
maiestatem christi regressam ab inferis: ⁊
egerũt gratias sue dispensationi ꝓpter apparitionẽ
magnificam eius: in spiritu vere humilitatis/
ꝓcliuio corpis/inclinatione cordis/in feruore
fidei/in charitatis ardore: cõferẽtes in corde
verbotenus asserẽtes: qm̃ hic est magister ⁊ dominꝰ
q̃ eos in nouã vitã vocauit: qui eos zelauit
et docuit: qui pro eis et oĩbus passus/mortuus
est/⁊ resurrexit. Uera eñ ⁊ ꝓpria cuiusq; ꝓceris
est adoratio a subiectis exhibita: cũ virtus eius
et actio virtutis in credulitate atq; p̃conio exhibent.
Nõ eñ adorat in veritate/qui quod est nõ
credit: ⁊ quod credit/nõ profitet: aut qui profitetur
quod nõ credit in hoĩe: aut confitet quod in
illo non est. Apostoli vero siue discipuli adorauerunt
eũ cum actionibꝰ gratiarũ: quod iustum
erat et actum de passione christi et resurrectione
credẽtes. Legimus nẽpe christũ ante passionẽ ⁊
mortẽ pluries adoratũ. Post resurrectionẽ ꝟo
similiter/sed non totiens: vt nõ maior sit resurrectione
factus/q̃ fuerat anteq̃ pateret. Ab instãti
sue incarnationis viator extitit ⁊ cõprehensor.
Nec obstat ꝙ apl's ad philippenses scribit: ꝙ sit
apud semetipm et deũ patrẽ ex passione vel morte
factus eximior. Est siquidẽ dicere ꝙ adoratio
adhibita sibi ante passionem sit pro gr̃a: post resurrectionẽ
vero propter gloriã sit illata. Protinus
iustum erat vt christi maiestas adoraret in
mõte: qui ad montẽ eternũ/montẽ sanctum suos
fideles conat inducere. Nam in superioribus attollitur
mens: cum Christũ in veritate adorat:
nec ĩ veritate dominũ adorare potest/ nisi supra
esse corporeũ ad altiora cõscendat. Premiũ habet
euangelice rote cõtente in medio rote/ qui accessit
in galileã: q̃ rotatio nũcupat: si rotari voluerit/
vt euangelica rota rotabit. Qui vero vere
ascẽdit in ꝯstitutũ virtutũ montẽ/ innocẽs sancietur:
quoniam innocens manibus ascendit in mõtem.
Qui aũt in altitudine virtut' dominũ adorauit/
abiecit idolatriã credulitatis ⁊ mortis: diuina
plurima cognouit arcana: excessit seipsum
factꝰ est sublimior/quo in adoratiõe proclinior.
In terra viuens/ angelos imitatus est. Sed nec
alibi salubriter adoratur Christus/ q̃ in monte
quẽ ipse constituit: quãq̃ didascalice cũ samaritane
fuerit dictũ: ꝙ neq; in mõte garizin/ neq; in
tẽplo hierosolymis constituto: sed in spiritu esse
possint veri adoratores. Montẽ fidei ⁊ spiritualis
intelligẽtie/montẽ diuini luminis ⁊ interlucẽtis
in animo veritatis cõstituit vere fidelibꝰ Jesus:
in quo adorat sua venerãda maiestas: ⁊ cultus
iustus et latria deo patri/⁊ filio/⁊ spirituisancto:
differenter ⁊ mystice/ in spe ⁊ charitate/ ꝓ beneficio
creationis ⁊ redemptionis ⁊ introductionis
in gloriam suam/in singulis electis ⁊ in omnibus
saluandis: cum mundi mysterium fuerit cõsummatũ/
ab omni catholica ecclesia exhibetur.
Et huiuscemodi adoratione/ corde/⁊ ore cõfitet
atq; testat: quoniam iesus est filius dei/via/veritas
⁊ vita/salus ⁊ redemptio nostra/ rex regũ et
dominus dominantiũ. Quidã aũt ipsoꝝ dubitauerũt:
non vndecim columne/ quas sup basem fidei
refundauerat in multis antefactis apparitionibus
et variȷ̃s argumentis: sed aliqui eoꝝ q̃ adhuc
ipsum non viderant: nec palpauerãt/si haberet
carnẽ ⁊ ossa: nec aspexerãt comedẽtẽ. Nec mirũ
si in magnis naturaliter tamen factis/ a paruis
dubitatur. Et dispẽsatiue saluator dubitari
se ꝑmittit: vt exprobrato dubio/adiectis argumẽtis
hesitãs/solidius firmet. Et in monte adorationis
⁊ latrie ab oĩbus nõ equa sorte sentit: neq;
parilitas est intellectibꝰ et affectibꝰ hoĩm: q̃uis
vnus sit cõsistẽtie locus. Una est ecclesia orthodoxa/
q̃ ĩ huius adoratiõis mõte signata est:
et oĩbus est ipa cõis: sed oĩm in ea militãtiũ atq;
credẽtiũ nõ est vna sentiẽdi ꝓportio. Sed accedẽs
iesus locutꝰ est eis: tarditatẽ animi atq; cordis
duritiã exprobrando/dicens: Data est mihi Mat.28.
oĩs ptãs in celo et in terra. Omnibus loquitur: firmis
atq; nutãtibus: et auctoritatẽ ꝓdit/ quam a
deo patre suscepit: scz ꝙ oĩm cõstitutus est dñs:
vt auferat oĩm dubiũ/ꝙ velut omnipotens potuit
a monumẽto resurgere. Nihil est boni et cõgrui:
quod nõ posset efficere/cui oĩs est attributa
ptãs. Attñ p̃ter id quod potuit semetipm reuocare
ab ifer': et ꝟtute ꝓpria resurgere a sepulchro
oĩs sibi donata potestas ĩ aliud se ꝓtẽdit: vt etiã
christus hõ vnitus deo/sit oĩm dñs cõstitutus: ⁊
heres vniuersaꝝ aĩaꝝ et corpoꝝ/spiritualium rerum
et corporaliũ/eternoꝝ et tẽporaliũ/angeloꝝ
et hoĩm/electoꝝ et reproboꝝ: vt q̃ humiliauit se

metipsum in carne vsq; ad crucis ignominiosaꝫ ⁊ asperam mortē deo patri factꝰ obediēs. Deus exaltauit illuꝫ: ⁊ dedit illi nomen quod est super omne nomen: vt in nomine iesu sibi dato: pro eo ꝙ saluator est oīm: omne genu flectatur / celestiū / terrestriū ⁊ infernoꝝ: vt nihil sit in celo et in terra ⁊ in inferno / quod non calcet atq; pessundet sua tremenda ⁊ alma potestas. Genuflectūt coram iesu in celo angeli: ⁊ ille a corporibꝰ separate substantie: cum deum ⁊ hoīem in vna ꝑsona venerātur: ⁊ adorāt illā eis in deitate suꝑlatā humanitatē: et colunt latria ineffabili / amore incōprehēsibili grās infatigate agentes: vna cū aīabus iā introductis ad superos eterne atq; beate gaudētes: qm̄ christus hō vniuersoꝝ atq; ipsoꝝ factꝰ est dn̄s: nō inuidētes hoībus quoꝝ accepit naturam: neq; dolentes ꝙ nō accepit angelicā. Genua flectunt et flectere iure debent hoīes in terra degētes: colentes eū solū q̄ ē suꝑ oīa christus deus: abiecta omni spurcitia idoloꝝ: et deorum multitudine improbata spūalibꝰ ⁊ corꝑalibꝰ rebus in ditionē suā deductis: vt ī neutris quicq̄ ꝑter eius imperiū fiat. Et oīs terrena potestas subdita fiat christo: cui in celo ⁊ in terra oīs est collata potestas. Nec sibi arroget quecūq; altitudo mortaliū in sua potestate dominiū: quoniā suū est ab illoq; dependet / cui oīs est donata potestas. Neq; reges terre ⁊ ꝑncipes populi sui velint esse iuris atq; virtutis: vt suis voluntatibus viuant: suisq; legibus ꝑsumant gubernare subiectos / adherēte repugnātia euāgelio sancto eiꝰ: quoniā oīs ꝑncipatus ⁊ potētatus in suo regimine sibi factus est subditus: cum oīs sibi sit in terra potestas: ⁊ originaliter ab illo est om̄e iustū dominiū / cui oīs data est potestas: ⁊ omne imperiuꝫ sibi factū est iure subiectū: veneret atq; adoret scabellum sanctū eiꝰ quod est ecclesia sancta eius: in qua qui sua vice ꝑsidet in iusticia et autoritate veritatis / oīa sceptra mūdi debet habere subiecta. Que vero sibi iuste presidenti et decernenti repugnāt: aut ab infidelitate aut a tyrānide / aut ab heretica prauitate / ⁊ cōtumaci inobedientia detinent. Genuflectunt demones / qui credunt ⁊ cōtremiscūt: et velut eius satellites ꝑficiūt imperiū sanctū eius.

Mar.16. [Nouissime autē recumbentibꝰ illis vndecim apꝑuit illis: ⁊ exprobrauit incredulitatē illoꝝ et duriciā cordis: quia his q̄ viderant eū resurrexisse a mortuis / non crediderunt.] Nouissime scꝫ die quo ab eis ꝑ ascēsionē in celum corꝑaliter seꝑatus est: recūbentibus vndecim / scꝫ ī illo sacro cenaculo quod erat in hierusalem: expectabāt in illa die discipuli dn̄i saluatorē: qui suo modo nūc apparebat: nunc se occultabat: et qꝛ nondū venerat / recumbebant. Tūc apparuit illis iesus. Et mirū ꝙ ipsis a summo diluculo in cōtemplatione seu oratione aut bonoꝝ collatione vacantibus / iesus non apparuit. Dum vero comedebāt aduenit: vt luce clarius pateat nō hominū exercitatoꝝ virtute: sed sua benignitate suā velit ꝑstare ꝑsentiā aut aliud inferre solamen. Oportebat oīno ꝙ hoībus daret intelligi / ꝙ si q̄ sunt in eis virtutum debite actiones / christi premia vel presentiā nō merentur: nisi q̄tū et quādo vult ipse cōferre benignꝰ: Necnon ideo recubitus hora saluator aduenit: vt veritas ascēsuri corporis mōstraret ex cibo. Etem̄ cōuescitus est ex his que apposita sūt suꝑ pauꝑculā apl'oꝝ mensam: quibus illam accurare cura non erat. Ecce prouidēs illis et posteris dn̄s vult esse immunes a deceptiōe credentes: ⁊ incredulis viā obstruit detrahendi: cū ascensionis die in corpus suū comedendo traijcit cibuꝫ: ne aliꝰ pro alio diceret. Cura fuit diligēs christo discipuloꝝ animos dimittere ī sua fide pacatos ⁊ ꝙ intrepide absq; dubio ꝑdicarēt quod viderant oculis: manibusq; tractauerāt: quos in vniuersum mundum dirigit: ad doctrinā disponit: ad vite sacramenta cōferre dat formā ianue baptismatis: sine quo suscepto / vel vbi non possit credito / nō potest esse salut' initiū. Et ad hoc comestione cōpleta [Jesus locutus est eis / dicēs: Euntes in mundum vniuersum / predicate euangeliū omni creature. Doceteq; oēs gentes: baptizātes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti: docentes eos seruare omnia q̄cunq; mādaui vobis. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit / saluus erit. Qui vero non crediderit / cōdemnabitur.] In vniuerso habitabili mūdo gētes ī electis regionibꝰ habitabant: alique ꝑter leges excepta lege nature: quā deus in cordibꝰ hominū scripsit: a qua tergiuersando nullus penitus potest / si ad etatem iudiciarie rationis seu discretionis peruenerit / excusari. Alique legibus hominum agebant. Alique triumphabant in orbe terrarum: vt aurea roma que totum mundū suo impio subiugare certabat. Aliqua militabat sub lege mosaica. Sed nec sub lege cōstitutis aut lege carētibus erat nota vel aperta via salutis: ad quā oēm rationalē creaturam deꝰ creat: quāq̄ oīs illā nō assequatur / occulto vel manifesto dei iudicio iusto ꝑpedita. Euāgeliū aūt eternum creditū atq; ꝑuatū quod saluator edidit / trāsmitit ī illā: ꝙ vult notū fieri hoībus ꝑ idoneos viros a christo selectos plebeios: hūana scīa īpitos: nō fungentes aliqua dignitate terrena: ne ascriberetur causa tanti mysterij alijs q̄ diuine virtuti: quibꝰ a christo iam debente in suꝑna cōscendere dat plena legatio: imo iussio ineuitabilis imponit: vt euangeliū quod ipse in paruis hierosolymitanis et galilaicis locis hoībꝰ ꝑdicauit / ipsi oībus hoībus debeāt ꝑdicare: vt nō sit terra vel locus / vbi sit hoīm incolatus qui euāgelicas tubas non audiat: qm̄ fides q̄ hoīes saluat est ex auditu: auditus aūt per verbum dei. Rom.10. Sed nunq̄d dici pōt / vt excusabiles sint: qꝛ nō audierūt? Equidē in oēm terrā exiuit sonus eoꝝ: ⁊ in Psal.18. fines orbis terre verba eorum: Doceteq; omnes gentes. Illas videlicet que formā humilis discipulatus accipient. Non enim capiunt doctrinam eterni euangelij: nisi qui discipulatum humilē in corde atq; moribꝰ incōtradicte suscipiunt. Etem̄ euangeliū forma pacis / ad inq̄etos

fieri cōmunicabilē nequit. Docete protinꝰ iesus inquit/seruare oīa quecūqꝫ mādaui vobis. Nō vult saluator/ꝙ vnū iota vel apex a sua euangelica lege ꝑtereat: quin corde aut ope/prout lex ipa distinguit/ ī actionē veniat: vt que solū seruāda sunt corde/seruenť: que moribus/nō obmittanť: cū dicit: Docete seruare omnia quecunqꝫ mādaui vobis. Nō aūt ꝟbū hoc ꝛ sic indistincta sententia in omnibus obligat oēs ꝛ singulos: qm̄ olim esset vna virtutū ꝓfessio. Nec esset latitudo euāgelij: que reges ꝛ principes/ magnos et paruos/ fortes ꝛ debiles/diuites ꝛ pauperes/sapientes ꝛ indoctos/nobiles ꝛ plebeios/castos ꝛ coniugatos: si credulitate ad ipm̄ veniāt/apprehēdit: sed ꝙ ipm̄ seruent in corde ꝑ fidem et dilectionē: in moribus per placitā virtutū et statuū electionē. Nam cum precipit celibatum/matrimoniū non condemnat: ꝛ velut corporis mēbra non omnia idem officium seruant: quāꝙ ꝓpriū attributum ꝑ posse vnumquodqꝫ conseruet: ꝛ totam corporis machinam ꝓpensius diligat: sic ꝑ fidem integram vniuersa euāgelij serie custodita/ vnusqſqꝫ quod sm̄ euangelium elegit/in moribꝰ et virtute conseruet. Et mandauit eis vt inciperent a hierusalem: quia ꝑdicādo euāgelium / quod ad eternam pacē audientes vocat ꝛ ordinat/a pac tēporis debebat incipere/non a pace mundi: sed ab illa qua mente conspicitur/corde tenetur. Visio em̄ pacis interpretata est. Profecto letū exitum habet/qui a pace virtutū fecit initiū. Et pacifici facti sunt filij dei/qui attente seruant que a christo seruari iubentur. Sed hec sunt que seruare sm̄ euangelium apostoli docuerunt: alienum fieri ab idolorum cultura: et vnumquemqꝫ credentem se preseruare a vitijs: que natura/ratio/mos/vsus/lex/gratia/ veritas reprehendit. Docuerunt non thesaurizare in terra / sed in celo per mandatorum custodiam: non diligere que vidētur/quia temporalia sunt ꝛ caduca: sed diligere que non videnť / virtutes scꝫ ꝛ bona celestia: que aut eterna et beata disponunt: aut ipsa eterna cōsistunt. Docuerunt mūdi nouitatē ex nihilo: quē falsa philosophoꝝ opinio putat eternū. Docuerūt quō inuidia diaboli mors intrauit in orbem terraꝝ: ꝛ quomodo merito ꝓtoplasti/dānationi eterne iuste tenebamur astricti: ne qui supbirent/ ꝙ nō egerēt misericordia dei. Docuerūt quōmō aliunde humano generi non poterat esse remedium: nisi per verbū increatū cū fieret incarnatum: ꝛ penas ī ligno ꝑ ligno sustineret: sanguinē funderet: mortēqꝫ subiret pro omnibꝰ caro factum. Docuerunt paupertatem/celibem vitam/coniugalem castimoniā: neminē ledere/omnibus velle prodesse/pro iniuria iniuriā nō referre. Docuerūt abrenūciare ꝓprijs volūtatibꝰ: tollere crucē: christū seqꝫ: nō q̄ sua sunt querere/sed q̄ iesu christi. Docuerūt ꝑfunctoriā gloriā nō q̄rere: sed gloriari tm̄ in dominicā cruce. Docuerūt hoies supra seipsos fieri: sacramentaliter viuere: diuina mandata seruare: studere virtutibus. Et ꝙ nulli debeať iniqtas: sed charitas omnibꝰ sit reddenda. Et ꝙ respublica ꝛ res principū nūꝙ melius ꝙ in veritate/iusticia ꝛ charitate sub christo dei filio cōseruať. Et ꝙ ibi miseria/vbi mūdi ꝓsperitas: ibi gloria/vbi miseria. Docuerūt secundūꝫ naturā cōditā/cōtra naturaꝫ corruptā: supra humanū vsum/supra sensuꝫ. Docuerūt hoies ī carne angelice viuere: docuerūt secretos fieri a natura bestiali: docuerūt gentes a genitura recedere: in terra natos in superna posse conscendere. Et vt breuiter ꝑstringā: docuerunt q̄d credendū/q̄d sperandū/q̄d amandū/quidue tenendū/q̄d agendū. Hec siq̄dem dn̄s apostolos docuit. De his q̄dem dicit: Docentes oēs gētes seruare/ quecūqꝫ mādaui vobis. Et adiecit formam baptismi qui est salutis initium: qui catechizat quos abluit superno charactere: quam formā preterire nō licet: seruare omnino necessarium factuꝫ est. Baptizantes eos ī nomine patris ꝛ filij ꝛ spūssancti. Precedit doctrina baptismum. Nam qui baptizatur/primo catechizatur: Quis in paruulis qui nascuntur ex hominibus christianis/ catechismus mēte impressus propter incapacitatem penitus non precedat: sed in fide firma ecclesie ab assistentibus respondetur pro ipsis: quod gratū credimus christū suscipere acsi perfecte essent etātis. Spiritussanctus in hoc instruxit ecclesiaꝫ: vt in plenitudine fidei sic oblatos a parentibꝰ paruulos baptizaret. Sed quos baptizat paruulos ꝛ profectos/ in virtute trinitatis intingit. Nā nōmen patris ꝛ filij ꝛ spiritussancti trinitatis est virtus: in q̄ regenerandus immergitur: vt in virtute patrī/qui creauit: filij/qui redemit: spiritussancti/qui diffusus est ꝛ animauit ad agēda credētes. Qui debet saluꝰ fieri abluať: cōgruū est em̄ vt a virtute ad saluteꝫ ordineť in terra: q̄ saluatꝰ perfruetur in gloria. Quanta igitur sit virtus baptismi atqꝫ nobilitas/nomē ꝑsonaꝫ in quo cōfertur/insinuat. Et sicut absqꝫ baptismo nō ꝑmittiť salus: sic absqꝫ isto nomine nō erit baptismus. Magna inquisitio alti mysterij nobis offerť/ꝙ saluātos christus in ꝟtute trinitatis voluit aq̄s immergi: quā inquisitionē hic ꝑterire silētio vtilius iudicaui: ne opus legentes ꝓlixitate fastidiat. Nec etiā q̄ cōprehēsi fuissent exacti subito penas subire ꝑ christo ꝓprij sanguinis ꝓdesset intinctio/nisi hoc nomen aut virtus triū personarum adesset. Ad nihilū oīa valent/nisi nomē huiusmodi per fidē inuiolabilē roboreť. Et q̄ baptizari dicunť a flamine: nec ꝟtute/gratia ꝛ effectu huius nōis caruerunt. Cuius nōis adherēs carentia non in salutē/magis autē traiecit in penas. Quō autē salus aut damnatio incunctāter ꝑueniat/subsequēter saluator aperuit. Qui crediderit ꝛ baptizatus fuerit/saluus erit: qui vero nō crediderit/ cōdemnabiť. Dirigebat saluator apostolos predicare verbum vite verbumqꝫ salutis: quod oportebat audientes per credulitatem recipere. Proinde dicit: Qui crediderit: scꝫ verbum ex verbo/ verbo per verbū/ in verbo de verbo/et abluetur ꝓpter verbum creditum/saluus erit. Multi siquidem in hoc verbo damna-

biliter errauerũt: solũ fidē ꝛ ablutionē baptismi credentes sufficere in salutē. Et in domibus acidie atq3 negligentie hospitati sunt: dicentes ex ista sententia pro salute nihil aliud oportere: cũ christus post ista duo credere ꝛ baptizari/sine interpositione verboꝝ dixerit/saluus erit: ꝛ nec apposuit aliud iugum corporaliũ actionũ. Sed nõ aduerterũt spũssancti per iacobũ expressam sen-
Jacobi.2. tentiã. Fides sine operibus mortua ē: eis siquidem qui addere fidei opera potuerũt: sed neglexerũt/sibi de huiuscemodi sentētia improbe blãdientes. Qui vero nõ crediderit/condēnabitur. Fieri contumacem cum recte a rectisq3 vocamur ad fidem/damnationē infallibilē operaꝛ. Quod ēm creditũ adijcit credenti salutē/ negatũ cõtrarium parit. Negaꝛ quod nõ crediꝛ: quia negatur esse credendũ. Qui non credit/negat: dum hoĩm intellectus nõ subdiꝛ fidei: sed innititur rationi: quã substratã nõ habet / atq3 ostēsibilē mysteriũ credendorũ. Juste igiꝛ damnanꝛ increduli: si in credendis est salus. Et ex hoc verbo suggillanꝛ ora oĩm loquentiũ iniqua: qui credũt quēpiam sine fide ppria vel ecclesie potuisse saluari. Nec quisq3 impietatē ad pietatem conuertat: vt velit corde credere: asserere verbo saluos esse quatuor virtutũ expolitissimos tractatores: seq3 infra illarũ limites coartãtes/circumfultos nobilitate morũ: si tribus viuificis virtutibus nõ fulserũt. Signa vero credentiũ voluit saluator adnectere: vt fidelium ꝛ infidelium/etiã in hac vita esset vera distinctio. Non ꝙ signũ virtutē maiorem aut minorē effecerit: sed virtus optima fecit [si-
Marci.16. gna: que illos qui crediderint/hec sequenꝛ. Jn noĩe meo demonia eijcient: linguis loquenꝛ nouis: serpentes tollēt. Et si mortiferũ quid biberint/non eis nocebit. Supra egros manꝰ imponent/et bene habebunt.] Juxta quod scripta sunt hec/ habuit ecclesia primitiua: nũc vero potius ad mores hominũ sunt deuoluta: vt eiectio demonũ/linguarũ nouitas/ablatio serpentium: innocuũ existere a suscepto veneno: infirmorũ cõualescētia cũ tempore in ecclesia dei tropologice sint reperta. Horum vero tropos inquirere illorum est/qui scripturã sacram et euangelicã humiliter venerantur: ꝛ cautis passibus ambulant circa illam: ne tropus tropum impediat: ꝛ vnus alteri nõ repugnet. Et vt horum oĩum velociter sermo currat: eiectio demonũ fit / cum homo a seipso intromissa virtute proijcit quod deliquit: aut ab alio remouet pctm̃: siue virtute orationis aut suasione verborum: seu cum in noĩe christi malignos a nobis orando facimus declinare.
Psal.116. Quod dauid vtiq3 faciebat/dicēs: Declinate a
Psal.14. me maligni: ꝛ scrutabor mandata dei mei. Et ille requiescet in monte sancto dei: añ cuius conspectũ ad nihilũ deuenit malignꝰ. Nouitas linguarũ ad nouitatē pertinet vite: in qua cantamꝰ dño in hymnis et psalmis/et gratiarũactionibꝰ canticũ nouũ: ppter magna mirabilia que ostē-
Gen.11. dit nobis. Neq3 ad illam anteq3 linguarũ confusionem pertinent electi; nec ad aliud antiquum quod per linguã hoĩes inquirebant/scz huic seculo conformari. Sed in nouo hoĩe nouiter lingua hoĩm est vnica: querens intelligibiliter vnũ verũ deũ/ꝛ quē deus pater misit iesum christuz. Et per nouam turrim/scz crucē: quã adinuicē perspicaci intellectu se cognoscentes edificant: qua secure itur in celũ. Et querũt ꝛ inquirũt bonum nouum: non huic/sed superne patrie vita ꝛ mori-
bus coaptari. Abstulit serpentes/qui omnes anfractus abhorruit: nec deceptiõibꝰ gaudet: sicut Gen.3.
serpens ille antiquus humani generꝛ matrē astute decepit. Nec gradiꝛ sup pectus totus inclinatus ad ima: nec insidiaꝛ calcaneo pseuerãtie sue: aut parat calumniam profectibus aliorum. Et serpentes qui pertinent ad cerasticũ serpentem ꝛ tortuosum: qui in via mandatorum dei obliquitatē pretendit: in semita consiliorum cornua impugnationis exercet: prouidētia sancta deuitat. Neq3 dissipat sepē diuine legis: vt a serpēte mordeaꝛ. Existit innocuus a veneno / qui ab auditu malo manet incorruptus: vt nec minãtia verba deterreãt: nec blanda seducãt: nec pmissa cõmoueant. Et humilitate subnixus/oratione fultus: veneno heretice atq3 sensualis doctrine/ꝙuis audierit/nõ est lesus. Quoniam sepe corrũpũt bonos mores colloquia praua. Credēs firmiter ab his penitus non ledeꝛ. Fecerũt infirmos cõualescere impositione manuũ: qui exēplo bonoꝝ ope-
rũ ad meliorē vitã alios puexerũt: aut iuxta pau- Ro.14.
li sententiã/infirmũ in fide susceperũt. Et ꝭm etiã
sententiã ipsius in actibꝰ apostoloꝝ: oportet su- Actu.20.
scipere infirmos. Et ipē factus est infirmus infir- 1.Co.9.
mis: vt infirmos lucrifaceret. Et Thessalonicen- 1.Thes.5.
ses hortabatur infirmos suscipere. Et quamuis corpore factum fuerit/in spiritu potius loquebatur: vt qui possint / curent infirmos in virtutibus: aut pre infirmitate seu fragilitate carnis succumbentes peccatis: quod ad galatas aposto-
lus scribēs fieri apte monstrauit/dicēs: Fratres Gala.6.
et si preoccupatꝰ fuerit homo in aliquo delicto: vos qui spirituales estis/huiusmodi instruite in spiritu lenitatis: consyderans teipm̃/ ne ꝛ tu tenteris. Quid autem ꝭm tropum est super egros manus imponere/ vt bene se habeant: ꝙ omnez adhibere opem spiritu infirmis vt recõualescãt. Quod apostolus suis verbis consonat sentētijs saluatoris. Et per pphetas negligētes pastores
arguit dñs: qꝛ quod erat infirmũ in grege/ nõ cõ- Ezech.34.
solidauerunt. Et ne apostoli diffiderent de promissis: saluator societatē sue virtutis ꝛ potentie
vsq3 in finē seculi pollicitus est. [Et ecce vo- Mat.28.
biscum sum vsq3 ad cõsummationē seculi.] Vere sic est: et aliter ꝙ dixerit esse nõ potest. Recessit/ꝛ nobiscũ est. Recessit corpe/presens est spiritu. Recessit carne/presto in virtutibꝰ est. Non recessit a suo corpore diuinũ caput: neq3 compactum corpus sibiq3 cõnexum patiꝛ ab ipso scissurã. Etenim vnio insepabilis facta est. Et quod est maiꝰ / audacter affirmē: quoniã corpus christi quod est ecclesia/est in celo per vnionē ad caput: prout ipse in terris per vnionem ad corpus.

Est ipse nobiscū ꝑ p̄sentiā sue omnipotētis ma
iestatis: ꝓtegens ⁊ erudiens omnes ⁊ singulos
quos prenouit secū in eterna gloria fieri vnifor
mes. Prestita est nobis indubitata securitas: si
christus nobiscū ad bella progreditur: si dux est
belli: quia ⁊ cognouit agones: neq₃ suas copias
ad anceps bellū exposuit/ de quo nesciret ꝓueni
re victoriam. Fultus nobiscum incedit exerciti-
bus inuisibilium angeloꝝ/ in opus mysterij sui ⁊
in auxilium corporis sui: q̄uis seipo possit oia
plene tueri/ ⁊ prosternere contrarias potestates.
Sine causa dubium/ sine ratione timor in nobis
est: si est ip̄e nobiscum ⁊ cum singulis nostrum.
Quid trepidamus in vtroq₃ certamine/ si nobi-
scum est qui triumphauit de morte? Quare cor
nostrum fantasias patitur/ ⁊ pauet vbi deficit pa
uor: si pollicitationē illā firmā tenemus/ ꝙ sem
per sit ip̄e nobiscum: ⁊ volumus sub ip̄ius mili-
tare vexillis? Non recedamus ab vnione castro
rum/ que ip̄e disposuit: quorum acies infallibili
sapientia ordinauit: vbi certatur inuisibiliter ad-
uersus aereas potestates: quasi est bellum ho-
stilius: vbi est colluctatio aduersus carnē ⁊ san
guinem: vbi hostes patimur quos dicimus esse
Math.10 domesticos: quia inimici hominis domestici ei-
us: vbi a pseudo christiano subdole impugna-
mur: vbi oportet sustinere dissimiliter conuiuen
tes: vbi videmus preuaricationes/ si zelum dei
habemus in animo tabescentes. Maior autē
nobis infertur aggrediendi bona facultas/ no-
biscum christo domino existente: vt nullus cau
setur de arduitate virtutum: nullus impossibili-
tatem alleget in diuinis p̄ceptis atq₃ consilijs/ si
Joan.15 nobiscum dominus operatur. Quoniam sicut
sine ip̄o nihil possumus facere: ita cum ip̄o ni-
hil est boni quin valeamus implere. Nouerat
Phil.4 hoc apostolus qui dicebat: Omnia possum in
eo qui me confortat. Et firmam tenens pollici-
tationem quam christus apostolis fecerat: quā
adesse in seip̄o cognoscens/ corinthios cōmone
2.Cor.13 bat. An experimentū queritis eius qui in me lo-
quitur christus? Cum christo penitus erat/ qui
in ipso loquebatur. Et interpretatio nominis
emanuel/ quod est nobiscū deus: insinuat ꝙ no
biscū est christus. Precesserat actu/ figura/ pro
phetia hoc quod saluator dixerat adesse nobis-
cum. Nam Judith que typū tenebat ecclesie cū
Judith.13 amputasset Holofernis caput ⁊ repedasset ad ꝓ
pria/ dixit: Aperite portas: quia nobiscum deus
qui fecit virtutem. Nō illa sic de Holoferne tri
umphare potuisset: ⁊ totum exercitum eius con
uertere in stuporē: nisi deus cum illa fuisset. S₃
nec ecclesia ⁊ singularis anīa de aduersarijs pos
set habere victoriam: nisi quia nobiscū est chri-
stus. Et psalmista letanter enunciat: Dominus
virtutum nobiscū. Ideo dn̄s virtutū nobiscum:
cum in bellis prompti ad actiones virtutū, qua-
lidi ꝯsistamus. Et ꝑ Hieremiā cum descēsurus
in babylonē esset/ dn̄s repromisit dicēs: Nolite
timere: quia vobiscū sum vt saluem vos: ⁊ eruā
vos de manu eius. Ecce in confusione/ bello/ in

actiōe virtutū dn̄s vult esse nobiscū: vt saluet/ vt
eruat/ vt ꝓuehat: hoc pacto duntaxat/ si velim⁹
esse cum illo. Quod Azarias filius Obed allo-
quens Aza regem iude/ apte disseruit. Dn̄s vobi
biscū: q₂ fuistis cum eo. Nō aliter nostro cōmo-
do christus vellet esse nobiscū: nisi cum illo fide/
obediētia ⁊ charitate nos esse vellem⁹. Est ⁊ ip
se nobiscū in oībus sacramētis: q₂ ex hoc sacra
menta vocant̄/ quo in seipsis ꝯtinent sctm̄ sctō-
rum Jesum christū dn̄m nostrū. Maxime in illo
sacramēto quo terrena ⁊ corruptibilia in carnē
⁊ sanguinē/ occulta ⁊ indubitata potestate ꝯuer-
tit/ faciens corpus suū: ⁊ omni familiaritate/ ma
nuductione atq₃ sumptione oībus dieb⁹ vsq₃ ad
finē seculi/ possit esse nobiscū. Nō ꝙ pacto mū
di labētis termino nō sit ip̄e nobiscū: s₃ beatiori
mō/ ꝯsummato mysterio in ꝑfecta claritate/ itui
tione ꝯspicua/ in supna patria erim⁹ nos cū ip̄o
Et cū p̄ordinasset saluator suam eis corpalē ab
laturus p̄ntiam/ cito mittere spm̄ sctm̄: discipu-
los suos in ciuitate Hierusalē/ illius missionem
jubēs voluit expectare dicēs: Et ego mittā Luce.24
ꝓmissum patris mei in vos: vos aūt sedete in ci
uitate donec iduamini virtute ex alto.] Quod
idem euāgelista scribens ap̄licas actiones/ alijs
v̄bis expressit. Et cōuescēs precepit eis/ Actuū.1
a hierosolymis ne discederēt/ sed expectarent ꝓ
missionem patris quā audistis ꝑ os meū. Quia
ioannes q̄dem baptizauit aqua: vos aūt bapti-
zabimini spiritu sancto/ non post multos hos di
es.] Promissio patris / spūssanctus est: quam
licet ꝓpheta extiterit: a nullo exp̄ssius ⁊ stipulati
us audierūt/ q̄ per os christi: qui solus nouerat
eternū eterni patris arcanum. Cuius missionis
eque cum patre se ostendebat autorem. Etenim
quia spiritussanctus ab vtroq₃ ꝓcedit/ ꝓmise-
rat deus pater mittere spm̄ sanctum in manu ꝓ-
phetarum ⁊ christi filij sui: non recipientiū meri
to/ sed largitate donantis. Quā ꝓmissionē in ci
uitate regia/ ciuitate sacerdotij/ ciuitate ꝓpheta
rum/ voluit adimplere. Proinde saluator iussit
illos in ciuitate manere donec adimpleret̄ pro-
missio: ⁊ ipsi vestirent̄ virtute ineffabili spiritus
sancti: qua induti/ possent intelligere omnē expli
cite veritatē. Et tuentur atq₃ illese armati fideli
audacia/ timore deposito ꝓcederēt ad reges ter-
re ⁊ p̄ncipes populi/ ad omnes gentes: put eis
a christo decretum positum erat: ⁊ p̄dicare que
mundus nolebat docere/ quod abhorrebat: ⁊ in
dicare crucis mysteriū/ quod gentibus stulticia/
iudeis scandalum erat. Decebat eos donū eter
ne pacis in pacifica ciuitate recipe: vt mores fie
rent cum eterno dono concordes. Pacifica vo
cabat̄ ciuitas interp̄tatione nominis/ non ope-
ris actione: nam christum velut inquieta voci-
bus adiudicando illum cruci/ morti tradiderat.
Et oportebat sup aquā ioannis aliā ablutionē
induere: in qua nō corpus intingit̄: s₃ vterq₃ hō
sanctificat̄. De cuius ablutionis v̄tute atq₃ my-
sterio sermo alibi me expectat. Et edicto posito
vt in ciuitate manerēt: eduxit eos foras in

Luce.24 bethaniam: deinde in montem oliueti.]
Educit eos foras: vt ꝑ obedientie viã deducat
in mõtem: vt videant in carne aut corpore chri-
sti vltimam actionem: scilicet ꝙ ferretur in celũ
per mortificantem obedientiam/hominum vo-
luntates ⁊ actus improprios reprimentem. Ad
contemplationis montem suos subsequos chri
stus educit. Non enim in alta proprius/sed mor
tificatus sensus ascendit. Et in arcanis christi
mysterijs conuersari non potest mens non sub-
dita dirigẽti. Et cum essent in monte omẽs qui
conuenerant/cognoscentes in superna velle cõ
scendere: quadam in mente suscepta de ipso fidu
cia: ⁊ ꝙ omnino ab eorum se volebat auferre cõ
spectibus: ⁊ ꝙ solitum Christi ⁊ familiare collo
quium tollebatur: nec vlterius futurum erat ad
vsum in hac vita mortali quadam de ipso assum
pta fiducia: interrogauerunt eum de fine seculi/
Act.1 ⁊ restitutione israelitici regni dicẽtes: Domi-
ne si in tẽpore hoc restitues regnum
israel? Que interrogatio qualis fuerit/qualem
cautelam prebuerit: ne aliquando similis inter-
rogatio fiat: ex christi respõsione clarescit. Nõ
est vestrum nosse tempora vel momẽ
ta que pater posuit in sua potestate.
Postꝙ in suo aduentu christꝰ non posuerat mũ
do finem: nec regnum eternum ex toto dona-
uerat: interrogant si erunt in aduentu penitus
spiritussancti/quem ex patris ⁊ filij promissione
sperabant. Interrogationi superuacue/per ne-
gationem sapientius respondetur: Et negatio-
nem prestat quesito quesitor impertinens: ⁊ inu
tiliter querenti discipulo/ magister sapiens non
respõdet. Nõ sciscitetur miles castrẽsis/ quod tñ
scire spectat regiã maiestatẽ. Quod est paterne
maiestatis arcanũ/mortalis nõ querat in suã de
uenire sciam. Quod scientie adijcitur/inutile fa-
ctum est: nescisse tutius dixerim: magis vero si
damnũ intulit/ aut inferre potuit ꝑscienti. Fru-
stra interrogat creatura deũ: ꝗ libẽter docet ho
minẽ sciam. Plus enim nouit docere ꝙ nos di-
scere valeamus: ⁊ docet vtilia etiam non rogatꝰ
Isaie.48 Hinc per Esaiam dicitur: Ego dominus deus
tuus docens te vtilia. Que igitur vtilitas de ꝑ-
scientia futuroꝝ? Aut faceret superbire/aut despe
rare/aut tepide viuere homines suꝑ terrã. Qui
semetipsum hominibus reuelauit in carne: hec
quesita si nouisset vtilia fore querentibus/ simi-
liter reuelasset. Etenim multa suis vatibus reue
lauit/que ꝓuidit in vtilitatẽ hominum vergere.
Non denegauit inuidus aut timens ꝓiudicium
in futurum: sed velut rem occultari vtilem/ma-
nifestari damnosam. Non est hominum alta se-
creta rimari: nec plus sapere ꝙ oportet. Et oc-
cultatio futurorum que omnino speratur adesse
ventura/homines cautos facit atꝙ timentes.
Et cautius expectatur de necessitate venturum/
si ignoratur de tempore. De iure mens homi-
num ad futura que veniũt/suspẽditur omni die
si nullum habet in certo. Nec omnimodã dene-
gationẽ christi responsum importare credamꝰ:

sed illam dũtaxat que nr̃o placito/nostre ꝓoccur
rẽti ꝓuisioni repugnet. Quã multa deus nũc q̃si-
ta reuelabit in posterũ/que iustis velaminibꝰ pre
senter occultat. Tẽpus vero ⁊ momẽtũ ad actiões
que in eis fiunt/potius referunt: vt magna ⁊ par
ua occulta s̃m ineffabilẽ ꝓuidentiam in sua po-
testate ꝑmaneant: seu si nõ decreuit/aut si vsꝙ
decreuit in suo temꝑe reuelare. Paterna vero po
testas in qua secreta sunt posita/potestatem filij
aut spũssancti non excludit: sed sic vt homo curi
ose q̃rentibus hominibus respondebat. Nã ne-
ꝙ in potestate/ in scientia vel opere inuenitur
in summa trinitate diuersitas. Ac ꝑ hoc si non ẽ
nostrum scire futura que pater posuit in sua po-
testate: nostrũ tamen est ad illa ventura virtuti
bus ꝑparari. Proinde saluator adiecit: Sz acci Act.1
pietis virtutẽ superuenientis spũssancti in vos. Et
eritis mihi testes in hierusalẽ/⁊ in oĩ iudea ⁊ sa
maria: ⁊ vsꝙ ad vltimũ terre.] Qui mittebat de
suꝑ spm̃sctm̃/quo nihil occultiꝰ futuroꝝ poterat
ꝑpalare secretũ: sed hoc vtile/illud inutile fieri
hominibus ꝓuidebat. Cariꝰ fuit ꝙ gratiose cõ-
cessit/ꝙ ꝙ scire ab apostolis ⁊ ceteris denegauit
Plus enim est gratia seu ꝑsentia spũssancti/ꝙ
quelibet ꝑsciẽtia futuroꝝ. Hinc quoꝙ nouimꝰ
ꝙ spũssanctus apostolos non omnia docuit/sed
que in eoꝝ ⁊ ecclesie future cesserunt vtilitatem:
quod Paulus ad Corinthios refert. Omnis 1.Coru
manifestatio spiritus datur ad vtilitatem. Cu-
ius virtus quam apostoli acceperunt/fuit recte
docere/sine reprehensione viuere/sine mercede re
rum temporalium ꝑdicare/operari miracula/face
re signa/innouare ꝓdigia: ⁊ in sanguine atꝙ mor
te testificari pro euangelio ⁊ nomine christi. At
quia superuenturus promittebatur/ aliquid de
eius gratia in apostolis extitisse denũciat. Quo
sensu ait angelus ad Mariã: Spũssanctus suꝑ- Luca
ueniet in te: quem in sanctificatione vterina iam
quodammodo recepisti. Aut superuenturus dicit
quia non de infimis/sed de supernis eius est gra-
tia: siue quia vere humane vel infime iterum infun-
ditur diuina a superna natura. Et eritis mihi testes/
qr vos ab initio mecum fuistis. Et quecunꝙ au Iohan
diui a patre meo/nota feci vobis. In hierusalẽ
in qua morti fui ꝑ crucem damnatus: In sama
ria/ vbi reprobatus: Et in vltimis terre/vbi non
dum agnitus. Igitur qui captare superna contendunt
acuitatem retundant proprij intellectus. Nolite
esse vates/nec fieri scios in his que eternus pa-
ter occultat. Etenim conatus mentis in his semꝑ
frustra sudauit. Spũssancti virtutibus studeant
insigniri/verbo ⁊ opere testificari ꝓ christo/s̃m
euangelium sanctũ eius: in omni temꝑe atꝙ lo
co/⁊ in omni conuersatione. Mortaliũ talia sunt
opera militantium: vt ꝑhibeant testimoniũ/quo
niam ipsoꝝ solus christus est dñs. Et ꝙ vere
christus est deus existẽs in celis: qui tam electos
milites atꝙ testes habet in terris. Festinabat ie
sus ascensum: Unde cum hec dixisset/ele
uatis manibꝰ suis benedixit eis. Et
factum est/dum benediceret illis/recessit ab eis ⁊

ferebatur in celum: ꝛ videntibus illis eleuatꝰ est ꝛ nubes suscepit eum ab oculis eoꝝ.] Benedixit eis: qꝛ iusti erãt: qꝛ bñdictio dñi sup caput iusti. Bñdixit eis manibꝰ eleuatis: qꝛ desup est bñdictio electoꝝ. Et dum benediceret eis/ recessit ab eis: auferens corpalem pñtiam: ꝛ benedictionem plenitudinis amoris ꝛ gratie derelinquẽs Unum abstulit/ alteꝝ dedit: si cõtristauit in vno letificauit in altero. Ferebaẗ in celum: vbi quia deus erat/ nunq̃ quoq̃ reliquerat. Eleuabatur a terra: quam non relinquebat deitate: Quis reliquisset ꝛ corpore. Non tamen aliena/ sed ꝓpria virtute ferebatur. Nec obstat soliditas veri corporis/ quin sic ferreẗ: etenĩ habebat agilitatem in dote corpus: quod ꝑ omnia gloriosum erat: ꝛ etiam in ipso diuinitatis plenitudo corpaliter habitabat. Et nubes lucida suscepit eum: non ad vehiculum seu ad auxilium opportunũ: ſ3 ab oculis eoꝝ/ scʒ intuentiũ: vt includereẗ in celum: excluderetur a mundo/ qui eum non cognouit: sed velut reuʒ turpiter ꝛ crudeliter crucifixit. Et assumptus est honorifice a patre qui eum miserat: exultantibus angelicis choris atq̃ mirantibus/ q̃ super eos ferebatur peregrina caro: ꝛ elementatũ corpus super substantias separatas ꝛ simplices tollebatur: q̃q̃ vt deus illis esset ipse
Marci. 16 simplicior. Et sedet collocatus a patre a dexteris omnipotentis dei. Ad hominem porro refertur ascensio/ assumptio in celuʒ sessio ad dexteram: quoniam vt dei filius semꝑ ibi erat: ꝛ de nouo huiuscemodi accidentia non suscepit. Nec immobiliter sedet ad dexteram/ ſ3 in potioribus partibus empyrei celi: sic ineffabiliter honoratus est. Cum vero apostoli audaci conatu oculorum intuerentur in celum: a duobus angelis sibi astantibus in forma virorum amictis stolis albis/ velut diem festum agentibꝰ in noue solẽnio ascensiõis/ tanq̃ ab amicis dulciter arguuntur: ne inuanum attollant oculos: ne desperatiõe frangrantur: ne mesticia contepescant. Quoniã ipe idem qui nunc sic triumphãter ascendit/ iudicaturus veniet cum mũdi finis aduenerit. Hec cum audissent in spiritu humilitatis ꝛ igne charitatis/ proni animo/ iclinati corpore adorauerunt christum deũ dominũ maiestatis ꝛ glorie/ magistrum ꝛ redemptorem: de ipso depositis hesitationibus solitis: imprimentes ora vestigijs pedum eius/ vbi steterat ascensurus. Et latria ꝛ adoratione in monte illo exhibita/ regressi sunt hierusalem ad expectanduʒ promissum iuxta mandatum domini: recedẽtes a monte qui vocatur oliueti: tanto spacio veniẽtes/ quantũ iudeis fas esset in sabbato ambula
Actu. 1 re. Et introeuntes in cenaculum/ ascenderũt ad superiora: quoniam in virtutibus ꝛ moribus illum imitabantur ascensum/ quem in celum paulo ante christum viderant peregisse. Ubi siquidẽ orabant vnanimiter: quoniam in oratione oportet perseuerare/ supernam gratiam expectantes Et gaudebãt gaudio magno propter ea que viderant/ ꝛ diuinum munus quod expectabant. Et sepe ingrediebaẗ in tẽplũ/ laudãtes ꝛ bñdicẽtes deum: qui est benedictus per omnia secula seculorum: Amen.

¶ Libri quartidecimi de Resurrectiõe domini saluatoris/ finis.

¶ Liber quintusdecimus de Iusticia christiana.

POst Christi doctrinam que in eius deificis moribus et supernaturali vita ꝛ gestibus nobis mõstrata ẽ ꝑ ipm christũ/ vnigenitũ dei filiũ/ dominum nostruʒ/ magistrũ ꝛ redemptorem: factum nobis in inferioribus via vite: qui erat ꝛ est ꝛ erit in supioribꝰ ꝛ in inferioribꝰ vita: diuine atq̃ humane ipsam operantem: ad simplicem ꝛ verbalem doctrinam humili studio veniamus. Et tñ verba tractantes que manifeste vitam moralem atq̃ christianam informant: ꝛ expressam ꝛ imitabilem veritatem ostendunt: illa vero que altitudinem diuinorum mysteriorum/ disputationum/ disceptationum/ delectationũ/ interrogationum/ responsionum innuunt/ dumtaxat in hoc suscepto tractatu dimittentes: Que nisi aliquali violentia ꝛ extorsione ad mores nõ possent inflecti: quia nec nostrum est aliter diuinam tractare scripturam: nisi ſm intentionem diuine sapiẽtie sic tradẽtis. Et q̃uis multa nobis sit a spiritu sancto de diuersitate tractãdi licentia: ne istam aquam salutarem a proprio alueo ad aliqua deuia deriuemus: sub interminatione inhibetur. Sensum ꝛ intellectum oportet accipere a scriptura: non dare improprium/ aut applicare impertinentem. Improprias ꝛ impertinentes expositiones ꝛ coaptationes scriptura sancta non recipit. Ue autẽ doctori qui sibi vult subijcere scripture intelligentiam: ꝛ intellectum suum non subijcit intelligẽtijs eius. Finget certa mendacia: violabit inuiolabile: violẽtabit immobile: ac etiam tãto magis reputabitur fallax/ quanto indebite tractat scripturam que summã

noscitur verax. Igitur ab his verbis nostre lo-
cutionis exordium sumamus/que protulit quã
do ad Joannem p̃mo baptizãdus aduenit. Hu-
militer reluctante Joanne baptista/se non domi
Mat. 3 num/sed ipsum debere a domino baptizari: sta-
tim saluator subintulit: Sine modo: sic enim de
cet implere omnem iusticiam. Humilitatem pri
mo insinuans/qua subdebatur aquis: ac etiam
omnem virtutem/ cum qua pugnaturus aduer
sus diabolum/ visibiliter per carnem hunc mun
dum intrauit: quem non in altitudine potentie
sue aut argumentis dolosis / sed per iusticiam
sibi disponebat dare conflictum: vt ab vno iu-
sto pro iusticia liberati/sine dubio iustificare-
mur per fidem in gratia ipsius / et gloriemur in
spe glorie dei. Sed imitatiue verba ista discuti-
entes/mores moribus coniungamus: vt sicut
ipse decenter impleturum se dixit ⁊ fecit omnem
iusticiã: ita et nos prout possumus impleamus.
Quid dicatur omnis iusticia. Omnis nanq̃ iusticia est vbi nihil mali admit
titur: boni demitur nihil: quã in prima origine
contuentes/deus est. In deriuatione vero con-
spicientes / alius erit sermo loquendi. Justicia
increata deus est: et sui participium tradidit pri
mo substantijs separatis / deinde compositis.
Sed nulli alteri creature ante/neq̃ tũc/neq̃ de-
inceps: que nam ratione carent/ip̃am participa
re non possunt. Ipsa nempe rationalis est vir-
tus. Sic appellata est iusticia naturalis: non ꝙ
omnis natura ipsam suscipiat in ratione: Quis
ipsa rationabilia ordinet per rationem. Nec cre
dendum est ꝙ ip̃a iusticia sit natura/neq̃ natu-
ra iusticia: nisi velimus in illud ingredi ꝓfundũ
intelligentie/ꝙ deus iustus omnia iuste fecit: et
sicut quedam iusticia est ipsa creata natura ex
sensu atq̃ intellectu: ꝙ ius diuine potentie/sa-
pientie atq̃ bonitatis statum quodammodo te-
net ostensiue in ipsa natura. Etenim ex origine
vocabuli appellatur iusticia status: vt sit ius que
dam potentia cuiuscunq̃ virtutis in deo/simili-
ter ⁊ in creaturis: ac etiam quedam decentia fi-
endorum: benefactorum vero excusatio tacita
vel expressa. Sed isto intellectu p̃termisso/nõ fa-
Iusticia naturalis. ciliter cognoscibili/dicemus: Est iusticia natura
lis rationabiliũ creaturarum obseruatio/theo-
ria ⁊ actu/diuini statuti iuris ⁊ ordinis. Que per
quandam segregatã a ceteris rationẽ nature ra-
tionali solum innotuit: quam licet in nullo tem-
poris cursu omnes perfecte seruauerũt in celo si
militer ⁊ in terra: tñ ille q̃ oĩa fecit ⁊ creaturis rõ
nabilib⁹ indidit/in celo cũ remanẽtib⁹ angelis
remanere voluit. In originali mũdo ꝑ p̃dicatio
nẽ Ade primi hominũ p̃uaricatoris/sed recõuer
si: ac alijs miris ⁊ occultis modis retinuit: cum
ipso deleto non deleuit. Cum linguam confun-
deret/ipsam non confudit. Circũcisione data ip
sam quodãmõ renouauit: vt credulitas abrae si
bi ad istam computaretur. In Isaac ⁊ Jacob re
fulsit. Joseph in egypto custodiuit: prius ab ip-
so animo ⁊ moribus custodita. Per legem moy
si non est suspensa: per christi legem ⁊ gratiam
peramplius ꝯfirmata. Ipsa quidem aliqualiter
ab alueo sui magnifici cursus deriuata/ꝑ riuu-
los ipsa manente semper in electis hominibus
atq̃ in electo populo dei/peruenit vsq̃ ad genti
les: que multa in regimine reipublice ordinarũt
Peruenit vsq̃ ad naturales philosophos ⁊ ali
os sapientes: qui scriptis de ipsa multa tradide
runt: Quis in ipsa ⁊ alijs virtutibus exorbitaue-
rint in intentione atq̃ moribus/vt longe fierent
a fine proprio statuto virtutibus. Sed nõ est su-
scepti operis aliter tractare de ip̃a iusticia/nisi
prout expostulat pura religio christiana: ac per
hoc sic ipsam libet edicere. Justicia christia-
na ẽ inuisibilis ⁊ theorica operatio/atq̃ visibi-
lis actio super naturam ⁊ leges: ⁊ diuini ordi-
nis inuisibiliter ⁊ visibiliter in oĩbus summa
custodia. Proinde verba hec a posterioribus
differentes /ßm custodiaz diuini ordinis in inui
sibili sensu/intellectui non sane applicabimus
eam: nisi hoc excepto ꝙ ip̃am ⁊ omnia que perci
pit/recte intelligat: tantũ in hoc iusticia christi
ana intellectum vt intelligatur ab ipso/vt nõ ex
orbitet alia intelligendo: rectitudinẽ intellectus
atq̃ veritatem eius quandam dicimus esse iusti
ciam. Sed hec non est que hominem perficit.
Memorie improprie traditur/nisi eo solo ꝙ nũ
q̃ obliuiscatur ipsius: siue ꝙ non multiplicetur
sed illorum tñ memoretur/que possunt expedi-
re habenti memoriam. Quedam potest dici iu-
sticia memorie: non multiplicari/sed tñ memo-
rari vtilium. Affectus autem siue voluntatis iu-
sticia/est que hominem perficit si est: si non imp
fectis atq̃ malis additus sepe manet. Erit autez
affectus ⁊ voluntatis iusticia christiana/ordinis
ꝑfectio in amore/atq̃ in velle. Sane oĩs affect⁹
aliquo amore vestitur: seu aliquid vult voluntas
Nam in ipsa vniuersalis iusticia dictatur. Vt
propriam seruant naturam: seruant vbiq̃ suam
elementa naturam: ita et afficietur affectus ad
aliquid: ⁊ amor habebit obiectũ. Accedit autem
ordo ⁊ ordinat in hominibus charitatẽ. Et phi
locapta sponsa dicit: Ordinauit in me charita- Cant.
tem: vt maiora magis/minora minus diligam⁹
⁊ indignis diligi denegemus amorez. Nã amor
aut superfertur rei dilecte/aut subijcitur/aut eq̃-
tur. Justicia vero amoris est ipsius adequatio
ad dilectum: vt nec plus diligatur aut minus/
q̃ sua dignitas exigit. Hec quidem iusticia nũ-
q̃ ex parte nostra ꝑficietur ad deum: neq̃ in hoc
seculo/ neq̃ in futuro. Nam licet in ista vita dili
gamus ipsum quantum possumus: in alia vero
tantum ꝙ non poterimus amplius: hic tamen
nec ibi tantum diligitur quantum est dignus:
vt etiam hanc iusticiam amoris nõ perficiat vir
go vel angelus. Igitur nullus amor superfertur
deo/nullus equatur ad deum: sed omnis subijci
tur per inequalitatem deo. Sed quoniam orde

iusticie ab aliquo inuisibili͛r atqꝫ visibiliter plus
non exigit/ ꝙ iuste possit exactus ipse conferre:
iusticia christiana ꝛ ꝑfectio i amore ordinis erit/
vt hic diligamus deum quantum possumus: ibi
vero tantum diligemus ꝙ non poterimus am-
plius. Hec profecto iusticia hic ꝑfectos/ in supe/
ris vero facit beatos. Ac per hoc custoditus or
do iusticie in affectu deuitabit amores ceteros
atqꝫ limosos: ꝛ ab impuritatibus purgabit amo
rem: ꝛ adequabit ad sua equalia: supponit vero
inferioribus. Et supinabit ad illud superius ꝑ
non circumuolutum aspectum: cui equalem nul
lo modo potest exhibere affectum. Representa-
bitur ab ordine intellectui: intellectus vero affe-
ctui representabit omnia dilectionis iura: simi-
liter ꝛ dilectoꝝ ꝓrogatiuas ostendet/ vt amor per
iusticiam amplius inardescat. Claudet infra su-
os terminos voluntatem: vt nolit quod nolit/
quod nolle iuste sequeret. Et frena laxabit ad
volita: vt velit que omnino mandat religio chri
stiana. Hec procul dubio inuisibilis christiana iu
sticia/ id nolle quod religio prohibet: ꝛ id velle
quod consulit atqꝫ iubet. Hoc enim forte quis
dicet/ a iusticia naturali cōsurgit atqꝫ mosaica:
concederim: sed super naturam ꝛ leges est volun
tas/ quam iusticia christiana ordi nat. Non pro
hibent natura ꝛ lex rependere malis vicem: sed ꝓ
hibet iusticia christiana. Inquit enim ipse salua
Mat.6 tor: Si non dimiseritis: nec pater vester celestis
Rom.12 dimittet vobis. Et apostolus: Nolite reddere
malum pro malo/ neqꝫ maledictum pro maledi-
cto. Non prohibet lex mosaica talionem: sed ꝓ
hibet religio christiana: ꝛ in aliquo nisi per re-
ctores reipublice non reseruat: hoc vero solum
permittit ad tuendam innocentiam/ ꝛ refrenan
dam improbitatem. Non curat de interno amo
re natura/ nec lex mosaica/ dūmodo corpore ser
uias: sed curat iusticia christiana/ vt seruetur: ni
hil sit meriti apud deum nisi diligas. Nō repro
bat natura odium/ neqꝫ mosaica lex/ dummodo
non ledas: reprobat christiana/ etiam si corpo-
re seruias. Et multa promittunt iusticia natura
lis atqꝫ mosaica/ que preceptis atqꝫ consilijs iu-
sticia prohibet christiana. Justicia christiana est
que nihil impuritatis admittit: ꝛ nullam animā
alienat a recto. Ipsa est ordinatus amor/ ordina
ta affectio/ recta intentio/ status anime/ custodia
suscepti muneris/ contemplatio potioris/ inde-
formata imago atqꝫ reformans deformata/ ser-
uata similitudo ꝛ perditam reassumēs/ custodia
interioris hominis/ iudicatrix atqꝫ fugatrix ma
larum intentionum atqꝫ actionum/ sol intelligi-
biliter lucens/ lux fugans peccatorum tenebras
ordinatio ꝛ regula morum/ operum ꝛ actioruꝫ
iusta ꝛ honestissima mediatrix omnium relatio-
num/ linea inobliquabilis ad agenda: fundamē-
tum omnium statutum/ omnium personarum/ ꝗ
in hoc mundo inculpate viuere querunt: inter-
emptrix vitiorum/ nullumqꝫ vitium diligens/ nulli
applaudens/ leo in ea furens: virtutum inuictrix
oculatum animal ante ꝛ retro/ armatura tegēs/
gladius transuerberans que reperit aduersa di-
uine atqꝫ iustissime veritati. Ipsa est que sola ꝑ
pter deum initiat/ proficit ꝛ perficit. Ipsa est vi-
te lignum: quod qui gustat/ nō moritur. Ipsa in
nocentia/ que timorem non patitur. Ipsa gladi-
us flammeus ac versatilis ligni vite. Ipsa obla
tio Abel: vnde iustus extitit in duplici tempore
appellatus. Ipsa nos in conspectu domini iusti
ficat. Ipsa fabrilis qua remedij arca extitit fabri
cata. Ipsa columba que non requiescit in corpo
ribus ꝛ operibus mortuorum/ scilꝫ peccatorum
Ipsa nuncia pacis in ramo viridi oliuarum. Ip
sa Moysi virga pro terrore diabolici Pharao
nis ꝛ virtute signorū. Ipsa mare diuidit iniquo
rum atqꝫ peccatorum: vt transeant sancti dei. Et
vt breuiter dicta ꝛ omnia dicenda perstringam:
christiana iusticia apponit super naturalem et
originalē iusticiam/ supra legē habundat: oēm
excedit/ omnem aliam sibi ascíscit. Ipsa solum
est que habet/ procurat atqꝫ largitur quicquid
potest esse virtutis ꝛ gratie: ꝛ que soluꝫ tendit in
regnum superne glorie/ cuius est apertior porta
Justicia perfecta christiane mentis est nosse de-
um. Dicit enim sapientia: Nosse enim te/ cōsum Sap.15
mata iusticia est: ꝛ scire iusticiam atqꝫ virtutem
tuam/ radix est immortalitatis. Justicia est inui
sibilis operatio/ que retributionē suscipit. Psal-
mista enim hoc asserit. Et retribuet mihi domi Ps.17
nus ꝯm iusticiam meam: ꝛ ꝯm puritatem manu-
um mearum retribuet mihi. Justicia meritoria
solum ꝛ primo est voluntatis: que semper ades
se potest: nam ipsam velle iusticia est. Et etiam
operis: sed per se ista non sufficit ad debitorum
solutionem: nec placat inuisibilem exactorem et
iustum: nisi prefuerit iusticia voluntatis: que suf
ficiens est de soluēdo/ si per impossibilitatem nō
esset iusticia operis. Justicia siquidem operum
est linea inobliquabilis ꝛ rectitudo imperuerti-
bilis: ꝛ ostensio resecans ab actione superfluum
atqꝫ impertinens: ꝛ demonstratio infallibilis re
missi/ quod vsqꝫ ad tactū recte linee nō peruenit
Peritia enim cuiuslibet artis peracta linearibꝰ
instrumentis/ eius quod dicitur ostensionem ad
vtrunqꝫ oculū facit. Uidemus enim ꝙ apposita
linea super ea que regulanda artificibus subia-
cent/ ostendit excedens ꝛ non contingēs equali
tatē linee: vt artifex cū dolabro excedēs supfluū
ꝛ impertinens resecet: aut ei quod remittitur ap-
ponat/ vt lineam tangat. Ipsa est perpendicula
ris ostensio ad recte construendum spiritualiuꝫ
operum parietem. Dimittit fabricator perpen-
diculum appositum supremo lapidi: superedifi-
cauit parietem/ vt ad erectam rectitudinem co-
aptet lapides edificandos: vt totiens hincinde
commoueat/ donec ꝑ perpendiculū lapis indice
tur rectus ad prepositam rectitudinem bene si-
tus. Sed quoniam in agentibus atqꝫ agendis

velut vniuersalis virtus ipsa requiritur: libet eā
sensu alio diffinire. Justicia siquidez actualis in
oībus agentib9 recta: irreprhēsibilis atqꝫ lauda
bilis actio: iusticia facti opis erit incōdēnabilis
ipsius ꝯsistentia: defectu carens partium/loci/tē
poris atqꝫ modi: que tunc veraciter ipsa fiet: cuz
aliquis nō operabitur quippiā a superba volun
tate commotus/extra mensuram potentie atqꝫ
sapientie sue: neqꝫ ab eis remissius aget. Quo
circa iustus iudicabitur vsqꝫquaqꝫ in actibus
suis: et reprehensione carebit qui suas in agen-
dis nollet excedere vires: nec prepeditas patie-
tur habere/ aut remissas: hoc est veritate semo-
ta: quoniam male posse facere atqꝫ scire/ infirmi
tas est ꝛ error: qui enim fecit vltra ꝙ potuit atqꝫ
sciuit: si modus loquendi quod dicitur patitur/
non fecit iusticiam. Qui non fecit atqꝫ remissius
fecit bona que potuit atqꝫ sciuit/ nō fecit iusticiā
Magna etiā apparēs iusticia est/ nō se ingerere
in his q̄ a natura ꝛ a potētia ꝛ a peritia negant:
neqꝫ remissum fieri animo ꝛ opere in adeptis at
qꝫ concessis. Iniustum opus a iusto viro regu-
las sequente iusticie nunꝙ erit: quia non aggre
dietur impossibilitatem habens/ ꝛ infactibile at
qꝫ irregulabile. Ab iniusto iniustum igrediet ne
gocium. Et si aliquando iustum: non de illa con
tracta iusticia/ qua iste iustus nō est: qꝛ ipse iust9
non est: sed de virtute communis iusticie: ꝑ cui9
lineam ad alios plerunqꝫ profecto agitur. Iniu
stus ꝛ alienorum raptor alios fures iuste suspē
dit: contra naturam agens/ sodomitas man-
dauit incendio. Adulter seminauit in similes: ꝓ
ditores proditorum capita trūcauerunt. Et iu-
stum opus est vt puniatur delinquēs atqꝫ iniqu9
quod sepe faciet q̄ manet in seipso iniust9. Indif
ferenter qui ꝑest ꝛ docet/ docuit iusticiam ꝛ vir
tutem ꝛ actiones pias: reuocauit errantes: ere
xit lapsos: contemptores corripuit. His omni
bus priuatus/ immo iniustus ad seipsum existēs
ꝛ corā deo cōpedit9 alios cōpeditos absoluit: nō
ex eo ꝙ cōpedit9 erat: sed ex autoritate iusta/ qua
ipse fulgebat. Proinde non caret iusticia opus
iustum: nec sibi irrogabitur macula si ab iniusto
procedat: quia si facienti non cedit ad meritum/
in se tamen opus est verum. Quecūqꝫ de sui na-
tura bonitatem habent annexam/ inturpabilia
sunt. Ab agente non turpatur veritas: etiam si a
diabolo diceretur. Non fedatur bonum nature
in quocunqꝫ nascente: Quis de parentibus pessi
mis oriatur. Et si quod sanctuz est/ ab iniquo ta
ctum/ manet quod est: ꝛ liberare iustum non po-
test iniusticia/ etiam si a iusto fiat. Justum opus
iniustus actor penitus non iniustat. Erit igitur
iusticia facti operis/ si regulis iusticie non care
bit: etiam si factoris bonitas desit. Justus dici-
tur a iusticia/ non a natura: Quis ipsa natura q̄n
dam iusticiaz ordinis habeat. Inuisibiliter aut
visibiliter actualem esse oportet/ qui vult iustus
a iusticia nominari. Justicia siquidem ꝛ lator

eius si practici sunt/ gladiū portabunt: ꝛ omnia
instrumenta fabrilia exordientes ab eo tempore
quo in noticiam venire incipit status iuris seu
bonitas ordinis: qui omnem iusticiam includit
Igitur proiectus in hanc miseriam per nature
corrupte cannalem/ aduersus seipsum gladiū et
scutum protectionis assumat. Est enim dome-
sticus hostis/ et militat impretermisse in corpo
ribus nostris: quem repercutere difficile/ prote-
gi difficili9/ vincere ꝟo difficillimū iudico. Per
cutere igitur oportet iusticie gladio naturā cor
ruptam/ velut hereditarium inimicuz ex delicto
paterno: vt nostrum sustineat gladium/ qui pa-
ternum acceperit amplexum. Durum nanqꝫ ha
bet omnis in hac miseria natus/ cuz nouerca na
tura congressum: que omnem hominem cona-
tur in foueam vitiorum ꝛ in baratrum damnati
onis inmergere. Sed reddere conuenit suis per
cussionibus vicem: et primo iusticia feriat omne
aduersum quod inuenit/ in quo esse accepit: vt
quod male admissum est in parentibus primis/
gladio iusticie feriatur in nascentibus posteris.
Capiat ergo quis aliquando si potest/ in seipso
corruptam naturaz/ sibi rationibus/ virtutibus
atqꝫ diuini imperij emulam: ꝛ sub iudicio ratio-
nis examinet: ꝛ vnde/ quid sit/ quomodo perpe
tuetur in nobis/ sub flagellati more faciat confi-
teri. Deinde ipsam iusticie gladio feriat/ ꝛ ad
eius iacula protectiōis scutuz apponat: que ab
intellectuali homine ante tribunal rationis con
uenta/ sic dicere visa est. Me in seipso protopla
stus infecit: ꝛ ingressum habui/ iuris ordine a vo
luntate ipsius propria non obseruato. Inobe-
dientia creatoris mee pullulationis extitit ger-
men: si quid sum inquiris/ non vnica definitione
me pandam: etenim nequeo: sed per opera me q̄
rentibus aperiam. Ego vero sum sensualitatis
pōdus ꝛ grauitas/ aggrauatio rationalis ani-
me/ depressio rationalis intellectus/ obliuio me-
morie/ inconsyderatio glorie atqꝫ penarum: ꝛ in
uoluntaria ignorantia/ hebetudo atqꝫ perplexi
tas mentis/ suffocatio spiritus atqꝫ rebellio/ in-
firmitas atqꝫ fragilitas in toto īsanabilis/ dele
ctatio visibilium/ et ipsorum amor/ corruptibili
um appetitus/ animalis atqꝫ brutalis ꝓgressus
recuruata intētio/ somni nō necessaria nutrix/ dea
vētris/ pigricia in bonis/ tediosus in ordie mos/
inutilis acquisitio/ mortis actio/ sterilis vita/ lu-
bricatio voluntaria ꝛ inuoluntaria carnis/ incli-
natio ad malum ꝛ promptitudo/ claudicatio im
pertinens: diminutio boni naturalis/ non ta-
men ex toto destructio: impedimentum agende
vite atqꝫ acquirende virtutis/ retrogradatio
ad gloriam/ processus nisi sistatur ad penaz: in-
obedientia in bono/ plena tedio/ leticia vero ple
na in malo/ inimica virtutum: diaboli/ vitiorū
amica pariter ꝛ fomentum. Quā philosophi
naturales ꝛ oēs mūdi sapiētes sic procedere at-
qꝫ taliter esse nulla ratione viderūt: Quis ipsam

in seipsis experti fuerunt atq; perpessi: ⁊ etiã in
alijs insurgẽtes ab ipa defectus agnouerũt. So
lũ vero studentes in scholis fidei ⁊ mãdatoꝝ dei
ipam in veritate potuerũt oculo mẽtis aspicere.
Perpetuatur vero in nobis diuina ⁊ occulta di
ctante iusticia/in primis parentibꝰ damnata ꝓ
pagine: cuius vt potuimus vbi tractauimus de
iusticia dei/declarauimus rationem. Arripiatur
ergo iusticie gladius: ⁊ in omnibꝰ gestis eiꝰ non
ꝓhibeaẗ a ꝑcussione ipius: ipa eñ iusticia videt
quoniã eã semꝑ emulã habet. Et cõtra ipsam du
plicetur atq; tripliceẗ gladiꝰ: vt primꝰ sit gladiꝰ
amoris dei/ secundus timoris dei / tertius verbi
dei. Quibus ꝙuis non tota interimaẗ: tñ ita con
fundatur vt cũ exurgit in prelium / a iusticia reci
piat ipa cõflictũ. His eñ gladijs armaẗ nostra
iusticia: nec sibi cõpetũt aptiores. Quod genus
armoꝝ vtilius ad percutiendum in natura corru
pta: cum ipsa bellando prestat nobis impedimẽ
ta bonoꝝ: ꝙ amor dei qui ad omnia presto fit: et
actiuus que sunt ad beneplacitũ dei? Quid apti
us ad ipsam repercutiendum cũ inclinat ad ma
lum: ꝙ gladius timoris dei/ꝗ corpꝰ et aĩam põt
perdere in infernũ? Quis splendidior gladius
atq; limatior ad ipsam cõfigendã: cũ vires inte
riores obnubilat / extra verba ⁊ sermones dei:
quoꝝ declaratio mentẽ illuminat et intellectum
paruulis prestat. Cum vero ipsa blanditur: et in
nostro sinu quiescit: cũ ruit i nostros amplexus:
⁊ ad intra ꝟba sua venenate dulcedinis amabili
ter stringit: cũ oscula porrigit velut meretrix im
pudica: cũ sagittam pharetre sue protrahit ex oc
cultis: cũ allicit: cũ alludit: cũ remurmurat ĩ aspe
ris: cũ querit amena: scutum iusticie tunc appo
Sap.18. ne. De quo sapientie diciẗ: Proferẽs seruitutis
sue scutum orationẽ. Ad ordinem iusticie penitꝰ
spectat: vt qui sibi nequit sufficere/ꝙ maioreꝫ que
ratꝰ auxiliuꝫ. Nemo sufficit repugnare aduersus
naturam corruptam: nisi pro eo desuper dimice
tur: aut a superna gratia protegaẗ: que non daẗ
indigentibus/nisi orationibus pòstuletur. Scu
tum satis idoneum erit oratio aduersus incessa
bile bellum nature corrupte. Hoc eñ scuto ad
uersus aduersarios / vt legitur paralipomenon:
se protegebat populus dei circũclusus ab hosti
Parali.20 bus/dicẽs: Cũ ignoremus quid agere debeamꝰ:
hoc solũ habemus refugiũ: vt oculos nostros ad
Psal.4. te domine dirigamus. Et Dauid: Cũ inuocareꝫ
exaudiuit: ⁊ in tribulatiõe dilatasti mihi. Et ali
Psal.21. bi: Cum clamarem ad eũ/ exaudiuit me: dedit in
Psal.56. opprobrium conculcantes me. Et alibi: Ad ipm
Psal.65. ore meo clamaui: et exultaui sub lingua mea. Et
Psal.139. exaudiet dominus vocem deprecationis mee.
Porro tota plena est scriptura huiusmodi ora
culis: ꝙ neminem in virtute inuocanteꝫ eum de
reliquit. Scutum aliud impenetrabile omnimo
de secum ferat: de quo dicit apostolus ad Ephe
Ephe.6. sios: In omnibus sumentes scutum fidei. Naꝫ
fide non tremula protegi expedit aduersus cor
rupte nature sagittas: sine dubio autem scutum
fidei reperiẗ inter arma iusticie: pro eo ꝙ si salua
ri volumus / nequimus nisi prius iustificemur.
Justificatio esse non potest/nisi per fidem: ⁊ cre
dulitas abrae reputata est sibi ad iusticiam. Pre
ter hoc ipsa iusticia monstrat: ꝙ id quod non vi
detur/quod rõne non capitur: ꝙ credatur fideq;
teneatur. Sed non hec ad rem nostram confe
runt: magis siquidem iusticia hominem iustifi
care volens: cum suum athletam videt de seipso
diffisum: de deo vult omnino esse confisum: Et
diabolo ꝗ amicꝰ est nature corrupte/a chorifero
apostolorum iubemur/ vt resistamus in fide. Sic
etiam dictũ est per prophetam: Justus ex fide vi Abacuk.1.
uit: non corporaliter/sed spiritualiter: ne interfi Hebre.10.
ciatur a corrupta natura. Igit scutum fidei op
ponamus ipsi nature. Ad perfectionis vero iu
sticie cumulũ assumanẗ instrumenta in sua arte
fabrili. Profecto nouit omnis operis fabrica
tor/quibus ad fabricam indigeat instrumẽtis ꝓ
varietate operis: aliquibus ad remouendũ: ali
quibus ad poliendũ: aliquibus ad dolandum:
aliquibus ad secandũ: aliquibus ad quadran
dum: aliquibus ad dirigendũ: aliquibus ad eri
gendũ: aliquibus ad subtollendũ: aliquibus ad
cõtorquendũ: et similiũ que artis nouit peritia:
sic ⁊ ipa iusticia possidere debet instrumenta fa
brilia in opus edificij spũalis: cuiꝰ esse noscunẗ
cuncte virtutes. Porro iusticia plena non erit si
virtus aliqua desit/que possit adesse: sane autem
iusticia erit si assit: necnon et si absit virtus/que
adesse non potest. Ipsa eñ iusticia inconueniẽ
tia et impossibilia nõ reqrit: et virtutis est stabi
limẽtũ ad impossibilia ⁊ incõuenientia nõ inni
ti. Actualiter in hac parte ꝓ iusticia loquimur:
quia in affectu omnes possint per dilectionem
adesse virtutes. Claret ex hoc saluatoris senten
tia / moraliter ad nos relata ꝓ nobis: qm̃ decet
nos implere omnẽ iusticiam. Ac per hoc vndiq;
oportet a iusticia circũdari. Unde Job pro suo Job.29.
vestimẽto ipsam assumpserat / dicens: Justicia
indutꝰ sum. Ille siquidem induitur iusticia/qui
omnem sui consistentiam anime atq; corporis/
ne aliquid turpe appetat aut faciat regit. Eteñ
ad velamentũ turpitudinis sunt primo adhibi
ta indumenta. Et in psalmo dicitur: Sacerdo Psal.131.
tes tui induantur iusticia: ne in tanta sublimita
te constituti appetant aut faciant quod est tur
pe. Et in libro machabeorũ legitur/ ꝙ ionathas 1.Macha.10.
sacerdos induit se stolam sanctã. Sancta quip
pe stola est/que iniquitatem nõ recipit. Et apo
stolus ad ephesios: Induti lorica iusticie. Lori Ephe.6.
ca nãq; multis anulis intexitur: sic iusticia mul
tis virtutibus atq; operibus virtuosis perficiẗ.
Et in ezechiele legitur deus dedisse hierusalem Ezech.16.
vestimenta multicoloria: in designationẽ varie
tatum operum iusticie. Certissimum atq; firmis
simum/ ꝙ iusticia dei nostram iusticiam non in
dicabit. Judiciũ nanq; punitionis semꝑ cõtra
inimicos ꝓferẗ iusticie. Nempe legiẗ in libro sa
pientie: ꝙ deꝰ cũ iudicabit aduersos/induet pro

Esa. 59. thorace iusticiā. Et in Esaia similiter/ ꝙ induet
pro lorica iusticiā: quod idē sonat. Igit indut9
de9 iusticia/ quē inuenerit ipā indutū/ nō iudica-
bit iudicio pene/ sed discretionis pene pro colla-
Psal. 33. tione glorie: iuxta scripturarū sententiā: Nā ocu
li dñi sup iustos: & aures ei9 in preces eoꝝ: et iusti
hereditabūt terram/ scȝ supernā: & habitabūt in
Psal. 111. seculū seculi sup eam. Et in memoria eterna erit
iustus: ab auditu malo nō timebit. Et dñs dili-
Prouer. 11. git iustos. Et iustus de angustia liberatus est: et
tradet impius pro eo: neqȝ penitus extra seipm
ex cōuersatione laudabili quis fiet ad alium: nisi
eius ordo interponat in federe. Ipsius ordo ex-
quirit/ vt diligat q̄ diligi querit: et diligatur q̄ di
ligit. Contrariū vero iniusticia erit. Sed nemo
existimet ꝙ iusticia ī vmbrosis atqȝ limosis mo
rib9/ q̄uis eque q̄ diligit diligat. Non eñ esse po
test iusticie pulchritudo/ vbi amorū esse noscit
turpitudo. Uicem amoris corrupti reimpende-
re amori corrupto: nō est iusticie aut equitatis/
sed damnate concupiscētie atqȝ libidinis. Quō
enim esse potest iusticia in amoribus quos veri-
tas damnat? In moribus aūt perditis atqȝ a di
uina lege damnatis/ similiter iusticia inesse non
potest: vt turpiter obsequenti atqȝ corrupte in si
mili aut in alia turpitudine rependat nec fides.
Appositum aut prestitutū iuramentum aut pro-
missam fidem in his que veritas prohibet/ iusti-
ciam non appellaueris obseruare: magis vero si
seruantur/ iniusticiam dixeris. Nō nisi ad repen
dendum honesta honestis/ & seruandum licita li-
citis/ iusticia ipsa consentit. Aduersatur iniqui-
tati sana iusticia: & malorum deridet ꝓfessores.
Quomodo resonabit in ordine vniuersi: vt alte
ri seruiens in crimine/ exquirit ab eodē ꝙ sibi si-
militer in crimine seruiat? Qui primo alicui ser-
uiuit in crimine/ fecit vnū opus iniquū: si antido
tum repetit/ fecit & reliquū: si vero reddit ab ex-
pedito/ additur tertiū. Quo iure dicetur iusticia/
vbi ꝯcurrūt vnū aut duo seu tria peccata? Sicut
lux nō recipit tenebras/ sed fugat: & tenebre a lu
ce fugiūt/ nō ipam suscipiūt: sic iusticia peccatū
nō recipit/ sed depellit: & peccata profecto et iu-
sticia nullo federe se cōstringūt. More lucis di-
citur purgata iusticia/ purgationē faciēs nephā
dorū: nec malorum morum est hospita/ sed neca
trix: & que a veritate aut lege diuina damnantur/
vltro aut bellice abire cōpellit: aut ad mentē pe
na malorū damnat autores. Proinde luce cla-
rius patet/ cum funestis amoribus atqȝ perditis
morib9 iusticiā nullū posse habere consortium.
Omnia vero hec apostoli cōfirmat vna senten-
2. Co. 6. tia: cū secūdo scriberet ad corinthios: Que par-
ticipatio iusticie cum iniquitate? Quasi expres-
sissime dicere velit/ nulla. Quippe iusticia est in
amoribus ab omniū vitiorū turpitudine defeca
tis: vt iusticia sit diligere similes in natura: repu
diata vero si affuerit culpa: et dare atqȝ reddere
similiter et repetere dilectionem alteruter inter
eos quos super naturā altior nectit gratia. Ipsa
siquidem verba iusticia trutinat: ne velut imper
tinentia publicum petant: aut expedientia tace
ant. Uirtus est silentium: sed caret iusticia/ si loq̄
necessitas aut veritas cogit. Bonū est rectū ver
bum/ si suo tempore proferatur. Et hoc Salo-
mon dicit: Mala aurea in lectis argenteis/ qui Prouer. 25.
verbum loquitur in tempore suo. Importuna lo
cutio colaphizauit sepe iusticiam. Iusticia sane
ori hominū custodiam posuit & stateram: vt nec
taciturnitas esset/ aut verbuȝ nisi ad tempus sta-
tutum. Et ad alium exhibita conuersatio/ etiam
in verbis/ expedit vt a iusticia reguletur. Naȝ re
cta iusticie regula caret delicto: & id intendit/ ne
delinquatur. Unde psalmista ex iusticia delibe-
rauerat custodiam lingue/ dicens: Dixi custodiā Psal. 38.
vias meas: vt non delinquam in lingua mea. Il
le non delinquit lingua/ qui nec tacet dicendum
nec tacendum loquitur: & hec est lingue initiati-
ua iusticia. Ille porro non delinq̄t in lingua sua/
qui aduersus proximum non loquitur dolum/
sed veritatem: dolū dico deceptionis et fraudis
aut incaptionis ad nefas. Ille nō delinquit lin-
gua/ qui loquitur verba electa. Hinc Salomon
dicit: Argentum electum lingua iusti. Argentuȝ Prouer. 10.
sonorum spectat ad verbum: vt sit examinatum
omnino quod dicitur. Ille nō delinquit lingua
in locutione iusticia pretermissa/ qui loquit cum
proximo veritatem: etiam si loquētem dāna plu-
rima subsequerentur. Nam propter vtilitatem
propriam si loqui versata conditio postulat: nō
submittatur falsitas/ aut veritas taceatur: ad de
uitandum incōmodū propriuȝ vel quasi propri-
um. Ille non delinquit in lingua/ sed vera iustici
am seruat: qui nunꝙ in aduersitate aut ꝓsperita
te cōtra deū aliq̄d loquit. Quod vir iustus et re-
ctus ac timēs deū Iob fecisse narrat: nec quicꝙ
cōtra deū locutus est: nec in oībus tribulationi-
bus ipse peccauit labijs: sed natura partem iusti
cie hacten9 ꝓferebat/ q̄ patientia noscit esse: ipsa
enim secundū apl'm iacobū opus perfectum ha-
bet. Dicebat eñ: Dñs dedit/ dñs abstulit: sicut Iob. 1.
dño placuit/ ita factū est: sit nomē dñi bñdictū.
Idcirco verba iusticie loquit q̄ diuinas ꝑcussio-
nes suscipiens/ in aliquo cōtra deū remurmura-
re nō nouit: sed nomē ei9 atqȝ prouidentiā in om
nibus benedicit: vt nō solū hoc ꝓpter deū faci-
at: sed vt ꝓximū nō scandalizet per impatientie
ꝟbū: sȝ poti9 patiētie ꝓstet exēplū: nec in ꝓsperi-
tate verba extollentie ꝓfert: aut despicit lingua
quē suū reputat in hac vita minorē. Est nec na-
turalis ordo iusticie inditus & religio christiana:
vt sermo ꝓlatus ad proximū/ aut in ꝓximū/ aut
de ꝓximo/ siue cū ꝓximo falsitate careat: nō insi
nuet aliquādo omnino: iudiciū false impositio-
nis abijciat: aut si qua possent ad iniuriam coa-
ptari: & nec despiciat assistens presentia: nec ab-
sentia licentiā cōferat ad cōuitia: sed ponatur di
gitus ori: ne quispiā dicat quod abhorret audire
neqȝ taceat quod iterrogatur honestū: aut sileat
vtile/ absqȝ ꝙ ꝟbis exigatur/ qui nouit iustū mā

Mat.10. datum. In scriptura sacra indicit: vt quod gra-
tis accipitur/gratis detur. Jubet etiā ipsa iusti-
cia: vt nō solū in p̄sentia/sed etiā in absentia di-
gnus dignis prehonoretur sermonibus: si hoc
exquirit supposita causa. Et nemo ex iusticia po-
25. test verbis ad illa exigi/ad que nollet exactor ip̄e
cōstringi: nō etiā tedeat audire que dixit: et roga
ri pro quibus rogauit. Et si negata per eum/sibi
denegantur per alium: ratio iusticie quiescere iu
bet. Improbus fator antidota tolerans sedabit
iusticiam meditatus. Amicus iusticie ad reipub-
lice requisitus consulta/ſm insite atq̄ inherētis
virtutis quantitatem tacebit aut loquet. Et se-
ipsum et omnem superiorem/equalem/ et inferio
rem pro ipsa contemnet. Aperiet os suū pro re-
publica/ in singularibus neminem reueritus: eti
am lacessitus iniurijs computabit ad gloriam:
alapatus meritum dicet/qui dignus habitus est
pro iusticia pati: nō offendat pro republica spe-
cialem/qui offendi non meruit. Ita disponat ser
mones suos in iudicio: vt nō ledat verbo⁊ incau
ta/seu odiosa/aut qua multis credit placere sen-
tentia: quē excusat innocentia. Iniustum enim
esse asseritur: vt a verbis alio⁊ patiat/qui a pro-
pria iniquitate non ledit. Ad consilia interroga-
tus illā seruabit sententiā. Si tibi intellectus est/
responde proximo: sinautem/sit digitus tuus su-
per os tuū: ne forte capiaris in verbo indiscipli-
nato et confundaris: vt iuxta mensurā sapientie
atq̄ intellectus/sit sermo in consilijs moderat⁹.
In omib⁹ sane rebus vti loqui necessitas cogit.
Ad limā iusticie anteq̄ proferant/sunt limādi ser
mones: cū retractare non possit emittēs. Ex eorū
enī natura p̄lati manent irreuocabiles: vt plerū
q̄ percussioni quā fecerunt/non possit esse mede
la/nec excusatio placans lesum. Aptitudo actua-
lis/quā mēbro⁊ officijs exhibere oportet in aliū
atq̄ suscipere/pulchra est et bona/ si iusticia pul
chre facit: sinaūt/omis actualis aptitudo est tur
pis. Aptitudo nanq̄ regendi/que plurib⁹ et nō
oib⁹ cōpetit: subiecta iusticie pulcherrimū regi-
men facit: et irreprehensibile iudiciū profert a co
gnitoribus veritatis: q̄uis a vulgarib⁹ et ab his
q̄ plectunt / multa iniusta reflectant in iudicem.
Ignorat sepe vulgaritas veritatē: et ideo turba
vocat: q̄ p̄ter ip̄am facile turbat et turbat. Ple-
nus aūt iuste nihil speculatus in gratiā christia-
nā irrogabit aīo seu verbo iusticiā decernēti: sed
nō turpat iusticie pulchritudo: si a plexis et vul-
garibus lacessitus est iudex: q̄ primo aptitudinē
iudicādi atq̄ iudiciū per verā iusticiā delimauit.
Dictabit sane iusticia p̄sidēti atq̄ omibus in cul-
mine regiminis constitutis: vt non parcant indi-
gno: Et q̄ iusticiā conturbans a iusticia contur
betur: dignus aūt cōsistat honore: et multa mul-
tetur pena/quē ad aliquod turpe excitauit iniq̄-
tas. Cōmunitas aut multitudo delinquēs corre-
cta/facilē indulgētiā reportabit. Neq̄ op⁹ est iu-
sticie: vt multitudo delinquēs si resilit/q̄ det exi-
tio: cū ex eo singuli singulariter puniant: vt mul-
titudo imperturbata seruetur. Quō ergo serua-
bitur/si tota plectetur? Et si contrarium habet
quecunq̄ iusticia: hoc proprium habet iusticia
christiana: q̄ altiori locata corniculo/ non iudica
bit per dicta testiū: si contrariā certitudinē habe
būt aspectus. Justicia enī sine veritate non gra
ditur: proculdubio graderet aut non esset/si ver-
ba ventosa certissimo aspectui anteferret. Nō ac
cipit in iudicio aptitudo iudicādi personam pul
chre facta decore iusticie: sed ip̄a indigentib⁹ se
iusticia donat. Ad hoc enī est ab autore oim or-
dinata: et cū ipsa sit reparatio dep̄sso⁊: similiter
et ne deprimant/se obicem facit. Prouisor nāq̄
super custodiam ciuitatis timēs hostes irruere:
illā primo reparabit in circūitu partē/q̄ faciliorē
hostib⁹ p̄staret ingressū: anteq̄ turriū altitudini
aliq̄d adderet. Igit vera iusticia p̄sidētiū semper
ad magis indigētes est ipsa procliuior. Non no
uit ip̄a nature/gratie/carnis/amicitieq̄ consor-
tem: vt peccantes viuere permittit impune. Naꝫ
ad siles ī natura / nō ad dissiles extitit ordinata:
Lex iusticie que multat voluntarie delinquētes/
his posita non est qui ſm naturā nō agunt: alio
quin omnia punirent. Viuit leo de raptu: lupus
et animalia multa mutuo se inuadunt et rapiunt:
in quib⁹ non laborauerunt/similiter et volucres
auesq̄ rapaces. Et q̄ ſm naturā propriā faciunt
per iusticiam impunita persistunt. Justicia cor-
rectiua seu punitiua nō respicit ex natura/sed ex
voluntatis arbitrio peccatores: vt etiam immu-
nes habeantur infantes/similiter et amentes: et
decrepiti pueriliter senes. Non nouit iusticia su
um mucronem extrahere de vagina / neq̄ sagit-
tam de pharetra: vt feriat nature/sed male volū
tatis actiuos. Proinde iusticia nō parcit iniq̄s
similibus in natura. Nam hominem vindicat: et
homo hominem per iusticiā ferit: non tamen ex
eo q̄ homo est quē deus fecit/sed pro eo q̄ pec-
cator est quod ipse cōmisit: nihilomin⁹ nō punit
iusticia malum seu peccatum/quod priuatio bo
ni est: sed ip̄ius autorem/ qui homo penitus est.
Etiam propter annexam nature gratiā christia-
nam iniquis christianis iusticia christiana non
parcit: et vera regentium aptitudo iusticie deco-
rata monilibus / ī peccatores christianos acri⁹
seuit. Nā ip̄i nature fuit lex scripta porrecta/insu
per et est addita gratia christiana. Suadebit er-
go naturalis ordo naturalis iusticie: vt q̄ pl⁹ ac-
cepit in munere cognitionis atq̄ iuuaminis/pu
niat p̄ampli⁹ si deliq̄t: quod q̄uis sp̄ nō fiat ab
hoīe iudice/ab eterno tñ p̄tore nō p̄terit. Cogni-
tio legis noscit esse magna: iuuamen maius gr̄a
christiana/in q̄ publice offendētes nō relinquet
inultos christiane atq̄ publice honestatis iusti-
cia. Sed nec a p̄side christiano p̄ iusticiā decerne
tur in delinquentē christianū: q̄ christian⁹ quod
nō natura/sed habet ex gr̄a: sed quia iniquus est/
quod habet ex concepta et appropriata malicia.
Nā hec gr̄a p̄ gr̄aꝫ p̄rogata credentib⁹/naturalē
iusticie ordinē non arefecit: sed in hac religione
gratificata peramplius virefecit: q̄m benignus
iniquo⁊ vltor et dn̄s vellet/si nō aliter/saltem per

reipublice/christianitatis/ciuitatū regnorūq; rectores esse purgatos ad superos inferendos: et cum extrema dies omni viuenti aduenerit/ atq; celebrabitur generale iudicium: nollet inuenire quos haberet ferire per suam sibi iusticiā reseruatam. Carnis propinquitatē vera iusticia presidentium in republica nullo pacto veretur: quoniam nemo constituitur minister iusticie ex propinquitate aut ꝓpagine carnis: sed ī eo ꝙ rationalis est creatura. Et si nō nouit indulgentiam dare vinculo nature atq; gratie christiane connexis: multominus dabit coniunctis nexu aut transductione carnis: non enim magis nectitur filius patri/ filia matri/ frater fratri/ ꝙ homo homini: nec pater filio/ mater filie ⁊/ necessitudini necessitudo/ ꝙ hoi hō: nec ꝙ christian⁹ christiano. Proīde si nō parcit ex iusticia iniq̄s colligatis ī nature federe aut grē christiane: sic nec dabit delinquentib⁹ venia cōiunctis ex q̄cunq; propaginis copula: nec fauebit eisdē peramplius tribuetq; honores aut placita: si qua p̄ter hāc copulam potior virtus nō meruit. Ipa siq̄dem iusticia/ prout punit inobliquabilis est in neutrā partem: anfractuose incedere nescit: lucis natura potitur: non aque hinc ⁊ hinc discorsibilis inter montes: quod puniendū est/ solū respiciēs: et cum quo a rerū entitate habuit īpacīscibile bellum. Nec punit per aptitudines hominū ipa iusticia: que nec obliquo casu adueniēte filium aut consanguineū punit/ sed iniquū. Saul nāq; pri-
1.Re.14. mus rex in dei populo non pepercisset per iusticiam filio/ suum imperiū cōtemnenti: quia gustauerat ante prefinitū tēpus a patre rege: nisi populus euz de suis manib⁹ liberasset. Nec salomon
3.Re.2. pepercit fratri adonie rē iniustissimā postulāti: quin in eum mortis dictaret sententiā. Et idolatria populi dei per iusticiam datā in manu moysi/ velut in populi duce: sic eñ est ipso decernente multata/ vt frater occideretur a fratre. Sicut eñ iusticia non est ex trāsduce/ velut caro ꝓpaginis: sic nō parcit hominib⁹ ex carne linealiter et trāsuersaliter ꝓpagatis/ etiā quātūcūq; ꝓpinq̄s nec eisdē beneficia sua donabit indignis. Et ad taliter ꝓpinquos magis ꝙ ad hoīes affici/ caret ratione iusticie. Maior est similitudo cōmunitatis ⁊ veritatis hoīs ad hoīem/ ꝙ patris ad filiuz aut filij ad patrē. Nec est de hūanitatis iusticia/ que originalem iusticiam sequitur: ꝙ fili⁹ aut in eo ꝙ sic ē/ magis ꝙ ꝙ hō est diligat: vt nō puniatur delinquēs/ aut p̄miet: si p̄m ꝙ hō aut p̄m veritatē annexā nō meruit. Proinde iudiciū erit alterutrū in cōiunctis/ si assit iniquitas: et minister iusticie alter fuerit cōiunctorū. Lex nāq; persarū atq; medorum ad omnes immutabilis erat. Imperatorū/ senatorū iusticia romanorum nō prestabat indulgentiam quātamcūq;: si cōtra eos patrata iniquitas declinabat. Fert q̄dam senatorem filium habuisse legitimū/ elegantē atq; ab ipo dilectū: q̄ delictū ɔtra augustorum ac senatorum decreta cōmisit: propter quod cū ex formata iusticia oculorum amborum cecitate puniret; dolentes cūcti ꝓ filio/ magis vero pro amore atq; honore paterno procurabant aut leges suspēdere/ aut aliter a cecitate filiū ꝓseruare: quod pater agnoscēs/ inq̄t: Et vobis assentio: cuz honore dūtaxat statute iusticie. Cum duo sunt oculi eruendi: vnus eruatur in patre: alter vero in filio reseruetur: quod et factū est. Ac ꝓ hoc oīm conditor deus magis suaz diligit creaturā: ꝙ quelibet creatura diligat aliā sine ipam. Si nec ipse pepercit peccantibus angelis: ⁊ mundū originalem propter peccata deleuit: ⁊ semper punit iniustos: ⁊ corrigit ꝓ iusticiaz emendandos; Cōiugalis copula nō auertet aut euadet iusticie penā: si vnus cōiugatorum deliquerit contra prefixā iusticie regulā: alter vero vt minister habuerit trutinare iusticiā. Et quoniā nō expedit/ ꝙ vnusquisq; sic puniendi officiū habeat: sed determinat rectorib⁹ reipublice reseruat nihilomin⁹ tñ ad punitionē delicti ob iusticiā ꝓmissuz est in lege moysi atq; christi ꝓpter certā fornicationem: ꝙ vn⁹ cōiugū possit alterum deuitare: si vero ipe fornicat⁹ nō fuerit et assuet⁹: iustā dictabit in vxorē sententiā/ que suū ɔtempsit imperiū: nec habebit amicū soliū iusticie tenens/ q̄ vere iusticie fuerit inimicus. Nulli aūt hominū aliq̄s extra deū/ q̄ vera iusticia est/ magis ꝙ iusticia charior aut amicitior esse debet. Nō corrumpetur ab amicitia iusticia: sed iusticia amicitiaz subordinabit: aut puniet/ aut deuitabit iniquā. Amicus iusticie sub ipsius freno amicabit presidi: non eñ conturbat honestos ⁊ patulos mores/ vnde fatigetur animus ꝓsidentis: nec prestabit cogitandi materiā quō se muniat ad vindictam. Amicus iusticie gubernatori reipublice ceruical quietis tradidit/ nec excitauit a somno. Non propulsatur ex sua causa eius cubiculum auribus vero silentiū fecit. Amicus ꝓsidis ⁊ iusticie/ honorem vnius augmentauit ex altero. Amicus regis et non iusticie sepe per confidentiam turbauit quietū/ et dehonestauit publicum statū. Is regi fiat iniusticia inimicus/ qui nō regi regēti/ sed in malo homini est amicus. Et notam posuit in gloria regis/ qui ex sua cōfidētia forefecit. Auertet vultū a tali amicitia nobilis heros/ et in speculū iusticia sine macula speculabitur. Et tāto seuerius pena plectet delinquētem amicum: quāto magis debuit iusticiam in amico/ ⁊ amicū in iusticia uereri. Amor etiam reipublice que per iusticiā gubernat/ tanto debet esse vehemētior in regente ꝙ particularium quorūcūq;/ quanto ipa respublica est hoīe quolibet particulari valentior. Ut supra fatum est: non solū amicū/ sed etiā filiū si dictat ꝓpter patratum scelus iusticia/ tradat exitio/ aut pene dignū: potius ꝙ velit ex defectu iusticie rem publicā cōturbare. In nullo tantū in aptitudine regiminis respublica inq̄etat: quantū si propter priuatū offenditur publicū: aut si submittitur quod est iustū. Sed neq; cōiūctis aut amicis a rege dabunt officiales honores iusticie: si aptitudo a bona natura non fuerit aut a studio cōquisita; magis aūt dabunt remotis a talibus

copulis/si eis ad aptitudinẽ aderit bonũ virtu-
tis. Sane ne quis exorbitet cũ amicos p̄sidenti
um noie edixero: iusti presidis regis nullus erit
amicus/nisi verus emulator iusticie. Quod aũt
dico etiam malos esse amicos domesticos inter
dum pre ceteris/intellexerim non amicos. Hoc
enĩ notũ ē ꝙ amicus quis verus esse nõ potest
sine vera iusticia. Non vẽdet pro aliquo alicui re
ctor iusticiã: que diuino iure omnib⁹ in pace de-
betur. Non erit specialis: que iure naturalis or-
dinis omnibus est cõmunis. Non erit tepida ex
parte rectoris: q̃ feruet ex igne charitatis. Non
erit quã non intendit qui fecit. Ineuacuabile fa-
ctum est per linguam/ꝛ inenarrabile per scriptu
ram/quod turpat iusticiam appendentes incaute
aut quod expedit ad irrep̄hensibilitatẽ ipsorum.
Nam cum humana natura / cui apposita est ad
viuendum iusticie regula: semper frangit iuga:
rumpit retia legis: nequit infra cancellos mãda
toꝝ cõcludi: sepes incendit: transilit vallũ: trans
greditur ordinis murũ: nõ vno mõ/sed multipli
cibus et occultis. Inde ꝓ preteritis malis mul-
te scripture sunt exhibentes leges: sed de nouo
semper ex hominib⁹ vena iniquitatꝭ incessanter
fluens erupit: cui semper oportebit per iustas le-
ges obsistere: ac denuo noua decreta nouare:
quod reseruatꝛ iudicio rationis/prestante causaꝫ
fluxu iniquitatis. Impossibile penit⁹ est futura/
sicut p̄terita videri ab homine solum puro. Igi-
tur quoꝝ interest gubernare rempublicam: aut ꝑ
dictamina siue per ministeria legũ: si a deo ratio-
nis donum insitum susceperunt: aut per ocia et
studia ꝛ sudores animi quesierunt expedientẽ re-
gimini veritatẽ: cudẽt semꝑ iusticie leges ad vin
dictã malefactorũ/ad laudem vero bonorũ. Ra-
tio enĩ viua hoĩs p̄sidentis obuiabit malis: bo-
nisq; fauebit absq; ꝙ leges sc̄ptas aspiciat. Im-
possibile omnino est omnia in mẽbranulis aut
codicibus cõtineri: propter maloꝝ inundantiũ
varietatẽ/ ꝛ nouitatẽ bonoꝝ: sed aspiciẽdũ semꝑ
erit in illã intelligibilẽ iusticiã /interlucentẽ mẽti
bus hoĩm/nõ exaratã per calamũ. Cuius regule
sunt omnino infallibiles / incedẽtes recte ẜm or-
dinẽ rationis. Et modificabitꝛ quod scriptũ est:
siliter et appositio fiet ẜm rerum atq; negociorũ
varios euentus: quos legum conditores dũ scri
bebantur/videre nequiuerunt. Sed ꝓpter p̄sidẽ
tium sepe defectũ: qui nõ aspiciũt oculo mentis
et dilectione cordis in gratiã christianã: q̃ ꝟe il-
luminat hoĩem illuminari volentẽ plus q̄ quid
fit per aliquam scripturam. Expedit plerunq; fir-
mare taliter iusticie leges: vt ipaꝝ minister intrãs
mutabiliter administret. Et q̄uis plura bona
ex tali firmitate sequantꝛ: nihilominus hec mala
euenire nõ reuocatur in dubiũ: ꝙ iust⁹ sepe por-
tabit iniquitatem iniqui: ꝛ iniquus iusti premiũ
nanciscetꝛ. Fieret autem minime: si viua homi-
nis ratio nõ obliquata per nefas posset addere/
seu pro varietate casuuꝫ emergentiũ suspendere
leges. Iustius profecto mundum homo rege-
ret diuina ratione tenente dominiũ /si semper cõ
templaretur naturalis atq; intellectualis iusticie
ordinẽ/q̄ dictam scriptãq; rethorice legẽ. Et ni-
hil tã dignũ in republica affirmauerim euenire:
q̄ si bono rege atq; duce/ illuminato gratia chri
stiana/ gubernandus populus regeretur. Hinc
salomon dicit: Aufer iniquitatẽ de vultu regis; Prouer. 25.
et firmabitur iusticia thronus eius. Proprie pro-
prium est gratie christiane/omnem impietatem
auferre: idolatrie/ire/ inuidie/superbie/auaritie/
philargyrie/tepiditatis/lubricitatis/voracitatis
gastrimargie: que maculam pessimam in regum
gloria ponunt. Et inter cetera bona promissa ec
clesie q̃ nunc est/fuit iusticia presidentiũ. Esaias
enim dicit: Ponam prepositos tuos iusticiam. Esa. 60.
Habet etiam ipsa gratia omnem annexam pro-
uisionis/punitionis et dispensationis virtutẽ.
Et nihil in republica infelicius infelicitate re-
gentium: etiam si non desit bonitas legum. Fo-
rinsece querimonie atq; clamores insinuãt/quã
ta subactus populus patiatur ab infelicitate re
gentium: vt sepe non possit esse remediũ iusticia
legum: aduersus quos oportebit sepe constrin-
gere viuarum iudicium rationum. Ex his nãq;
defectibus/scilicet noua varietate peccantiuꝫ et
infelicitate regẽtium: imperatores iusti olim tra
diderunt licentiam nouas condendi iusticie le-
ges: vt malorum varietas legum varietate puni-
retur: et infelix autoritas ipsarum vigore frena-
retur: quod sepe fit: nisi tyrannis inualescat pe-
nitus supra legem: que iusti regiminis omneꝫ or
dinem exterminauit. Examinabit manuductor
iusticie causarum facta pendentia: ꝛ libramento
equitatis probabit: vt nõ tantum iudicet ꝓpter
actũ /quantũ etiam propter affectũ ꝛ modum.
Leuior aut acerbior inferatur ẜm ordinem iusti
iuris: qui parcere aut percutere secundum ma-
gis et minus iuste cognouit. In perplexita-
tibus dominabitur animo suo: nec mouebitur
ab acuto zelo iusticie/qui sepe fertur in preceps:
cum temperato zelo erit confabulatio eius. Ze-
lus itaq; acutus iusticie dicitur: cum statim vel-
let punire delictum: et turpantem criminis no-
tam notabiliter iudicare cum dedignatione pa-
trantis: quem ilico et protinus vellet confun-
dere iaculis suis: quia iusticie ordinem non est
reueritus in moribus suis: magis vero ipsam
quantum in se fuit/ fedauit maculis suis. Acu-
tus zelus iusticie vindicatiuus est: nec tempus ex-
pectans: sed eodem momento quo agitur culpa
vellet infligere penam: aut ip̄o instanti quo au-
dit/si malefactorem malefacientem nõ vidit: sed
a tali zelo detentus / non inspicit illam intrin-
secam penã/quam malefactor pertulit dum deli
quit: cum eoipso quisq; punitꝛ interius/quo cõ-
sentit facere aut perficit facinus: dum priuatur
lumine conscientie sue ꝛ veritatis/ tenebras pa-
titur peccatorum: inimicus virtutum efficitꝛ/di-
uortiũ eterni regis p̄ferẽs ꝛ sanctoꝝ. Et plerũq;
acut⁹ iusticie zel⁹ īfligit irremouibilẽ penã/quã ꝑ
posteꝝ repperit nõ fuisse iusticiã: qꝛ sepe ille q̃ su
stinet/in eo ꝙ plectitur culpa caret; et factum est

iniusticia per subitationē facinus super facinus:
quod fuit zelus acut9. Sed qs rectā refundet vi
tā in mortuo homine? Quis reuocabit aīam in
cadauere? Quis recōpaginabit mēbra trūcata?
Quis repristinabit per ignem in cinere resolu-
tum? Cauebit autem pro posse ne hec fiant / zel9
iusticie temperatus. Siquidē tēperat9 zelus iusti
cie constans erit ad vltionē / nō leuis: firmus / nō
subit9: cautus / nō improuidus. Nec amabit exi
tio tradere delinquentes: et tradet / tamen dolēs
pro infelicitate ei similis in natura. Tēperat9 ze-
lus iusticie querit poti9 absoluere ꝙ damnare:
si in hūc fauorem habere innocentiā posset: nec
e regione clamaret iniquitas. Non agitabitur a
relatoribus voluntarius: vt in quēlibet reuz di-
ctet cito sententiā: inuestigabit relatoꝝ vitā / refe-
rendi modum / ꝛ prout poterit suauitatē animo-
rum. Scrutabiť in aīo ꝟba dicentiū ꝛ gestoꝝ ap
pēdentias: studiose perquiret intentionē animi /
tēpus / ꝛ locū / ꝛ ordinē rei geste. Si odiū aliquan
do / aut amicitia / seu cōuersatio aliqua participa
tio fuit: ꝛ hoꝝ causas / nouitatē ꝛ antiquitatē tem
poris ꝛ circūstantiaꝝ penit9 scire tentabit. Et si
damnificatio per simile aut per dissimile fuit ali
quādo inter eos: necnō et si causa aut aliqua ra-
dix inuidie seu amaritudinis fuit: hoc in accusa-
toribus / hoc in testibus omnino inuenire cona-
bitur: audiet rumores: explorabit famā: ꝛ assue-
tudinem vite ac cōuersationis per inqsitionē ap-
plicabit ad aures. Si aduenerint intercessores / si
militer inuestigabit: oīa librabit lance iusticie:
iudiciū anteꝗ̄ ꝓferat / appēdet pluries ī statera.
Ipsa iusticie ratio dictat: ꝙ nihil sub celo in re-
bus creatis tāta diligentia sit tractandum / ꝛ gu-
bernandum diligentius inter oīa: ꝙ homo ꝓ-
pter quē facta sunt oīa. Nec ita celeriter est tra-
dēdus exitio ad imaginē dei cōditus hō: nec subi
to mēbra debet ꝑdere homo: pro quo redimēdo
deus factus est hō. Quō mēbra subito condēna
bit zelus acutus: quem templū suum vendicauit
zelus diuinus / qui esse diciť spūssctūs? Hinc sa-
1.Corin.6. ne dicit apostolus: An ignoratis quoniam mem
bra vestra tēplū sunt spiritussancti? Sed hec apo
stoli sentētia solū cōpetit baptizatis. Audacter af
firmem: Et sermo vester est de iusticia christia-
na: que originalem excedit atꝗ mosaicā cōsuetu-
dinem populoꝝ ꝛ gentiū ꝛ oīm nationū. Quam
obrē iusticie zelū peramplius oportet fieri tempe
ratū: sed non fluctuandū ad oēm hoīem christia
nū seu infidelē: zelus iusticie tēperamēto indiget
vt oīs ratio / veritas atꝗ ordo dictat: ꝙ omnib9
hominibus iusticia / ꝛ nulli debeať iniuria. Sed
eoipso homini ad iudiciū cōstituto irrogať in-
iuria: si per rationem ꝛ rationalem indaginē non
exquiruntur que possunt exquiri facti penden-
tia. Subtilius autem intuetur temperatus zelus
christiane iusticie: cū suos ministros subexcitat:
ne propter sententiam celerem in non delinquen
tem inducat desperationem: ꝛ post abolitam ce-
leriter vitam eterna damnatio subsequatur: ad
quam nulla reuocatio subsequetur. Et blasphe-
mabitur dominus dominorum / propter acutuz
aut intemperatum zelum iusticie ministrorum.
Quis igitur hominuz regentium populos ꝛ do
minantium / sceptra tenentium / aliquem reuoca-
uit ab inferis: a demonibus dissociauit: reuoca-
uit ad penitentiam damnatum: aut introduxit in
supernum regnum? Non ergo iusticia debet fie-
ri in preiudicium: que prerogata est in remediū.
Non debet fieri causa damnationis: que genera
lis est virtus et causa salutis. Nec tam indiscus-
se occidendus est homo: pro quo mortuus est
deus homo. Nec improuise fundendus est san-
guis humanus: pro cuius liberatione diuinus
sanguis est fusus. Nec suspendendus est cū fu-
re in ligno: pro quo christus suspensus est in pa
tibulo. Nec inconsyderate tradendus incendijs:
pro quo eruēdo christus venerat ab eternis. Er
go merenti per iusticiam mortem / iudex indulgē
tiam dabit: parcet omino inquietis: dimittet abi
re impune rempublicam sine ratione vexantes:
laxabit homicidis / raptoribus / latronibus / stu-
pratoribus frena? Nam tentabit sedinosos de
vrbe depellere: falsatores quarumlibet rerū non
plectentur autoritate iusticie? Pacifice viuent et
intrepide super terram / qui modis patulis et oc-
cultis nocent alijs? Secura erit malicia: que ideo
punitur / vt tuta sit innocentia: patrocinabiť ini-
quis iusticia? Nonne prestate indulgentie crimi
nosis / fecerūt plures ad prolapsionis et magno-
rum malorum contagium prouocari? Ergo fru-
stra est iusticia? Sed non sic: potius apostolū au
di. Nam principes non sunt timore boni operꝰ / Roma.13.
sed mali. Vis autem non timere potestatem: bo-
num fac / ꝛ habebis laudem ex illa: dei eñ mini-
ster est tibi in bonum. Si autem malefeceris / ti-
me: non eñ sine causa gladiū portat: dei eñ mi-
nister est vindex in iram ei qui male agit. Ex quo
luce clarius dať itelligi ministros iusticie a deo
esse: ꝛ non sine causa gladium punitionis habe-
re: sed ad tuendum innocentiam et refrenandum
maliciam / et puniendum delinquentem perso-
nam. Igitur nō parcet omnino temperatus ze-
lus iusticie: sed supersedebit omnia querens / taci
te secum voluens: sanis fulcietur consilijs: ne ꝓ
pter reum interficiat / nedum ledat quomodoli-
bet innocentem: et absoluat hominem / quem cer
tum est esse innocentē: sed conspecta veritate pos
sibile dictabit sententiam absoluentem aut puni
entem / ſm zelum iusticie temperatuz. Qui zelus
huius radiantis per orbem virtutis et interlucē
tis in mentibus hominū attentius respicit ipsi9
iusticie gloriam / ꝙ popularem hominum famā.
Nam si zelator minister iusticie apud se in vincu-
lis haberet detrusum quēpiam insignem / ex ge-
nere facinorum fama / non ex veritate notatum:
ex quo si traditus esset exitio / fama vulgaris in-
deliberabilis iudicante domino sequeretur: veri
tate precognita eliget potius non acquirere aut
perdere vulgarem hominū auram / ꝙ iusticie glo
riam maculare: que neminem damnat / quem cul-
pa nō maculat. Quid plerunꝗ in acuto zelo aut

intemperato contrarium euenit: vt iusticie mi-
nister gloriam iusticie vulneret ꝓpter vulgarem
hominū famā: appetitores em̄ vulgarium lau-
dum/deuiauerunt facile a iusticia. Et in omni
causa iudicij sepe delinquit/qui non christi sed
hominum nomen habere concertat. Plurimi
ꝑfecto sunt atq̄ fuerūt/q̄ lerati sūt de nūero in-
terfectoꝝ: ⁊ de mutilatis mēbris gloriā portaue
runt: seueritatem animi attribuentes iusticie/im
ꝓuidentiam cautel/e furorem zelo iusticie: mortē
ꝓpriam asserentes vtilitatem reipublice/velut
bestiarum nihilopendentes hominū vitā. Plu
rimi autem in peiora labuntur q̄ꝫ decernat acu-
tus: vt non sit zelus/sed liuor: non zelus iusticie
sed auaricie/honoris ⁊ glorie: plerunq̄ autē in-
uidie aut libidinis dominādi: cui nulla pōt adesse
se iusticia bene regēdi. De tyrannis quidē hic
sermo tacet: apud quos nulla pōt esse christia-
na iusticia/quorū vsurpata est potētia. Tota em̄
pulchritudo iusticie/in fundamēto et autoritate
consistit rōnalis ⁊ iuste potētie. De qua re lon-
gus sermo contexit/ vbi agit de equo iure do-
minandi. Sed cōtra quoscūq̄ iniuste regētes sa
cra scriptura immisericorditer clamat/ nisi me-
tania fiat. Et infallibilis sapientia dicit: Audi-
Sap. 6 te reges ⁊ intelligite: discite iudices finiū terre:
prebete aures vos q̄ continetis multitudines: et
placetis vobis in turbis nationū: qm̄ data est
a dn̄o potestas vobis ⁊ virtus ab altissimo: qui
interrogabit opa vestra/⁊ cogitationes scrutabi
tur: quoniā cū essetis ministri regni illius: nō re
cte iudicastis/ neq̄ custodistis legē iusticie/ neq̄
secundū voluntatē dei ambulastis. Horrende ⁊
cito apparebit vobis: quoniā iudiciū durissimū
in his qui p̄sunt fiet. Exiguo em̄ conceditur mise-
ricordia: potentes aūt potenter tormenta pati-
entur. Non enim subtrahet personam cuiusq̄
dominus/qui dominator est omniū: nec reuere-
bitur magnitudinē cuiusq̄. Quoniam pusillū et
magnum ip̄e fecit: ⁊ equaliter est illi cura de om̄i
bus. Potestatē dari a deo/verba ista declarāt:
quoꝝ sententia nullū patitur dubiū: sed iustam
potentiā omnis particeps rōnis intelligat/quā
omnipotens donat: tyrannicā vero ⁊ iniustam
nemini contulit: sed aliquo iusto ⁊ occulto meri
Job. 34 to vsurpari permittit. Juxta Job sententiā: Re-
gnare facit hypocritā/ ꝓpter peccata populi. Et
ipsa aut oīs potestas iusta non est/si a domino
non habet quod est: aut ꝑ illam euangelij regulā
quo iure debet om̄is homo christo deo esse sub-
iectus: ⁊ virtus ip̄a apta regimini ab oīm crea-
tore confertur: scꝫ audiendi/discernendi/cernen-
di/causas inuestigandi. Juxta Job sententiam:
Job. 29 Et causam quā nesciebam/diligentissime inuesti
gabā. Judicandi/ ꝓuidēdi/sauciādi/supsedendi
Sed qui talentū ꝯtulit/ qualiter fuerit expensū
Sap. 6 districtam rōnem exquirit. Propter quod dicit
Interrogabit opera vestra/si coram deo ⁊ veri-
tate iusticie sunt facta. Et cogitationes scruta-
bit: vt infallibiliter teneantur intentiones om̄i
um regentium populos/ad dei examen imper-
uertibile reseruari: vt qua intentione sceptra te-
nuerint/iudicauerint/aut denegauerit: ⁊ si quid
fuerit intentione regendi sinistrum/post iustum
examen ad meritum supplicium conficiat. Sūt
tria que maxime diuina sapientia in regentibus
⁊ gubernatoribus reipublice detestatur: peruer-
sum iudicium/contemptus iustaruꝫ legum/⁊ di
uine voluntatis auersio. Ista enim sunt contra
que supposita sententia clamat. Inquit enim:
Cum ministri essetis regni illius/non recte iudi-
castis. Ille non recte iudicat/qui arbitriū sequi-
tur voluntatis: cessante vero ⁊ pio iudicio rati-
onis: ⁊ non recte iudicat/qui prestat aures men
dacijs: qui leuiter credit: qui auram hominū seq̄
tur: qui opinionem tenet: qui non examinat: qui
corrumpitur ob rem: qui mouetur ob causam.
Et in Deuteronomio scriptum est post iudicuꝫ
electionem: Non accipias personam nec mune Deut. 10
ra: quia numera excecant oculos sapientū: ⁊ mu
tant verba iustorum. Juste quod iustum est exe- Deut. 16
queris. Nam recte iudicare non potest/qui per-
sonam aut munera in iudicio respicit: ⁊ maledi-
ctioni eterne ascribitur/qui propter munera in
iudicio percusserit innocentem. Ibideꝫ scriptū
est: Maledictus qui accipit munera/vt ꝑcutiat Deut. 27
animam sanguinis innocentis. Recte non iudi
cat iudex ⁊ princeps/qui percutit innocētem ex
munere: quem innocentia tuetur a crimine. Sa
muel constituit duos filios Johel ⁊ Abia/iudi- 1. Reg. 8
ces in Bersabee: qui non ambulauerunt in vijs
paternis iustis ⁊ sanctis: sed declinauerūt post
auariciam: acceperuntq̄ munera ⁊ ꝑuerterūt iu
dicum. Non ergo recte iudicat/quem auaricia
maculat. Ipse sane affectus munerum/iudicem
peruertit in animo: ⁊ iusticiam peruertit in iu-
dicio. Et per prophetam Micheam dominus
principes non recte iudicantes arguit/ dicens:
Audite p̄ncipes Jacob/⁊ duces domus israel: Michee. 3
Nunquid vestrum est scire iudiciū: qui odio ha
betis bonum/⁊ diligitis malum: qui violenter
tollitis pelles eorum desuper eis: ⁊ carnem eorū
desuper ossibus eorum? Qui comederūt carneꝫ
populi mei: ⁊ pellem desuper eorum excoriaue-
runt: ⁊ ossa eorum confregerunt. Et paulo post
subdit: Audite p̄ncipes domus Jacob/⁊ iudices
domus israel: qui abominamini iudicium/ et
omnia recta peruertitis. Principes eius in mu
neribus iudicabant. Quomodo ergo rectū iu-
dicium principum/qui populū expoliant/nō gu
bernant: bonū odiunt/malū amant? Quomodo
rectū erit iudiciū: cū subiectū populū spoliāt bo
nis: ⁊ pro iudicio suscipiūt munera: vendūt iusti
ciā: ⁊ plura suscipiūt ꝓ causa diffiniēda/q̄ꝫ sit ꝓ
causa diffinita vtilitas reportata? Recte nō iu-
dicat/q̄ recta ꝑuertit: ⁊ q̄ sine mūeribꝰ iudicāt/ab
alueo recto iusticiā deriuāt. Nō recte iudicat/ q̄
declinat in partē: recte iudicaret si non declina-
ret. Nam illud ꝓculdubio rectū iudiciū dicitur:
quod nec ratione/nec ordine/nec veritate/nec iu
sticia caret: vbi leges iuste/iuste implentur ⁊ sus
penduntur atq̄ supplentur a ratione viua iudi

cis inter aspectus veritatis ⁊ ordinis: ⁊ nihil ali-
ud respicit nisi quod iusticia exigit. Rectum iudi
cium vere nõ est/quod supradictorũ assistentijs
caret. Sed obstrictius contra ministros iusticie
malos diuina sapientia loquitur: cũ legem iusti
Sap. 6 cie illos arguit non custodire. Ait enim: Neq; cu
stodistis legem iusticie: quaz oportet ministros
iusticie custodire. Ipa lex multiplex est: sed vni
ca sola est que omnibus in suis actionibus con
gruit. Sed quoniã hic sermo noster artatur ad
iudices: ad ipsos tm̃ expedit extẽdere de lege ser
mones. Lex nãq; iusticie semper iudicem aut ꝓn
cipem ligatũ tenet in iure catena inuisibilis amo-
ris vsq; ad imperiũ mortis/ ꝓpter ipsi⁹ pulchri
tudinẽ iuris. Quam legem nõ custodiũt qui pul
chritudinem intelligibilem iuris non intellexe
runt aut non dilexerũt: quam non custodiunt q̇
naturam iuris ꝑuertunt: nam si quis leuitatem
ignis/ terre vellet apponere: aut igni terre adde
re grauitatẽ: iura in elementis ꝑuertere niteref.
Si quis vrsi naturã leoni vellet ascribere/ ⁊ vrso
concedere leoninam: iura in animalibus nõ ser
uaret. Qui vero denegaret alicui ad quod sibi
natura in suo iure ligatur: in quibus ipa nobi-
lis suis naturatis est debitrix: legẽ nature ꝑfecto
non custodiret. Ille igitur protinus legem iusti
cie non custodit/ qui dat cui non debetur: aut de
negat cui debetur beneficiũ iuris. Altiori sensu
in hoc ꝓfundum descendentes/ presens verbũ
contra malos principes christianos eloquitur:
qui legem iusticie diuine atq; immaculatissimi
euangelij non custodiũt neq; sciunt: ⁊ magis fir
mant custodiam ad ipsoꝝ decreta: q̄uis interdũ
bona/ sed pluries corrupta ⁊ turpia: q̄ ad euan
gelica dicta siue mandata. Hec lex solum omnẽ
habet iusticiam/ quam saluator Joanni preco-
ni suo ac baptiste se ꝓdixerat impleturum. Illud
postremo malum annexit/ q̄ omis mali est cau-
sa: non tamen efficiens/ sed deficiens: scz nõ am
bulare ſm domini voluntatẽ: pro eo quod dixit
neq; ſm voluntatẽ dei ambulastis: que volũtas
omni tempe a mundi origine hominibus inno-
tuit per verba/ per signa/ ꝑ scripta/ per angelos;
ꝑ demones: de qua tãto hic loquar breuius/ q̄n
to loquẽdi diffusius in scriptura est ꝓrogata ma-
teria. Sed ꝓut ad ꝓpositos in republica loqui-
Rom. 13 mur: etiam magis noster sermo artabitur. Sed
omis potestas a deo est: ⁊ ipse ordinauit ꝓpter
primũ cõtemptũ/ homines per homines guber
nari/ regi/ corrigi ⁊ instrui atq; puniri: voluntas
igitur eius ad ꝓncipes est: vt subiectum populũ
ad illũ regant finem ꝓfinitum: propter quem de-
us creauit/ ⁊ ꝓncipibus sic voluit esse subiectum
Non ergo principes estiment homines eis ꝑ na
turaz esse debere subiectos: cum quibus similes
habent ortus atq; conceptus. Et preter primũ
parẽtem qui de terra/ secundũ qui de costa/ ⁊ no
uum hominẽ qui ſm deum creatus est de spiri-
tusancto: omnis alius homo est ex humano se-
mine in materno vtero coagulatus: nec ab alio
aliud habuit conceptionis aut natiuitatis initi

um. Non ergo inter homines principes ⁊ homi
nes subditos/ ꝓterq̄ q̄ vnus regit/ alter regitur
tanta debet esse diuersitas/ vbi nascendi ⁊ moriẽ
di tanta seruaf cõmunitas: quã cõmunitatẽ ad
insinuãdam ⁊ demonstrãdã regibus humilita
tem/ per Salomonẽ sapiẽtia declarauit. Sum q̇ Sap. 7
dem ⁊ ego mortalis homo/ similis oibus ex ge-
nere terreno illius qui prius factus est: ⁊ in ven-
tre matris figuratus sum caro: nouem mensium
tpe coagulatus sum in sanguine ex semie hois/
ex delectamẽto somni cõueniẽtis. Et ego natus
cõmunẽ accepi aerem: ⁊ in similiter factam deci
di terram: ⁊ primã vocem, similẽ oim emisi plo-
rans. In inuolumẽtis nutritus sum/ ⁊ curis ma
gnis. Nemo enim ex regibus aliud habuit nati
uitatis initiũ. Unus ergo introitus est omnib⁹
ad vitam: ⁊ similis exitus. Igitur constitutus in
autoritate/ non obliuiscaf cõmunitatem nature
nec supbiat animo si ꝓferf in iudicio: ⁊ sibi sub-
ditur similis homo. Nam liberos natura fecit:
iniquitas vero seruos constituit: ⁊ peccatũ fecit
homines hominũ iudicio subiacere/ non cõmu
nitas ipa nature. Uoluntas dei est/ vt in tranq̇l
litate animi ⁊ humilitate cordis/ compassione
mentis hoies iudicentur. Et rex aut dominus ꝑ
sonam iudicandi hominis in animo suscipiat:
dum ore aut scripto dijudicat: quia similẽ culpã
aliquãdo habuit/ aut habet/ aut habere potu
it/ aut habebit. Nec quisq̄ principum ad suam
gloriam/ sed diuinã debet regere subiectũ popu
lũ. Falsus est legatus aut subdelegatus iudex/
si sibimet non primo mittenti domino gloriam
mercaref. Regi seculoꝝ omniũ in eternũ regnã-
ti/ debef omnis gloria regum/ principum ac re-
ctorum. Legati sunt omnes tenentes sceptra iu
sticie: ipe vero solus est legans tacite vel expsse.
Uoluntas dei est/ vt disponaf temporale regnũ
propter eternũ: ⁊ fiat temporale iudiciũ/ vt deui-
tef eternũ ab his qui iudicantur: qui penis exa-
cti/ mortiq; vicini/ se male fecisse cognoscunt: et
tpaliter plexi/ eternã veniã petũt: sacramẽtis se
muniũt/ eternã penã deuitare cõtẽdũt. Qz mul-
totiẽs libere ꝑuagãtes hoies interficiũf mutuo
rapiunf ad tartareas sedes: ⁊ in pũcto ad infer-
na eoꝝ aie ꝓtrahunf: aut libera potestate gaudẽ
tes silẽte iusticia/ pctã pctĩs adijciũt: diuinas of-
fensiones multiplicant: vt etiã mereanf plerĩq;
vitam impenitẽter finire. Uolũtas dei est vt ho
mines ab eius arceanf iniuria: nõ velut a ledente
seipm/ agent iniuriã aduersus ipm. Necnon cũ
penis exagunf iniqui/ atq; subiacent ineuitabili
legũ iudicio: ceteri audientes compescunf sepe
in aio/ ⁊ opere retrahunf a malo. Uolũtas diui-
na in eo principes mũdi respicit: et ſm suam vo-
luntatem eos appetit ambulare: vt se cogno-
scant dei esse ministros: ⁊ de iusticia dei faciant
voluntatem dei/ cum iusticia sit ex ipso: q̄ si ex
ipso nõ ẽ/ nõ iusticia sed iniquitas est quicquid
ab ipso non est: ⁊ omne donũ dei tractãdũ ẽ ſm
volũtatẽ dei. Proinde in iudicijs nunq̄ errabit
nũq̄ reꝓbẽdi poterit/ iure iusticie virgã tenẽs: si

deī ⁊ non suam aut hominū secutus fuerit volū-
Ps.44 tatem. Dicit Psalmista: Uirga directionis vir
ga regni tui: dilexisti iusticiā ⁊ odisti iniquitatē.
Igitur si virga directionis est virga regni eius:
directionē vult fieri ꝑ mundi rectores in regnuꝫ
eius: ⁊ hanc tenere vult omnes qui temporaliter
mundum regunt: cuius ipse supeternus est domi
Ps.10 nus. Iusticiam diligit: quia iust9 dn̄s iusticiā di
lexit: dilectio vero actus voluntatis. Et per sa-
Sap.1 pientiā dicitur mundi rectoribus: Diligite iusti
ciam / qui iudicatis terram. Ille iudicans terrā
iusticiam diligit / qui solum propter ipsam oīa
facit: qui tm̄ ipsaꝫ in causis diffiniēdis / iudicijs
ꝓferendis attendit: qui etiam ideo iusticiam di
ligit / quia omniū creatorem ipsam diligere no-
uit. Odit autem dominus iniquitatē: quia equi-
tatem vidit vultus eius. Odium autem ad ipāꝫ
eandem pertinet voluntatem / pro qua est supra
declaratum: neqꝫ ſm volūtatem dei ambulastis
Illi porro reges non ambulant ſm voluntateꝫ
dei qui terrenū regnū prout possunt / nō dirigūt
ad supernum: nec ob hanc causam gerunt in po
pulis ⁊ nationibus ꝓfecturam: nec diligunt iusti
tiam: sed temporalem gloriam atqꝫ famam / nu-
misinata / fisca / ꝓpriam personaꝫ ⁊ amiciciā ma
lam: ⁊ odiūt equos homines ⁊ equitatē: iniquos
vero diligūt ⁊ iniquitatē: ad quod preter positā
alia pena subsequet: quia fortioribus fortior in
stat cruciatio. Unde ad reges ⁊ iudices decla-
Ps.2 matur in psalmo: Et nunc reges intelligite: eru-
dimini qui iudicatis terram. Ad intelligētiam
diuine volūtatis omnis creatura rationalis in-
Rom.12 uitatur: iuxta sententiam apostoli dicentis: In-
telligentes que sit voluntas dei bona / benepla-
cens ⁊ ꝑfecta: ꝑmaxime illa creatura cui adest dis
pensatiōe diuina in orbe terrarꝫ aliqua prefectu
ra. Erudiri primo oportet in alios ferentes iu-
dicia: ne aliter iudicent ꝙ velit qui male iudicata
iustissime reiudicabit. Durus est ⁊ terribilis ser
mo / per tempale atqꝫ funestum iudiciū vellē se di
Ps.105 uino atqꝫ clarissimo ineuitabiliter obligari. Da
uid ad exhortationē dicit: Beati qui custodiūt
iudiciū: ⁊ faciūt iusticiā in omni tempe. Ille sa-
ne custodit atqꝫ custodiuit iudiciū proferenduꝫ /
qui sequitur internū atqꝫ diuinū. Ille vero iustici
am in omni tempore facit / qui nulli petenti de-
negat: nec ipsaꝫ submittit in tempore / in loco nō
abscondit: nec ꝑuertit / aut turbat aut turpat ex
aliquo. Si qua vero dicta ⁊ dicenda sunt de iusti
cia regū atqꝫ iudicū terrenorꝫ: ad iudices ecclesi
asticos ⁊ presides sua cōueniētia referunt: vt ſm
ipsam tanto mundius agant / quanto eos sacra
mentorꝫ altior pulchritudo ꝑornat. Sed quoni-
am difficillimū est vtrosqꝫ presides omnia incul
pate ꝑagere: vera iusticia eos reuocat ad emen-
dam / que possibilitate non caret. Si autem pos
sibilitas non consentit / inuitat ad penitentiam
veram: que si cōtemnit / reseruat ad penam. Hu
ius rei Samuel iustus iudex populi atqꝫ ꝓphe
1.Reg.12 ta exemplum humile prerogat: sic concionatus
ad populū: Dixit autem Samuel ad vniuersuꝫ
israel: Ecce ego senui ⁊ incanui: itaqꝫ conuersa-
tus coram vobis ab adolescentia mea vsqꝫ ad
hanc diem: ecce presto sum. Loquimini coram
dn̄o ⁊ corā christo eius / vtꝝ bouem cuiusꝙ̄ tule
rim aut asinū. Si quempiam calūniatus sum: si
oppressi aliquem: si de manu cuiusꝙ̄ munus ac-
cepi: ⁊ contemnā illud hodie / restituamqꝫ vobis
Et dixerūt: Non est calūniatus nos / nec oppres
sisti: neqꝫ tulisti de manibus alicuius quippiam
Dixitqꝫ ad eos: Testis est mihi dn̄s aduersus
vos: ⁊ testis christus eius in die hac / quia nō in
ueneritis in manu mea quippiam. Et dixerunt:
Testis. Ecce iusticia boni presidis iuste iudican-
tis: qui ab eo iudicati populi voluit subire iudi-
ciū / si commisisset delictum: paratus ad restituti
onem si abstulisset: ⁊ ad emendā si fecisset calū-
niam. Et ipse in se nihil conscius / volebat a po
pulo gubernato corrigi aut iustificari: q̄ est iusti-
ficatus sine delicto inuentus. Magnū signū est
probate atqꝫ interne iusticie / approbatio maxi-
ma iuste sententie / ꝙ vulgi clamor non insurgit
in presidem: potius vero ꝙ ꝓrorūpit in laudem:
Job etiā contra se imꝓcabatur si deuitasset con- Job.31
uenire in iudicio cum subiectis. Si contempsi
subire iudiciū cū seruo meo ⁊ ancilla mea: cū dis
ceptarent aduersum me: Quid enim faciam / cuꝫ
surrexerit ad iudicandū deus: ⁊ cū quesierit / qd
respondebo illi: Nū quid non in vtero fecit me:
Qui me ⁊ illū operatus est: ⁊ formauit in vulua
vnus. Ecce boni presidentis iusticia humilis / et
bene regentis humilitas iusta: q̄ non recusat iu
diciū cū seruo atqꝫ ancilla: ⁊ hoc faciebat sciens
diuinū in omnes adesse iudiciū. Et si fecisset ser-
uo ⁊ ancille calūniā: ante satisfactionē nescire se
dicit iustū dare responsum. Quoniam coram al
tissimo mūdi domini atqꝫ serui pro iudicio sunt
equales: vt nec qui fecit in alios iudicium / possit
deuitare diuinū: ꝓpterea dicit: Quid faciā cum
surrexerit ad iudicādū de9: Quasi dicat: Nō erit
diuerticulū fugiēdi / neqꝫ latibulū euadēdi. Ter-
giuersandi ꝟo nulla erit habilitas. Quid igit re
spondebo si seruo ⁊ ancille nō seruaui iusticiam:
⁊ si post fraudem ⁊ calūniam non feci emendā:
Certū nanqꝫ est: quia non preteriet quin domi-
nū seruū maletractantē non reiudicet dn̄s: q̄ do
minū ⁊ seruū creauit equaliter: ⁊ in ventre illos
eodem modo formauit / qui creator est vn9. Cre
dant homines iusta fide / omnipotentis oculum
magis esse ad populū / ꝙ ad prepositū. Prefert
enim populi multitudo vnitati regenti: nec pro
pter regem constituit popul9: sed propter popu
lū constituit domin9: ⁊ rex q̄ritur iustus / vt rega
tur acephalus. Nam quot reges in veteri testa-
mento diuina prouidentia sunt electi ad regnū
populorꝫ: non populi propter reges facti sunt.
Et nunꝙ̄ populos ꝙ nō obedinerint regibus
increpatos: sed ꝙ reges non bene rexerint / legi-
mus reprehensos. Et regum scripta ⁊ prophe-
tarū hoc incessanter clamant scrutatoribus ve-
ritatis: cuius testimonijs si vellem quam protu-
li armarem sententiam. Expectatus cito finis pe

regrinaret a nobis: si ita serui conditionē in ma
nu poneret dominoꝝ ad tempus: vt rōnem pro
ipsis nō exigat/ cū ipsorū fulgida vita finit. Non
enim iustus exactor rationis reddende domino
rum atq; seruorū/ diuersam pensat naturam ani-
marum. Una noscitur esse natura/ ꝗuis sit diuer
sitas voluntatū. Nec in domino ꝓsidente aut re
ge regēte maior anima erit atq; nobilior: ⁊ in ser
uo ⁊ regulato minor atq; despectior. Nec fluui-
us diuini sanguinis fluens a potestate mittētis
suos riuulos magis ad dominos aut reges ꝙ̄
ad eos qui reputātur infimi/ deriuauit. Caueat
igitur qui ꝑ iusticiam tangit filium/ potentiorez
se patrem habentem. Terreatur intime dn̄s ser
uum inique pertractans/ timore illius qui super
eum habet ineuitabilem potestatez. Creator igi
tur oīm/ equalis dn̄s atq; redemptor est omniū.
Moralis hominū iusticia qua inuicem conuer
santur/ si non regnat in intimis/ vt plurimū in
externis obliquatur: vt sicut est iniustus affectꝰ
omnino facit iniustos effectus: nisi desuper ter-
reat iusticie puniensꝰ actus. Nam timore iusticie
ipsius erit potens boni effectus/ vbi latens est
iniquus affectus. Hec erit autem hominū actu
alis iusticia/ vt actus sint legales: non dico le-
gis mosaice/ sed euangelice. Unde ipsius chri-
stiane iusticie pulchritudo christifera ornabit
corporis motus: ne sint subiecti ⁊ bestiales/ rati-
one carentes. Cultum diuinū ordinabit ꝫm vo-
luntatem eius qui cultum requirit. Hec vero est
colēdi atq; seruiendi plena iusticia: vt taliter ser
uiatur ei/ atq; colatur a subditis dominus/ qua
liter seruiri ac coli mandauerit. Etenim gētiles
idolatrie alumni/ sic suis dijs atq; idolis seruie-
rūt ⁊ coluerūt: ꝓut ab eis ꝑceperūt in deceptiuis
responsionibus. Terreni etiam proceres ꝫm iu-
sticiā a suis seruis tales exigunt mores. Qui ve-
ro christiano censent nomīe/ in christiana disci-
plina scripta reperiunt opera diuine iusticie: que
ipsi deo per cultū expedit reddere. Ornabit ha-
bitum corꝑis iusticia christiana: vt nihil habe-
at ꝑperam/ nihil suꝑfluum/ nihil appropriabile
vanitati: sed quod decet hominū status in desi-
gnatione mysterij. Et deinde ad necessitatē solū
commensuratū faciet ⁊ corporꝫ quantitati ꝫm lo
ca calida ⁊ frigida: aut regionū ex tempe/ necnō
ex aere varias qualitates. Nec ꝑmittit ipsa iusti
cia histrionicū habitū christiano/ aut habentē
schemata nouitatū. Mandabit etiam nō soluz
per mores/ sed ꝑ habitum/ ab infidelibus christi
anos esse secretos. Absonū autem fit a iusticia
christiana/ multicoloria esse vestimenta: insinu-
ant enim animū multis varietatibus subiacere:
quod non decet christianū animū: quem in solo
christo decet esse ꝓfixum: immo cum ipo in sola
cruce virtute confixum. Uerbum aūt necessitati ⁊
opportunitati atq; honestati cōmensurabit. In
societatem de gente insupinabit ad deum: vt ip
sum ꝯsyderet desuꝑ inspectorē/ si hoīem nō ha-
bet sua facta inspicientē. Et si coram hoībus in
malo patrando iusticiā/ pudorē atq; verecūdiaz

posuit: christiana vero celestes ciues docuit re-
uereri. Suadet iusticia hoīem esse bonū ⁊ vbili-
bet idem: vt qualem eum publicū sic ⁊ priuatum
habeat: nec ab re ꝑmittat fieri ociosum. Uidet
enim iusticia in ocio sterili suorum complicum
flendum exilium: ⁊ expositum sagittis demo-
num ⁊ iaculis vitiorum: quem nitebatur per se
atq; virtutum tutelam eripere: adactabit eum
ad vtilia/ minus vero implicantia mentē. Studi
um vero sapientie sanctarūq; scripturaꝝ non as
sero de genere actuose. Reuocabit iusticia chri
stiana concite ad interiora/ quem interdum ad
duxit in actum: vt ibi sedulus contempletur ho-
mo ⁊ viuat: ⁊ memoret ⁊ intelligat atq; diligat
Homo enim ꝓterꝙ angelus omni creature ex-
cellentior factus est. Et semꝑ iusticia monefacit
ibi hominē esse debere magis assiduum/ vbi per
fidem aut quācūq; virtutem aptius intēdere po-
test in deū. In corꝑe sane vires/ in animo sunt
virtutes. Iusticia christiana totū rationale sub-
iectum/ ꝑ omnia christo vult esse subiectū. Cum
autez ad proximū egressus fuerit requisitus/ seu
requirere actualiter ipse cogetur: mediatrix erit
iusticia christiana/ charitate atq; veritate velut
supernis atq; deiferis comitibus sociata. Sta-
tuit ꝗdem inter requirentes ⁊ requisitos/ honesta
vtilia ⁊ ad rem seruitia ꝑtinentia. Et dabit veri
tati stateram: vt omnia ponderet iusta lance: si-
ue artis/ siue commercij/ siue ꝑsonalis obsequij
fuerit quod tractat: ⁊ a falsitate omnia munda-
buntur veritate librante quod geritur. Chari-
tas autem virtutem lorizandi accipiet a iusticia
⁊ loro amoris frenabit ora hoīm: vt nolint de-
ciꝑe quos vt seipsos oportet diligere: ⁊ transfor
mabit inuisibili dilectōis arte animos contrahē
tiū quomodolibet: vt ipsis sit vna voluntas: ⁊ cō
munis seruetur vtilitas: ⁊ animus vnus in ani-
mum transferat alterius: ⁊ proximi cōmodum
reputet suum: ipsius damnū estimet propriū: sic
etenim oēs illese seruabūtur. Moris siquidem
iusticia nexualis/ que inter personas relatiuas re
latiue oppidoq; reꝗrit/ oīes nexibiles ⁊ relatio
ne morali viuentes/ iure certo ⁊ infallibili nectit
Ipsa nempe christiana iusticia parentes ad fili
os post naturalis iusticie inclinationē/ quodam
gratioso respectu glorie/ oīmi propria despecta
vtilitate/ inclinatione inclinat: filios parentibus
per gratie mores subdit ad obedientiā sanctaz:
vt honorēt actu corporis/ munere necessarie sub
uentionis/ ad sustinendū senectā ⁊ fatuitati ad-
uenienti veniam dandā. Ipsa viros vxoribus iu
sta intentione connectit/ respectu societatis ⁊ be
neficij ꝓlis: ⁊ monet ne vilipendāt/ sed iuste dili
gāt: q: eadē est natura: docet ne illudāt/ ꝗuis sit
duꝝ magis infirmo: suadet ne decipiāt/ q: fides
est vna. Instruit ne velut equus ⁊ mulus in qui-
bus non est rationalis intellectus/ impetu libi-
dinis rapiant: in eas quas rationales esse sciūt
⁊ feminas christianas. Caueant vxores sub viri
regimine/ ne ipsos falso amore diligant: debito
reuereant honore/ ne iusta ꝯtemnāt imperia ma

sitoꝝ. Iniustis in animo non prestent assensum:
⁊ in opere nullū effectū. Ipsa fratres fratribus
ligat vinculo gratie firmiori/ꝗ vinculo carnis.
Ipsa generis federe meliori/ꝗ federe nature cō
federat: vt etiam interdū prestata offensio non
disiungat. Et multitudinē interdū magnā vniti
perseuerare faciet sub modico tecti culmine/quā
in spacioso lari fedus nature nō tenuit. Ipsa vi-
tricos ⁊ nouercas parētali more in gubernatiōe
atq; nutritura sedulaq; custodia/in puignos at-
q; puignas/dum subsunt/velut ad ꝓprios na-
tos inclinat: puignos ⁊ puignas ipsis sicut parē
tibus proprijs/ꝑcipue dum lex federis copulat ⁊
constringit/honesta ⁊ debita subiectione suppo
nit. Ipsa parilitate quadā nō inequali amicis
cōiunxit amicos/reiecta mercede/ abiecto timo
re/omni amoris turpitudine ꝓpulsa de finibus
absq; chirographo inhoneste fidelitatis: patien
tia firma/vt vnius boni respectu etiā mala plu-
rima tolerent: priscarum iniuriarū refutata me-
moria: licita ⁊ relata subiectiōe hūanoꝝ/ diuino
rū vero clara consensione: indissolubili propter
deuz vinculo charitatis. Ipsa dominos seruis
propensius facit intendere/vt eos non despici-
ant in eo ꝙ serui sunt: quia similes in natura pe-
nitus sunt: ⁊ gratiam christianam non merito/
sed omnes per gratiam susceperūt: ⁊ quos ha-
buerūt ad propria seruitia fortes ⁊ iuuenes: cuz
ad illud puenerint/non abhorreant: sed foueant
debiles atq; senes. Seruos autem facit suis do-
minis adherere fide firma/charitate non ficta:
non spe mercedis/sed decētia ordinis: lege libe-
ralitatis / l seruitio debite honestatis. In omni
bus attendentes verum ⁊ omniū dominū dū ei
seruiunt/quē cōmuni vocabulo appellāt patro-
num: ne ꝓpter tpalem offendant eternū. Ipsa
reges erudit in regimine populoꝝ: populos hu
militer ⁊ honeste subdit ad regimina regū. Ipsa
homines hominibus/ ciues ciuibus/vicinos vi
cinis/negociatores negociatoribꝰ/artifices ar-
tificibus/emptores venditoribus/iusta lege atq;
honesta cōuersatione confederat: vt in eo ꝙ ho-
mines sunt/primorū recordatiōe parentū inter
eos seruetur equalitas: in eo ꝙ ciues sunt/ ciuilis
cōmunitas: in eo ꝙ vicini subuentio/custodia ⁊
honestas: in eo autem ꝙ transmutationes reruz
fieri oporter propter necessitates hominū: illam
veritatem/iusticiā ⁊ equitatē/fidem operum at-
q; verboꝝ vnus seruet alteri/quā alter ab altero
vellet seruari sibi. Ipsa turpia lucra nō recipit/
aut per nephas non querit/⁊ acquirere per falsi
tatē aut mendaciū non estimat lucrū: sed graue
damnū in perditione virtutū. Lucri enim nullꝰ
est fructus vbi animi ꝑditur virtus. Ipsa lucra
reportare a turpibus renuit: lucrari ob turpia/
nullo modo consentit. Ipsa ordine iusto quorū
libet hominū lucra ex laboribus reportanda di-
stinguit. Ipsa consyderat studia rusticoꝝ ⁊ arti
ficum corpore desudantiū/⁊ studia sapientiū in
animo laborantiū: ⁊ sustinet ipa iusticia inequa
litatē atq; diuersitatē ꝑmioꝝ sicut ⁊ operum: vt
nec tantū suscipiat rusticus corpore desudans/
⁊ stimulo boues agitās / dum versatur in sulcis
quantū sapiēs/ doctus aut legislator in cella se-
dens/stylo sententias scribēs: dum versatur in li
bris atq; scripturis. Nec eodem momento eque
merebitur ars fabrilis/vt peritia cause ciuilis at
q; legalis. Et ꝗꝗ iudicanti ⁊ ꝓsidenti ⁊ decernē
ti ex iusticia inhibeat non vēdere iudiciū: ex eadē
tamen concedit extenuanti causas iuste culpato
rum iniuste accipere premiū. Et tanto maius ex
ista ꝗ ex alia laboriosa peritia/quāto sepe in cor
pore reseruatur membꝝ/aut effugitur inhone-
ste mortis imperium: dummodo legis iustuz sit
patrocinium: ⁊ deuitātur sepe multa pericula: ⁊
in possessionem redeūt que videbant amissa: vn
de iure ꝓueniunt maiora ꝗ ex alijs plerisq; sudo
ribus lucra: dumtaxat ꝙ leges iusticie a proprio
alueo non deriuent: neq; in iudicio ꝑuertantur
lucri cupiditate atq; ꝯcupiscētia glorie. Nec nō
prohibet christiana iusticia omnibus iurisperi
tis/vt causas iniustas ad tuendū non sumant: as
sumptas renuant: offerentes cessare cōmoneant
si ante libelli porrectū litis ꝯtestuz/calumnie iu-
ramento aut quolibet pūcto cognouerūt assum
ptas causas veritate carere. Alioquin triplici cō
tritione conterent: quia deum offendunt omni-
um inspectorem: ⁊ accipiunt a clientulo munera
⁊ ei contra quem agunt/inferūt damna: ad resti
tuendum quibus obligat christiana iusticia/si
ampliꝰ ꝓcesserint in iniusta cognita causa. Ista
ſm mensuram etatis valitudinē corporis animi
virtutez prouehit tenere pueros ne deficiant in
via/si plus debito fecerit laborare: fortiter agi-
tat iuuenes/ne detineant ab inertia ⁊ animi vir-
tute marcescant: pacifice protrahit senes cū lu-
mine rationis ⁊ indulgentia declinantis etatis
Ipsa feminas verecundia vehemētiori ꝗ viros
frenat: ne si equalis esset audacia/ tota turparet
pudicitia: ⁊ salutis studium obicem pateret pes
simum: si simili audacia in viros ipse ꝓsumerent
sicut in eas ipsi viri presumunt. Ipsa iusticia co
aptat eas ſm virtutem atq; fragilitatem: vt aliq̄
viuāt in decore incorrupto nature: alique tradā-
tur coniugio ad beneficium prolis ⁊ humane so
cietatis/ad multoꝝ conuenientiā in vnione cha
ritatis: plerunq; vero tradantur in discordanti-
um federe ad vinculum pacis. Alique solute a le
ge viri: honeste viuentes/ viroꝝ leges non repe
tunt. Alique iteꝝ ⁊ cetera ⁊ deinceps si expedit re
tardantur ꝑ matrimonij leges placitis in eis/ne
vrantur igne concupiscentie atq; libidinis: ⁊ se-
quatur preter iusticiam turpis commixtio atq;
corruptio carnis. Aliquas abscondit mūdo: ali
quas obtexit velamine pulle. Ipsa iusticia chri-
stiana omnibus se coaptat/ sicut euangelica
doctrina: vt idem sit modus et ordo loquendi:
quod supra in hoc euāgelio diffiniuimus. Ipsa
profecto ecclesiasticos viros ⁊ omnino a mun-
do abdicari atq; viduari volentes in ecclesia or
dinat: ⁊ qualis debeat esse ipsorum vita / decla
rat. Ipsa prelatos ecclesiasticos subditis domi

natione non alia/sed pia ⁊ theosebica dominati
one preponit: subditos prelatis eadē pietate sub
nectit. Et ꝗuis nō ita per omnia fiant que mā
dat ⁊ ordinat christiana iusticia: nihilominꝰ in
se firma manet ⁊ vera: ⁊ ꝙ nō fit non est culpa iu
sticie/sed nostre nequicie voluntatisqꝫ peruerse.
Nam si omnes homines oculos clauderent ad
delectabile lumen solis: non tamen sol minꝰ su
is radiaret in radijs: nec vmbram suscipit si nō
conspicitur: nec clarescit peramplius si videtur.
Sic eodem modo in se atqꝫ suis intelligibilibꝰ
rōnibus manet christiana iusticia; etiam si nullꝰ
esset qui faceret iusticie opera. Omnis virtus ha
bet intelligibilē claritatē ⁊ infallibilē veritatem:
que ob defectum bene actiuoꝝ aut ob improbi
tatem male agentium nunꝗ in sua natura palle
scit: immo semper euenire solet/vt virtus a con
trarijs magis inclarescat: ⁊ eo splēdidior appa
reat/quo iuxta positū habet aduersum.

¶ De iusticia parentum erga prolem suam. Capitulū I

Breuiloquio multa conflauimus: sed ꝓ
lixiori sermone de conflatis aliqua dige
ramus: vt status iusticie christiane pate
at oībus qui de christiana cōmuni vita
sciam querunt. Necessitudinē qua relatiua pri
ma conditio refert ad inuicē: patris ad filiū/ filij
ad patrem: sic iusticia christiana declarat. Pa
ter homo/aut homo pater/duo insinuant cū di
cūtur: Unum ad seipsum/alterum ad aliud: ho
mo ad seipsum quilibet: ad filium vero pater. Ad
seipsum nullus est filius/neqꝫ pater: ad seipsum
homo/ad alium non refertur: nisi consyderatio
ne nature cōmunis ⁊ similis: vnde tota nascitur
inter homines dilectio naturalis. Inter homi
nes ⁊ animalia dilectio naturalis esse non potest
quia nulla similitudo nature ratiōalis: vnde red
ditur ⁊ recipitur/incipitur ⁊ rependitur substan
tia dilectionis. Et dignius est atqꝫ nobilius ho
minem esse/ꝗ patrem ⁊ filium esse: nam homo
nomen est substantie: pater vero necessitudinis
aut relationis. Qꝫ homo sit/solum operatur de
us cum ordine nature: ꝙ sit pater/propagatio ꝗ
fit ex semine homo. Pater ad hoīem/homo nō
refertur ad filium: pater quoqꝫ non refertur ad
hominē. In eo tamen ꝙ dicitur homo pater/du
plex erit relatio: ꝗuis vna dicatur impropria:
vt homo quod nomen est substantie/referat ad
hoīem cōitate nature: pater referat ad filiū reali
relatiōe. Nullꝰ nēpe hō ē in eo ꝙ filiū hꝫ/sꝫ pr̄: ⁊
nemo pr̄ est in eo ꝙ hō est/sed qꝛ filiū hꝫ. Et nul
lus hō est quia patrem habet/sꝫ filius. In eo ve
ro ꝙ homo/refertur ad hominē cōmunitate illa
nature. Non igitur magis ad filium/aut ad pa
trē erit amor seu subuentio ꝗ ad alios hoīes: ni
si spēaliter esset necessitas: quod tunc nō faceret
illa nature cōmunitas/sed que subintrauit speci
alis necessitas. In eo autem ꝙ pater refertur ad
filium/filius ad patrē/erit amoris actus ⁊ exhibi
tio specialior: prout in ordine ꝓpagationis hu
mane. Ita vnus vnius est filius/ꝙ nequit esse al
terius. Et natura ita in ordine suo vni commisit
alendum atqꝫ fouendū/eo ꝙ filius est specialis
ꝙ non omnibus alijs: ꝗuis sit homo nature
communis: eo ꝙ ex instinctu quodam occulto
nature in expientiā ducto/hāc legē animalia ter
restria ⁊ volatilia seruant. Ac per hoc homo pa
qui filiū cautū non reddit a malo: qui ad bona ⁊
opportuna nō cōpellit: etiā ꝑ verbera / si non ꝓ-
fuerint sedula vba. Et odiū eē certissime nosce
ret / si cū posses hoīeꝫ nō auerteret a fouea mor
tis: quā ignorat / aut scienter irretrouersibiliter
cadendo petit. Et bonū cognitū indigenti alte
ri nō ostensum / maliuolentie seminariū habet:
sic pater iudicaret in filio / si ꝓ posse a malo nō
auerteret pedem eius: atqꝫ ad bonū nō conuer-
teret animū eius ⁊ mores. In filijs aūt emanci-
patis qui sui sunt iuris: qui volūtarie recesserūt
a patre: aut quos pater meliori respectu tradi-
dit libertati: ab his ligaminibus absoluitur pa-
ter: quia nec magis pater obligatur pro filio fa
cto viro / ꝙ ꝓ quocūqꝫ alio viro. Indecens em̄
esset / nec patit christiana iusticia: vt ante deum
patres obligent ꝓ filijs / inter quos cadūt iura
politica. Quia ꝙuis manet filiatio / que fuit vir-
tute traducis: in patre tamē est ablata potestas
filio vero data libertas virtute politici iuris.
Pro filijs certe totaliter dependentibus a gu-
bernatione paterna: inter quos nō cadūt politi
ca iura: patres obligāt ante tribunal diuine iu-
sticie: si quantū in eis fuit / nō auerterūt a malis /
applicuerūt bonis. Et parentes etiam excusat
cōtumacia filioꝝ / quos dn̄s mandabat in veteri
lege lapidare: frenant patres ad filios ex chri-
stiana iusticia / ne procedāt in inuiū. Quod pau-
lus apostolus ephesijs dicit: Et vos fratres no Ephe.6
lite ad iracundiā prouocare filios vestros. Pro
uocantur ad iracundiam a patribus filij / cū mi
sericorditer arguuntur: cum plectuntur impro-
prie: cum denegantur eis que debent iure diui-

no atq3 nature: cũ ad superfluos exigũtur labo
bores: cum preferuntur filij posterioris vxoris
sua dilectione atq3 suasione prioribus: phibet
eñ oĩno in lege diuina/ne filij posterioris vxo-
ris filijs prioris vxoris in aliquo preferant: cu3
prehabentur illegittimi atq3 serui: cum turpiter
nouercantur mortua matre: cũ posterioris vxo
ris filij preponunt prioribus: cum equalem eis
nõ ostendit amorẽ: cum inequat non inequãdã
hereditatẽ: cum primogeniture astabit omnino
ceteris defraudatis: nam de christiana iusticia
nullo modo primogenitura prefertur in potio
ri cõditione muneris: quis preferatur priorita-
te tẽporis. Non sunt igitur prouocandi ad ira-
cundiã filij: sed in virtute atq3 moribus educan
di. Idcirco subiecit apostolus: Sed educate il
los in disciplina/in correptione dñi. Et ad Co-
Col. 3. lossenses ait: Patres nolite ad indignationẽ p
uocare filios vestros: ne pusillo anio fiant. Nec
ex hoc premittit/imo intenditur odium euange
licũ/vt parentes odiant filios: in eo q ad cultũ
dei necessariũ omnino nouerint esse impedimẽ-
Lu. 14 tum: ipo saluatore dicente: Qui filios non odit
non potest meus esse discipulus. Ut pfecto nul
lus in amore sit filius/vbi offenditur dei vnigeni
tus marieq3 primogenitus. Ac per ista dumtaxat
non dixerim/q patres sic debẽt docere pprios
filios: sed quia omnes filij hominũ si filij dei fie-
ri volunt/sic tenentur viuere put obligati sũt
patres eos in tali doctrina instruere: quia oĩs
doctrina siue bona scientia ad hoc est vt doce-
atur. Ideo docetur vt audiatur: ideo auditur vt
apprehendatur: ideo apprehenditur vt agatur:
ideo agitur vt ad beatitudinẽ vltimã perueniã-
tur. Quia sicut qui natus est in hac mundi mise
ria/infit non esse filium: excepto protoplasto/q
a domino immediate mandata & erudimenta su
scepit: sic nõ excludit qn in hac doctrina opor-
teat esse discipulum: expediatq3 pamplius solli-
cite fieri potenter actiuum.

¶ De iusticia filiorum erga parẽtes. Capitulum III

Postq3 sm christianam iusticiam ordi-
nauimus patrem ad filium: irreuerbe-
rato doctrine radio ad patrem filium
ordinemus. Ordo naturalis iusticie filium sub-
ijcit patri/ ea lege atq3 ratione qua pater filio an
tefertur. Cui adiuncta lex scripta digito dei/da-
ta in montibus altis per ministerium angelorũ
in manu moysi/pcepit filijs honorare parentes
Exo. 20 cum additamento/dicens: Honora patrẽ tuũ &
matrem tuam: vt sis longeuus super terrã. Iu-
ra etiam gentium statuerũt & fecerunt filiũ pa-
tri subiectum: intantũ vt necessitate vrgẽte pos-
sit exponere: atq3 venditionis titulo alteri trade
re in mancipiũ. Et statuerũt seuissimas penas
& exhereditatiões/si filij abs re insurgerẽt in pa
rentes: adijcientes ad honoris & imperij pater-
ni cumulũ in subiectione filiorum: q filij qui nascũ
tur filijs non emancipatis/sub paterna iurisdi-
ctione constitutis nascũtur/superstitibus paren
tibus auis. Nam iacob morti vicinus benedi- Gen. 49
cens filios in egypto/nepotes quos susceperat
ex ioseph benedixit titulo filiorum. Etiam que
filiusfamilias nãciscitur/sub paterno dominio
redigantur. Et expelli permittit filius a patre: pa-
ter aũt nunq a filio. Potest pater filiũ iudicio
sistere: nequaq filius patrem. Carcerandi filiũ
inest patri potestas: hoc exercere in patre l qua
cũq3 lege denegatur in filio: nisi ob cultum virtu
tis vitandiq3 mali/causa inculpata dictante. Ut
audeam dicere: si filius legũ esset minister/ delin
quentem patrẽ potest a lege damnatiõis absol
uere/ne p eũ decernatur: christiana vo iusticia
superueniens omnẽ sanctã reuerentiã patri debi-
tam per iura nature atq3 legis mosaice cõfirma
uit. Et legis noue lator dominus iesus christus
ratificauit exemplo facti/parentibus subditus
factus. Sed quoniã magis intendimus nostra
ponere q interserere aliena: propriam & inexcu-
sabilem moralemq3 relationem filij ad patrẽ dũ
taxat edisseramus. Filius nomẽ est a greca lin-
gua transsũptũ: ab eo q greci philos/id ẽ amõ
rem dicũt: vt filius amor quidam sit relatiõe ve
ra: q amor amantis sit amor: amor aũt amatus
de ordine iusticie debet per vicem in amantẽ re
ferri. Alioquin amor caderet de iusticia debita
exploraturus tormenta/si amatus amandi vicẽ
non rependeret in amantem: & si susceptor obse
quij non rependat in obsequentez. Nam amor
amorẽ exigit: & obsequiũ cum adest necessitas/si
mile requirit. Pater aũt deus diligit filiũ deum
non aliũ/sed eundẽ ipsum. Et de dilectione sua
non substantialiter/sed participatiue dedit hõ-
minibus: cum eos ad suam imaginẽ & similitu-
dinem crearet per memoriã/intelligentiã & volũ
tatem: in qua virtus amoris & amor ipse ɔsistit.
Proinde dilectus a patre filius dilectionis vi-
cem rependat in patrẽ: & sicut refert ad patrem
ex virtute transducis relatiõe reali / quia filius
est: ita referatur ad ipsum ex virtute dilectionis
relatione morali/vt diligat: quia dilectus est. Ad-
datur & alia dilectionis causa: quia homo in na
tura sibi similis atq3 cõmunis est: subdat et ter-
tia: quia christianus & redemptus equali parte
sanguine christi est. Has etiam causas supra p
misimus. Igit dilectio filialis in hac trina cau-
sa fundata/etiam preter id quod in lege scripta
mandat: irradiabit in hominẽ patrẽ & christia-
nitatis consortẽ. Et primũ radiũ honoris effũ-
det in eo q homo est: sicut apostolus omnibus
loquit: Honore inuicẽ pueniẽtes: vt vnusquisq3 Rom. 12
in altero dei imaginẽ & similitudinẽ vereat. In
patrem vero irradiabit honorẽ: non propter di
gnitatẽ aut sapientiã/aut propter aliquod insi-
gne annexũ: sed pro eo q pater est ex mutua re-
latione vnius ad alterũ. Et honorabit cũ omni
annexo laudabili siue vituperabili/aut in mori-
bus vel in natura: vt si rex esset pater/diues/ma
gnus/sapiens/probus/fortis/atq3 formosus/&
bonis omnibus similibus circũfultus: honora
bit patrem: non propter ista/magis vero ppter

patrem ⁊ in patre ista: quia ex istis non est fili⁹
qui sola carnis transductione dicit̃ natus: ꝗb⁹
abiectis nascerent̃ ⁊ filius. Et si paup̃ ⁊ ignobi-
lis/ si sciolus aut indoctus/ si fatuus/ si cecus/ si
abiectus ab alijs aut pro nihilo computatus/ si
paruus/ si claudus/ si mancus/ si leprosus/ si vn
diqꝫ malis obsitus fuerit: honorabit debito na-
ture atqꝫ legis mosaice patrẽ filius. Si ṽo exti-
terit peccator/ ⁊ eterno patri fuerit inimic⁹: sub
spe correctionis honorabit paternitatem/ habe
bit odio iniquitatẽ. Ex consyderatione ṽo qua
equaliter fidei characterẽ susceperũt/ vnde chri
stiani vocant̃: cum nõ extinguat naturã: neqꝫ le
gem mosaicam gratia christiana: hoc addet̃ in
filio vt magis diligat hominẽ patrẽ: q̃ christia-
nus/ q̃ꝫ ꝙ homo ⁊ pater est. Et altiori respectu ⁊
amoris radio clariori q̃ꝫ naturali atqꝫ legali fili
us radios amoris effundet in patrẽ/ cum actua-
li reuerentia corporis/ ⁊ omni sollicitudine at-
qꝫ cura subuentionis: nec ob aliquod dedigna
bitur patrẽ: aut ipsum erubescet propter inherẽ
tem defectũ coram alijs confiteri. Ut si tãta vir-
tutũ ꝓbitas esset in filio: ob quã culmina digni
tatum attingeret: ⁊ multos sibi videret in auto-
ritate subiectos: ⁊ sibi hominũ ceruices pro re-
uerẽtia flecterent̃: si supra patrẽ omnimode ha-
beretur: ipse patrẽ in quantalibet infimitate de-
iectum supra seipm̃ reputet/ veneret̃/ ope subue
niat/ sibiqꝫ flectat in honorẽ ceruicem. Nulla
enim superueniens dignitas paterne derogat di-
gnitati. Nam sicut paternitas nõ excludit filiũ
ab adeptõe dignitatis/ in ordine reipublice aut
sacramẽtalis ministerij: sic nec adepta quelibet
dignitas filiũ excludit a patre/ in exhibitiõe ho
noris siue obsequij. In eo igit̃ ꝙ gradũ dignita
tis ascendit/ publice persone gerat officiũ: in eo
ꝙ filius est/ honorẽ vereat̃ paternũ: hoc dũtaxat
excepto/ ꝙ in ea positus excellentia quã non ha
bet a patre/ non amplius patrẽ vereatur q̃ꝫ aliũ
diligentissimũ consultorẽ: vt ꝓpter eum virgaꝫ
iusticie inclinet aut erigat/ intendat siue remit-
tat. Tanto aũt quicũqꝫ filius cõmunis aut infu
latus honore atqꝫ obsequio p̃ueniat patrẽ: quã-
to ipse vellet in bona ratione animi ⁊ iusto iudi-
cio positus/ a filijs suis preueniri. Sed quoniaꝫ
omnis filius patrẽ habet ⁊ creationis ⁊ carnis
vt s̃m christianã iusticiam nullus fit alicui ꝓ
diligendo pater/ ꝗ eterno patri nõ erit amicus:
nullus filius subdat̃ patri/ qui patri eterno fue-
rit inimicus. Nam filiũ quẽ huiusmodi relatio
ligat/ absoluat omnino paterna iniquitas: nisi
sub spe correctionis toleretur/ dum tamẽ pater
iniquus nõ amaret̃. Peramplius in hac parte
iusticia christiana progredit̃: vt etiam inter pa-
trem ⁊ filium posuerit odium atqꝫ gladiũ: vt ipse
Mat. 10 saluator dixerit: Qui patrẽ ⁊ matrẽ non oderit/
nõ potest meus esse discipulus. Et alibi: Nõ ve
ni pacem mittere in terrã/ sed gladiũ. Odiũ igit̃
christiãe iusticie/ nõ ꝑsone siue nature/ sed iniq-
tati debet̃ ⁊ impedimẽto virtutis: quod consue-
uerũt p̃stare parentes: hac in cõparatione quo-

dãmodo odiũ est ad minus: ⁊ cõparatione me-
lioris velut odiũ est ad bonũ. Si igitur in quocũ
qꝫ genere cause/ qualitatis atqꝫ ꝑsone/ creatura
oĩs ad christũ cõparata vilescit/ ⁊ derelinq̃ expe
dit ꝓpter christũ: ⁊ om̃e quod ꝓpter aliud dimit
titur/ aut minus aut nõ diligit̃/ aut venit in odi-
um: minus ṽo aut non diligere odium dicit̃/ dũ
melioris atqꝫ maioris cõparatio subrogat̃: euã-
gelicus ꝑfecto gladius in id tendit/ vt diuidat
a nociuis ⁊ impedientibus cõiunctis atqꝫ parẽ
tibus. Ex his q̃ ꝓpter deum fiũt/ iusticia chri-
stiana docet ꝙ filius non referatur ad patrẽ re-
latione morali: ac mãdat ꝙ pietas a pietate vin
catur/ ⁊ relatio a relatione superet̃: ⁊ impietas con
stituitur/ vbi pater vocat eternus/ si temporalis
omnino nõ relinquitur. Et quãq̃ꝫ apostolus ad
Timotheũ iubeat curam haberi suorũ: non ta-
men inclusit filiũ q̃ parentes solũ reliquerit pro-
pter deum. Cum causa tota ⁊ irrep̃hensibilis sit
ꝙ ꝓpter deũ dimitti põt quecũqꝫ cognatio: nõ
tamẽ legimus ex naturali aut legali/ aut ex chri-
stiana iusticia/ ꝙ parẽtes filios inalitos possint
dimittere: vsqꝫ quo ratio vigeat: ⁊ vitij atqꝫ virtu
tis facta sit capax: spesqꝫ possit esse viuendi/ ab-
lata ope parentũ. Ubi ṽo ista affluxerint: bono
spiritu ducti parentes/ ad meliora vocati/ curaꝫ
dimittere possunt filioꝝ. Ac etiã mãdat iusticia
christiana: vt dũ ipsoꝝ sedulã curã gerũt/ ꝙ cul
tum non dimittant diuinũ: ad quẽ ex debito aut
ex mandato ipsius iusticie obligant̃. Similiter
mandat̃ ⁊ filijs: dũ insistũt in debita cura parẽ
tum. Nam diuinũ creditũ nobis factumqꝫ debi
tum quousqꝫ soluat̃/ ab omni alio s̃m ordinẽ tẽ-
poꝝ atqꝫ locoꝝ ⁊ agendoꝝ absoluit. Om̃is eñ
iusticia primo priora debita solui iubet. Quali
⁊ quanta relatione morali ad parẽtes filij refe-
rantur/ per scripturarũ testimonia declaremus.
Tres filios habebat Noe/ quos scriptura cõ- Gen. 9
memorat: quoꝝ vnus nuditatem patris velut fa
tui atqꝫ senis seu ebrij animo ⁊ ṽbo derisit: qui
maledictionẽ accepit in se/ similiter ⁊ in prole ꝑ
ipm̃ mũdo futura. Sed sapientia dicit: Ne glo Eccli. 3
rieris in cõtumelia patris tui: non enim est tibi
gloria/ sed cõfusio. Gloria hominis ex honore
patris sui: ⁊ dedecus filij pater sine honore. Fi- Eccli. 3
li suscipe senectã patris tui: ⁊ nõ cõtristes eũ in
vita illius. Et si defecerit sensu/ veniam da: ⁊ ne
spernas eũ in virtute tua. Suscipienda/ imo su-
stinẽda est senecta patris a filio: nec aliqua cau-
sa q̃ꝫ ꝓpter deũ ꝑmittit̃ cõtristandus. Et si defe
cerit sensu ab ineũte infantia: si ꝓpter nimiã se-
nectutem aut casu quolibet superueniente imp̃ter
misse aut interposite delyraret: venia p̃stãda est
nõ spernẽda paternitas. Nam durante in hoĩe
vita/ i iure suo remanet caro paterna: ex qua so-
lum filius/ nõ ex accidentibus est transductus.
Pater non est a filio: sed filius a patre carnali
generatiõe ꝓcedit. Et si nõ fuisset homo q̃ ge-
nerando filium factus est pater: nõ fuisset fili⁹
cui⁹ ipse noscitur pater: ad cuius honorem filiũ
sacra scriptura sollicitat. Proinde Ecclesiasti-

ei dicit: Honora patrem tuū: ⁊ gemitus matris
tue ne obliuiscaris. Memento quoniā nisi per il
los nō fuisses: ⁊ retribue illis quomodo ⁊ illi ti-
bi. Ob honoris debitum duo alij filij noe preco
gitantes / paternam turpitudinem texerunt: dā
tes patri indulgentiam / si ex aliqua surreptione
deliquisset: nec ꝓpter accidentalem defectū di-
Eccl.3. miserunt paternū affectum. Hinc Ecclesiastici
dicitur: Qui timet deum / honorabit parentes:
⁊ quasi dominis seruiet his qui se generauerunt
vt parentum honor etiam attendatur / cum pa-
terni obtegantur defectus: atq; rependant vi-
Gen.22 ces quas ipsi ad filios effuderūt. Isaac vsq; ad-
eo reueritus est patrem: vt ab illo se pro victima
permitteret colligari. Filij isaac ꝓcesserūt ⁊ re
Gen.27 dierūt ad imperiū eius. Et iacob matris consi-
lio acquiescens cū esset posterior / ꝑmogeniti be
nedictionem ⁊ hereditatē suscepit: ⁊ ambo ho-
norātes patrem ad eius sepulturam pariter cō-
uenerūt. Filij iacob singillatim atq; cōiunctim
Gen.49 ꝓcesserūt ad imperiū eius. Et ruben ꝙ non cre
sceret / ꝓ maledictione quantali cum benedicti
one accepit: quia maculauerat cubile paternū /
2.Re.18 patris nō reueritus honorem. Absalon mortuꝰ
est inter celum ⁊ terram / aduersus patrem anio
⁊ ope factus rebellis: quia mandatū celeste nō
tenuit de honore paterno: neq; patrem est reue
ritus / immo ꝑsecutus in terra: vt in eadem va-
sa in que pater ipē semen effunderet: ac eū de ci
uitate artaret ad fugam. Ex hoc Prouerbiorū
Pro.30 dicit: Oculum qui subsannat patrē / ⁊ despicit
partum matris sue: effodiant eū corui de torrē-
tibus: ⁊ comedant eum filij aquile. Et ꝗuis ista
sit imprecatio aduersus improbos filios: et sic
euenisse non legitur: tamē corui ⁊ aquile ad de-
mones referuntur: in quoꝝ vltrices manus filiꝰ
Eccl.3 improbus est tradendus. Et sicut ecclesiastici
dicitur: ꝙ male fame est qui reliquit patrē: et est
maledictus a deo qui exasperat matrē. Patrē
nisi propter deū relinquere / animi est efferati: et
indigentē laboribus filij dimittere mortis ē cul
pa: si valet filiꝰ indigentiā tollere / aut facere mi
tiorem. Cogit ⁊ mandat diuina iusticia patrem
in omnibus honorari cū repensione superna:
quod scripturaꝝ sanctaꝝ confirmat autoritas.
In opere ⁊ sermone ⁊ in omni patientia hono-
ra patrē tuū: ⁊ superueniet tibi benedictio a deo:
⁊ benedictio illius in nouissimo manet. Vide
ꝙ in omnibus preterꝙ ad peccatū aut propter
deum / sanctio diuina patri subijcit filium: cū in
omni ope ⁊ sermone / omniq; patientia boni dū
taxat: quia mali nulla ē iussio scripturaꝝ. Vult
patres a filijs honorari: cuius retributio non a
terreno atq; carnali patre ꝑueniet: sed a deo in
tales filios benedictio diffundetur. Ecce ꝙ bo-
num est parentibus reddere vicem: ⁊ plus re-
pensio ꝙ primo impensio mereatur. Rependit
nempe filius: ergo aliquid a patre suscepit. Si-
quidem multa vsq; quo alitus est / custoditꝰ est /
instructus est: ⁊ multa pro filijs paternis parta
laboribus reseruantur. Ad equalitatem forte de

uenit iusticia / si filius patri reddidit / quia susce-
pit: ꝗuis filij non possint vicem repēdere ad pa
rentes. Quid ergo amplius meriti filij expecta-
bunt / si fecerunt que debuerunt: seruauerūt iu-
sticiam reddētes antidota? Sane bona suscepe-
runt a parentibus filij: ecce precessit bonū gra
tuitum: Rependerunt parentibus filij: ecce me-
ritum donū: sed superaddit omnipotens deus
vt benedicat gratificum filium: vt filiatio do-
num precedat parentum: ⁊ si rependerit / sequa-
tur diuinū. Amor filiorū ad patres omni debet
carere mercedis intuitu: etenim receperūt cū cō
cepti / nati / aliti sunt: ⁊ pro eis desudatum est: et
pene sunt tolerate a parturiente matre. Et ho-
nor ⁊ subuentio qui refunduntur in eos / non ex
pectent a parentibus retributionis aliam talio
nem. A deo aūt expectare possunt: nō ex merito
honoris atq; subuentionis / sed ex largitate pro
missionis diuine. Dignatur nempe omnipotēs
deus suis promissionibus debitor fieri eis qui
sua placita seruant. Ac ꝑ hoc omnes filij q̄ mun
di huius viderunt vmbraticā lucem: ⁊ in animo
cognouerunt iusticie christiane infallibilē veri
tatem: apostoli Pauli sequant̄ sententiam: Fi-
Ephe.6 lij obedite parentibus vestris in domino: hoc
enim est iustū. Ecce obedientia filialis: ecce obe
dientie terminus: ecce ante cuius oculos agit̄.
Obedite inquit: nō in omībus / nō de omnibꝰ:
non propter homines: non propter seipsos tm̄
parentes: non ꝓpter mercedes: sed in domino.
In domino qui hoc precepit / ⁊ voluit esse iusti-
ciam filioꝝ. In domino / vt nō de alio patri a fi-
lio reddatur obedientia: nisi quod manifestū
est deo placere: atq; certissimū est nō displicere.
Hoc enim est iustū: quia hoc vult originalis et
diuina iusticia: hoc mosaica: hoc cōsuetudo lau
dabilis ⁊ antiqua: hoc ipsa christiana iusticia.
Hoc idē ad Colossenses apostolus scribit: Fi-
Col.3 lij obedite parentibus vestris ꝑ omnia: hoc em̄
placitū est in domino. Cum ꝑ omnia dicit / bo-
na intelligantur. Non nisi de bonis ⁊ honestis
⁊ iustis obedientia esse pōt. In malo alicui obe
dire nomen obedientie habere potest: sed obe-
dientia nullo modo est / sed quedā inobedientia
in deū propter humanū placitum / aut ex amore
seu timore seu mercede patratū. Obedientia fi-
liorum ad patres in bonis placitū domini est:
quod nunꝙ sine merito retributionis manet.
Proinde tota perfecta iusticia in morali rela-
tione parentū ⁊ filioꝝ: vt homo pater humano
amore atq; naturali ⁊ cōmuni feratur in homi-
nem filiū intensius ꝙ in filiū. Ratione vero spe
cialis transducis magis in filium ꝙ in aliū: in-
tuitu christianitatis atq; characteris fidei dili-
gentius in christianū / ꝙ in hominē atq; filiū: at-
q; retransitiuo ⁊ morali ordine diligendi et mu-
tua relatione ad patrem filius referatur. Igitur
iura humanitatis filiationis ex christianitatis
intellecta fideliter / dilecta libenter / exhibita ra-
tionaliter inter parentes ⁊ filios. In his relati-
onibus est iusticia christiana; que semper amari

debet & dirigi secundum diuine placitum voluntatis: que non agitur inter hominem & hominem solum: nec solum inter patrem & filium: sed inter vtrunque istorum existentem christianum. Nam iusticia que inter hominem & hominem seruari debet/est naturalis & humana in communitate nature: illa que inter patrem & filium/ est specialis & humana in morali relatione: sed neutra istarum excludit ab homine patrem esse vel filium: aut a patre vel filio separat esse hominem. Illa que inter christianum & christianum agitur/est naturalis & gratie: in omni intellectuali & morali virtute/colligatione fidei/spei & charitatis: cultu & religione sacramentorum/consensione humanorum & diuinorum respectu christi atque superne glorie.

De iusticia inter coniugatos seu matrimonij. Capitulum III

Ita christum decebat implere omnem iusticiam: quia ipse iustus in parentibus iustis: ipse iustus in filijs iustis & pijs. Duas personas in simul conuenire inuisibili lege/vita sociali/adiutorio mutuo/in vna carne/diuina iusticia ordinauit: & per legem firmauit & statuit. In tempore gratie ordinauit excellentius/prouidit tutius/honestauit peramplius: ac preposuit matrimonio virgineum decus/dum ipse voluit fieri ex virgine incarnatus. Et talem corpore elegit matrem/qualem primam creauerat mulierem. Pretulit etiam matrimonio continentiam: que consequitur carnem corruptam. Sed quia iste status cadit sub iusticia christiana: & ab ipsa recipitur: & non condemnat que diuina prouidentia ordinauit: pro eo quod est vna ab eterno de iusticia: quis diuersa vocabula sit sortita/& multifaria fuerit operata. Uerumtamen altiori modo ipsa iusticia hunc statum insigniuit tempore christianitatis/quam tempore naturalis iusticie/ siue tempore legis scripte: circa que statum multi diuersimode naufragauerunt: in quo etiam multi sunt saluati. Proinde exortum in causis & progressum/ periculum ac naufragium/ & iusticiam & ordinem eius naturalem atque legalem cum decore christiane iusticie pertractemus. Disposuit ab eterno diuine sapientie imperscrutabilis altitudo tales facere creaturas: que sui possent esse quadam participatione capaces: & in eternum viuere / atque in ipsa beari: quarum duas solum voluit esse species/spiritualem & mixtam. Spiritualem simul/et vt voluit/repente in esse produxit: tanta celeritate/vt voluntate diuina iubente interuallo temporis non discerneretur imperium. Mixtam vero creaturam scilicet ex spiritu & corpore/quam appellamus humanam: ex vno tanquam ex vna radice numerosissime propagari voluit: vt vnus homo nascatur ex alio/ex bono seminarie virtutis: quam humane nature deus dedit ordinatione atque ductione transductionis: quousque compleatur numerus hominum/ soli deo cognitus/nobis incognitus. Ex quo bipartitur saluandorum & damnandorum deo certissimus numerus/nobis vero vsquequaque incertus: pro qua multiplicatione matrimonialis conditio habuit sui federis atque connexionis initium. Creasse deum hominem vnum & solum/scriptura sacra commemorat: quem esse solum dixit non esse bonum. Proinde adiecit: Faciamus ei adiutorium simile sibi. Ecce matrimonium vnde initiauit: non a corruptione/ non a prole/ sed a societate: quia non erat bonum hominem esse solum: fiat adiutorium simile sibi. Adiutorium non ad defendendum: nemo enim ledebat aut lesisset adam nisi sua culpa se sibi atque cetera fecisset inimicari. Sed ad quid? Ad laudandum & benedicendum aio & rationabili verbo atque opere deum. Ad hoc primo eluxit quelibet rationalis creatura/et irrationabilis propter modum. Etiam adiutorium ad colloquendum de deo/& de subiecto ei vniuerso. Hec solum rationalis creature sunt actus: nec enim rationabiliter rationabili verbo cetere benedicere/aut de ipso loqui poterant: siue de superioribus atque inferioribus hominis. Igitur expediebat simile adiutorium. Erant enim animalia cetera sociata aues/similiter & pisces: & similia similibus iungebantur. Iniuriam pertulisset adam omnium inferiorum dominus constitutus/si simili caruisset consorte. Adiutorium simile dabatur ade: vt se videret in alio & alium in seipso. Specula sunt homines ad inuicem se mutua visione videntes: vt se in se atque in alio se videant: & in alium in se atque in seipso conspiciant. Et adiutorium ad bene viuendum esse debebat in alio videre imaginem: quam in seipso adam primo suscepit. Erat igitur adiutorium intellectus simile ade/quod dabatur ade. Adiutorium est intellectus: si dum intelligit/& ab illo quod intelligit intelligitur. Nequibat omnino hoc esse in animalibus que rationalem intelligentiam a domino non acceperunt. Affectus adiuuatur/permaxime si rationabile habet obiectum: quod nequit esse ratione carens. Et crescit amor hominis/si diligitur ab eo quod diligit: & due memorie plura continent quam vna sola: vt ab vna etiam altera fulciatur. In effectu aliquid accepit adam: quod oportebat efficere cum consorte iuuante. Primo igitur omnis creatura creata est ad deum/quam ad seipsam aut ad aliquod aliud pagendum. Adiuuat exemplum similis ad perfectum: si non sit vita dissimilis. Habemus igitur socialem vitam posse fieri & adiutorium in connexione duorum: absque quod carnalis copula subsequatur. Sed factum est adiutorium vnius nature/sed dissimilis sexus vt dicatur adiutorium ad procreandam prolem: quam potuisset deus de ipso sine consorte producere: quod voluit esse simile in natura per visibilia exterioris forme/atque inuisibilia interioris anime. Non enim decens erat quod rationalis homo animalibus misceretur: & quod de homine rationem habente atque animali ratione carente humana propagaretur conditio. Proinde ad futuram prolem adiutorium simile querebatur: quod factum est de costa/non capite aut pede: ob equitatem viuendi & rationem diligendi. Sed hic allegoria pro christo & ecclesia magis placet quam moralitas: quam quia mores cudimus/subticemus. Adductum est ad adam adiutorium: quod ad propagandum prolem accepit/& cogno

mit vnde: quia os de ossibus meis/ ꝛ caro de car-
ne ipsius. Siľr ꝛ quare fuerit datū/ agnouit: vn-
Gen. 2 de subiiſſit Adā: Quāobrē relinquet homo pa-
trē ꝛ matrē/ ꝛ adherebit vxori. Sꝫ nullus in hac
parte differat ꝙ pater ꝛ mater relinquendi sunt
ꝓpter vxorē: quod aūt ꝓpter pietatē factum est/
causa impietatis nō erit. Nō em̄ aut impie ꝓ-
pter vxorē relinquendi sunt parentes indigen-
tes filiorū ope: nec ipsi debent parentes ꝓpter
vxorē relinquere/ ipsoꝝ fulcimento atq̧ magiste
rio indigentes. Nulla em̄ iusticia ista fienda cō-
cedit. Sicut em̄ vxoꝝ atq̧ maritoꝝ ꝯnexio non
aufert relationē realem inter parentes ꝛ filios:
nec moralē de iusticia debet auferre quomodo-
Gen. 1 libet inter eos. Sed ꝗobrē relinquet? Quia erūt
duo in carne vna: vt in carne vnius filij duplex ꝑ
sona cōueniat/ ꝓ quo relinquitur pater ꝛ mater.
Quia semper naturalis ordo contradicit: vt pa
ter nō generaret de filia/ nec de filio mater: ꝗuis
in Loth preter ordinem ꝛ honestatem natura-
lis iusticie contrarium sit secutum: sed alioꝝ duo
rum erat fienda connexio/ vt filiorum fieret ge-
neratio. Sed hic nulla libido/ nulla corruptio
locum habet. Ordinatio facta est connexionis:
non adhuc carnalis coniunctio. In paradiso
hec facta sunt vbi post corruptionē mentis nul
la est secuta corruptio: virginitatem em̄ habuit
ille locus. Expulsio ipsoꝝ facta est: ne in paradi-
so potuissent pariter cōmisceri. Post eiectionē
est corruptio corporis subsecuta. Sed in paradi
so datum est preceptum de multiplicatione fi-
liorum: cum dictum fuit a deo: Crescite ꝛ multi-
plicamini ꝛ replete terrā. Quid igitur? In pa-
radiso non cepit multiplicatio: aut hominibus
repletus est locus ille/ vt etiā repleret alius mū-
dus: aut aliter non potuit humanam ꝓpagare
naturam/ ꝑterꝙ per carnem corruptam ꝛ cum
tanta libidine ꝛ cōcupiscentie ardore? Dico sane
ꝙ potuit atq̧ potest. Sed ad meipsum ꝛ ad om-
nes doctores humiliter ꝛ consulte ꝓfero ver-
bum: vt nō disputemus atq̧ īuestigemus quod
deus potuit ꝛ non fecit/ sed quod fecit ꝛ potuit:
Multos em̄ ista inuestigatio siue contētio in ba
ratrum periculose obscuritatis atq̧ tenebrarū
immersit. Hoc solū scire sufficiat/ quod iustissi-
me fecit atq̧ decreuit. Sꝫ hoc audacter dixerim
ꝙ locus in eodem virginitatē habuit: corruptio
nem aliam ꝑterꝙ illius dolorose inobediētie nō
nouit: verū si multiplicandum fuisset genus hu
manū/ corruptio ante peccatū nulla fuisset: quia
post peccatum etiam esse potuit. Que si fuisset/
caruisset omnino libidine atq̧ peccato. Quis
em̄ dubitat ꝙ ꝗuis per seminariam virtutē du
catur humana propago: ꝙ originali stante iusti-
cia/ semen homis potuisset sine corruptione mu
lieris in ventrem eius immitti: sicut potest san-
guis ille menstruus sine virginitatis corruptio-
ne/ a virgine femina emitti? Et homo potuisset
illud semē sine corruptione sua eijcere: sicut spu-
tum aut vrinam potest ipse ꝓijcere: ꝛ vterq̧ po-
tuisset seruari sine libidine atq̧ carnis ardore: q̄
mala condita natura non habuit: sed peccatum
ob vindictam induxit. Auctionabiť questionē
animus audientiū: si quo modo conceptus siue
fetus sine laceratiōe materna potuisset educi/ ꝗ-
uis semen potuisset imitti. Dixerim ꝙ spectabat
ad felicitatē illius paradisi/ vbi erat imortalitas:
ꝙ etiā adderetur ista felicitas/ ꝙ filioꝝ esset edu-
ctio ꝛ maneret carnis integritas: aut si omnino
aperiēda erat porta ꝓpagationis humane/ ꝙ ta
liter aperiretur ꝙ in hūana natura nulla iniuria
sequeretur: ꝛ non esset opprobriū quod ad tātū
reserabať officiū: velut aperiunť oculi ad susci-
piendū bn̄ficiū lucis/ ꝛ ad emittendū radios vi-
siue virtutis: qui clausi fuerūt in ergastulo ven-
tris/ vbi nullus hominū corꝑaliter vidit. Et ve-
lut om̄es sensus existūt in claustro ventris obtu
si atq̧ contracti: ꝛ beneficia nature non sentiunt
atq̧ cognoscūt: cum autem organizata ꝛ sensifi-
cata corpora patiūtur ex quadam apertione sen
suum/ explicationem mundi habitum recogno-
scūt: atq̧ vsum nature sine ipsoꝝ corruptiōe susci
piunt. Aperiūtur plante in gemmas/ gemme in
flores: ꝛ flores fructus pariūt: nec in his corrū-
ptionē dicimꝰ fieri in natura: sic porta humane
nature aperta fuisset ad suscipiendum semen ge
neratiuum: ꝛ emittendum sine derogatione pu-
ritatis conceptum. Aperitur em̄ os sine sua vio
latione ad cibum suscipiendum: similiter ꝛ cum
emittit sputum. Nec aliquis arbitretur ꝙ ibi sit
aut possit esse corruptio/ vbi nature seruatur de-
bitus ordo. Est enim debitus ordo nature id
quod deus indidit cuilibet rei. Nam si deus in-
diderit in natura humana ꝙ sic ꝓpagaretur/ nō
turparetur: nec ex tali ꝓpagatione corruptio se-
queretur: quia nature debitus ordo seruaretur.
Nullus vero in tantū in sua cōsyderatione ima-
ginando exorbitet/ ꝙ perderetur puritas vir-
ginitatis aut integritas carnis: vbi seruareť or-
do nature atq̧ volūtas fieret creatoris. Nā hec
est tota rationalis creature in anima ꝛ corpo-
re perfecta integritas: vt ꝛ voluntas ꝫm cuiusli-
bet rei ordinē insitū fiat. Et illud quod cōmuni
vocabulo corruptio diciť/ eēt virginitas aut in-
corruptio: si ꝫm creatoris voluntatem fiat/ ꝛ na-
ture ordo ꝑmaneat. Cuꝫ nihil possit aut debeat
dici integrū aut corruptū/ nisi ꝗtū diuine sit pla
citū volūtati: aut seruatur ordo nature: aut ꝗtū
displicet/ ꝛ ordo nature non manet. Nec incon-
grue credere videor atq̧ sentire: vbi me maior
nō conuincat autoritas: contra hominū imagi-
nationes ꝛ philosophos naturales: sine corru-
ptione potuisse generari diuina potētia ordinē
regente nature: necnon educi fetū per portā cor-
poris clausam/ quā ꝑmo reserauit pctōr Adam.
Et in hoc ꝓrogatur exemplū: vt quod depraua-
uit in omnibus homo ꝑmus/ in seipso ꝛ in ma-
tre restauraret homo christus dūtaxat ꝛ solus.
Sed fortasse q̇s diceret: hoc fuit rōne vnite di-
uinitatis. Sed corꝑa glorificata possunt ingre-
di q̄libet solida corꝑa/ q̇bus nō est vnita diuini-
tas. Ergo erit beatitudo iam in corꝑibus ante-

ꝙ resurrectio fiat. Nō fuisset resurrectio corpoꝝ
vbi non fuit ꝯditio mortuoꝝ: nec mors habuis-
set in homine dominatum/si non preisset pctm̄:
nec etiam dicenda fuisset illa eterna beatitudo
hominum/sed nascendi quedam felicitas ꝛ hu-
mane nature quedam nobilitas/si non abstulis-
set iniquitas. Adam nāqꝫ sine corruptione ali-
cuius elementi a domino esse suscepit: eua sine
corruptione accepit ab ip̄o ꝯsistentiam suam: vt
ex omnibus hanc valeas elicere ꝑfecto senten-
tiam: vt si pctm̄ non p̄cessisset/aut non fuisset cor
ruptio/ꝛ fuisset hominuꝫ generatio: aut id quod
corruptionem dicimus/dicta fuisset integritas
ꝛ nature honestas: cum seruatus fuisset ordo na
ture atqꝫ diuina voluntas. Ut audeam dicere: in
multis in veteri testamēto/ in quibus seruata est
diuina voluntas ꝛ ordo nature/ita placuisse cū
illa violatione carnis coniugium: sicut in mul-
tis a christi tempe celibatum. O q̄ta nobilitate
deus humanam naturam/quot ꝛ quibus bene-
ficiꝭs insigniuit: in ꝓpagatione hominum glo-
rificandoꝝ/cum angelis beatificandoꝝ a poten
tia trinitatis. Sed quia non vidimus ꝛ secuta
nōn sunt: difficiliter credi possunt. Et repugnāt
imaginationi hominum / que non deuenerunt
in sensum. Sed plus est quod in humana natu-
ra fecit dominus Jesus christus: ꝙ quod acce-
perit homo primus. Ac per hoc pro tanto dixe
rim: vt ad honestatem eius quod dicit matrimo
nium siue coniugium/s̄m christianam iusticiaꝫ
veniamus. Ut non credat facta fuisse hominum
generatio cum aliquo pudore ac virtutis dede-
core/siue pruriēte libidine: que ob istam ab eter-
no causam fuerat ordinata/vt frueretur eterna
beatitudine. Quod autem homines non simul
fecit/sicut ꝛ angelos: sed ꝓpagationi successiue
reseruauit: neminem cōmoueat: quoniam simul
fecit totam humanam naturam/sicut ꝛ angeli-
cam: cum tota humana natura fuerit in p̄mo ho
mine: nec est amplius augmentata ex secundo:
nec em̄ humana natura magis ꝛ minus recipit
ex nascētibus ceteris/que totum suum esse in ꝓ
toplasto suscepit. Nam indiuiduorū multiplica
tio speciem non augmentat: nec minoratio aut
depaucatio decrescere facit/si solum indiuiduū
in esse remaneat. Uoluit tamen ad vniuersi de-
corem homines ꝓpagari successione transdu-
cis: vt ornaretur visibilis orbis tota pulchritu-
do: atqꝫ naturalis pulchritudinis complemētū
in his inferioribus est: vt rationalis creatura p̄
esset: ꝛ mundus innouaret noua successione ho-
minum: donec sortiretur ab eterno positum ter
minum/nobis ignotum/soli deo certissimuꝫ. Et
peregrina ꝓgressione humana natura perueni
ret ad angelorum ꝯsortium merito ꝓprij labo-
ris/magis vero gratia ꝯditoris: ꝛ paulatim de-
scēderet ad loca tetralia ex ꝓprijs malis meritis
diuina dictāte iusticia: ꝛ miris modis/sed vsqꝫ
quaqꝫ iustissimis/ip̄a in suis indiuidus glorifica
ret in celo ꝑ diuinā misericordiaꝫ: ꝛ cruciaret in
inferno ꝑ diuinā iusticiam. Ipsa siq̄dē humana
natura impartibilis est/ꝛ imp̄miabilis atqꝫ im
passibilis in sui natura: nisi per sua indiuidua.
Solum diuina natura ex seipsa est quod est: ꝛ in
diuiduari neq̄t ꝛ deficere neqꝫ pati/ipsa a seipsa
gloriosa existens. Sed nec queram9 quare sic vo
luit: imperscrutabilis est enim ipsius diuine ra-
tio voluntatis. Sed videamus quod factuꝫ est
potentia creatoris. Ecce succincte exortū ꝛ cau
sam ꝓspeximus: ꝓgressum cū macula acutius
est videre. Statim ex inobedientia est inobediē-
tia merito subsecuta ꝛ simul exorta libido: ꝛ hu-
mana ē dānata ꝓpago. Inobediētia merito ē se
cuta/p̄mo in ꝓprio corpe: in quo ip̄e nō obedi-
uit autori. Nam delectatio ꝛ consensus si nō ꝓ-
cessissent in actū/facillime veniā reportassent: vt
tūc non fuisset inflicta multatio actualis in cor
pore/si corporis actu nō fuisset culpa peracta.
Igitur inobediētia surrexit in membris: vt nō
mouerent ad imperium rationis/sed ad impul-
sum effrenate libidinis. Libido enim domina-
tur in membris velut in re sibi subdita merito p̄
uaricationis: ꝛ cōmouet sepe membra preter ar-
bitrium voluntatis. Et tota massa est infecta in
parentibus primis: vt peccatū quod originale
dicitur/sit in nascentibus ceteris. Sed nec pro-
pter libidinem damnatur cōiugium: nec ꝓpter
bonum coniugij aufertur libidinis malū. Pro-
les enim que bonum est coniugij non nascit de
libidine/sed de bono nature: in qua est semina-
ria virtus/que agitur in transduce. Libido au-
tem non est de bono create nature: sed in bono
nature consistit /merito inobedientie: vnde nō
turpatur bonum prolis propter malum libidi-
nis. Quod autē homo nascitur cū originali pec
cato/merito primorum parentū: etiam nō dam-
nat ordinatum coniugium. Proinde ad maio-
rem horum euidentiā accipiantur duo bona/ ꝛ
tria similiter mala: bonū nature /bonum coniu
gij: malū inobedientie/malum libidinis / ꝛ ma-
lum peccati originalis. Bonū nature/bonū est
creatum: ꝛ habet seminariam virtutem. Bonū
coniugij/bonum est ordinatum: ꝛ habet iusti-
cie legem ꝛ ordinem. Malum inobedientie fuit
voluntarie in parentibus primis: ꝛ inuolunta-
rie militat in membris nostris. Malum libidi-
nis insurrexit merito inobedientie in p̄mis pa-
rentibus: ꝛ insurgit eo merito in cunctis nascē-
tibus/debita etate fungentibus: solum sanctifi-
catis quomodolibet exceptis. Malum pecca-
ti originalis non accedit voluntarie: neqꝫ mili-
tat inuoluntarie: sed tantum contrahitur ex
quocunqꝫ nascente/vt diximus: sanctificatis in
vtero dumtaxat exceptis. Omnia vero ista ma
la non sunt creata/neqꝫ ordinata: si essent crea-
ta/ non essent mala neqꝫ peccata: si essent ordi-
nata / essent quieta. Omne ordinatum quie-
tum atqꝫ pacificum et irreprehensibile peni-
tus est. Proinde bonum creatum et bonum
ordinatum ista mala non protegunt/ ne mala
dicantur. Mala vero ista bonū nature atqꝫ bo-
num coniugij in aliquo non accusant: quia nec

sunt cum bono nature creata: nec sunt cum bo-
no coniugij ordinata. Sed cum homo nascit̃: de
malo inobediẽtie/libidinis ꝛ peccati originalis
nõ nascit̃: sed nascit̃ de bono nature ꝑ bonũ cõ-
iugij ordinati. Et nascit̃ homo nõ de inobediẽ-
tia: quia inobedientia nõ habet seminariã vir-
tutem: nec concipit aut sm̃ naturam concipit̃:
sed aut accedit/aut penaliter manet: nec nascit̃
libido/cũ nascit̃ homo: nam libido non habet
etiam seminariã virtutẽ: nec ꝯcipit/neq̃ per na
turaꝫ ꝯcipit̃: quõis insurgat in eo qui iã ꝯceptus
atq̃ natus est. Similiter pctm̃ originale nõ na-
scit̃ cum homo nascit̃: quia nec ipsum habet vir
tutem seminariam in natura: nec concipit neq̃
concipitur: sed contrahitur merito peccati pri-
morum parentum: vt cum de iusticia dei tracta-
uimus/declarauimus. Igitur manent bona na-
ture: manent similiter ꝛ macule: nisi fuerint per
sacramẽta purgate/ꝑ virtutem refrenate. Pro-
cessit ꝯiugium in lege nature: vt fieret post pro-
toplastos inter sorores ꝛ fratres vterinos atq̃
geminos. Inter patrem ꝛ filiam/ꝛ matrem ꝛ fi-
lium nunq̃ ordo nature permisit. Deinde mul-
tiplicata humana generatione/subintrauit que-
dam honestas: vt contra propinquitas in con-
iũctiõe huiuscemodi vitaret̃. Et vsq̃ ad Moy-
sen peruenit coniugium in lege naturali funda-
tum. Deinde aliquam regulationem accepit/
quam in lege nature non seruauit: ꝛ sic peruenit
vsq̃ ad euangelicam legem ꝛ tempora christia-
nitatis: sm̃ quã iusticiam huiusmodi statum de-
creuimus pertractare. Christiana profecto iu-
sticia/ que omnem salutis statum sua linea diri-
git/hunc statum infra sua retinacula frenat: atq̃
sua ordinatione disponit: qui nisi teneatur aut
dirigatur/pro ipso aut paganismo siue iudais-
mo asciscitur. Pro cuius directiõe inquit apo-
1 Corin. 7. stolus ad Corinthios: Propter fornicationem
autem vnusquisq̃ suam vxorem habeat: ꝛ vna-
queq̃ suum virũ habeat. Presupponebat apo-
stolus coniugium a deo mandatum in lege na-
ture atq̃ in mosaica lege: sed in nouo testamen-
to seu in lege gratie nouerat in sua ordinatione
sine precepto manere. Non eñ in christiana iu-
sticia sub ꝓcepto matrimonium cadit: alioquin
multorum ex impossibilitate aut ex voto nõ nu-
bentium certa esset damnatio. Preuaricatio ꝓ-
ceptorum damnationem nanciscitur/nisi corre-
ptio ante vite terminum subsequatur: ꝛ ꝯsilium
subderetur ꝓcepto/quod de iusticia christiana ꝓ
perfectione prefertur. Dicit ergo apostolus:
1 Corin. 7. Unusquisq̃ habeat suam vxorem propter for-
nicationem. Sed deo gratias ꝙ spiritussanctus
fuit in lingua eius: ꝙ nõ dixit/ducat. Nam vxor
ad deuitandum fornicationem non est ducen-
da/sed habenda: ducendam vero deus statuit
tantũmodo propter ꝓlem. Hec eñ huius sta-
tus tota ꝛ principalis est causa: vt vxor ducatur
non propter deuitandam fornicationem/sed ꝓ-
pter prolem. Et inde matrimonium dicitur: vt
mater omnino velit fieri que traditur nuptui ꝛ
viuit lege coniugij. Nec ꝯsentit diuina atq̃ chri
stiana iusticia: vt id quod expedit deuitare/sit ꝓ-
us ordie atq̃ dignitate illo quod expedit agere
ꝛ deuitatio fornicatiõis sit causa ꝓlis. Magis
vero ꝓles ꝑ qua suscipiẽda matrimoniũ agitur
sit causa qua fornicatio deuitet̃: nam si dũtaxat
ꝑ fornicatione vitanda vxor duceret̃/tũc maxi-
me fornicatio ageret̃: quia ibi non esset intẽtio
ꝓlis/sed in certo vase atq̃ determinato ꝓposi-
tũ explẽde libidinis. Sed si hoc intẽtione ꝓfert̃
ꝙ ꝓles habeat̃: hoc permittit̃ ꝙ fornicatio per
ꝯiugiũ ꝛ vxorẽ ꝓpriam/aut virum ꝓprium caue
atur. Sꝫ solerti sermone apostolus vsus est: cuꝫ
dixit/suaꝫ vxorẽ: suam/vt excludat alienam: vxo
rem/vt excludat scortũ ꝛ solutã a lege viri/ꝛ stu-
prũ ꝛ omnẽ aliam/nisi legitimo matrimonio co-
pulatam honeste transductam. Et eadẽ lege mu
lier habeat virũ suũ. Sed q̇d dicam de illis q̇ tã
tum in ardore atq̃ ꝓpter ardorem ꝯcupiscẽtie
fetentis luxurie ꝯiungunt̃: q̇ ꝯditionibus omni-
bus pensatis/nunq̃ aliter iungerent̃: atq̃ si con-
iuncti forent/libenter diuortium paterẽtur: nec
ꝓpter coniugium intentionem habent aliquaꝫ
filiorũ/sed delectationũ carnaliũ: quõis orianĩ or
dine nature in virtute seminis/q̇ forte nascerẽtur
ex scortis. Ubi aliter me nisi compmat sanctissi-
me matris ecclesie autoritas/audacter dico: ꝙ si
matrimonia sunt in foro/scorta sunt in occulto
atq̃ diuino iudicio. Que igit̃ ꝯiugia sunt in chri
stiana iusticia/que facta ꝛ ꝓcurata sunt ex vanis
aspectibus ꝛ oculorũ nutibus: ꝛ multotiẽs inter
positis nõ paranymphis/sꝫ lenonibus? Que cõ-
iugia sunt/aut quomodo christiana q̃ fiunt clã-
destine: vbi ꝓpter ardorem luxurie alter decipit̃
ꝛ permittit omnia dũ a libidine incendit̃: vbi ob
ruitur ratio/cecatur intellectus/alienat̃ memo-
ria/deordinatur affectus: vbi nulla sunt sana cõ
sulta: vbi omnia vadunt in ꝓceps: vbi deus eter
nus institutor coniugij offenditur: christus re-
demptor prospernitur: pctm̃ cõmittitur: ꝛ vxor
non cognoscitur/nisi vt fornicaria: nec vir aliter
q̃ fornicarius ex libidie amplexatur? Est ne ista
christiana iusticia: vbi ordo cõfundit̃/honestas
nulla seruatur? Hec breuiter ꝓ christiana iusti-
cia declamabo ad emendationeꝫ ecclesie: cuius
membrum me esse ꝓfiteor. Quod si post illam
inflammatam igne funesto corporum coniũctio
nem/firmatam ꝓmissis omnibus/anulis datis
ꝯsensionibus in coniugio mutuis factis: altera
partium penitentia ducta statim aspirauerit in
celibem vitam/votoq̃ firmauerit: nec ad fune-
stam ꝯiunctionem deinceps fecerit recidiuũ/aut
ad similem: quõtum cũq̃ altera renitente: illam di
xerim non teneri: vt nec magis obliget illa con-
iunctio/ad quam vocauit diabolus: q̃ casta vita
ꝛ celibis/ad quam reuocat christus. Quid di-
cam de coniugijs in propatulo celebratis sine
respectu ꝓlis/ob affinitatem magnam/ob aua-
riciam/ ꝓpter dotem nimiam/ ꝓpter delectatio
nem carnalem/ ꝓpter pulchritudinẽ/ob rẽ peni-
tus aliã q̃ ꝓpter ꝓlem? Quid de illis qui vxores

ſteriles ꝗrũt: Quid de illis ꝗ habēt ⁊ nõ ꝗſierũt:
Quid de illis ꝗ ꝓpter paupertatē filios plures
nolũt: ⁊ aut vxores nõ cognoſcũt/aut vxoribus
abutunꝭ: Sȝ de illis aliud ꝙ eccleſia nõ dico iu-
diciũ: ſȝ in malis intētionibus ⁊ abuſibus peni-
tus nõ dico deeſſe pctm̄. Et licet tolerenꝭ in ma
trimonio multi actus impuri ⁊ impꝛtinētes: nũ-
ꝙ tamē excuſanꝭ/ſi nõ corriganꝭ peſſime intētio
nes. Ad ꝗd igiꝭ in matrimonio ꝗrunꝭ/que de iu
re matrimonij nõ eſſe noſcunꝭ: Ad ꝗd pulchritu
do ꝗriꝭ in vxoribus: que magis eſt meretricibꝰ
expoſita ꝙ vxoribus apta: Fecũditas in vxore/
nõ pulchritudo querenda eſt. Multis malis ſe
onerat/ꝗ pulchram petit vxorē. Aptior eſſet ſa-
piēti viro vxor turpis ⁊ fecũda/ꝗ cuſtodia nõ ege
ret: ꝙ pulchra ꝗ indiget. Iſta nāꝗ a multis ap-
petiꝭ: ⁊ difficile fit cuſtodire. Illa nõ appetitur:
⁊ eſt a turpitudine cuſtodita. Peccāt ꝗ vxores
volunt ſteriles: ꝗbus ꝑter carnis delectationes
matrimonij nullus eſt fructus. Utinam cauerēt
ꝯiuges ſteriles a ꝯcubitu poſt experientiā cer-
tam. Nā carnis delectationē habēt: fructũ cõiu-
gij nõ habēt: ꝗbus nulla fiat adulatio/ꝙ ꝓpter
ꝓlē excuſaꝭ carnis delectatio: dũ poſſent abſti-
nere ꝓpter virtutē caſtitatis: quos delectat con
cumbere ob delectationē carnis/nullo reſpectu
habito ꝓlis. Ac ꝑ hoc iuſticia chriſtiana a ma-
trimonio velut regula fabrilis/omne impꝛtinēs/
indecēs/indecoꝝ/inhoneſtuȝ excludit. Omnem
cauſam male delectatiõis deuitat: amplexus ve
nereos/ſuauia turpia/omnē immundiciaȝ ꝓcul
pellit. Noſcāt nēpe oēs chriſtiani: qm̄ ſpũſſan-
cti virtus habitat in mēbris noſtris. Nõ em̄ eſt
caro noſtra pecorũ/nõ auiũ/nõ piſciũ/non pura
hũana vt in paganis atꝗ iudeis: ſed baptizata
eſt chriſmate/ſignata eſt/celeſti ornamēto inſi-
gnita eſt. Non decēt immũdicie/nõ fucamēta
immũda: vbi eſt mũdicia tanta in baptiſmate ꝓ-
rogata: ⁊ ornamēta celeſtia chriſti bonitate do-
nata. Sit intētio agētis in matrimonio cũ inſti-
tuēte ꝯformis: ſint actus matrimonij/vt vult iu-
ſticia chriſti. Nā ꝗcũꝗ aliꝗd ꝑter id ad quod or
dinatũ eſt/in toto vel in ꝑte ad aliā ꝑtē inflectit/
in toto vel in ꝑte delinꝗt: Cũ bonũ ſit matrimo-
niũ/ſȝ ſepe abuſus cõmittiꝭ: bona ſunt ꝗcũꝗ cre
ata: ſed amor ſepe ꝑuertiꝭ/ex quo ꝑuerſus vſus
exoriꝭ. Igiꝭ matrimoniũ ꝓpter ꝓlem: ⁊ habeā-
tur vir ⁊ vxor ad deuitandā fornicationē: nõ ꝙ
ducat vxoreȝ ꝗ poteſt cõtinere: nec ꝗ coniugati
ſunt neceſſario copulenꝭ/ſi cõmuni ꝯſenſu caſte
viuere volũt. Fragilitatē humanam ⁊ diaboli-
cam ſurreptionē apoſtolus ꝑcauēs: debitũ ma-
trimonij nõ ad imperiũ/ſed ad indulgentiā alle
1. Corin. 7 gauit dicēs: Uxori vir debitũ reddat. Si ſcȝ ver
bo vel ſigno petiuerit: aut ſi vir aliter cognoue-
rit vxorē ſuā ab ipſo debitũ velle: quod ob vere
cundiā qua mulieres frenanꝭ/nec v̄bo vel ſigno
velint expetere: cepit nõ incõgrue vt debitũ red-
dat: qm̄ ꝗ potior eſt in rõne/magis ⁊ ꝑus obliga
tur ad debita/ſi qua ſunt reddenda. Similiter ⁊
vxor debitum reddat viro ſuo expetenti. Nam

vxor ꝙuis ligata lege mariti/ſi amatrix eſt caſti
tatis/vix nõ ſollicitet ꝑ blandicias: nec curet eũ
actionibus ꝑuenire ob verecundiā eius. Inue-
recundi em̄ ſunt cõmuniter ꝑcipue cũ vxoribus
viri. Ecce quod factũ eſt in matrimonio quod-
dā corporis debitũ/ꝙuis matrimoniũ nõ ſit in
chriſtiana vita ꝑceptũ: ſed debitũ factum eſt ad
euitandam fornicationē: ꝯiugiũ ordinatũ extitit
ꝓpter ꝓlem. Ad ꝓlem aũt nõ debitum eſt neꝗ
ꝑceptum: ſi ad caſtitatē ꝓpter deũ ſeruandam
mariti ⁊ vxoris fuerit concordia voluntatũ. Ne
ceſſitatē debiti reddēdi apoſtolus ꝑ tranſlatam
corpoꝝ poteſtatē oſtendit: cũ neuter ſui corpo-
ris habet poteſtatē. Ait em̄: Mulier ſui corpo- 1. Corin. 7.
ris poteſtatē nõ habet/ſed vir: ſimiliter autē vir
ſui corporis poteſtatē nõ habet/ſed mulier. So
lertiſſima intelligētia opꝰ eſt: vt verboꝝ claritas
pateat. Neuter coniugatoꝝ habet ſui corporis
poteſtatē retinēdi corpus in ſe ⁊ ad ſe ꝓpter ca-
ſtitatem/aut ob aliam rē: nec denegādi vbi expe
tiꝭ debitũ: nec poteſtatē alterius tribuēdi aut cõ
iũgendi ob aliquod placitũ. Ac per hoc non eſt
hic facta tranſlatio poteſtatis in volũtatibus/
ſed in corporibus: vt vnuſquiſꝗ caſtitatem dili-
gere: debitum vero per corpus cum expetiꝭ/red
dere teneatur. Ut ſi cõmuniter non queritur ca
ſtitas/corpoꝝ ſit tranſlata poteſtas: ꝙuis vnius
caſtitatem non velit omnino vnius partis volũ
tas. Sed omnis iuſticia libera poteſtate conce-
dit: vt vnuſquiſꝗ plene ratiõis capax volũtarie
nõ coactus poſſit iuri ſuo abrenũciationis dare
libellum. Unde ſi vir caſtitatis amore ꝑfuſus/iu
ri ſuo renũciauerit in vxore: non petat debitum
quod renũciauit/ſed reddat cuȝ expetiꝭ quod al-
tera pars nõ voluit. Similiꝭ ⁊ vxor faciat in ma-
rito. Si vero ambo renunciauerint adducere ꝗe
ta ⁊ deliberata concordia: nihil in matrimonio
chriſtiano ſanctius dixerim ꝙ ſit caſtitas/⁊ cor
poꝝ tanta libertas/⁊ animarũ in libertate tanta
iocũditas: ꝙuis contrariũ ſentiant ꝗ caſtitatis
altitudinē nõ viderũt. Qui vero illā cognoue-
rũt/oĩno poſtpoſuerũt ꝓlē ⁊ corpoꝝ ꝯiũctionē.
Et ſepe fit vt vna partiũ ex certa culpa iura cor
poris ꝑdat in altera/ex cõmixtione ꝓpinꝗ ſan-
guinis: ꝗ nunꝙ debitũ exigat/ſed cũ exigiꝭ red-
dat. Si vero altera ſimile fecerit/⁊ ambe ꝑtes de
liꝗrint: ad idem dixerim: vt aut tacite ſeruēꝭ ca-
ſtitas/ab vtraꝗ parte ius perditum non petēte:
aut expꝛſſe vtriuſꝗ facinus ad inuicem notum fi-
at: ⁊ vterꝗ penitentiam agat ⁊ caſtitas mone-
at: vt quod nõ fit ex electione voluntatis/fiat ne
ceſſitate perditi iuris. Quod ſi fornicatio inter-
fuerit ꝑterꝙ in ꝓpinquis/altera partiũ caſtita-
tē ſeruāte: aut libellus repudij penitus interue-
niat: aut reconciliatio fiat cuȝ emendatione ꝑ̄da
ſceleris/⁊ regula honeſtatiſ. Si vero altera ꝑtiũ
IUsticia christiana/ que ab omni virtute seu actibus eius auertit impertinēs: omne amarū amicitia velut impertinēs resecat. Quod significat̄ in eo q̄ cū amorreis prohibitus est dei populus amicitiam aggregare. Nihil em̄ deus ꝓhibet/ nisi quod est virtuti ac moribus eius aduersum. Amorrei amari interpretantur. Amarum vero ꝓut inoleuit in vsu/est gustui dissuaue: quod aduersus dulcedinē bellū habet. Sed accōmodato vocabulo amarū dicitur/ quod inuite sensus corporis patit̄ et nostre opponitur volūtati. Homines siquidē eo sensu dicunt̄ amari/quo eoꝝ ꝯuersatio est siue cognoscitur dissuauis: ⁊ importuna hominibus fit: aut irrogant vnde hominū animi amarescāt. Amari sunt oēs qui nature suauitatē/humanitatis dulcedinē in seipsis inficiunt: ⁊ impossibilitate detinendi ad alios sepe transfundūt: ⁊ propter improbos mores diu tolerari nō possunt: ⁊ tolerari volunt: sed tolerare nesciunt: ⁊ multa inferre/ pati nulla nouerūt. Oēs vitiosi ratione dictante amarissimi sunt: ⁊ priuant̄ virtutū saporibus. Necessario em̄ sic agitur: vt vbi vitiū sapit virt⁹ desipiat. Sed cū multa sint amaritudinis genera siue hominū amarorū/ ad ꝯstringendū solū aliqua suscipienda tractauim⁹. Amarus est omnis homo/sup quem ira seu furia dominat̄. Ira est animi nostri absynthium: venenū vero si fuerit pertinax. Et cum infecerit quēpiam: ad sodales/aut assistentes reddit amarum: vt nihil suaue in animo habeat: nil molle in verbis eluceat: nil in moribus mite splēdeat. Amicitia em̄ est suauitas animorū: et mollicie non labefactā ꝑtendit in verbis: mititatē in morib⁹ habet. Cui ergo suauis in aīo/ verbo dulcigena/ moribus aptus: qui sibi amarus existit? Ire turbulēto appetitu in aīo residente/ amicitia patiet̄ exilium. Ira ⁊ amicitia/vt ignis ⁊ aqua ita ꝯueniūt. Sed obiectabilis ira in aliū/amicitia in amicū. Contra naturā agitur vt due cōtrarie passiones animū hoīs eodē momento possideāt: nec in diuersitate tēpoꝝ passionis ⁊ affectionis facta distributio excusabit: vt vno tpe ira in alium/ alio sit amicitia in amicū. Qui ex pristina cōsuetudine sepe ardescit in irā/obuentu aliquo ad amicitiā non assistit. Etenim cum accendit̄/amicū nescit intueri: quod iusta ꝯtestatione clarescit. Nemo alicui magis q̄ veritas debet esse amicus. Sed tali caligine anim⁹ ex ira plerūq̄ inuoluitur: vt verū a falso/honestū a turpi/vtili a dāno so/nulla ratione cernat̄. Hinc ꝑ deuitatione per salomonē dicit̄: Noli esse amicus homini iracundo Prouer.22.
neq̄ ambules cum hoīe furioso: ne forte discas semitas eius: ⁊ sumas scandalū anime tue. Unde satis aperte colligit̄ q̄ nemo amicus iracundo fiat: ⁊ si ad te omnē seruaret amicitie regulā: ⁊ q̄ ad tuam visionē ab oī ira mitesceret: in vno penitus ineuitabiliter te offendet: q̄ iracundus semꝑ agitat̄ ad malū quos offendit: alios si sibi amicitiā seruare volueris/ tibi faciet inimicos. Ius est infallibile ī ordine amicitie: vt amicus amici tibi fiat amicus: ⁊ inimicus eius tibi pariter inimicus. Recusabit̄ omnis iracūdus ex solito/ne in amicitie gratiā veniat. Quod si venit aut toleretur/ si sperat̄ correctio ⁊ leuis ē furor: aut deuitet̄/si desperatur ⁊ est ꝑtinax. Ubi vero aduersus teipsum amici furor deseuiet: aut patientiā adhibe sine vtriusq̄ damno christiferam: aut assumpta causa/rescinde. Nec dictū salomonis semꝑ accipiat̄ in malū/cū dixit: causam querit qui vult discedere ab amico: quia querere debet/ vt discedat bonus a malo/verus a falso/pacificus ab inquieto/patiens ab iracūdo/suauis ab amaro: si correctio nō sequat̄ ad tolerantiā: ⁊ decor amicitie non resurgat/ qui improborū est morum. Est quoddā aliud amarorū genus/qui turpibus intendentes ad hec amicos exquirūt: ⁊ quos habēt grauare ꝑsumunt. Sed diabolica nō christiana est amicitia/vbi assistitur turpitudo peccati: vbi morꝝ honestas polluit̄: vbi vera innocentia condēnatur: aut si cōturbat̄ iusticia publice honestatis. Alius amarus qui memoriā iniuriarū fixam in animo tenet: beneficioꝝ immemor factus: ⁊ calculat sepe dāna siue impēsa. In catino amaritudinis pabulat iniurie calculator: ⁊ illate malicie memor/iacet in lecto spinarū. Omniū ꝟo amarissimus est qui deū peccando reliquit: ⁊ in peccatoꝝ pace quiescit. Unde Hieremias ad hierusalē dicebat: Scito ⁊ vi- Hiere.2.
de q̄ malū ⁊ amarū est reliquisse te dominū deū tuū/⁊ non esse timorē eius apud te. Sed peius esse oīno refert̄/in pace quiescere peccatoꝝ: propter quod deus relinquitur. Hinc esaias verba Esa.38.
ezechie regis recitās: Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Omniū amaritudine amarior

penitus pacē habere in vitijs: cū quib⁹ omnino
expedit habere diuortium: ꝛ aduersus stuprum
duro ꝛ incessabili bello cōsurgere/ donec vitia
depellant. Deuita omnes amaros: nec cum eis
amicitias iūgas: ne ipsoꝝ consortio tuus ocul⁹
in amaritudinibus cōmoret: vt aut cogaris vi-
dere quod displicet: aut non possis videre quod
placet: ꝛ si nō artaberis ad maloꝝ cōsensum/ pe
nitus nō effugies sensum pessimū. Etiā amari
tudinis gen⁹ est/ christianū christianice nō ama-
re. Uitalis anime in virtutib⁹ radix est amor: et
vitissima vita honesta dilectio: que non reperit
preterq̄ in cāpis christiane iusticie. Proinde
qui nō diligit christianū/ amarissime mortis est
vasculum: ꝛ christianū non diligere christianice
christū atq̄ christianū amarissime vite ferūt in
exiliū. Et deflent dāna vsq̄ quo regrediat aīa
in patriā: vbi amoris plantule vigēt/ germināt/
florent/ fructusq̄ parturiūt in odorē suauitatis
viteq̄ perennis.

¶ Quō vera amicitia omnē extraneum a fide excludit. Ca. VIII

Amicitia sane omnē aduenā et in ope-
re tediosum deuitat. Cui⁹ deuitationis
edictio in alio filio chanaan/ noīe ger-
geseus vel gergesān designat: qui interpretatur
ꝓpinquans aduena/ siue eijciens colonū. Adue-
na ꝓpinquans est q̄ de suo loco recedit/ ꝛ in ter
ris morat aut discurrit alienis. Colonus ṽo ter
re cultor dicit: cuius actus absq̄ nimio labore
nō geritur. Et q̄uis possint interꝑtationes no
minū plerūq̄ ad bonā aut malam partē reflecti
hominū vero reprobatorū a deo nunq̄ debent
noīa in sanam partē conuerti. Certum eī est vt
ꝓmisimus/ deū moysi precepisse/ cū talibus ami
citiam nō iungi. Qui ṽo cōditor omniū est atq̄
liberator/ non nisi malū dissuadet hominibus.
Proinde penitus expedit huius noīs ꝛ similiū
interpretationē ad reprobum sensum ꝯuertere.
Justum eī est ꝛ regula prefixa esse debet tracta
toribus sacre scripture: vt illorū nominū inter-
pretationē in sanam partem nō vertant/ quorū
est reprobata persona: quia reprobate persone
frustra interpretatio nouit in bonū morale con
uerti: q̄uis interpretatio bonū sonet. Uerunta-
men ꝑ mysterio ꝛ in varietate temporū atq̄ mo
rum vna ꝛ eadē interpretatio diuersum habuit
applicatū intellectum: sicut diuina scriptura in
litera simpla manens/ sensum habet quandoq̄
diuersum: quod sacre scripture ꝑspicacibus tra
ctatorib⁹ luce clarius patet. Idcirco ex hac in-
terpretatione ꝯcipiendū est cū amicitia cū ger-
gesanitis seu gergeseis/ velut cum alijs ꝓhibi-
tus est dei populus oīno contrahere: idolatra
eī erat tota natio illa: ꝛ plura nefanda cōmise-
rat. Sed quia nos q̄ moraliter in tēpore nostro
loquimur/ oportet illam interpretationē in sini-
stram partē deflectere: vt deuitationis causam
in amicitia cōtrahenda possimus facilius inue
nire. Aduene ꝓpinquātes sunt omnes infideles
qui nobiscū in cōuersatione ꝓpinquant: cū qui-
bus oportet amicitiā abhorrere. Infideles om-
nes aduene sunt/ qui nō habent ꝓprium incola
tū. Proprius incolatus est cuiuscūq̄ hoīs/ vt id
agat quod de⁹ mandat: ꝛ id teneat quod ipse cō
mendat. Id eī esse debet ꝓpriū rationalis ani
me/ ad quod inuitat accedere. Inuitat oēs: ad
fidem venire renuūt. Quia ergo fideles nō sunt
aduene sunt. Scribebat apostol⁹ ephesijs/ gen-
tilibus baptizatis: vt non existimarent se adue
nas/ dicens: Jam non estis hospites ꝛ aduene/ Ephe. ij.
scilicet nō estis aduene a deo vel ab ecclesia: sed
estis ciues sanctoꝝ ꝛ domestici dei: vt a contra-
rio sensu firmit teneat infideles esse aduenas:
ꝓpinquantes ṽo qui nobiscū cōuersatione aut
inter nos habitatione/ vt iudei dispersi aut ali-
qua morū similitudne. Cū his omnino amicitia
precauenda. Nā omnis vera ꝛ rationalis amici
tia colligatur aliquo sacrificio: quo colatur qui
ab oībus creditur summus vnus ꝛ verus deus.
Pagani idola colunt: nec nobiscū in vnius dei
cultura ꝯueniunt: sacrificium nostrū spernunt:
nos ṽo ipsoꝝ immolationes detestamur. Quō
ergo erit amicitia/ vbi animo disparitas sentiē
di: cū in amicitia paritas sentiendi de sacrificio
ꝛ de vno deo penitus requirat? Dissentiūt intel
lectus: quia christianus aliter/ diuerse paganus
intelligit. Dissentiūt affectus: nam aliter chri-
stianus/ aliter paganus afficit. Dissentiunt me-
morie: quia christiani memoria circa vnū deum
pagani vero memoria plures deos meditatur.
Nulla ergo erit amicitie veritas vbi animorum
tanta diuersitas: cū amicitia sit animoꝝ equali-
tas: nō solū q̄ se diligant mutuo/ sed q̄ omnino
cōueniant in quocūq̄ tertio. Intellectus homi
nū aut consentiūt/ aut dissentiunt. Si ꝯsentiunt
aut in vero/ aut in falso. Si ꝯsentiūt in vero: nul
la concertatio facta est amicitia intellectuū qui
in veritate cōueniunt. Si vero in falso consenti
unt/ oēs errant. Erantium aūt amicitia nulla
vera. Qui sibi errat/ alterius nō erit rectus ami
cus. Si dissentiunt verū ꝛ falsum: dissensiōis ad
duxerunt causam: q̄ dissensio intellectuū aliter
causat ꝛ nō potest nisi q̄ vnus verū/ alius sentit
falsum. Et non solum in fide/ sed in omnibus in
telligibilibus ꝛ in oībus intellectibus hec sen-
tentia locū habet. Inde scripture contrarie/ in-
de questionū pertinaces pugne: quia ī vero aut
falso dissentiunt intellectus. Igit omnino ini-
mici sunt fidelium ꝛ infideliuꝫ intellectus: q̄ aut
nos verum/ ipsi vero sentiūt falsum: aut nos fal
sum/ ipsi vero sentiunt verū. Sed de ipsorū falsi
tate nou vertit in dubiū vera multitudo fideliū.
Similiter affectus hominū aut cōsentiunt/ aut
dissentiunt in amore relato. Si dissentiunt/ non
est amicitia. Si cōsentiunt/ facta est amicitia in
seipsis ad seipsos: quia se mutuo diligere volūt
Sed adducatur illud quod verā amicitiam ꝓ-
bat/ si in tertio isto ꝯueniunt. Si diligimus deū
illi idolum: si nos vnū deum/ illi ad plures affi-
ciuntur: si nos vnum verum sacrificium affectu
fideli peragimus/ illi ad infausta sacrificia con

uertunt: que igit amicitia inter animos erit vbi affectuū tanta pnotatur diuersitas? Etenim nō solū i diuinꝰ/sed etiā in humanis oportet in tertio conuenire. Sepe nāqꝫ videmus ꝙ vnus tertius dilectus ab vno amicorū/ ab altero exosus fomitez discordie ministrauit. Et veros seruos oportet in amore domini fiditim amicari. Et sepe dissensiones fiunt ex diuersitate affectiua propter dominū tertium vel amicū: multomagis in diuinis affectuū debet esse cōsensus. Sin autē/ nunqꝫ verꝰ erit amicus. Memoriarū vo dissensio vel consensio eandem sententiā resonabit. Ad veritatē amicitie omnino exigit/prout fundatur in animis hominū: ꝙ cōsensio intellectuū sit in vero/affectuū in bono/ memoriarū in honesto. Et primo quidē expedit ꝙ harū potentiarum cōsensus fiat in summo vero/in summo bono/in summo honesto. Nulla erit omnino amicitia veritatis: si de vno deo viuo ꝛ vero/ ꝛ eius cultu per omēs anime vires nō bene vsqꝫquaqꝫ sentitur. Iudeorū vero ꝛ christianorū non erit amicitia recta: quia si de vno deo quod nos sentimus/sentiunt: si de suo cultu atqꝫ sacrificio in eorū tempore bene sentiunt: tamē de redemptore nostro christo vtiqꝫ male sentiunt ꝛ senserunt super quē inflexerūt zelum legis/vt eū morti traderent: ꝛ veri sacrificij renouationē non credūt sed deridēt. Proinde si de domino nostro atqꝫ redemptore male sentiūt: nullo iure nobis amicabuntur. Seruus amicus inimici domini/inimicus est domini. Christianus paganorꝫ atqꝫ iudeorum amicus/dei ꝯstitutus est inimicus. Nā si amicitia illorꝫ que deum non offendunt/ neqꝫ amare possunt/dei inimicitias generat: multomagis amicitia offendentiū/et de ipso indebite sentientiū. Inde iacobꝰ inquit in canonica sua: Iaco.4. Quicūqꝫ voluerit esse amicus huius seculi/inimicus dei cōstituetur. Peramplius vo qui amicus inimicantiū fuit. Nec excusat ꝙ homo est: si male aut nō debite sentit de deo. Sed isti aduene sunt: ꝛ sepe ꝓpinquātes nobis in aliquo/aut quadā similitudine morum. Propinquatio magna fit in cōmertijs. Propinquatio iudeorꝫ habitantiū inter nos: ꝯuersationes mutue. Amicitia fieri nequit/nisi eorum consensio fiat: non ꝙ qui bene sentit/cum male sentiente: sed qui male sentit/cum bene sentiente consentiat. Christiano sentiente cū pagano atqꝫ iudeo/amicitia vera nō gignitur: pro eo ꝙ ab vtroqꝫ de deo male sentitur. Ab eo siquidem tempore quo dei filius pro humana generatiōe dignatus fuit carnem suscipere: atqꝫ innotuit euangelium sanctū eius vera amicitia inter fideles atqꝫ infideles profecto nō potuit reperiri. Non ergo velit qui titulū christianitatis agnouit/cū infidelibus amicari. Conuersationē autē nisi propter ineuitabilē causam omnino declinet pro loco/tēpore atqꝫ rebus: ne forte quodā humanitatis intuitu ꝛ morū aptitudine/obseqndi liberalitate cor nostrū in ipsorꝫ amore mollescat: ꝛ cū ceperimꝰ amare, paulisper iudicabimus deū/quare ipse sic damnat. Vult eni appositus amor sepe diuinum in amato mutare iudiciū: etiā si non mutatur delictum. Qui vo imperitiores sunt/possent audire ab illorꝫ ore verbū: quod credentibus generaret aliquod dubiū. Qui vero habent legis christiane peritiam/similiter cōuersationē auertere debent: nisi compulerit iusta necessitas: magis vo cū aderit charitas/si possent quempiā infidelez ab infidelitate diuertere/ cōuerterecꝫ ad fidem: vt primo euz dei amicū constituant: deinde ipsi efficiant amici: qꝛ gehennali dignꝰ est pena/qui primo sui anteqꝫ dei aliquē vellet amicū: siue qui ad suaz amicitiā dei receperit inimicū. Aduene ꝓpinquantes etiā esse feruntur: qui nulla p̄euia te noticia/nulla p̄habita experiētia velut aduene ꝓuenerunt. Sed cū ignotis non est amicitia copulāda: neqꝫ cū illis quorū nulla experientia ꝓbabilis antecessit. Amicus secretorū aperiet ostium vo amico. Quō ergo nota secreta faciet ei/cuius personā ignorat? Notissima res amicitia est: mentis notos peragit. Si omnia sunt cū amico tractanda: de ipso primū oportet habere noticiā. Et anteqꝫ tuum animū amico cōmittas experientia p̄cedat ꝓbate virtutis. Nō emunt equi nisi ꝓbentur: nec aialia que ad vsum querunt. Non dant precia siue arre ꝓ eo quod emitur/aut emptio querit: nisi experientia ꝓbabilis antecedat: si experiri cōsuetudo permittit vt ratio q̄rit. Nemo vult incassum inexperte ꝓijcere preciū. Precium vo nullū amore preciosius est amore vo solum cōparatur amicus. Proinde nobilem thesaurū non effundas in ignotū: aut experientia nō probatū. En forte dicetur: Quē inueni omnibꝰ est perfectus amicus: nemo de ipso conquerit: omnē nouit amicitie regulā: quā omnibus seruare didicit verā. Adhuc vero palpitatio restat: forte copulat tecū nouam/qui veterem amicitiā pretermisit. Qui veterē dimittit amicū/de nouitate aut instabilitate causat. Vir vanus amicari alicui nō est dignus: aut p̄mortuus est suus amicus. Nolēs inamicate viuere/cū alijs fedus amicitie querit. Nec te moneat: quia quod alteri placuit/tibi forte omnino displicebit. Non eadē ratio que alteri/ tibi hominē reddit acceptū. Preter cōmunes rōnes amicandi aliquid in hoībus latet: vnde singularior amicitia redditur/ vt etiā virtutis ꝓbitas postponat placito singulari. Propinquātes aduene/simulatores sunt qui mores moribꝰ nouerūt: ferunt autē in animo quod ore non proferūt. Proinde autē expedit cuz talibus derogare amicitiā aut ꝓbare/anteqꝫ corde atqꝫ moribꝰ ꝓfitearis amicū. Hinc iesus filius syrach dicit: Si possides Ecci.6. amicū/in tentatione posside illū. Tentatio probatio est rerum/ꝛ eorꝫ que requirunt ad vsum/similiter ꝛ hominū. Probet homo qui ad familiarem amicitiā querit. Honestius est nō iungere ꝙ segregare coniunctā. Amicum verꝰ probauit angustia: hoc salomon asserit: Frater in angustijs comprobat. Prouer.17. Virtutis amicus ob pressuraz a virtute nō decidet: qꝛ dupliciter lederet: per

deret rem et famã: nec deuitaret qñq; pressurã. Qui amicat homini amore virtutis: non dimittet eũ in angustijs atq; pressuris. Naz si periret corpore amicus/ virtus ipsa nõ perit. Qui vo ex corruptibilib9 initiauit amorẽ: ipsis pereuntib9 amicitia perit. Proinde dicit: Non cognoscet in bonis amicus. In bonis tẽporalib9 atq; corruptibilibus omis velat amicus. Ipsis abeuntib9/ aperte cognoscit quale fuerit amicitie fundamentũ. Auertunt sepe faciẽ amici corruptibiliũ ab oppresso: ⁊ quasi non fuerit/ a memoria remouetur. Ex hoc iob dicebat de amicis qui euz
Job.6. videbant oppressum. Fratres mei me preterierunt. Sicut torrens ex repentinis et niueis fluuijs aggregatus/ cuius naturalis vena nõ extitit statim defluit: ⁊ alueus remanet inhumectatus: sic repente transit/ qui ex vena vere amicitie nõ fuit amicus. Propinquãt ⁊ adueniũt multi amici more torrentiũ ex aquarum inundantiũ multitudine: sed in angustie tẽpore/ amicitie ac amicorũ alueus remanet desiccatus. Nõ emas aurũ aut argentũ ex colore: habent enĩ simile falsum: materiã/ pondus potius require ⁊ imaginẽ ⁊ superscriptionẽ: si ad cursum sunt deuoluta monete. Non respicias in homine blandã faciem: nõ mores ex arte facetos: non forinsecã dolaturã: sed que moneta metaphorice in hoie amicãdo
Prouer.27. perquire. Qui vo prudentes sunt/ nouerũt sepe quod in puerbijs salomonis dicit: Quõ aquis resplendent vultus pspicientiũ: sic corda hominum manifesta sunt prudentibus.

¶ Acidiosi excluduntur ab amicitia vera. Capitulũ IX

Omnes firmissime acidiosi sunt i amicitia reprobãdi: quod ex alia interptatione gergesan aperte colligit. Est enĩ eijciens colonũ. Cultor terre colonus dicit: qui opando laborat: qui eũ eijcit/ abrenũciauit laboribus. In tentorio quiescens/ latitat in cauerna pigricie: sub vmbra dormit/ in secreto dãnate remissionis. Delicat9 amicus nemini gratus: querit oĩno amicitia in euentib9 actuosos. Amicitia delicata pter hoies indigentes nõ cadit: non enĩ surgit cũ indigẽtia pmit. Quod premat eos necessarium est/ qui mũdi huius habitant incolatum. Habitatio terrena misera est: ⁊ semp agitatur aduersis: labores/ dolores/ defect9 habet certissimos/ quietes incertas/ suauitates dubias/ pfectus instabiles: ex quib9 oportebit actu euigilare amicũ dei qui patitur: et studio animi aptitudine corporis subire labores: ⁊ nõ solũ rerum/ sed corporũ cõitatẽ amicitia facit: vt si pede vn9 deficiat/ p ipso alteri9 ambulet pes amici si man9/ alterius altera officiũ debitũ agat: si oculus eruetur aut caligabit/ qui videt oculus erit amici: auri surde audiens oĩno subueniet: elinguis factus lingua indigebit amici: pdominante infirmitate in vno/ alter p subuẽtione discurret: vno quomõlibet carceri tradito/ alter p remedio vigilabit ad ostiũ: vno sustinente iniuriã/ alter ppulsare conabit. Hec penitus actuosum querũt amici. Nulla naq; iusticia christiana pcedit: vt p his euẽtibus relinquat amicus. Non enĩ relinquẽdus/ quousq; desierit esse homo ⁊ rationis cõpos q; virtutis. Sola enĩ mors hoiem soluit: que aiam alienat a corpe. Cũ exanimato corpe nulla ẽ amicitia retinẽda: excepto q christian ice tradat debite sepulture. Rationẽ soluit fatuitas siue ꝯtrari9 error: q̃ si incurabilia sunt/ amicitia oĩno soluat. Cũ fatuis atq; errãtib9 iusticia phibet amicari: ⁊ firmatã iubet dissolui: virtutẽ vitiũ soluit: ⁊ de finib9 hominis pulsat. Ab aio prorsus exulet amicus/ a quo exulat virtus. Si vo pro quibuscũq; cõiter in corpe accidentib9/ nõ est relinquẽdus amicus: nisi spe correptionis expectaret interdũ: igit ab amicitia repellat inexceptuate omis ociosus: simul in aio se amore foueant/ corpe vo quiescant. Duntaxat qui potior est corpore alijs amicis siue substantijs/ minus valenti se atq; suos accõmodet. Colonũ eijcientes etiã sunt qui de suis laborib9 viuere nolũt: sed per turpia et violentias/ furta: siue rapinas/ falsitates atq; vsuras media vite captãt. Horũ sicut mala que faciũt/ est amicitia fugienda: etiã si ad ista turpia nõ requirãt.

¶ Feri/ crudeles excludendi sunt ab amicitia vera. Ca. X

Aliud genus hoim in amicitia deuitãdũ/ in amo filio eueo noie designat: cuius interptatio plenitudinẽ mali portat. Euei naq; interpretant feri/ feroces/ pessimi colligẽtes lapides. Feri crudeles vsitato vocabulo ⁊ prãte male agẽdi dicunt. Et ferunt more ferarũ motu/ omni rõne priuato. Ferus est q ab oibus aio ⁊ moribus dissidet: magis vo cõtradicit. Proinde hismael appellatus est ferus homo: q2 man9 eius ꝯtra oẽs/ ⁊ manus oim contra eũ. Feri sunt oẽs hoies qui efferato anio viuunt: quib9 meli9 esset corpe fieri efferato. Multi natura sunt hoies/ aio ferali viuentes: ⁊ moribus in alio id agentes. Ferus anim9 indulgere nõ nouit: sepe fingit pacẽ: vt exosum incautũ infallibiliter trucidet. Ferus nõ placat mũerib9: acquiescere precib9 nescit: Fer9 gaudet sanguine in certamie fuso. Ualescit/ cũ audit hoies in hoies seuiẽtes. Ferus semp noua machinat tormenta: ⁊ nõ saturatur cruciatorũ penis: ⁊ nihilopendit hoim vitã. Ferus semp aio ferit. Ferus sine causa litẽ inquirit. Ferus ferit ⁊ cõtabescit aio si non ferit: ⁊ nõ cruciante cruciatus est illi. Ferus soci9 demonis/ q lapsis requiẽ nõ pcedit Ferus nunq̃ se ad pericula obicẽ/ sed preniũ facit. Ferus dolet si ab hoie mala caueant. Ferus maledixit oẽm pcutientẽ incassuz: benedixit aũt qui signãter transuerberat. Ferus expedite nisi ad malũ ꝯsulit: eius ligat lingua in ꝯcilio bono Ferus nõ remouet irã/ sed accẽdit in passo. Ferus oẽs occidit in lingua: in animo vo tam alte pcutit atq; flagellat: q si decẽ miliũ hominũ vires adessent in corpore/ nõ possit tã alte ferire. Ferus benignus crudelib9: pijs autẽ oĩno crudelis. Fer9 autẽ afflictionẽ afflicto/ desolationẽ

desolato delectatur inducere: viduarum/ pupillorū/ egenorum/ expoliatorū/ iniuste passorum causam videre renuit: compati nescit: ꝛ lachrymis placari atq; inclinari omnino negauit: vtitur irremediabilibus armis: et cū tangit/ vellet transfodere. Ferus nature atq; sacramento cōtemnit deferre: ferrū ferum semper portat ꝛ innouat ferus. Crudelia sunt viscera feri: ferum animū fert semper: feritur ferus: fera verba fert in lingua ferus: sed interdū suauia/ vt ferius feriat ferus: vitam feram/ ferosos mores fert ferientibus se ferus. Ferus fures/ generis ꝓpinquitaté abhorruit. Ferus nō subuenit: ferꝰ horrea tempore necessitatis claudit: ferus innocentiā odit: ferus vilaniat: ferus percutit: ferus expoliat: ferus occidit: ferus in occidēdo consentit: ferus cū feris demonibus sociādus erit: nū ꝙ cū hominibꝰ amicādus. Subijcit bestijs hō a feritate deuictus: nō natura/ sed animi ꝑtinacia ꝛ immanitate morū. Ferus libētius ad mala facienda ꝙ ad cōuiuia pergit/ ad turpia ꝙ ad escas. Sanguisuga insatiabilis est: ex sanguine procul odoratur bellū. Ferus solus sistit ab omnipotētia: et ab impossibilitate ad mala sustinet morā. Huius feritatis in veteri testamento ꝛ in historijs gētiliū multa sunt exempla: sed nulla peiora ꝙ que a christianis facta sunt tempore christianorū. Tyrānides/ partialitates/ secte/ latrocinia/ auaricia/ dominādi libido/ si circūspiciātur ꝛ interrogentur: nullū feritatis genus inuenitur nō actū. Noui demonū ꝑ omnibus esse feros/ feriores atq; similiores collegas quorū amicus sciat quia demonuꝫ est amicus. Igitur cū feris hominibus sicut cum feris est amicitia socianda. Quoniā amicitia initiuꝫ est animorū/ ꝛ mansuetorū amabilis q̄litas. Amicitia animi refugit feritatem: velut totiꝰ sue cōsistentie omnino contrariā: et sui regni atq; dominij emulā. Amicitia nō nouit iniuriā: proinde nec rependere nouit. Amicitia nō hospitatur in domibus feritatis: pacatū est hospitiū eius. Abhorret amicitia truces: nec assistit animis efferatis. Amicabilis in visceribus pius: ꝛ mores habet iure tractabiles. Pius et ferus/ hostis et hostis. Inter hostē et hostē amicitie sella subuertitur. Mors tractabilis et furēs vita/ ignis et aqua. Inter ignē ꝛ aquā que sit cōuētio/ experientia loquitur. Ut breui sermone perstringam: ad ferū vera amicitia esse nō potest: imo penitus esse nō debet. Feroces referuntur ad corpora tm̄: vt feri sint animo semꝑ: quandoq; vero et corpore feroces intelliguntur: sed magis amicandū esset cum fetentibus infirmantibus corpore/ ꝙ cū ferocibus malis. In illis corpa: in istis mores infesti penitꝰ sūt horrori. Nefandiori per omnia interpretatiōe sunt enei/ si amicitia declinādi: pessimi nāq; interpretantur. Pessimus est/ qui in malo nō pōt deteriorari. Pessimus est/ qui ascendit turrem nequitie: qui attingit apicem mali. Pessimꝰ est/ qui ab ea qualitate bonus qua deficit/ perfecit extremū: et ad eam qua disposuit infici/ totū tote se dedit. Pessimus est/ qui ꝑ posse nullū malum dimisit inhaustum. Legitur ꝙ Sodomite pessimi erant. Pessima res erat/ ꝙ magis insaniebāt in iuuenes homies ꝙ in pulcherrimas mulieres. Sed pena ostendit qualis eorū pessimitas fuit. Pessimus est/ qui seipsum violētat ad malū. Pessimus est/ qui adinuentiones ꝛ nouitates adinuenit in peccatis. Unde populus dei cōminationē accepit a Moyse in deserto: ꝙ ꝓpter adinuētiones pessimas in peccatis esset perdēdus. Adinuētiones pessime in peccatis sunt: cū qs preter alueū malorū insurgentium a natura corrupta/ ꝑ subtiles ꝛ sedulas adinuētiones ad malū conatur: vt plus velit facere ac inuenire suasus a malicia ꝓpria/ ꝙ cōmotꝰ a fragilitate aut corrupta natura. Pessimꝰ igitur qui semꝑ ad extrema vitiorꝫ accedit. Pessimus est/ cui si ad aliquod malū agendū desit aliquādo facultas: ad nullū tamē deest iniqua volūtas. Pessimus est in quo nō est aliquod rectū in animo siue moribus inuenire. Pessimus spondet faciliter fidē/ vt maiorem inferat fraudem. Horum doctrina bat Salomon cauere amicitiā/ nequitiā eoruꝫ declarans: Qui relinquunt iter rectū: et ambulant per vias tenebrosas. Qui vero letātur cū malefecerint: ꝛ exultant in rebus pessimis. Nā qui exultat ī malo/ malus: in peiore peior: ī pessimo pessimus est. Et inter septē que dominus odit/ hoc numeratur: Et cor machinās cogitationes pessimas. Meditatur atq; machinatur cogitationes pessimas: qui circa deum humanū aliquid atq; impertinens/ excepto ꝙ carnem assumpsit machinatur: et aduersus christū humana ratione cōsurgit. Ille machinatur pessimū qui sine causa/ omi dolo subuertere nititur proximū. Ille machinatur pessimas cogitationes/ qui semꝑ cogitat quō statuatur iniq̄tatis thronus: ꝛ virtutis soliū ꝛ iusticie cathedra subuertatur. Cū his omnino amicitia nō est ferenda. Necesse fit penitus vt hic aut alibi deprimantur/ qui ad pessimos amicitias copularunt. Legitur paralipomenon/ ꝙ Josaphat rex iuda post multa bona opa iniuit amicitias cū ochozia rege israel/ cuiꝰ operā fuerūt pessima. Et particeps fuit vt faceret naues que irēt in tharsis: fecerūtq; classes in asyongabar. Prophetauit aūt elyeser filius dodaym de maresa ad iosaphat dicens: Quia habuisti fedus cum ochozia: percussit deus opera tua/ contriteq; naues: nec potuerūt ire ī tharsis Ecce desuꝑ omniū inspectator demōstrat/ quātū sibi displiceat cū pessimis amicari: qui nō solū pessimi/ sed etiaꝫ destruxit opera confederati amici. Sed hic aliquali mora sistitur animus/ vt notus fiat pessimus. Et in quo ē penitꝰ amicus pessimus ochozias/ refertur. Quia secutus est peccata paterna/ similiter ꝛ materna. Peccatū grāde inter cetera fecerat Achab pater eiꝰ qui vineam pauperis volebat auferre: et cum aliter nequiret/ cōsensit in mortē eiꝰ/ atq; possedit: adorauitq; idola. Mater vo eiꝰ suo tempo.

Prouer. 2.
Prouer. 6.
2. Paral. 19.
3. Reg. 21.
3. Reg. 19.

re inuenta est pessima mulierū: persequebatur
enim prophetas domini: et falsos prophetas
tuebatur atq; fouebat: quorū impietatē Ocho-
zias animo et operibus sequebatur: adorauit
Baal: irritauit omniū creatorem: quod est ini-
quitas maxima. Sequebatur q; vestigia illiꝰ qui
preuaricationē et idolatriā per autoritatē regi
am et iniquā induxerat primo in populo Isra-
el: cuius Iosaphat factus amicus/ extitit puni-
tus in nauibus nauigantibus in tharsis ꝓ au-
ro ophir. Tharsis exploratio gardij interpre-
tatur. Naues studia sunt ad aliquod arduū ope
randum. Proinde illorum omnium studia qui
pessimis amicantur/ diuina vindicta frangunt:
ne in explorationē veniant infallibiliū gaudio-
rum. Idcirco nulli vertatur in dubiū/ quin pes
simus pessimabit amicū: vt eius participio pre
matur animus: ne figatur in regione illa vbi ve
ra sunt gaudia. Igitur omnimode pessimorū ami
citia repellatur. Optimū est in moribus amici-
tia. Optimū et pessimū nō habent legem glu-
tinij. Optimū et pessimū nulla iusticia nectit.
Amicitie proprium est intrinsecari ad animos
amicorū: nō extra manere. Sed cōtrariorū nul-
la intrinsecatio/ ex substātia ⁊ qualitate manē
te. Nō intrinsecatur ignis aque/ nec aqua igni.
Nō intrinsecatur nox diei/ aut dies nocti: lux ī te-
nebras nō ingreditur/ nec tenebre in lucē: opor
tet ꝙ vnū maneat/ alterū abeat: et alterum de-
pellatur ex altero. Habentia similitudinē ali-
quā cōmiscentur: vt aqua et vinum/ et q̄ plures
liquores: et aliqua genera metallorū/ et borū
similiū: quis neq; habeant similes qualitates.
Contrariorum vero nulla commixtio: in tali-
bus natura respuit: magis vero ī intellectuali-
bus virtutibus atq; bonis christianis moribꝰ
diuina iusticia cōtradicit. Nā intrinsecatio cō
tra nature ordinē inquietudinē sepe parit. Va-
por intrinsecatus terre contra ordinem sue na-
ture terremotū generat cū erumpit: in aere ve-
ro densitatem nubiū interclusus/ aut tonitruū
aut coruscationem parit. Pessimū si includa-
tur in optimo: si optimū includatur in pessimo:
aut vnū conuertetur ad reliquū: aut parturient
inquietum: quoniā hec ordo non patitur. Vbi
ordo/ ibi quietem est necessario adesse. Colligē-
tes lapides eos insinuant/ qui verbis duris ali
os dilapidant: ac animi duricia persequuntur.
Colligūt lapides qui lapidare volunt. Colligūt
lapides qui edificare in mūdo isto concertant.
Edificatio lapidū signū est superbie: indeiecta
bile querit edificiū facere. Colligere ad edifici-
um lapides/ negatio est mortis. Difficile mo-
ri credit qui edificat. Colligere ad edificiū lapi
des/ rebellionē fecit. Qui vero edificādo ex-
cessit/ conturbauit rempublicā. Collectio lapi-
dum/ insensibiliū aggregatio: et ad duriciā fit
aceruus. Colligit namq; lapides/ qui se materia-
libus atq; prementibus onerauit. Fertur in ꝓ-
fundum aque lapis proiectus/ ne colligas sub-
Eccl.xx. mergentia mentē. Ad hec scriptura dicit: Qui

proijcit lapidē in volatilia/ deiecit illa. Collegit
quisq; lapides/ si quis in animo verbū dirū emi
sit ore: in volatilia: id est in homines contēplati
ue viuentes: qui nisi tm̄ pro esca nō declināt ad
terrā: et persecutus est eos: atq; propellit de ꝓ-
prijs finibus. Cū his nulla sit federatio amici-
tie: si autem fuerit/ abrogetur.

Cauendi sunt in amicitia/ qui solū norunt temporalia/ et non eterna.

Capitulum XI

OEnus aliud fugiendū in amicitia/ ī fi-
lio nomine aratheo cōprehendit: qui
longitudo consulēs interpretat. Est
eternitas: est et lōgitudo. Eternitas in alia vita
longitudo in ista cōsistit. Si eternitas cōsulit/
cōsyderet ꝓ eternis. Lōgitudo ꝓ longis tēpo-
ralibus atq; tēporibus cōsulit. Plura sunt vti
q; cōsilia quomodo vita trahat in longū: ꝓfuit
si possit protrahi in eternū. Cōsilia multa fiūt/
quomodo viuatur in vita beata. Inuenitur cō-
siliarius ad euadēdū temporales penas: rarus
ad euadendum eternas. Inuenitur pro vxore/
nō pro virtute: pro lucro rerū/ nō meritorū: pro
honoribus perfunctorijs/ nō pro eternis: ꝓ sa-
nitate corporis/ rarus pro sanitate mentis. Ca-
uēdus est omnis ne ad amicitiā asciscatur/ qui
solū nouit pro longitudine temporū dare con-
silia. Etenim auertet hominis mentē ab his/ quo
rum penitus nō est finis. Qui solū temporali-
ter cōsulit: nō pro eternis/ sed ꝓ temporalibus
quesiuit amicum. Idcirco dixerim nullorū ve-
ram fuisse amiciciā: qui nō tradiderūt aut que-
sierunt eterna. Nempe iusticia christiana respe
ctu eternorū maxime ligat amicos: ad hoc eīm
iubet diligere inimicos. Proinde sepe accidit
inspecta lege credulitatis christiane/ interueni-
ente amore charitatis christifere vt amicus de
amici morte nō doleat/ credens ipsum in eter-
na deduci: et ipso in eternis pariter in domino
frui. Nec nō amicus amat bonum amici: quis
ad ipsum bonum aliquando non possit. Mul-
totiens et procurat/ ⁊ ad deū gradū ꝓuehit: ad
quē non posset aut vellet attingere. Non curat
amicitia graduū altitudinē/ dum animorū cre-
dat equalitatem. Proinde christianus amicus
nō gaudet hic amicari/ si amicitiam dei sperat
eternā: nec multipendet presentiā/ si premortu-
us illuc ingreditur/ vbi erit libera in omnibus
amicitia in ꝑsentia creatoris. Deuitabit omni
no tibi dumtaxat terrenorū cōsultor: queratur
omnino qui sciat ⁊ valeat ad eterna cōsulere/ si
militer ⁊ prestare auxiliū. Inde dicit Iesus fili-
us syrach: Pacifici sunt tibi multi: ⁊ ꝯsiliarius Eccl.6.
sit tibi vnus de mille. Pax cū omnibus est ha-
benda: sed cōsiliarius amicus sit vnus de mil-
le: sit vnus electus ex mille. Millenarius nume
rus est vltra quē nō progredit/ nisi replicetur.
Sit vnus qui ad vnū deū cōsulit: qui ad eterna
te dirigit: qui te possidere possit in deo: in quo
nō perdit si morit amicus hō: sed rarꝰ est/ singu
laris est/ sicut vnꝰ in mille. Ista multitudo con

sulit pro longitudine valde breui: huiusmodi amicus qui p eternis cōsulit/ omnis boni medi
Eccl.6 camentū portat. Unde scriptū legitur: Amicus fidelis/ medicamentū vite τ immortalitatis. Et qui metuunt dominū/ inuenient illū. Ecce qualis est fidelis amicus/ medicamentū vite. Ordinat istam vitam/ officiuz assumit medici verus amicus: dietam a nociuis imponit: purgat verbis: et asper sepe videtur: dulcis in malis semp amicus nō dicitur verus: quia dum adhibet curam in moribus/ etiā ad immortalitatez preordinat. Qui vero p tempore perituroȝ longitudinem consulit/ amicus est temporis: et nō pmanebit/ si nubilū tempora paterent. Hinc di
Ibidem. citur: Est amicus sm tempus suū: et nō permanebit in tempore tribulationis. Amicus igitur tēporū in hoc tēpore deuitetur: ne forte ad eternitatem beatificam a tempore infelici peruenire nō sinat. Temporales amici ad eterna ire retardant: et multo impedimento fiunt ne celestia capiamus. Quorum vox de humo/ τ cor terrena insultat: nescit consulere pro eternis. Nec quis dabit alteri consilium/ quod pro seipso nō accipit. Et si verbo dicit/ contrarium ostendit operibus. Operū autem mutatiua fit in hominibus amicitia.

¶ Apostate veri amici esse nequeūt. Capitulum XII

Iniqua phereseorū generatio nō recipiatur ad amicitiā. Dominus em̄ iubet/ imo phibet q̄ nouit iniquā. Interptant em̄ pheresei/ separati siue dissemiati. Unit amicitia/ nō separat. Separati atq3 disseminati ad amicitiā nō conueniunt. Et q̄uis possit vtrūq3 in bonā partem reflecti: nos vero cogimur omnino in malam: pro eo q reprobatus est homo/ cuius nominis agit interpretatio. Separati cū quibus amicitie nō tractande/ sunt omnes qui a religione christiana recesserunt/ et apostatauerunt a fide: in omnibus est inutilis fact⁹. Sa
Prouer.6. lomon dicit: Homo apostata vir inutilis/ graditur ore peruerso: annuit oculis: terit pede: digito loquitur: prauo corde machinatur malū: τ in omni tēpore iurgia seminat. Huic exemplo veniet perditio sua: τ subito cōteret: nec habebit vltra medicinā. Separatus a fide christiane religionis/ nihil nobiscum debet habere cōmercij. Secessit in contrariā partē qui fidei abrenunciauit christifere: repudiauit et christum amicitia iterū repudiat ipsum. Separat⁹ a christianis solus nō mansit: ergo ad aduersos accessit. Aduersarijs amicus/ nobis inimicus erit. Qui a fide catholica errauerunt/ nulli seruabūt debitam fidem. Sunt separati apostate professionū. Cū quibus velut cū falsarijs amicitia denegetur: quoniā ipsi deo/ hominibus/ sibimet amicitiā negauerunt: τ maledictioni subiacēt: nisi spe correctionis τ cōuersionis omnino inenitabile participiū habēt ad eos: vt etiam aue nō offeratur eis. Separati sunt qui actioni scripturarum intellectu diuidūtur: finxerunt tales sectas: τ secti sunt. Separabātur maliciosi in veteri testamento/ donec adesset purgatio legalis manebant q3 sepe foris domos et extra castra. Proinde quos separat omnino amicitia/ recti nō sūt: donec iusticia christiana iudicet esse purgatos/ cū quibus amicitia sit ferenda. Separati appellātur/ omibus moribus singularib⁹ incedentes: qui nō verentur pturbare mores publicos et pbatos. Qui etiā propter aliquod insigne virtutis aut scientie/ quam habere se credunt: ab alijs recte viuentibus intētione/ conuersatione/ morib⁹ separant: vicissitudinē amicabilē nō merent: separati em̄ sunt. Omnes vero sepati sunt ineq̄les τ impares: etem̄ ab equalitate atq3 paritate recesserūt. A separatis igitur omino expedit separari: nec amicitiam fieri ad eosdem. Asperi et probatū est/ q pter aurū et argentū homo ab homine ppinquo vel remoto seiungit: separat sepe pter rem vilem/ etiā τ turpē. Et magis dilexit irrationabilib⁹ τ insensibilib⁹ atq3 turpib⁹ misti/ q̄ reseruare cū homie iustū fedus. Multi sunt vniti sub tecto animo autē separati sunt. Ostenderūt pleriq3 magnā vnionem verbis: intentione diuidebantur. Sed de intimis quis iudicabitur? Amicitia in credulitate peragitur. Quō fiet amicitia/ nisi amari me credam: et alter amari se credat? Quid mihi de intimis iudicare/ si separat⁹ aut vnitus? Quis introspexit hominū viscera? Interiora quis nouit? Libet quod dicit: sed regulam infallibilē aduerte vniti τ separati. Amicus est alter amicus: sicut quidā interrogatus: quid tibi est amicus: respondisse fertur: alter ego. Si amicus alter tuus est: nunq̄ allegabit accusationes in petitis/ in erumnis/ in laboribus/ in tribulationibus pariter sustinēdis: sicut tu cōtra teipsū nō allegabis. Quem videris inuenire ad ista suffugia: excusationes inquirere: letāter nō exponere corpus τ res: separat⁹ est animo: amicitiā solū verbis/ amore vel opere non fouebit. Expedit omino cū separatis nō amicari: τ amicatū separatū fieri. Huius em̄ insolubilis est ratio: quia melius est nō confidere/ q̄ post confidentiā decipi. Multi sepe amici multa fecerūt τ pericula nō timuerūt: releuari credebāt si affuisset oppressio: tēpore vero quo amicitia p opera debuit clarescere/ palluit: et indigēti melius fuisset prouisum/ si talem nō habuissent amicū. Voraginem desperationis parauit/ qui amico in necessitate defecit. Diuisit domin⁹ multo miraculo ab egyptijs israelitas: pro eo q q̄uis essent in eadē regione: religione vero et cultu separati erant. A nequiter igit separatis recede: amicitiā nō coniūgas: disiūge q3 coniunctā. Cū disseminatis expedit idem agere. Disseminati dispert sunt in omnē vanitatē atq3 vanam doctrinā: quoȝ amicitiā oportet necessario deuitare: quoniā qui ad seipsum non colligatur/ nunq̄ colligatur aut colligabitur ad amicū. Disseminatus ad se/ conueniet nemini. Collectus ad se/ onera iuste portabit amici.

¶ Mali consiliarij veri amici non sunt. Capitulum XIII

Eorum vero qui signantur in aradio/
qui de numero male sobolis fuit: ab
amicitia iubemur atqꝫ premonemur
auerti. Aradij deponentes consiliū/aut descen-
dentes festinanter interpretantur. Septem ho
minū genera deponunt male consiliū. Alij qui
audire contemnūt consiliū: alij qui audiunt et
abijciunt: alij qui subito et improuise consu-
lunt petentibus/consilia deponunt: alij qui ob
rem consiliū porrigunt: alij qui perperam con-
sulūt: alij qui bonū aliorū consiliū paruipēdūt/
et qui vt nō fiat impediūt. Qui contemnūt au-
dire consiliū/falli nō possunt: quod solius dei
est per naturā/et confirmatorū per gratiā: quod
solum in superis agitur: aut cum viantibus de-
us illuxit: et inuisibili luce inuisibilez perfudit
animā tanto certitudinis argumento/vt omne
dubiū sit amotum. Quod paucissimis datū le-
gitur: illis succedunt aliqui excellere intellectu
ali lumine: ꝛ veritatis totius splēdere fulgori-
bus: vt nō indigētes sibi solis appareant. Qui
bus vt sopore pressis euenit: qui vidēt in somno
lumen solis/fulgentē meridianā lucem: et per-
ambulare multa loca tramite recto: Qui cū eui
gilauerint: aut in pfunda nocte/aut zeta obscu
rissima dormiūt. Hi sunt deponētes consiliuz:
qui audire penitus nolūt/sibi omnes sufficien-
tias ascribētes. Et sepe nōnulli reperti sunt at-
qꝫ reperiunt: qui se cognoscūt indigere cōsilio/
et insufficientiā autumant qua premūtur: sed qꝛ
penitus reputari inter homines volūt: consiliū
non petendo deponūt: ne inferiores his quos
consulūt esse videātur: vt eo ipso aliquid esse ap
pareant/cū aliorū cōsilia nō pertractāt: sapien-
tes in eo videri se credūt/quo aliorꝫ cōsilia refu
giūt. Hi penitus ad amicitiā nō querātur/ qui
in ppria virtute confidūt: aut aliorum consilia
spernēdo deponūt: de quibus per Esaiā dicit:
Esa.30 Ve filij desertores ait dn̄s: vt faceretis consili-
um/et nō ex me: et ordiremini tela nō per spiri-
tum meū: vt adderetis peccatū super peccatū.
Qui ambulatis vt descēdatis in egyptū: et os
meū nō interrogastis. Os em̄ dn̄i est quicunqꝫ
nouit dei scientiā et veritatem agendorū: et po
test et scit prestare consiliū: a quo est anteq̄ fiat
aliquid requirendū. In lege dei est consiliū agē
dorū et cauendorū verius q̄ in lege hominum.
Multi vero legem dei omnino audire contem
zacha.7. nūt. Cōtra quos zacharias clamat. Posuerūt
cor suum vt adamantē/ne audirent legē. Et per
Prouer.1. Salomonē sapientia dicit: Despexistis omne
consiliū meum: et increpationes meas negle-
xistis. Ego quoqꝫ in interitu vestro ridebo: et
subsannabo cum vobis quod timebatis/ adue
nerit. Contemptores ergo consiliorū sibijpsis
parauerunt ruinā. Cū ruinosis asciscī/aut ami-
citiā contrahi velle/ruere est cū ruētibꝰ. Mul-
ti audiunt consiliū/et abijciunt. Audiuit sanum
et seniorum consiliū Roboam rex filius Salo
monis regis: q̄ mite/dulciter et leniter respon-
deret populo alleuiari petenti. Qui eorū cōtem
psit consiliū/adherens peruerso ꝛ infelici cōsi-
lio iuuenū: vn̄ secuta est diuisio regni sui. Que
q̄uis deberet merito paterni delicti: potuisset
sisti ordinatione sani cōsilij. Multis em̄ malis
obuiāt consilia sana. Et ruptis habenis incon
sulta bona nō veniūt aut ruūt. Audiuerūt mul-
ti cōsilia prophetarū/ꝛ deposuerūt: id solū agē
tes ad quod ex volūtatis impetu ferebātur. Ut
in Regum volumine legimus: reges Israel et 3.Reg.22.
hierusalē cōgregati atqꝫ parati ad p̄liū: pphe-
tam quendā Micheā nomine/ iustū et sanctuz
pro ꝯsilio prophetice visionis interrogauerunt
Qui adiuratus respōdit eis/prout acceperat a
domino veritatē. Ipsi vero pprio impetu agita
ti/aliorū suffulti cōsilijs: cōtra prophete consi-
liū quo decreuerāt ascēderūt: sustinētes exinde
quē propheta p̄dixerat ante conflictū. Nō igi-
tur sunt hi ad amicitiam euocandi: magis vero
sunt respuendi qui consilia sana deponūt. Ami
citia vero ipsa processus cautos inquirēs/ semp
cōsiliatiua est: et sana cōsilia querit: et ad inuicē
cōsiliatiuos amicos: vt vnus ab alio ꝯsilia que-
rat: vt cautior in omnibus ambulet: ꝛ alteri cō-
sulat/si preest consulendi virtute. Si vero ī ero-
gando consilio deficit: inquirat ab alio/ vt ami
co fidenter et ex amore petenti consiliuz/in fide
atqꝫ amore consulendo respondeat. Proinde
consiliū deponentes/carent amicandi virtute.
Deponūt quidam consiliū/ videlicet irrogan-
do petentibus: sed consiliū alijs inferendo/de
ponere eo vitium est: atqꝫ deponētes vitiosi red
dunt: q̄ faciliter et improuise deponūt. Nō em̄
expedit improuise inferre cōsilia/vbi pondero-
sa res agit: maxime his qui nō habent certā sci
entiā aut expertā negociorū et agibiliū. Tales
sunt qui consilia improuise cōferūt/quales ca-
nes in incertū latrantes/aut aues ad incerta vo
lantes: siue aues nutrite iuxta humanas voces
que aliqua humana verba ex audiendi frequen-
tia didicerūt/nō intelligentes cū proferūt. Cō-
sultor improuidus ruina est populi: magis ve-
ro amici/si in ipso confidit. Qui subito consulit
in re dubia/philocompus aut amēs est. Multi
subito dederūt ad interrogata consiliū/ ne sup-
sedētes haberētur ignari. Quos cenodoxia in
loquēdo deludit: nunq̄ dominati sunt verbo.
Possent multi sana p̄stare ꝯsilia si preuidissent
et subita responsio induxit errorē/parauit atqꝫ
periculū. Nō omnibus sciētia: ꝛ omniū memo-
ria suppetere cōsueuit extemplo. Quibꝰ sapien
tius ascriberet ignorantiaz allegare aut tēpus
prouisionis/q̄ verbū proferre incassum. Unde
scriptū est: Anteq̄ loquaris disce. Et alibi: Ne Eccl.18.
temere quid loquaris. Subuersio audiētiū/nō Eccs.5.
deliberatum consilium. Melius em̄ est ꝛ ami-
citia tutior/amicum habere ignorantē/et digi-
tum apponentē ori suo super his que nō nouit
q̄ qui importune consulit: et ab ignorātia tem-
poranea siue a semp insita detinetur. Non oīm

est inferre consiliũ: sed pluriũ est indigere. A talibus taliter consilia deponẽtibus caueat/ qui
Col.3 amicus querit esse securus. Merces fecit cõsilia multa deponere: interdũ vero nõ pauciora puertere. Mercẽnari⁹ cõsiliarius nũq̃ erit fid⁹ amicus: aspicit semp ad manũ cupidus oculus eius. Man⁹ vacua munere/ vacua redibit sepe consilio/ aut reportabit impertinẽs: plena vero dabit cõsulenti materiam consulendi: ꝛ non ad amicũ consiliũ/ sed ad datũ. Amicitia hoc propriũ habet: vt non solũ de rebus/ sed de visceribus velit amico seruire: quod fit dũ amico consulendo seruitur: et hoc excepto/ q̃ amicus verus nollet amicũ ab aliqua ĩdigẽtia premi. De nobilibus tamen cum obsequitur/ vellet habere materiã obsequendi. Nulla dona nobiliora q̃ sapientie verba siue cõsilia: que ab animi virtute pcedũt. Que dona deturpat/ qui ob rẽ amicitiam consiliaq̧ deponit. Et si congruũ interdũ noscit ab alijs quippiã expetere pro cõsilio: nũq̃ tñ dignũ gerit in amico. Honesti⁹ in amicis rerum permutatio ad inuicẽ toleraꝛ q̃ consiliorũ vẽditio: que nunq̃ pterq̃ inhoneste agitur. Si a dilecta et pia matre omniũ natura ꝑcondita insit alicui beneficiũ atq̧ scientia cõsulendi: omnino quesitus gratis cõsulat/ ꝛ nõ vendat. Si vero a studio multo tẽpore cõquisito expensis atq̧ sudoribus: licite vendit quod est expensis/ laboribus atq̧ sudoribus acq̃situ: amico autẽ nunq̃. Nam hoc licitũ est sciẽtie atq̧ laboris acq̃siuisse amicos: quib⁹ gratis se donat generosa volũtas. Proinde qui venaliter deponit dando cõsilia/ ab amicitia secludat. Gratis
Mat.10. accepta gratis dare iubemur a iusticia christiana: laborib⁹ parta gratissime gratis amicis. Sunt quidã pperã ꝯsilia deponentes: q̃ anfractuose querentibus cõsultũ/ serpẽtino more anfractuosis gressibus incedũt: consilia infausta emittũt: dolũ semp aduersus quempiã in consilijs includentes. Hoc fecerũt filij iacob/ volentes vlcisci de sichimitis: dederũt ꝯsiliũ circũcisionis: ꝛ eis amicari ex aĩo videbãtur: imo p nuptias artiora federa ꝯtractare: quo facto/ irruerũt sup eos torquẽte dolore circumcisionis: et quos voluerũt/ in ore gladij occiderũt. Contra quos ꝛ ppter quod sctũs patriarcha iacob/ cũ
Gen.49. filijs bñdiceret posit⁹ in egypto/ dixit: Symeõ ꝛ leui vasa iniquitatis bellãtia: in cõsiliũ eorum nõ veniat anima mea. Semp eñ perperã cõsulunt qui prodere volũt. Hoc persimile etiã funestũ consiliũ Aman dedit regi Asuero: vt omnes iudei vno pariter die interficerẽtur: ob inuidiam et indignationẽ animi/ quã aduersus ante se nõ inclinãtem cõceperat Mardocheum: q̃uis diuina bonitas eius dissiparet cõsilium. Sepe consiliũ iniquũ pmit/ qui ab impietate
Prouer.16. animi detinetur. Unde Salomõ dicit: Uir impius lactat amicum suum: et ducit eũ per viam nõ bonam. Infinitus est eñ impiorũ numerus qui cõsulẽdo dulciter/ nequiter amicum decipiunt: ꝛ rationibus ornãt cõsilia/ vt fidelia videãtur: a quibus difficile atq̧ raro cauet: duz more materni lactis in pueri ore trãsfunditur. Et iterum dicit: Cõsilia impiorũ fraudulẽta. Erumpit in illa qui gerit in animo fraudeꝫ: ꝛ decipit cõsulendo quem vocat amicum/ qui fert animũ vipereũ. Et vir iniquus decipit amicum suum. Prouer.12.
ca / promptuariũ plenũ / apiarium mellis / mãmil
la ideficiẽs lacte iuste dulcedinis / claritatis spe
culũ / ꝛ visio intellectualis / collateralis spõsa cũ
qua sumunꝭ solatia vite: pia mater / pedissequa
obsequens / ancilla parata / stipatoriũ cõmodita
tis / opportunitatis balneũ / fons aquaꝝ viuenti
um / custodia non dormitans a malis / ꝓuidẽtia
in bonis / loramẽtũ vite. Que ꝑ singula velle dis-
cutere / potius deficeret tempus / ꝙ loquendi ma
teria: necnõ ex his omnibus cognosciꝭ qui ami-
cus est verus. Habebit eñ pro amico suppetẽte
potentia / oia officia christifere amicitie. Christi-
ana iusticia fundans amicitiã christianã atqꝫ ꝑ-
fectã / inimicũ dissuadet oino ꝛ inimicitias ꝓhi
bet: tñ ad id quod positione caret / amicitiã nõ
exhiberi. Naturã ꝛ christianitatẽ oportet ꝑser-
uare ab odio: ꝛ solũ vitiũ in odio fieri. Amicitia
christiana latissima est generalitate: ad omnes
eñ inexceptuate ꝑ distinctionẽ extenditur: ꝛ cuꝫ
q̃bus non potest in via cõuiuere / in patria ma-
gis ꝑfici sperat. Intendiꝭ etiã ipsa ꝑ scientiã cer
tã ꝛ frequẽtẽ ꝯuersationẽ / aut ꝑ ꝑcellentẽ virtutẽ
Ipa siq̃dem virtus est solo diuersa noie / ab illa
que virtutũ est maxima / videlꝫ charitate. Chari
tas ꝛ amicitia ꝑfecta siue christiana / solis nomi
nibus distinguunꝭ. Uirtus eñ est ex qua rex re-
gũ voluit noiari: ac etiam suos apostolos quos
mũdi ꝑncipes fecerat spũales. Dicit eñ scriptu
ra: Qui diligit cordis mũdiciã ꝓpter gratiã la- Prouer. 22
biorum: habet amicũ regẽ / eternũ scꝫ deũ / oim re
gum regẽ. Amicus ab amicitia dicitur. Ecce vni
uersoꝝ dñs sibi amicus efficitur / qui ab amici-
tia sic vocaꝭ: ꝛ amicus relationis est nomẽ. Un-
de saluator apostolis dixit: Uos amici mei estis Joan. 15
si feceritis q̃ ꝑcipio vobis. Et iteꝝ: Nõ vos dixi
seruos / ſꝫ amicos. Amicus eñ est qui habꝫ ami
cos. Et amicari vult q̃ q̃rit amicos: nomẽqꝫ sor-
titur amici. Proinde est amicitia qua saluator
oim noiatur / amicos habens ꝛ querẽs amicos:
ꝛ ab eo quesiti ꝛ habiti vocanꝭ amici. Uirtus est
in corde hoim sedẽ habens: in exterioribus mo-
res. Uirtus oim virtutũ participiũ habens / at-
qꝫ ipaꝝ officijs digna sꝑ manet. Nã si non esset
fides: tota in hoibus amicitia deperiret. Utili-
tas fidei qua nõ visa credimus / ꝯsiliatio est ami-
citie: atqꝫ vinculũ quo vnita manet: ꝛ retinaculũ
quo non ꝓscinditur. Non aliter scimus nos dili
gi / nisi ꝑ fidẽ. Signa vero exterius mõstrata / nõ
tantũ conferunt ad scientiã velut fides. Opera
si qua sunt ostensa forinsecus / signa sunt amici-
tie: non amicicia que solũ in cordibus hoim re-
gnat: quã solũ credimus ꝑ fidem. Non enim per
reuelationẽ spũalẽ atqꝫ diuinã / que sunt in cordi
bus hoim: aliter ꝙ ꝑ fidem hoibus innotescũt.
Ac per hoc sepe fit vt magis dilectio rependaꝭ /
ex eo ꝙ amicicia inuisa crediꝭ: ꝙ ꝓpter munera
que largiunꝭ / aut ꝓpter signa que ostenduntur:
si non amicitia crederet. Et hoc maxime ꝓpter
fidei bonũ in amicitia precauetur: ne minor ꝙ sit
aut nulla credaꝭ dilectio. Nã deficiente fide / ili-
co amicitie alue9 in altero amicãtiũ siccareꝭ: aut
in vtroqꝫ / si fides in vtroqꝫ deficeret. Proinde
bonũ fidei stabilimẽtũ est amicitie: sine qua esse
amicitia nequaꝙ potest: bonũ ꝟo amicitie fidei
ẽ pulchritudo. Cũ fide / ꝑ fidẽ / ꝛ in fide initiaꝭ ho
minũ amicitia: quã initiatã fides etiã nutrit ꝛ fo
uet. Habꝫ etiã amicitia indubitatã spem: sub cu
ius vmbraculis secure quiescit amicus. Sed ip-
sa partita est vt diuina sit ꝛ humana: humana si
quidẽ pro euentibus nouis / si vti amico in cõtin
gentibus opus esset. Nam frustrata spes necessi
tatis tẽpore in amico in possibilibus ꝛ honestis
iure amicitiã abrogaret: quia quod credebatur /

manauit. Diuina vero est spes vere amicitie/qua supna siue diuina sperant: quoꝝ respectu maxime culpari debet amicitia christiana: q̄ sola est que si euulsa de cordibus fuerit/amicitia vera nō stabit. Nō eñ amicandum est de his quoꝝ vita desperat ꝓ superis atqꝫ diuinis: tales enim sunt eterne mortis mācipia. Charitatem nempe sibi asciscit in sociā: immo vt verius loquar/ipa charitas est: nec aliter interrogātibus respondere. Sed qd est amicitia vera/nisi charitas christiana? Nam si vera vertit amicitia inter deū ⁊ nos inter hoīes ⁊ angelos/inter hoīes ⁊ hoīes: ergo amicitia vera est charitas. Aliter ꝙ charitatē deo ⁊ angelis ⁊ hoīb9 honeste hoīes nō amicāt: ꝙ si alit ꝙ ꝑ charitatē: hoīes hoīb9 amicāt/amicitia ꝟa nō ē. Quatuor aūt ꝟtutib9 qb9 disponūt hominū mores/supra descripsimus ipam fretā ꝓcedere. Cetere siqdē virtutes/ humilitas/patiētia/ obedientia/honestas/castitas/benignitas/ oratio/silentiū/pax/⁊ his similia se penitus coaulisant: reperiunt eñ non semꝑ actu/sed suis tempibus oēs: habitu vero mētis semꝑ oportet esse paratas. Nam ⁊ supra mōstrauimus a contrario sensu in his qui sunt in amicitia deuitādi/quot ⁊ q̄ntis aut q̄lib9 ꝟtutib9 verā amicitiā decet ē̄ stipatā. Nec in ista dissertione ꝑtereūdū est/vnde in amoris actu sit amicitia verior: qꝛ ꝓ amicitia vera nūc noster sermo ꝯcertat. Nulla est amicitia vbi nullus est amor: etiā si totius mūdi dona ꝯstarem. Nam reddunt census ⁊ debita soluunt pedagia/⁊ his similia: ⁊ ꝑ cōmercia multa fiunt vbi sepe amicitia oīno non esse dinoscit/si cordis amor de medio tollit: aut si inter huiusmodi hoīes nō assistit. Erit nempe amicitia vera/si q̄spiam diligat nō dilectus: hic amicitia est/sꝫ nō vera. Potest amor verus impendi absqꝫ repꝛhēsione seu amati scientia. Sed amicitia vera semꝑ agit vnius ad aliū: que verior est ex ꝑte diligētis ꝙ ex parte dilecti. Semꝑ eñ amicitia nō in dilecto/sed in diligēte ꝓ sua virtute fundat. Naꝫ vt supra fati sumus/virtus est amicitia: diligi auteꝫ virtus nō est/sed felicitas quedā: christiane vero diligere quēpiā/est certissima virtus: ad quā virtutē oēs homines totius sacre scripture robur inuitat. Profecto verissima erit/cū fuerit reamatio vera per equale aut per excessum: vt semꝑ amicitia ex eo sit verior/quo maior impenditur aut rependit: nō ex eo quo suscipit amor. Nedū verior/sed certior est amicitia ex ꝑte diligētis/ꝙ ex ꝑte dilecti. De inuisibilib9 certior est agens ꝙ patiens: ⁊ is qui effundit/ꝙ suꝑ quē effunditur amor. Sꝫ de sensibilibus secus est diffinire: nā aut eque dans ⁊ recipiēs/ aut animo certior patiens est: ꝓut in donis placitis claret: ꝙ dans ⁊ recipiens certitudine pari pendunt: ꝙ ille dedit/ille recepit. In molestijs vero patiens in certitudine anteferꝛt: velut vulnus inflictū certius patiens sensit ꝙ senserit qui inflixit. Sed in dilectione amicitie certior est diligēs ꝙ dilectus: effundens amorē ꝙ amore alieno ꝑfusus: ille in sciencia/iste vere manet in fide: ille scit/iste vero credit. Necnon ꝑmiū virtutis viaticū etiam patrie quod ex diuina iusticia debet vere amicitie: non ex eo ꝙ quis diligit/sed eo ꝙ diligit/firme tribuitur. Viaticū ꝑmiū cuiuslibet virtutis veꝝ ⁊ ꝓpꝛium est tātūmodo fecisse/quod cōpetit fecisse virtuti: amicatiue vero virtutis siue amicabilis dilectiōis viaticū ꝑmium est diligere/aut dilexisse: quod solū ei qui diligit/nō ei q̄ diligit adest: nā ille impendit/ille recepit: ille fecit/ille sustinuit. Similiter ⁊ ꝑmium patrie donat non dilecto/sꝫ diligēti: ꝓ eo ꝙ ab illo actus intrinsecus ꝟtutis effundit. Si vero amor rependit/his premijs rependens ꝑmiat: nō qꝛ dilectionē diligētis se suscepit/sed qꝛ dilectionē rependit: nam vbi erat recipiendi patiēs/ rependendo factus est agens: taliter nempe agēti virtutis ꝑmiū vtrunqꝫ debetur/⁊ ipe nanciscit. An reciprocari possit amicitia nulla rōne vertatur in dubiū: que ꝙuis sit ad alium/ad seipm velut ad alium esse potest: ⁊ ad deū ⁊ ad angelos ⁊ ad hoīes est. Qui ergo seipsum diligit/hoīem diligit: qui seipm odit/hominem odit: qui seipm occidit/hoīem occidit/⁊ homicidiū ꝯtra ꝑceptū dñi facit. Sic ⁊ q̄ seipm diligit/hoī amicat ⁊ hoīem diligit/⁊ ꝑceptū dñi facit. Nā sicut q̄ diligit iniq̄tatem/odit aīam suā sic ⁊ q̄ diligit bonitatē/amicat ad aīam suam. Et vt audacter affirmē/nisi amicitia fuerit reciproca: nunꝙ in veritate ad alios esse poterit transitiua. Nam ex eo ꝙ quisqꝫ in veritate atqꝫ virtute se diligit/ad alios vere amicitie sacramēta custodit. Et diligit ſm christianā ⁊ verā amicitiaꝫ ꝓximū/si ꝑmo dilexerit in veritate seipm: ⁊ ſm interꝑtatiōes amicitie ꝑmo positas ad seipum/ debito nature q̄libꝫ est amicus: debito vero gratie multomagis esse debet. Ois nanqꝫ virt9 suo modo ꝑus ad possessorē ex actu refertur. Proinde vtroqꝫ debito reciprocatur amicitia: ⁊ velut inter duos in reciprocatiōe ꝑagit: ⁊ ꝟitate gaudet/⁊ certitudine fulget: ⁊ ꝑmiū vtrūqꝫ cōplectit viaticū atqꝫ patriū: si ſm iusticiā christianā ad seipm fuerit effusa dilectio.

¶ Unde nascitur ratio diligēdi de prima vena amicitie. Capi. XX

Amicitie aūt vena est ipa rō diligēdi siue amicādi: quā in ꝑncipio hui9 tractatus multipliciter disseruim9: sed nunc alio loquēdi ordine resumim9 disserēdā. Ratio q̄ppe diligēdi q̄ vena est amicitie/aliq̄n nascit ex excellētia rei: q̄ sua bonitate atqꝫ ꝑfectiōe dilectionē meret: nec ampli9 visa/nec inuisa min9: ꝑsentia nō addit/⁊ in nullo absentia minuit. Hec intellectus human9 siq̄dem inuestiget: q̄ in absentiaꝝ atqꝫ presentiaꝝ tantundē merentur amorē. Que etiam bonitate propria nanciscunt/necnō ⁊ si nihil speretur ad commodū: ꝑtitionē aut diminutionē nō merent amoris. Ratio alia diligendi est precepti certissima inenitabilitas: ꝙꝙ sit vsqꝫ q̄qꝫ difficile/ꝙ amor ꝑcepto siue violētia exigat aut ipēdat: libera ē eñ actio mētis amor ⁊ itinera coertionis ignorat: nec ab agente dari aut auferri ꝑt inuite. Sꝫ aiꝰ cui astat actio di-

ligendi ratione p̄doctus/iustū diligit p̄ceptorē: ⁊ ꝯsequenter diligit quod iubet: maxime vero si nec iussum rōne atq iusticia ⁊ honestate caret. Nā p̄ceptor iustus iuste diligit: ⁊ p̄ceptū iustum etiā si iniustus dn̄s est: p̄amplius vnū ⁊ reliquū si vtrunq pollet. Habet nempe ipsa iusticia christiana amicari penitus sub precepto: quod si negligitur/tendit in gehennā/ si non p̄ficitur: si vero p̄ficit/ p̄gressus est ad supna. Protinus expedit facere de necessitate virtutē. Quod omnino faciet animus qui sibi nouit in salutē ꝯsulere: ⁊ de amicitie vena potabit aquā a tali rōne coactus. Porro nullū p̄ceptū sub celo nobilius q̄ christianice amicari: ad quod omnis rationalis animus si sibi timet ⁊ ꝯsulit/se coaptat. Ad finē aūt beatitudinis ordinat amicandi p̄ceptū: etiā cū illo bono quod amicitia in moribus hominū p̄stat. Qui vero finē beatificū diligit: ex necessitate oportet diligere illa que ordinant ad finem. Proinde beata necessitas nos ineuitabilr amicari compellit. Est etiam amicitie vena nō solū ratio diligendi/sed virtus in cordibus hoim insita diligendi: que vena omnino erumpit: ⁊ eius aqua deriuat foras: vt ex insita v̄tute nature aliud aliquid q̄ seipm̄ cū seipso noster animus diligat. Similia similibus copulare opus est nature: ⁊ in animalibus dicti veritas claret: q oē simile appetit suum simile. Omnis vero appetitus p̄cedentē aut sequentē amorem habet ad aliquid p̄pter se: siue ad aliqd propter aliud. Si vero amicitie vena p̄intendit aliqd aliud q̄ honestū/corrupta erit ⁊ non bene dicta. Vere amicitie vena que solū est ratio diligēdi/oino est de irrep̄hensibili ratione. Virtus vero diligendi de se irrep̄hēsibilis est: nihil em̄ deus indidit reprehēsibile rebus a se creatis: alioqn excusarent iustissime maleacta. Vena ipsa fluit ⁊ refluit: ⁊ labilē deriuat in amnem. Preter hec de vere amicitie vena sensu altiori tractātes/dicimus illā eternā atq ineffabilē rōnem qua deus voluit oīa rōnabilia in vnū p amorē cordiū ꝯuenire: ac etiam dicim⁹ fontē vbertatis ⁊ delectatiōis: circa quā castrametant oēs q ꝯglobatim atq delectabiliter transire volūt vitā vmbraticā huius mundi.

Vena hec approꝑatione quadā est fons ille qui
Gen. 2 scaturit in medio paradisi/ad irrigandā vniuersam terrā: q diuidit in capita quatuor/id est in quatuor fluuios: quorū vni nomē Phison. Ipe est qui circuit oēm terrā Euilath: vbi nascit aurū ⁊ aurū terre illius optimū. Ibiq inuenit bdellium ⁊ lapis onychinus. Et nomē secūdi Gion: ipse est q circuit oēm terrā Ethiopie. Nomē vero fluuij tertij/Tigris: ipse vadit ꝯtra assyrios. Nomē fluuij quarti ipse est Eufrates. Sz vt hec clarius innotescāt/interp̄tationes fluuiorū atq terrarū ad quas fluunt/intēto animo videamus. Phison interp̄tat caterua: nā virtus quedā egredit de amicitie vena: que habet oēs coacernare seu cateruare in vnū. Qui huic fluuio appropinquauerunt: condiderūt ciuitates/terras/villas ⁊ castra: ⁊ habitare insimul elegerunt: atq vnius accessit ad alium/ hoc amicitie amne potatus. Quid autem est ciuitas/terra/villa/quid castra quid habitatio quelibet: nisi quedam amicitia hominū cateruata seu cateruatorū hominū delectabilis amicitia? Unde homies diuersi generis quos nec vnit linea sanguis/ad habitādū insimul accessissent: vnde cinxissent se muris/vnde se firmassent ad recte viuēdū legibus ⁊ statutis: nisi aquā habuissent ad bibendū de flumine amicitie: de fluuio scilz Phison/que caterua interp̄tatur: illā signanter virtutē que nouit homines diuersarū regionū/ disparium morū/diuersi sanguinis insimul cateruare. Quā virtutē non immerito concordiā appellaui: que nihil aliud est q̄ cōueniētia cordiū. Nisi enim corda p̄us insimul cōuenissent: nunq̄ corpa in eodē situ ad habitandū/ ad ꝯuiuendū fundamēta iecissent: neq modica in magna creuissent/aut aucta stetissent: nisi concordia imperasset: nisi cateruans fluuius p mediū ꝑtransisset. Iste fluuius de amicitie vena veniens/dicit p̄mus: q hoibus ad cōuiuendū et recte viuendū necessaria est p̄mo cōcordia: q cateruat hoim corda: deinde cateruat ⁊ corpa. De paradiso egredit fluuius iste cum alijs. Paradisus locus est ad orientē indie: q in loco poris luminis susceptiuo ⁊ pleno deliciarū/amicitia vera nascit: immo eius vena exorit. Oriēt nempe verus oriens dei filius/his qui cōcordiā ⁊ verā amicitiā seruauerūt. Et absq dubio ipsa cōcordia siue amicitia lumē est: ⁊ delicias habet vite p̄ntis: pariter ⁊ future magnalia p̄stolat. Hec quippe cateruans virtus distinxit in originali mūdo filios dei a filijs p̄ditiōis: ⁊ in subsequēti simil'r fecit. Sed multi sub hoc noie contra deum ⁊ iusticiam cateruati sunt. Et plurime sunt condite ciuitates/que dedite cultibus idolorū/dei omipotentis iusticiā negauerūt. Virt⁹ bona/q̄ vnit ⁊ cōgregat. Mali v̄o q malo fine se cōgregāt/⁊ p̄ditis morib⁹ viuūt. Infausto fine ad nemroth fuit hoim facta caterua. Conabant em̄ q̄uis inuanū/edificiū tale constituere sup terrā/quo celi alta conscenderēt. Sed de⁹ iuste diuisit p linguas q se malis cordibus cateruauerāt: vt vocis ⁊ lingue nō esset intellectus/q̄uis esset auditus: quibus an̄ fuerat intellectus ad sup̄biam damnatā vnitus: ⁊ iustam penam luit iniuste cateruata caterua. In omni populo ⁊ in om̄i ritu fluuius iste discurrit: ⁊ dispari fine bono ⁊ malo corda hominū cateruauit ⁊ corpa. Quotquot em̄ sunt cōdite ciuitates sub vnius dei cultu ⁊ reuerentia/ aut veneratiōe idolorū/aut a t̄pe quo christ⁹ generi humano illuxit in his qui fidē eius etiā susceperūt/ab interp̄tatione huius fluminis sump̄sere principiū. Ab vbertate fluuij huius inebriantur qui cateruas ad iusta siue iniusta bella fecerūt: ad inculpatā seu culpatā tutelā/ad iustā siue iniustā offensam. Claret in populo hebreorū atq gentiliū: elucet in gente latinorū atq grecorum: in omni natione habitante europam/ asiam ⁊ africam: quorū omniū intentiones perfecte solum de superis nouit atq prosperit altissi

mus: ꝛ loro ꝓuidentie sue frenauit vt voluit/ ma
las hoim facultates. Et irreꝑhensibili modo q̄
bus ꝛ quantū voluit laxauit habenas: sepe suo
imperio nō turbato/ bonos ꝑmittēs a malis pes
sundari: malos a bonis plerūq̨ terreri. Et iusto
fine sibi soli cognito terminauit aliqua regna: fi
niuit imperia aliqua: innouauit aliqua: ꝓroga
uit q̄ in cateruā dn̄i legū atq̨ moꝝ viuēdi ꝯuene
rant. Et simile de innumeris ciuitatibus fecit: q̄
multitudine hoim fuerant cateruate: quaꝝ aliq̄
deuenerūt ad solū: ꝛ vix apparēt modice reliq̄:
alique in modicis ꝛ paucis ciuibus manent: ali
que bello intestino se collidunt: ꝛ edificia minant
ex omni parte ruinam: alique de nouo cōsurgūt:
alique ad sui augmentū vicinas pro posse diru
unt. He siquidem varietates eueniunt decurrente
a fluuio desiccato caternante: siue ꝑcul pulsa/ si
ue magis aut min⁹ astāte cōcordia. Ab abundā
tia ꝛ ab vnda fluuij huius altissimi/ mirisvirtu
osisq̨ modis potati sunt qui cenobia magna in
solitudinibus ꝛ nemoribus atq̨ vrbibus ꝯstru
xerūt: cateruati sub altissima disciplina/ sub infle
xibili cēsura: mūdo mortui/ christo viuentes: in
ter se moribus optime cōuiuentes: coartātes se
mutuo ad occultas ꝛ inuisibiles luctas: ꝛ ad sen
sibiliter deuincendū carnē ꝛ sanguinē in ꝓmpti
tudine spūs ad opera sancta dei: eo ꝯtenti quo
despecti/ eo leti quo abiecti a seipsis ꝛ ab homi
nibus habebant. Hoꝝ caterua tanto constrin
gebat affectū/ ꝛ adhuc constringit ab his q̄ flu
minis huius dulcedinē gustauerūt: ꝙ vno infir
mato/ ceteri ex compassione animo infirmant.
Membra exponūt propria pro alienis langui
dis membris: vt lecto decubās/ membroꝝ vali
tudine destitut⁹/ vt ꝓprijs se foueat alienis. His
diebus ꝛ noctibus ad diuina officia se cateruāt
ꝛ ꝑ posse hymnos/ psalmodias ꝛ orōnes ꝛ postu
latiōes ꝛ gratiarūactiones ꝛ obsecratiōes/ aīo ꝛ
ore omnipotēti deo ꝑsoluūt. Hoꝝ caterue ama
biles/ eadē hora ꝛ tempore ꝑ signū datū ad pa
stū conueniunt: ne pro cibo sumendo possit ori
ri discordia. Conueniunt ad correptionis locum
humiliter delicta ꝑsidenti pandētes/ tūdētes pe
ctora: ꝛ sepe dei ꝛ patris indulgētiā fusis lachry
mis postulātes. He caterue taliter catenate no
scunt: vt cateruati poti⁹ mortē eligāt/ ꝙ fieri ex
tra cateruā: quā dirimit absentia corporum/ vbi
tanta noscitur concordia inuisibiliū animorum
Ad istum fluuium realiter ꝛ mystice/ differenter
ꝛ varie accesserunt quotquot in animo ꝛ corpo
re in aliquo/ pro aliquo ꝛ ad aliquid cōuenerūt
Omnibus autem dicitur diuinitus/ velut si de
hoc lumine vox egrederetur dicēs: Appropiate
indocti/ ꝛ congregamini in domum discipline.
Aquam istius fluminis ꝑgustantes/ congregari
expedit ad disciplinaꝝ domum vtilium doctrina
Esa.48 rum. De quibus Esaias: Ego dn̄s deus tu⁹/ do
cens te vtilia. In scholis christi fiat omniū con
gregandoꝝ ingressus/ vt discamus vtilia. Utilia
enim sunt que inculpate vitam istam expediunt
et ordinant ad futurā: que solum docētur in do
mo discipline domini saluatoris. Et apꝑhende
re omnino cogimur disciplinam/ intimante scri
ptura omnibus ratione vtentibus: Apprehendi Ps.2
te disciplinam/ ne quando irascatur dominus et
pereatis de via iusta. Nisi nos in hacvita didice
rim⁹ que nusq̄ discuntur: furor domini in nos
deseuiet: et ira eius ad inferna desanciet. Loq̄
tur in suo cursu nobis cateruatic⁹ fluuius: et ad
congregationē alti ꝑmij ex verbo dn̄i nos inui
tat. Ubicunq̨ duo vel tres cōgregati fuerint in Mat.18
nomine meo/ in medio eoꝝ sum. Et exauditiōes
petitoꝝ promittit iusto animo et intentione ca
teruatis. Et vere atq̨ inexceptuate confitet do
mino/ qui cum iustis animo et moribus se cater
uat. Inquit enī psalmista: Confitebor tibi do Ps.110
mine in toto corde meo/ in cōsilio iustoꝝ et con
gregatione. Nemo enim in toto corde atq̨ ꝑter
exceptionē confitet dn̄o: nisi animo et moribus
bonis hominibus iustis fuerit cateruatus. Hic
siquidem ꝑ indiam vadit: que nutus dilucidus in
terꝑtatur. Sane amicitia vera q̄rit lucidas volū
tates: inter opacas atq̨ obtectas aliqua nube
amicitia vera esse non potest. Uelut lumē in lu
mine se reuerberāt vere amicantiū mētes. Nihil
gestat secretū in corde amicitia vera: omnia de
nudat/ omnia pandit amicus amico. Facit etiā
ipsa nutus dilucidos cū aduenerit: vt ex eo sint
lucide volūtates/ quo solū appetuntur honesta.
Nutus dilucidus charitas est signoꝝ: vt in ami
citia vera signa oculoꝝ et gestuū virtutibus in
clarescāt. Expedit enī ꝑlucida signa mōstrari/ si
veritas amicitie regnat in cordibus: qꝛ sol⁹ de⁹ ꝛ
cui miro modo concessit/ cordiū intuet arcana: q̄
foris vero parēt/ tm̄ hoies videt: nisi lucide nut⁹
appareāt/ plurimoꝝ amicitia remoueretur et a
basibus. Et maiestates splendētes et mundi po
testates/ q̄ nutus dicūtur/ sepe hic fluuius adaq̄
uit et cōuenire fecit in vnū: ꝑpter omniū domi
nū vnū. Hi vero mūdi potestates/ honore mun
dano fulgētes/ ad quos is fluuius amicitie non
ꝑuenit/ discateruati adhuc sunt: armis hostilib⁹
certant: q̄rētes diuidere cornu elemētoꝝ cateruā/
et vendicātes in ꝓprium: ꝑ eo ꝙ de cateruatico
fluuio aquā nō hauserūt. Ad intellectualē hau
stū et regionē circūit fluuius iste nutuū dilucido
rū scilicet ꝑceptoꝝ: nutus enim ꝑcepta esse q̄sq̨
noscunt. Sed vnum est ꝑceptū lucidum/ et que
sub ipso iubentur. De quo psalmista dicit: Pre Ps.18
ceptū dn̄i lucidū illuminās oculos. Ut luce clari
us pateat concordiā ꝑterq̨ inter dominica ꝑce
pta seruātes/ esse non posse. Nam de vena vere
amicitie fluuius egrediēs q̄ concordiā sonat: ad
eos decurrit/ qui lucida dn̄i ꝑcepta custodiunt:
Uide sedulo quam terrā circūit vere amicitie ꝑ
mus amnis. Hec omina mēti/ non sensibus cre
dita sunt. In regione quā fluuius iste circūit/ sa
cra referente scriptura/ inuenitur optimū aurū.
Auꝝ a splēdēte aura nomē accepit. Ecce q̄m oia
veniūt in concentum: vt in lucida regione ruti
lās aurum inueniatur et optimum. Ubi omnia
lucida sunt per intentionem et mores: vbi pura

et lucida est obseruatio splēdentiū preceptoꝝ: au
rum optimum inuenitur. Optimū est quod me-
liorari non potest: quia in comparationib9 non
est altior gradus/ cum ad id quod est optimū per
uenitur. Caput sponse vt habetur in canticis/ est
optimum aurum. Caput sponse/ scilicet toti9 ec-
clesie christus est: nihil ī creatis melius christo.
Creatus est christus ex carne/ increatus deitate:
qui semetipsum premium fecit/ et voluit esse vir-
tutum. In lucidis mentibus et voluntatib9/ ma
iestatibus/ potestatibus atq; preceptis inueniē
optimus christus. Necnon inuenitur gratia qua
sibi placeē: q̄ aurū optimū est. Inquit em̄ ap̄lus:
Hebre.13 Optimū est gratia stabilire cor. Optima res est
gratia/ que ministrū regi facit acceptum: et chri
sto dei filio cōparatū exhibet christianū. In hac
etiā regione ad quā fluui9 iste decurrit/ bdelliū
inuenit. Bdellium est arbor in india: cui9 robur
⁊ folia nigra esse feruntur: cui9 lachryma lucida
est ⁊ amara gustui/ odorifera olfactui. Cōnectit
amicitie christiane absq; vitio q̄dam obscuritas
vt nō semꝑ fiat albescētib9 morib9 ⁊ in claritate
verborū. Detinent em̄ in exterioribus homines
et ad interiora ingredi plerunq; non sinunt. Nā
non in conuersationibus et verbis amenis/ sed
domi et ī penetralib9 solidant amicitia ⁊ amic9.
Rugata facies ⁊ obscura pre morib9/ animū ꝓ-
bauit amici. Et horridū verbū idē quādoq; fecit.
Si semper in adulationibus et blanditijs albe-
scunt amici: nescitur quanta firmitate amicitia
polleat. Nigrū hui9 arbor robur/ firmitatē ami
citie absq; humana complacentia esse ostendit:
qua etiam deficiente/ amicitia firma manet. Fo
liorum vero nigredo/ verborum adulationē ex-
cludit. Nō adulatoria/ s; vera sunt verba charo-
rum: necnō firmitatem amicitie si expedit/ opor-
tet nigrescere ad delinquentē. Dissuadet oīno iu
sticia christiana: vt leta facie occurratur ei q̄ di-
uina mandata contempsit/ aut perturbauit pu-
blicos bonos mores: q̄uis sit pietate parcēdū/
si perficere volet emendam: nec verboꝝ folia in
id tēdant vt ad reū allocutio blanda fiat: ne no-
cēs sibi arroget innocentiā non repsus. Consul
tius actu/ verbo nigrescit ad amicū exorbitantē
q̄ ad piculū leuiter foueat. Gutta vel lachryma
lucida emanans/ amoris est claritas. Firmitas
amicitie amenitate sensuali deiecta / et verborū
veritas lenitiōe deposita/ lachrymam seu guttā
lucidam scaturire fecerūt: morū nēpe synceritas
atq; verborū/ claritatē amoris eructuat. Quod
nigrū sepe forinsecus noscit/ interius albet. Et
Cantl.1. sponsa eterni regis dicebat in cāticis: Nigra sū
sed formosa: vt nigredo exterius/ albedo interi9
referat. Idcirco subiungit: Nolite consyderare
q̄ fusca sim: quia decolorauit me sol. Multa vi
dent exterius horrida/ abiecta/ nō delectātia hu
manū aspectū: q̄ interius a sole ỽitatis atq; iusti
cie illustrant: ⁊ emittūt exterius lachrymā ỽe sa
nā. Amara est ista lachryma gustui/ olfactui ỽo
grata: sepe nāq; ꝯtigit q̄ simpla res diuersimōe
se obijcit sensibus: alijs ad gratitudinē/ alijs ad
horrorē. Typice ỽo multa sunt horrida morib9
q̄ discretioni sunt grata. Et pferendū est quod sa
ne discretiōi/ nō quod morib9 placet: nisi mores
fuerint ex toto discretioni difformes. Ac per hoc
quod amicitia vera scaturit/ lucidū est ⁊ verū: si in
terdū morib9 dissipit ⁊ discretiōi delectat. Ama
ra gustui sepe noscit potio bibētiū illā: sed ratio
impat gustui/ ⁊ illā cogit bibere pro salute. Ad
discretionē spectat olfact9: ad mores refert gu-
stus. Igit quod ē simplū/ sepe horret ī morib9:
et discretioni placitum fit.

¶ De secūdo riuulo amicitie/ qui luctatio dicitur. Capitulū. XXI

Secūdus ỽo riuulus qui ab amicitie ve
na ꝓcedit/ vocat gion: cuius interp̄ta
tio est luctatio vl arena. Sed mirū q̄ ab
amicitie vena luctatio ꝓcedat: cū ipsa leticiam
et quietē gignat cordibus amicatis: ⁊ causa paci-
fici gaudij/ dolor abiectio/ cū effluxerit. Uerūta-
men si acute discutit: luctas ꝓprias imo congru
as amicitia ꝓfert. Et quāto verior est amicitia:
certiores ex euentib9 possidet luctas. Atq; semꝑ
ipe nascunt de pia suspitione dilecti: ne min9 q̄
diligat diligat: aut ne surrepat id quod dirimere
illā solet. Et pugna expedit impētermisse tenere
aduersus linguas dolosas: q̄ semināt inter frēs
⁊ propinquos atq; inter diutinos amicos sepe
discordiam. Multos ⁊ multa cōmouit tertia lin
gua: sed magnifici animi est qui nouit et potuit
linguas repugnare dolosas. Supponit em̄ ami
citiam linguā dolosā cū discordiā parat: secus
em̄ non p̄sumeret ad detrahendū ỽba formare:
nisi q̄ dilectionē solide amicitie ostēderet ad eū:
quē ab aliquo vult auertere/ aut ab ipo quēpiam
segregare. Inq̄t em̄: Amicitia firma cōmotus ⁊
tua charitate cōpulsus/ et ꝓ honore tuo sollicit9
hec tibi pandere obtētaui: ⁊ inter dulcia ỽba ve
nenosa cōmiscet. Qui ỽo ab hoc fluuio hauserit
aquā: p̄mo luctabit clādestine in seipso: deinde
aduersus dolosam linguā/ sagittas potēter recō
pungētes opponet. Dura res est ⁊ magnanimi-
tatē sonat luctari aduersus eū q̄ se dicat amicū:
⁊ ei9 zelo zelat9 loquit. Sed iclyti amici ē/ nō pre
stare auditū. Nā si amic9 est q̄ loquit: ⁊ amic9 ē
ille aduersus quē schisma depromit. Si ỽo au-
dit cōsulentē aut quomodolibet loquentē aduer
sus amicū/ nō videt amic9. Si ỽo aduersus ab-
sentē amicū loquēti faciles prebet aures: op9 fa-
ciet inimici/ acsi alter non esset amicus. Sed ex-
pedit oīno ad vtrūq; amicitie iura seruare/ ad ab
sentē siliter ⁊ p̄sentē. Hec nēpe luctatio sepe con
tingit: ⁊ luctatorē expedit fieri eum q̄ vult sacra-
mēta vere amicitie custodire. Quid ergo faciet
aīus inter has necessitudines constitut9: p̄bebit
aures loquēti/ aut fidē seruabit absenti? Non de
crimine quod idifferētiā habet/ sed ꝓuidētia lu-
ctatio muniat: vt oīa secū p̄set/ si cū ratiōe cōue
niunt aut ab ipsa dissentiunt. Et luctator proui-
dus nouerit prestare audientiam/ et dare repul-
sam: audire verbum/ et seruare aut increpare
amicum: ac in sacramentis amicitie ꝓpriū aim

custodire. Alia etiam ratione luctatio in amicitia nascitur: cũ aduersus inimicũ amici pro varijs euentib⁹ loco ⁊ tẽpore/ꝑsonã/verba/res et arma expediat quãdoqꝫ mouere: quod in tẽporalib⁹ et pure humanis amicitijs fieri sepe cõtingit: etiaꝫ in his qui non ligant vinculo rationis. Secũdũ vero christianã iusticiã colligatis: multo magis hec fieri iusticia concedit. Nã eo ipso pro amico huiusmodi iuste mouent quo iuste amicitia colligatur. Et eo iuste amici expugnat inimic⁹: quo ab ipso iniuste inpugnabat amic⁹. Nã oĩs iniusticia iuste retundit: ⁊ ex equo iure reprobat iniq̃tas: ⁊ mala facultas ꝑ aliã potẽtiã iustissime refrenatur. Nõ tñ dicimus vt hostilib⁹ armis aut cõuitijs et ṽbis infaustis amic⁹ tueat: amicum ei⁹ interpretãs inimicũ. Sed respublica iusticia sub alis ei⁹ apprime protegit ⁊ gubernat. Superflua sunt duo auxilia leso/si vnũ habet sufficiẽs: nec duo reprimẽtia cõpetũt ei / qui plene ab vno reprimit. Et iniustũ est vt vnus idem quantũcunqꝫ ꝑuersus a singularib⁹ ⁊ a publica iusticia dãna sustinuerit: ac etiã ipsi⁹ turbaret penit⁹ ordo iusticie: si vbi ponit ipsa remediũ/alius apponat antidotũ: ⁊ vbi sua virga castigat/qꝫ ali⁹ suo gladio laniet: ⁊ quod cõmunis ẽ iuris / vindicetur a ꝓprijs. Ubi aũt iusticia publica quõlibet deficit amic⁹ modis oĩb⁹ si valet iuste afflicto aut oppresso amico luctetur. Fecit hoc moyses q̃ egyptiũ iniuste opprimentẽ vnũ de filijs israel occidit/⁊ abscondit arena. Et scriptura dicit: Frater q̃ iuuat a fratre/q̃si ciuitas firma. Multi luctationes ⁊ pugnas pro amicis horribiles assumpserunt: cũ expositione ꝓprij corporis atqꝫ rerum. Hoc experiẽtia mag⁹ clamat/qꝫ dissertio scripturarũ. Per arenã vero intelligo innumerabilem quandam grauedinem siue multiplicia pondera que iubet amicitia tolerare. Et qui de hoc flumio bibit/facile tolerat omnia pro amico. Circumit iste fluuius ethiopie regionẽ: q̃ interpretat caligo vel tenebre. Uera luctatio aduersus caliginẽ ignorãtie depellẽdã/aĩo ꝓ̃pto se munit. Et cõtra tenebras pctõꝝ de iuste amicitie vena procedit lucta firmissima: vt caligo auferat de cordibus atqꝫ de moribus amicoꝝ. Pessimũ est ignorare amicitie iura et per ignorantiam sacramẽta ipsius obmittere nefas: et inter sciolos aut ignaros veritas amicitie nõ subsistit. Proinde auteꝫ expedit/aut amicitiã aut post cõtractã caligineꝫ ignorãtie ꝓcul pelli. Et vt sepe dixim⁹ amicitiã verã fieri non permittunt tenebre peccatoꝝ: aut factã diuortiãt: aduersus que velut fluuius luctatio cõtinuo luctare non desinat/vt depellat. Ut aũt alio sensu loquar: amicitia christiana nõ despicit caligatos senectute aut corpore fuscos: mẽtes approbat/non etates: corpora nõ cõsyderat/ sed virtutes: ⁊ mũdialiũ reꝝ tenebris inuolutos nõ abijcit/si diuinis charismatib⁹ fulgeãt. Sed magna est omino luctatio et vincere triumphus non modicus: hominem mundum/abiectum/despectum vndiqꝫ/foris squalentem corpore/senectute compressum/paupertate et infirmitatis tenebris obuolutum/ propter inherentẽ virtutem non abijcere: sed in animo placito oĩa reseruare. Lucta durissima est ⁊ occulta: et conatus laudabilis separare in hoĩe abiecto atqꝫ plebeio: ꝓciosum a vili/animam a corpore/virtuteꝫ ab humana caligine/christianitateꝫ a despecta humanitate/inuisam veritatẽ atqꝫ rationem a tenebris mundi: vt propter id quod refugit sensus exterioꝛ/inuisibilia bona sensus interioꝛ nõ relinquat. Iuxta hunc fluuium ethiopiam circumeuntem castrametati sunt omnes seruientes infirmis corporibus/leprosis/aridis atqꝫ cecis/ aut a quacũqꝫ infirmitate detentis: non abijcientes pauperes domo carẽtes/nudos/inedia pressos atqꝫ captiuos: subuenientes animo/corpore/compatientes propter rationalem aĩam intus latentem/ atqꝫ christianitatis participationẽ/et nature cõmunitatem. In omnibus his est aspera luctat que inter has caligines transit et tenebras: ⁊ suo cursu humectat ⁊ rigat. Hec siquidem virt⁹ animi generositas merito appellatur.

Prouer. 18. (margin, beside "dit/⁊ abscondit arena. Et scriptura dicit: Frater")

¶ Tertius amicitie riuulus/qui festinatio dicitur. Capitulum XXII

Tertius riuulus q̃ de amicitie vena ꝓcedit / tigris nominatur. Interpretat autem velocitas siue velox. Uelocitas celeritas aut festinatio aut agilitas in agendis est. Amicitia vero facit festinare ad opitulandũ amicos: vt tanta celeritate vnus alteri/necessitate vrgente subueniat: quãta sibi vellet in articulo subueniri. Amicitia vero tarda molimina nescit: procrastinare non nouit: tempus prerogare non patitur: cituolis pennis occurrit: nihil iugo pigritie subijcitur ibi: et in his solum contrabit in necessitatibus atqꝫ placitis moꝝ/cuꝫ facultas non suppetit. Uellet qui amicus est fidus tã celeriter placitum amici perficere: qꝫ percipit auditus/aut intelligit animus: et tanta velocitate parere profectibus/subuenire defectibus: vt nulla esset discretio inter placitum et effectum: nulla dilatio inter adiutorium ⁊ defectum. Aliquid quesitus prestare amicus: non dixit/expecta: sed statim obtulit si possedit: personaliter expetitus prosiliuit velociter: ⁊ sepe ad quesita processit ineptus/morã facere in aptando deuitans. Req̃situs subito non inquisiuit causam: sed plerunqꝫ festine ad periculũ accessit incaut⁹. Uelocitas libertas ẽ diligẽtis animi ⁊ ṽe amicãtis hoĩs: in cui⁹ aula nutrit amic⁹. Qui de veloci flumine bibit aquã: nihil nouit excipere aliq̃d agere inq̃situs/nisi turpe aut impertinens iusticie christiane. In turpibus ⁊ a iusticia christiana dãnatis tardus neqꝫ festinus est ꝓstandus assensus. Nã iob ꝯtra se iprecat: si festinauit in dolo pes ei⁹. Qui eñi ad turpia inq̃rit amicũ/nomẽ nõ veritatẽ habet amici. Si amicum habes: de aq̃ huius fluminis bibe: salomonisqꝫ tene sentẽtiã: Discurre: festina: suscita amicũ tuũ: que dupliciter elucescit. Festina et suscita: si quõlibet cõprimit/q̃ veraciter est amicus. Aiaꝫ eius suscita: si q̃escit i fecib⁹ peccatoꝝ: aut si fuerit collapsa. Permodicum

Job. 31 (margin, beside "ꝯtra se iprecat: si festinauit in dolo pes ei⁹. Qui")

Prouer. 6 (margin, beside "nis bibe: salomonisqꝫ tene sentẽtiã: Discurre: fe")

hac in re a pigritia detineri/periculū indicibile generat et inexplicabilem nodum. Suscita festinanter a virtute collapsum: suscita festinanter eū quē opprimit sarcina vitiorū: etiā festina suscitare corpore iam prostratum. Alio eñ sensu istorū verborū elucet sentētia: vt si te cognoueris in aliquo infausto articulo/ in vtroq̄ homine aut ī altero detineri: amicum tuum vt te suscitet/ suscita te festina: nullus eñ tibi ocyor ad leuamen/ q̄ fidus et christianus. Non eñ tardabit si abrogare poterit omne ledens: et tibi prostrato manuz porriget leuatricem. Non in oñi re amicitiā cōuenit esse velocem: sed in his remouendis q̄ mores turpant et mentem: ꝛ illis que opprimūt penaliter nostrum corp9. Ad hec omnis mora/ discrimen et iactura grauis omnis tarditas: amicus piger/ pes lapsus tempore ambulandi. Qui velociter subuenit/ erectio mortis. Ad requisita opportune tardus amicus/ frustra fiducia: festine adueniens/ stabilimentum vite: opitulandi ꝛ leuandi velocitas probauit amicū: tarditas vero latentem detexit amicitie maculam. Nihil velocius in homine/ q̄ affectus: non eñ in sua obiecta tam cito et prospere feruntur intellectus ꝛ visus/ sicut in amicum fertur affectus: qui si omnino est verus/ nihil habet preterq̄ impossibile
Eccl.1. tardū. Amnis iste ad assyrios fluit: qui facture interpretantur domino vigilantes. Facture dei sunt cuncta creata: sed domino non omnia eodem modo vigilant: q̄uis oīa sibi vigilēt. Vigilant domino cuncta insensibilia et irrationabilia nescienter: dei eñ voluntatem et ordinationem perficiunt: et non sentiunt aut ignorant quid in eis agat sublimis illa maiestas. Vigilāt domino celum et terra/ ignis/ aer et aqua. Vigilant sol et luna et cuncte stelle lucentes: ꝛ dei voluntatem in lege posita complent. Vigilant animalia/ indita in natura seruando: ꝛ cōsyderationem mentibus hominū/ et sepe aliqua corporibus coram domino corporū vsuz prestant. Sed ad has facturas velocem fluuium amicitie dicimus non decurrere. Non eñ ista recipiunt amicitiam: neq̄ cognita ratione rependunt. Facture domino vigilantes/ boni et mali spiritus sunt qui domino insopitis oculis vigilāt. In gloria boni et in pena mali perdurant/ diuinum imperium vigilanti animo facientes. Sed nec de ipis noster sermo cōtexitur. Nempe facture domino vigilantes: ad quas sermo noster dirigitur: et q̄s velocitatis defluit amnis: homines sunt in hac vita degentes: quorū aliqui coram domino bonitate/ aliqui vero vigilant prauitate. Profecto velocitas amicandi et subueniendi/ facturas scilicet homines domino vigilantes. Qui domino non vigilant/ omnia inaniter agunt: ꝛ vigilātes aliter dormiunt. Vigilare domino est ad ipsum de luce veritatis tota intentione conuerti: et ad ipsum omni fiducia erigi. Hoc eñ modo vigilabat Dauid cum esset in deserto ydumee/ dicens:
Ps.62. Deus deus meus/ ad te de luce vigilo. Vigilare dño/ ē ad ipm oī desyderio ferri. Propter quod sequit: Sitiuit in te anima mea: q̄ multipliciter tibi caro mea. Domino igit vigilat/ qui ad ipsuz de luce fidei atq̄ veritatis suspirat: ꝛ ad ipm tota intētione se tollit. Domino vigilat/ q̄ omnē aīe atq̄ corpis beatitudinē in ipso sitit habere. Domino solū vigilat/ q̄ ꝓpter ipsum segregat a mūdo: et aīe similiter ꝛ corpis solitudinē querit: ꝛ deuitat humana cōsortia: ne vigilia ꝑpediatur diuina. Hoc eñ dicebat dauid orans oratione pauperis/ dū eius aīa anxiaretur corā domino. Vigilaui ꝛ factus sum sicut passer solitarius in tecto. Quod siue dicatur penaliter siue agibilit/ idē sonat. Vigilare sid̄e expedit dño soli: solū ꝛ alienū fieri ab his q̄ ꝑstāt īpedimenta vigilie. Qui dño nō vigilat/ sibi dormit: nec dñm habet vigilē super eū. Qui dño vigilat/ suos sepe suscepit affatus: ꝛ cum domino loqui est domino vigilare. Nulla ꝓrsus locutio dignior/ q̄ cū domino loqui. Ad sapientiam vigilare cogitur qui recta gradi vult via: ꝛ q̄ sapientiam qua regimur et beatificamur/ desyderat inuenire. Scriptura eñ de sapientia dicit: Qui mane vigilant ad me/ inuenient me. Mecū eñ sunt diuitie et gloria/ ꝛ opes supbe ꝛ iusticiā. Et paulo post subditur: Btūs hō qui audit me: q̄ vigilat ad fores meas quotidie: et obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit/ inueniet vitam: ꝛ hauriet salutez a dñō. Ineffabilia et incorruptibilia sunt dona/ q̄ vigilia cōtulit. Ne vō incauto fine claudamur iecessabili vigilia op9 est/ dicēte dño: Vigilate itaq̄: q2 nescitꝭ diem neq̄ horā. Oppido cogimur dño vigilare: ne nos īparatos ei9 aduent9 īueniat. Ideo alia sñia dicit: Vigilate itaq̄: q2 nescitꝭ q̄ hora dñs vester venturus sit. Et multa excitatio ibi agit: vt seruus dño suo vigilet: cū seru9 nō vigilās reprobationē/ vigilās vō beatitudinē eternā suscipiat. Idē ali9 euāgelista dicit: Bti serui illi quos cū venerit dñs/ inuenerit vigilātes. Nescio q̄d apti9 inueniri possit ad agēdū in vtutib9 vitā et ad captandū eternā: q̄ q̄ facture rōnales dño vigilēt. Nihil rephensibile habet/ sed oēm decorem possidet talis actus: q̄ factura factori/ creatura creatori/ seruus dño/ filius patri/ discipulus magistro/ hō deo/ mortalis imortali sedula mēte inuigilent. Necubi et nemini melius/ q̄ corā ꝓprio factore factura cōsistit. Respect9 fiunt mutui ꝛ accipiunt a deo excedētia sensū: ꝛ directiōes inobliq̄biles vigilāti aīe a dño ꝓrogantur. Ac ꝑ hoc amicādi velocitas ꝛ subuentio velox/ ad facturas dño vigilantes iuste decurrit. Null9 ī amicitia est assistēdus veloci9/ q̄ q̄ vigilat oīm regi regū. Amic9 ē regi miles eidē inuigilās/ ꝛ seru9 dño. Amic9 null9 ocyor atq̄ velocior tibi occurrat/ q̄ eterni regis amic9. Et velocitatē amicitie christiane nemo aptius recipit/ q̄ q̄ christo vigilat dño dñorū. Ad neminē ꝑ quopiā expedīēti ꝛ cōgruo veloci9 ē currēdū/ q̄ ad facturā dño vigilātē: nouit eñ ista cōsulere cauti9/ ꝓpter diuinas q̄s suscepit in vigilia theorias. Ad nulli9 cōsiliū accedit tuti9/ q̄ ad ei9 qui vigilando studet sub dño. Et vellet in ꝑiculis meli9 ora

Ps.ci. Prouer.8. Mat.25. Ibidem. Luce.12.

tionibus q̄ rebus sensibilib⁹ subueniret quibus
etiā validius q̄ armis tuet̄ confugientē amicū.
Habet ꝓtinus talis vigil assistentes dn̄o ange
lorū choros in amicos. Amicant̄ enī ex eorū bo
nitate nature: ac etiam quia diligūt cui assistunt
ei quē nouerint domino vigilare. Amici vero
ex iure amici iuuant ꝛ ꝓtegūt amicū/ aliū iuuan
tem et ꝓtegentē amicū. Uide igit̄ q̄ sit pulchra
ↄcordia: vt sepedicta velocitas ad facturas cur
rat domino vigilātes. Si vero aliā interpretati
onē sequi tentabimus/ in eandē pulchritudinem
concordie redundabit. Interpretant̄ etiā assyrij
directi siue dirigētes/ dilecti siue diligentes. Di
recti quippe quoꝝ vie a domino dirigunt̄: a quo
Ps. 5. dirigi petebat dauid dicēs: Dirige in cōspectu
tuo viam meā. Uere directus est/ cuius via corā
dn̄o ꝛ a domino est directa. Directi sunt/ quos in
veritate sua dn̄s dirigit. Quod etiam psalmista
Ps. 24. petebat: Dirige me in veritate tua. Inobliqua-
bilis est veritas dei: q̄ dirigunt̄ in ipsa/ sunt om-
nino directi. Omnis profecto via tendit in obli-
quum et tenebras/ preter q̄ illa quā domin⁹ diri
git: ꝛ scpture sue aut sm̄ spēali reuelatiōe ostēdit
ꝛ oīa subiacēt falsitati: nisi q̄ veritas diuina plu
strat: q̄ vero in viā dn̄i ꝛ in ipsi⁹ vitate dirigunt̄/
Prouer. 20. directi sane vocant̄. Et in ꝓuerbijs dicit̄: A dn̄o
dirigunt̄ gressus viri: nō ab alio seu a seipso. Et
Hiere. 10 Hieremias dicit: Nō est in hoīe vita ei⁹: neq₃ est
viri vt ambulet ꝛ dirigat gressus suos. Uiri dire
ctio etiā in altissimis vtutib⁹ est: quā directionē
2. Thes. 3. ꝓ suis charis optabat apl's/ dicēs: Dn̄s aūt diri
gat corda ꝛ corpa vestra in charitate dei ꝛ patiē
tia christi. In charitate directi ꝓcedūt directe:
q₂ in supna gradiunt̄. Patiētes sūt pfecti: q₂ pa
tiētia op⁹ pfectū habet. Dirigētes aūt sunt q̄ ali
os theoria et actu dirigere in oēm iusticiā atq₃ in
supna nouerūt. Dilecti ꝛ diligētes hi vocant̄/ q̄
a dn̄o diligunt̄: ꝛ ip̄m vt traditū est sancto man-
dato/ totis virib⁹ diligūt: ꝛ a ꝓximis sm̄ vtutem
diligunt̄: ꝛ ip̄os diligūt velut seip̄os iuxta man-
datū dn̄i: ad quos fluui⁹ velox de paradiso ami-
citie iuste decurrit. Uirtus vero que ī hoc fluuio
presignat̄/ prompta libertas animi appellatur.

¶ Quart⁹ amicitie riuulus dicitur. Capitulum. XXIII

Quartus eufrates dicit̄ q̄ crescēs vl' fru-
gifer ītepͣtat̄: cui nulla regio attribuit̄
ad rigādum. Aut q₂ notā habebat sm̄
scriptores: aut vniuersalis fert̄ esse circūitus. Si
notā habebat/ hec siquidē erat regio chaldeoꝝ.
Si vero vniuersalis/ profundior est intellectus.
Sed notā dimittam⁹/ ad id quod ad circūitū si-
bi regio nō attribuit̄ intendētes: videntes pmo
quid sit tropologice iste fluuius in seipso: Omne
quod crescit supra id quod est/ facit augmentū:
et ab eo quod est in aliud quod nondū est tēdit.
Augetur aliqd/ vt sensu pcipim⁹/ quātitate cōti
nua vel discreta. Siliter ꝛ dolores in corpore et
amenitates/ ꝛ sensuales potētie intēdunt̄ ꝛ remit
tūtur. Inuisibiliter aūt affectiōes animi magis
ꝛ min⁹ q̄nq₃ suscipiūt: necnō ꝛ naturales anie vi-
res augmētū ꝓcessu etat' habēt. Uirtutes vero
sm̄ grām mēsurā donatiōis christi in ampli⁹ se-
pe ꝓcedūt. Porro ꝛ apl'i augmentū fidei quod-
dā semel a christo dn̄o petiuerūt/ dicētes: Adau-
ge nobis fidē. Fluui⁹ q̄ egredit̄ de amicitie vena
q̄ crescēs interpͣtat̄/ est rōnabile amor' augmen-
tū. Supra enī diximus/ q̄ de amicitie vena est ra-
tio diligēdi. Nūc vero id quod in amicitia crescit/
est rōnabile amoris augmētū: rōnabiliter nanq₃
addit̄ p augmentū plus amor': vbi pluris nosci
tur esse vtutis: vt si pter id quod pus in re dilige
batur amic⁹/ inualescit in hoīe virt⁹: sic ad eum
amor inualescat pamplius. Nā quod est pura ra
tio diligendi/ si crescit erit vera ratio plus aman
di. Ac per hoc amor pr̄is ad filiū crescit: sicut eū
videt p molē corpis/ etatē tēporis/ p ꝓbitatē ali-
quā animiq₃ virtutē augeri. Et dn̄s seruū/ magi
ster discipulū/ rex militē diligūt pampli⁹ ꝛ augmē
tāt amorē: si eos in suis decētijs supra pristinum
morē viderit augustatos. Nā si ad rōnabile iu-
stum ꝛ verū cuiuspiā vtutis augmētum ꝓ posse
non fieret amor vehemētior/ destrueret̄ ratio di-
ligendi: q₂ quod est ratio simplicis/ est ꝛ magis:
quod est magis/ similiter fit ꝛ maximi. Ad id tn̄
vna ꝛ inuariabilis ꝛ īuicissitudinalis fit ratio di
ligēdi ꝛ augmētabilis atq₃ indeclinabilis amor:
quod in se nulla ratiōe detrimētū suscipit vel au
gmentū. Et hoc solū de⁹ est: quē sp diligēdi ra-
tio manet simpla: ꝛ augmentādi amorē nulla est
ratio. Inptermisse atq₃ inexceptuate omniq₃ iu-
re oīmq₃ diligētiū/ sibi tot⁹ debet̄ amor. Supne
vero vtutes ꝛ angelice ptātes/ ꝛ celestis pr̄ie san
cti/ ciues īmutabiles facti sunt p grām/ nō p natu
rā: q₂ cōfirmationē a dn̄o acceperunt. Ad eos tn̄
dispariter q̄ ad deū inuariabilis est ratio diligē
di ꝛ augmētandi amorē: q̄uis vn⁹ magis q̄ ali⁹
meruerit diligi: ꝛ hic et in celesti patria honora-
ri. Hoīes vero degētes in valle miserie/ q̄ varia-
biles sunt: sicut in vtutib⁹ detrimentū suscipiūt
et augmentū: sic iure ad eos remittit̄ et intēditur
amor. Rōnalis et iusta est amoris intēsio vel re-
missio et augmētū et detrimentū: si hmōi q̄litati
bus variat̄ ratio diligendi. Succrescunt riui sub
originalis fontis augmēto: et sub suo detrimēto
decrescūt. Sic si pma variatur ratio diligēdi au-
gmentum siue detrimentū iuste suscipiēs: sic fiet
intēsio vel remissio in amore. Hec siqdem ratio
exceptionē nō patit̄: etiā si deū inuariabilē rōnez
dicimus diligēdi. Frugifer est amicitie fluuius.
Multū enī fructū affert his q̄ nouerūt christia-
nice amicari. Fructus est iocūditatis: q₂ q̄ inue-
nit amicū/ inuenit thesaurū. Iocūdat̄ enī mēs in
ueniens pciosa defossa. Nihil ꝓfecto iocūdius
in morib⁹ cōuiuendi/ q̄ similitudo diligētiū ani
marū. Gaudēt sepe homīes si vident ad eos affi
ci animalia q̄ nutriūt: auiculas q̄s ꝓprijs mani-
bus pascūt: in q̄b⁹ oīno est dissimilitudo natu-
re. Nec aiorꝝ pōt similitudo cognosci/ vbi altera
pars humana rōe puat̄. Quāto magis human⁹
spūs exultat/ si speculū sui habet. Hui⁹ iocūdita
tis fructū fluuius iste portat: etiā de his quorum

nulla fuit visiua noticia neqꝫ mutua cõuersatio.
Multoꝝ em̄ memoria vsqꝫ i p̄sens ꝟtutib⁹ pol-
let in sulcatis characterib⁹ aut relatiõibus anti
quoꝝ: q̄b⁹ amicat aĩus audiẽs si fuerit virtutis
amicus: ⁊ exultat in his q̄ dicta sunt sibi: qm̄ di-
gna sunt vt tradant amori: siue aboliti sint a vi-
ta: siue locoꝝ spacia diuidãt ꝟtute fulgẽtes. Eo
rũ aũt cũ q̄b⁹ lingue diuersitas cõuersari non si-
nit / fructũ iocũditatis accipimus si quõlibet co-
gnouerimus ꝟtute clarescere: atqꝫ letabit aĩus
in eoꝝ aspectu / etiã si moꝝ nulla ꝑticipatio fiat.
Amicat natura humana et ordinat᷑ et pulchris
⁊ his q̄ aliqua insignitate resplendẽt: ⁊ si rõne sen
suqꝫ careãt: decẽti⁹ aũt his q̄ lumine ratiõis insi-
gniti ꝓcedũt: ꝑamplius aũt si coruscãt ꝟtutib⁹
christianis: q2 ad hos etiam siue cõuersatiõe ab
ĩpossibilitate ꝓhibita / siue aduersitate lingue ne-
gata / fieri amicum christiana iusticia iubet / ⁊ fru
ctum iocũditatis reportare de rectis. Qui em̄ de
om̄i laudabili ⁊ ꝟtuoso bono nõ gaudet: nõ reci
piatur ĩ amicitia christiana / nõ ꝫm christianã iu
sticiã fieri: q2 decept⁹ ẽ. Nõ vsuz hoim ĩ exterio-
ri sensu / sed ꝟtutẽ inq̄rit christian⁹ amic⁹. Ube-
riorẽ ꝟo ꝓfert fructũ vene benedicte atqꝫ aman
tissime fluui⁹: vt q̄ de seip̄o sitiẽtẽ ĩpleuerit aĩam
cursu terminato vite p̄sentis / celestia regna susci
piat: celestiũ ciuiũ ĩ superñ fact⁹ fruitiuus amic⁹.
Hui⁹ fluuij typo eq̄tas designat: q̄ oĩb⁹ est seruã
da: q̄ amorẽ augmẽtat ⁊ minuit / sicut ip̄e vocat.
Et fructũ affert p̄sentis vite pariter ⁊ future: cui
nulla specialis tribuitur regio ad rigãdũ: q2 ip̄a
A Tempore diluuij vsqz ad diuisionem lingue similiter et terre anni credũtur sexcenti viginti sex quorum trecẽti quinquaginta anni p iusto mũdi dñio spectauerunt ad noe: qui tantũ diluuio superuixit: quo mortuo/reliquũ tempus vagũ in quo aliqd dignũ memoria virtutis et vitij factũ a nullo refertur: nõ tamen quin in illo tẽpore fuerint scriptura sacra pdente/vnius dei cultores similiter et contẽptores. Ab initio quippe mundi vsqzquo resoluat/ bonorũ erit mixtio cũ iniqs: nec aliud sentiendũ/etiã si omnis scriptura tacuerit. Prima vero peracta distinctione populi dei per lingue diuisionẽ: in qua populus humanã et primã linguã retinẽs creditus est deo gratus: omnis autẽ alius populus in nouitate lingue tanqz reprobus est punitus: vsqz ad abraam aliã distinctionem factã non legimus: quis multiplicatis cum idolatria in populis/ populũ vnũ verum et summũ deum colentẽ passim omnino credam9. Est eni persecutio magna absqz flagris et ferro: cũ quis cogitur intueri quod nõ est licitũ imitari: et cõpellit audire quod nefas est facere: et cõuersari cũ eis qui quotidie mala peragũt digna
Gen.xi. penis. Quia psecutione permotus thare pater abraam: cũ oi progenie sua dimisit terrã natiuitatis sue/scz chaldeã. Nam quia vnũ deũ colebat/aut vexabat angustijs ab idolatris: aut ipse idolatriam videre nõ poterat. Et cogebat eum ratio diuine iusticie/ac etiã omnẽ hominẽ pie viuere volentẽ: a dissimiliter viuẽtibus maxime a cultoribus idolorum/et a cogẽtibus ad inhonestũ siue nefidiũ suadentib9/omnino recedere. Abra
Gen.xii. am vero adhuc viuente patre/a deo pceptũ egressionis a terra natiuitatis et cognitionis accepit qz cogebat idolatrare per ignem: quis alia causa posterioris egressionis subesset: pro eo qz futurus ad magna et ardua parabat. Claretqz per aliorũ relata veridica: qz diuino iussu recesserit abraam a dissimiliter viuẽtibus: factus cũ gente sua domino grataanter acceptus: et omnis ali
Judith.v. us populus reprobat9. Nam vt legitur in libro Judith cũ ab holoferne dux ammonitarũ achior de dei populo quererer: ab hoc quẽ dicimus abraam/et ab eius tẽpore cepit ordinẽ narrare/ dicens: Si digneris audire dñe mi/ dicã veritatem in cõspectu tuo de populo isto qui in mõtanis habitat: et nõ egredietur verbum de ore meo falsum. Populus iste ex pgenie chaldeorũ est. Hic primum in mesopotamia habitauit: quoniã noluerunt sequi deos patrum suorum: qui erant in terra chaldeorum. Deserẽtes itaqz cerimonias patrum suorum que in multitudine deorũ erant: vnũ deum celi coluerũt. Et precepit eis vt exirent inde et habitarent in tharram. Denoiat iste hunc populũ non a prima origine/sicut per rectã genealogiam trãsductus est ab adam vsqz ad noe et a noe vsqz ad diuisionem lingue: sed ab illa diuisione in qua etiã diuisa est terra: et heber cum generatione duntaxat phalech filij sui: quando quidem non in omi generatione prima lingua remansit: a nemroth et ab alijs generationibus separatus/in chaldeorum terrã seu mesopotamiã ipse secessit. In qua recta successione abraã nascitur ex thare: qui eorem recedendo ab his qui Gen.xi.
nõ sunt populus dei/construit populus dei. Et magna oritur fama noi eius cum deũ nõ relinquit qui terram reliquit. Recedere ab improbis vestigium est virtutis: et nominari digne meruit qui hoc fecit. Ecce iterũ per alloquium diuinũ distinguitur populus dei a nõ populo dei. Loquitur dñs abrae/ quẽ cephas volebat pficere ma- Gen.xii.
gne gẽtis: vt tale alloquium magnũ secretionis sit signũ qz in hoc et gente sua sit deo accepta iusticia: in reliquis vero iniusticia/dei reuerentia derelicta. Et est inconuincibile argumẽtum/qz ab impijs segregat hominẽ pium. Nunqz eni in hac vita nisi respectu deserende iniquitatis aut maioris inserende virtutis/deum legimus talia diuortia pcepisse. Iniquitatẽ/non aliquã iusticiã in illa gente deus esse prospexerat: a qua fidelem suũ abraam tanto studio segregabat: quẽ poti9 volebat in mũdo fieri peregrinum/qz certam patriam incolere cũ iniquis. Proinde audaci voce holoferni loquit achior: quoniã noluerũt se- Judith.v.
qui deos patrũ suorum. Unde colligitur etiã generationẽ heber qz qz non totã/tractu temporis se ad colenda idola ptulisse: vt vno deo relicto/deos multos ritu nephario adorarẽt: quos deum vnũ colentes colere noluerunt: ac illorum colentiũ cerimonias abhorrẽtes/diuortiati ab eis in partẽ aliã secesserũt: et coluerunt deũ celi. Deus celi apud hebreos tantũmõ creator oim intelligit: apud alias nationes deus celi quasi deus altissimus habebat. Nam alie nationes pter hebreã quis vnũ summũ deũ crederent: non tamẽ fide nouerant creatorẽ. Semp eni a pfusione lingue mẽtes excessit terrena sapientiũ/ex nihilo fieri creationẽ primã omniũ rerũ. Idcirco in oibus gentib9/linguis/populis et nationibus qz diu firma mansit noticia siue firma credulitas creditoris/nunqz delatũ est dijs. Qua descẽdẽte aut tremula manẽte in cordib9 holm cultus affuit idolorum: quẽ thare pater abraã/et ipse abraam nõdũ prole letatus a deo iussus deseruit. Quod etiam stephanus vt in actib9 legit in consilio respon-

Actuū.7. dēs disseruit: Viri patres ꝛ fratres audite: Deus glorie apparuit patri nostro abraam cū esset in mesopotamia/priusꝗ moraref in charram: ꝛ dixit ad illum: Exi de terra tua ꝛ de cognatione tua: ꝛ veni in terrā quā monstrauero tibi. Tunc exijt de terra chaldeorū ꝛ habitauit in charrā. Et inde postꝗ mortuus est pater eius: trāstulit illū in terrā istam in qua vos habitatis. Hec idcirco memorando decreuim⁹ vt sciamus in gentibus verā non esse iusticiā morum atꝙ regiminis: a quib⁹ deus separabat alo ꝛ corpore quos elegit. Electio ꝛ reprobatio iusticie ꝛ iniusticie vera sunt signa: vt intelligaf iusticia i electis: in reprobis ꝟo iniusticia relinquaf. Magna proxinus sunt testimonia scripturarū: ꝙ ꝓpter idolatriam sit popul⁹ reprobatus: a quo fidelis vnius dei cultor extitit diuino oraculo segregatus. Ac per hoc neꝙ intentione/neꝙ in morib⁹ noscitur vera iusticia: si accept⁹ deo ab ipso segregatur in voce: implacit⁹ vero terendo relinquif. Non legim⁹ sepe deū habuisse colloquia cū iniquis/excepto cain quē solebat corripere: cū suis electis ꝟo ad dirigendū eos in viam rectam/frequenter allocutū cognouimus. Proinde in his quos dixerit ꝓ obseruatione iusticie/suum erat placitū voluntatis: in his quos allocutus nō est illis tēporib⁹ erat implacitū: ꝙꝗ post illas primas eruditiones patriarchaꝝ atꝙ prophetarū non semꝑ fuerit locutus electis: ne sequeref dānata cōclusio: ꝙ cui deus nō loqueretur/electus esse nō posset.

¶ Q₂ ex allocutione diuina et circūcisione apposita comprehenditur in abraam et sibi applicitis vera fuisse iusticia: i alijs vero regnis iniusticia reprobata. Ca. XXXVIII

Eꝛ posteris autē placuit oīpotenti speciali charactere populū suū a ceteris insignire: videlicet circūcisionis sacramento: vt sic data penit⁹ circūcisio agnoscaf: vt omnis masculus circūcideref de semine Abrae: vt sic characterizetur dei populus: ac etiā quicūꝙ nō fuerit de semine abrae nat⁹/si voluisset in fide hebraica circūcidi/reputaref acsi esset de populo sctō dei solo: in quo directione diuina seruabaf vera iusticia: in alijs popul' ꝛ regnis vni⁹ dei vera iusticia derelicta. Porro iā erat regnū babylonis initiatū a nemroth: regnū assyriorū inchoatū ab assur: regnū sachorū inchoatum a ragau: regnū egypti initiatū a saruth: ꝛ alia plura regna ꝗ numerare ꝓlixitatē ꝑter vtilitatē generaret. Maxime ꝟo tpe abrae tria regna in orbe ꝑcellebant: assyrioꝝ in asia/egyptioꝝ in africa/sycionioꝝ i europa: in quib⁹ vero nulla vera iusticia. Nam si dño placitū fuesset in eis: allocutus aliquē illoꝝ regnoꝝ principē vel plebeiū fuisset: ꝛ dixisset in omnē veritatez: sicut abrae locutus est quē dilexit atꝙ dixit: ꝛ tanto circūcisionis sacramēto ipsum cū oī domo sua distinxit a ceteris: cui etiaz suos angelos in mysterio magno dixit: cui etiā futura mysteria reuelauit. Nunꝗ ꝟo hoib⁹ alioꝝ regnoꝝ deū legimus allocutū nec angelos dixisse: sed deceptiōes ꝛ multa peruersa ꝯdenda figmēta/ demones pessimos in idolis ꝛ alijs modis deceptorijs iuste ꝑmittente dño accessisse. Bella siquidez ꝗ iniuste alijs intulerunt illoꝝ regnoꝝ arguūt prauitatē: successiones improbe dicūt improbitatē. Nā si bona erāt illa regna: cur idola coluerūt? Cur in iusta bella finitimis intulerūt? Cur de illoꝝ aliquib⁹ hoibus nō est locut⁹? Cur aliqua mādata nō dedit? Cur angelos nō dixit aut hoīes nō ꝯuenerunt cū illis: a quib⁹ illa mala facta nō fuerūt: ꝛ in quib⁹ diuina bona ꝛ oracula oīno mōstrata fuerūt? Ac per hoc ab eo ꝓtinus tpe quo thare recessit a cultoribus idoloꝝ: ꝛ ab eo tpe quo abrae locut⁹ est vsꝙ dūtaxat abraam: in nullis regnis ꝛ gentibus legim⁹ verā iusticiā: magis ꝟo nequitiā ꝛ seuiciā reperimus. Sed deus occulto iudicio illa regna tolerauit/ augmētari permisit: nō ꝓprijs meritis/ sed vt dei patientia mōstraref in eis: qui aliqd ad vniuersi pulchritudinē facit ex eis. Abraam aūt si aliqua gessit nō est condēnandus iniustus: qꝛ hominū iniusticiā et violentiā improbā ꝓpulsauit: atꝙ defensauit ꝓtinus innocentes: vt velut ad reipublice statū atꝙ tutelā secura esset innocētia/ improboꝝ coercita malitia. Necnō congruū erat vt alioꝝ violentus ereptor/ per aliorū violentiā iustissime artaref. Nec iniustus aut mal⁹ ipse iudicandus est: acsi merito non esset caput sue gentis/ qꝛ pellicem habuit: quā sibi sua legitima vxor supposuit: qua non est vsus ardore libidinis/ sed desyderio ꝓlis: satisfaciens vxori/ nō lasciuie pruriēti. Nec ex hoc ipse peccauit illo in tpe quod ꝓhibitū est mosaica lege tradente. Nec iacob quē cum plurib⁹ legimus corpus sociasse: nō libidine adustum/ sed varia prole letatū:

¶ In quib⁹ fuit iusticia vel nō a mortuo abraam vsꝗ ad moysen. Capitulum XXXIX

Viuente ipso abraā regna plura sunt exorta: ipsoꝙ mortuo viuētib⁹ filijs ꝛ nepotib⁹ pluriora: dateꝙ fuissēt a phoroneo leges in grecia: ꝗ quandā humanā iusticiā innuebāt: nō tñ quib⁹ vera bona fierēt/ sed que mala horrida in morib⁹ hoīm ꝓhiberēt. Tamē grataz deo iusticiā in illorū moribus hoīm non inuenimus vsꝙ ad moysen: qꝛ nō illis/ sed istis locutus est dñs. Nam isaac diuinū accepit oraculum: rebecca corpore belluz gerēs in geminis diuinū responsum: ꝙ due gentes erant in vtero suo: in quaꝝ vna bñplacitū dei futurū ex iusticia in alia vita nequā dei iusticia nō retenta. Iacob similiter visiōes altissimas habuit: ꝛ diuina suscepit oracula vt ꝗliter diuinū placitū ageret/ nō erraret. Vendit⁹ in egypto fili⁹ ei⁹ interꝑtandi somnia ꝛ visiones gratiā accepit a dño: ꝛ ab homine dux ꝛ gubernator egypti cōstitut⁹ est: ita vt saluator ex diuina sibi cōcessa ꝓuidentia merito vocaref. Tandē inualescēte fame pater ei⁹ in egyptū cum omni sobole sua descēdere come

Margin notes: Gen.17. — Gen.25. — Gen.28. — Gen.37. — Gen.46.

pulsus est. Esau vero frater ei⁹/ q̄uis de circūci-
sione fuisset: a vero dei cultu discedere visus est
⁊ eo fact⁹ est iniust⁹/ quo ab eo ⁊ suis seq̄cib⁹ di-
uininus intermissus est cult⁹. Patru⁹ etiā su⁹ cir-
cūcisus fact⁹ est vanus: et sup ppl̄m magnū etiā
dei iusticiā atq̧ culturā cū suis cōplicib⁹ dereli-
querat. Et restringebat modico numero ppl̄s
deū colēs/ et verā iusticiā seruās: ⁊ deū ve⁊ ppl̄i
derelinquētes/ derelicti a dn̄o videbant: vt i oi-
bus his popul̄ patriarcha nō esset neq̧ ppheta
q̄ diuina verba susciperet: neq̧ gēs sup quā fie-
ret sermo dei: sola dūtaxat excepta generatiōe
iacob: hoc diuina scriptura tradēte: q̄ multipli-
cata i egypto ⁊ post mortē Joseph ab egyptijs
oppressa/ vehemēter i alijs ppl̄is origina[l] iusti-
cia cōfundebat: nec fiebāt alloquia diuina/ ne-
q̧ directōes i malis deuitādis/ atq̧ i actiōē vtu-
Job. 1. tū. Solū iob legim⁹ vera iusticia pditū i alijs na-
tionib⁹ incircūcisis. Si vero in sua natione aut
alijs sil̄es aliqñ fuerūt: scriptura sacra nō expli-
cat: q̄uis esse potuisse ipossibilitas nō excludit
Alloquia diuina si facta fuissent i alijs popul̄:
ex aliq̄bus innotuisset relatiōib⁹ siue scripturis
Sed ideo nō innotuerūt/ q: nec facta fuerūt: sed
tm̄ i illo ppl̄o circūciso/ ex quo debebat s̄m car-
nē oriri vnigenitus dei fili⁹: cui cōiūgēdus erat
populus a peccatis omnibus circūcisus. Et si-
cut in libris antiq̄tatū mūdi legit: multa sūt ex-
orta regna ritusq̧ viuēdi/ eo tpe quo dei popu-
lus i egypto tenebat: ⁊ nisi hūc/ nullū aliū noui-
mus dei ppl̄m appellatū. Proinde suadet ra-
tio vera/ ibi iusticiā esse nō credere vbi nō est ti-
tulus aut effect⁹ ppl̄i dei: ⁊ ibi esse noscit vere
iusticie ratio/ vbi ppl̄i dei ab ipo deo indicit ap-
pellatio. Nō em̄ absq̧ occultis meritis atq̧ de-
meritis: cū de⁹ acceptor psonarū nō sit neq̧ po-
pulorū: iste appellat⁹ est ppl̄s dei/ ceteris repro-
batis: in quibus lumē ⁊ actio vere iusticie nō il-
luxit. Et mirū q̄in vna eadēq̧ regione sub vno
principe habitabat populus dei/ ⁊ nō ppl̄s dei:
a quo tandē deus populū suū propter iusticiā
quā in terra peregrinus seruabat/ exemit: quem
propter iniusticiā diu ppl̄s vitiatus oppressit.

Quo iure fuit dominium equum a moyse vsq̧ ad saul in populo dei/ et non alibi. Capitulum XL

Tempore quo populus ab egyptijs in-
debite premebat: quedā dei prouiden-
Exo. 2 tia pseruatū a iussa morte puerorū he-
breorū/ noie Moysen: q: de aq̄s sum-
ptū: tūc per figurā ex egypto i rubo de⁹ allocu-
tus est: vt educeret oēm illū ppl̄m ex egypto/ in
terrā quā eis daturus erat: nō tm̄ ppter eorū iu-
sticias/ q̄ntū ppter iniusticiā opprimētiū/ ⁊ iniq̄-
tatē terrā quā pmiserat possidētiū. Quod ⁊ fa-
ctū est i multis pdigijs atq̧ signis. Quo quidē
tpe facta ē maior distictio ppl̄i dei/ ⁊ data forma
viuēdi aptior/ q̄ retroactis tpib⁹ facta fuerit aut
psumēda fuerit fieri in futuris. Illa dūtaxat ex-
cepta/ q̄ p mediatorē dei et hoim facta est: quā
nulla pcessit potior: nulla ē futura posterior. In

q̄ nō solū ille rudis populus ab alijs est dictus ⁊
assumptus in dei ppl̄m peculiarē: sed oib⁹ alijs
populis est prerogata norma viuēdi: vt si sicut
moyses a dn̄o susceperat/ viuere vellēt: essent le-
gitim⁹ ⁊ peculiaris ppl̄s dei. Hec siq̄dē distin-
ctio fuit p legē/ quā q̄nq̄gesimo die quo egressi Exo. 19.
fuerāt ex egypto: moyses vocat⁹ a deo in sinai
mōte suscepit: in q̄ precepta decē tante autorita-
tis atq̧ firmitatis ⁊ immutabilitatis apposuit: vt
q̄cūq̧ alo cōtumaci rōnis capax seruare cōtem-
pserit/ damnaret: omni spe redēptionis adem-
pta: et dum viueret/ a dei populo fieret anathe-
ma: si q̄s illa inuiolata seruaret/ esset absq̧ du-
bio de populo dei futurus suo tēpore in gloria
summi regni. Nō inuenim⁹/ neq̧ in credulitatē
veniat q̄ alia lex fuerit data i alijs ppl̄is ⁊ nati-
onib⁹ mūdi/ pter istā quā p vniuerso mūdo non
tm̄ p illo populo dedit dn̄s moysi: sed iste ppl̄s
accepit merito paterni/ qui fidē et vni⁹ dei cul-
tū seruauerūt: et iste ppl̄s paternis dictis credē-
do seruauit. Proinde indubitata fide tenendū
est/ lege a deo pmulgata non esse de ppl̄o iusto
dei/ non custodita fide atq̧ moribus legis dei:
nec esse posse alibi rationē vere iusticie/ pter q̄ i
diuina lege. Lex em̄ dei explicat volūtatē: ⁊ in-
sinuat q̄liter est in alo/ vita moribusq̧ viuēdū:
Lex dei imaculata est: irreprehensibil̄ est: cōuer- Psal. 18.
tēs alas hoim ad vnius dei fidē ⁊ cultū: ⁊ quali-
ter viuat in regula irreprehensibiliū morū. Lex
dei est illa iusticia qua homines recto placito
fiunt ad deum: et inter seipsos sine querela irre-
prehēsibiliter cōuersant. Ac p hoc dei volūtate
manifesta p legē/ ⁊ iusticia p eādē innotuit. Ni-
hil eni iustius volūtate dei: que ad hoc p legem
dei eluxit/ ⁊ hominib⁹ claruit: vt ad id ad quod
facti sunt veherent. Nec aūt querēdū cur sic vo-
luit hoies viuere: sed hoc p veritate habēdū: q̄
ideo legē iustā humano generi posuit/ ⁊ i moy-
se renouauit: ne hoies p humana ⁊ corruptibi-
lia defluētes/ auerterent a creatore: q̄ eos ad se-
ipsū vt beatificaret/ creauerat: ⁊ ne puerterētur
ad pessimū hostē/ q̄ totū humanū gen⁹ i paradi-
so et protoplasto deceperat. Amor etern⁹ fuit
q̄ de⁹ iusticie legē hominib⁹ posuit. Silr̄ inter-
nis questionib⁹ non angustet: cur ad oēs hoies
ista lex iusticie nō puenit: quoniā lex diuina est
in hominū electione anteq̄ capiat/ nō i necessi-
tate dantis siue recipiētis: cū vero fuerit volūta-
te suscepta/ vere fit necessitas obseruātis: nō tm̄
seruatā sequit iusticia puniētis. Fuit dei ppriū
illā dare: hoim vero fuit illā suscipere: neq̧ da-
ta fuit in cōclaui aut in occulto: sed in monte/ in
igne/ coruscationib⁹ ⁊ terremotibus atq̧ toni-
truo. Nec ppl̄s mundo ignot⁹ illā accepit nec
numerositate paru⁹: sz ppl̄s notus mūdo decla-
ratus a deo in magnis signis atq̧ portētis/ in
miro transitu rubri maris/ in columna ignis et
nubis: vt etiā in eorū trāsitu p desertū omnes fi-
nitimi terrerent. Et quāta moysi/ ⁊ i manu io-
sue ⁊ iudicū tpe deus huic et p isto populo fece-
rit: melius sacer text⁹ eloquit. Paru⁹ numero

nec dici poterat/ q̄ in sexcentis sex miliū hominū
absq̧ pueris ⁊ mulieribꝰ egressus fuerat de egy
pto. Et quāq̄ tota illa multitudo mortua fuerit
in deserto: in eodem ex nouiter natis factꝰ est nu-
merosior. Proinde alie nationes q̄ illā iusticie
legē in illa ꝑma datione nō acceperūt/ si voluis-
sent potuissent accepisse in posterꝫ. Maxime dū
ille ppl's expulsis a deo exosis/ firmatꝰ est in hie-
rusalē: ⁊ samaria vsus est: ⁊ habuit reges sicut ce
tere nationes. Et illud famosissimū templū ⁊ sa-
pientia cōditoris eius ad sui visionē homīes de
vniuersi mūdi partibꝰ aduocauit: ⁊ ꝓphete hu-
ius populi habiti sunt veraces: poete aliorꝫ inuē
ti sunt vsq̧quaq̧ mēdaces. Sed voluerūt hoīes
vt nati erāt gētiliter viuere cū modicis legibus
hūaniter factis/ iusticia dei ꝯtēpta: quā si cepis-
sent: aut ī moribꝰ ⁊ vita iusti fuissēt: aut dūtaxat
cognitiōe atq̧ scriptura dei iusticiaꝫ tenuissent.
Nō illā dico iusticiā q̄ porte patefacte sunt celi
q̄ ī mediatoris dei ⁊ hoīm edicto tm̄ vulganda
seruabat: q̄ ab illa prima ⁊ originali q̄ fuit ante
peccatū in parētibus primis: nunq̄ post pecca
tū fuit vsq̧ ad christū in nascētibꝰ ⁊ viuentibus
ceteris: qm̄ illa originalis iusticia custodita/ si-
cut iusticia mediatoris tradita ꝑ euāgeliū/ sup
nū patefecisset regnū. Nā que iusticia esse potu
it/ qn̄ ꝓ legibꝰ tenebant volūtates maiorꝫ: qui a
veritate discisi/ ⁊ turpia ⁊ nefāda imperabant?
Qui et si aliq̄d ꝓ moribꝰ et subiectorꝫ pace sanxe
rūt: nō tn̄ respectu illiꝰ boni finis/ ad quē debꝫ eē
intētio oīm in hac vita nascētiū: neq̧ cōdiderūt
leges tꝑales sub moderamine legis eterne/ sed
libera volūtate. Erāt īmutabiles leges persarū
atq̧ medorꝫ: sed nihil ꝓuidebāt eternū: nec oīe
tꝑale decernebāt honestū: sꝫ ī pluribꝰ impinge
bāt ī naturalē legē: et honestatē morū ī pluribꝰ
perturbabāt. Cōdidit leges primꝰ ī grecia Fo-
roneꝰ: ⁊ ordinauit publicas vētilatiōes causarꝫ.
Sed nec in eis detulit oīpotēti deo: nec suis le
gibꝰ finē iustuꝫ apposuit. Ex fine ꝑfecto multa
iusta siue iniusta iudicant. Dedit legē altissimꝰ
vniuersi dn̄s ⁊ creator. Cur ante ipsā leges con
ditē nō cesserūt in ipsā? Cur posteri conditores
nō tenuerūt illā? Sed vnaq̄q̧ gēs voluit suo ar
bitratu gaudere: ⁊ mūdi principes et tyrāni vo
luerūt imꝑare subiectis: nō ſm legē dei/ sed ſm
arbitriū ꝓprie volūtatis. Vn̄ igit equū ius do-
minādi/ nisi ex vera iusticia legis diuine? Equi-
tas dominādi esse nō potuit/ in quibꝰ iusticia le-
gis naturalis nō fuit/ quousq̧ lex scripta mūdo
inclaruit. Ab eo aūt tꝑe quo ab hoībꝰ est lex scri
pta suscepta: eq̄tas dominādi esse nō potuit in
aliȷ̄s natiōibꝰ/ dei lege cōtēpta. Ac ꝑ hoc postq̄
lex scripta mūdo innotuit: et moyses cū populo
mādata suscepit: ꝑterq̄ in ipso/ ipso viuēte peni
tus equitas dominādi nō fuit. Ipse siquidē cō
stitutꝰ a deo dux populi sui peculiaris in manu
eius facta est dispositio legis: cui iosue a deo ꝓ
ordinatꝰ/ ⁊ a moyse intronisatꝰ ī diuio iure suc
cessit: post quē secuta est in ppl'o dei iudicialis
autoritas eo iure dn̄andi quo seq̄bant legē dei.

Tādē ille ppl's voluit regē sicut cetere natiōes: 1. Reg. 8.
quē ꝑ volūtatē dei accepit ī vnctiōibꝰ Samuel.
In aliȷ̄s vō natiōibꝰ nūq̄ a deo reges legimꝰ da
tos/ sed in sua dispēsatione ꝑmissos. Leges sibi
datas nō legimus: sed ipso permittente plures
factas ab hominibus in historiȷ̄s lectitamus.

Quod deꝰ primū regē populo suo primo dissuadēs ne vellet/ dedit.

Capitulum XLI

Ab omī creatore omīpotēte deo rege
sup suo ppl'o cōstituto: inclaruit ipsuꝫ
esse legitimū regē/ quē deꝰ cū sua lege
constituit: non illos quos ipsa tyrannis aut ho-
minū multorꝫ volūtas instituit: maxime q2 tali-
ter institutis lex diuina nō astitit: cum sepe pos
sint reges ab hoībꝰ institui: absq̧ q̄ deus desu-
per faciat manifesta voluntate decerni. Qui eo
ipso veri sunt reges: naꝫ leges inducūt in hoībꝰ
mores: peragunt aūt moribꝰ leges: quarū actio
reciproca et relata/ eq̄tatē ponit ī mysterio do-
minādi: et ꝓstat imaculatā securitatē in officio
exequendi. Sed cū suus ppl's petisset regē: dn̄s
per samuelē penitus dissuasit/ ꝓcauere cupiens
quod euenit. Sed cū insisteret ppl's: regē cū iu
re dominādi cōcessit. Et q̄q̄ primus rex in po
pulo suo demerito extiterit reprobatꝰ a deo: tn̄
institutꝰ est iustus. Sed ob hoc nolebat dn̄s po
pulo suo dare regē: volens vere regere in manu
sacerdotū et prophetarū: quibꝰ vt bene regerēt
vt Moysi prestabat et prestauisset alloquium.
Reges cū culmē potētie attigisse cognoscunt:
ipsū omniū cōditorē sepe contemnūt: nec refer-
tur gratia cōditori: sed pretermittūt positā legē
et sequūtur improbā voluntatē. Et deū sepe de-
serūt/ vt ipsi a dn̄o deserātur: quod factū est in
Saul. Magna prius erat benignitas creatoris
q̄ ipse volebat populū suū regere in dispositio-
ne date moysi legis: et in suis alloquiȷ̄s et dire-
ctionibus atq̧ reuelationibus adhibendis.

Quod quales debeant esse reges moysen ante instruxit. Ca. XLII

Sed ꝓuiderat deus regē suū populū peti
turū. Quāobrē qualis deberet esse q̄ re-
geret/ moysen docuit. Vt exinde regibꝰ
omībus atq̧ principibus daret iusta forma vi-
uēdi atq̧ regēdi: vt vera esset eq̄tas dominandi:
al's iusta nō esset potestas seu ratio imperandi.
Dixit quoq̧ moyses populo: ꝓut ipē accepit a
deo: Cū ingressus fueris terrā quā dn̄s deus tu Deut. 17.
us dabit tibi: et possederis eā habitaturꝰ in illa/
et dixeris: Constituā super me regē: sicut habēt
oēs per circūitū nationes: eū cōstitues quē do-
minus deus elegerit de numero fratrū tuoruꝫ.
Nō poteris alterius gētis hoīem regē facere/
qui nō sit frater tuus. Cūq̧ fuerit cōstitutꝰ: nō
reducet populū in egyptū eq̄tatis numero sub-
leuatus: ꝑsertim cū dn̄s preceperit vobis/ vt ne
quāq̄ amplius per eandē viā reuertamini. Nō
habebit mulieres plurimas/ q̄ alliciant animū
eius: neq̧ argēti et auri immēsa pōdera. Post-
q̄ autem sederit in solio regni sui; describit sibi

deuteronomiũ legis huius in volumine: accipi
ens exẽplar a sacerdotibus leuitice tribus: ⁊ ha-
bebit secuz: legetq; illud oĩbus dieb⁹ vite sue: vt
discat timere dñm deũ suuz: ⁊ custodire verba ⁊
cerimonias eius/q̃ in lege p̃cepta sunt: nec eleue
tur cor eius in supbiã sup fratres suos: neq; de-
clinet in partẽ dexterã vel sinistram. Ecce quale
decretũ omnipotẽs regibus posuit: ⁊ quales esse
voluit q̇ gubernant. Sed huiuscemodi in nullo
alio populo legimus: neq; simile in manu cuius
piam ꝓphetarũ: vnde rationẽ dñandi ⁊ recte vi
uendi iusticiã possimus aduertere.

¶ Quibus probatur documẽtis/ veram regendi iusticiam gentibus defuisse. Capitulum XLIII

Quis enĩ veri ⁊ iusti regiminis apud gẽ-
tiũ reges imperandi ⁊ obsequendi or-
do esse potuit: vbi reges aut facti sunt
angarijs/non virtute: fraude/ non lege: violenta
potentia/non rationabili electiõe humana: qui
adorauerũt omnem celi militiam in excelsis: ho
norem vero non tribuerunt omnipotenti deo?
In qua gẽte vncti sunt decreto dñi reges a san
ctis viris atq; ꝓphetis: p̃terq̃ in populo subdi-
1.Reg.10. to p̃ceptis diuinis? Nam p̃mus rex a dño ꝯstitu
tus/vnctus est a Samuele: secũdus q̇ dauid/vn
1.Reg.16. ctus fuit ab eodẽ. Nec q̇dem autoritate Samue
lis/nec ꝯstitutione illius gentis/sed mãdato do-
mini sic desuper decernentis. Uncti fuerunt eti-
am deinceps in populo dei reges: ⁊ quanq̃ om-
nia in figura ꝯtigissent illis: nihilominus tamen
illo in tempe in eis vera erat ratio ꝯcessa iusti do
minij atq; regiminis. Quomõ verũ dominiũ in-
ter gentes q̇ ignorabãt deũ? Quomodo habeba
tur vera ratio dominãdi/⁊ vera iusticia inter gẽ
tes: a q̇bus suũ peculiarem populũ cauere voluit
ne opera eoꝝ ꝯuersando discerent: ⁊ si aliquãdo
mixti sunt cum eis/eoꝝ damnata opera ꝯdiscen-
tes/ilico sunt puniti? Et si a lege data tanto erro
re discesserũt/cõtinuo traditi sunt ad puniendũ
in manibus exteroꝝ. Quanta diligentia omni-
potens studuit p̃cauere/cum populus suus tra-
dendus esset sub iugo gẽtilice seruitutis: ne sub-
acti etiam eoꝝ opera sequerent: cum q̇bus voluit
suos adesse ꝓphetas/a quibus quotidie mone-
rent. Quãta claritate verboꝝ Hieremias incus-
sit transmigratis: ne timerent gẽtes/sub quibus
captiui tenebant/ne desererent legem dei/vt gẽ
tium idola non sequerent: declarans que sunt il
la/⁊ illos in omnibus aspernatus: quicũq; sacrũ
textũ legendo intellexerit/ista cognouit. Et si po
pulus dei sibi sua lege ⁊ certo cultu ligatus/in
regibus sepe deliquit atq; subiectis: vt etiã tur-
piter ⁊ ꝓbrosa morte in Sedechia rege ipoꝝ re-
gnũ finiret: nõ fuit culpa iuste dei legis/sz deme-
ritũ ꝓpe iniq̇tatis. Lex q̇dẽ iusta ⁊ mãdatũ sctm̃
erat: q̇bus male vsi sunt/ꝙobrẽ deliq̇rũt: ipsam
tñ legẽ sentiẽtes in penis/quã in moribus abie-
cerũt. Sz nec iniq̇tas hoĩs verã excludit iusticiã
legis: sicut iusticia legis nõ cõicat cũ malicia ho
minis: sz illã ꝑsequit autorẽq; punit/aut ab ipsa
oĩno diuortiũ facit. In hoc quoq; deliq̇rũt gẽ-
tes: quia ipsam nõ susceperunt sicut illi q̇ susce-
ptam nõ seruauerũt: illi nõ suscipiẽdo/isti nõ ob
seruãdo. Sed ampliori delicto ille qui suscepit ⁊
credidit ⁊ postmoduz resiliuit/q̃ is q̇ nunq̃ tali
lege subiacuit. Peccauit populus nationum ꝑ
superbiam/ꝓ eo ꝙ accipe noluit: ⁊ ꝑ ignorantiaz
quia nesciuit. Peccauit populus dei ꝑ supbiam
atq; maliciã: quia seruare ꝯtempsit.

¶ Rationibus astruitur quibus possit: cum non possit in regnis esse iusticia. Capitulum XLIIII

Sed habet populus dei populus ipsius
lege p̃doctus quo cõsurgat in regibus
⁊ subiectis si aliquando deliq̇t: quia ad
ipsam legem ꝑ ipsam eandem recurrit quam cre
didit. Gentium vero eo irremediabilior est ca-
sus: quo lege carens in quo resurgat/non habet:
sed semꝑ ad peiora relabit/nisi dei legem credẽ-
do suscipiat. Ac ꝑ hoc ab eo tempe quo ceperũt
mundi regna ꝯstitui atq; distingui: p̃terq̃ in his
in q̇bus facti sunt diuini affatus atq; directio-
nes: in nullis vera ratio dominij fuit: neq; in re
gno assyrioꝝ: neq; in regno medoꝝ/persaꝝ/agi-
noꝝ/sycionioꝝ/dardanioꝝ/egyptioꝝ/sytharum ⁊
eparchamoꝝ/atheniensiũ/lacedonioꝝ/macedo
num/laurentinoꝝ/latinoꝝ/carthaginensium/ro-
manoꝝ/atq; omniũ quoquo nomie censeant: ꝓ
eo ꝙ ipsoꝝ iusticia originẽ vere iusticie non re-
spexit: potentia dominandi/vsurpationis ⁊ libi
dinis accepit initium: ⁊ non cognouit illũ a quo
potestas regnandi vera ꝓcedit: nec cum illi re-
gnabant/vnum verum deum/sed deos dicebant
autores. Et eoipso in obliquum cadebat poten
tia dominandi/quo cunctoꝝ non verebat auto-
rem: quoniam omnium rerum ordo q̇ ꝑ prius ⁊
posterius ꝯstituit/vnum arguit p̃ncipium a quo
sumpsit initium: vt si quid in illa inuisibili regu-
la ordinis q̃ omnia in ordie ꝯstituunt/a p̃ncipio
discreparet: rõnẽ ordinis nõ haberet: ⁊ turparet
inuisibili turpitudie ordo: in quo fit ꝑ p̃us ⁊ ꝑ me-
diũ cõpetẽs ꝓgressio/vbi posterius irrep̃hẽsibi-
liter nõ aptaret. Naz oĩs ptãs a dño deo est: vt Ro.13
oĩbus eterno ⁊ incõmutabili iure sit ipsa supior
atq; p̃or: ad quã irrep̃hẽsibili ordine oĩs est refe-
rẽda potestas: ꝑ ut vna aliam vsq; ad minimam
certa serie subalternat. Sed ceca gẽtiliũ libido
regnãdi/a rectitudine ordinis deuiauit: vt suum
p̃us nõ cognosceret/a quo se regẽs ⁊ a se rectum
per impietatẽ auertit. Multitudo q̃cũq; ex suis
aggregata cõpositis/ab vnitate sumpsit exordi-
um: vt nec multiplicitas esset/nisi p̃or vnitas ex
titisset: vt vsq;quo ꝑuenire possit ratio calculãdi
ad multitudinem faciendã: quotuz sit in ordine
numeri/tantuz distet ab vnitate initiali: ⁊ p̃cipi-
tat omnis ratio numeralis/si p̃mã partẽ non re-
spicit. Proinde si ratio dñandi esse in hoĩb⁹ no-
scit/ꝙ in ipso seruat rõ multitudinis vñ ꝓcessit:
fit necessariũ vt sciat: vñ dñandi ptãs aut ẽ in il-
la multitudine q̇ ab vna/p̃ma ⁊ vera vnitate pro
cessit seruata ratiõe/qua in multitudine esse ꝯtin-

git: aut est in alia multitudine/que illam sacrosanctā pmā nō respicit: sed ab illa se auertēs ꝓpria dominādi libidine seipsam ꝯstituit: ⁊ sequetur ⁊ sequiť male volūtatis vnū ꝑncipiū malum relinquens naturale atq̄ eternū vnū ꝑncipiū verum bonū. Bonoꝝ omniū q̄dam est inuisibilis ⁊ rōnabilis ꝯnexio/q̄ cepit in aliquo ⁊ ab aliquo adoriri. Porro ꝯnexa sunt bona diuina/ad que omnia bona ⁊ in rōne bonitatis cōueniūt. Jure igiť cū domināte pmo cōuenient: ⁊ tanto coniūctius/q̄to sepatim peius agent: ⁊ q̄to ab ipso ꝓcedūt sine quo esse nō possunt. Et hec ratio nosciť insita entibus vt velint esse quod sint: nec male aut nō esse conglīscūt. Sed quod appetūt omnino nō esset: ⁊ quod refugiūt fieret: si nō se ad ꝯstituens ⁊ ꝯseruare valens omni rōne cōnecterent. Magis aūt libet intueri q̄d ꝑfectum est in rebus ⁊ q̄d imperfectū/⁊ ex volūtate corrupta repiť aliq̄d vitiosum. Porro quod mancipatum est vitio/excludiť ab ordie perfecti ⁊ imperfecti: ⁊ q̄m omne ꝑfectū nequaq̄ est vitiosuz. Perfectū siq̄dem atq̄ imperfectū ꝓgressiori oculo se ꝯspiciūt: velut si vnum ab altero ꝓgrediať. Imperfectū eīm dominiū quod in hoībus a deo constitutum est/si non vult transire in vitiū: respiciet ⁊ se tenebit ad suū perfectū a quo traxit initiū ⁊ fecit subiecta gubernando ꝓgressum: ⁊ illius tenebit in animo ⁊ moribus legē a quo traxit originē: maxime vt nō exorbitet a quo penitus habuit vt sic esset. Omnia siq̄dem q̄ nō ꝑ naturam/sed ꝑticipatiōe alicuius boni bona sunt: eo sunt meliora quo illo bono magis ꝑticipāt: sicut corpora q̄ participāt lumen solis/ex eo habēt plus luminis quo ex ipso ꝓprietate sua partē capiūt ampliorē: ⁊ que calefiunt ab alio q̄ ipsoꝝ natura cōtineat/eo magis calescunt quo ad calefaciens habent ꝓximitatē: ⁊ omnia dependentia magis sunt q̄ sunt/si a quo dependent iure iusto respiciūt: ⁊ q̄ minus/minus: ⁊ q̄ nihil/id quod faciunt habent: ⁊ eo peiora/quo se a suis ꝯstitutionibus quomodolibet abegerūt.

⁋ Eterno fine non constituto/modica si qua fuit reputatur bonitas nationum. Capitulum XLV

Non aūt negamus in alijs natiōibus boni aliquid affuisse: ꝓ eo q̄ q̄ plures virtutib⁹ studuerūt ad terrenū regnū in ꝑturbate tenendū. Et vt multoꝝ improborū frenareť iniqua facultas: iusticia vsi sunt ⁊ prudentia in agendis/⁊ temperātia in cauēdis: ⁊ ex fortitudine anime multa firma tenuerūt: pluraq̄ sustinuerunt ⁊ ardua sunt aggressi: sed nec ex his facti sunt cultores eius luminosissime veritatis/sed sectatores tetrissime falsitatis. Nec etiam affirmamus in his q̄ acceperūt legē dei/peccata deesse: ⁊ deliquisse in lege cognoscētes peccata per legē. Sed sicut illi ex aliq̄bus bonis humanisq̄ operibus nō habuerūt veram iusticiaz: sic isti ex q̄buscūq̄ malis operibus dei legem nō fecerūt iniustā. Et vt vsq̄ ad christū vniuersorū legitimū regē tempa ⁊ regimina ꝯnectam⁹/modica tangentes: vt ex ipsis eoꝝ cōsyderationib⁹ plura capiamus. Qui hesitant/respōdeant: sed prius alta mente ꝑtractent. Non legim⁹ dei populū sibi fecisse legē/sed accepisse a deo: fecerūt sibi leges alie nationes: q2 ꝑter datā moysi aliā non acceperunt/istamq̄ noluerūt: quam si accepissent/condendis legibus nō vacassent. Nam neq̄ opus erat lege humana/iam ꝓmulgata diuina. Nec populi dei reges leges facere alias ꝓsumpserunt: sicut reges gentiū seu paganoruz. Sed qui fuerunt legis dei ꝑspicui zelatores/illā ⁊ ipsius cultum iusserūt seruari a populis: sicut illa dictabat que a deo data omni carebat errore. Cum schisma vero post salomonē in dei populo nasceret: diuise sunt tribus/diuisi sunt mores/destructi sunt ritus/⁊ constituti sunt reges peregrini ⁊ improbati cultus altaria facientes: ⁊ si quid boni zeli dei ⁊ legis illorum reges habere visi sunt: in hoc maxime cōdemnatur/q̄ excelsa nō abstulerīt: ꝯtra quos missi sūt ꝓphete ad improbationem regū ⁊ populorū: contra quos missi sunt ꝓphete ad improbationē regū et populoꝝ/⁊ ad cōfundendū idolatricū cultum. In hierusalem ṽo remanserūt duo tribus ⁊ semis in templo salomonis deū statuto cultu colētes/q̄ de tribu iuda regē habuerūt: ⁊ vnctionem in manibus ꝓphetaꝝ/⁊ argutionē maloꝝ suorum in manibus eorundē. Ecce diuina sollicitudo super reges populi sui etiā iam diuisi: vt ꝓphetas ad vnctionē/ad ꝑdicendū futura/ad ꝑdicandū bona/ad detestandū ꝑuersa: quos reges ⁊ populi possent de suis actionib⁹ interrogare: non abstulit/imo dedit: ⁊ solū ipsi vnius dei ⁊ nominis eius noticiā habuerunt. Unde psalmista dicit: Notus in iudea deus: ⁊ in israel magnū nomen eius: nō in alijs nationib⁹. Que noticia iura dominandi/regendi/recteq̄ viuendi concessit. Psal. 75. Agnoscat igitur q̄ oberrat/quantā autoritatē nō solū bonis/sed his q̄ peccauerunt noticia vnius veri dei cōcesserit: sine q̄ nullus ad seipm iustus sit ⁊ ad alios regendos: aut cū alijs cōuiuendo iustus esse nō possit. Si q̄ ṽo nequiter incesserūt: nō merito iuste legis/nō negligentia ꝓphetaꝝ veroꝝ: sed demerito male voluntatis ⁊ falsoꝝ ꝓphetaꝝ: quos seq̄ ꝓ placitis voluerūt. Nō aūt cōdiderūt nouas leges: nec mosaicā improbauerūt vt malā: quāq̄ sacerdotes tēpli aliquas traditiōes fecerūt/q̄ diuinis mandatis repugnare videbāť: sicut eos dn̄s noster iesus de Mat. 15 bonore parentū in euāgelio reprehendit: quod Mar. 7 nō ꝓcessit ex decreto regū: nec ex oraculis prophetaꝝ: nō ex cōtēptu populoꝝ: sed ex philargyria pessima sacerdotū: ꝯtra quos sepe clamauit cognitio ꝓphetaꝝ. Sed cetere nationes nō receperūt legē mosaicā: ⁊ arbitrariā cōdiderunt: ⁊ quāq̄ viderenť cōdite ab homib⁹ leges ex multis fere cōcordes: nō tamē verā iusticiā possederūt/nec regnādi suꝑ homines irreꝑhensibilē eq̄tatem. Erratur omnino in virtutibus/si earum nō referunť autori: ⁊ mores omnino culpanť q̄ vaganť incerti; nec ordinantur ad illum/a quo

ethica pfecta cōsistit. Supra solum posita pulcha domus: si a fundamento deficit/ modici est momēti. Uirtutū omniū fundamentū cōditor est earū. Jus subsistēdi atq̧ crescēdi nō habet i arbore/ si precisus est ramus: nec precisū mēbrū nature in corpe iura tenet. Nō condunt leges sub regula sub monarcha: sed ipsi⁹ sequuntur/ cū editā nouerint atq̧ vulgatā. Sūm⁹ monarcha potestate/ natura/ sciētia semp fuit conditor vniuersi: qui prout nouit expedire hominibus a se creatis/ in hac vita degētibus: leges tradidit cōuiuēdi et secernēdi eos qui sunt eius ab his qui iuris proprij esse voluerunt. Ac per hoc quoniā virtutes inuisibiles sunt: in actū visibilē inducentes/ eternū respectū habēt. Misera protinus esset virtutū ipsa cōditio: si terminarentur in his que varietate temporū peraguntur. Qui vero virtutū directionē disponere cūcta videnł: eoipso oberrāt in intētione/ quo virtutū finē debitū abiecerunt: nec virtutes suam possident rationē/ virtutē si dimittāt eternā. Et vt in his qui ab ipsis se credūt ad agēda mouere defect⁹ appareat: in illis quas credūt virtutibus male agunt: si finē eternū appositū in virtutibus nō aduertunt. Potest tamen in eis plus vel minus informiter oberrari: si hominū gest⁹ exteriores et interiores virtutis finē perfunctorium sortiūtur. Que ipsarū erit celebris differentia: cum omniū rerū respectu finis maxime comparationis distinctio attēdał: et eo nobilior sit virtus vel actio/ quo nobiliorē finē ipsa intendit/ et agendo perstruxit. Rerum omniū visibiliū et inuisibiliū cōditor/ ipse perstat cōtinu⁹ et infallibilis et iustissimus ordinator: qui virtutibus inuisibilibus inuisibilē ꝛ eternū statuit finē: et actiones hominū ad eundē voluit retorqueri: nō eṁ inuisibilia ꝑpter visibilia/ sed visibilia propter inuisibilia sunt creata: vt etiā que visibiliter et sensibiliter et in corporibus fiunt: eterna dei lege ad finem referātur eternū: vt sicut certus manet ordo causarū/ maneat et voluntatū/ consistat et actionū. Igitur modica fuit bonitas/ que nō hunc finem intelligendo ꝛ agendo constituit: sed tantū minor quantū execrata malicia/ si peiora nō fecit.

¶ Author concludit. Ca. XLVI

Hec sapientes qui exorti sunt in populis atq̧ reperti/ ꝙꝙ leges condiderint ꝛ tractauerint subtilissime de physada: ethicas multas conscripserint: et normā in republica presumpserint declarare ratione syderis in terra: et mēbranis deponere iniusticiam domināḋi excusant: et viuēdi mores digna equitate compalliant. Magis autē ipsorū exaggeratur iniquitas: et eorū innotescit improbitas: vt quanto sapientiores/ tanto criminosiores: si ad finē vere sapientie atq̧ morū prestructo itinere nequiuerūt peruenire. Quid eṁ profuit si de vera beatitudine tanꝗ de fine vltimo/ acerrimo ingenio sunt locuti: si illum qui est omnium adipiscentiū tota beatitudo atq̧ perfectio/ non intellexerūt: neq̧ ad illū verum inuenerunt tramitem dirigentē? Quid eis profuit eoꝝ sciētia? quid boni veri contulit his/ quod in eorū mēte conspecta dictabant/ a dei sciētia penit⁹ oberrātes? Quod aduersus eos sapiens diuinorum inclamitat: Uani sunt omnes homies/ in quibus Sap. 13. non subest scientia dei. Et de his que videntur bona/ non potuerunt intelligere qui est: neq̧ opibus attendentes agnouerūt ꝗs esset artifex. Sꝫ aut ignem/ aut spm̄/ aut citatum aerem/ aut gyrum stellarum/ aut nimiam aquam/ aut solem ꝛ lunā/ rectores orbis terraꝝ deos putauerūt: quorū si specie delectati deos putauerūt: sciant ꝗto his dn̄ator eoꝝ speciosior est: speciei eṁ gubernator hec omnia ꝯstituit. Aut si virtutē eorum ꝛ opa mirati sunt: intelligant a b ipsis: qm̄ qui hec constituit/ fortior est illis. A magnitudine enim specie: ꝛ creature/ agnoscibiliter poterit eorū creator videri. Sed tamen adhuc in his minor est querela: ꝛ hi eṁ fortassis errant deum querentes ꝛ volentes inuenire. Etem̄ cum in opibus illius conuersentur/ inquirunt ꝛ psuasum habent quoniam bona sunt que vident. Iterum autem nec his debet ignosci. Si eṁ tantū potuerūt scire vt possent estimare seculum: quomodo huius dn̄m non facilius inuenerūt? Infelices eṁ sunt ꝛ inter mortuos spes illorum est: qui appellauerunt deos opera manuum hominū: aurū ꝛ argētū: artis inuentionē ꝛ similitudines animalium aut lapidē inutilem/ opus manus antique. Aut si quis faber artifex de sylua lignū rectum secuerit: ꝛ huius docte eradat omnē corticē: ꝛ arte sua vsus diligenter fabricet vas inutile in cōuersatione vite: reliquijs aūt eius operis ad ꝑparationem esce abutał: ꝛ reliquum hoꝝ quod ad nullū vsum facit/ lignum curuum ꝛ verticibus plenum sculpat diligenter ꝑ vacuitatem suā: ꝛ ꝑ scientiā artis sue figuret illud: et assimilet illud imagini hominis: aut alicui ex animalibus illud comparet/ pliniens rubrica ꝛ rubicundū faciens fuco colorem illius: ꝛ omnem maculam ꝗ in illo est/ pliniēs terra: ꝛ faciat ei dignā habitationē: ꝛ in pariete ponēs illud: ꝛ cōfirmans ferro/ ne forte cadat: prospiciens illud/ sciens qm̄ nō pōt se adiuuare. Imago eṁ est: ꝛ est op⁹ illi adiutoriū: ꝛ de substātia sua ꝛ de filijs suis ꝛ de nuptijs suis faciens votū/ inq̄rit ab illo: nō erubescit loqui cuꝫ illo/ qui sine anima est: ꝛ ꝑ sanitate quidē infirmum depcał: ꝛ ꝑ vita mortuum rogat: ꝛ in adiutorium inutilem inuocat: ꝛ ꝑ itinere petit ab eo qui ambulare nō potest: ꝛ de acq̄rendo ꝛ de operando ꝛ de omni rerum euentu petit ab eo qui in omnibus est inutilis. Hoc idem psalmista cōmemorat dicens: Simulachra gentium/ opera Psal. 113. manuum hominum. Itaq̧ verum est talia fecisse hominum nationes/ sed eorū consilio sapientum. Quod si sapiētes nationū talib⁹ nō ꝯsensere: cur ipsos nō legim⁹ reph̄ēdisse: aut cur ab eis nō fecere diuortiū/ si frustra eoꝝ argutio laborabat: cum in tantam insipientiaꝫ vidissent hoīes fuisse ꝓcliues: cū ipsos legamus ob alias morū

improbitates a populorũ moribus segregatos Que scientia/que mora virtutis: quis ordo virtutũ esse potuit in gentibus/ que demones coluerunt? Psalmista dicit: Quoniã oẽs dij gentiũ demonia: domin⁹ autẽ celos fecit. Que virtus illorũ/que ratio dominãdi: qui coluerũt creaturam potius ꝙ omniũ creatorẽ? Cõtra quos Apostolus loquit/ipsorũ preintendẽs cognitionem/inferens erroneũ morẽ. Etenĩ ad Romanos ait: Reuelatur enĩ ira dei super omnẽ impietatẽ et iniusticiã hominũ/ eorũ qui veritatẽ dei et iniusticiã detinent: qꝛ quod notũ est deo/ manifestũ est in illis. Deus enĩ illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi/ per ea que facta sunt/intellecta conspiciuntur. Sempiterna quoqꝫ eius virt⁹ ac diuinitas: vt sint inexcusabiles: quia cũ cognouissent deum: nõ sicut deũ glorificauerũt/aut gratias egerũt: sed euanuerũt in cogitationibus suis: et obscuratũ est insipiens cor eorũ: dicẽtes enĩ se esse sapientes/stulti facti sunt: et mutauerunt gloriã incorruptibilis dei/in similitudinem imaginis corruptibilis homini⁹/et volucrũ et quadrupedũ ꝛ serpentiũ. Que ꝑfecto excusatio erit si cognouerũt: et si ꝓpria deprauataqꝫ voluntate cũ sapientes se crederẽt/stulti facti sunt? Que iusticia gentiũ illarũqꝫ sapientũ: si quod est dei sui qꝫ cultus/creaturis corruptibilibus tribuatur? Et nullo iure status sui potest constare aut ꝑmanere iusticia/si reb⁹ insensibilibus tribuit diuini cultus honor: et inimicis inuisibilibus iusticie tribuit ius honoris: aut quibuscũqꝫ creatis cultura diuina cõfertur. Non ꝑmittit deus nũc firmata christianitate vniuersalẽ mundi regem: ne homines quasi quid in mũdo isto perpetuũ/adorent dominiũ potentie secularis: ꝛ efficerentur idololatre: in eo ꝙ ex seipso ꝛ hereditario more/aut successu aut carnis ꝓpagatione perpetuũ crederent temporale dominiũ: aut male credentes/ꝙ sub vno monarcha tanꝙ hereditario iure dominãdi/mũdũ gubernari disposuerit: neqꝫ stabilita crederet spiritualis autoritas/si sibi ex toto nõ subijceret aut superferretur humana potestas.

Psal. 95

Roma. 1.

¶ Quintidecimi libri de iusticia christiana/et iusto iure dominij Finis.

SIMONIS DE CASSIA, CHRISTIANISSIMI euangelicarum ueritatum interpretis, librorum. XV. de doctrina christiana, summa uigilantia recognitorum, finis.

Canon ternionum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz AA BB CC DD EE FF GG HH II.

Omnes terniones/preter II qui est quaternio. Et in fronte operis ternio et quaternio/ numero dumtaxat signati ponuntur.

BASILEAE, Ex ædibus Adæ Petri de Langendorff Mense Martio, Anno. M. D. XVII.

REGNANTE IMP. CAES. MAXIMILIANO. P. F. AVGVSTO.

49

SIMONIS DE CASSIA

OPERA

75

OPERA CANISII


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm